AUTHOR:

HORATIUS FLACCUS, QUINTUS

TITLE:

OPERA OMNIA

PLACE:

LIPSIAE

DATE:

1833-35

Master Negative #

92-80609-1

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

Works 1833

Horatius Flaccus, Quintus.

...Opera omnia, ex recensione Gvilielmi Bravnhardi ... Lipsiae, svmptibvs Librariae Navokianae, 1833-35

Sect. 1-3 23 cm.

Added title-page : ...Opera omnia, textvm denvo recensvit, varietate lectionis integra instrvxit, optimorvm interpretvm commentarios svbiecit, svas adnotationes ... adspersit ... Acronis et Porphyrionis scholia typis exsvdanda curavit...Gvilielmvs Bravnhardvs ... 1831-35

Continued on next card

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35mm REDUCTION RATIO: 11X

IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB

DATE FILMED: 3-5-93 INITIALS JAMES

FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT

BIBLIOGRAPHIC IRREGULARITIES

MAIN ENTRY: Horatius Flaccus, Quintus

Bibliographic Irregularities in the Original Document

List volumes and pages affected; include name of institution if filming borrowed text.

______Page(s) missing/not available:______

______Volumes(s) missing/not available:______

______Illegible and/or damaged page(s): p. XLIX, L

______Page(s) or volumes(s) misnumbered:______

______Bound out of sequence:______

______Page(s) or illustration(s) filmed from copy borrowed from: Loyola University (EMC Memorial L.)



______Other:______

VOLUME 1




AIIM

Association for Information and Image Management

1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910
301/587-8202



MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.

An die
geehrten Herren Subscribenten des
Horaz in einem Bande,
von
D. *Wilhelm Braunhard.*

Da unvorhergesehene Hindernisse den Druck des Werkes so lange verzögerten, sehe ich mich genöthigt, das Ganze in 3 Sectionen auszugeben, jede zu 20—25 Bogen, da das Ganze statt 40, nun über 60 Bogen stark werden wird.

Der Preis einer jeden Section ist für die Herren Subscribenten 1 Thlr. und wird die 2te Sect. bei Ablieferung der ersten, und die 3te Sect. bei Ablieferung der 2ten gleich mit bezahlt.

Um die Anschaffung dieser Ausgabe des Horaz besonders für Schulen zu erleichtern, bleibt die Subscription noch bis zur Vollendung der 2ten Section offen, ohngefähr bis Ende Juni dieses Jahres, wo dann das Verzeichniss der geehrten Herren Subscribenten gedruckt und die Subscription geschlossen werden wird. Mit Beendigung der 2ten Section tritt dann der Ladenpreis für das ganze Werk mit 5 Thlr. ein.

Lehrer, welche diese Ausgabe des Horaz in ihren Klassen einzuführen wünschen und sich direct an mich wenden, erhalten bei 12 Expl. ein Frei-Exemplar.

Hochachtungsvoll

W. Nauck.

Q. HORATII FLACCI

OPERA OMNIA

EX

RECENSIONE

GVILIELMI BRAVNHARDI

VOLVMEN VNVM

PARS PRIMA
CARMINA LYRICA CONTINENS

LIPSIAE
SVMPTIBVS LIBRARIAE NAVCKIANAE
(W. NAVCK.)
MDCCCXXXIII.

PRAEFATIO

AD

QVINTI HORATII FLACCI

CARMINA LYRICA

Quae nobis de codicibus manuscriptis et editionibus antiquis Horatii, poetae laudatissimi, in praefatione ad hanc nostram editionem dicenda essent, ea fere omnia diligenter in usum lectorum eruditorum contulit Christ. Dav. Iani*, V. D. in sua edit. Lipsiae 1809. — Primum enim elenchum codicum mss. exhibuit pag. II—XXI. Deinde editionum tum antiquissi-

* Horatii Editionis ab *Ianio* curari coeptae consilium absolvendae eo lubentius suscepi, quo magis *Groebelii*, Viri Clarissimi, specimine (Dresdae 1832) eadem ex causa scripto laetatus sum. *Groebelio* enim pariter ac mihi persuasum est, *Ianii* editionem Horatii nondum absolutam cum primum esse absolvendam. Quae cum ita sint, ego quidem in eo sum, ut *Ianii* editionem, scholiis Acronis et Porphyrionis integris accurate adiectis auctam, ad umbilicum adducam.

marum cum suae aetatis recentissimarum catalogum secundum annorum seriem paratum adiecit pag. XXII — LIII. Quem igitur codicum elenchum atque editionum catalogum perlegere iuvat, is Horatio ab Ianio edito carere non poterit, quae tamen ab illo copiose exarata sunt, hîc repetere, consilio nostro alienum esse videtur.

Quod editionem nostram adtinet, commemorasse sufficit, nos in Varietate Lectionis ad Horatii carmina lyrica congerenda et construenda Ianio duce usos fuisse, lectionis enim varietates ad unam fere omnes, quae apud Ianivm leguntur atque notatu dignae nobis videbantur, non sine magna cura in Edit. nostra notatae sunt. Quod tamen impedimento esse non potuit, quo minus varietates lectionis aliunde petendas diligenter investigaremus inque editionem nostram reciperemus.

De codicibus mss. quos ab me collatos laudare debeo, in Lectoris humanissimi gratiam fere haecce praemonere in animo est.

a) *CODEX GOTHANVS* sec. XV. cuius copiam conferendi mihi fecit Iacobsivs, Vir Amicissimus. Codex in charta membranacea in 8 mai. eleganter scriptus continet Horatii Carmina lyrica, desunt sermones, epistolae cum epistola ad Pisones, quaeque De Arte Poetica inscribitur. In fine huius codicis, quem ego quidem nunc primum contuli, adscriptum legitur hoc: VIII. Calend. Octbr. A. MCCCCLXVIII.

b) *CODEX GVELFERBYTANVS* *, in Eberti Catalogo sub No. 433. citatus. Insunt in hoc codice ab initio mutilo odarum libri IV. (inde a Lib. I. od. 23.) epodon liber, carmen seculare, ars poetica, sermonum libri II. Membr. in 4. sec. XIV. in Italia eleganter exaratus. (Gud. 108.) Omnium Hor. codd. Guelf. optimus, a nobis diligenter et accurate collatus.

c) *CODEX GVELFERBYTANVS*, No. 436. Epistolae cum scholiis marginalibus et in-

* *Sic* κατ᾽ ἐξοχὴν in editione nostra laudatus.

terlinearibus. In fine est: Qui de scribebat Hermannus nomen habebat. Liber in novo monasterio. — Membr. in 8 min. sec. XIV. (Gud. 303.) Continet praeter Horatii epistolas, sine epistola ad Pisones, Prudentii Ψυχομαχίαν, scholia in eandem, Velledini physica, Matthaei Vindocinensis histor. Tobiae in metro. — De huius codicis auctoritate cf. Th. Schmid, Vir Amicissimus, in: „Des Q. Horativs Flaccvs Episteln.“ Zweiter Theil. (Halberst. 1830.) pag. 258-301. quem codicem e bibliotheca Guelferbytana ad me missum semel tantum perlustravi.

d) *CODEX GVELFERBYTANVS*, No. 434. Opera insunt hoc ordine: Ars poetica, sermones, epistolae, odae, epodon liber, carmen seculare. — Chart. in fol. sec. XV. (Helmst. 333.) quem codicem collatione* indignum ego plane non adtigi. De eo vid. Th. Schmid in libro cit. pag. 259 sqq.

* Hunc codicem ferme sexcenties frustra inspexi.

Neque mihi deerat Codex Lipsiensis primus, qui in splendidissima bibliotheca senatoria Lipsiae adservatur, unde etiam Acronis et Porphyrionis Scholia ad Horatium accepi, quam ob rem Blvemnero, Demvtho et Frotschero, VV. DD. gratias cum maximas intimo ex pectore meo ago, quas quidem illi Viri Illustres respicere velint, rite precor. Codex vero ipse (cuius mentionem fecit Ianivs pag. XII.) iam pridem collatus non tam multa eaque nova mihi praebuit, quam exspectaveram.

Quomodo autem artem criticam in Horatii carminibus lyricis adhibuerim, aequi ac boni iudices humaniter iudicabunt; tu, lector benevole, locos, de quibus permultum iam disceptarunt atque ad hunc usque diem in utramque partem disputant VV. DD., ipsos adi. Bentleii aliorumque emendationes s. coniecturas haud raro nimis audaces in textum minime recepi, neque unquam codicum mss. fidem et auctoritatem neglexi*. Interpreta-

* Interpunctionem, quam Horatii editores ad unum fere om-

tionem quod adtinet, ad manus inprimis fuit Mitscherlichii, Viri Clarissimi, editio Horatii docta, (nam docte parata est) neque defuit Doeringi editio quarta. Accedunt ad Doeringi, V. Cl. Horatii editionem Indices locupletissimi, de quo quidem opere a tironibus nimis negligenter parato alibi * dicturi sumus. Interpretum sententias locis notatu dignis non nisi nomine eorum proprio addito enarravimus, qua ratione singulo nulli laus sua videri potest praerepta, neque de ullius meritis aliquid nobis furtim vindicare volumus, sed ingenue palamque profitemur, nos fere omnium sapientiam in commodum publicum optimo iure convertisse, eodem nempe, quo ipsi aliorum bona (mutatis scilicet verbis) in usum proprium converterunt.** Quan-

nes haud raro turpiter neglexere, — *exempla sunt odiosa!* — ego plerumque tacite emendavi, quod quidem recte fecisse mihi videor.

* Huius voluminis parte prima absoluta, in lucem mox proditura est altera. Toto autem Volumine absoluto, Indices *ad Q. Horatii Flacci opera omnia* etc. edituri sumus.

** Verbi causa *Doeringus*, qui post messem a *Mitscherlichio*,

tumvis nimirum Mitscherlichii de Horatio merita etc. existimes, nihilominus falso putabis illum omnia ex propriis sumpsisse, neque guttam aliis ex fontibus hausisse. Longe aliter (quod pace Viri Cl. dixerim) res se habet!

Sed prae ceteris primum interpretum omnium tum veterum cum recentiorum Acronis et Porphyrionis scholia tenent locum, de quibus vide, quae supr. ad Schol. Carm. Lib. I. pag. III—IV. notata sunt.

Porro in partes vocavi: Bentleivm, Crvqvivm, H. et Rô. Stephanvm, Lambinvm, Graevivm, Gesnervm, Vanderbovrgivm, Iahnvm, Feam, Bothivm aliosque plures *, quos nominare omnes non adtinet **. Horum virorum doctorum commentariis de Q. Horatio Flacco haud pauca

Viro Clarissimo, factam spicas se legisse in Praefat. Tom. I. pag. X. fatetur.

* *Wendelii*, Coburgensis, scripta Horatiana huc non pertinere, iam primum omnium satis constat.

** Horatii editio ab *F. Hauthalio* promissa adhuc desideratur; qua tamen edita, facturusne operae pretium sim, si satis intellexerim, editionis nostrae Svpplementvm, quod relatu dignissima praebeat lectori, paraturus sum.

bonae frugis refero. Interpretum ipsissimis verbis, ut aiunt, fere semper usus sum hac nimirum ratione, ut typothetarum vitia, quoad fieri potuit, religiose corrigerem, neque prelis typographicis negligenter traderem, quae ipse vix legissem, quemadmodum Vir quidam doctus *****ensis facere solet. E multis unum exemplum proponamus. Acronis et Porphyrionis scholia permultis locis corrupta feliciter me emendasse, pro certo affirmare possum.

Ceterum si haec Horatii editio in manus cuiusdam iudicis imperiti, quocum, lupis et agnis quanta sortito obtigit, mihi discordia est, inciderit, Cave, Cave, inquam, namque in malos asperrimus Parata tollo cornua. Viris autem Humanissimis, de iis, quae ego fortasse vel minus bene intellexerim vel falso scripserim etc. benevole monentibus melioraque docentibus aures usque praebebo perfaciles. Tu vero, Humanissime Lector, Si quid novisti rectius

istis, Candidus imperti; si non, his utere mecum. Vale! —

Scribebam Hilpertohusae pridie Idus Augusti MDCCCXXXIII.

BRAVNHARD.

Q. HORATII FLACCI

V I T A

A

C. SVETONIO TRANQVILLO

CONSCRIPTA

Q. Horatius Flaccus*, Venusinus, patre, ut ipse quidem tradit, libertino [1] et exauctionum [2] coactore: [ut vero creditum est, salsamentario, quum illi quidam in altercatione exprobrasset: *quotiens ego vidi patrem tuum cubito emungentem?*] [3] bello Philippensi, excitus a Marco Bruto, imperatore, tribunus militum meruit; victisque partibus, venia impetrata, scriptum quaestorium [4] comparavit. Ac primo**** Maecenati, deinde Augusto insinuatus, non mediocrem locum in amborum amicitia tenuit. Maecenas quantopere eum dilexerit, satis demonstratur illo epigrammate:

---

1) *libertino*, hinc Carm. Lib. II, 20, 6. *pauperum parentum sanguinem* se vocat. Cf. Serm. I, 6, 45. — 2) *exauctionum coactore*, homine, qui, finita auctione, ab iis, quibus res in auctione attributae fuissent, pretium exigeret et cogeret.** — 3) verba uncis [] inclusa pro panno adsuto a viris doctis habentur. — 4) *scriptum quaestorium*, h. e. munus scribae quaestorii, *** vid. Liv. IX, 46. XL, 29.

---

* *Serm. II*, 6, 37. *Carm. Lib. IV*, 6. *extr. Epist. I*, 14, 5. *Serm. II*, 1, 18. *Epod. XV*, 12.

** *Serm. I*, 6, 86. *ibiq. Lamb.*

*** *Serm. II*, 6, 36–37.

**** a. u. 716.

Ni te visceribus meis, Horati,
Plus iam diligo, tu tuum sodalem
Ninnio videas strigosiorem. [5]

Sed multo magis extremis iudiciis [6], tali ad Augustum elogio:

Horati Flacci, ut mei, memor esto.

Augustus ei Epistolarum officium obtulit, ut hoc ad Maecenatem scripto significat: *Ante ipse scribendis epistolis amicorum sufficiebam: nunc occupatissimus et infirmus, Horatium nostrum te cupio adducere. Veniet ergo ab ista parasitica mensa* [7] *ad hanc regiam, et nos in scribendis epistolis iuvabit.* Ac ne recusanti quidem aut succensuit quidquam aut amicitiam suam ingerere [8] desiit. Exstant epistolae, ex quibus argumenti gratia pauca subieci. *Sume tibi aliquid iuris apud me, tamquam si convictor mihi fueris; quoniam id usus mihi tecum esse volui, si per valetudinem tuam fieri possit.* Et rursus [9]: *Tui qualem habeam memoriam, poteris ex Septimio* [10] *quoque nostro audire; nam incidit, ut illo coram fieret a me tui mentio. Neque si tu superbus amicitiam nostram sprevisti, ideo nos quoque ἀνθυπερφρονοῦμεν* [11]. Praeterea saepe eum inter alios iocos *putissimum penem* [12] et *homuncionem lepidissimum* appellavit, unaque et altera liberalitate locupletavit. Scripta quidem eius usque adeo probavit, mansuraque perpetuo opinatus est, ut non modo Seculare carmen componendum iniunxerit, sed et Vindelicam victoriam Tiberii Drusique, privignorum: eumque coegerit propter hoc, tribus carminum libris, ex longo intervallo, quartum addere: post Sermones quoque lectos nullam sui mentionem habitam ita sit questus: *Irasci me tibi scito, quod non in plerisque eiusmodi scriptis mecum potissimum loquaris. An vereris, ne apud posteros tibi infame sit, quod videaris familiaris nobis esse?* Expressitque eclogam [13], cuius initium est:

Cum tot sustineas et tanta negotia solus:
Res Italas armis tuteris, moribus ornes,
Legibus emendes: in publica commoda peccem,
Si longo sermone morer tua tempora, Caesar.

Horatius habitu corporis brevis fuit atque obesus: qualis a se ipso et in Satyris [14] describitur et ab Augusto hac epistola: *Pertulit ad me Dionysius* [15] *libellum tuum, quem ego, ne accusem brevitatem, quantuluscunque est, boni consulo. Vereri autem mihi videris, ne maiores libelli tui sint, quam ipse es. Sed si tibi statura deest, corpusculum non deest. Itaque licebit in sextariolo* [16] *scribas, quum circuitus voluminis tui sit ὀγκωδέστατος, sicut est ventriculi tui.* Vixit plurimum in secessu ruris sui Sabini aut [17] Tiburtini, domusque eius ostenditur circa Tiburtini luculum. Venerunt in manus meas et elegi sub eius titulo et epistola prosa oratione, quasi commendantis se Maecenati: sed utraque falsa puto. Nam elegi vulgares, epistola etiam obscura: quo vitio minime tenebatur. Natus est sexto Idus Decembres, Lucio Cotta et Lucio Torquato * Consu-

5) *tu tuum sod. Ninn. vid. strigosior.*, tum accidat mihi hoc, ut ego sodalis tuus ninnio fiam strigosior; per *ninnium* vel parvus equus sive mulus vel homo quidam ignotus, *Ninnius*, qui admodum macilentus esset, intelligendus est. — 6) *extremis iudiciis*, testamento. — 7) *parasitica mensa*, cui apud te et alios gratis, h. e. nullo ei imposito officio, adhibetur. — 8) *ingerere*, pro suggerere, h. e. probare. — 9) *et rursus*, parum latine pro: et alio tempore. — 10) *ex Septimio*, vide de eo in Argum. ad Carm. Lib. II, 6. cf. *Index ad hunc librum.* — 11) *ἀνθυπερφρονοῦμεν*, vicissim superbi sumus. — 12) *putissimum penem*, refer ad eas appellationes, quibus apud Romanos familiares tantum inter se per iocum in vita communi utebantur; sic fere apud Catull. LIII, 5. *salaputium.*

13) *eclogam*, nempe Epist. II, 1. — 14) *in satyris*, Serm. II, 3, 309. — 15) *Dionysius*, servus vel libertus Augusti. — 16) *in sextariolo scribere*, sensus: Itaque licebit tibi quidem breviore voluminis forma uti, modo ipsum volumen aeque crassum, ac corpusculum tuum, sit; — volumina, ut satis constat, convolvebantur super bacillo, cuius brevitas iam per mensuram *sextarioli* designatur. ὀγκωδέστατος, quam crassissimus. — 17) *Sabini aut Tiburtini*, villa Horatiana nempe ita sita fuit, ut tam *Sabina*, quam *Tiburtina* vocari posset. Sic Intpp. Cf. INDEX.

* *Carm. Lib. III, 21. init. Epod. XIII, 6. — Horatius quadraginta quatuor annos natus erat Lollio et Lepido Coss. ā. u. 733. quod quidem ex Epist. I, 20, 27—28. colligi potest.*

libus. Decessit quinto Kal. Decemb., Caio Marcio Censorino, Caio Asinio Gallo Consulibus, post nonum[18] et quinquagesimum annum, herede Augusto palam[19] nuncupato: quum, urgente vi valetudinis, non sufficeret ad obsignandas testamenti tabulas. Humatus et conditus est extremis Exquiliis iuxta Maecenatis tumulum.

18) *nonum*, temporum ratio postulat: *septimum*. — 19) *palam*, voce coram testibus. — Ceterum lectorem benevolum, cui quidem Vita Horatii, auctore Suetonio, brevius descripta haud sufficit, INDICES AD HORATII FLACCI *Opera omnia* LOCVPLETISSIMOS (Ed. Gvil. Bravnhard) conferre iubemus. Ibid. vid. VAR. LECT. ad Horatii Vitam.

An die
geehrten Herren Subscribenten des
Horaz in einem Bande,
von
D. *Wilhelm Braunhard.*

Da unvorhergesehene Hindernisse den Druck des Werkes so lange verzögerten, sehe ich mich genöthigt, das Ganze in 3 Sectionen auszugeben, jede zu 20 — 25 Bogen, da das Ganze statt 40, nun über 60 Bogen stark werden wird.

Der Preis einer jeden Section ist für die Herren Subscribenten 1 Thlr. und wird die 2te Sect. bei Ablieferung der ersten, und die 3te Sect. bei Ablieferung der 2ten gleich mit bezahlt.

Um die Anschaffung dieser Ausgabe des Horaz besonders für Schulen zu erleichtern, bleibt die Subscription noch bis zur Vollendung der 2ten Section offen, ohngefähr bis Ende Juni dieses Jahres, wo dann das Verzeichniss der geehrten Herren Subscribenten gedruckt und die Subscription geschlossen werden wird. Mit Beendigung der 2ten Section tritt dann der Ladenpreis für das ganze Werk mit 5 Thlr. ein.

Lehrer, welche diese Ausgabe des Horaz in ihren Klassen einzuführen wünschen und sich direct an mich wenden, erhalten bei 12 Expl. ein Frei-Exemplar.

Hochachtungsvoll
W. Nauck.

Q. HORATII FLACCI
OPERA OMNIA.

TEXTVM DENVO RECENSVIT,
VARIETATE LECTIONIS INTEGRA INSTRVXIT,
OPTIMORVM INTERPRETVM COMMENTARIOS SVBIECIT,
SVAS ADNOTATIONES CVM CRITICAS TVM EXEGETICAS ADSPERSIT,
SCHOLIASTARVM VETERVM ACRONIS ET PORPHYRIONIS SCHOLIA TYPIS EXCVDENDA CVRAVIT, ETC.

GVILIELMVS BRAVNHARDVS
THVRINGVS.

SECT. I.

LIPSIAE
PROSTAT IN LIBRARIA GVILIELMI NAVCKII.
MDCCCXXXI.

ACRONIS ET PORPHYRIONIS

SCHOLIA

AD

Q. HORATII FLACCI

CARMINVM LIBRVM PRIMVM.

SCHOLIASTARVM VETERVM

ACRONIS ET PORPHYRIONIS

SCHOLIA QVAE SVPERSVNT OMNIA.

(Vid. Ianius de Horatii editionibus pag. XLIII.)

Vnici sunt, quorum in omnia Horatii opera commentarii ad nos venerint. Verum neque hi integri sunt, sed fragmenta, eaque haud dubie multis commentatorum, qui ea excerperent aut describerent, ineptis pannis interpolata; unde magno iudicio in iis legendis est opus. Qui Acroni et Porphyrioni abiudicant omnia et semper, nescio quem, Pseudacronem et Pseudoporphyrionem in ore habent, nae illi parum se praestant criticos. Nam neque argumentis firmant hanc suspicionem, neque satis adtente legisse eos oportet Scholiastas. Hoc enim si fecissent, vidissent sane, plurimas eorum adnotationes antiquissimam aetatem et stantem adhuc deorum cultum prodere. Veluti Porph. ad Carm. III, 8, 1.: *Calendae autem Martiae hodieque matronarum dies festus est.* Ad I, 36, 12.: *Salii, sacerdotes Martis, hodieque tripudiare in sacrificio Martis dicuntur.* Ad III, 11, 6. *Fidicines hodieque Romae sacrificiis adhiberi videmus.* Ad Serm. I, 3, 7.: *Ovum enim hodieque initium cenae est; quippe cum in gustu (*h. e. primo ferculo*) statim a balneis offeratur.* Et ad vers. 11.: *κανηφόροι hodieque Athenis dicuntur, quae sacra capite portantes leniter incedunt.* Tum Acronem certe paganum ipsum fuisse, constat ex scholio ad Serm. I, 9, 70. Aetatem autem illius et Porphyrionis definire velle, inane studium duco. Glareanus ad Carm. I, 7. et praefat. edit. 1555. Porphyrionem, Fabricius praefat. 1555. et Baxter. prae-

fat. 1701. Acronem antiquiorem censent. Laudat Porphyrion Acronem bis, ad Serm. I, 8, 25. et II, 3, 83. Porphyrionem Charisius, pag. 196. ed. Putsch. Acro Priscianum, ad Epist. II, 1, 228. Sed ex his nihil proficimus; repugnant adeo inter se a ratione temporum. Quare ab aliis assuta talia Scholiastis putem. Quidquid sit, Acronis et Porphyrionis scholia, sive excerpta sint e vetustioribus commentariis sive ab ipsis partim exarata (utrumque enim arbitror statuendum), in maximo habenda sunt pretio; servarunt enim nobis plurimas bonas et antiquas interpretationes, multas fabulas et historias, item opiniones antiquas, quas alibi frustra quaeramus. Principatum autem tenet Porphyrion, vir eximie doctus, Graecae etiam linguae peritissimus, qui et elegantem pulchri sensum prodit, spiritumque poeticum maiorem sane plurimis recentiorum interpretum, quod multae eius notae a nobis laudandae confirmabunt. Promeritus maxime est de Scholiastis *Georgius Fabricius*, editione illa iam laudata, *Basileae MDLV*, quae editio nobis, scholiastarum scholia typis excudenda curantibus, ad manus fuit. Scholia ipsa plurimis in locis a nobis emendata, vitiis typographicis deletis, vera lectione ad sensus fidem constituta, in hac editione exaravimus. Sed nihilominus, quod nempe interpretandi rationem adtinet, qua utuntur Scholiastae, tirones animum ad id advertere iubemus, quod supra Ianius, Vir Clarissimus, monuit: *„magno iudicio in iis legendis esse opus.“*

CARMEN I.

ACR. [*Maecenas*] *πραγματική, μονόκωλος.* Hominum scribit officia atque studia. [*Atavis edite regibus*] in commemoratione parentum et laudatio invenitur, ut Virg.: *Qui tanti talem genuere parentes!* et vituperatio, ut: *Ismarus aut Rhodope aut extremi Garamantes.* [*Edite reg.*] quoniam dicitur duxisse originem ab Etruscis regibus et contempsisse senatoriam dignitatem, mansisse autem semper in equestri ordine. [*O et praesidium*] quoniam eum a caede liberavit, Bruto a Caesare superato, vel quia per ipsum liberatus est indulgente sibi Augusto et multa etiam illi donavit Maecenas, amicus Augusti Caesaris. [*Decus*] quia magna laus est, placere meliori. [*Sunt, quos*] sunt, qui delectantur inire curule certamen. Exponit autem varia hominum ingenia et non unas voluntates, ne sit arrogantiae, quod sibi poeticam videatur vindicare doctrinam, cum singulos quosque rerum aliarum diversus habeat amor. [*Pulverem Olymp.*] agonalem etiam habere pulverem in curru suo. *Circenses* agonici in honorem Iovis Olympici sunt inventi apud Elidem, unde Virg.: *Hic et ad Elaei metas.* [*Fervidis*] vertigine ipsa calentibus. [*Evitata rotis*] circumducta, ne offendatur. [*Palmaque nobilis*] alios *palma nobilis*, i. e. victoria, terrae dominos facit et divinis honoribus consecrat, utpote victores ac per hoc neque aurigae neque viro forti aliud placet. [*Terr. dom.*] amphibologicôs dictum est, utrum dominos terrarum elevet, an ad deos, qui sunt domini terrarum. [*Ad deos*] ad Capitolium, ac si diceret, cum triumpho. [*Turba Quiritium*] ad vulgi levitatem refert, quia sunt faciles animis et facile movetur vulgus. [*Tergeminis*] finitus numerus pro infinito vel etiam aut quaestura aut praefectura aut consulatu. [*Honoribus*] *ζεῦγμα* ab inferioribus. [*Nunq. demoveas*] sicut, inquit, illi, cui semel agricultura placuit et cepit de agris suis frumentum, nullis praemiis persuadeas, ut nauta sit; sic nec ipsi, cui lyrica pro-

---

CARMEN I.

POR. [*Maecenas atav. edite reg.*] hac ode Maecenatem alloquitur, indicans, alium alio studio teneri, eorum, qui appetantur lucri cupiditate vel gloriae, se putare autem inter deos relatum iri, si numero lyricorum poetarum adscriptus fuerit. *Maecenatem atavis regibus editum*, quod natalibus regum Etruscorum ortus sit. [*Palmaq. nob. Terr. dom. evch. ad deos*] ambiguum, utrum *nobilis deos* an *palma nobilis.* (Hoc loco aberrare videtur Porphyrion, quum sensus satis doceat, epith. *nobilis* spectare ad vocem: *palma*, propterea scilicet *nobilis* dicta, quod, qui eam pro virtutis gloria accepere, *nobiles* reddit.) [*Mobil. turb. Quir.*] *mobiles Quirites* ait referens ad vulgi levitatem. Loquitur autem de eo, qui favorem vulgi captans, optet cum ingressus sit theatrum, plausum sibi edi a populo, sic enim excipiebantur in theatro principes, de quibus bene populus sentiebat. Hos enim plausus *tergeminos honores* appellat. (Quae interpretatio pluribus laborare videtur difficultatibus.) [*Attal. condit.*] i. e. regiis opibus. Attalus autem rex Pergamenorum fuit, hereditate Populus Romanus locupletatus fuerat. Est autem sensus: quicunque consueverit agrum suum colere, nunquam solicitatur ad navigandum, etiam si regis opes promittas, ut hoc faciat. [*Cypria trabe*] pro *Cypro*, ferro abundante.

fessio placuit, aliud persuadere posse scias, iuxta illud: *Tot sententiae, quot homines.* [*Quidquid de Libycis*] species pro genere. [*Verritur*] colligitur, trahitur. [*Findere*] colere, fodere. [*Sarculo*] genus ferramenti rustici, quod Graeci σκαφίον vocant. [*Attalicis*] Attalus rex Pergamenorum ditissimus fuit, cui propter opum magnitudinem populus Romanus testamento successit. [*Nunq. demov.*] i. e. etiam si divitiae regis Attali proponantur, nunquam demoveas illum. [*Populus Cypria*] abusive ponitur pro quacunque, sive quia validiores illic sunt. [*Myrtoum*] a Myrtilo auriga sive victimario Pelopis, quem cum deprehendisset, quod axes suos corruperat in Hippodamiae certamine, in pelagus eum praecipitavit, e cuius supplicio mare nomen accepit; sive a Venere, propter myrtum, non a Myrtilo, nam Myrtilium diceretur. [*Pavidus*] proprium epitheton nautarum. [*Luctantem*] confligentem. [*Icariis*] Icarus, Daedali filius, pennis resolutis, quas cera alligatas arte patris sumpserat, in mare corruit et nomen imposuit mari Icario. [*Africum mercator met.*] mercator metuens tempestatem, tunc laudat otium et agrum, tamen avelli a navigio postea non potest, cum timere desierit. Ordo est: *Mercator metuens luctantem Icariis fluctibus Africum, otium et oppidi sui rura laudat, mox reficit quassas rates, ut trabe Cypria pavidus nauta secet Myrtoum mare.* [*Indocilis paup. pati*] pro indoctus vel impatiens pauperiem pati. [*Est, qui nec*] est, qui delectatur conviviis apparatis, ut continuare diem velit. [*Massici*] locus est in Campania, ubi optima vina nascuntur. [*Nec partem*] duae abnegativae particulae hic pro una ponuntur. [*Solido*] integro. [*Demere de die*] scilicet ut non intermittat, sed continuet laetitiam totius diei. [*Spernit*] λιτότης. Dicit alios lautiore vita delectari. [*Viridi*] amoena et conviviis apta. [*Membra stratus*] figura est, ut: *oculos suffusa nitentes*, pro habens membra strata sub viridi arbore. [*Sacrae aquae*] omnis enim fons in origine sua sacer est et sonitu suo suadet etiam somnos. [*Multos castra*] exercitium militare delectat, ut: *Iuvat evasisse tot urbes.* [*Lituo tubae*] litui acutus est sonus, tubae gravis. Inter lituum et tubam hoc distare inveni: lituus equitum est et incurvus, tuba vero peditum est et directa. [*Matribus detestata*] exsecrata propter mortem filiorum, qua in bello pueri et adolescentes animositate incauti sunt, ut Virg.: *Vota metu duplicant matres.* [*Sub Iove*] Iovem ponit aërem et nocturnum tempus, quo feris tenditur ac per hoc dicit aliis venationem placere, ita ut non capiantur affectu coniugum, dum eligunt voluptates venandi. [*Tenerae coni.*] aut delicatae aut nuper in matrimonium copulatae. [*Catulis fidelib.*] sagacibus vel silentium investigando servantibus. Virg.: *Et odora canum vis.* [*Teretes*] non *teretes plagas*, sed tereti fune factas, ideo enim ita posuit, quia illi debemus substantiam, unde sumimus. [*Marsus aper*] Sabellus, species pro genere posuit, ut Virg.: *Dentesque Sabellicus exacuit sus*,

---

Cypriis enim clavis naves figuntur. [*Mercator met. otium et oppid. laud. rur. sui, mox ref. rat. quass.*] Sensus est: mercator cum tempestatem in mari patitur, abhorret navigare et optat iam rusticam vitam et in patria sua rura colere, mox ubi evaserit periculum, eandem vitam repetit. Per quod colligit neminem posse aliquid agere, praeterquam quod consueverit. [*Est, qui nec veteris pocul. Mass. spern.*] Ordo est: *Est, qui nec spernit*, dicit autem alios lautiore vita delectari. *Nec spernit*, ut Virg.: *Munera nec sperno*, λιτότης. [*Ad aquae cap.*] i. e. apud fontem, omnes autem pariter fontes sacri habentur et ideo caput sacrae aquae. [*Manet sub Iove frigido*] ac per hoc sub caelo. Dicit autem alios studio venandi plerumque in silvis pernoctare. [*Catul. cerva fidel.*] melius generaliter accipiemus quam ut venationi tantum eos fideles intelligamus, nam et Lucretius: *Fida canum vis.* Dicit ergo, quod semper fideles dominis sunt canes. [*Me docta-*

Maiores enim forma et ferociores esse dicuntur. [*Praemia doctar. front.*] poetarum scilicet, quia poetae hedera tantum solebant coronari. Virg.: *Pastores hedera crescentem ornate poetam.* Divinum ergo se honorem dicit per poema adeptum. Ait ergo alios venatione, se musica delectari. [*Gelidum nemus*] materiam ipsam carminis pro laude posuit. Nemus autem Parnassi montis dicatum Nymphis. [*Nymphar. lev.*] Satyrus enim et Bacchae ideo *leves*, quia se in saltando et ludendo velociter rotant. [*Secern. pop.*] i. e. dant mihi meritum, ut a vulgo separer. [*Tibias Euterpe cohibet*] i. e. si poema meum non moratur, nec Musae impediunt. [*Polyhymn.*] una e Musis. Virg.: *Alituum pecudumque genus Polyhymnia cantat.* [*Lesboum*] a Lesbo insula, de Alcaeo dicitur. [*Barbiton*] lyram dictam a sono. Dion etiam libro septimo, „citharae", inquit, „lyras septicordes eburneas, quae barbita dicuntur, tendentes, quorum usus obsolevit aetate mea." Haec ille. [*Sublimi feriam sidera vertice*] si me receperis inter Lyricos poetas, tunc merito gloriae adaequabo astra.

CARMEN II.

ACR. [*Iam satis terris nivis atque dirae*] metrum sapphicum hendecasyllabum, tribus versibus quod constat trochaeo, spondeo, dactylo et duobus trochaeis, ita: *Iam sa | tis ter | ris nivis | atque | dirae.* Versus Adonicus, dimeter e dactylo et spondeo, ita: *Terruit | urbem.* [*Iam satis terris*] C. Caesaris mortem significat, quo in senatu occiso plurimae tempestates, nives et grandines fuerunt, quo tempore et inundatione Tiberis dicitur Roma laborasse, quod propter Caesarem in honorem Augusti Caesaris, ultoris eius, vult factum videri. Nam de ipso et Virg.: *Exstinctum Nymphae crudeli funere Daphnin flebant.* Et alibi: *Ille etiam exstincto miseratus Caesare Romam.* Haec enim omnia, i. e. fulmina, grandinem, diluvii metum intelligi, vult vindictam Caesaris fuisse. [*Dirae*] a Furiis tractum est, quae *Dirae* dicuntur, ut: *Et dirae ultrices.* Et: *Dirarum verbera nosco.* [*Rubente dextera*] omnes manubiae albae et nigrae esse dicuntur Iovis rubea et sanguinea. [*Sacras arces*] i. e. ad sacras arces, i. e. templa deorum vel imperatorum. Vel etiam *sacras arces* Capitolium dicit. [*Terruit gentes*] timere fecit gentes. [*Ne rediret seculum Pyrrhae*] uxoris Deucalionis, sub quibus fuit diluvium. [*Nova monstr.*] nova monstra dicit fuisse diluvium, propter hoc, quod sequitur: *genus piscium haesit summa*

---

rum heder. praem. cett.] praemia doctarum frontium hederas ait, quia his poetae coronabantur, unde et Virg. ait: *Atque hanc sine tempora circum, Inter victrices hederam tibi serpere lauros.* [*Nymph. leves cum Sat. chor.*] per ea egregiam gloriam dicit consequi, de quibus canit fere lyrici carminis materia, de nemoribus ac fontibus et si quae sunt his similia aut proxima. [*Secern. pop.*] i. e. de grege vulgi tollunt ac per hoc sublimem faciunt.

CARMEN II.

POR. [*Iam satis terr.*] post occisum Caium Caesarem, quem Cassius et Brutus aliique coniurati interfecerant, multa portenta sunt visa, Tiberis etiam crevit, ut prodigii loco haberetur. Haec autem omnia vult videri facta in ultionem occisi principis et poenam eorum, qui bella civilia agere non desinebant. Quam inundationem Tiberis ad periculum ruinarum alio duxit solum. [*Secul. Pyrrhae*] Pyrrha questa est nova monstra accidisse mundo, interitu generis humani. [*Pisc. et*

ulmo. [*Omne cum Proteus*] Proteus belluarum marinarum pastor. Hunc dicit marina armenta in montibus diluvio pavisse, de quo Virg.: *Immania cuius Armenta et turpes pascit sub gurgite phocas.* [*Pecus egit*] omne animal, praeter hominem, antiqui pecus dicebant. [*Haesit ulmo*] contraria in diluvio contigisse dicit, ut in arboribus haererent pisces, silvestresque damae in aquis natarent, quas Virgilius masculino genere posuit: *Cum canibus timidi venient ad pocula damae.* Diluvio facto, cum tantum Parnassus emineret, Deucalion et Pyrrha, quomodo repararent genus humanum, Apollinem consuluerunt, qui dum respondisset, ut iacularentur ossa matris, tunc cognoverunt terram esse matrem dictam, unde iaculante mox Pyrrha lapides, puellae, et Deucalione, mares nati sunt. [*Flavum Tiberin*] aut turbidum aut colore limi flavum, ut: *Vorticibus rapidis et multa flavus arena.* [*Retortis*] aut propter turbines dixit *retortis* aut propterea, quod in campos exibat, non solito alveo in maria; constat autem violentia maris repulsum Tiberin inundasse. [*Hetrusco*] i. e. Tyrrheno, quo influit Tiberis. [*Monumenta*] regiam dixit. Locus est ergo, in quo Numa Pompilius habitavit, vestem habens regiam. Cicero de eodem loco: *Nuper me ad Regiam pene confecit.* [*Regis*] Numae Pompilii, qui seditionem abstulit et religionis cultum adhibuit. [*Templaque Vestae*] quia dicebatur Tiberis per Rostra ante habuisse meatum, quae templo Vestae iunguntur. [*Iliae*] matri Romuli, uxori suae. [*Querenti*] querelas apud se deponenti de morte Caesaris, hominis suae originis. [*Vagus*] non recto meatu fluens, qui extra alveum erraret. [*Et sinistra ripa*] aut infesta aut ibi, qua magis prona est civitas, quam redundare cupiebat. [*Iove non probante*] non permittente. [*Vxorius amnis*] diversae de Ilia poetarum opiniones sunt, nam Ilia mater fuit Romuli, quem ex Marte suscepit, quae mortua sepulta ad ripam Anienis fluvii dicitur, qui in Tiberin cadit et quia abundans aquis Anio cineres Iliae in Tiberin deduxit, ita dicta est Ilia Tiberi nupsisse et ideo dixit *uxorius amnis*, qui se ad eius querelam iactaret ultorem. Alii dicunt, quod ipsa Ilia Anieni nupserit, nam poetae multi hoc sentiunt. Sed Horatius ut Tiberi det causas irascendi, Tiberis magis dixit uxorem. *Vxorius* enim dicitur uxori deditus, ut Virg.: *Pulchramque uxorius urbem Exstruis.* [*Audiet cives*] pugnas e morte Caesaris in posteros redditas dicit propter bella civilia. Nam Augustus percussores eius usque ad Aegyptum persecutus est. [*Quem vocet divûm*] aversos dicit superos

---

summa genus haes. ulmo] leviter in re tam atroci et piscium et palumborum meminit, nisi quod hi excessus lyricis concessi sunt. [*Et superi. pav. natar. aeq. dam.*] *superiecto aequore*, i. e. super terras iacto, illa scilicet diluvii inundatione. [*Flavum Tiberin*] sic etiam Virg.: *Vorticibus rapidis et multa flavus arena.* [*Ire deiect. mon. regis*] monumentum non tantum sepulcrum dicitur, sed omne quidquid memoriam testatur. Regiam ergo Numae Pompilii signat. [*Litore Hetrusco viol. und.*] constat violentia maris repulsum Tiberin redundare et solitum effundi per ripas suas, quod hic nunc monstrose factum dicit. Litus autem Etruscum, Tyrrheni, i. e. Etrusci maris. Repulsum Tiberin in litus accipit, in quod Tiberis exit. [*Iove non prob.*] quod terreri Iupiter iusserit populum, non perire. [*Iliae dum se nim. quer. iactat ultor. vag.*] Ilia, auctore Ennio, in amnem Tiberin iussu Amulii regis Albanorum praecipitata est. Antea enim Anieni matrimonio iuncta atque hic loquitur quasi Tiberi potius nupserit. *Querenti* autem Iliae caedem Caesaris intelligendum. [*Aud. civ. acu. ferrum*] ἀσυνδέτως transit, sic intelligendum: Itaque rara iuventus maiores suos acuisse ferrum. [*Quem voc. divûm pop. ruen. imperi*] iterum ἀσυνδέτως transit et fere morem hunc habet sine coniunctionibus transeundi. Ceterum subaudienda hic est coniunctio, ergo, sic enim fit plerumque:

pro tali scelere vota humani generis sprevisse. [*Fatigent*] instanter et impense rogent, ut: *Divosque in vota fatigent.* [*Minus audientem carmina*] hymnos et preces non audientem pro supplicantium impietate. [*Cui dabit partes scel. exp.*] i. e. cui deorum dabit Iupiter potestatem delendi malum, quod patravit pars Romanorum, non enim omnes consenserunt in mortem Caesaris. [*Iupiter*] Iovis mite numen est, nec aliquid per se laedens. Lucan.: *Num mitis in alto Iupiter?* [*Nube candenti*] melius *candenti nube* quam *candentes humeros.* [*Amictus*] candidis nubibus velatus, ut qui videri non potest, amicti enim dii nequeunt conspici. [*Augur Apollo*] Augustum, qui se Apollinis filium volebat videri, aut propter Troianum genus de Veneris stirpe, ut est: *Hunc tu olim caelo spoliis orientis onustum Accipies.* [*Erycina ridens*] Erycina Venus a monte Eryce, in quo maxime colitur, dicta. Virg.: *Erycino in vertice sedes Fundatur Veneri Italiae.* Sed Veneris numen non usque adeo mite esse solet, nam irata Solis filias persecuta est. [*Sive neglectum genus*] sive quia Caesarem occidi passus est, sive quia postea in ultionem eius bellum civile fieri permisit. [*Et nepotes*] Romanos dixit propter Romulum. [*Respicis auctor*] Mars auctor per Iliam et Romulum. Virg.: *Viden' ut geminae stant vertice cristae, Et pater ipse suo superum iam signat honore.* [*Ludo*] *ludum Martis* dixit bella civilia, cuius ludus in praeliis est. [*Quem iuvat*] Martem enim et bellicus clamor et splendentia tela delectant, ut: *Iuvat ire et Dorica castra, Desertosque videre locos.* [*Et Mauri*] *Maurum* abusive posuit pro quocunque hoste. [*Sive mutata iuvenem figura*] Mercurium dicit, sive quia in diversas potestates transfigurari consuevit, sive quia vult eum Augusto per Troianos parentem videri. Virg.: *At Maiam, auditis si quidquam credimus, Atlas, Idem Atlas generat.* Et venias, precamur, a superioribus, ubique subaudi. [*Almae*] ne Maiae filius Cupido putaretur, ideo dixit: *filius Maiae*, ut Mercurium ostenderet. Virg.: *Haec ait et Maia genitum demittit ab alto.* [*Serus in caelum*] ac si diceret, diu vivas Romanis et tarde divus fias. [*Iniquum vit.*] iratum, indignantem peccatis nostris et propter hoc fugientem nos. [*Princeps*] iuxta morem principum, qui patres patriae dicuntur. [*Medos*] Parthos, a quibus Crassus occisus est, quo pereunte ortum est bellum civile. Lucan. de eodem: *Vimbraque erraret Crassus inulta.*

---

ergo quem vocet divum populus. Non pugnis parentum, sed vitio parentum — [*Rara iuventus*] quia in bellis civilibus, sub Caesare et Pompeio, deinde sub Augusto et Cassio atque Bruto Romani se ipsi confecerunt. [*Minus aud. Carm. Vest.*] offensam, scilicet scelere eorum, qui Caesarem occiderunt. [*Tandem ven., precamur, Nube candenti humeros amictus*] conversus ad Apollinem, qui Actiaco bello Antonium oppressit. Virg.: *Haec cernens arcum intendebat Apollo.* [*Sive tu mav., Erycina ridens*] quam Iocus circumvolat et Cupido. Potest et *ridens Iocus* et *Erycina ridens* accipi, i. e. Homericum *Erycina ridens*, secundum illud: φιλομειδὴς Ἀφροδίτη. [*Sive negl. genus et nep.*] ad Martem hoc pertinet, quem invidiose arguit genus suum, i. e. Romanos neglexisse, quod passus sit eos bello civili vastari. [*Heu nimis longo sat. ludo*] pro bello posuit, hic enim videtur ludus esse Martis. [*Acer et Mauri pedit. cruent. Vult. in host.*] Mauri pro cuiuslibet accipit bellicosae gentis viro. Speciem enim pro genere posuit. [*Sive mut. iuv. fig.*] adulatur Augusto, Mercurium eum esse dicens. [*Serus in caelum red.*] suaviter optat Augusto, ut diu vivat. [*Neve te nostris vitiis iniq. Ocyor aura*] bene haec dicuntur, quia ad Mercurium videtur loqui, qui volucer deus, simul eleganter et illud oblique optat, ut post excessum Augustus divus factus recipiatur in caelum. [*Nostris vit.*] id, utrum ad bella civilia referens ait, an latius, ex hoc intelligitur. [*Ocyor aura toll.*] pro ocyus tollat, σχῆμα ὑπαλλαγή.

CARMEN III.

ACR. [*Sic te diva*] metrum primo versu Glyconicum constat ex spondeo et duobus dactylis, ita: *Sic te | diva potens | Cypri.* Secundo Asclepiadeum. [*Sic te diva potens Cypri*] principium deprecationis, ut navem beneficis sideribus comitetur, salutare enim Veneris sidus est. *Sic* autem adverbium adiurantis est. [*Fratres Helenae*] Castor et Pollux. [*Lucida sidera*] *ἐπεξήγησις.* [*Ventorum pater*] aut Aeolum aut iuxta physicos, qui ventos ex motu Oceani nasci volunt, Neptunum dicit, ut Virg.: *Quidve, pater Neptune, paras?* [*Praeter Iapyga*] *Iapyx* ventus utilis, de Apulia flans, Athenas petentibus, Graece *ἀργέστης* dicitur. [*Creditum*] commendatum, ut Virg.: *Anni spem credere terrae.* [*Atticis*] Atheniensibus. [*Et serv. anim. dimid. meae*] amicum partem animae posuit, ideo dimidium dixit. Athenas naviganti Virgilio navigii prosperitatem precatur et exsecratur etiam timore periculi eum, qui primus cupiditate lucri ad temeritatem navigandi descendit. [*Illi robur*] ac si diceret: *Duritia sine sensu periculi.* [*Aes triplex*] verbum ab usurariis tractum posuit, quorum avaritia spe lucri vel commercii inventum navigium sit. [*Commisit*] credidit, ut Terent.: *Ovem lupo commisisti.* [*Tristes Hyadas*] tempestuosas et nebulosas, ut: *Pluvio contristat frigore caelum.* [*Nec rabiem Noti*] Notum supra omnes ventos extulit, quia cardinalis est, ideo *arbiter Hadriae* praecipue solet pasci aestibus, i. e. nutriri fluminibus. [*Hadriae*] maris Hadriatici pro quovis mari. [*Tollere*] Commovere. Virg.: *Et mulcere dedit fluctus et tollere ventos.* [*Ponere*] mitigare. [*Quem mortis timuit gradum*] genus mortis. Tres gradus mortis definiuntur, *fato, casu, genitura.* *Fato*, ut: *Stat sua cuique dies.* *Casu*, ut: *merita nec morte peribat, Sed misera ante diem.* *Genitura*, ut: *Sternitur infelix alieno vulnere.* Vnde Stoici casu dicunt, Epicurei fato, Pythagorici genitura hominem mori. [*Qui siccis*] praeter lacrymas. Lucan.: *Qui sicco lumine campos viderit Aemathios.* [*Mare turbidum*] tumens fluctibus suis. [*Infames scopulos*] aut famosos multorum poetarum carmine aut propter asperitatem litoris, naufragiis navium. [*Acroceraunia*] sunt montes Epiri, ideo dicti Graeco vocabulo, quod sui altitudine frequenter fulminentur. De his

---

CARMEN III.

POR. [*Sic te diva pot. Cypri*] ad navem loquitur, qua Virgilius Athenas petiverat, adorans eam, ut eum incolumem perferat. [*Sic fratr. Helenae, luc. sid.*] *σχῆμα ἐπεξήγησις*, quia fratres Helenae lucida sidera sunt. Constat autem hodie inter nautas Castoris et Pollucis stellas plerumque navibus infestas esse. [*Iapyx*] a ventosa regione, unde flat, dicitur, quae nunc Appulia appellatur. Dicit ergo optime hoc vento ex Italia Athenis navigari et idcirco optat, ne alius flet iam ipso navigante Virgilio. [*Quae tibi cred. deb. Virgilium*] ambiguum, utrum debes finibus Atticis, an finibus Atticis reddas, accipiendum sit. [*Et serv. anim. dimid. m.*] suaviter hoc dictum secundum illam amicitiae definitionem, qua plurimum utuntur: *μία ψυχὴ ἐν δυοῖν σώμασιν.* [*Illi rob. et aes tripl. circa pectus erat*] exsecratur eum, qui primus ausus sit navigare, dicitque eum durissimo corde ac pectore fuisse, qui tanta pericula non timuerit, habet autem hic quiddam Homericum: *χάλκεον δέ μοι στῆθος*, i. e. ferreum pectus. [*Nec rab. Noti, Quo non arb. Hadr. mai.*] arbitrum pro rectore posuit. Significat autem in Hadriatico sinu neminem magis Noto saevire, per quod videtur dominationem exercere, vel ad extollendos fluctus cum saevit vel ad placandos, cum flare desinit. [*Quem mortis timuit gradum*] quam mortem, inquit, abhorrere potest, qui monstra maris et asperrima saxa sine lacrymis videre potuit. [*Infam. scop.*] ait, propter atrocitatem naufra-

Virg.: *Provehimur pelago vicina Ceraunia iuxta.* [*Nec quidquam Deus abscidit*] ac si diceret, numquid sine ratione separatum est mare a terris, cum illud elementum periculis, hoc voluptatibus plenum sit? *Abscidit* autem, separavit. [*Prudens*] providens. [*Non tangenda vada*] periculosa navigiis non deberent vada accusari, cum navis ipsa nec fieri, nec usui esse debuerit, h. e. non tangi. Nam et Virg.: *Illiditque vadis.* Ideo enim vada dicta sunt, quod brevitate sua *vadari*, h. e. ambulari, possint. [*Audax omnia perpeti*] i. e. merito omnia patiens lucri cupiditate. [*Iapeti genus*] patronymicum est, Prometheum dicit, filium Iapeti, qui cum ignem superis furatus esset, numinum indignatione febres hominibus datae sunt, velut calor, quem desiderarunt. [*Subductum*] subreptum, furatum. [*Terris incubuit*] institit, ut nec in suo elemento quieti viverent, qui aliena tentassent. [*Cohors*] ac si diceret, multa genera morborum ad vindictam temeritatis terris immissa sunt. [*Semotique prius*] tarde venientis. *Tardam necessitatem* dicit propter feritatem febrium accelerantem mortem, quae tardior hominibus fuerat constituta. [*Corripuit gradum*] acceleravit periculum, invento novo exitio, ut: *Corripuere viam interea.* [*Vacuum*] apertum, quod experiendi hominibus non causa fuerat. Virg.: *Iam vacuo laetam caelo speculatus.* [*Pennis non homini datis*] Virgilius: *Praepetibus pennis ausus se credere caelo.* [*Nil mortalibus arduum est*] nihil difficile est. [*Caelum ipsum*] quod solum sibi exceperant numina, quasi et ipsum possent humani ausus attingere, nisi fulmina coercerent. [*Petimus*] optamus, exposcimus, ut Virg.: *Tartareum ille manu custodem in vincla petivit.* [*Neque per nostrum patimur scelus*] i. e. non patimur Iovem quiescere, nam quidam gigantes ipsum caelum conati sunt ad solum deducere. Virg.: *Et coniuratos caelum rescindere fratres.*

CARMEN IV.

ACR. [*Solvitur acris hiems*] metrum, quod Phalecium dicitur sive Archilochium, quia frequenter eo usus est Archilochus. Constat prior versus e parte Heroici, quae dicitur Bucolice, quia necesse est, ut quartus sit dactylus et tribus trochaeis terminatur, ita: *Solvitur | acris hi | ems gra | ta vice | veris | et fa | voni.* Sequens versus trimeter iambicus catalectus est, cui una syllaba deest, ita: *Trahunt | que sic | cas ma | chinae | cari | nas.* Quod si dixeris carinulas, erit integer trimeter. Et aliter: primus versus constat ex quatuor pedibus heroicis et tribus trochaeis; secundus Archilochius dicitur et constat ex pentemimeri iambica et tribus trochaeis, ita: *Trahunt | que sic | cas machi |*

---

giorum, quae ibi multi patiuntur. [*Ceraunia*] montes sunt Epiri. [*Nec quidquam deus abscid. Prud. Oceano dissoc. Terras*] prospexerat, inquit, natura hominibus, ut terrae, quibus sine periculo utimur, a mari discernerentur, sed hoc frustra, cum iam audeat humana temeritas etiam mari se committere. [*Audax Iapeti genus*] Prometheum signat, de quo fabula, i. e. ignem eum furtim a caelo hominibus attulisse et invexisse terris multas calamitates. [*Post ign. aether. dom. subd.*] Hesiodus ait: cum ignis e caelo furto Promethei subductus esset, Pandoram immissam terris poenae causa. Nam per eam mulierem, patefacto dolio, erupisse omnium pestium genera, quibus homines laborarent, secundum eam opinionem haec dicuntur.

CARMEN IV.

POR. [*Solv. acr. hiems*] haec ode ad P. Sextium consularem scribitur, in qua quasi describens verni temporis gratiam, cohortatur ad laetiorem indulgentioremque vitam, admonens, mortem aequaliter

nae ca | *rinas.* [*Solvitur*] mollescit. [*Acris hiems*] *acris* nomen est neutrale a masculino genere, ab eo, quod est acer, unde etiam in masculino genere in *is* desinit, ideo commune et omne nomen facit, ut: *Acris hiems* et *acris sinapi.* [*Trahuntque carinas*] de navalibus aut pro reparatione aut pro hieme subductas, competenti tempore ad navigationem in maria revocant. [*Arator*] mutari etiam usum vitae dicit mutatione temporis. Virg.: *Ante focum, si frigus erit; si messis, in umbra.* [*Canis*] candentibus. [*Iam Cytherea choros ducit*] clementia temporis dicit etiam ad ludum animos invitari, ita ut noctem saltationibus vacent voluptate faciente, unde et Venerem posuit. [*Imminente*] appropinquante. [*Iunctaeque Nymphis*] per *Nymphas* mulieres intelligi voluit, per *Gratias* virgines: istas enim tanquam epicureus ponit, suadens, voluptuose vivendum pro fragilitate vitae, nec praetermittendam Venere ardente laetitiam. [*Alterno terram quatiunt pede*] pro sono cantilenae ad rythmum pede feriunt. [*Graves*] pro operis labore. [*Nitidum caput*] unguentis delibutum. [*Impedire*] coronare. [*Terrae quem ferunt solutae*] *solutas terras* dixit liberas, h. e. incultas. Nam Virgilius cum de agricultura loqueretur, ait: *Exercetque frequens tellurem atque imperat arvis.* Idem: *Iniussa virescunt Gramina.* Potest et *soluta terra* aperto iam vere intelligi, nam pro temporibus et patescit et clauditur. Virg.: *Vere tument terrae.* Et de hieme: *Rura gelu tunc claudit hiems.* [*Nunc in umbrosis*] quasi expleto anno et novo redeunte reddenda sunt vota diis agrestibus. Virg.: *Tunc pingues agni et tunc mollissima vina.* [*Pallida mors*] epitheton mortis, quae pallidos facit. [*Regumque turres*] pro altioribus domibus *regum turres* posuit, ut *tabernas* pro humilioribus. [*Vitae summae*] supputatio pro brevium annorum numero posuit, ut Virg.: *Sed fugit interea, fugit irreparabile tempus.* [*Fabulaeque et manes*] dii boni *manes* dicebantur, unde et mane tractum putatur aut certe somnus potius quam inferi, qui sunt fabulosi, unde Virg.: *Perque domus Ditis vacuas et inania regna.* [*Mearis*] permearis, perveneris. [*Nec regna vini sortiere talis*] non accipies per sortem regna vini. [*Tenerum*] delicatum. [*Lycidan*] puerum a te stupratum. [*Quo calet*] quem impatienter amat. [*Tepebunt*] ardebunt, amabunt.

CARMEN V.

ACR. [*Quis multa*] metrum duobus versibus Asclepiadeum. Tertius Pherecratius, qui constat spondeo, dactylo et spondeo, ita: *Grato* |

---

omnibus imminere. [*Grata vic. ver. et Fav.*] *Favonium* ventum, qui Zephyrus Graece appellatur, veris tempore incipere flare, Virgilius testis est, qui sic ait: *Vere novo gelidus canis cum montibus humor liquitur et Zephyro putris se gleba resolvit.* [*Terrae sol.*] utrum liberae et cultui non inservientes intelligendum, ut prata significare videatur, an temperie et aestu veris solutae, quae paullo ante frigore hiemis strictae erant. Sic et Virgilius *veris tempus aptum rusticis ad sacrificandum* dicit, quia tunc somni dulces et mollissima vina. [*Seu poscat agna*] attende feminino genere agnam maluisse dicere, quam agnum, secundum illud Virgilii: *Et caesa iungebant foedera porta.* Nescio enim quomodo quaedam elocutiones per femininum genus gratiores fiant. [*Paup. tab., regq. turres*] per *tabernas* vulgares domos signat, per *turres* altiores. [*Nec regna vini sort.*] hoc ad magisteria conviviorum pertinet, quae talorum iactibus sortiri solitos, quod et Plautus significat in Captivis; item in Asinaria.

CARMEN V.

POR. [*Quis multa gracilis*] Pyrrham meretricem alloquitur, cuius calliditatem ignorans, ait, se quoque in amorem eius implicitum sus-

Pyrrha sub | *antro.* Quartus Glyconicus, qui constat spondeo et duobus dactylis, ita: *Cui fla* | *vam reli* | *gas comam.* [*Quis multa*] percunctatur Pyrrham, cum qua olim consueverat, quo amatore nunc fruatur iuvene et munditias eius vel blanditias laudat, sed quadam adhuc amantis invidia, cum se dicat veluti cum dolore eius illecebras, quibus capit ignavorum adolescentium animos, tanquam naufragium evasisse per damna. [*Gracilis*] delicatus, tenuis, unde et: *Vmbrae ibant tenues.* [*Perfusus liquidis urget odor.*] pro fluxu seminali, i. e. coitu et libidine. [*Grato sub antro*] quod et loci gratia et unguentorum iuvetur, nam in antris prostare consueverunt, unde et fornices dicti. [*Cui flav. religas comam*] cui comeris. [*Simplex munditiis*] *simplex*, incomposita. *Simplicem munditiis* dicit animo factiosam. [*Mutatosque deos*] sibi iratos, cum permiserunt illum in foveam cadere meretriciam. [*Flebit*] ut, mutatam felicitatem suam dum queritur, ipsa ingratitudine nudet amatorem. Hoc autem iuxta opinionem hominum dixit, qui iratis aut propitiis diis lucra sive dispendia sua applicant, ut Lucan.: *O faciles dare summa Deos, eademque tueri difficiles.* [*Et aspera*] bene ἀλληγορικῶς *aspera aequora* et *auram fallacem* meretricem vocavit, h. e. inconstantem; nam dum blandiendo insipientem trahit, captum crudeliter nudat, inconstantiae maris similis, unde Virg.: *Me ne huic concredere monstro Aeneam, toties deceptus fraude Sereni?* Idem de perfidia mulierum: *Eia, age, rumpe moras, varium ac mutabile semper Femina.* [*Nigris*] i. e. contrariis. [*Insolens*] consuetus (corr. inconsuetus) et inexpertus amorum meretricum. [*Auream*] pulchram aut certe divitem sive simplicem significat. [*Vacuam*] sibi vacantem sine dolo aliis contemptis suo amori deservientem. [*Aurae*] mutabilis feminae. [*Miseri*] mira varietate, dicendo enim eos miseros, quibus fulgebat intentata, quasi beatum se profitetur, qui iam ab ea evasit; sicut in sequentibus dicit. [*Me tabula*] ac si diceret, adhuc non probata ignoranti nites et places. [*Sacer paries*] metaphora a naufragis, qui evadentes pictas cladibus suis tabulas praeferunt et cum quibus evaserint vestibus, eas ad Neptuni templum suspendunt, ut Iuven.: *Et picta se tempestate tuetur.* ut Virg.: *Servati ex undis ubi figere dona solebant.* Hoc per allegoriam ostendit post nuditatem suam a meretricis se amore liberatum. [*Vvida*] madida, madidus autem extrinsecus, uvidus intrinsecus. [*Deo*] Neptuno.

CARMEN VI.

ACR. [*Scriberis Vario fortis*] metrum tribus versibus Asclepiadeum, quartus Glyconicus. [*Scrib.*] dicit Agrippae, navales sive ter-

---

ceptis votis tandem evasisse. [*Gracil. puer*] *gracilem* pro tenero posuit. Teneri autem adhuc graciles solent esse et puellae et adolescentes. [*Heu! quot. fid. Mutq. deos flebit*] per allegoriam haec dicuntur, quibus signat tempestatum modo mobiles esse meretricis huius blanditias. [*Mis., quibus intent.*] miseros eos ait, quibus ignota et inexperta sit huius meretricis fraudulentia, se autem more eorum, qui evaserunt maritima pericula, vota solvisse, quod amore huius liberatus sit. Videmus autem quosdam hodie quoque pingere in tabulis suos casus, quos in mari passi sint atque in fanis marinorum deorum ponere. Sunt etiam, qui vestem quoque ibi suspendant diis eam consecrantes. [*Me tabul. sacer votiva paries*] per tabulam votivam indicat maris potenti Deo vestimenta suspendisse.

CARMEN VI.

POR. [*Scrib. Var. fort.*] Agrippam alloquitur, cuius rebus gestis negat se lyrico carmine satisfacere posse, ideoque a Vario ea scribi de-

restres victoriae tuae scribentur a Vario perfecto oratore. Ceterum ingenium suum metrorum ludo deditum, laudes bellicas impar canere. [*Maeonii*] Homerici, qui de Maeonia fuit, i. e. tali carmine scriberis a Vario, quali usus est Homerus. [*Alite*] auspicio sive bono omine. [*Ferox*] fortis. [*Nos, Agrippa*] vocativus casus. Ordo talis est: *Quamcunque rem ferox miles gesserit te duce, navibus aut equis, nos tenues nec conamur dicere haec, nec conamur gravem stomachum Pelidae, cedere nescii*, i. e. invicti, ferocis, ut: *Rumpuntur nescia vinci Pectora, ne conamur dicere cursus duplicis Vlyssei per mare, nec conamur dicere saevam domum Pelopis, dum pudor et Musa potens lyrae vetat deterere laudes egregii Caesaris et tuas, culpa ingeni.* [*Pelidae stomachum*] συνεκδοχικῶς a parte totum. *Stomachum* autem pro ingenti ira posuit. [*Culpa ingeni*] i. e. tarditate sensus. [*Duplicis Vlyssei*] duplicis aut propter errores dictum aut quia fertur dolosus aut certe duplicis propter annos viginti. Nam dum alii duces capta Troia post decem annos reversi sunt, Vlysses solus post viginti annos reversus in patriam dicitur. [*Pelopis domum*] Atreum et Thyesten, a quibus diis epulae humanae carnis appositae sunt, unde et Thyesten, tragoediam, Varius scripsit, quem et Virg. laudat: *Nam neque adhuc Vario videor, nec dicere Cinna Digna.* [*Conamur*] extenuat vires suas, ac si diceret, nos tenues non audemus grandia. [*Imbellis lyrae*] quod nesciat res bellicas et altas vel tristes describere. [*Adamant. tun.*] lorica. Allusit propter duritiem, nam bellum in quibusdam insuperabile est. [*Nigrum*] instantia certaminis et pugnando squallentem, Meriones fortiter pugnavit in bello Troiano. [*Tytiden*] Diomeden. [*Nos convivia*] i. e. tantum ex voluptatibus scribimus. Ordo est: *Nos vacui cantamus convivia.* [*Praelia virginum*] iuvenibus resistentium. [*In iuvenes*] in os iuvenum. [*Vnguibus sectis*] ad repugnandum acutis et praeparatis. [*Vacui*] amore, i. e. non amantes, sed securi. [*Sive quod urimur*] i. e. seu forte amamus. Qui enim amat, uritur. Virg.: *Vritur infelix Dido.* Ostendit se omni tempore seu amantem seu non amantem id studii habere. Ordo est: *Seu non praeter solitum leves, quod urimur*, non enim praeter solitum levis est, qui uritur, cum omni tempore sit inconstans. [*Leves*] nihil constantiae habentes, quae est consuetudo amatoribus.

---

bere. Fuit autem L. Varius et ipse carminis tragoediarum et eclogarum auctor, Virgilii contubernalis. [*Maeon. carm. al.*] ac si diceret, Homericis auspiciis ac per hoc Homerica sublimitate. Notum autem inter opiniones, quae de natalibus Homeri feruntur et hanc esse, quasi Maeonis filius fuerit. [*Quam rem cunq. ferox nav. aut equis Miles, te duce, gesserit*] figurata elocutio. Nam cum dixisset, *scriberis*, intulit, *quam rem cunque miles gesserit, te duce.* Simplex autem elocutio erat: scribentur res, quascunque miles gesserit, te duce. [*Nec curs. dupl. per mare Vlyssei*] amphibolum, nam et *duplicis Vlyssei* potest accipi, quod significat callidi. Potest et *duplices cursus* per accusativum pluralem accipi, i. e. itus ac reditus. [*Nec saev. Pel. dom.*] notae historiae sunt de Tantali genere, ex quo Pelops ortus, deinde Atreus et Thyestes, deinde Orestes, de quorum sceleribus tragoedias compositas scimus, quarum stylus non nisi sublimitate fertur, cui se negat hic poeta sufficere. [*Culpa deter. ing.*] belle, *culpa ingenii*, humanum vitium autem non aliud, quam humilitatem vult intelligi. *Deterere* autem minuere signat et ex consequenti, quia quae deteruntur, comminuuntur. [*Quis Martem tunica tectum adam.*] i. e. quae perrumpi non possit. *Adamas* enim lapis durissimus, figurate autem negat se posse res bellicas scribere. Verum Varium potius, qui sit Homerico spiritu. [*Nos prael. virg. sect. ung. cant. vac.*] utrum cum *vacui sumus*, an ideo haec cantamus, quia *vacui sumus*, i. e. a

CARMEN VII.

ACR. [*Laudab. alii clar. Rhod. aut Mitylenen*] metrum heroicum. Primus versus hexameter, sequens vero tetrameter est, qui et Phaliscus appellatur, eo quod e quatuor pedibus ultimis constat versus heroici. *Munatium Plancum* alloquitur consularem virum, Tibure oriundum, in cuius gratiam dicit, cum diversis poetis studium sit, diversas insulas, oppidaque certorum numinum gratia celebrare carminibus, sibi Tibur esse laudandum, cuius voluptate capiatur et amoenitate; sed Albuneae Nymphae eiusdem nemoris vicini ac Tiburis, de quo Virg.: *Lucosque sub alta consulit Albunea.* Tibur autem Tiburtus condidit, a quo nomen civitati est. Hic fuit filius Catilli, filii Amphiarai, ut: *Catillusque acerque Corax.* Sed hac ode Plancum adhortatur, ut curas voluptatibus relaxet, exemplo Teucri Telamonii. [*Clar. Rhod. aut Mityl.*] maritimae Graeciae civitates sunt. [*Bimarisve Corinthi Moen.*] quia et Ionio et Aegaeo mari alluitur. [*Vel Baccho Thebas*] Ordo est: *Vel Thebas insignes Baccho vel Delphos insignes Apolline.* Vt enim apud Thebas Dionysius, sic Delphis Apollo colitur, a quibus et honorem patriae sortiuntur. [*Thessala Tempe*] amoenitates Thessaliae. Tempe enim tribus casibus declinatur, nominativo, accusativo et vocativo. [*Sunt quibus un. op. est*] ac si diceret, unum studium est laudibus dicendis operam dare, certos se inde gloriam quaerere, laudando tantum Athenas, quas vocavit urbem Minervae, velut proprium civitatis numen. [*Carmine perpetuo*] aut uno metro aut non aliorum laudibus mixtis. [*Vndique decerptam*] ex omnibus collectam. Ordo est: *Praeponere fronti olivam undique decerptam.* [*Aptum dicit equis Argos*] aptum equis Argos genere neutro absolute dicit. [*Ditesque Mycenas*] h. e. sicut Athenas in Minervae honorem, ita Argos et Mycenas laudari in honorem Iunonis. [*Nec tam patiens*] quia in Agoneis verberibus immobiles caedebantur. [*Lacedaemon*] post matricidium Orestes cum fureret, adiit oraculum de sanitate; oraculum respondit, sic eum posse sanari, si Dianae Scythicae de Taurica simulacrum auferret. Profectus itaque est. Ibi soror eius, sacerdos, quae advenas immolabat, agnovit fratrem et pepercit illi, interrogavitque, cur venisset; ille indicavit. Abstulerunt inde simulacrum, simul soror secuta est, delati sunt ad Italiam et collocaverunt in nemore Aricino simulacrum et consecraverunt nemus. Post haec Italis immite numen visum est et asperum, miseruntque ad orientem simulacrum, quod Lacedaemonii susceperunt et ne crudelitatem aut sacrilegium facerent, statuerunt hi, ut iuvenis aras adscenderet et superimponeret manus et tam diu loris caederetur ab alio iuvene, quam diu sanguis de vibicibus in aram manaret et satisfaceret numini; inde ergo *Lacedaemon.* [*Nec tam Larissae*] *Larissa*, civitas Thessaliae, a qua et Achilles *Larissaeus* dictus est. Virg.: *Quos neque Titydes, nec La-*

---

negotiis liberi, quod magis videtur sensisse, cum subiiciat, *non praeter solitum leves*, i. e. ex consuetudine leves.

CARMEN VII.

POR. [*Laud. al. clar. Rhodon*] hac ode Munatium Plancum consularem alloquitur, qua indicat se praecipue Tiburtina regione delectari, omnibusque eam sua sententia proponendam affirmat. [*Clar. Rhod.*] propterea *claram*, quod soli sit opposita, dicit, de qua et Lucilius sic ait: *Captium Rhodos in pelagus inclinat apertum.* [*Bimar. Corinth.*] *bimarem* appellat, quod Isthmo opposita, Ionio et Aegaeo sinu abluitur. [*Aptum dicit eq.*] Homerus appellat ἄγρος ἱππόβοτον [*Dom. Alb.*] *Albuneam* deam in regione Tiburtina fontis praesidem

rissaeus Achilles. [*Percuss.*] nimia delectatione animum feriit. [*Domus Albun.*] delectabile nemus est consecratum Albuneae Nymphae, a qua et nomen accepit. [*Et praeceps Anio*] aut per devexa cadens aut rapidus. [*Tiburti lucus*] silva iuxta civitatem eiusdem nominis. [*Mobilib.*] discurrentibus. [*Detergit nubil. cael.*] purum aërem facit, quem Graeci λευκόνοτον appellant, i. e. serenum. Ordo est: *Saepe albus Notus detergit nubila obscura caelo.* [*Plance*] vocativus proprii nominis. [*Molli mer.*] aut levi aut suavi, nam vino in oblivionem veniunt curae et tristitiae fugantur. Virg.: *Adsit laetitiae Bacchus dator.* [*Seu te fulg.*] ac si diceret, seu signis militaribus seu bellis miscearis. *Fulgentia* autem splendida, coruscantia. [*Seu densa tenebit*] seu sis domi seu militiae. [*Salam.*] civitas Telamonis. Hic filiis suis, Teucro et Aiaci, ad Troianum bellum proficiscentibus legem posuit, ut alter sine altero non rediret. Aiace itaque se perimente, quod per dolum Vlyssis, iudicio armorum victus sit, cum ipse corpus Achillis liberasset: Teucer, memor imperii paterni et patriam fugiens, responso Apollinis cum sociis alibi condidit civitatem. Hunc fugientem dicit hortando comites suos ad pocula consolatum et vino tristitiam mitigasse. [*Vda Lycaeo*] madida vino. [*O socii*] Ordo est: *o socii, o comites, ibimus, quocunque feret nos fortuna melior parente.* [*Melior fortuna parente*] illa dedit patriam, hic negavit. [*Auspice*] fautore vel sponsore. Apollinem dicit, cuius responsa vel promissa sequebatur. [*Certus*] non fallax, veridicus. [*Ambiguam*] duplicem, vel quod una in Cypro, altera in Thraciae regione esse dicitur, vel quod una pulsus est, alteram condidit. Virg.: *Similiter ambiguam duplicem posuit, Agnovit prolem ambiguam, geminosque parentes.* [*Nova*] scilicet incognita, peregrina. [*Peioraque passi*] Virg.: *O passi graviora.* [*Iterabim.*] i. e. iterum navigabimus.

CARMEN VIII.

ACR. [*Lydia dic, per omn.*] metrum choriambicum, quod constat ex choriambo et bacchio, ita: *Lydia dic | per omnes.* Secundus ex

---

Virgilius testis est, qui in septimo ait: *Lucosque sub alta Consulit Albunea nemorum, quae maxima sacro ponte sonat.* [*Tiburti lucus*] Tiburtus conditor Tiburis est, cuius frater Catillus et Coras, quorum Virgilius meminit: *Catillusque, acerque Coras, Argiva iuventus.* [*Vda mobil. pom. rivis*] irrigua intelligi vult. [*Alb. ut obscuro deterg. nub. cael. Saepe Notus*] hanc oden quidam putant aliam esse, sed eadem est. Nam et hic Plancum alloquitur, in cuius honorem et superiore parte Tibur laudavit. Plancus enim Tiburi fuit oriundus. *Album* autem *Notum* dixit, ut Graeci λευκόνοτον, quod serenum faciat. [*Vda Lyaeo tempora*] ὑπαλλαγή. Ipsum enim udum Lyaeo intelligi oportet, i. e. vino. [*Popul. fertur*] bene non quamlibet, sed *populeam coronam* propter fortitudinem animi, nam haec arbor in tutela Herculis. [*Ambig. Sal.*] nunc duplicem intelligamus, quoniam alteram Teucer in Cypro insula condidit, patria a Telamone patre eiectus. [*O fort. peiorq. passi*] ut Virgilius: *O passi graviora.* [*Nunc vino pell. cur., Cras ing. iter. aeq.*] quidam stulte ab itinere verbum fictum putant, sed nequaquam sic accipiendum, cum simplicior elocutio magis rationem habeat. Teucer mari venerat, quia a patria eiectus est, errans ingens iter, ut iterent navigationem, socios hortatur.

CARMEN VIII.

POR. [*Lydia dic, per omn. te deos oro*] haec Lydia amida videtur fuisse adolescentis nomine Sybaris, cui imputat, quod amore sui im-

epitrito secundo et duobus choriambis et bacchio, ita: *Te deos o | ro Sybarin | cur properas | amando.* [*Lyd. dic, per omn.*] in Lydiam dicit vulgaris formae mulierem et sibi aliquando dilectam, cur ita Sybarin diligat iuvenem, ut eum ab omnibus officiis amore sui desistere fecerit, intermissa etiam exercitatione campestri et apud eam lateat sic, ut apud virgines Lycomedis Achillem ferunt. Quod per zelotypiam in rivalem dicit. Ordo est: *Lydia, dic, oro,* h. e. interrogo per omnes deos, *cur properas amando perdere?* [*Amando perdere*] κατ' ἀντίφρασιν declarat amore perdere, unde est: *ut vidi, ut perii.* [*Apric.*] amoenum, voluptuosum. [*Patiens pulver.*] cum possit iam ferre militares labores. [*Temp. ora fren.*] i. e. equos frenis domet. *Lupata,* freni. Virg.: *Duris parere lupatis.* [*Flavum*] inundatione turbidum dixit. Vnde Virg.: *Et multa flavus arena.* [*Tiberin tangere*] natare, quod adolescentibus inter summa erat virtutum exercitationis studia. Lucan.: *Nec frangit nando violenti verticis amnem,* ad insigne hoc virtutis retulit. [*Cur oliv. sang. viper. caut. vit.*] dicit, cur non exercet palaestram, quam tractantes oleo ungebantur. Magis vitat oleum, quam *sanguinem viperinum,* i. e. venenosum. [*Livid. brachia*] assiduo usu et pondere armorum. [*Disco*] *discus* genus ludi est certi ponderis, dicit discum, quo iuvenes in agone contendebant; fortior est iudicandus, qui ultra designati spatii finem eum iecisset, cum missilibus certabatur. Ordo est: *Neque iam nobilis gestat livida brachia armis, saepe expedito disco trans finem, saepe expedito iaculo trans finem,* i. e. ultra terminum. [*Fil. dic.*] *latuisse* subaudi. Achillem dicit a Thetide absconditum, metu belli Troiani. [*Lycias catervas*] Lycii populi fuerunt Troianis ferentes auxilium, unde est: *Vnam, quae Lycios fidumque vehebat Orontem.* [*Proriperet*] raptim vel incaute iret.

CARMEN IX.

ACR. [*Vides, ut alta stet nive cand.*] metrum duobus versibus Alcaicum, quod constat ex pentemimere iambica et caesura et duobus dactylis, ita: *Vides | ut al | ta | stet nive | candidum.* Tertius dimeter, iambicus hypercatalectus, i. e. ex duobus diiambis vel ex quatuor iambis et caesura, ita: *Silvae | labo | rantes | gelu | que.* Quartus Pindaricus ex duobus dactylis et duobus trochaeis, ita: *Flumina | constite | rint a | cuto.* Inter Pherecratium et Pindaricum hoc interest: Pherecratium constat ex spondeo, dactylo et spondeo; Pindaricum ex duobus dactylis et duobus trochaeis. [*Stet*] i. e. cooperiatur, ut: *Stant*

---

plicitum, desidem fecerit exercitationum campestrium. [*Pat. pulv. atq. sol.*] sit aut fuerit. [*Gall. nec lup. temp. ora fren.*] *Gallica ora* pro Gallicorum ora equorum. *Lupata* autem *frena* sunt aspera, de quibus et Virg. sic ait: *Et duris parere lupatis.* [*Cur tim. flav. Tib. tangere*] qui in campo Martio exercebantur, etiam natabant post exercitium, quia et hoc videtur necessarium militiae esse. [*Saepe disco, saepe trans fin. iac.*] *nobilis* ad excipiendum trans finem disco expedito, *nobilis* saepe iaculo, dicit autem eum gloriose et discum et iaculum misisse. [*Quid latet, ut mar. fil. dic. Thet.*] σύλληψις, quia ex eo, quod latet, latuisse accipiendum est. [*Lycias pror. caterv.*] manifeste hic *Lycias* pro Troianis posuit.

CARMEN IX.

POR. [*Vides, ut alt. stet niv. cand. Sor.*] Taliarchum ad laetiorem vitam hortatur, ut lusibus adolescentiae, quamdiu aetas permittit, utatur. Notandum autem, quod neutro genere *Soracte* dixerit, cum vulgo *Sorax* dicitur. Est autem hic mons in Phaliscis. [*Stet*] autem

lumina flamma, et: *Iam pulvere caelum stare vident.* [*Nive candidum*] candens nivibus. [*Soracte*] mons Appuliae, in quo Apollo colebatur, ut: *Summe deûm, sancti custos Soractis Apollo.* [*Onus*] pondus nivium. [*Silvae labor.*] ponderis magnitudine. [*Flum. constit. acuto*] nimietate frigoris etiam flumina concreta a cursu suo stetisse dicit. [*Super foco*] ut: *Multa super Priamo rogitans*, et alibi: *Gemina super arbore sidunt.* [*Large*] abundanter, copiose, pro foci magnitudine. [*Benignius*] remissius solito. [*Deprome*] hauri, propina. [*Quadrimum*] i. e. quatuor annis inveteratum. [*O Taliarche*] nomen eius, ad quem loquitur. [*Dyota*] vinarium vas, i. e. magarum, duas habens ansas. [*Permitte divis*] omnes sollicitudines ordinationi numinum debere committi dicit. [*Qui simul*] simul dixit in momento omnia tranquillantes. [*Stravere*] placidum fecere. Virg.: *Sterneret aequor aquis, remo ut luctamen abesset.* [*Aequore fervido*] concitato mari, propter ventos praeliantes. [*Agitantur*] nec commoventur sedato fluctu ventorum. [*Quem sors dierum*] eventus dierum lucrare, et memor mortis citae, nec laetitiam, nec amores omitte. Ordo est: *Quemcunque dierum dabit sors, adpone lucro et fuge quaerere, quid sit cras futurum. Fuge quaerere*, in vituperationem mathesis dictum, quae magis cruciat exspectatione et quaestione futurorum. [*Lucro appone*] patienter fer et habe pro lucro quemcunque dierum sive bonum sive malum sors dabit. [*Neque tu choreas*] choreae a choro dictae, quod iunctis manibus saltetur. [*Virenti*] tibi scilicet, iuveni et adhuc viridis aetatis homini. [*Morosa can.*] quod morosum tarda deliberatione faciat. [*Campus et arae*] planus ad ludum locus et *repetantur* ab inferioribus subaudi. [*Lenesq.*] voluptuosi. [*Susurri*] confabulationes. Ordo est: *Nunc et gratus risus proditor puellae latentis ab intimo angulo repetatur abs te.* [*Latentis*] Virg.: *Et fugit ad salices et se cupit ante videri.* [*Proditor*] manifestator. Virg.: *Tectusque recusat Prodere voce sua quemquam aut opponere morti.* [*Gratus puellae*] puellam sibi gratam dicit, quae saepe meretricio ritu manibus ludit amatoris, hanc autem dicit impetendam. [*Pignusq. derept. lacert.*] *pignus* est aut armilla de brachio aut annulus de digito datus, causa veniendi ad constitutum locum et subdole. Nam fingunt se retinere, quod velint sibi adimi, ut habeant iustam causam veniendi. [*Derept.*] abstractum. [*Male pertin.*] male in tenendo perseverante.

---

signat, plenum sit, ut Ennius: *Stant pulvere campi*, et Virg.: *Iam pulvere caelum Stare vides*, et in Bucol.: *Stant et iuniperi et castaneae hirsutae.* [*Flum. const. acut.*] utrum ad sensum frigoris pertineat, quod velut vitrum pungit, an quod frigus, velut vitrum, acutum sit. [*Super foco*] *super focum* videtur dicere debuisse, sed frequens in hac figura Horatius, ut: *Destrictus ensis cui super impia Cervice pendet.* [*Dyota*] *dyotam* amphoram dicit, quod ansae eius velut aures sint, ergo Graeca appellatione hoc dicitur. [*Quem sors dier. cunq. dab. lucr. Adp.*] Ordo est: *Quaecunque dierum sors dabit, lucro adpone*, per quam dicit unumquemque diem vitae nostrae nos de lucro computare debere eo, quod mors quotidie possit accidere. [*Nec dulc. am. Spern. puer*] pro: dum puer es, noli spernere. [*Donec vir. can. ab. Mor.*] i. e. senectus difficilis, nam *morosi* dicuntur multorum morum inter se contrariorum. [*Composita*] pro: constituta. [*Nunc et lat. prod. int. Grat. puell. ris. ab ang.*] grate dicunt, sic enim puellae solent verecundiam sexus cum libidine miscentes, abscondere se sequentibus amatoribus et rursus ut inveniantur, risu se prodere. Tale illud Virgilii: *Et fugit ad salices et se cupit ante videri.* [*Male pert.*] belle, *male pertinaci*, quia fingunt se retinere, quod volunt sibi adimi, ut iustas habeant causas, ob quas veniant.

CARMEN X.

ACR. [*Mercuri, fac. nep. Atl.*] metrum sapphicum hendecasyllabum. [*Mercuri, fac.*] Mercurium laudat ab arte, ut idem ad Iulium Florum: *Seu civica iura Respondere paras seu condis amabile carmen, Prima feres hederae victricis praemia.* Et a genere, ut Virg.: *Qui tanti talem genuere parentes?* [*Qui feros cult.*] qui incompositos mores hominum tua eloquentia ab ipso exordio domuisti. [*Voce*] composita eloquii ratione. [*Catus*] doctus. [*More palaestrae*] exercitatione eloquentiae, sive quia ab ipso dicitur inventum exercitium huius certaminis; hinc Virg.: *Et crines flavos et membra decora iuventae.* [*Nuntium*] interpretem. Sic Virgilius de eodem: *Nunc etiam interpres divum Iove missus ab alto.* [*Lyrae parentem*] ipse enim dicitur *lyrae inventor*, ut Apollo caducei. [*Callidum*] ingeniosum, doctum. [*Iocoso furto*] dulci, ut: *Vulcani Martisque dolos et dulcia furta. Iocosum* autem *furtum* vocavit artem praestigiatorum, quam ipse invenit. Praestigiator vero dicitur ab eo, quod praestringit aciem oculorum. Et mire moderatur dicendo iocoso, ac si diceret, non illo, quod ad avaritiam et fraudem spectat. [*Te, boves ol.*] Sensus iste est: abegisti boves Apollini, pascenti pecus Admeti regis et cum tibi minaretur sagitta, nisi eas reddidisses, volenti telum proferre, pharetram praestigiatura ademisti. Ordo est: *Nisi reddidisses olim boves amotas per dolum, Apollo viduus pharetra, dum terret puerum minaci voce, risit te.* [*Quin et Atridas*] Ordo est: *Quin et dives Priamus, relicto Ilio, te duce fefellit superbos Atridas et Thessalos ignes et castra iniqua Troiae.* [*Dives Priamus*] Priamus duce Mercurio ivit ad Achillem relicto Ilio et petivit corpus Hectoris, filii sui. Hinc Virg.: *Exanimumque auro corpus vendebat Achilles.* [*Tu pias laetis animas reponis*] Virg.: *Tum virgam capit, hac animas ille evocat orco Pallentes: alias sub tartara tristia mittit. Virgam* autem dicit caduceum, quod primo Apollo habuit et donavit Mercurio, lyra sibi tradita. Huius autem virgae haec ratio est: Mercurius et orationis deus dicitur et interpres deorum, unde virga bellantes dividit, i. e. bellum. Nam bellantes interpretum oratione sedantur, unde secundum Livium legati pacis caduceatores dicuntur. Et inde Graece Ἑρμῆς dicitur ἀπὸ τῆς ἑρμηνείας, sicut contra per fetiales bella sumebantur. [*Laetis sedibus*] Elysiis campis. [*Levem*] vanam, peccatricem.

CARMEN X.

POR. [*Merc. fac. nep. Atl.*] hymnus in Mercurium ab Alcaeo, lyrico poeta. *Facundum* autem Mercurium dixit, quia orationis inventor; *nepotem Atlantis*, quia Maiae filius. Maia autem una ex Atlantidibus. [*Voce formasti*] notum est, Mercurium inventorem existimari sermonis, palaestrae, lyrae et furtorum. [*Magni Iov. et deor. Nunt.*] σχῆμα λέξεως, ut et Virg.: *Amphitryoniadae magno divisque ferebant.* [*Iocoso furto*] bene *iocoso*, non enim illo, quod ad avaritiae fraudem spectat, deinde docet, quid sit, iocoso furto aliter. Boves olim nisi reddidisses amotas per dolum, te puerum Apollo, dum minaci voce terret, pharetra viduus risit. Fabula haec autem ab Alcaeo facta et iterum Mercurius idcirco traditur furandi repertor, quia oratio, cuius inventor est, animos ad audiendum fallit. [*Viduus phar. ris. Apollo*] belle *viduus pharetra*, pro, viduatus pharetra, i. e. privatus. [*Ilio dives Priamus relicto*] dives Priamus opportune nunc dicitur, quod tantum scilicet auri habuerit, quo redimeret filii corpus. Mercurio autem duce dicitur ad Achillem venisse, qui custodibus somnum misit vel quod aurum sub tutela sit Mercurii. [*Thess. ignes*] cum ad Achillem venit propter Hectoris corpus redimendum. [*Iniqua*] pro eo, quod est, inimica Troiae. [*Aurea virga*] i. e. caduceo.

CARMEN XI.

ACR. [*Tu ne quaes.*, *scir. nef.*, *quem mihi*, *quem tibi*] metrum choriambicum hendecasyllabum, quod constat ex spondeo, tribus choriambis et pyrrhichio sive iambo, ita: *Tu ne* | *quaesieris* | *scire nefas* | *quem mihi* | *quem tibi*. Sive aliter metrum est Phalecium, quod scanditur ita: *Tu ne* | *quaesie* | *ris* | catalecton, *scire ne* | *fas*, catalecton, *quem mihi* | *quem*, catalecton, *tibi*. [*Nefas*] malum. [*Leuconoe*] vocativus est. [*Nec Babylonios tentaris*] ut qui conantur comprehendere finem vitae suae numeris. [*Vt mel. pati*] subintellige: possis. [*Seu plur. hiemes*] συνεκδοχικῶς a parte totum. Tempus enim pro anno intelligitur et est sensus: licet cognoveris, quae res commoveat mare, necesse est, ut bibendo reseces curam. [*Debilitat*] commovet. [*Sapias*] deest „si". [*Liques*] consumas, potando proferes. [*Spatio brevi*] scilicet propter breve spatium. [*Carpe diem*] fruere praesenti die, nihil credens postero. [*Quam minimum*] pene nihil significat.

CARMEN XII.

ACR. [*Quem virum aut heroa lyra vel acri*] metrum sapphicum hendecasyllabum; in hac ode velut propositio est cuiusdam incerti carminis. Nam dubitat, quid primum vel quid potissimum dicat, utrum deorum caelestium laudes, an Romanorum et fortium ducum, omnes tamen laudat, cum se fingit ancipitem per oratoriam παράληψιν. Verum maiore intentione in Augusti laudes contendit, quem secundum ab Iove vult esse in terris. [*Quem virum*] de vivis. [*Aut heroa*] de mortuis iam semideis et est Graecus accusativus. Ordo est: *Clio, quem virum, aut quem heroa sumis celebrare tibia aut acri lyra*, i. e. grave sonante. [*Quem Deum, cuius recinat iocosa*] Ordo est: *Quem Deum sumis celebrare, Clio, cuius iocosa imago recinat nomen, aut in umbrosis oris Heliconis, aut super Pindo, vel in gelido Haemo, unde silvae temere sunt insecutae vocalem Orphea, morantem rapidos lapsus fluminum et celeres ventos materna arte, et blandum ducere auritas quercus canoris fidibus.* [*Iocosa imago*] i. e. Echo, bene dixit, quasi quae voces

---

CARMEN XI.

POR. [*Tu ne quaes. Leuconoe*] Leuconoen alloquitur, quae sollicita de vita sua mathematicos consulebat. Suadet autem, ut omissa cura futurorum, unumquemque diem de lucro computans, vitam laeta exigat. [*Babyl. num.*] mathematicos intellige. Babylonii enim astrologiam invenisse traduntur, per quam genesis colligitur. [*Vt melius, quidquid erit, pati*] nunc videtur alter sensus incipere, ut sic claudatur, ut melius possis pati, quidquid erit. Ergo subaudiendum hic verbum extrinsecus, quod est, possis. [*Quae nunc oppos. debil. pum. mare Tyrrh.*] suaviter dictum, quia illisi fluctus in saxa debiles redduntur, h. e. vires amittunt. [*Sapias*] pro, si sapias, veterum consuetudine dictum. [*Et spat. brev. spem long. res.*] cum spatium vitae breve sit, noli in longum spes tuas porrigere. [*Carpe diem quam. min. cred. post.*] metaphorice, primo quoque, inquit, die fruere. Translatio autem a pomis sumpta est, quae scilicet ideo carpimus, ut fruamur.

CARMEN XII.

POR. [*Quem vir. aut her.*] haec a Pindaro sumpsit; continet autem haec ode laudes deorum ac principum Romanorum. [*Iocos. nom. imago*] et hoc quia velut ludens respondet Imago dicitur, quasi imitago. Helicon autem mons Boeotiae, Musis sacer, Pindus Thessaliae.

nostras imitari videatur. [*Heliconis oris*] in Parnasso montem Musis consecrato. [*Aut sup. Pind.*] monte Thraciae, ubi quondam Orpheus cecinerat. [*Gelidove in Haemo*] monte Thessaliae. [*Vnde vocalem*] vocales omnes dicuntur summae vocis. [*Arte materna*] musica scilicet, nam filius Calliopes dicitur. [*Auritas*] sensum audiendi habentes. [*Ducere*] ad se ducere, oblectare. [*Quid prius dicam*] illum scilicet, qui temperat res hominum ac deorum, aut quas ego soleo dicere laudes vel quas omnes. [*Temper.*] distinguit vel dividit vel regit. [*Horis*] partibus, quibus velut temperatur annus per ver, aestatem, auctumnum et hiemem, traxit enim *temperat* a lyra. [*Vnde*] ex illo, qui cuncta temperat vel a quo, ut Virg.: *Vnde genus ducis*, et: *Genus unde Latinum*. [*Nec viget quidquam simile*] quasi dicat, Iovem super omnia sine comparatione. [*Aut secundum*] secundum haruspicum dicta vel disputationes, qui Iovem primam, secundam et tertiam partem caeli solum volunt in fulminibus tenere. [*Proximos illi tamen occupav.*] proximam Iovis honori Minervam dicit, h. e. virtutem et sapientiam deo vicinam. Vnde nulla quaestio est, cur supra dixerit, nil Iovi simile aut secundum et in sequente Minervam posuerit. [*Praeliis audax*] nimia enim potatio vini lites generat et audaciam. [*Neq. te sil.*] quasi in superioribus. [*Inimica virg. Bell.*] Dianam studiosam venandi dicit. [*Nec te, metuende certa Phoebe sagitta*] *Apollinem* dicit *sagitta metuendum* propter Amphionem, qui cum filiis peremptus est, nam Apollini et Dianae certae et inevitabiles ad ferendum sunt sagittae, utpote numinis, sicut est: *Nec dextrae erranti Deus abfuit.* [*Alciden*] Herculem. [*Puerosq. Ledae*] Castorem et Pollucem, Ledae filios. Amatorem equorum Castorem dixit, ut est: *Talis Amyclaei domitus Pollucis habens Cyllarus.* Pollucem vero pugnis, non bellis valentem, ab eo, quod pugil fuerit, ergo pugnos dixit, ut Ter.: *Pugnos in ventrem ingere.* [*Hunc equis*] i. e. equestri praelio. [*Ill. pugn.*] caestuum pugna vel pedestri praelio. [*Alba*] serena, signum geminorum, i. e. nam frequentius dum oritur tempestates facit, sed hic prosperum posuit. [*Defluit sax. agit. hum.*] laus stellae a tempore, nam verno tempore nascitur, quo et nives resolvuntur. Virg.: *Vere novo gelidus canis cum montibus humor Liquitur.* [*Agitatus*] resolutus. [*Concid. venti*] fugantur, ut est: *Et hibernis parcebant flatibus Euri.* [*Fugiunt nubes*] fugantur. Virg.: *Collectasque fugat nubes.* [*Voluere*] Dii vel pueri Ledae. [*Recumbit*] sternitur, quod vento tumuerat. [*Romulum post hos*] Ordo est: *Dubito, an prius memorem post hos Romulum, an quietum regnum Pompili, an superbos fasces Tarquini, an nobile letum Catonis.* Ad hoc autem Romanos duces et nobiles praetereundo commemorat, ut Augustum cunctis praeferat. Nam Romulus urbis Romae

---

Lucan.: *Pindus agens gemitus.* [*Tem. insec.*] quid est temere, utrum inordinate et passim atque confuse, an vero sine cunctatione et facile? [*Arte mat.*] i. e. musica. Orpheus enim Calliopes Musae filius. [*Blandum et aurit. fidib. can. Ducere querc.*] *blandum ducere*, sua figura dixit, ut: *Callidum, quidquid placuit, iocoso Condere furto.* [*Aurit. querc.*] audenter dictum. Relatum autem ad id, quod cantu mulcetur. [*Vnde nil mai.*] unde autem ad Iovem aut ad mundum refertur, unde autem ita positum, ut: *Genus unde Latinum*, pro: a quo. [*Quid prius dicam solitis par. laud.*] solitis laudibus. Vtrum mihi solitis, an vulgo? [*Neque te sil., Liber*] attende, quod promittit se dicturum de his, tamen non dicit. [*Puerosq. Ledae*] Graeca consuetudine pueros pro filiis. Castorem et Pollucem significat. [*Alba naut. stell.*] nunc candida et benigna, ut e contrario illud dicitur: *Nigro cum lacte venenum.* [*Defl. saxis agit. hum.*] saxis litoris, scilicet quae fundantur, scilicet fluctibus se in ea illidentibus. [*Quod sic voluere*] pro, cum voluere. [*Recumbit*]

conditor est. Numa Pompilius a Curibus Sabinis ad regnum evocatus, sacrorum inventor. Tarquinius quoque ex virtute magnus, sed hic *Priscum* posuit, non *Superbum*, nam *fasces superbos*, h. e. nobiles, dixit. Cato dum, mortuo Pompeio, apud Vticam obsideretur, amore libertatis manu sua se peremit, unde et Vticensis vocatus est. Regulus autem cum Afros vicisset, ab eisdem cum paucis captus est, quem cum Carthaginienses Romam pro commutatione captivorum misissent, adquiescentes Romanos suo consilio revocavit. Hunc Poeni dum sacramenti memor revertisset, sectis palpebris, vigiliis necaverunt. Paulus et Terentius Varro Coss. adversum Hannibalem missi sunt. Hi apud Cannas, Apuliae vicum, grandi exercitus Romani clade superati sunt. Paulus postquam tantam vitio collegae suorum vidit stragem, se perimendum hostibus dedit. Fabricius quoque magnis praemiis a rege Pyrrho tentatus, dum nimis pauper censu esset, corrumpi non potuit, de quo Lucan.: *Quo te Fabricius regno vendidit auro.* Curius paupertate clarus de agro ad consulatum evocatus est et qui nunquam totondit caesariem propter iniuriam praeturae. Camillus de exsilio reversus victores Gallos urbe pepulit et ad internecionem caecidit, victorque sua sponte in exsilium rediit. [*Pomp. regn.*] magna enim pax fuit eius temporibus. [*Superbos*] aut nobiles aut revera superbos. [*Fasces*] honores. [*Regulum*] *referam*, inquit, *insigni Camena Regulum.* [*Et Scaur.*] nobiles Romanos, qui et censores et consules fuerunt. [*Prodig.*] contemptorem vitae. [*Gratus*] aut delectabilis aut libens aut gratiam meritis debens. [*Hunc*] Ordo est: *Hunc et Curium incomptis capillis et Camillum, utilem bello, tulit saeva paupertas et avitus fundus cum apto Lare*, i. e. conveniens fundus et domus eius tenuitati. [*Incomptis*] impexis. [*Vtil. bello tul.*] ut Lucan.: *Fecunda virorum Paupertas.* [*Saeva*] magna: *Saevus ubi Aeacide telo iacet Hector.* [*Cresc. occult. vel. arb. aev.*] incrementa enim arborum nisi posteaquam creverint, non videntur. [*Fama Marcelli*] Marcellum Octaviae dicit filium, sororis Augusti, qui puer mortuus est, de quo Virg.: *Si qua fata aspera rumpas, Tu Marcellus eris:* aut illum Marcellum commemorat, qui primus Hannibalem apud Nolam civitatem in fugam compulit et ab eodem postea occisus est. [*Iulum sidus*] ut Virg.: *Ecce Dionaei processit Caesaris astrum.* [*Velut inter ign.*] pulchra comparatio. [*Gentis hum. pat. atq. cust.*] apostrophe ad Iovem, est autem περίφρασις. [*Fato*] per fata. [*Tu secundo Caesare*] i. e. sit secundus a te, scil. ut tu in caelo, ita ille in terris regnet. [*Ille seu Parth. Lat. imm.*] Parthi in Latium nec venerunt, nec tentaverunt venire,

---

pro eo, quod quieta sit, dictum. [*An sup. Tarq. fasc.*] dubium est, siquidem *superbos fasces* dixit, an Tarquinii Superbi intelligamus. Tarquinius enim Superbus dignus non est, cui laudes inter deos et hos, quos principes nominabant, dicantur. *Superbos* ergo magnificos intelligamus, ut Tarquinii Prisci fasces dicat, non Superbi. [*An Cat.*] eius, qui se Vticae interemit. [*Animaeque magn. prod. Paulum*] Aemilium Paulum dicit, qui praelio victus ab Hannibale apud Cannas, Apuliae vicum, vitio collegae, Varronis, maluit perire quam ex eo fugere, ergo prodigum contemptorem intelligendum. *Prodigi* enim dicuntur proprie, qui bona sua a se disperdunt, quasi porro ea ab se agentes. [*Fabricium*] Luscinum scilicet. [*Apto cum Lare fundus*] et apto lare et conveniente gratus fundus intelligendus. [*Fama Marcelli*] dicit Cl. Marcellum Octaviae, Augusti sororis, filium, cuius interitum Virgilius in sexto libro deflet. [*Occulto aevo*] occultum aevum, occulte procedens. [*Iulium sidus*] C. Caesaris stellam dicit. [*Gentis humanae pater atque custos*] quasi occultus sensus, hoc autem dicit, magis ut neminem secundum abs te velis esse, quam Caesarem. [*Ille seu Parth. Latio*] grata conceptione loquitur. Nam dum rationem pro incolumitate atque

sed quia dilatatum est imperium Romanum Latium vocavit, quia sub ditione latuerat, ut Virg.: *Imbellem avertis Romanis arcibus Indum*, i. e. a ditione Romana. [*Egerit*] subegerit. [*Domitos*] subiugatos. [*Seras et Indos*] subaudi a superioribus: *regnes secundus a Caesare.* [*Te min. lat. reget aequus orbem*] Ordo est: *Ille aequus*, i. e. iustus, *minor te reget latum orbem: Tu quaties Olympum gravi curru, tu mittes inimica fulmina parum castis lucis.* [*Quaties*] honore numinum frueris. [*Parum castis*] pollutis, secundum pontificum et haruspicum documenta, qui nunquam fieri fulmina, nisi in lucis pollutione aliqua alienis.

CARMEN XIII.

ACR. [*Cum tu, Lydia, Telephi*] ad Lydiam meretricem ἐρωτικῶς, dicolos, distrophos. Metrum primo versu Glyconicum, secundo Asclepiadeum. [*Cerv. ros.*] pulchram, ut Virg.: *Rosea cervice refulsit.* [*Cerea*] aut mollia aut cerae similia. [*Vae*] interiectio dolentis est. [*Diff. bil.*] hoc epitheton iracundiae est, quia implacabilis sit. Bile autem iracundia, ut Iuv.: *Atque oculis bilem substringit apertis.* Plautus in Amphitrione: *Atra bili percita es.* [*Tunc nec mens mihi, nec color*] volvor variis cogitationibus et color in diversa mutatur. [*Hum. et in gen.*] secretae lacrymae amoris nimietatem prodentes. [*Arguens*] demonstrans, ut illud: *Degeneres animos timor arguit.* [*Penitus*] interius. [*Macerer*] consumar, ut: *Est mollis flamma medullas interea.* [*Vror seu tibi*] adspectu crucior, quoties aut vino per rixam aut per libidinem certi amoris alterius in corpore tuo signa conspexero. Ordo est: *Vror, seu tibi immodicae rixae turparunt candidos humeros mero, seu puer furens impressit memorem notam labris dente.* [*Turp.*] livore reddiderunt deformes. [*Immod.*] immensae. [*Mero*] ebrietate, i. e. per ebrietatem. [*Furens*] impatientia amoris scilicet. [*Memor. not.*] per quod amoris recordatio servaretur. [*Non, si me satis aud.*] Ordo est: *Si me satis audias, non speres perpetuum, laedentem barbare dulcia oscula.* Aliter ordo hic est: *Non speres, si me audias, amatoribus dulcedinem esse perpetuam.* [*Sper. perp.*] illum, qui dulcia laedit oscula.

---

imperio Augusti, mire illi honorem indulget, dicens sive Parthos domuerit, sive Seras atque Indos, nihilominus tibi Olympi regnum tonitruare atque fulminare permittet. [*Gravi curru quaties Olymp.*] hoc secundum vulgarem opinionem dicitur.

CARMEN XIII.

POR. [*Cum tu, Lydia, Telephi Cerv. laud.*] ad Lydiam, amicam suam, hoc scribit, a qua rivalem suum Telephum laudari moleste ferre se testatur. [*Iecur*] pro corde ἀφελῶς, i. e. simpliciter. [*Diffic. bil.*] non quam difficilem concipio, sed dura et cruciabili, unde etiam difficiles homines dicuntur, qui duri et inexorabiles sunt. [*Humor et in genas*] decore magis dictum, quam humor genarum, h. e. lacrymarum. [*Lentis mac. ign.*] concremer, convincar interiora pectoris mei amore flagrare. *Lentis* autem *ignibus* diserte, quasi occulte saevientibus. Quale illud Virgilianum: *Et tacitum vivit sub pectore vulnus.* [*Impress. memor. dente not.*] grate memorem notam dente pressit, quoniam doloris memoriam communem morsus facit eius, qui me momorderit. [*Non, si me satis aud.*] Ordo est: *Non speres perpetuum, si me satis audias*, et subaudiendum extrinsecus, *amatorem.* [*Quae Venus Quinta parte sui nectaris imb.*] eleganter, quia in quinque partes amoris fructus esse partitus dicitur: *visu, eloquio, tactu, osculo, concubitu*, unde et Terentianum illud: *Tamen extrema linea amare, haud nihil est.*

[*Barbare*] crudeliter. [*Quinta parte sui nect. imb.*] luxuria sui amoris implevit. Quinque partes Veneris, i. e. libidinis esse dicuntur: *visus, alloquium, tactus, osculum, concubitus.* (!) [*Felices ter et ampl.*] multoties secundum illud: *O terque quaterque beati.* [*Quos irrupt. ten. cop.*] *copula* proprie dicitur cuiuslibet rei duplex numerus. Vnde tractum est, ut et matrimonium *cupula* diceretur. [*Nec malis*] Ordo est: *Nec amor divulsus malis querimoniis solvet citius suprema die*, i. e. quorum amor ante diem mortis iurgiis et litibus non solvitur, debent felices vocari.

CARMEN XIV.

ACR. [*O navis, referent in mare te*] in navem, de Bruto reparante bellum civile, ad Remp. Tricolos tetrastrophos, in qua post duos versus coniunctos alia inchoantur metra. Metrum duobus versibus Asclepiadeum, tertius Pherecratius, quartus Glyconicus, qui tripodia dactylica dicitur. [*O nav.*] per allegoriam ode ista bellum significat civile, in qua quidam volunt, quod moneat rem publicam. Certius tamen est, quod Sext. Pompeium, Pompeii filium, moneat, qui, posteaquam foedus cum Triumviris fecit, bellum civile denuo reparare voluit. Secundum autem civile bellum inter Augustum Caesarem et Cassium et Brutum fuit, qui fuerunt C. Caesaris interfectores, sub quibus Horatius militavit. Metaphoram autem sumpsit a nave, ex cuius armamentis et milites et diversas voluit administrationes intelligi. [*Fluctus*] *fluctus* bellum civile vocavit. [*Portum*] pacem, ut Terentius: *In portu navigo.* [*Nudum latus*] nudatum fuga Cassii et amissione exercitus. [*Et mal. cel. Sauc. Afr.*] grave bellum intelligi voluit per ventum tempestuosum, ut: *Creberque procellis Africus. Malum* autem summitatem arboris dixit, ut: *Iubet ocyus omnes Attolli malos.* Malus arbor est, quae tenet velum et est masculini generis. Sed arbor feminini est, pomum vero neutrius, ut: *Aurea mala decem misi.* [*Gemant*] fragore scissionis. Virg.: *Gemuit sub pondere Cymba subtilis.* [*Ac sine funibus*] aut sine administrationibus intelligendum aut sine impensis et pecunia. [*Imper. aeq.*] i. e. violentum et cuius nimietati obsisti non possit. [*Non tibi sunt integra lintea*] i. e. integer cursus sine exercitu vel auxiliis. Lintea vero vela dixit, ut: *Dare lintea retro.* [*Non Di*] in hoc enim deos vult iratos intelligi, quia denuo de bello civili cogitetur. [*Iterum pressa voc. malo*] sicut a C. Caesare

---

[*Fel. ter et ampl.*] Sensus: satis felices existimo eos, quorum inter se amor ita consentit, ut non ante ultimum vitae diem resolvatur. [*Quos irrupta tenet cop.*] allegorice dicitur, signat autem eos, qui amoris vinculo inter se ita constricti sint, ut nunquam discerni possint. [*Suprema cit. solv. amor die*] attende elocutionem, citius suprema die, quod signat, ante diem supremum.

CARMEN XIV.

POR. [*O navis, ref.*] hac ode ad M. Brutum loquitur, qui apud Philippos, Macedoniae urbem, ab Augusto fusus videbatur rursus instruere se ad puguam. Merito autem poeta per allegoriam metuere se pro eo testatur, quoniam sub ipso militaverat, qui tamen ex praelio Philippico fugatus, receptus ab Augusto, veniam ab eo meruit. [*Nonne vides, ut nudum remig. latus*] manifestae allegoriae, per quas signat ex parte iam debilitatum exercitum Bruti et vires partium eius imminutas. [*Vix durare carinae*] mira figura dicitur, pro sustinere vim aequoris. [*Imp. aeq.*] translative pro, saevius. [*Quos iterum*

oppressa malis rogavit. [*Quamvis Pont. pin.*] ac si diceret, magnae originis et nobilitatis, sed per metaphoram aut rempublicam alloquitur aut Cassium et Pompeium, cuius pater de Mithridate Pontico triumphavit. [*Nil pictis*] dicit stemmata et divitias necessitati ultimae non prodesse. [*Tu nisi*] i. e. ne victus turpitudini ludibrioque subiaceas. Ordo est: *Tu, nisi cave*, pro: caveas, *debes ludibrium ventis*, i. e. eris exercitium ventorum. [*Nuper soll. quae mihi taed.*] se posuit pro nave sive republica, quae sollicitudinem ex suis malis induxerit, ne iterum sicut sub Caesare trepidaret. [*Inter fusa nit.*] absolute locutus est, ac si diceret: *Vites aequora fusa inter nitentes Cycladas*, i. e. longe apparentes, ut inter iniqua loca et tempestuosa vada te custodias et sis alienus a belli consiliis. Virg, de iisdem insulis: *Sparsasque per aequor Cycladas.*

CARMEN XV.

ACR. [*Pastor quum trah. per fret. nav.*] ὑποθετικὴ, dicolos tetrastrophos. Metrum tribus versibus Asclepiadeum, quartus Glyconicus. Sub persona Paridis exponit imminentia Ilio mala. [*Perfidus*] quia in fidem, amici hospitalitatem violando, commiserat. [*Ingrato otio*] aut ventis aut Paridi. [*Obr.*] mitigavit, compressit. [*Caneret*] divinaret, praediceret, ut: *Ipsa canas, oro.* [*Avi*] pro *ave* posuit, i. e. malo auspicio, ergo non mala fata ducis, sed mala avi intelligendum est. [*Quam*] Helenam. [*Rep.*] requiret. [*Multo milite*] multo exercitu. [*Coniurata tuas*] inter coniurare et conspirare hoc interest, quod conspirare interdum bonorum est, coniurare malorum. (Quod ego vix crediderim!) Apud Aulidem promontorium ab omnibus Graecis ad excidium Troiae euntibus iuratum est, ut unanimiter dimicarent, ut est: *Non ego cum Danais Troianam exscindere gentem Aulide iuravi.* [*Rumpere nupt.*] hoc dicitur vel propter amantis Paridis animum, cui praedicebat, ut doleret, si legitimam uxorem perderet, vel ex Veneris promisso, quae pro percepto eius iudicio malo, nuptias mulieris pulchrae promiserat. [*Heu, heu quantus*] significatio cladem affuturam, heu! dolentis; ut: *Heu, quantae miseris caedes Laurentibus instant*! [*Sudor*] bellicus labor. [*Moves*] commoves. [*Iam galeam Pallas*] bene primum Minervam irascentem posuit adultero, utpote deam castitatis, aut certe quia iudicio superata est, corrupto Paride muneris ipsius promisso. Aegida autem scutum Minervae dixit. Virgilius in Troiae

---

pressa voc. mal.] ἀμφιβολογία. [*Quamvis Pontica*] haec ad nobilitatem Bruti referuntur. [*Silv. fil. nob.*] an tu nobilis, ἀμφιβολογία per casus. [*Nil pict. tim. nav. pupp. Fid.*] ἀλληγορικῶς. Ait nihil prodesse in bello ornamenta nobilitatis. [*Nuper sollicit.*] ecce hic manifeste ostendit se poeta partium Bruti fuisse, quarum affectione sese teneri ostendit, propter ipsius Bruti miserationem. [*Inter fusa nit. Vit. aeq. Cycl.*] hic sensus per se accipiendus et subaudiendus: hic suadeo, vites aequora inter Cycladas nitentes fusa. Sed hoc per allegoriam intelligendum. Maria tamen angustiora periculosiora sunt; nam inde freta dicuntur, quod semper ferveant, i. e. inquieta sint; per hoc ergo suadet Bruto, ne se arctioribus periculis committat.

CARMEN XV.

POR. [*Pastor cum trah.*] hac ode Bacchylidem imitatur, nam ut ille Cassandram facit vaticinari futura belli Troiani, ita hic Proteum. [*Ingrato cel. obr. otio*] *ingratum* esse *otium* inquit ventis, aut quia semper feroces sunt, aut quia semper saevire cupiunt. [*Mala duc. av. dom.*] malo auspicio ducis, ad quam repetendam omnis Graecia arma-

eversione, ut eam monstraret inimicam, ait: *Iam summas arces Tritonia respice Pallas, Insedit nimbo effulgens et Gorgone saeva.* [*Currusque et rab. parat*] pro furore belli rabiem posuit. [*Nequidquam*] frustra. Ordo est: *Nequidquam pectes caesariem praesidio ferox* amoris vel *Veneris.* Vnde in exprobrationem Veneris dictum est: *Me duce Dardanius Spartam expugnavit adulter? Aut ego tela dedi fovique cupidine bella?* [*Imbelli cith.*] quae nihil bellicum sonet, nec aliquid prosit in bello, sed per amatorias cantilenas voluptatem feminis praestet. [*Divides nequidquam*] a superioribus. [*Thalamo graves hastas*] *graves*, propter disiunctionem copulae. Virg.: *Funestaeque iterum recidiva in Pergama tedae.* [*Et calami spicul. Gnos.*] Cretensis. De canna enim sagittae fieri consueverunt. Vt: *Perque ilia venit arundo.* [*Celer. sequi Aiac.*] ad sequendum. Aiacis virtuti etiam celeritatem dedit, veluti quem fugientium nullus evaderet. [*Serus*] aut ad eorum dolorem dixit, qui eius causa perierunt, aut certe, qui quantum ad inertiam suam, tarde perierunt. [*Crines pulv. coll.*] h. e. procuratam capillorum pulchritudinem pulvere inquinabis, ut: *Foedare in pulvere crines.* [*Non Laertiaden*] singulos velut exitiales minatur duces, Vlyssem et Nestorem, Nelei filium. Vlysses enim *ἀστυάνακτα* praecipitem muro dedit. [*Te Salam. Teucer*] de Salamina, Cypri civitate, Telamonis filius, frater Aiacis. [*Sthenelus*] filius Capanei. Bene vaticinatus et praesentia videre, scire facit futura. Lucan.: *Hunc ego fluminea deformes truncus arena Qui iacet agnosco.* [*Sciens pugn.*] doctus ad pugnandum. [*Imper. equis*] est etiam insignis domitor equorum. [*Non aur. pig.*] Diomedis fuit auriga, qui corpus Patrocli cum Aiace et Antilocho liberavit. [*Ecce fur. te reper. atrox Tytides*] et hoc etiam inertiae Paridis adsignat, tantam esse moram, quanta eum faceret inveniri. Sine certamine enim velut imbellem esse periturum dicit, unde et eum cervo ad timoris similitudinem comparat. [*Melior patre*] fortior, quia numina vulneravit, vel quia hic ad patriam victor reversus est, quod patri eius non contigerat. [*Quem tu cerv. uti*] Ordo est: *Quem tu mollis fugies sublimi anhelitu, ut cervus, immemor graminis, visum lupum in altera parte vallis fugit.* [*Sublimi fug. anhel.*] vel *ὑπαλλαγή* figura est, pro sublimi parte corporis, i. e. ore edito, vel quia ipse anhelitus summa petat potius quam ima. [*Non hoc poll.*] ut fugeres, supple: *Tuae*, quam diligis, ut: *Daphnimque tuum tollemus ad astra.* [*Irac. diem profer. Ilio*] non tempus velut propitia aut amica proferet, sed in paucos dies differet vindictam. Ordo est: *Iracunda classis Achillei proferet diem Ilio et matronis Phrygum.* [*Achillei*] veteres declinationes ista habent *Achillei* et *Vlyssei.* [*Hiemes*] *συνεκδοχικῶς* pro annis posuit, ut Virg.: *Ternaque transierint Rutulis hiberna subactis.* Nam et aestatem similiter posuit, ut: *Nam te iam septima portat, Omnibus errantem terris et fluctibus aestas.*

---

batur. [*Nequidq. Ven. praes. fer. Pect. caes. grataq. fem. imbell. cith. carm. div.*] Sensus hic est: nec pulchritudo tibi, nec scientia canendi bello proderit. Hae deliciae enim mulieribus magis aptae sunt. [*Divides*] pro: dispones. [*Ecce furit reper.*] pro, furit, ac per hoc discurrit, ut te reperiat. [*Quem tu cerv. uti vall. in alt. Vis. parte lup.*] Ordo est: *Quem tu fugies, uti cervus lupum in altera parte vallis visum.* [*Mollis*] imbellis atque inermis. [*Sublimi anhel.*] per *ὑπαλλαγήν* dixit, pro sublimi parte corporis edito, quod est scilicet ore. [*Non hoc poll. tuae*] Helenae. [*Achill. class.*] *Achillei* et *Vlyssei* veteres dixerunt ad similitudinem fortasse *diei* et *faciei.*

CARMEN XVI.

ACR. [*O matre pulchra filia pulchr.*] Tyndaridi satisfacit. Ode est tricolos tetrastrophos. Metrum duobus versibus Alcaicum, quod constat ex spondeo et iambo et caesura vel iambica pentemimere et duobus dactylis, ita: *O ma | tre pul | chra | filia | pulchrior.* Tertius dimeter iambicus hypercatalectus, ita: *Pones iam | bis sive flam | ma.* Quartus Pindaricus constat ex duobus dactylis et duobus trochaeis, ita: *Sive ma | ri libet | Hadriano.* Hanc oden in satisfactionem facit amicae suae, quam iratus carmine laeserat, promittens abolenda, quae de ea scripserat. Imitatus Stesichorum poetam Siculum, qui vituperationem scribens Helenae, caecatus est et postea responso Apollinis laudem eius scripsit et oculorum adspectum recepit. Cuius rei et in epodo idem poeta meminit: *Infamis Helenae Castor offensus vicem, Fraterque magni Castoris, victi prece, Adempta vati reddidere lumina.* [*O matr. pulchr. fil. pulchr.*] i. e. comparatione formosae formosior. Comparativus enim et superlativus pro positivo proferuntur, ut Virg.: *Quarum quae forma pulcherrima Deiopeiam.* Et: *Formosi pecoris custos formosior ipse*, pro: ipse formosus. [*Quem criminosis*] Tmesis est, pro, quemcunque. [*Pones iamb.*] ipsi enim aptiores iniuriis sunt, quibus eam versibus laeserat. [*Sive flamma*] hoc in satisfactione pro delendo crimine dixit, illud secutus Virgilianum: *Aut pelago Danaum insidias suspectaque dona Praecipitare iubet, subiectisque urere flammis.* [*Non Dindymene*] a monte matrem deûm dicit. Amoris se fatetur peccasse furore et probare vult sic iram moderationem non recipere in animis hominum, quemadmodum alieni furoris bacchantes. [*Incola*

CARMEN XVI.

POR. [*O matre pulchra fil. pulchr.*] hac ode Tyndaridi cuidam suae, in quam carmen probrosum scripserat, repromittit *παλινῳδίαν*, i. e. recantaturum ea, quae dixerat. Dicitque se iracundia motum ea scripsisse. Affirmat autem non magis matris magnae aut Apollinis numine instinctos furere, quam eos, qui iracundia sunt incitati, adeo ut nulla vi hic furor deterreri possit. Scribit palinodian, i. e. cantum contrarium priori, nam recantat ea, quae iratus in amicam scripserat, ut eam sibi reconciliet atque ita invectivam excusat, ut culpam omnem in iracundiam reiiciat, nihil autem, quod ad artificium pertineat, praetermittit. Captat enim benevolentiam, cum illam pulcherrimam appellat, quo nihil gratius mulieri praestari potest; deinde carmina, in quibus male dixit, pro suo arbitrio abolenda promittit. [*Pulchra*] antiqui pulchrum, lachrymas et sepulchrum adspirabant. [*Filia pulchr.*] magnum ergo est mulieri, ut pulchra sit, sed maximum, ut sit pulchra muliere pulchrior. [*Quem criminosis cunque*] i. e. quemcunque, per tmesin. *Criminosis*, quae crimina inferant. Crimen enim vitium est, sed et causam quandoque significat. Virg.: *Et crimine ab uno Disce omnes.* In hoc ergo confitetur delictum, quae res ad iracundiam placandam vehementer confert. Sic Davus ille Terentianus se crucem meritum fatetur. Est tamen, quoad id fieri potest, post confessionem adhibenda excusatio, ut hic, ubi in iram culpam reiicit. Scripserat autem iambicis versibus, quoniam pes ille vehementiam adfert et genus dicendi contortum et concitatissimum et accommodatum invectivis. Sicque illo usus est Archilochus poeta, ut Horatius alibi: *Archilochum proprio rabies armavit iambo, Hunc socci coepere pedem, grandesque cothurni, Alternis aptum sermonibus et populares Vincentem strepitus et natum rebus agendis.* [*Sive flamma, sive mari libet*] simile illi Virgiliano: *Aut pelago Danaûm insidias suspectaque dona Praecipitare iubet, subiectisque urere flammis.* [*Hadriano*] pro Hadriatico et posuit speciem

Pythius] a Pythone serpente Apollo. [*Non Liber aeque*] Liber etiam, qui similiter sacerdotes suas vexat furore. [*Acuta*] aut a tinnitu acuta aut sonora. Virg.: *Pelion tinnitu fugiens implevit acuto.* [*Corybantes*] ministri matris deorum. [*Quas neque Noricus Deterr. ens.*] emphasis est, in ipsis enim locis et probatum ferrum est et optimi gladii fiunt et ideo ex provincia ferrum laudavit. Est autem Noricum pars Illyrici. Virg.: *Aërias Alpes et Norica si quis Castella in tumulis.* [*Nec mare naufr.*] naufragia faciens, quasi naufragium. Virg.: *Caulonisque arces et navifragum Scylacaeum.* [*Nec tremendo*] i. e. tremore tonitrus dixit, unde est: *Et mortalia corda Per gentes humilis stravit pavor; ille flagranti aut Athon aut Rhodopen aut alta Ceraunia telo Deiecit.* [*Ruens*] impetuose veniens. [*Fertur Prometheus addere principi Limo coactus partic.*] fabulae sensus praesenti intentioni necessarius conceptus est. Ait autem Prometheum cum limo homines fingeret iussum ex omnibus animalibus particulas, prout erat eorum natura, homini adponere, unde vim leonis stomacho adposuisse, idcirco quod iracundia magis accendamur, timorem a lepore posuit, a vulpe astutiam, a lupo rapacitatem, ab equo velocitatem, a columba libidinem et ex reliquis reliqua ac per hoc intelligitur nihil gravius esse homine. Ordo est: *Fertur Prometheus coactus addere principi limo particulam desectam undique et adposuisse nostro stomacho vim insani leonis.* [*Vndique des.*] quasi ex multis hominem composuerit. [*Irae Thyesten exitio gravi Strav.*] ἀπὸ παραδείγματος, h. e. ab impii exemplo fidem dat facto suo. Atreus autem et Thyestes fratres fuerant, qui, quia in seditione alter alteri nocere non poterat, in simulatam gratiam redierunt. Qua occasione Thyestes cum fratris uxore concubuit; Atreus vero ei filium epulandum adposuit. Quod scelus et sol fugisse narratur. Hinc Virg.: *Nec tam aversus equos Tyrias sol iungit ab urbe*, et Statius: *Et caligantes abrupto sole Mycenas.* [*Vltimae stetere*] exstitere usque ad eversionem. [*Hostile aratr.*] condendis atque evertendis civitatibus haec consuetudo fuit, ut aratro fierent, ut de condenda Virgilius: *Interea Aeneas urbem designat aratro.* Item Cicero de evertenda in Philippicis: *Vt vexillum tolleret et aratrum circumduceret.* [*Insolens*] tantummodo ira commotus. [*Compesce ment.*] i. e. noli me irascendo imitari, quem poenitet. [*Celer. iamb.*] epitheton est. Sic in arte poetica de pede iambo: *Pes citus*, unde etiam trimetris accrescere iussit Nomen Iambeis. [*Misit fur.*] propter iram scilicet. [*Nunc ego mitibus mutare quaero tristia*] i. e. blandimentis mutare iracundiam cupio.

---

pro genere, more suo. [*Noricus deterr. ens.*] speciem pro genere posuit, non enim in *Norico* tantum enses fiunt, sed sic dicitur, ut: *Levis innatat alnus Missa Pado.* [*Nec mare naufragum*] ut, *navifragum Scylacaeum*, quod ibi naves franguntur. [*Et ins. leon. Vim stom. adpos. nostro*] belle de fabula sensus praesenti intentioni necessarius conceptus. Ait autem Prometheum limo homines fingere iussum et ex omnibus animalibus particulas homini adponere, vim leonis stomacho adposuisse; idcirco iracundia magis nos incendi quam ulla alia animalia. [*Irae Thyesten exit. gravi*] iam hoc ἀπὸ παραδείγματος infert, quam sit ira atrox et exitiosa hominibus. [*Imprimeretq. mur. Host. aratr.*] h. e. haec eadem ira causa fuit delendis urbibus usque adeo, ut ubi fuissent muri, aratrum inducerent. [*Me quoque pect. tent. ferv.*] me quoque, inquit, iracundia, calore iuventae magis accensa incitavit in iambos. Iambici autem versus aptissimi habentur ad maledicendum, denique et Catullus cum maledicta minaretur, sic ait: *At non effugies meos iambos.* [*Recant.*] remutatis. [*Amica*] recantari probra dicuntur, cum contraria probris carmina fiunt in eum, cui maledixerimus.

[*Recantatis*] i. e. meliore carmine deletis; *recantantur* autem opprobria cum mutato carmine laudibus corriguntur. [*Animumq. redd.*] h. e. spem mihi redintegrandi amoris facias.

CARMEN XVII.

ACR. [*Velox amoenum saep. Lucret.*] ad Tyndarida παραινετική ode, tricolos, tetrastrophos. Metrum duobus versibus Alcaicum. Tertius dimeter iambicus hypercatalectus. Quartus Pindaricus. Et hanc oden recantando ad Tyndarida scribit Horatius, cui ut plene satisfaciat, invitat eam in fundum suum, quem in Sabinis habebat. Dicit ergo contempto *Lycaeo*, monte Arcadiae, venisse ad Lucretilem montem Faunum, quem quidam Inuum vocant. *Lucretilis* autem mons in Sabinis est; sed hic magis Pana pro Fauno voluit intelligi, nam et capellas suas eum custodire dicit. Ergo magis ille ordo esse debuit: *Lucretili Lycaeum mutat* et est ὑπαλλαγή, nisi ex hoc ipso Lycaeo Lucretilis comparetur, quod utrumque saepius commutet. [*Defend. aest.*] removet aestus et frigora prohibet, ut: *Solstitium pecori defendite.* [*Vsque*] continue. [*Pluviosq. vent.*] pluviam ferentes, tempestuosos. [*Impune*] sine damno. [*Arbutos*] arbutum, quem vulgo appellant, libentius caprae persequuntur ad pascendum, ut: *Dant arbuta silvae*, et alibi: *Dulce satis humor, depulsis arbutus haedis.* [*Deviae*] errantes, pascentes, ut: *Rara per ignotos errant animalia montes.* [*Olentis*] gravis enim hircorum et caprarum odor. Ergo *olentis*, foetentis, ut: *Herbas contundit olentes*, et: *Grave olentia centaurea.* [*Vxores*] ἀκυρολογία est, ut Virg.: *Vir gregis ipse caper*, et: *Quem legere ducem et pecori dixere maritum.* [*Nec Mart.*] Martis dicatos tutelae, ut Virg.: *Martius a stabulis rapuit lupus.* [*Haedilia*] septa haedorum, per continens id, quod continetur, συνεκδοχικῶς. [*Vtcunque*] quandocunque aut quotiescunque. Ordo est: *Tyndari, utcunque personuerunt valles et levia saxa cubantis Vsticae dulci fistula, nec metuunt virides colubras, nec haedilia Martiales lupos.* [*Vsticae*] nomen montis et vallis. Idem in epistolis de situ eiusdem vallis: *Continui montes, nisi dissocientur opaca Valle.* [*Cubantis*] depressae, ut: *Megarosque sinus,*

CARMEN XVII.

POR. [*Velox amoen.*] haec ode ad Tyndariden scribitur, cui plene cupiens satisfacere poeta, invitat eam in fundum suum, quem in Sabinis habebat. [*Velox amoen. saepe Lucret. mut. Lyc. Faun.*] ea figura hoc dictum est, qua illud apud Virgilium: *Chaoniam pingui glandem mutavit arista.* Sensus autem est: relicto Lycaeo monte Faunus in Lucretilem venit. *Lucretilis* autem mons est in Sabinis. [*Defend. aestat.*] ita dictum, ut: *Solstitium pecori defendite*, signat autem, prohibete. [*Olentis uxores mariti*] venuste capras dicit *uxores olentis mariti*, quia hirci, quorum uxores sunt, male olent, i. e. foetent. *Olentis* ergo non simpliciter accipiendum, sed graviter olentis, ut illud est: *Allia, serpillumque herbas contundit olentes.* [*Nec virides metuunt colubros*] *viridis*, i. e. subtilis et tenuis, σχῆμα λιτότης, cum minus dicitur, plus intelligitur, ac si dicas, non indoctum hominem, quem velis intelligere doctissimum. [*Nec Mart. haed. lup.*] et hic metuent audiendum, quia sic habet sensus: nec colubras metuunt haedilia, nec lupos, quos Martiales ait, quod in tutela Martis sint. [*Vtc. dul. Tynd. fist. Vall. et Vst. cub. Lev. pers. saxa*] utcunque, pro, quandocunque. Sensus est: quandocunque cantu fistulae Fauni Vsticae montis saxa resonuerunt, metu colubrarum et luporum caprae meae liberantur. Faunus enim eas in honorem meum tuetur. [*Vst. cub.*] *Vstica* mons in Sabinis, quem *cubantem* suaviter dixit, ad resupinam regionem eius

Tapsumque iacentem. [***Levia***] levigata, plana, ut: ***Illa cadens raucum per levia murmur Saxa ciet***, et: ***Tu tamen e levi rimosa cubilia limo Vnge fovens circum.*** [***Dis pietas mea et Musa cordi est***] i. e. carmen meum placet diis. Hoc vult dicere, quod quotiescunque in agro fistula personaret; tunc agrum suum nec imbribus ablui, nec siccitate torreri; se autem numinibus curae esse et honori. [***Hinc***] i. e. de Sabino fundo, nam (adv.) loci est. [***Manabit***] abundabit. [***Opul. cornu***] metaphora a cornu Fortunae, quo dicitur divitias consuesse ligari. [***Hic in reducta***] secreta, refrigerata, ut: ***Penitusque in valle reducta.*** [***Caniculae***] Canicula stella est in ore canis. [***Vitabis aestus***] nimios calores, ut: ***Findit canis aestifer arva.*** [***Et fide Teia***] aut chordis, h. e. fidibus lyricis, aut a civitate Arcadiae Anacreontis poetae, ut in Epodo: ***Anacreonta Teium.*** [***Dices***] cantabis per citharam. [***In uno***] i. e. amore Vlyssis. [***Vitreamque Circen***] aut pulchram aut procurato lucentem nitore aut mari vicinam. [***Et Lesbii***] optimi vini, a Lesbo insula, et est species pro genere. [***Nec Semeleius***] patronymicon est. Thyone autem mater Semeles dicta est matris Liberi patris. Dicit ergo per vinum rixam non futuram inter se. Thyoneus autem filius Liberi fuit, qui in Chio insula regnavit, pater Thoantis regis, cuius filia fuit Hypsipyle, quae coniuratione facta adversus viros sola parentem servavit, quam fabulam Statius narravit in suo carmine. [***Nec proterv. Susp. Cyrum***] i. e. non eris suspecta de eo. Alterius amatoris vocabulum sub vituperatione memoravit. Cyrus hic rivalis fuit Horatii, sed despiciebatur a Tyndaride. [***Dispari***] tibi in amore non consentienti. [***Incont.***] petulantes vel ad laesionem vel ad damna promptas, quod per amoris furorem quidam habere solent. [***Haer. coron.***] pro ornatu muliebri posuit, ut Virg.: ***Colloque monile Bacchatum et duplicem gemmis auroque coronam.***

CARMEN XVIII.

ACR. [***Nullam, Vare, sacra vite pr. sev. arb.***] ode est monocolos. Metrum choriambicum ex spondeo et tribus choriambis et pyrrhichio sive iambo sive est Phalecium. Scribit ad Quinctilium Varum, fidum amicum sibi, laudans Tiburtinum vinum et suadet, ut, quia vernum competens tempus est, nullam arborem priusquam vitem ponat. [***Vere novo***] ut Virg.: ***Optima vinetis satio, cum vere rubente Candida venit avis, longis invisa colubris.*** [***Severis***] posueris. [***Mite solum***] fundum excultum. [***Siccis***] pro sobriis et ieiunis, vel vino abstinentibus, sine quo rara laetitia, ut: ***Adsit laetitiae Bacchus dator.*** [***Neque mordac. soll.***] curae, quae mentem mordeant et crucient, ut: ***Quando haec te cura remordet.*** [***Increpat***] accusans commemorat, quae sine vino solet. [***Quis non te***] deest: ***canet.*** [***Bacche pat.***] Bacchus laetitiae pater et auctor, ut: ***Munera laetitiamque dei.*** [***Te decens Venus***] ***decens***, i. e. decora. Bacchus enim et Venus conviviis sunt aptiores et voluptatibus, ut: ***Sine Cerere et Libero friget Venus.*** [***At ne quis modici***] moderati, parci, moderate vino usi. [***Rixa super mero***] nam post ebrietatem Centauri cum Lapithis pugnavere, ut Virg.: ***Bacchus et ad culpam causas dedit, ille furentes Centauros leto domuit, Rhoetumque, Pholumque, Et Magno Hylaeum Lapithis cratere minantem.*** Cuius rixae in bibendo memoriam habendam suadet et monet, ne, sicut fit a Sithoniis et ab aliis gentibus, usque ad furorem bibatur. Ordo est: ***Centaurea rixa super mero***, i. e. pro mero, ut: ***Nec super ipse sua molitur laude laborem.*** [***Debellata***] cum Lapithis monet, ne quis transiliat munera modici Liberi, et Evius non levis in Sithoniis monet. [***Sithoniis***] Thracibus, ut: ***Sithonio aquiloni.*** Qui per ebrietatem illicitos concubitus audent, unde Iuvenal.: ***Inguinis et capitis quot sint discrimina nescit.*** [***Non levis***] λιτότης, ac si diceret, gravissimus et iratus. [***Fas atque nefas***] licitum et illicitum. [***Exiguo fine***] ὑποθετικῶς, i. e. nulla differentia. [***Avidi***] luxuria scilicet, proni propter ebrietatem. [***Non ego te, candide Bassareu***] ***Bassareus*** dictus est Liber pater a genere vestis Baccharum, unde et Bacchae Bassarides dictae. Persius: ***Bassaris et Lyncem Maenas flexura Corymbis Evion ingeminat.*** ***Bassaris*** enim vestis genus est usque ad pedes demissae, dicta a Bassara, loco Libyae, ubi fit. Tali enim et numina uti volunt, ut: ***Pedes vestis defluxit ad imos***, et: ***Vera incessu patuit dea.*** [***Invitum quatiam***] i. e. non plus bibam, quam oportet; aut certe invitum quatiam ideo dixit, quia in sacrorum renovatione commovebantur simulacra. Virg.: ***Qualis commotis excita sacris Thyias, ubi audito stimulant Tripterica Baccho Orgia.*** [***Sub dium rap.***] h. e. non arcana naturae vel quae celare vis, in publicum proferam. Vult per allegoriam intelligi se per vinum secreta non prodere. [***Saeva tene***] reprime, i. e. sicut in Berecynto monte reprimitur ebrietas per mysteria matris Deum, sic et tu reprime. Precatur autem Liberum, ut contineat ab eo furoris incitamenta, quae ipsa se ad insaniam accendunt. [***Berecyntio***] Phrygio. Berecyntos enim castellum Phrygiae est. [***Tymp.***] ebrietatem, nam

---

adtendens. [***Hinc tibi ad plen. manabit***] Ordo est: ***Hinc tibi manabit ad plenum opulenta copia benigno cornu***, videlicet copioso et divite, nam cornu videtur significare Fortunae, quod Hercules detractum Acheloo, victor dicitur donasse Fortunae, idque etiam vulgo Cornu Copiae dicitur. [***Ruris hon.***] i. e. copiis rusticis. [***Et fide Teia dic. lab.***] Anacreon, lyricus poeta, Teius fuit, i. e. ab urbe Teia, quam in Paphlagonia esse, Sallustius indicat, cum de situ Pontico loquitur. ***Fides*** autem chordae dicuntur, unde et fidicinas Comici dicunt citharistrias. Repromittit ergo amicae in agello suo se in eam lyricum carmen decantaturum. [***Laborant. in uno***] in uno Vlysse, scilicet utraque amore laborans. [***Penelop. vitr. Circ.***] parum decore mihi videtur dixisse vitream pro candida. [***Hic innoc. poc. Lesb. Duc.***] ἀντωνομασία, Lesbii pro vini et dixit a Lesbo insula, ut Virg.: ***Quamve Methymnaeo carpit de palmite Lesbos. Innocentis*** autem pro levis et minime caput onerantis. [***Nec Semel. cum Marte conf. Thyon.***] Thyone Semele a Graecis dicta, unde Liber Thyoneus dicitur. Sensus autem est: nec ebrietate rixae orientur. [***Nec metues proterv. susp. Cyr.***] videlicet hunc Cyrum amatorem Tyndaridis. Haec ergo cum in Sabinis secum esse coeperit, non eam suspectam futuram, ne Cyrus zelo incitatus manus ei inferat. [***Dispari***] i. e. amore non consentienti, scilicet in te.

CARMEN XVIII.

POR. [***Null., Vare, sacra vite pr. sev. arb.***] vinum laudat, suadens Varo, ut in regione Tiburtina vitem prius quam aliam arborem serat. [***Et moen. Cat.***] et supra ostendimus, Catilum et Coracem fratres esse Tiburti, cuius nomine Tibur condiderunt. [***At ne quis modici transiliat mun. Lib.***] ne quis, inquit, immoderate bibat, exemplo sunt Lapithae et Centauri, qui in convivio Pirithoi hac ebrietate pugnam contraxerunt. [***Mon. Sith. non lev. Ev.***] Sithonii Thraces sunt, qui per vinolentiam invitati etiam illicitos concubitus audent. [***Non ego te, cand. Bass.***] a genere vestis Liber Bassareus appellatur, unde et ipsae Bacchae Bassarides appellantur. [***Nec var. obs. frond. Sub dium rap.***] non proferam in publicum mysteria tua, inquit, latentia alioquin ac secreta. Sed per allegoriam hoc videtur dicere ea, quae fidei meae commissae sunt, nunquam ego ebrius factus prodam. [***Saev. tene cum Berecynt. Cornu tymp.***] oro, inquit, contineas a me, Liber, furoris incitamenta,

tympanorum strepitum pro ebrietate posuit. [*Caec. amor sui*] propter ebrietatem nescius sui. Est autem epitheton amoris perpetuum, ut: *Vulnus alit venis et caeco carpitur igne;* et: *Caeci stimulos avertere amoris.* [*Vacuum*] vino vanum vel plus sibi arrogando quam oportet, ut idem alibi: *Tu spem reducis mentibus anxiis, Viresque et addis cornua pauperi: Post te neque iratos trementi Regum apices, neque militum arma.* [*Plus nimio*] plus iusto. [*Arcan. fid. prod.*] perfida et quae commissum fundit arcanum. [*Perlucidior*] omnia nudans, sicut in vitro omnia videntur et subsequitur, a superioribus ubique subaudi.

CARMEN XIX.

ACR. [*Mater saev. Cupid.*] ode dicolos distrophos ἐρωτικὴ ad pueros suos. Metrum primo versu Glyconicum, secundo Asclepiadeum. Hac ode renovari sibi amorem Veneris instinctu dicit, adiuvante hunc Licentia et Libero. Terent.: *Corruptiores sumus omnes licentia.* [*Saeva*] *Modo crudelis Saevus amor docuit natorum sanguine matrem Commaculare manus*, et alibi: *Vi superum saevae memorem Iunonis ob iram;* et: *Stat maternis saevus in armis.* Dicit autem Venerem, ut: *Matris Acidaliae.* [*Theb.*] quae de Thebis, θηβαιγενής, [*Semeles*] nomen est matris Dionysii. [*Puer*] Dionysius, qui colitur apud Thebas. [*Et lasciva licentia*] otium, quod semper in lasciviam resolvitur. [*Finit. anim. redd. amor.*] iam desertis et alienis ab animo, denuo iisdem incitari. [*Glycerae*] nomen amatae puellae. [*Splend. Par.*] *Parius* lapis candidissimus est, unde signa multa fiunt, propterea niveamque Paron dixit Virg.: *Et stabunt Parii lapides spirantia signa;* et alibi: *Argentum Pariusve lapis circumdatus auro.* [*Vrit*] incendit. Virg.: *Carpit enim vires paulatim, uritque videndo Femina.* [*Grata proterv.*] amantibus grata procacitas sive impudentia, qua interdum consueverunt commendari mulieres. [*Lubricus*] ad libidinem proclivis. [*Cyprum deser.*] relicta, in qua Venus colitur, insula me totum occupavit. [*Nec pat. Scyth.*] non sinit me cantare de praeliis. Dicit autem se amore Veneris et deliciis occupatum scribere bella non posse. [*Versis equis*] in fugam retortis, quare fortiores dicuntur Parthi, ut: *Et missam Parthi poscunt in terga sagittam.* [*Nec quae nihil adt.*] i. e. quae ad voluptatem non pertinent, nec adtinent ad amorem, ut: *Quin tu aliquid saltem potius, quorum indiget usus.* [*Hic viv. mihi cesp., hic Verb. puer. pon.*] *verbena* aut terra virens aut cespes ad sacrificium. Bene autem *verbenas*, cespitem et thus, Veneri promittit, quae non placatur sanguine. Virg.: *Tum Venus, haud equidem tali me dignor honore.* Et item: *Centumque Sabaeo Thure calent arae, sertisque recentibus halant.* *Verbenas* autem dixit herbas sacras, ut Virg.: *Verbenasque adole pingues et mascula thura.* Et Terentius: *Ex ara sume hinc verbenas tibi.* [*Mactata ven. lenior host.*] i. e. facto sacrificio mansuescet, h. e. lenior Glycera Veneri veniet, quam protervam dixerat.

---

quae se ipsa ad cupiditatem insaniendi accendunt. [*Caec. amor*] cupiditas omnium vitiorum. [*Adtoll. vac. plus nim. glor. vert.*] eleganter, quia ex ebrietate plerique plus sibi arrogant, quam debent. [*Vac. ergo vert.*] vel plus sibi arrogando vanum, vel vacuum verticem, i. e. vacuum cerebrum accipe.

CARMEN XIX.

POR. [*Mat. saev. Cup.*] hac ode renovare sibi ait amorem instinctu Veneris ac vini, adiuvante etiam licentiae libertate. [*Vrit grata proterv.*] dixit ἐρωτικῶς, quia plerumque ipsa superbia ac fastidium mulieris magis eam amatori commendat. [*Et vult. nim. lubr. adsp.*] mire dictum est, cuius vultus cum adspectus est, lubricos in amorem sui facit iuvenes. [*Nec pat. Scyth. Et vers. anim. equis Parth. dic.*] hic ostendit, se in deliciis Veneris occupatum non posse res bellicas scribere; non permittit, ait, dicere bella vel res alias, quae non pertinent ad Venerem; sed illud cogit dicere, quod expetit natura. [*Nec quae nihil adt.*] iucunde nihil ad se pertinere ait alia, nisi quae ad Venerem pertinent. [*Mactat. ven. len. host.*] Veneri scilicet mactata hostia, Glycera lenior veniet. De qua bene hoc dictum est, quia protervam eam esse, iam dudum ostenderat.

CARMEN XX.

ACR. [*Vile potabis mod. Sab.*] metrum Sapphicum hendecasyllabum. Maecenatem invitat ad cenam, cui mediocritatem suam excusat, promittens ei vinum Sabinum novitate *vile*, sed quod in amphoram Graecam miserit, ut inde aliquid traheret suavitatis, eo tempore, quo ille in theatro a populo laudabatur. [*Vile*] aut novum aut certe abundans, ideoque minoris pretii, ut Virg.: *Viciamque seres vilemque faselum*, et: *Vilibus aut onerat pomis.* Aut *vile* vinum propterea, quod ipsi vile sit, qui meliora potare consueverat. Ordo est: *Care Maecenas eques, potabis vile Sabinum, modicis Cantharis, quod ego ipse levi conditum Graeca testa, cum datus est tibi plausus in theatro, ut ripae paterni fluminis, simul et iocosa imago Vaticani montis redderet tibi laudes.* [*Modicis*] parvis aut modum habentibus. [*Cantharis*] vasis vinariis ansas habentibus. [*Levi*] aperui, protuli, ut: *Relevi dolia omnia.* [*Care Maecenas eques*] constat Maecenatem in equestri dignitate mansisse sua voluntate, dum ei facultas consulatus pateret. [*Vt patern. flum.*] *paterni* ideo, quia de Tuscia fuit Maecenas, unde oritur Tiberis, ut Virg.: *Qui Tuscum Tiberin et Romana palatia servas.* Nam et Porsennae dicitur affinis fuisse. [*Redd. laud.*] per echo scilicet. [*Vatic.*] Vaticanus mons est vicinus theatro, in quo dicit per echo auditas voces, ut Virg.: *Saxa sonant, vocisque offensa resultat imago.* [*Caecub.*] vinum Campaniae regionis. [*Et prelo*] prelum dici-

CARMEN XX.

POR. [*Vile pot. mod. Sab.*] Maecenatem ad cenam invitat, promittens se ei vinum Sabinum exhibiturum, quod in amphoram Graecam miserat, ut inde scilicet aliquid adduceret suavitatis. *Vile* pro non vetusto videtur dixisse. Alioquin Sabinum vinum si vetustum sit, non est vile. [*Modic.*] videtur modicum pro parvo positum, quod quidam negant, existimantes modicum a modo dictum et significationem habere eius, quod Graece μέτριον dicitur. [*Care Maec. eques*] constat Maecenatem in equestri dignitate sua voluntate permansisse, cum utique facultas lati clavi pateret. [*Vt pat. flum. rip.*] Tiberis ex Etruria venit, quam patriam Maecenatis dicit, quia inde Maecenas fuit oriundus. [*Vat. mont.*] Vaticanum montem non longe esse a theatro Pompeii scimus, quem resonuisse simul cum ripis plausu populi dicit. [*Cond. lev.*] dicit hoc vinum per semet ipsum inveteratum condidisse, levisse ergo se gypso utique vult intelligi. Huic contrarium est Terentianum illud: *Relevi dolia omnia, omnes serias;* quod signat aperui et quasi regypsavi. [*Dat. in theat. Cum tibi plaus.*] diximus et supra claros et bonae existimationis viros plausu populi solitos fuisse in theatro excipi, malos autem exsibilari. [*Tu bib. uv.*] pro vino, τρόπος μετωνυμία dicitur. Huic contrarium Plautus in Trinummo fecit,

tur, unde uvae premi consueverint. [*Mea nec Falern. temper. vites*] i. e. non fruor vino illarum civitatum, neque sunt mea pocula similia. [*Vites*] probati vini et optimi, de quo Virg.: *Et quo te carmine dicam, Rhaetica? nec cellis ideo contende Falernis.* [*Nec Formiani*] Formiae civitas est, unde est hoc derivatum.

CARMEN XXI.

ACR. [*Dianam tenerae dicite virg.*] ad chorum virginum et puerorum. Metrum duobus versibus Asclepiadeum, tertio Pherecratium, quarto Glyconicum. Augustus ludos seculares instituit, quibus hymni Apollini, Dianaeque dicebantur a nobilibus, quos pueri Apollini, Dianae virgines, canebant, et hac ode hoc ipsum edocet et hortatur, ut cantent. [*Dicite*] cantate, ut: *Cui non dictus Hylas puer et Latonia Delos?* [*Intons.*] crinitum. [*Cynth.*] Apollinem, a Cyntho, monte Deli, in quo natus est. Virg.: *Cum canerem reges et praelia, Cynthius aurem Vellit et admonuit.* [*Laton. suprem.*] maximo, ut Terentius: *Proh, supreme Iupiter*, et: *Rex ipse Iovis de gente suprema.* [*Penitus*] aut valde aut familiariter: *Penitus modo non genus omne perosus Femineum.* [*Vos laetam*] Ordo est: *Vos dicite laetam comam nemorum et quaecunque prominet fluviis aut Algido gelido aut nigris silvis Erymanthi, montis Arcadiae, aut nigris silvis viridis Gragi: et vos, mares, tollite Tempe Apollinis totidem laudibus et Delon natalem Apollinis et humerum insignem fraterna lyra.* [*Tempe*] mons et amoena Thessaliae. Virg.: *Speluncae, vivique lacus et frigida Tempe.* [*Fratern. hum. lyra*] quia a Mercurio lyra inventa est et Apollini data ab eo, quia Apollinis frater Mercurius putatur. [*Hic bell.*] Ordo: *Hic motus vestra prece a populo et principe Caesare aget lacrymosum bellum et pestem cum misera fame in Persas atque Britannos.* [*Lacr.*] luctuosum, ut Virg.: *Sive Getis inferre manu lacrymabile bellum.* [*Aget*] avertet et abiget.

---

vinum pro uva dicens: *Illud vinum priusquam coctum est, pendet putidum.* [*Mea nec Falern. Temper. vit., neq. Form. pocul. coll.*] per quod signat nec Falernum vinum se habere, quod ei cena exhibeat, nec Formianum, quae illorum temporum fuere nobilissima.

CARMEN XXI.

POR. [*Dian. ten. dic. virg.*] *dicite* pro cantate positum est, ut: *Cui non dictus Hylas puer et Latonia Delos?* [*Laton. supr. Dilect. pen. Iovi*] *supremo* pro summo, ut: *Supreme Iupiter* a Terentio dicitur. *Penitus* autem *dilectam* pro, valde dilectam, ut: *Penitus modo non genus omne perosus Femineum*; penitus igitur funditus dilectam intellige. [*Nigris aut Erymanthi silv.*] *Erymanthus* mons in Arcadia. *Nigris* autem *silvis* umbrosis intelligamus. [*Gragi*] *Gragus* mons Lyciae, in quo Chimaera fuisse dicitur. [*Vos Tempe*] locus in Thessalia, opacitate et Peneo flumine amoenus, qui in honorem Apollinis merito laudatur, quod ibi laurus plurima sit. [*Frat. hum. lyra*] et hic et in superiore accipe, insignem cithara. Per figuram haec elocutio intelligenda, ut sit *Apollinem insignem humerum habentem*, ut: *Laeta comam* dicitur a Virgilio et multa similia. [*Frat. lyr.*] Mercurius lyram invenit, qui frater est Apollinis. [*A pop. et princ. Caesare*] num quid *principem* ad populum referamus, ut sit: a populo principe, quia populus Romanus princeps erat et rector omnium populorum, et recte dicitur.

CARMEN XXII.

ACR. [*Int. vit. scel. pur.*] metrum Sapphicum hendecasyllabum tribus versibus. Quartus Adonicus. Ad Aristium Fuscum scribit, amicum suum, indicans innocentiam semper et ubique tutam esse, etiam inter res saevas ac periculosas; cuius rei testimonium documentumque ipse ceperit, cum alias tum praecipue, cum in Sabinis, in agello suo, spatiantem se ingens lupus fugerit. Dubitandum dum tamen est, utrum iocculariter an vere dicatur, quia lupi singuli singulos homines invadere consueverunt. [*Integer*] innocens. [*Non eg. Mauri iac.*] i. e. quibus utuntur Mauri, est enim primitivum pro derivativo. [*Gravida*] plena, fertilis, ut: *Bis gravidae pecudes, bis pomis utilis arbos.* [*Syrtes*] Syrtes loca Africae in mari ferventes arenis, vel brevia vada, per quae loca duxit Cato exercitum. [*Aestuosas*] aut procellosas aut nimio sole ferventes, unde Virg.: *Et inhospita Syrtis.* [*Caucas.*] Caucasus mons Scythiae praeter habitationes hominum, de quo Virg.: *Sed duris genuit te cautibus horrens Caucasus.* [*Fabulosus Hydasp.*] aut longinquus aut de quo multa finguntur miranda per fabulas ex monstris variis, quibus abundat. [*Lamb.*] metaphora a lingua eo, quod leniter fluat et ripas suas tanquam lingua lambat. [*Hydasp.*] fluvius Mediae vel Indiae. Virg.: *Et Medus Hydaspes.* [*Namq. me*] Ordo est: *Namque me inermem fugit lupus in Sabina silva, dum canto meam Lalagen et vagor ultra terminum expeditus curis.* [*Dum meam cant. Lal.*] i. e. dum amicae laudibus illicior voluptate cantandi. Meam autem, quam diligo, ut Virg.: *Restitit, Eurydicenque suam iam luce sub ipsa, Immemor, heu! victusque animi, respexit.* [*Vltr. term. cur. vag. exp.*] aut ultra agri fines aut ultra curarum terminum progressus, tanta animi securitate, ut nihil timerem. [*Portent.*] pro lupo posuit. [*Militar.*] quia viros fortes et aptos militiae habuit. Virg.: *Haec genus acre virum, Marsos, pubemque Sabellam, Assuetumque malo Ligurem, Volscosque verutos, Extulit, haec Decios, Marios, magnosque Camillos.* [*Daunia*] Apulia dicta a Dauno rege, socero Diomedis, aut a regione, in qua pater Turni Danaus regnavit, unde est: *Dauni miserere senectae.* [*Latis*] magnis et vastis et pro silvarum magnitudine feris abundantibus. [*Aesculetis*] sicut pinetis a pino, sic aesculetis dixit ab aesculo. [*Nec Iubae tellus*] ut supra a rege significat provinciam. Iuba

---

CARMEN XXII.

POR. [*Int. vit. scel. pur.*] ad Aristium Fuscum haec scribuntur, quibus indicat, innocentiam semper et ubique tutam esse, cuius rei testimonium ipse accepit tunc, cum in Sabinis, in agello suo, spatiantem se lupus immensae magnitudinis fugerit. Et haec, dubito, utrum iocculariter dicantur an vero, quoniam lupi dicuntur solere singulos homines invadere. *Integer vitae*, ut Virg.: *O praestans animi iuvenis.* [*Gravidis sagittis, Fusce, pharetra*] *gravida pharetra* pro, gravi ac per hoc plena, metaphora. [*Lambit*] Hydaspes amnis Indiae; *fabulosus* autem dictus, quod India plurima genera miraculorum et digna fabulis ferat. *Lambit* autem translative dictum est a lingua, per quod signat Hydaspem, fluvium lenem, leniter suas ripas tangere. [*Canto Lalag.*] compono sc. librum „Lalagen.“ Ita liber Sex. Decii Collyra inscribitur eo, quod de Collyra amicus scriptus sit. Etiam nos sic plerumque loquimur. [*Et ultra term. cur. vagor*] i. e. ultra terminum fundi mei procedo, lucorum voluptate oblectatus. *Curis* autem *expeditis*, pro ipse curis expeditus, i. e. securus. [*Neq. milit. Daunias*] Daunias Apulia dicta a Dauno rege, socero Diomedis, quam militarem dixit, quia militiae aptos viros habet. [*Latis alit aescul.*] aesculetis ab aesculo arbore, ita dicuntur, ut pineta a pino. [*Nec Iubae tellus*] Mauritania intelli-

enim rex Maurorum fuit, quae regio et sicca est et leonibus abundans. Virg. in eius exsecratione laudans Italiam: *At rabidae tigres absunt et saeva leonum Semina.* [*Arida nutrix*] siticulosa. Virg.: *Hic deserta siti regio.* [*Pone me pigris*] frigidis locis Scythiae. Virg.: *Semper hiems, semper spirantes frigora Cauri.* [*Recreat.*] proflatur. [*Quod latus*] ac si diceret, quam partem. [*Malusque Iupiter*] Iovem aërem posuit, ut Virg.: *Iupiter et laeto descendet plurimus imbri.* [*Neb. mal. Iup.*] ac si diceret, loca sine sole. Virg.: *Plaga solis iniqui.* Et item: *Tum sol pallentes haud unquam discutit umbras.* [*Vrget*] comprimit, ut: *Caerulea glacie concretae atque imbribus atris.* [*Pone sub currū*] aut in frigidis partibus Scythiae vel in ardentibus partibus Africae si poneretur. Lalagen, amicam suam, se dicit, securum omnium periculorum bono innocentiae, posse cantare. [*Nim. prop.*] ut: *Semper sole rubens et torrida semper ab igni.* [*Domibus negata*] Cyrenaicam dicit inhabitabilem. [*Dulce rid.*] ut Virg.: *Fuit aut tibi quidquam Dulce meum.*

CARMEN XXIII.

ACR. [*Vitas hinnuleo me similis, Chloe*] metrum duobus versibus Asclepiadeum et primus versus per resolutionem scanditur, ita: *Vitas | hinnuleo | me similis | Chloe.* Tertius Pherecratius. Quartus Glyconicus, qui et ipse per resolutionem scanditur, ita: *Aura | r' et | silū | ae metu.* Ad Chloen, iam maturam viro, scribit, contactum suum fugientem, cui veluti suadet, virorum eam contactum non debere vitare et comparat eam hinnulo imbelli et natura timido, quod sicut ille leonem vel tigridem, sic ista fugiat viros; feras adstruens insequi, ut occidant, se ad hoc velle consequi eam, ut amplectatur. Sensus autem hic est: Chloe me vitat et timet, ut hinnulus, qui cervae matri aberravit et ad omnes motus aurae vel nemoris tremit. Ordo est: *Chloe, vitas me similis hinnuleo, quaerenti pavidam matrem in aviis montibus, non sine magno metu aurarum et silvae.* [*Aviis*] praeter viae usum, qua ferae ambulare consueverunt, ut naturam timiditatis ostenderet. Virg.: *Avia tum resonant avibus virgulta canoris.* [*Nam seu mobil.*] hypallage est pro: mobilia folia inhorruerunt adventu veris. [*Inhorruit*] conturbata est, ut: *Inhorruit armis.* Item: *Et inhorruit unda tenebris.* [*Seu virides rubum dimovere lac.*] colorem lacertarum expressit epitheton, quae talibus locis latere consueverunt. Virg.: *Nunc virides etiam*

---

genda ab Iuba rege. [*Pone me pigris*] cur pigros campos dixerit, ipse ostendit subiiciendo, ubi nulla arbor aestiva aura recreatur. [*Quod latus mundi*] latus pro qualibet mundi parte posuit. [*Nebul. malusq. Iup. urg.*] Iovem pro tempestate ponere poeticum est; sic et Virg.: *Modo Iupiter adsit, Tertia lux classem Cretacis sistet in oris.* Ergo malus Iupiter pro eo, quod est iniqua tempestas. [*Pone sub curr. nim. prop. Sol.*] in Africa sc., cui sol propior est quam ceteris terris. [*Domibus negata*] quia ultimae partes Africae inhabitabiles sunt propter nimios calores. [*Dulce rid.*] pro dulciter ridentem, nomen pro adverbio ponitur.

CARMEN XXIII.

POR. [*Vit. hinnuleo me simil., Chloe*] haec ode in puellam refugientem tactum viri scripta est. Sensus autem est: Chloe me vitat atque timet, ut hinnuleus, qui matri aberravit. [*Nam seu mobil. ver. inhorr. Adv. fol.*] ὑπαλλαγή pro veris adventu folia mota inhorruerunt, i. e. commota sunt ac tremuerunt. [*Seu vir. rub. dimov. lacert.*] rubus species sunt mori agrestis, sic denique a rusticis hodie in Italia appellan-

occultant spineta lacertas. [*Et corde et gen.*] i. e. animo et corpore, συνεκδοχικῶς, genibus enim capti tremere consueverunt. [*Atqui non ego te tigris*] Ordo est: *Atqui non persequor ego te frangere ut aspera tigris vel Gaetulus leo.* Tigris velocissimum animal est. [*Tand.*] ad proprium desiderium retulit, ut Virg.: *Venisti tandem, tuaque exspectata parenti Vicit iter durum pietas.* [*Tempest. viro*] i. e. matura viro et viri patiens et coniunctioni apta.

CARMEN XXIV.

ACR. [*Quis desid. sit pudor aut modus*] metrum tribus versibus Asclepiadeum, quartus Glyconicus. Consolatur hac ode Virgilium impatienter Quinctilii, amici sui, mortem lugentem. Sensus autem vel ordo est: *Da mihi praecepta carminis, o Musa, quibus ostendam, quis modus desiderio esse debeat carissimi sodalis aut amici.* Quidam autem fratrem Virgilii hunc volunt esse, quia dicit: Tam cari capitis. [*Cui liq.*] puram, dulcem sive canoram. Virg.: *Tum liquidas corvi presso ter gutture voces Aut quater ingeminant.* [*Pater*] Iupiter. Iovis enim et Memnosynes filiae Musae esse dicuntur. Ordo autem est: *Melpomene, cui pater dedit liquidam vocem cum cithara, praecipe lugubres cantus, quis pudor aut modus sit tam cari capitis.* [*Ergo Quinctil.*] Ordo est: *Perpetuus sopor urget Quinctilium, cui pudor et incorrupta fides, iustitiae soror, nudaque veritas erat: quando ergo ullum invenient parem?* [*Sopor urg.*] mors, ut: *Ferreus urget somnus.* Et: *Tunc consanguineus leti sopor.* [*Incorrupta fides*] fides est appellata iustitiae soror. [*Nudaq. ver.*] infucata et pura, quae nil occulti habet, ut egeat argumento. [*Occidit*] mortuus est. Occidisse autem magnos et probatos viros dicebant, ut: *Quin occidit una Sarpedon, mea progenies.* [*Tu frustra*] irrationabiliter et sine remedio, ut: *Nil iam caelestibus ullis debentem.* [*Credit.*] commissum, commendatum, ut Virg.: *Ausus se credere caelo.* Vnde et homines animas reddidisse dicuntur, tanquam quas ad hoc acceperint, ut restituerent. [*Quod si*] Ordo est: *Quod si blandius Threicio Orpheo moderere fidem, auditam arboribus, numquid redeat sanguis vanae imagini, quam Mercurius, non lenis recludere fata precibus, semel compulerit nigro gregi horrida virga?* [*Bland.*] delectabilius. [*Orpheo*] Orpheus Thrax fuit, qui dum cantu suo vel cithara arbores commoveret, ut sequerentur, Eurydicen tamen suam uxorem revocare ab inferis non potuit. Virg.: *Restitit, Eurydicenque suam iam luce sub ipsa, Immemor, heu! victusque animi, respexit; ibi omnis Effusus labor*

---

tur. [*Atq. non ego te tigr.*] sensus est: non ita, Chloe, tu timere hoc debes, ut hinnuleus, quia ille periculum vitae a tigride vel a leone timet, ego autem te non ea mente prosequor, ut absumam, sed ut amplectar. Quare non ut ille, ita tu matrem adhuc debes sequi, cum tu sis id aetatis, ut virum ferre possis.

CARMEN XXIV.

POR. [*Quis desid. sit pud. aut mod.*] haec ode θρῆνον continet in Quinctilium, sodalem Horatii. Sensus autem est: *Praecipe*, i. e. da mihi praecepta carminis, Musa, ut ostendam, quis modus desiderio esse debeat carissimi amici. [*Perpetuus sopor urg.*] eleganter et poetice soporem pro morte posuit. [*Nudaque ver.*] bonum epitheton ideo, quia nihil oculis tenet et celat. [*Quando*] acuta priore syllaba *quándo* vim interrogativam habet. [*Frustra pius*] haec frustra reposcis, inquit. [*Quinctil.*] non sub hac spe illis commendatum ac creditum pro commisso, ut supra: *Navis, quae tibi creditum debes Virgilium.* [*Non*

atque immitis rupta tyranni Foedera. [*Fidem*] chordam. [*Vanae imag.*] inani et mortuae umbrae. [*Sanguis*] pro vita, ut Virg.: *Purpuream vomit ille animam.* [*Imagini*] modo corpori, ut Virgil. in quarto Aeneidos: *Et nunc magna mei sub terras ibit imago.* Et alibi umbrae. Idem in eodem: *Admonet in somnis et turbida terret imago.* [*Virga*] caduceo, ut: *Tum virgam capit, hac animas ille evocat orco Pallentes, alias sub tartara tristia mittit.* [*Horrida*] severa, destricta. [*Recludere*] aperire. [*Nigro comp. Merc. gregi*] umbrarum multitudini congregavit. Virg.: *Compulerantque greges Corydon et Thyrsis in unum.* [*Durum*] sensus est: durum est tanti amici mortis dolorem ferre. [*Sed levius fit*] levigatur. [*Patientia*] suadet levius ferri, quod corrigi non potest, ut: *Quidquid erit, superanda omnis fortuna ferendo est.* Terent.: *Sic, ut quimus, aiunt, quando ut volumus, non licet.* [*Corrigere nefas*] non est licitum corrigere: *nefas* enim pro illicito posuit.

CARMEN XXV.

ACR. [*Parcius iunctas quatiunt fenestr.*] metrum Sapphicum hendecasyllabum. Quartus Adonicus. In Lydiam, meretricem rapacem, sed etiam vetulam scribit, meritoque ab amatoribus passuram, quae fecerat. Sensus est: Iuvenes, qui olim fenestras tuas lapidibus incessabant, ut excitata somno iis aperires, iam te negligere incipiunt et idcirco hoc rarius faciunt. [*Parcius*] rarius, ut: *Parcius ista viris tamen obiicienda memento.* [*Quatiunt*] concutiunt, ἀφαίρεσις est. [*Ictibus*] lapidum. [*Protervi*] insolentes, superbi. [*Amatque ianua limen*] non recedit a limine, h. e. semper clausa est, nullo iam amatorum iuxta solitum veniente, aperta enim recedit a limine. [*Facilis*] uncta, ne resonaret assiduo usu frequentius aperiendo. [*Minus et minus*] i. e. quod olim solebant amatores tui dicere adolescentes, o Lydia, pereunte me dormis, iam minus et minus dici audis, dum despiceris propter senectutem. Ab ipso autem dictum, quod pueri aiebant. Est autem ordo: *Iam minus et minus audis, o Lydia, iam dormis longas noctes, me tuo pereunte amore.* [*Invicem*] sigillatim, modo hunc, modo illum. [*Moechos*] pro amatoribus posuit. [*Levis*] Ordo est: *Levis anus flebis arrogantes moechos invicem in angiportu, magis sub interlunia Thracio vento bacchante.* [*Arrogantes*] te dedignantes. [*Levis*] aut concepta

---

vanae red. sang. imag.] imagini, i. e. umbrae, ut illud: *Et nunc magna mei sub terras ibit imago.* [*Non tenis prec. fata reclud.*] solita sibi figura dixit, ut: *Callidum, quidquid placuit, iocoso Condere furto.* [*Nigro comp. Mercur. gregi*] nigro gregi pro umbris, poetice. [*Durum, sed lev. fit pat., Quidq. corr. est nef.*] grata sententia.

CARMEN XXV.

POR. [*Parc. iunct. quat. fenestr.*] haec ode in meretricem rapacem, sed vetulam et merito ab amatoribus passuram, quae fecerat, scripta est. *Iunctas* autem *fenestras* occlusas intelligendum est. [*Amatque ian. lim.*] mire, in limine ianua est, inquit, i. e. occlusa. Ianua enim cum aperitur, recedit a limine. [*Quae prius mult. fac. mov. card.*] non multum faciles cardines in hac re. [*Aud. min. et min. iam, Me tuo long. per. noct.*] quae olim, inquit, solebant adolescentes amatores tibi dicere: *O Lydia, pereunte me dormis*, iam hoc minus et minus audis dici. [*Flebis in solo lev. angip.*] *levis* pro nullius ponderis posuit, dicitur autem pro eo, quod est contemptibilis, ergo aut amoribus levis aut amatoribus quondam tuis levis, i. e. contemptibilis. [*Thracio vento*] i. e. Aquilone. [*Quae sol. matr. fur. equor.*] *furiare*

aut ab amatoribus vacans. [*In solo angiportu*] *angiportum* alii dicunt vicum sine exitu, quasi in loco deserto et sine conventu, ubi fletura esset; alii vicum angustum et flexuosum in modum anguis vel ipso secreto serpentibus tutum, quasi anguis portum. [*Thracio vento*] aquilone vel Borea, ut: *Threicio Aquiloni.* [*Bacchante*] insaniente, ut Virg. in quarto Aeneidos: *Saevit inops animi, totamque incensa per urbem Bacchatur.* [*Magis sub interlun.*] tum magis flebis sub interlunia, quia tum fere concitantur tempestates, quasi tetro tempore et in desertis locis ideo fleret, ut doloris testem vitaret. [*Sub*] ante, ut Virg. in quarto Georgicorum: *Sub lucem exportans calathis adit oppida pastor.* [*Furiare equorum*] novo verbo usus, quasi in furorem libidinis urgere. Virg.: *Scilicet ante omnes furor est insignis equarum.* [*Vlcerosum*] libidinis indignatione commotum vel certe quod pro aetate appetente tanquam ulcerosum spernatur. [*Non sine questu*] non sine querela, ut avaritiam meretricis ostenderet, ne tum quidem sine lucro et pretio corporis. [*Laeta, quod pubes hed. vir. Gaud.*] i. e. quod puellas iuvenes ament, quas in hedera et myrto intelligi voluit. [*Pulla*] pullam dixit, ut eius coloris puellas ostendat amari. [*Aridas frondes*] i. e. anus et decrepitas iam mulieres et sic etiam aetate frigidas, ut: *Hebro glaciali sint similes, merito ab iuvenibus contemnendas.* [*Hiemis sod.*] frigido, ut hiemis tempore. Virg.: *Semper hiems, semper spirantes frigora Cauri.*

CARMEN XXVI.

ACR. [*Musis amic. trist. et met.*] metrum duobus versibus Alcaicum. Tertius iambicus novenarius hypercatalectus. Quartus Pindaricus. Haec ode ad Aelium Lamiam scripta est; Lamias enim veteres nobiles dicebant familias, qua significat doctum et perfectum virum tristitia, sollicitudine vel metu carere. Iuven.: *Nescia irasci cupiat nihil.* [*Musis amic.*] Ordo est: *Ego amicus Musis, securus, quid terreat unice Teridaten, tradam tristitiam et metus protervis ventis portare in Creticum mare, a quibus metuatur rex gelidae orae sub Arcto.* [*Creticum*] pro quolibet mari, i. e. pro appellativo speciale. [*Quid*] quaeres. [*Teridat.*] Teridates rex Armeniorum sive Persarum fuit iustissimus et ponitur pro omni homine iusto. [*Securus*] *securus* amotus a cura dicitur. [*O quae font. integr.*] Ordo est: *O Pimplea dulcis, quae gaudes*

---

verbum fictum videtur, quod signat, cum furore concitare. Equas magis ceteris animalibus in libidinem Veneream accendi, Virgilius testis est, ita dicens: *Scilicet ante omnes furor est insignis equarum.* [*Vlceros.*] ex contemptu. [*Laeta, quod pubes hedera virenti Gaudeat pulla magis atq. myrto*] per allegoriam hoc signat, iuvenculos iuniores mulierculas quaerere. *Pullam* autem *myrtum* subcrescentem ac per hoc novellam intelligendum. [*Aridas frondes*] conveniens superiori allegoriae pro vetustis mulieribus dicit. [*Sub interl.*] recte, quia tunc fere concitantur tempestates. [*Hebrus*] Thraciae fluvius. [*Hiem. sod. dedic. Hebro*] vel quod frigidus sit Hebrus, hiemis sodalis dicitur, vel quod partis Septentrionalis sit, ubi maximum frigus est.

CARMEN XXVI.

POR. [*Musis amic.*] haec ode ad Aelium Lamiam scripta est, quae significat doctis viris nullam inhaerere sollicitudinem. [*In mare Cretic.*] *Creticum mare* pro quolibet mari, ita specie pro genere usus est. [*Quid Teridaten*] Teridates rex Armeniorum fuit. [*Pimplea dulcis*] Pimpleides Musae dicuntur a Pimplea, fonte Macedoniae. [*Hunc Lesb. sacr. plectr., Teq. tuasq. decet soror.*] ἀμφίβολον, sed sic intelligendum

atque immitis rupta tyranni Foedera. [*Fidem*] chordam. [*Vanae imag.*] inani et mortuae umbrae. [*Sanguis*] pro vita, ut Virg.: *Purpuream vomit ille animam.* [*Imagini*] modo corpori, ut Virgil. in quarto Aeneidos: *Et nunc magna mei sub terras ibit imago.* Et alibi umbrae. Idem in eodem: *Admonet in somnis et turbida terret imago.* [*Virga*] caduceo, ut: *Tum virgam capit, hac animas ille evocat orco Pallentes, alias sub tartara tristia mittit.* [*Horrida*] severa, destricta. [*Recludere*] aperire. [*Nigro comp. Merc. gregi*] umbrarum multitudini congregavit. Virg.: *Compulerantque greges Corydon et Thyrsis in unum.* [*Durum*] sensus est: durum est tanti amici mortis dolorem ferre. [*Sed levius fit*] levigatur. [*Patientia*] suadet levius ferri, quod corrigi non potest, ut: *Quidquid erit, superanda omnis fortuna ferendo est.* Terent.: *Sic, ut quimus, aiunt, quando ut volumus, non licet.* [*Corrigere nefas*] non est licitum corrigere: *nefas* enim pro illicito posuit.

CARMEN XXV.

ACR. [*Parcius iunctas quatiunt fenestr.*] metrum Sapphicum hendecasyllabum. Quartus Adonicus. In Lydiam, meretricem rapacem, sed etiam vetulam scribit, meritoque ab amatoribus passuram, quae fecerat. Sensus est: Iuvenes, qui olim fenestras tuas lapidibus incessabant, ut excitata somno iis aperires, iam te negligere incipiunt et idcirco hoc rarius faciunt. [*Parcius*] rarius, ut: *Parcius ista viris tamen obiicienda memento.* [*Quatiunt*] concutiunt, ἀφαίρεσις est. [*Ictibus*] lapidum. [*Protervi*] insolentes, superbi. [*Amatque ianua limen*] non recedit a limine, h. e. semper clausa est, nullo iam amatorum iuxta solitum veniente, aperta enim recedit a limine. [*Facilis*] uncta, ne resonaret assiduo usu frequentius aperiendo. [*Minus et minus*] i. e. quod olim solebant amatores tui dicere adolescentes, o Lydia, pereunte me dormis, iam minus et minus dici audis, dum despiceris propter senectutem. Ab ipso autem dictum, quod pueri aiebant. Est autem ordo: *Iam minus et minus audis, o Lydia, iam dormis longas noctes, me tuo pereunte amore.* [*Invicem*] sigillatim, modo hunc, modo illum. [*Moechos*] pro amatoribus posuit. [*Levis*] Ordo est: *Levis anus flebis arrogantes moechos invicem in angiportu, magis sub interlunia Thracio vento bacchante.* [*Arrogantes*] te dedignantes. [*Levis*] aut concepta

---

vanae red. sang. imag.] imagini, i. e. umbrae, ut illud: *Et nunc magna mei sub terras ibit imago.* [*Non lenis prec. fata reclud.*] solita sibi figura dixit, ut: *Callidum, quidquid placuit, iocoso Condere furto.* [*Nigro comp. Mercur. gregi*] nigro gregi pro umbris, poetice. [*Durum, sed lev. fit pat., Quidq. corr. est nef.*] grata sententia.

CARMEN XXV.

POR. [*Parc. iunct. quat. fenestr.*] haec ode in meretricem rapacem, sed vetulam et merito ab amatoribus passuram, quae fecerat, scripta est. *Iunctas* autem *fenestras* occlusas intelligendum est. [*Amatque ian. lim.*] mire, in limine ianua est, inquit, i. e. occlusa. Ianua enim cum aperitur, recedit a limine. [*Quae prius mult. fac. mov. card.*] non multum faciles cardines in hac re. [*Aud. min. et min. iam, Me tuo long. per. noct.*] quae olim, inquit, solebant adolescentes amatores tibi dicere: *O Lydia, pereunte me dormis*, iam hoc minus et minus audis dici. [*Flebis in solo lev. angip.*] *levis* pro nullius ponderis posuit, dicitur autem pro eo, quod est contemptibilis, ergo aut amoribus levis aut amatoribus quondam tuis levis, i. e. contemptibilis. [*Thracio vento*] i. e. Aquilone. [*Quae sol. matr. fur. equor.*] *furiare*

aut ab amatoribus vacans. [*In solo angiportu*] *angiportum* alii dicunt vicum sine exitu, quasi in loco deserto et sine conventu, ubi fletura esset; alii vicum angustum et flexuosum in modum anguis vel ipso secreto serpentibus tutum, quasi anguis portum. [*Thracio vento*] aquilone vel Borea, ut: *Threicio Aquiloni.* [*Bacchante*] insaniente, ut Virg. in quarto Aeneidos: *Saevit inops animi, totamque incensa per urbem Bacchatur.* [*Magis sub interlun.*] tum magis flebis sub interlunia, quia tum fere concitantur tempestates, quasi tetro tempore et in desertis locis ideo fleret, ut doloris testem vitaret. [*Sub*] ante, ut Virg. in quarto Georgicorum: *Sub lucem exportans calathis adit oppida pastor.* [*Furiare equorum*] novo verbo usus, quasi in furorem libidinis urgere. Virg.: *Scilicet ante omnes furor est insignis equarum.* [*Vlcerosum*] libidinis indignatione commotum vel certe quod pro aetate appetente tanquam ulcerosum spernatur. [*Non sine questu*] non sine querela, ut avaritiam meretricis ostenderet, ne tum quidem sine lucro et pretio corporis. [*Laeta, quod pubes hed. vir. Gaud.*] i. e. quod puellas iuvenes ament, quas in hedera et myrto intelligi voluit. [*Pulla*] pullam dixit, ut eius coloris puellas ostendat amari. [*Aridas frondes*] i. e. anus et decrepitas iam mulieres et sic etiam aetate frigidas, ut: *Hebro glaciali sint similes, merito ab iuvenibus contemnendas.* [*Hiemis sod.*] frigido, ut hiemis tempore. Virg.: *Semper hiems, semper spirantes frigora Cauri.*

CARMEN XXVI.

ACR. [*Musis amic. trist. et met.*] metrum duobus versibus Alcaicum. Tertius iambicus novenarius hypercatalectus. Quartus Pindaricus. Haec ode ad Aelium Lamiam scripta est; Lamias enim veteres nobiles dicebant familias, qua significat doctum et perfectum virum tristitia, sollicitudine vel metu carere. Iuven.: *Nescia irasci cupiat nihil.* [*Musis amic.*] Ordo est: *Ego amicus Musis, securus, quid terreat unice Teridaten, tradam tristitiam et metus protervis ventis portare in Creticum mare, a quibus metuatur rex gelidae orae sub Arcto.* [*Creticum*] pro quolibet mari, i. e. pro appellativo speciale. [*Quid*] quaeres. [*Teridat.*] Teridates rex Armeniorum sive Persarum fuit iustissimus et ponitur pro omni homine iusto. [*Securus*] *securus* amotus a cura dicitur. [*O quae font. integr.*] Ordo est: *O Pimplea dulcis, quae gaudes*

---

verbum fictum videtur, quod signat, cum furore concitare. Equas magis ceteris animalibus in libidinem Veneream accendi, Virgilius testis est, ita dicens: *Scilicet ante omnes furor est insignis equarum.* [*Vlceros.*] ex contemptu. [*Laeta, quod pubes hedera virenti Gaudeat pulla magis atq. myrto*] per allegoriam hoc signat, iuvenculos iuniores mulierculas quaerere. *Pullam* autem *myrtum* subcrescentem ac per hoc novellam intelligendum. [*Aridas frondes*] conveniens superiori allegoriae pro vetustis mulieribus dicit. [*Sub interl.*] recte, quia tunc fere concitantur tempestates. [*Hebrus*] Thraciae fluvius. [*Hiem. sod. dedic. Hebro*] vel quod frigidus sit Hebrus, hiemis sodalis dicitur, vel quod partis Septentrionalis sit, ubi maximum frigus est.

CARMEN XXVI.

POR. [*Musis amic.*] haec ode ad Aelium Lamiam scripta est, quae significat doctis viris nullam inhaerere sollicitudinem. [*In mare Cretic.*] *Creticum mare* pro quolibet mari, ita specie pro genere usus est. [*Quid Teridaten*] Teridates rex Armeniorum fuit. [*Pimplea dulcis*] Pimpleides Musae dicuntur a Pimplea, fonte Macedoniae. [*Hunc Lesb. sacr. plectr., Teq. tuasq. decet soror.*] ἀμφίβολον, sed sic intelligendum

integris fontibus, necte flores, necte coronam meo Lamiae. [*Integris*]
plenis et immutationem nescientibus. [*Pimpleae*] Musae dictae sunt
aut a Pimpleo, fonte Macedoniae, vel vico, aut e monte Pimpleo Or-
chomeniorum, aut a veste, h. e. a peplo. [*Nil sine te*] h. e. aut quia
sine Musa non multum honoris vult intelligi Lamiae carmina sua posse
conferre aut quia primus Horatius carmen lyricum scripsisse dicitur.
[*Hunc fidibus nov.*] chordis, ut Virg. in sexto: *Threicia fretus citha-
ra, fidibusque canoris.* Ordo est: *Decet te tuasque sorores*, i. e. Musas
hunc sacrare novis fidibus. [*Lesbio plectro*] lyrico carmini.

CARMEN XXVII.

ACR. [*Natis in usum laetitiae scyphis*] metrum duobus versibus
Alcaicum. Tertius dimeter novenarius iambicus hypercatalectus.
Quartus Pindaricus. [*Nat. in us. laet. scyph.*] ad hoc specialiter factis,
ut est: *Animal propter convivia natum.* [*Thracum*] gentem significat,
sicut supra posuit per ebrietatem rixae deditam. [*Verecundumq. Bacch*]
verecundum vel quod virgineo ore fingatur vel quod verecunde eo uti
decet. [*Sang. proh. rixis*] figura nova locutus est, Bacchum rixis pro-
hibete, cum dici oportuerit, a Baccho rixas prohibete. Est enim hy-
pallage, ut illud est: *Accipite Aeneam et tandem arcete periclis*, i. e.
pericula arcete ab Aenea. [*Lucernis*] i. e. conviviis, quae a vespera in-
choari consueverunt, ut Virg.: *Noctem flammis funalia vincunt.* [*Medus
acinaces*] gladius Persarum, sed hic pro quolibet posuit. Luc.: *Decurrit
Medica Susis.* [*Immane, quantum*] admirando dicit, i. e. valde discrepat,
h. e. non convenit, nec est aptus convivio laetitiae et vino barbarus ani-
mus. [*Lenite clamor.*] rixam vel tumultum compescite. [*Et cubito reman.
presso*] quasi insurgentes ad iurgium, admonet, ut discumbant. Inter *ad-
cumbere* autem et *discumbere* et *recumbere* hoc interest, adcumbere est
deorum, ut: *Tu das epulis adcumbere divum.* Discumbere hominum,
ut: *Super discumbitur ostro.* Recumbere ferarum, ut: *Ossa super re-
cumbens.* [*Severi Fal.*] aut vetustissimi aut austeri, ut: *Nec cellis
ideo contende Falernis.* [*Me quoque sumere*] i. e. si vestro vultis me
miscere convivio, deest enim *si*. Ordo est: *Dicat frater Megillae
Opuntiae.* Opuntia Locrorum oppidum dictum est, in quo erat aditus
infernorum. Megillae nomen convivae, quae Opuntia oriunda erat.
[*Quo beatus vulnere*] velut voluptuosus poeta, bene beatum amantem
dixit. Vulnus enim pro amore posuit, ut: *Vulnus alit venis et caeco
carpitur igni.* [*Qua pereat*] quam amet, ut Virg. in Bucol.: *Ut vidi,
ut perii, ut me malus abstulit error!* [*Cessat volunt.*] sc. confessionis
et deest *si*. [*Non alia bibam mercede*] nisi dixeris, subde. [*Quae te
cunq.*] tmesis est, quaecunque Venus aut amor aut amica. Virg. in
Buc.: *Parta meae Veneri sunt munera.* [*Non erubescendis*] non igno-

---

et te et tuas sorores decet, hunc Lesbio plectro consecrare. *Lesbio*
autem propter Sappho et Alcaeum dixit.

CARMEN XXVII.

POR. [*Natis in usum laet. scyph.*] ode προτρεπτικὴ est ad hilari-
tatem, cuius sensus sumptus est ab Anacreonte in libro tertio. [*Nat.
in usum laetit.*] *natis* pro factis, ut apud Lucil.: *Iudicis Hortensi est
ad eam rem palaestra.* [*Verec. Bacch. sang. proh. rixis*] *verecundum*,
i. e. detractandum, ita autem figurata elocutio est, ut apud Virg.:
Et tandem arcete periclis Aeneam. [*Acin.*] gladius Parthicus, sed
nunc pro omni gladio positum est. [*Dicat Opunt.*] nomen huius ado-
lescentis non dicit. *Opuntia* autem oppidum Locridos est. [*Quo beat.*

bilibus, non (in-)verecundis. [*Ignibus*] amoribus, ut: *Caeco carpitur igni.*
[*Ingen. semp. am. pecc.*] non pudendo, non erubescendo, laudando,
electione vel iudicio. Non omnis Venus, quaecunque domat hominem,
erubescenda est; saepius enim amore non peccatur. [*Quidquid habes,
age*] cogit illum fateri, quam diligat. [*Depone tutis auribus*] i. e. fide-
libus, deposita servantibus, h. e. secretum secure committe. [*Ah*] in-
teriectio est dolentis. [*Miser, quanta*] ostendit illum quasi in aurem
sibi esse confessum, quam amaret et cum exsecratione miratur, quod
sic in procacem et sceleratam mulierem amor eius inciderit. [*Cha-
rybdi*] meretricia voracitate. Terent.: *Nam quod nos capere oportet,
haec intercipit;* unde eam et mari comparavit voraci. [*Quae saga*] in-
cantatrix et malefica ab eo dicta, quod satis agat, i. e. quae carmini-
bus vel arcessere possit mala hominibus vel pellere. Ordo est: *Quae
saga Thessalis poterit te solvere venenis?* [*Venenis*] herbis. Virg. in Buc.:
Has herbas atque haec Ponto mihi lecta venena Ipse dedit Moeris.
[*Illigatum*] te in illa implicitum. [*Pegasus*] Bellerophontis equus,
cuius celeritate Chimaera dicitur interempta, unde et alas habuisse
dicitur. Virg.: *Alipedumque fugam cursu tentavit equorum.* Sicut supe-
rius meretricem mari, ita hic Chimaerae comparavit, quasi multiformi
belluae, quae leonis, draconis et caprae capitibus emineret, flammis
armata, sicut meretrix dolis et incitamentis libidinum. Multiformem
autem voluit eam hac comparatione intelligi et omnibus corporis par-
tibus turpem.

CARMEN XXVIII.

ACR. [*Te maris et terr. num. car. aren.*] metrum primo versu
heroicum. Secundus heroicus tetrameter. Haec ode ἐκ τῆς προσωπο-
ποιΐας formata est, inducitur enim corpus naufragi Archytae Tarentini,
ad litus expulsum, conqueri de iniuria sua et a praetereuntibus petere
sepulturam. Qui Archytas Pythagoricus fuit, geometriae et astroscopiae
peritus. Pythagorici autem omnia numeris constare dicunt. Ad eius
ergo consolationem etiam famosos et diis oriundos coniunctosque ho-
mines perisse commemorat. [*Numeroq. car.*] ut est: *Quem qui scire
velit Libyci aequoris.* Idem: *Discere quam multae Zephyro turbentur
arenae.* [*Mensorem terrae*] geometram. [*Cohib.*] continent. [*Prope litus
parva Matin. Mun.*] *Matinus* mons Apuliae, iuxta quem Archytas sepultus
est, sive, ut quidam volunt, plana Calabriae. [*Nec quidquam tibi prod-*

---

vuln., qua pereat sagitta] Graece dictum, beatus pereat, quod signat
tamen. [*Cessat volunt.*] bibendi sc., qua negat se bibiturum, nisi frater
Megillae amores suos narraverit. [*Ah miser! quanta laborab. Charybdi*]
intelligendum hic illum in aurem Horatio amorem suum esse confes-
sum, ita hic inquit: *Ah miser! quanta laborabas* (sic) *Charybdi*, signi-
ficans illam, quae ametur, procacissimam, sceleratissimamque esse.
[*Quae saga*] sagae sunt praecantatrices, quae vel arcessere carmini-
bus mala hominibus possunt vel expellere. [*Vix illig. te*] vix te, inquit,
ab hac Chimaera liberabit Pegasus, sed hoc utique per allegoriam di-
ctum intelligitur.

CARMEN XXVIII.

POR. [*Te mar. et terr.*] haec ode de προσωποποιΐᾳ formata est, in-
ducitur enim corpus naufragi Archytae Tarentini, in litus expulsum,
conqueri de iniuria sua et petere a praetereuntibus sepulturam. Hic
autem Archytas Pythagoricus fuit, qui merito geometriae peritus dici-
tur, quia Pythagorici omnia constare numeris credunt. [*Matinus*]
mons sive promontorium est Apuliae, iuxta quod Archytas sepultus

est] i. e. nihil tibi profuit ad mortalem conditionem, per physicae di-
sciplinam, rationem caeli et ipsas rerum perscrutatum esse naturas,
ut: *Quid labor aut bene facta iuvant?* [*Occidit et Pelopis genitor*] Tan-
talus, Pelopis pater, epularum scelere (†) deorum conviva, a quibus pro
funestis filii dapibus poena mulctatus est, de qua Virg. in sexto Aen.:
Lucent genialibus altis Aurea fulcra toris, epulaeque ante ora paratae
Regifico luxu. Furiarum maxima iuxta Adcubat et manibus prohibet con-
tingere mensas. [*Tithon. remot. in aur.*] Tithonum, Laomedontis filium,
Aurorae maritum, in auras receptum, h. e. mortuum dicit. Virg.: *Te*
potuit lacrymis Tithonia flectere coniux. [*Et Iovis arcan. Minos adm.*]
aut quod se Minos praedicabat cum Iove colloqui et ex consilio eius
cuncta agere aut Iovis arcanis (†), h. e. Plutonis, a quo institutus est
iudex pro recordatione iustitiae, ut Virg. in sexto: *Quaesitor Minos*
urnam movet. [*Panth. iter. Orco Demiss.*] nunc Pythagoran significat,
qui praedicavit, se apud Troiam Euphorbum, Panthoi filium, fuisse,
qui interfectus a Menelao iterum revixit, factus Pythagoras, idque
eum cognovisse agnito clypeo, quem in templo Euphorbus fixerat.
Hic ante et in Homerum dicitur renatus, postea in pavonem, postre-
mo in Ennium poetam et ideo dicit eum nervis atque cute mortuum,
anima diu vixisse. [*Iterum*] quia saepe mortuus est transeunte anima
eius in alios. [*Demiss.*] in inferiora de superioribus dicitur, ut Virg.
in secundo Aeneidos: *Demisere neci, nunc cassum lumine lugent.* [*Cly-*
peum] per clypeum. [*Tempora test.*] Ordo est: *Testatus Troiana tem-*
pora refixo clypeo, te iudice, non sordidus auctor Naturae et veri, nil
ultra nervos atque cutem concesserat atrae morti. [*Nil ultra*] i. e. quam-
vis non sit mortuus, nisi tantum nervis et cute. [*Testatus*] i. e. re-
cordatus Troianorum temporum refixo clypeo. [*Et calc. sem. via leti*]
intranda, ut est: *Ibant obscuri sola sub nocte per umbram.* Et alibi:
Sed revocare gradum superasque evadere ad auras, Hoc opus, hic labor
est. [*Dant alios Furiae*] ait, diversis generibus quidem, sed una morte
singulos perire. [*Spect. Marti*] eo, quod in ludum Martis per bellicum
praecipitantur furorem. [*Avidum mare*] vorax, quod demersos sorbeat.
[*Mixta senum et iuv. densent. fun.*] multitudo morientium totius aeta-
tis, ut: *Matres atque viri, defunctaque corpora vita Magnanimum*
heroum, pueri, innuptaeque puellae. [*Null. saev. cap. Pros. fug.*] quod
omnes suscipiat, quam nullus evadat. Figura est ὑπαλλαγή· fugit Pro-
serpina, pro, fugiunt Proserpinam, ut illud: *Stant et oves circum, no-*
stri nec poenitet illas, pro, nos illarum non poenitet. [*Devexi*] in de-

---

est. [*Nec prodest quidquam*] nil prodest tibi adversus conditionem mortali-
tatis, quod rationem naturae rerum et ipsum caelum sis perscrutatus.
[*Occid. et Pelop. genit.*] Tantalus sc. Haec autem ad solatium mortis
dicuntur. [*Tithonusq. recept. in auras*] i. e. terris excessit ac per hoc
mortuus est. [*Minos*] Minos, Cretensium rex, praedicabat se cum
Iove colloqui et consilio eius cuncta agere. [*Panthoiden*] nunc Pytha-
goran signat, qui praedicavit se ad Troiam Euphorbum, Panthoi filium,
fuisse, interfectumque a Menelao iterum revixisse et factum Pythago-
ran id cognovisse, agnito clypeo, quem Euphorbus habuerat. [*Nih.*
ultra Nerv. atq. cut. con. atr. m., iudice te, non sordidus auctor Naturae, ve-
rique] affirmante Pythagora, non eum mentitum naturam rerum, cuius
auctor exstitit. [*Me quoq. devexi rap. com. Orion. Illyr. Not. obr. und.*]
notum est, ortu et occasu Orionis tempestates concitari. Notum ven-
tum comitem Orionis dicit, quod cum Orione ortus est. Devexum au-
tem Orionem, ut Virg.: *Convexa, polus dum sidera pascet*, i. e. in de-
vexo caelo positum. [*Null. Saeva cap. Proserp. fug.*] nullum Proser-
pina timet ac per hoc neminem exceptum habet. [*At tu, nauta, va-*
gae ne parce malig. dar. aren.] ad praetereuntes nautas Archytan se

vexa parte caeli positi. Virg.: *Convexa, polus dum sidera pascet.* [*Rap.*
com. Orion.] ortus enim et occasus Orionis tempestuosi sunt, ideo et
comitem eius Notum ventum dixit, ut Virg. in Aen.: *Cum subito ad-*
surgens fluctu nimbosus Orion In vada caeca tulit. [*At tu, nauta*] hic
quasi Archytan ponit precari nautam, ne remaneat insepultus, sed
iam arenam iniiciat, nam et in sacris hoc genus sepulturae tradeba-
tur, ut si non obrueretur, manu plena ter iacta terra cadaveri, pro
sepultura esset, ut: *Aut tu mihi terram iniice, namque potes.* Ideo
etiam particulam arenae dixit. Ordo est: *At tu, nauta, ne parce ma-*
lignus dare particulam vagae arenae ossibus et inhumato capiti: sic ple-
ctantur Venusinae silvae, quodcunque minabitur Eurus Hesperiis flucti-
bus etc. [*Venus.*] Venusium civitas Apuliae est, confinis Lucaniae,
cuius silvas, quia immensae sunt, pro quibuscunque posuit. Admonet
ergo, ut, etiam si tempestas sit, quae tales silvas flectat, ne omittat
sepeliendi curam. [*Multaq. merc., Vnde pot., tibi defl. aeq. ab Iove*] h.
e. ne adtentus ad lucrum omittas studium iusta solvendi. [*Nept. sacr.*
cust. Tar.] Neptunus apud Tarentum devotius colebatur, vel quia in
Neptuni tutela dicitur fuisse, vel quia Neptuni filius, Phalantus, apud
Tarentum Herculi et Neptuno templa constituit, ut fortiter per favo-
rem Herculis faceret, per Neptunum feliciter ageret. [*Negligis*] deest
si. [*Fraudem committere*] seu studio commercandi fraudem, quae re-
dundet in posteros, capiat, seu certe inhumati piaculum eius filios
laedat et ne longum putaret, etiam ipsum delicti subiturum poenas
minatur. [*Committere*] deest *scias.* [*Man.*] exspectent. [*Prec. non*
linq. in.] ultionem precibus suis dandam promittit. [*Teq. piac. nulla*
resolv.] h. e. nullis hostiis expiaberis. Piacula enim dicebantur, quibus
facinus expiabatur admissum. [*Non est mora longa*] ut Virg.: *Hic tibi*
ne qua morae fuerint dispendia tanti, ut excusationem arceat, dum ne
morsum, quod ceperat, ostendit. (†) [*Ini. ter pulv.*] ut: *Manes magna*
ter voce vocavi.

CARMEN XXIX.

ACR. [*Icci, beat. nunc Arab. invid.*] metrum duobus versibus
Alcaicum, tertius novenarius iambicus hypercatalectus, quartus Pin-
daricus. Ad Iccium scribit, quem miratur philosophiae intermisso stu-
dio repente se ad militarem vitam contulisse cupiditate divitiarum,
nam idem Iccius Panaetii, Socratici philosophi, bibliothecam emerat,
eius lectione ad philosophandum fuerat deductus. [*Arab. invid. Gazis*]

---

convertisse fingit. [*Venus. plect. silv.*] Venusia colonia inter Lucaniam
et Apuliam, poetae patria. Vnde silvas Venusinas pro quibuslibet po-
suit; *plectantur* autem, luant atque experiantur. [*Nept. sacri cust.*
Tar.] custodem Tarenti Neptunum ait, quia praecipue Neptunus ibi
colitur. [*Negligis immer. nocitur.*] *negligis*, i. e. fraudem committere
facile esse putas, atqui haec expetent in eos, qui ex te nati sunt, i. e.
filios tuos. [*Teq. piac. null. resolv.*] i. e. nullo modo expiabis hoc sce-
lus, quod in me admittis. [*Fors et deb. iur. vicesq. superb. Te man.*
ips.] *vices superbae* poenae intelligendae, quas superbis factis illum
passurum precatur. [*Non linquar*] i. e. preces meae efficient, ut ul-
tionem huius rei persolvas, quod piaculum in me admittas.

CARMEN XXIX.

POR. [*Icci, beat. nunc Arab. invid. Gaz.*] hanc oden ad Iccium
scribit, quem miratur intermisso philosophiae studio, repente se ad
militare studium contulisse, per quod videtur concupiscere divitias
Arabum. [*Invid. Gaz.*] aemularis Arabes in divitiis habendis ac per

aemulus es, ut cupiendo pares divitias; gazas pro divitiis ponit, ut Virg.: *Arma virum tabulaeque et Troïa gaza per undas*, in primo Aeneidos et quinto: *Et gaza laetus agresti.* [*Acrem milit.*] i. e. fortem, duram, acerbam. [*Non ante devict.*] admonet pericula, propter quae ad divitias gerentes bella perveniunt, i. e. cum non sint adhuc debellati, tu nectes iam catenas. [*Horrib. Medo*] forti, crudeli. [*Nectis catenas*] aut illigas regibus victis catenas aut fabricas, mutuis enim nexibus fiunt catenae. [*Sponso necato*] i. e. nisi prius occiso sponso, in servitium captiva non venit. [*Puer*] regis filius, qui captus pocula ministraret. [*Sericas*] derivatum est ab eo, quod Seres vocatur. Seria enim gens est Parthis vicina, sagittandi arte famosa, a qua et Seri- cum vocatur. [*Quis neg.*] i. e. quis rerum naturam neget posse mutari, cum tu studia in contraria verteris, contra hominum opinionem. [*Pronos*] proclives, nam proni dicuntur rivi de montibus effluentes, qui impetuose fluunt. [*Tiberin reverti*] ut Virg.: *Revocatque pedem Tiberinus ab alto.* [*Nobil. libr. Pan.*] Panaetius, Stoicus philosophus, fuit praeceptor Scipionis Africani et Laelii, Rhodius natione. Ordo est: *Quis neget, relabi posse rivos pronos arduis montibus et Tiberin posse reverti, cum vel tu, pollicitus meliora, mutare contendis loricis Hiberis undique coemptos nobiles libros Panaeti et domum Socraticam?* [*Socratic. et dom.*] sectam sive libros. [*Loricis Hib.*] optimae enim forte Hispanicae loricae sunt. [*Pollicitus meliora*] studia sc., professionem suam poeta philosophicam vult intelligi. Elocutio vero nota est. [*Tendis*] contendis, instas. Vt: *Nec tendere contra.*

CARMEN XXX.

ACR. [*O Venus, regina Gnidi, Paphiq.*] metrum Sapphicum hendecasyllabum. Quartus Adonicus. [*O Venus*] quasi epigramma, h. e.

---

divitias concupiscis. [*Acrem milit. par. reg.*] dativi casus est, h. e. illis paras militiam, quod est, adversus illos. [*Nectis catenas*] non vincis, sed fabricas intelligendum, proprie dictum; catenae enim ipsae nexibus quibusdam constant. [*Tibi nec.*] a te necato, sc. sponso. [*Puer ex aula*] regius puer, qui aula servierit. [*Sagitt. Seric.*] i. e. Parthicas a gente Serum, qui partem orbis terrae Orienti subiectam tenent. [*Quis neg. ard. Pron. relab. posse riv. Mont.*] sermo παροιμιώδης. Sensus est: quis non credat rerum naturam posse mutari, ut flumina in montes revertantur, unde alioquin descendunt, cum tu vitae studia in contraria verteris, quod nemo speraverat posse fieri. Tale est illud Virgilianum: *Iungentur iam gryphes equis, aevoque sequenti Cum canibus timidi venient ad pocula damae.* [*Cum tu coempt. undiq. nob. Libr. Panaeti*] Panaetius Stoicus fuit, praeceptor Scipionis Africani et Laelii, genere Rhodius. [*Loricis*] κατ᾽ ἐξοχὴν dixit, quia optimae sunt Hispanicae loricae. [*Socrat. domum*] ut si diceret: Socraticae scholae disciplinam. [*Tendis*] pro contendis. Ordo est: *Aut* (in textu: *et*) *Socraticam domum mutare loricis Hiberis tendis, pollicitus meliora. Meliora* autem aut absolute dictum aut studia subaudiendum. Studia poeta secundum suam opinionem philosophiam vult intelligi. Nota autem figura elocutionis est, qua dicunt philosophiam militia mutare, h. e. philosophia dimissa militiam sumere, ut: *Chaoniam pingui glandem mutavit arista.*

CARMEN XXX.

POR. [*O Venus, regin. Gnidi, Paphique*] quasi epigramma, h. e. in dedicationem Veneris scriptum. *Gnidus* autem urbs Cariae, *Paphus* autem urbs insulae Cypri, utraque Venerem praecipue colens. [*Ferv.*

in dedicationem Veneris scriptum, quam ipse consecrarat. [*Gnidi, Paphiq.*] Gnidus urbs Cariae, Paphos vero urbs Cypri insulae, utraque Venerem praecipue colens. Precatur autem, ut desertis velut propriis civitatibus adsit aedibus consecratis. Incertum autem, utrum Glycera amica sit an ancilla. [*Et solut. Grat. zon.*] vel liberae vel nudae, quod non cingantur et bene nudae et solutis zonis Gratiae finguntur, quia amicorum animi soluti invicem et nudi esse debent. [*Et par. com. sine te Iuv.*] minus elegans Iuventas sine venustate, h. e. sine te. Sciendum est tamen Venerem non tantum concubitus, sed etiam omnium elegantiarum esse dominam. Aliud tamen est *Iuventas*, aliud *iuventa*, aliud *iuventus*. Iuventa aetas putatur, Iuventas ipsum numen, iuventus adolescentia. [*Merc.*] per Mercurium quaestum vult accipi, tanquam sine venustate nec lucrum sit.

CARMEN XXXI.

ACR. [*Quid ded. posc. Apoll.*] metrum duobus versibus Alcaicum. Tertius dimeter iambicus novenarius hypercatalectus. Quartus Pindaricus. Apollinis templum in Palatio dedicavit Augustus, sed Apollinem pro templo posuit μετωνυμικῶς et significat modestiam votorum suorum, negans se ab Apolline, quae ad cupiditatem aut avaritiam spectent, petere, sed bonam mentem, bonaque corporis usque ad se-

---

tec. puer] i. e. Cupido, quod fervorem amoris inferat. [*Et solutis Gratiae zonis*] quia Gratiae nudae et sine nodis finguntur, quia amici animos solutos ac nudos inter se habere debent. [*Et par. com.*] i. e. minus elegans. [*Sine te*] i. e. sine venustate. Scire autem debemus, Venerem non tantum concubitus, verum etiam dominam esse omnium elegantiarum. Sic alibi ipse: *Ordinis haec virtus erit et Venus.* Dicarat Glycera sacellum Veneri. Poeta autem scribit tanquam epigramma illi sacello, in quo Venerem orat, ut, relictis Papho, Gnido et Cypro, in aedem Glycerae sibi dedicatam migret. [*Paphiq.*] locus in Cypro est, unde Cicero in epistolis: *Omnes tibi commendo Cyprios, Paphios praesertim.* Et Virg.: *Ipsa Paphon sublimis adit, sedesque revisit Laeta suas.* Paphi autem erat celeberrimum illud templum Veneri dedicatum, de quo multa sunt apud Herodotum. [*Multo thure*] quia aut plurimum de thure et floribus Veneri sacrificabatur; dicitur autem *thus* ἀπὸ τοῦ θύειν, i. e. sacrificando. Vnde adspiratur *th.* Alii tamen credunt esse dictum a *tunsis* glebis, quia de arbore destillat et a terra subiecta combibitur, in eaque congelatur, indeque tunsis glebis colligitur. [*Decor.*] quasi diceret, quia decora est et tibi summopere conveniens transferri in illam. [*Aedem*] recte posuit in singulari, ut templum significet. Nam in plurali significat domum. [*Transfer*] migra. [*Fervidus*] quia amor flammas immittit. [*Gratiae*] de quibus iam dictum est. [*Nymphae*] harum plura sunt genera, nam quae maris sunt, *Nerinae* sive *Nereides* appellantur, quae fontium, *Naiades*, quae montium, *Oreades*, nam ὄρος mons est. Sunt itidem *Dryades* silvarum Nymphae, quia δρῦς quercus. Sunt *Hamadryades*, quae cum arboribus et oriuntur et occidunt. Sunt *Napaeae* florum. [*Par. comis*] quia sine venustate nulla est comitas. [*Merc.*] quia multum valet eloquentia ad amorem conciliandum. Vnde illud: *Disertum me faciebat amor.*

CARMEN XXXI.

POR. [*Quid ded. posc. Apoll.*] Apollinis templum in Palatio Augustus dedicavit. Ergo dedicatum non a se dicit poeta, sed quod alioquin dedicatus est, ipsum autem ait dedicatum Apollinem pro tem-

nectutem precari cum lyrico studio. Putatur tamen diverse Horatius Apollinem dedicasse, ad quem haec scribit. [*De patera*] calice, uti: *Qualem pateris libamus et auro.* [*Nov. fund. liq.*] aut non vetus, ut deos non exquisitis muneribus placari monstraret, aut certe per quod nova instaurabatur precatio, nam et ipsum morem sacrificandi ostendit, ut: *Ipsa tenens dextra pateram pulcherrima Dido.* [*Non aestuosae*] aestuosa enim regio est aptior pecori, ut: *Calidi lucent buceta Matini.* [*Aut ebur Indicum*] Indis enim ebur est abunde, ut Virgilius: *India mittit ebur, molles sua thura Sabaei.* [*Liris*] fluvius Campaniae est, interfluens urbem Minturnensium. Virg.: *Et umbrosae Liris per regna Maricae.* [*Taciturnus*] lenis, altus, magnus. Vnde Virgilius de Tiberis altitudine: *Tacita refluens ita substitit unda.* [*Premant*] i. e. reprimant, putando vitem. [*Calena falce*] Calces oppidum est in agro Sidicino, ubi optima vina, ut Falerna, nascuntur. [*Dives*] Ordo est: *Et dives mercator, carus ipsis dis, quippe ter et quater anno impune revisens Atlanticum mare, exsiccet vina aureis culullis reparata merce.* [*Culullis*] poculis, proprie autem cululli calices dicuntur fictiles, quibus pontifices virginesque Vestales utebantur. Hic autem pro urceolis et conchis posuit. [*Syra repar. merce*] Syram mercem pro pretiosa posuit, qua venditoris vina a negotiatoribus comparentur. [*Dis carus ipsis*] quasi in hoc diis, velut per invidiam, gratos mercatores dicit, quod et prospere et frequentius navigant. [*Aeq. Atlant.*] aut pro quocunque posuit mari aut Oceanum, ubi et mons Atlas esse perhibetur. Virg. in quarto: *Oceani finem iuxta, solemque cadentem, Vltimus Aethiopum locus est, ubi maximus Atlas Axem humero torquet.* [*Cichor.*] cichoreae herbae multis et tenuibus radicibus, quas Virg. *intuba* nominavit in primo Georgicorum: *Et amaris intuba fibris.* [*Frui paratis*] aut quae in promptu sunt omnibus. Ordo est: *Et Latoe, precor, dones mihi valido frui paratis ac cum integra mente, nec degere turpem senectam, nec carentem cithara, ut sit mens sana in corpore sano.* [*At*] sed vel saltem. Virg. in primo Aeneidos: *At sperate deos memores.* [*Degere*] deducere, ut Virg. in quarto Aeneidos: *Non licuit thalami expertem sine crimine vitam Degere, more ferae.*

---

plo eius. [*Non opim. Sardin. seg. ferac.*] negat se poeta ab Apolline ea petere, quae ad avaritiam spectant, verum potius bonam mentem, bonamque corporis usque ad ultimam senectam valetudinem. [*Non rura, quae Liris quieta Mordet aqua*] *Liris* fluvius est in Campania, interfluens urbem Minturnensem; hic autem lenissime labitur, quem ideo taciturnum dixit. [*Prem. Calena falce, quibus ded. Fort. vitem*] *Cales* oppidum in agro Sidicino est, in illa autem regione vina Falerna nascuntur, ergo hoc ait: Possideant pretiosos fundos, quibus fortuna concessit. [*Dives ut aureis Mercat. exsicc. culull.*] pro poculis dixit, proprie autem *cululli* calices sunt quidam fictiles, quibus pontifices, virginesque Vestales in sacris utuntur. [*Vina Syra repar. merce*] quasi commutata vina Syra merce similibus esse solet. [*Quippe ter et quater Anno revis. aeq.*] hoc quasi argumenti loco positum ad probandum, quam carus diis sit hic mercator. [*Me cichor. levesq. malvae*] cichorea intuba rustica. Malvae autem corpori leves intelligendae, ut: *Gravi Malvae salubres corpori.* [*Frui parat.*] aut iis, quae ego paravi, aut quae parata sunt, i. e. in promptu sunt omnibus. [*Latoe don.*] Latoe ab eo, quod est Lato figuratum.

CARMEN XXXII.

ACR. [*Poscimus, si quid vacui sub umbra*] metrum Sapphicum hendecasyllabum. Quartus Adonicus. Hac ode lyram suam alloquitur, ut adsit et canere non desistat, poscebatur enim dicta sua edere. [*Lusimus*] scripsimus, ut Virg. in Buc.: *Ludere quae vellem, calamo permisit agresti.* Ludum enim poetae carmina sua, veluti prae verecundia, dicere consueverunt. [*Vivat*] victura, pro perpetuis posuit, ut Virg.: *Nulla dies unquam memori vos eximet aevo.* [*Latinum*] facile intellectu. [*Lesbio prim. mod. civi*] Alcaeum dixit, qui fuit de Lesbo insula; hic enim res bellicas adversus tyrannos gessit et Pittacum Mitylenaeum victum expulit. [*Sive iactat.*] qui, seu in tempestatibus seu in bellis constitutus, citharae solatium non amisit. [*Lib.*] Liber enim et cantilenam suadet et voluptatem. [*Et Lycum nigr. oc. nigr. Crine decor.*] pulchrum enim hunc puerum Lycum Alcaeus dilexit. Pulchritudo autem puerorum saepe nigris decoratur oculis. [*O decus*] lyram dicit esse Apollinis decus. [*Supremi*] summi, ut: *Proh! supreme Iupiter.* Omni enim laetitia Iovis epulum celebratur. [*Dulce lenim.*] malorum enim lenimen est citharae cantus et sibi quandocunque profuturum exoptat. [*Cunque*] quandocunque.

CARMEN XXXIII.

ACR. [*Albi, ne dol. plus nim. memor.*] metrum tribus versibus Asclepiadeum. Quartus Glyconicus. Album Tibullum alloquitur elegorum poetam, consulans eum exemplo aliorum et hortatur, ut sit fortiori animo in contemptu, quem indigne a Glycera muliere patitur, et commemorat Lycorida, quae similiter a Cyro condemnatur, rursus Cyrus Pholoen diligat et ab ea spernatur, sicut Albius a Glycera. [*Neu miserabiles*] seu quia ipsi elegi, h. e. carmen eius contemptum miserabile sit seu quia miserabilia elegis scribantur. [*Laesa fide*] quia perfidia exstiterit amatori. [*Tenui*] angusta et parva, sicuti pulchrae

---

CARMEN XXXII.

POR. [*Posc., si quid*] hac ode lyram suam alloquitur Horatius, uti sibi adsit, ut canere perseveret. [*Vacui sub umbra*] vacui pluralis numeri est casus nominativi et est sensus: Nos vacui, i. e. a negotiis liberi, si quid lusimus, exigitur a nobis, ut canamus. [*Lus. tecum*] sic fere poetae verecunde carmina sua lusus vocant. [*Quod et hunc in annum viv. et plur.*] optat carmini, ut perpetuo floreat, ea enim scripta, quae sine virtute sunt, temporalia solent esse. [*Age, dic Latin. Barbit. carm.*] barbiton organi genus est, sed nunc pro lyra posuit. [*Lesbio prim. mod. civi*] Lesbium civem Alcaeum dicit, hic autem etiam res bellicas adversus tyrannos gessit. [*Sive iactatam relig. udo litore nav.*] hoc ideo dicitur, quia in navigationibus hic poeta, cum bellicas res ageret, saepe tempestatibus vexatus est. [*Et Lycum*] hunc Lycum puerum Alcaeus dilexit. [*O decus Phoebi*] lyram dicit *decus* Phoebi. [*Mihi cunq. salve Rite voc.*] *cunque* pro, quandocunque positum est, ut sit: *O dulce lenimen mihi quandocunque te rite vocanti.*

CARMEN XXXIII.

POR. [*Albi, ne dol. plus nim. mem. immit. Glycer.*] Albium Tibullum alloquitur, elegorum poetam. Hortatur autem eum, ut sit fortiore animo in contemptu, quem indigne a Glycera muliere patitur, quam ideo immitem vocat. [*Neu mis. Decant. eleg.*] proprie elegorum versus aptissimi sunt fletibus, quos ideo miserabiles dixit; nam et nomen

habere consueverunt. [*Appul. Iung. capr. lup.*] aut quia maioris ibi
formae esse dicuntur, ut: *Iungentur iam gryphes equis.* [*Sic vis. Ve-*
ner.] quotiescumque ratio non appareat, sic visum, interponitur, ut
Virg.: *Postquam res Asiae, Priamique evertere gentem Immeritam, visum*
Superis. [*Sub iuga aënea*] sub durum ac difficilem amorem. [*Saevo*
mitt. cum ioco] saevo aut quia nonnunquam in diversum amorem animi
dividuntur aut quia cupido sibi ludos de hominibus exhibet aut certe
quod in amorem per iocum venit. [*Ips. me*] dicit se amore amicae
ab uxoris coniunctione revocatum, cuius ira litibus vel amaritudine
vexetur, quemadmodum Calabriae litora maris Hadriatici tempestati-
bus. Hadriae autem curvantis dixit, ut Virg.: *Et litore curvo Ex-*
struimusque toros. [*Grata detin. comp.*] compedem singulari numero
contra veterum posuit consuetudinem. [*Myrtale*] nomen concubinae.
[*Curvantis*] commoventis vel erigentis prae nimio aestu.

CARMEN XXXIV.

ACR. [*Parc. deor. cultor et infseq.*] metrum duobus versibus Al-
caicum. Tertius dimeter iambicus novenarius hypercatalectus. Quar-
tus Pindaricus. Hac ode significat poenitere se, qui dum Epicuream
sectam sequeretur, diis irreligiosus exstiterit. [*Parc. deor. cult.*] mi-
nus colens. [*Insan.*] res sacrilegas suadentis. Epicurei enim omnia
affirmant casura, nec deos humana curare, adversus quam sectam vel
persuasionem Virg.: *Nec curare deum credis mortalia quemquam?* Hoc
ergo ipse se culpat. Stoici enim et Platonici et esse deum et humana
curare confirmant et ideo insanientis sapientiae, h. e. Epicureae. Item
Virg. secundum superiorem suasionem dicit: *Scilicet hic Superis labor*
est, ea cura quietos Sollicitat. [*Consultus*] doctus, peritus. Hinc iuris-

---

ipsum elegorum παρὰ τοῦ ἒ ἒ, quae est vox lamentantium, dictum
putant. [*Cur tibi iunior laesa praenit. fide*] apud Glyceram sc. prae-
niteat, quae fidem hoc faciendo laeserit. [*Tenui fronte*] pro angusta
et pusilla posuit. Frons autem minor pulchriorem facit mulierem et
ideo insignem tenui fronte accipe, h. e. in hac re insignem. [*Sed*
prius Appulis iung. capreae lupis] h. e. prius lupi concumbent cum ca-
preis. [*Sic vis. Vener., cui placet impar. Form. atq. anim. sub iuga*
aënea Saev. mitt. cum ioco] sub iuga mittit, qui domat cum turpitu-
dine, ut amor. Ordo est: *Sic visum Veneri cum saevo Ioco*, i. e. Ve-
neri et Amori sic placuit, quem Amorem saevum iocum dixit non in-
eleganti conceptione. *Iuga* autem *aënea* durum ac difficilem amorem
vult intelligi. Hoc Veneri, inquit, placuit, ut quae amantur, non con-
sentiant amatoribus, sed in alios ipsi amores declinent. [*Grata detin.*
comp. Myrtale] compedem — gratum amorem — signat. Et videmus,
quod non simpliciter compedem hic dixerit, sed referens ad conditio-
nem libertinae Myrtales. Attendendum autem compedem singulari nu-
mero eum dixisse, quod non facile apud veteres invenitur. [*Hadriae*]
per hoc Hadriaticum sinum intellige, quod mare Calabriam alluit.

CARMEN XXXIV.

POR. [*Parcus deor. cultor*] hac ode scribit se poenitentiam agere,
quod Epicuream sectam secutus irreligiosus exstiterit. [*Dum sapient.*
Consult. erro] sapientiae consultus iterare cursus relictos cogor, non
instaurare, sed ad eosdem redire. [*Namq. Diesp. igni corusc. nub.*
div.] sensus est: Iupiter, qui non nisi nubilo tonare solet. [*Per pu-*
rum] i. e. per serenum tonuit. [*Pler. per pur. tonant. egit equos volu-*
cremq. curr.] ex vulgari opinione plerumque poetae sensus concipiunt,

consulti periti iuris esse dicuntur. [*Vela dare*] metaphora est a navi-
gatione, quod contempta Epicureorum disputatione se revertisse ad
credendum adserat, deos curare mortalia. Vt: *Ni teneant cursus, cer-*
tum est, dare lintea retro. [*Diespiter*] diei pater. [*Igni corusco*] h. e.
qui nubilo caelo coruscare consuevit, sereno tonare, ut est: *Intonuere*
poli et crebris micat ignibus aether. [*Volucr. curr.*] ex vulgi opinione
plerumque sensus poetae concipiunt, ut hic de curribus dictum, pro
Olympi strepitu. [*Bruta*] sine sensu, tarda vel stolida, quod terrae
epitheton est. [*Taenari*] Taenarus promontorium Laconiae, per quod
descensus esse ad inferos fertur, ut Virg.: *Taenarias etiam fauces alta*
hostia Ditis. [*Atlant. finis*] Atlas enim mons est, qui in ultimo Oceani
fine porrigitur. [*Valet ima summis Mut.*] h. e. potest deus hominum
mutare fortunas. [*Obscur.*] ignobilia, i. e. viles personas ad honorem
ducens denuo. [*Apicem*] summitatem potestatis. [*Rapax*] mutabilis,
ut Terent.: *O fortuna, ut numquam es perpetuo bona.* Ordo est: *For-*
tuna rapax hinc sustulit apicem cum acuto stridore, hic gaudet posuisse.
[*Acuto*] luctuoso illis, quos ediderit, sive sonoro, ut: *Non sic gemi-*
nant Corybantes aera. Sensus est: hunc elevat, hunc deiicit mutata
vice, unum exaltans, alterum deponens.

CARMEN XXXV.

ACR. [*O diva, grat. quae reg. Ant.*] metrum duobus versibus
Alcaicum. Tertius dimeter novenarius iambicus hypercatalectus. Quar-
tus Pindaricus. Haec ode ad Fortunam scripta est, cui Caesaris ad-
versus Britannos profectionem commendat. [*O diva, gratum*] ζεῦγμα,
ab inferiori, serves iturum Caesarem. [*Quae regis Ant.*] apud Antium
autem est Fortunae templum famosissimum, multorum etiam princi-
pum donis ornatum, unde etiam civitas Fortunae ipsius tutela dicta
est. [*Praesens*] parata, potens mutare status hominum vel reipubli-
cae. [*Vertere*] convertere, mutare, ut: *Multos mutata revisens Lusit*
et in solido rursus fortuna locavit. [*Ambit*] rogat, supplicat. [*Te do-*

---

velut hic, ubi dicuntur tonitrua strepitus esse currus et quadrigarum
Iovis. [*Bruta tellus*] *bruti* graves et tardi dicuntur, quod terrae per-
petuum est epitheton. [*Taenari sedes*] sedes inferi intelligendi, quia
per Taenarum, Laconiae promontorium, descensus ad inferos fertur.
[*Val. ima summis Mutare*] ut si diceret, potest ex minimo potentem,
ex potente infimum reddere. [*Insign. adten. Deus, Obscura prom.*]
i. e. qui insignis fuerit, adtenuatur claritate mali. Haec adeo pan-
duntur ad Fortunam, quae Antii praecipue colitur. [*Hinc apic. rap.*
Fortun. cum strid. acut. sustul.] cum stridore acuto, h. e. cum fletibus
et lamentatione, sed non sua, verum eorum, quibus apicem, i. e.
dignitatem aufert. *Apicem* autem pro honoris sublimitate posuit. Sen-
sus autem est: Fortuna res humanas plerumque mutat et ab alio ad
alium opes et dignitatem transfert.

CARMEN XXXV.

POR. [*O diva, grat. quae reg. Ant.*] haec ode ad Fortunam po-
tentem scripta est, cui Caesaris profectionem commendat. [*Gratum*
quae reg. Ant.] hoc ideo, quia Antii Fortuna potentissimi numinis ha-
betur, adeo ut multis pretiosissimisque donis et privatorum et impe-
ratorum templum ibi eius refertum sit. [*Praesens, vel imo tollere de*
gradu] *praesens* ita dictum, ut praesentia dicuntur numina deorum,
quae se potentiamque suam manifeste ostendunt. [*Vertere funerib.*]
vertere pro eo, quod est convertere et mutare positum est. [*Te dom.*

min. aeq.] Fortuna enim et aequori dominatur, ita ut a navigantibus invocetur. [*Bithyna*] species pro genere, ut: *Innatat alnus Missa Pado.* [*Carpath. pelag.*] Carpathium inter Aegyptum et Rhodum ab insula Carpatho illic posita. [*Dacus asp.*] gens iuxta Istrum fluvium degens, aspera bellis. Virg.: *Aut coniurato descendens Dacus ab Istro.* [*Profugi Scythae*] ab orbe sepositi et in mundi extima parte constituti. [*Et Latium ferox*] forte, victoriosum. Virg.: *Gens dura atque aspera cultu Debellanda tibi Latio est.* [*Regumq. matres*] proprie matrum est timere filiis. In omnibus autem subaudiendum est metuunt vel metuit, iuxta mensuram quantitatis. [*Purpurei*] purpureum est, quod totum ex purpura est. [*Iniurioso*] iniusto, ut Virg.: *Cum Turni iniuria matrem admonuit.* Potest autem Fortuna et contra iustitiam grassari. Terent.: *Tu nunc tibi Id laudi duces, quod tum fecisti inopia? Iniuriumst.* [*Imper. frang.*] aut quia imperium semper fragile putatur aut quia magnae res deterioratae et fractae dicuntur, ut Virg.: *Fractae vires.* Et alibi: *Fracti bello fatisque repulsi Ductores Danaum.* [*Te semper anteit*] serva enim praecedit quasi necessitas comes et ministra Fortunae. Ideo serva, quia aut imperio Fortunae obediat aut quia non suae potestatis est, quia subiacet necessitati, non ergo ipsa serva, sed quae servire compellit. [*Trabales clav.*] species tormentorum. [*Aëna*] forti, ut: *Vastis tremit ictibus aerea puppis.* [*Severus uncus*] quo puniebantur damnati, ut Iuven.: *Seianus ducitur unco.* Et Cicero: *Uncus impactus fugitivo illi, qui C. Marii nomen invaserat.* [*Liq. plumb.*] nam de resoluto plumbo rei pugnari consueverunt. [*Te spes*] quae sola sperando meliora durat. Virg.: *Spem vultu simulat, premit altum corde dolorem.* [*Rara fides*] quae a paucis colitur. [*Velata panno*] posset videri vili verbo usus, panno, nisi hoc sermone intelligi voluisset a pauperioribus magis coli fidem, aut certe quia albo panno caput velabant Fidei sacrificantes, aut propter ipsam fidem, quod pura est et alba, vel quod a senibus et iam maturis colatur, ut Virg.: *Cana fides et Vesta;* seu quia honesti, dum fidem colunt, pauperes sunt, et est quaestuosa perfidia, ut Iuven.: *Criminibus debent hortos, praetoria.* [*Nec comitem abnegat*] abscedens enim fortuna etiam fidem secum aufert, ut Iuven.: *Quantum quisque sua nummorum servat in arca, Tantum habet et fidei.* [*Utcunq.*] quotiescunque. [*Mutata*] aut luctu aut pauperie. Ordo est: *Nec abnegat te comitem, utcunque inimica linquis potentes domos, mutata veste.* [*At vulg. infid. et meretr. retro Periur. cedit*] vulgus et meretrix fortunam tristem amicorum ita non sequuntur, uti prosperam, quod ideo dicit, quia Fortunae eventum subire se plerumque homines vulgares negant. Iuven.: *Sed quid Turba tremens sequitur fortunam, ut semper, et odit Damnatos.* [*Diffug. cad. cum fece sicc. amici*] per allegoriam ostendit eos, qui nolunt amicorum necessitati coniungi, ut: *Omnes me noti atque amici deserunt.* [*Serv. itur.*] per hyperbaton sensui superiori respondit: *O Diva, gratum quae regis Antium.* [*Et iuv. rec. Exam.*] collectivum. Omnibus enim militibus per civilia bella consumptis habito ab Augusto delectu, novus fuerat collectus exercitus, quem bene examen vocavit. [*Eois timend. part. Ocean. rubr.*] utrique orbi metuendum dixit exercitum, nam in Eoo orientem posuit, in Oceano rubro occidentem, ut Virg.: *Et duo rapta manu diverso ex hoste tropaea, Bisque triumphatas utroque ab litore gentes.* [*Heu! cicatr.*] sic enim bellorum civilium pudendae cicatrices sunt, quemadmodum gloriosae in bellis externis. [*Fratrumq.*] quos in bello civili vulneravimus, ut: *Ille locus fratres habuit.* [*Dura aetas*] aspera, infeliciter nata aut dura sine misericordia. [*Nefasti*] nefarii. [*Unde manum iuv.*] non solum a parentum caede, sed nec a numinum violatione temperatum est, ut Lucan.: *Numina miscebant castrensis flamma monetae.* [*Quibus pepercit aris*] h. e. quae non spoliavit templa deorum aut polluit caede, ut Lucan.: *Stat cruor in templis.* [*O utinam nov. Incude diff.*] utinam nova instaurentur tela iustis hostibus experienda, nec civilis sanguinis polluta piaculo, quae victoriam mercantur et nomine careant infelicitatis, ut est: *Ipsorum clypeos et non felicia tela.* [*Diffing.*] confusum reformes. Nam sicut fingere formare dicitur, sic etiam diffingere est quassatum reformare. [*Retusum*] civilibus bellis hebetatum.

---

aequor.] hoc autem recte dicitur, quoniam Fortuna et semper et ubique metuenda est. [*Quicunq. Bithyna lacess. Carpath. pelag. carina*] *Bithyna*, ait, ut solent poetae speciem pro genere ponere, qualia sunt illa Virg.: *Levis innatat alnus Missa Pado*, pro quolibet flumine. Et: *Illam ducit amor trans Gargara, transque sonantem Ascanium*, pro quolibet monte. [*Profugi Scythae*] manifestum est, cum profugos dixerit, quod scilicet fugiendo praeliarentur. [*Et purpur. metuunt tyranni*] pro purpurati. Purpureum aliud est, si proprietatem adtendas, nam sic dicit purpureum, ut lapidem igneum, h. e. quod purpura tantum constat. [*Stant. columm.*] pro incolumitate dignitatis et totius domus intellige. [*Neu pop. freq. ad arm. cess., ad arm.*] bene tumultum vulgarem expressit repetendo. [*Serva necessitas*] nec enim est suae potestatis, qui necessitati subiectus est. [*Clav. trab. et cun. man.*] eleganti conceptione haec instrumenta Fortunae adcommodat, sc. quibus torquet et cogit, implicatque res humanas. [*Rara fid.*] bono epitheto *raram fidem* appellat, quia a paucis colitur. [*Et albo rara fid. colit Velat. panno*] posset videri sordide dixisse *panno*, nisi vellet hac conceptione intelligi a pauperibus magis coli Fidem. *Albo* autem dixit propter honestatem fidelitatis. Aut numquid *albo panno Fides velata* dicitur, quod qui fidem colunt, honesti habeantur, sed pauperes fiant? quoniam adquisitio magis perfidia provenit. [*Nec comit. abneg., Utcunq. mutata Veste potent. domos inimica linq.*] non spernit te, inquit, o Fortuna, fides, cum linquis potentiorum limina vel cum relinquis divites. Per hoc autem videtur significare eos, qui ex dignitate honoris aut divitiarum ceciderint, nec fidem apud eos remanere, i. e. fidem quoque amittere et hoc quoque dupliciter intellige, ut fides illis nec habeatur, nec servetur. [*Diffug. cadis Cum fece siccatis am.*] haec eleganter dicuntur, quia Fortunae eventum subire cum amico vulgares homines nolunt. [*Ferre iug. parit. dolos.*] ἀλληγορικῶς ostendit, necessitati amicorum nolle coniunctos esse. [*Pariter*] importune. [*Serv. itur. Caes. in ultim. Orbis Brit.*] Caesarem Augustum dicit, hic initium huius coniungendum, sic: *O diva, gratum quae regis Antium, Serves iturum Caesarem.* [*Iuv. Examen*] ab apibus factum, pro multitudine militum posuit. [*Timendum*] cuius exercitus timetur et in occasu et Oriente. [*Ocean. rubro*] h. e. rubro mari, quod est in Oriente. [*Heu! cicatr. et scel. pud.*] huius sc. sceleris, quod bello civili in nos admisimus. [*Quid nos dura refug. Aet.*] suaviter figuravit nos aetas. [*Quid intactum nefasti liquimus*] *nefastos* pro *nefariis* posuit. [*O utinam nov. Inc. diff. retus. in Mass. Arab. ferr.*] ἀμφίβολον. Non enim retusum in Massagetas accipiendum, sed in Massagetas diffingas. Sensus enim est, ut ferrum, quod retudimus in corporibus nostrorum bello civili, diffingas, i. e. refabrices adversus barbaros. Massagetae autem gens Thraciae.

CARMEN XXXVI.

ACR. [*Et thure et fidibus iuvat*] metrum primo versu Glyconicum,

CARMEN XXXVI.

POR. [*Et thure et fid. iuv. Placare et vit. sang. deb.*] hanc oden

min. aeq.] Fortuna enim et aequori dominatur, ita ut a navigantibus
invocetur. [*Bithyna*] species pro genere, ut: *Innatat alnus Missa Pado.*
[*Carpath. pelag.*] Carpathium inter Aegyptum et Rhodum ab insula
Carpatho illic posita. [*Dacus asp.*] gens iuxta Istrum fluvium degens,
aspera bellis. Virg.: *Aut coniurato descendens Dacus ab Istro.* [*Profugi*
Scythae] ab orbe sepositi et in mundi extima parte constituti. [*Et*
Latium ferox] forte, victoriosum. Virg.: *Gens dura atque aspera cultu*
Debellanda tibi Latio est. [*Regumq. matres*] proprie matrum est time-
re filiis. In omnibus autem subaudiendum est metuunt vel metuit,
iuxta mensuram quantitatis. [*Purpurei*] purpureum est, quod totum
ex purpura est. [*Iniurioso*] iniusto, ut Virg.: *Cum Turni iniuria ma-*
trem admonuit. Potest autem Fortuna et contra iustitiam grassari.
Terent.: *Tu nunc tibi Id laudi duces, quod tum fecisti inopia? Iniu-*
riumst. [*Imper. frang.*] aut quia imperium semper fragile putatur aut
quia magnae res deterioratae et fractae dicuntur, ut Virg.: *Fractae*
vires. Et alibi: *Fracti bello fatisque repulsi Ductores Danaum.* [*Te*
semper anteit] serva enim praecedit quasi necessitas comes et mini-
stra Fortunae. Ideo serva, quia aut imperio Fortunae obediat aut
quia non suae potestatis est, quia subiacet necessitati, non ergo ipsa
serva, sed quae servire compellit. [*Trabales clav.*] species tormento-
rum. [*Aëna*] forti, ut: *Vastis tremit ictibus aerea puppis.* [*Severus*
uncus] quo puniebantur damnati, ut Iuven.: *Seianus ducitur unco.*
Et Cicero: *Uncus impactus fugitivo illi, qui C. Marii nomen invaserat.*
[*Liq. plumb.*] nam de resoluto plumbo rei pugnari consueverunt. [*Te*
spes] quae sola sperando meliora durat. Virg.: *Spem vultu simulat,*
premit altum corde dolorem. [*Rara fides*] quae a paucis colitur. [*Ve-*
lata panno] posset videri vili verbo usus, panno, nisi hoc sermone
intelligi voluisset a pauperioribus magis coli fidem, aut certe quia albo
panno caput velabant Fidei sacrificantes, aut propter ipsam fidem, quod
pura est et alba, vel quod a senibus et iam maturis colatur, ut Virg.:
Cana fides et Vesta; seu quia honesti, dum fidem colunt, pauperes
sunt, et est quaestuosa perfidia, ut Iuven.: *Criminibus debent hortos,*
praetoria. [*Nec comitem abnegat*] abscedens enim fortuna etiam fidem
secum aufert, ut Iuven.: *Quantum quisque sua nummorum servat in*
arca, Tantum habet et fidei. [*Utcunq.*] quotiescunque. [*Mutata*] aut
luctu aut pauperie. Ordo est: *Nec abnegat te comitem, utcunque ini-*

---

aequor.] hoc autem recte dicitur, quoniam Fortuna et semper et ubi-
que metuenda est. [*Quicunq. Bithyna lacess. Carpath. pelag. carina*]
Bithyna, ait, ut solent poetae speciem pro genere ponere, qualia sunt
illa Virg.: *Levis innatat alnus Missa Pado*, pro quolibet flumine. Et:
Illam ducit amor trans Gargara, transque sonantem Ascanium, pro
quolibet monte. [*Profugi Scythae*] manifestum est, cum profugos di-
xerit, quod scilicet fugiendo praeliarentur. [*Et purpur. metuunt ty-*
ranni] pro purpurati. Purpureum aliud est, si proprietatem adtendas,
nam sic dicit purpureum, ut lapidem igneum, h. e. quod purpura tan-
tum constat. [*Stant. columñ.*] pro incolumitate dignitatis et totius
domus intellige. [*Neu pop. freq. ad arm. cess., ad arm.*] bene tumul-
tum vulgarem expressit repetendo. [*Serva necessitas*] nec enim est
suae potestatis, qui necessitati subiectus est. [*Clav. trab. et cun. man.*]
eleganti conceptione haec instrumenta Fortunae adcommodat, sc. qui-
bus torquet et cogit, implicatque res humanas. [*Rara fid.*] bono epi-
theto *raram fidem* appellat, quia a paucis colitur. [*Et albo rara fid. colit*
Velat. panno] posset videri sordide dixisse *panno*, nisi vellet hac con-
ceptione intelligi a pauperibus magis coli Fidem. *Albo* autem dixit
propter honestatem fidelitatis. Aut numquid *albo panno Fides velata*
dicitur, quod qui fidem colunt, honesti habeantur, sed pauperes fiant?
quoniam adquisitio magis perfidia provenit. [*Nec comit. abneg., Ut-*

mica linquis potentes domos, mutata veste. [*At vulg. infid. et meretr.*
retro Periur. cedit] vulgus et meretrix fortunam tristem amicorum ita
non sequuntur, uti prosperam, quod ideo dicit, quia Fortunae even-
tum subire se plerumque homines vulgares negant. Iuven.: *Sed quid*
Turba tremens sequitur fortunam, ut semper, et odit Damnatos. [*Dif-*
fug. cad. cum fece sicc. amici] per allegoriam ostendit eos, qui nolunt
amicorum necessitati coniungi, ut: *Omnes me noti atque amici dese-*
runt. [*Serv. itur.*] per hyperbaton sensui superiori respondit: *O Diva,*
gratum quae regis Antium. [*Et iuv. rec. Exam.*] collectivum. Omnibus
enim militibus per civilia bella consumptis habito ab Augusto delectu,
novus fuerat collectus exercitus, quem bene examen vocavit. [*Eois*
timend. part. Ocean. rubr.] utrique orbi metuendum dixit exercitum,
nam in Eoo orientem posuit, in Oceano rubro occidentem, ut Virg.:
Et duo rapta manu diverso ex hoste tropaea, Bisque triumphatas utro-
que ab litore gentes. [*Heu! cicatr.*] sic enim bellorum civilium puden-
dae cicatrices sunt, quemadmodum gloriosae in bellis externis. [*Fra-*
trumq.] quos in bello civili vulneravimus, ut: *Ille locus fratres habuit.*
[*Dura aetas*] aspera, infeliciter nata aut dura sine misericordia. [*Ne-*
fasti] nefarii. [*Unde manum iuv.*] non solum a parentum caede, sed
nec a numinum violatione temperatum est, ut Lucan.: *Numina misce-*
bant castrensis flamma monetae. [*Quibus pepercit aris*] h. e. quae non
spoliavit templa deorum aut polluit caede, ut Lucan.: *Stat cruor in*
templis. [*O utinam nov. Incude diff.*] utinam nova instaurentur tela
iustis hostibus experienda, nec civilis sanguinis polluta piaculo, quae
victoriam mercantur et nomine careant infelicitatis, ut est: *Ipsorum*
clypeos et non felicia tela. [*Diffing.*] confusum reformes. Nam sicut
fingere formare dicitur, sic etiam diffingere est quassatum reformare.
[*Retusum*] civilibus bellis hebetatum.

CARMEN XXXVI.

ACR. [*Et thure et fidibus iuvat*] metrum primo versu Glyconicum,

---

cunq. mutata Veste potent. domos inimica linq.] non spernit te, inquit,
o Fortuna, fides, cum linquis potentiorum limina vel cum relinquis di-
vites. Per hoc autem videtur significare eos, qui ex dignitate honoris
aut divitiarum ceciderint, nec fidem apud eos remanere, i. e. fidem
quoque amittere et hoc quoque dupliciter intellige, ut fides illis nec
habeatur, nec servetur. [*Diffug. cadis Cum fece siccatis am.*] haec
eleganter dicuntur, quia Fortunae eventum subire cum amico vulgares
homines nolunt. [*Ferre iug. parit. dolos.*] ἀλληγορικῶς ostendit, ne-
cessitati amicorum nolle coniunctos esse. [*Pariter*] importune. [*Serv.*
itur. Caes. in ultim. Orbis Brit.] Caesarem Augustum dicit, hic ini-
tium huius coniungendum, sic: *O diva, gratum quae regis Antium,*
Serves iturum Caesarem. [*Iuv. Examen*] ab apibus factum, pro multi-
tudine militum posuit. [*Timendum*] cuius exercitus timetur et in oc-
casu et Oriente. [*Ocean. rubro*] h. e. rubro mari, quod est in Oriente.
[*Heu! cicatr. et scel. pud.*] huius sc. sceleris, quod bello civili in nos
admisimus. [*Quid nos dura refug. Aet.*] suaviter figuravit nos aetas.
[*Quid intactum nefasti liquimus*] *nefastos* pro *nefariis* posuit. [*O uti-*
nam nov. Inc. diff. retus. in Mass. Arab. ferr.] ἀμφίβολον. Non enim
retusum in Massagetas accipiendum, sed in Massagetas diffingas. Sen-
sus enim est, ut ferrum, quod retudimus in corporibus nostrorum
bello civili, diffingas, i. e. refabrices adversus barbaros. Massagetae
autem gens Thraciae.

CARMEN XXXVI.

POR. [*Et thure et fid. iuv. Placare et vit. sang. deb.*] hanc oden

secundo Asclepiadeum. In honorem Pomponii Numidae hanc oden scribit, pro cuius salute ex Hispania reversi vota persolvit, laetitiamque conviviorum per sacrificia se exhibere commemorat. [*Et thure et fid.*] fidicines sacrificiis adhiberi consueverunt, ut Virg.: *Inflavit cum pinguis ebur Tyrrhenus ad aras.* [*Placare*] hic non irata aut mitigare aut reconciliare numina possit, sed parat grates referre aut vota persolvere. Propitii enim dii reduxerunt Numidam sospitem. [*Et vituli sanguine debito*] i. e. votis peractis. Debetur enim hostia, dum votis susceptis promittitur. [*Qui nunc Hesperia*] Hispaniam dixit. Hesperia autem ab Hespero dicta, quasi in occidentali plaga. Ordo est: *Qui nunc sospes reversus ab ultima Hesperia dividit multa oscula caris sodalibus, nulli tamen dividit plura, quam dulci Lamiae, memor pueritiae actae non alio rege et memor simul mutatae togae.* [*Dividit oscul.*] tanquam quae multis data sufficerent, quae consuetudo est amicorum, dum de longinquo tardius revertuntur. [*Non alio rege*] regem aut divitem posuit aut patronum. Iuven.: *Optima silvarum interea pelagique vorabit Rex horum.* [*Puertiae*] pro pueritiae per syncopen dixit et significavit Numidam Lamia patrono usum a pueritia usque ad virilem aetatem. Vnde ait *rege*, quod eum Lamia rexerit. Peractae autem pueritiae ait, quia deposita praetexta accipiebant adolescentes togam virilem. Qua commemoratione vult videri per hoc, quod simul togas mutaverint, aetatis aequalitatem augere amicitiam. Vnde et Virg.: *Mea quidem spatiis propioribus aetas Insequitur.* [*Cressa*] Cretensi. Cretensibus enim mos erat dies laetos albis calculis, nigris contrarios numerare et ex laetorum dierum numero una et tempus metiri; malos enim in annorum numerum non ducebant. [*Neu promptae modus amphor.*] i. e. prolatum vinum expendatur continuata laetitia. [*Neu morem in Salium*] Salii sacerdotes Martis et Herculis dicebantur, qui sacra saltibus celebrabant, ut: *Tum Salii ad cantus incensa altaria circum Adsunt.* Nam proprie Salii a saliendo dicti sunt. [*Neu mult. Dam. meri*] ebriosam mulierem dicit, quae a Numida amabatur. Vnde hic sensus est: cum Numida certamen bibendi sit Damali, novo amico, non cum Basso. [*Amyst.*] amystis, ut quidam putant, potionis genus

---

scribit in honorem Pomponii nomine Numidae, pro cuius salute reversi ex Mauritania vota solvere aequum esse dicit. [*Fid. iuv. Plac. cust. Num. deos*] fidicinas hodie quoque Romae ad sacrificia adhiberi, sicut tibicines, nemo est, qui nesciat. *Placare* autem pro eo, quod est, gratiam referre intelligendum, non ut placari irati dicuntur. Cum enim Numidam dicat sospitem redisse, apparet eum deos propitios et ante sacrificia habuisse, custodes autem pro conservatoribus accipiamus. [*Qui nunc Hesp. sosp. ab ult.*] Numida hic e Mauritania, in qua militaverat, reversus est. Ergo Hesperiam nunc occiduam partem intellige, non ut Hesperia a Virgilio Italia dicitur. [*Act. non al. rege puert.*] *puertia* pro pueritia κατὰ συγκοπὴν dixit. Signat autem Pomponium hunc Numidam a pueritia Lamia patrono usum. [*Mut. sim. tog.*] praetextam utique togae mutatae, qua deposita virilis accipitur. Per hoc signat eos pariter adolevisse. [*Cress. ne car. pulchr. dies not.*] album calculum Cressam notam dicit, quia Cretensibus mos erat, laetos dies calculis albis, quos in pharetras mittebant, notare, tristes autem nigris. Per hoc dicit poeta laetum diem exigendum. [*Neu prompt. mod. amphor., Neu mor. in Sal. sit req. ped.*] per quod signat et largius bibendum et saltandum. *Salii* autem sacerdotes Martis hodieque tripudiare in sacrificiis Martis dicuntur, unde et *Salii* a saliendo, i. e. a saltando dicti. Ordo est: *Neu sit requies pedum Saliorum more.* [*Neu multi Damalis meri Bassum Threicia vinc. amyst.*] *amystis*, ut quidam aiunt, potio quaedam est apud Thracas. Alii poculi speciem esse aiunt, eo quod necesse sit uno ductu potionem hau-

apud Thracas, ideo amystis dicta, quia certa mensura, clausis oculis, potabatur uno ductu. Alii amystin gemmam intelligi volunt, quae praesenti usu amethystus dicitur. Clausa enim poculis ebrietatem prohibere credebatur, nam et apium si manditur, adversus ebrietatem putatur prodesse. [*Neu viv. ap.*] diu viriditatem retinens, cuius folium pene non deficit viriditate. [*Neu breve lil.*] *breve* ad tempus retulit. [*Putres*] nimio potu marcentes et libidine resolutos. [*Lascivis*] in diversa discurrentibus et vagis. [*Ambitios.*] quoniam ambitu et concupiscentia, amplexu facili se ita illiget, ut hederae consueverunt.

CARMEN XXXVII.

ACR. [*Nunc est bib., nunc pede lib.*] metrum duobus versibus Alcaicum. Tertius dimeter novenarius iambicus hypercatalectus. Quartus Pindaricus. Post civile bellum primum imperium Romanorum inter tres divisum est, ita ut Antonius Orientem, Augustus Galliam, urbem Lepidus obtineret. Antonius Augusti sororem habuit uxorem, qua spreta, amore ductus, Cleopatrae, Ptolomaei sorori, coniunctus est. Qua indignatione Augustus adversus Antonium et Cleopatram bellum gessit apud Actium, promontorium Epiri, et praefecto classis Agrippa superavit Antonium praelio navali, quo victo Alexandriam cepit. Hac ergo ode laetitiam suam significat ob victoriam Augusti. [*Pede libero*] aut a periculis aut a fuga securo aut lascivienti. [*Pulsand. tell.*] pedum plausu ferienda. [*Nunc Saliar.*] *Saliares cenae*, quas Salii faciebant, dicuntur amplissimi apparatus fuisse. Vnde et in proverbio erat, Saliares cenas dicere opiparas et copiosas. Ordo est: *Nunc est tempus ornare pulvinar deorum Saliaribus dapibus.* Pulvinaria dicebantur aut lecti deorum aut tabulata, in quibus stabant numina, ut eminentiora viderentur. [*Erat*] pro *est*. [*Dapibus*] post saltationem enim hostiis epulabantur, ut: *Lucos vocat hostia pinguis in altos.* [*Cellis avit.*] antiquis cellis vinariis, i. e. vinum avitum. [*Dum Cap. reg.*] Cleopatra, ut est: *Terruit illa suo — si fas — Capitolia sistro.* Ordo est: *Dum regina, impotens sperare quidlibet et ebria dulci fortuna, parabat funus et dementes ruinas Capitolio et imperio, cum grege turpium virorum contaminato morbo.* [*Turpium*] eunuchorum, quos satellites habuit Cleo-

---

rire. Sensus autem est: Damalis, quae multi meri est, i. e. ebriosa, non vincat Bassum in potando. Ideo Bassus quoque multum potat. [*Neu brev. lil.*] quod brevis temporis est, h. e. cito deflorescit. [*Putres ocul.*] vino putres intellige. Videmus enim ex vino oculos quasi languidos fieri. [*Nec Damal. nov. Divell. adult.*] sensus est: nec novus adulter, i. e. amator, Damali avelletur a pristino suo amore. [*Lasciv. hed. ambit.*] ambitiosa, ab ambitu lacertorum, i. e. amplexu Damalis dicta est, quae ob hoc hederae comparata est, quia et illa solet arbores ambire, i. e. circumdare. *Hederas* autem *lascivas* dixit, quia quasi ludentes vagae serpunt.

CARMEN XXXVII.

POR. [*Nunc est bib.*] hac ode laetitiam profitetur suam poeta ob victoriam Actiacam Augusti, qua M. Antonium apud Actium promontorium navali praelio superavit, ac deinde Alexandriam cepit. [*Nunc pede lib. Puls. tellus*] i. e. libere tripudiandum est, ac per hoc ludendum. [*Nunc Saliar. ornare pulv. deor. Temp. erat dapib., sodal.*] sacerdotales cenae, quas Salii faciunt, dicuntur esse amplissimi apparatus. Vnde in proverbio est: *Saliares cenas* dicere opiparas ac copiosas. [*Cell. avit.*] per cellas avitas vinum vetustum signat. [*Fun. et imper.*

patra. Turpium autem aut malae vitae aut eviratorum. [*Ebria*] elusa fortunae successu et ob hoc *demens*, inconsulta, improvida, sicut ebrii esse solent. [*Vix una sospes navis ab ignibus*] aut navis, qua fugit Cleopatra, aut per allegoriam ostendit Cleopatram primum Iulium Caesarem corporis sui illecebris cepisse, secundum Antonium, Augustum deinde tentasse, sed eum eius vitasse complexus, ideo: *Vna sospes navis ab ignibus.* [*Lymph.*] ebrietate insanam. [*Mareot.*] in Aegypto Mareotis palus est, iuxta quam vinum optimum nascitur, quod eius vocabulo Mareoticum appellatur, ut sunt: *Et Mareotides albae.* Et: *Mareotica fumant.* [*Red. in ver. tim.*] non fictos. [*Volant.*] hoc dixit, ut illius fugae celeritatem ostenderet. Volantem autem aut fugientem: *Pedibus timor addidit alas;* aut navigantem, ut: *Pelagoque volamus.* Ordo est: *Caesar adurgens*, supple *volantem ab Italia*, *velut accipiter urget molles columbas*, *aut citus venator urget leporem*, *ut fatale monstrum daret catenis*, *in campis nivalis Haemoniae*, supple a superiore: *minuit furorem* etc. [*Molles*] aut propter renitentis vires aut certe captu faciles, ut Virg.: *Quam facile accipiter saxo sacer ales ab alto Consequitur pennis sublimem in nube columbam.* [*Nivalis*] frigidae et nivosae. [*Haemoniae*] Thraciae, ab Haemo monte, ibi enim pugnatum est. Virg.: *O qui me gelidis in vallibus Haemi sistat?* [*Fatale monstrum*] aut turpe dixit, unde et prostantes fatales dicuntur, ut est: *Romam non casta malo;* aut velut monstrum fatis sibi reservatum aut fato Romanis subiectum. [*Generosius*] i. e. maiore, quam sexus exigebat, animositate. [*Nec lat. Classe cit. rep. or.*] latentes oras, i. e. fines regni latentes. Id est, non collegit denuo exercitum ex intimis regni partibus sibi faventibus. Perditis enim rebus Cleopatra, dum omnis in eius auxilium Aegyptus conspiraret, ne aut reparato bello, ad inferiora descendens, i. e. genti suae existeret gravis aut occasionem gloriosae mortis effugeret, contempsit amorem vel devotionem suorum. Quod Virg. religioni dans in fluminis appellatione retulit, Nilum auxilia offerentem, ut est: *Pandentemque sinus et tota veste vocantem, Caeruleum in gremium lacrymosaque flumina victos.* [*Ausa et iac. vis. reg. Vult. ser.*] i. e. regnum suum desperatum et deiectum vultu interrito et veluti laeto, ut: *Spem vultu simulat.* [*Fortis*] quae habebat ex desperatione virtutem. [*Et asper. tract. serp.*] Cleopatra, metu capta, ne duceretur in triumphum, corpori suo serpentes adposuit, quorum interiret veneno, ut: *Nec dum etiam geminos a tergo respicit angues.* [*Deliber.*] aut pro adhuc in cogitatione et tractatu

---

parab.] *funus* pro exitio positum est. Imperio autem utique Romano intelligendum. [*Cont. cum grege*] i. e. cum grege spadonum, quos Cleopatra satellites et cubicularios habebat, quos *morbo turpes* dixit, quia fere effeminati sunt. [*Fort. dulci Ebr.*] h. e. fortunae successu demens et inconsulta. [*Sed min. furor. Vix un. sosp. navis ab ignib.*] una navis, quae se effugit, victa ab Augusto, secundum unam navem dictum accipe. [*Ment. lymph. Mar. Red. in ver. tim.*] *Mareotis* palus esse dicitur in Aegypto, unde vinum Mareoticum. Dicit ergo *lymphatam* mentem Mareotico ex ebrietate vesanam accipi. [*In camp. nival. Haem.*] Haemonia Thracia dicitur ab Haemone monte, quem nivalem merito appellavit, quia est frigidissimus. [*Dar. ut cat. Fatal. monstr.*] a fato sibi servatum aut detestabile aut dictum hoc accipiamus, quasi decreto nobis fatorum obiectum. [*Nec muliebr. Expav. ens.*] non tanquam ense periverit Cleopatra, sed signat eam tam praestantem animi fuisse, ut ensem quoque non timuerit. [*Nec lat. Classe cit. rep. or.*] h. e. nec fugit latentes, i. e. intimas Aegypti regiones, ut vires inde repararet. [*Fortis et asp. Tract. serp.*] hoc ideo dicitur, quia serpentem sibi adposuit, cuius morsu periit. [*Delib. morte feroc. Saev. Liburn.*] deliberata, utrum pro cognita positum est, an vero, de qua ple-

habitam posuit aut pro iam statuta morte, ut: *Decrevitque mori.* [*Ferocior*] promptior saevis Liburnis fuit ad mortem. Illi enim libenter moriuntur, aut saevis sibi, per quos victa est, aut saevis, fortibus, ut: *Saeva paupertas.* Et: *Saevus Hector.* Et: *Saevumque tridentem.* Aut quia Liburnorum gens ad moriendum prompta dicitur, quibus illa ferocior fuit. Virg.: *Regna Liburnorum.* [*Scil. invid.*] Ordo est: *Scilicet, non humilis mulier, invidens, privata deduci superbo triumpho.* Invidens Augusto, ne captivitas sua illi speciosiorem faceret triumphum. Nam Livius refert Cleopatram, cum de industria ab Augusto capta indulgentius tractaretur, dicere solitam: „non triumphabor.“ [*Deduci*] pertrahi.

CARMEN XXXVIII.

ACR. [*Pers. odi, puer, appar.*] puerum suum alloquitur et elegantem ministrum, quem sibi mediocria iubet parare, negans, ad voluptatem opus esse magnifico apparatu et optimo. Persae autem ob nimias divitias in sumptuosissimis deliciis degere dicuntur. [*Philyra*] *φύλλον* Graece folium dicitur, hic ergo coronam de foliis factam posuit, ut quia ipsae pretiosiores sunt. [*Mitte sectari*] vetat puerum rosas, quae iam peracto vere inveniri solent, studiose quaerere. [*Sera*] tarda, ut: *Aestatem increpitans seram.* [*Simplici*] singulari, cui nihil aliud adiungitur. [*Neq. te, ministrum, dedec.*] i. e. tametsi myrto praeter rosam uteris, non te dedecet, quasi non faciet te gratiae minoris. [*Sub arcta vite*] sub humili.

---

rique deliberant, i. e. dubitant, ut sit hoc perpetuum epitheton mortis. Signat autem in ipsius mortis significatione constantissimam fuisse. Liburni gens ferox Illyrii, ad moriendum apparatissima. [*Scil. inv. Priv. deduci superbo*, *Non humil. mul.*, *triumpho*] invidens sc. Augusto, ne captivitas sua illi gloriosiorem honestioremque triumphum faceret ornatu. Nam etiam T. Livius refert, illam, cum de industria ab Augusto in captivitate indulgentius tractaretur, identidem dicere solitam fuisse, *οὐ θριαμβεύσομαι*, i. e. non triumphabor ab alio.

CARMEN XXXVIII.

POR. [*Pers. odi, puer, appar.*] ad puerum suum de hilaritate loquitur, negans ad voluptatem opus esse magno apparatu. Persae autem reges ob nimias divitias in sumptuosissimis deliciis vitam agere dicuntur. [*Displ. nex. phil. cor.*] h. e. displicent nexae philyra coronae operosius factae. [*Mitte sectari*, *rosa quo loc. Sera mor.*] vetat puerum magnopere rosas sibi quaerere, quae solent iam praeterito veris tempore ex frigoribus afferri. [*Simpl. myrt. nihil adlabores*] sensus: nihil adlabores myrto adplicare. Simplex enim myrtus delectat, nec in hac re volo sedulus sis, i. e. curiosus, ut plus quam myrto coroneris. Ordo autem est: *Nihil curo*, i. e. non curo, ac per hoc, nolo. [*Neq. me sub arcta Vite bib.*] *arctam vitem* spissam ac per hoc umbrosam accipe. Plautus in Aulularia myrtum etiam feminino genere dixit et neutro. Feminino sic: *Per myrteta prosiluit et haec myrtus Veneris est.* Haec myrteta locum significat.

Q. HORATII FLACCI

CARMINVM

LIBER PRIMVS.

CARMEN I.

AD MAECENATEM.

ARGUM. *Horatius varia hominum studia hoc in carmine, post alia scripto, recenset, optime ostendens, alios aliis delectari, se omnibus relictis poetae lyrici gloriam expetere. Apparet Hor. carmen ipsum et dedicationis et praefationis causa composuisse. Cf. Sat. I, 1, 1 sqq.*

Maecenas atavis edite regibus,
O et praesidium et dulce decus meum!
Sunt, quos curriculo pulverem Olympicum
Collegisse iuvat, metaque fervidis

Varietas lectionis. v. 1. *Mecenas*, *Moecenas*, *Mecoenas*, *Mecaenas*, ap. Suid. etiam *Moecaenus*, aberrant. Est *Μαικήνας*. *regiis* Brod.
2. *O desiderium* Turneb. — 3. *Olympium* Cun. et Sanad. volunt, ut *Aeolius*, *Hymettius*, oderunt enim omnia gentilia in *icus* desinentia.

---

v. 1. *Maecenas*, e gente Cilnia oriundus, atavos s. maiores habebat Lucumones, Hetruriae reges. cf. infr. III, 29, 1.

v. 2. *praesidium* et *decus*, cf. II, 18, 12. et II, 17, 4. Talis enim viri amicitia Horatio erat praesidio, siquidem huic uni omnia vitae commoda, opes, dignitatem, famam cett. accepta referebat.

v. 3. In pedestri scriptore exspectares generalem hanc praemissam sententiam: suo quemque duci studio, summamque inde voluptatem capere. Sed haec, ut poetam decebat, statim per exempla declaratur; et ex his ea fere apponuntur, quae maxime colorem poeticum admitterent, neque solum, quae apud omnes gentes in singulis hominibus observare licet, sed et ea, quae unius alteriusque populi quasi domestica studia habentur. Quo ipso satis cavit, ne exemplorum ubertate facile fastidium crearet; cui et elocutionis varietate ac copia obviam ire studuit. *M.* Sunt qui delectantur ludis Olympicis, in quibus certant currendo, sive in stadio pedibus, sive equis, sive curribus. Curriculum est vel ipse decursus, vel, quod malim, locus, ubi quadrigae decurrunt. Quo minus de curru accipiatur, vetat lyrica ratio. Curriculus est parvus currus. Sensus vero postulat, ut curriculum de stadio accipiatur. — *pulverem collegisse*, pulveris nubem excitasse, coëgisse. Graece: *κονίζειν*. — v. 4. *metaque*, metae erant turriculae in fine circi positae, circa quas currus erat flectendus. Non de Romanorum ludis Circensibus, sed de Graecorum Olympicis cogitandum esse, poeta ipse docet. — *met. ferv. Evit. rotis*, debebat auriga cursu ce-

Q. HORATII FLACCI

C A R M I N V M

LIBER PRIMVS.

CARMEN I.

AD MAECENATEM.

ARGUM. *Horatius varia hominum studia hoc in carmine, post alia scripto, recenset, optime ostendens, alios aliis delectari, se omnibus relictis poetae lyrici gloriam expetere. Apparet Hor. carmen ipsum et dedicationis et praefationis causa composuisse. Cf. Sat. I, 1, 1 sqq.*

Maecenas atavis edite regibus,
O et praesidium et dulce decus meum!
Sunt, quos curriculo pulverem Olympicum
Collegisse iuvat, metaque fervidis

Varietas lectionis. v. 1. *Mecenas, Moecenas, Mecoenas, Mecaenas,* ap. Suid. etiam *Moecaenus,* aberrant. Est *Μαικήνας. regiis* Brod.
2. *O desiderium* Turneb. — 3. *Olympium* Cun. et Sanad. volunt, ut *Aeolius, Hymettius,* oderunt enim omnia gentilia in *icus* desinentia.

---

v. 1. *Maecenas*, e gente Cilnia oriundus, atavos s. maiores habebat Lucumones, Hetruriae reges. cf. infr. III, 29, 1.

v. 2. *praesidium* et *decus,* cf. II, 18, 12. et II, 17, 4. Talis enim viri amicitia Horatio erat praesidio, siquidem huic uni omnia vitae commoda, opes, dignitatem, famam cett. accepta referebat.

v. 3. In pedestri scriptore exspectares generalem hanc praemissam sententiam: suo quemque duci studio, summamque inde voluptatem capere. Sed haec, ut poetam decebat, statim per exempla declaratur; et ex his ea fere apponuntur, quae maxime colorem poeticum admitterent, neque solum, quae apud omnes gentes in singulis hominibus observare licet, sed et ea, quae unius alteriusque populi quasi domestica studia habentur. Quo ipso satis cavit, ne exemplorum ubertate facile fastidium crearet; cui et elocutionis varietate ac copia obviam ire studuit. *M.* Sunt qui delectantur ludis Olympicis, in quibus certant currendo, sive in stadio pedibus, sive equis, sive curribus. Curriculum est vel ipse decursus, vel, quod malim, locus, ubi quadrigae decurrunt. Quo minus de curru accipiatur, vetat lyrica ratio. Curriculus est parvus currus. Sensus vero postulat, ut curriculum de stadio accipiatur. — *pulverem collegisse*, pulveris nubem excitasse, coëgisse. Graece: *κονίζειν*. — v. 4. *metaque*, metae erant turriculae in fine circi positae, circa quas currus erat flectendus. Non de Romanorum ludis Circensibus, sed de Graecorum Olympicis cogitandum esse, poeta ipse docet. — *met. ferv. Evit. rotis*, debebat auriga cursu ce-

Evitata rotis, palmaque nobilis
Terrarum dominos evehit ad Deos.
Hunc, si mobilium turba Quiritium
Certat tergeminis tollere honoribus:
Illum, si proprio condidit horreo,
Quidquid de Libycis verritur areis.
Gaudentem patrios findere sarculo
Agros Attalicis conditionibus

v. 5. *Si vitata* coni. With. ut sit: *si meta vitata — et palma* eos *evehit ad Deos.* Rutgersius et Gataker. et Christ. post *nobilis* punctum poni volebant, ut v. 6 et 7. cohaererent. — *evehere*, coni. Bentl.

7. *nobilium* Mentel. omnes Torrent. unus Fabr. duo Bersm. Pulm. 3 et 4 Fran. Gott. a m. pr. Brod. Sax. Alt. uterque, Dess. 2. Lips. I, 3, 4. Sed *mobilium* 4 Bland. ap. Cruqu. Fabr. et Pulm. ceteri omnes, Bersm. unus, Bentl. I, 2, 6. Dess. 1. a m. p. 7. et agnoscunt Acr. Porph. Locher. Mancin. Venet. 1492. Ascens. Lamb. Cun. Codex Gothanus: *nobilium*, sed statim eadem manus semet ipsam corrigens per litteram *m* supra appositam indicat lectionem *mobilium* esse praeferendam. Codex Guelferbytanus Chart. in fol. sec. XV.: *mobilium.* mox *turma* unus Fabr.

8. *Certet* Pulm. I, 2, 4. Bersm. duo et quidam alii. *certet* Cod. Goth. corr. *certat.* — 10. *vertitur* Bersm. unus. Omnes *verritur*, recte. Post *areis* duo vetustiss. codd. Iosephi Iovae Lucensis et libb. Aldin. primos punctum ponere et sic censuisse Petrum Angel. Bargaeum, testatur Mich. Brutus. v. Cuning. p. 287.

---

lerrimo equos circa metam flectere, ita quidem, ut eam non tangeret. Erat haec res maximi periculi, atque victori praemium, *palma*, dari solebat. Sententiam: „*terrarum dominos evehit ad deos*“ ex indole populi Graeci repetendam esse, verisimile nobis videtur, qui summam felicitatem hanc gloriam ducebat. Qui enim palmam, *nobilem*, i. e. gloriosam, acceperat, a suis tanquam *ἀνὴρ ἰσόθεος* maxima laude efferri solebat. Rem ipsam satis depingunt Homerus et Virgilius. — *Hunc* et mox *illum*, sc. iuvat, quod ex anteced. repete. Negari nequit tum propter *iuvat* bis supplendum, tum ob interiecta *metaque — ad Deos*, verborum structuram duram esse. Vir doctissimus et criticorum princeps, Bentleius, huic loco medelam quaerens, qua optime sanari posset, coniecit: *evehere*, admodum acute, sed nulla librorum auctoritate. Cf. Bentl. ad h. l. — *Turba Quiritium*, simpliciter populus Romanus, in suffragia missus, in comitiis. *Mobilium*, qui in suffragiis adeoque honoribus dandis non certa aliqua ratione ducuntur, levium, inconstantium. *Certat tollere*, certatim, magno cum partium studio *tollit*, extollit. *M.* — v. 8. *tergeminis honoribus*, in casu tertio, pro: ad summos honores. *Si condidit*, conditum servat, possidet *horreo proprio*, h. e. suo, nempe tanquam privatus, *quidquid verritur*, congeritur, convehitur de *areis Libycis*, agris Africae. Pro colligi de agris, doctius erat, verri de areis, quod frumenta in solidata agri parte, quae *area* est, extrita et purgata converrebantur, et sic de ea colligebantur. *M.* Africam nominat tanquam frugum fertilissimam.

v. 11. *Gaudet* adeo *findere*, laetus, contentusque est in eo, quod colit *agros*, agellum *patrium*, a patre acceptum, novis accessionibus non dilatatum. — *numquam* eum *demoveas*, sic recte legitur ap. Feam, falso Doeringus *dimoveas* recepit, breviter, pro, deducas eum a studio suo, beatoque otio, et permoveas, *ut* cett. *Conditio*, saepe est pactio, qua aliquid pollicemur et spondemus alteri, si quid fecerit. *M.*

v. 12. *Attalicis condit.*, promissis opibus Attalicis, h. e. maximis pro conditione oblatis divitiis. Attalus, rex Pergami, summa divitiarum

Numquam demoveas, ut trabe Cypria
Myrtoum pavidus nauta secet mare.
Luctantem Icariis fluctibus Africum
Mercator metuens, otium et oppidi
Laudat rura sui: mox reficit rates
Quassas, indocilis pauperiem pati.
Est, qui nec veteris pocula Massici,
Nec partem solido demere de die
Spernit, nunc viridi membra sub arbuto
Stratus, nunc ad aquae lene caput sacrae.
Multos castra iuvant, et lituo tubae

v. 13. *demoveas*, ap. Lamb. et Feam, recte. — 17. *tuta* pro *rura* coni. Val. Acidal. ad Vellei. Paterc. II, 110.

---

copia abundabat, a quo Pop. Rom. haeres est institutus. — Paulo ante sermo erat de agriculturae deliciis, nunc ad navigationem transit. Navigationem vero pro mercatura, quae navi geritur, ponit. — *trabe Cypria*, notum est navem poetice et *trabem* et *ratem* dici. *Cypria κατ' ἐξοχὴν* pro quacunque nave posuit, quod Cyprus inprimis navigatione ac mercatura cum ea coniuncta uti solebat.

v. 14. *Myrtoum* est pars maris Aegaei inter Sunium, promontorium Atticum, et Peloponnesum. [cf. Strabo.] — *mare secare*, *τέμνειν ἅλα*, pro: navigare. — v. 15. *Icarium* mare est pars Aegaei, ab Icaro, Daedali filio, dictum. Cf. IV, 2, 3. — *Africus*, consulto h. l. positus, quia ab occasu flat et procellosissimus est. — *Luctantem*, decertantem, sc. magno cum strepitu. Graecis hic ventus dicitur *λίψ*. — *otium* opponitur vitae negotiis vel forensibus vel quaestuosis districtae; est adeo vita tranquilla, ab omni periculi metu vacua. Amplificatur haec tranquillitatis notio per *rura oppidi sui*, oppido suo patrio adiacentia, secessum in suburbano suo. — *Laudat*, praefert. Notum est, homines praeferre id, quod prae ceteris laudare solent, quo fit, ut in vita haud sibi constantes reperiantur, quod perbelle in h. l. quadrat. — *Pauperies* simpliciter exprimit hominis conditionem, quae ei tantummodo praebet, quibus ad vitam sustentandam in diem opus habet. — *reficit*, reparat. — *Quassas*, cf. IV, 6, 7. et IV, 8, 32. per undarum vim atque iniuriam fractas, nos: *zertrümmert*, de navibus vero inprimis: *leck*. — v. 18. *indocilis pati*, Graece, paupertati ferendae non aptus. — v. 19. *Massici*, sc. vini. Massici montes sunt in Campania, ubi olim nascebantur vina praestantissima. Ibi quoque *Falernus ager*, unde vinum *Falernum*. — *Solidus dies* est, qui dicatus totus est negotiis et exercitiis. Cf. Sen. epist. 84. „hodiernus dies solidus est, nemo ex illo quidquam mihi eripuit.“ Cogita sermonem Horatio esse de tempestivis conviviis. — v. 21. *Nec — spernit*, amat; *demere*, sumere; cf. II, 7, 6. ubi eodem sensu dicitur: *frangere diem mero.* Annectit praecedentibus suavissimam descriptionem lautiorum conviviorum atque hominis arboris frondibus obumbrati generosioris vini capaciora pocula sumentis. — *stratus membra*, Graece, membris stratis, iacens, cf. supra II, 3. 6.: *reclinatus in gramine.*

v. 22. *ad aquae lene caput sacrae*, ratio verborum inter se coniungendorum poetis frequentatissima, pro: *aquae lenis caput sacrum*, i. e. leniter s. tranquille fluentis. Epitheton *sacrum* propterea de aquarum fontibus adhibetur, quoniam iis numen quoddam divinum, v. c. Nympha quaedam (*ναϊάς τις*), praeesse tum credebatur. Senec. epist. 41. „Magnorum fluviorum capita veneramur“ etc. vid. Torrent.

v. 23. *Lituus* curvus fuit, *tubae* contra erant rectae, illi quidem,

Evitata rotis, palmaque nobilis
Terrarum dominos evehit ad Deos.
Hunc, si mobilium turba Quiritium
Certat tergeminis tollere honoribus:
Illum, si proprio condidit horreo,
Quidquid de Libycis verritur areis.
Gaudentem patrios findere sarculo
Agros Attalicis conditionibus

v. 5. *Si vitata* coni. With. ut sit: *si meta vitata — et palma* eos *evehit ad Deos.* Rutgersius et Gataker. et Christ. post *nobilis* punctum poni volebant, ut v. 6 et 7. cohaererent. — *evehere*, coni. Bentl.

7. *nobilium* Mentel. omnes Torrent. unus Fabr. duo Bersm. Pulm. 3 et 4 Fran. Gott. a m. pr. Brod. Sax. Alt. uterque, Dess. 2. Lips. I, 3, 4. Sed *mobilium* 4 Bland. ap. Cruqu. Fabr. et Pulm. ceteri omnes, Bersm. unus, Bentl. I, 2, 6. Dess. 1. a m. p. 7. et agnoscunt Acr. Porph. Locher. Mancin. Venet. 1492. Ascens. Lamb. Cun. Codex Gothanus: *nobilium*, sed statim eadem manus semet ipsam corrigens per litteram *m* supra appositam indicat lectionem *mobilium* esse praeferendam. Codex Guelferbytanus Chart. in fol. sec. XV.: *mobilium*. mox *turma* unus Fabr.

8. *Certet* Pulm. I, 2, 4. Bersm. duo et quidam alii. *certet* Cod. Goth. corr. *certat.* — 10. *vertitur* Bersm. unus. Omnes *verritur*, recte. Post *areis* duo vetustiss. codd. Iosephi Iovae Lucensis et libb. Aldin. primos punctum ponere et sic censuisse Petrum Angel. Bargaeum, testatur Mich. Brutus. v. Cuning. p. 287.

---

lerrimo equos circa metam flectere, ita quidem, ut eam non tangeret. Erat haec res maximi periculi, atque victori praemium, *palma*, dari solebat. Sententiam: „*terrarum dominos evehit ad deos*“ ex indole populi Graeci repetendam esse, verisimile nobis videtur, qui summam felicitatem hanc gloriam ducebat. Qui enim palmam, *nobilem*, i. e. gloriosam, acceperat, a suis tanquam *ἀνὴρ ἰσόθεος* maxima laude efferri solebat. Rem ipsam satis depingunt Homerus et Virgilius. — *Hunc* et mox *illum*, sc. iuvat, quod ex anteced. repete. Negari nequit tum propter *iuvat* bis supplendum, tum ob interiecta *metaque — ad Deos*, verborum structuram duram esse. Vir doctissimus et criticorum princeps, Bentleius, huic loco medelam quaerens, qua optime sanari posset, coniecit: *evehere*, admodum acute, sed nulla librorum auctoritate. Cf. Bentl. ad h. l. — *Turba Quiritium*, simpliciter populus Romanus, in suffragia missus, in comitiis. *Mobilium*, qui in suffragiis adeoque honoribus dandis non certa aliqua ratione ducuntur, levium, inconstantium. *Certat tollere*, certatim, magno cum partium studio *tollit*, extollit. *M.* — v. 8. *tergeminis honoribus*, in casu tertio, pro: ad summos honores. *Si condidit*, conditum servat, possidet *horreo proprio*, h. e. suo, nempe tanquam privatus, *quidquid verritur*, congeritur, convehitur de *areis Libycis*, agris Africae. Pro colligi de agris, doctius erat, verri de areis, quod frumenta in solidata agri parte, quae *area* est, extrita et purgata converrebantur, et sic de ea colligebantur. *M.* Africam nominat tanquam frugum fertilissimam.

v. 11. *Gaudet* adeo *findere*, laetus, contentusque est in eo, quod colit *agros*, agellum *patrium*, a patre acceptum, novis accessionibus non dilatatum. — *numquam* eum *demoveas*, sic recte legitur ap. Feam, falso Doeringus *dimoveas* recepit, breviter, pro, deducas eum a studio suo, beatoque otio, et permoveas, *ut* cett. *Conditio*, saepe est pactio, qua aliquid pollicemur et spondemus alteri, si quid fecerit. *M.*

v. 12. *Attalicis condit.*, promissis opibus Attalicis, h. e. maximis pro conditione oblatis divitiis. Attalus, rex Pergami, summa divitiarum

Numquam demoveas, ut trabe Cypria
Myrtoum pavidus nauta secet mare.
Luctantem Icariis fluctibus Africum
Mercator metuens, otium et oppidi
Laudat rura sui: mox reficit rates
Quassas, indocilis pauperiem pati.
Est, qui nec veteris pocula Massici,
Nec partem solido demere de die
Spernit, nunc viridi membra sub arbuto
Stratus, nunc ad aquae lene caput sacrae.
Multos castra iuvant, et lituo tubae

v. 13. *demoveas*, ap. Lamb. et Feam, recte. — 17. *tuta* pro *rura* coni. Val. Acidal. ad Vellei. Paterc. II, 110.

---

copia abundabat, a quo Pop. Rom. haeres est institutus. — Paulo ante sermo erat de agriculturae deliciis, nunc ad navigationem transit. Navigationem vero pro mercatura, quae navi geritur, ponit. — *trabe Cypria*, notum est navem poetice et *trabem* et *ratem* dici. *Cypria καὶ ἐξοχὴν* pro quacunque nave posuit, quod Cyprus inprimis navigatione ac mercatura cum ea coniuncta uti solebat.

v. 14. *Myrtoum* est pars maris Aegaei inter Sunium, promontorium Atticum, et Peloponnesum. [cf. Strabo.] — *mare secare*, *τέμνειν ἅλα*, pro: navigare. — v. 15. *Icarium* mare est pars Aegaei, ab Icaro, Daedali filio, dictum. Cf. IV, 2, 3. — *Africus*, consulto h. l. positus, quia ab occasu flat et procellosissimus est. — *Luctantem*, decertantem, sc. magno cum strepitu. Graecis hic ventus dicitur *λίψ*. — *otium* opponitur vitae negotiis vel forensibus vel quaestuosis districtae; est adeo vita tranquilla, ab omni periculi metu vacua. Amplificatur haec tranquillitatis notio per *rura oppidi sui*, oppido suo patrio adiacentia, secessum in suburbano suo. — *Laudat*, praefert. Notum est, homines praeferre id, quod prae ceteris laudare solent, quo fit, ut in vita haud sibi constantes reperiantur, quod perbelle in h. l. quadrat. — *Pauperies* simpliciter exprimit hominis conditionem, quae ei tantummodo praebet, quibus ad vitam sustentandam in diem opus habet. — *reficit*, reparat. — *Quassas*, cf. IV, 6, 7. et IV, 8, 32. per undarum vim atque iniuriam fractas, nos: *zertrümmert*, de navibus vero inprimis: *leck*. — v. 18. *indocilis pati*, Graece, paupertati ferendae non aptus. — v. 19. *Massici*, sc. vini. Massici montes sunt in Campania, ubi olim nascebantur vina praestantissima. Ibi quoque *Falernus ager*, unde vinum *Falernum*. — *Solidus dies* est, qui dicatus totus est negotiis et exercitiis. Cf. Sen. epist. 84. „hodiernus dies solidus est, nemo ex illo quidquam mihi eripuit.“ Cogita sermonem Horatio esse de tempestivis conviviis. — v. 21. *Nec — spernit*, amat; *demere*, sumere; cf. II, 7, 6. ubi eodem sensu dicitur: *frangere diem mero*. Annectit praecedentibus suavissimam descriptionem lautiorum conviviorum atque hominis arboris frondibus obumbrati generosioris vini capaciora pocula sumentis. — *stratus membra*, Graece, membris stratis, iacens, cf. supra II, 3. 6.: *reclinatus in gramine*.

v. 22. *ad aquae lene caput sacrae*, ratio verborum inter se coniungendorum poetis frequentatissima, pro: *aquae lenis caput sacrum*, i. e. leniter s. tranquille fluentis. Epitheton *sacrum* propterea de aquarum fontibus adhibetur, quoniam iis numen quoddam divinum, v. c. Nympha quaedam (*ναϊάς τις*), praeesse tum credebatur. Senec. epist. 41. „Magnorum fluviorum capita veneramur“ etc. vid. Torrent.

v. 23. *Lituus* curvus fuit, *tubae* contra erant rectae, illi quidem,

Permixtus sonitus, bellaque matribus
Detestata. Manet sub Iove frigido
Venator, tenerae coniugis immemor,
Seu visa est catulis cerva fidelibus,
Seu rupit teretes Marsus aper plagas.
Me doctarum hederae praemia frontium
Dis miscent superis: me gelidum nemus,
Nympharumque leves cum Satyris chori
Secernunt populo: si neque tibias

v. 24. *Permixtus*, sic Cod. Goth., verior scriptura. — 25. *detestanda* Luctat. ad Stat. Theb. III, 377. — 27. *sagacibus* in quibusdam esse dicit Barth. Adv. XXXV, 2, 29. *Te* coni. Harii, probata a Broukhus. Ionesio, Marklando, Spencio, ut ad Maecenatem pertineat. Comparant II, 16, 33 sqq., qui locus nobis quidem videtur plane alienus.

---

sono acuto, equitum erant, hae, sono gravi, peditum. Nunc nobis imaginem belli ante oculos ponit, statimque rem venaticam depingit. Qua in re animadvertas Horatii artem lyricam. Magnum spirat animum, summum prodit ingenium, verbis excellit sententiae cuique aptis, res ordinat praeclare, sententias denique pulcherrimas coloribus animum suaviter afficientibus exornat! Omnia vero quamvis non arcto vinculo connexa, tamen perbelle cohaerent.

v. 25. ***Detestata***, passive, cf. Epod. XVI, 8. quae matres detestantur, quia filiis et maritis metuunt. — ***Manet***, pernoctat, ***sub Iove***, sub dio, ὑπὸ Διός, sub caelo *frigido*. Sic *Iupiter uvidus* ap. Virg. Georg. I, 418. *madidus* ap. Martial. VII, 36, 1.

v. 27. ***cerva***, notum est ex Ovidio aliisque poetas de animalibus loquentes genus femininum usurpare, Graeca elegantia, ut animadvertit Mitscherlichius. — v. 28. *plagas*, circumpositas, quam vocabant indaginem; *plagae teretes* erant retia ex torto fune; *rupit*, perrupit, ruptis plagis s. retibus evasit. — *Marsus* (pro: Marsicus) *aper* ab Horatio ideo memoratur, quod apri in hac saltuosa regione inprimis ferocitate sua erant insignes. Huc accedit, quod Hor. fere semper cuique rei depingendae aptum adhibet nomen proprium. — Nunc ad finem carminis properans, studium, quo ipse ducatur, modeste subiungit. — v. 29. ***hederae***, satis constat, Bacchum deum poetarum tutelarem esse; Bacchus vero hedera coronatus antiquis in monumentis cernitur. — *doctae frontes*, (pars pro toto), ἀοιδοὶ σοφοί, poetae κατ' ἐξοχὴν dicti. — v. 30. ***Dis misc. sup.***, μιχθῆναι θεοῖς, cf. Pind. Isth. II, 42. — *me gelidum nemus*, ego capto solitudinem nemoris, in quo possim meditari et ad studia incumbere, ubi solent versari Nymphae cum Satyris. — v. 32. ***Secernunt populo***, eximunt vulgo, secernor ab populo. Cf. infr. II, 16, 39—40. III, 1, 1. — ***Nympharum chori cum Satyris***, exquisitius pro vulgari: Nympharum et Satyrorum saltationes, cf. Virg. Ecl. V. — ***leves***, ad motum pertinet, qui levis apparet, si laete ac libere iuvenes cum puellis leviter invicem se moventibus saltant. — ***Si neque***, si Euterpe permittit, ut tibia, et Polyhymnia, ut lyra canam scienter. Tibiarum varia fuere genera, de quibus fusius disputat Voss. de poemat. cantu p. 101. — Wakefieldii coniecturam v. 29. *Te* pro: *Me*, non esse in textum recipiendam, quamvis a Wolfio recepta sit, nobis est persuasum. Primum enim Maecenas poeta non erat, quod quemque historia docebit, deinde τὸ μιχθῆναι θεοῖς, ***(Dis miscent superis)*** ut elocutio poetica non est urgenda. Qua ex re apparet, ταυτολογίαν in his et in fine carminis nullam esse; poetae lyrico maxima cum emphasi canenti ita sententiam conformare licet. Codices vero omnes constanter ***Me*** exhibent. Vir Doctissimus, Hora-

Euterpe cohibet, nec Polyhymnia
Lesboum refugit tendere barbiton.
Quod si me lyricis vatibus inseris,
Sublimi feriam sidera vertice.

CARMEN II.

AD AVGVSTVM CAESAREM.

Argum. *Tempestate tum praeter leges naturae saeviente, tum multis aliis praeter hominum exspectationem factis, calamitatem rei publicae perniciosam imminere vaticinatur. Causam huius ruinae Romanis nunc instantis a bellis civilibus, ob quae deos iratos dicit, repetit. Supplex precatur, ut dii placati propitiique facti tantam calamitatem a Pop. Rom. avertant et poenam sceleribus commissis parem tantummodo auctores dare iubeant. Pluribus diis gentis Romanae tutelaribus nominatim appellatis, denique Augustum Caesarem nuncupat, qui tanquam ultor Caii Iulii Caesaris perduellionis ab eo depingitur. Rogat iterum iterumque, ut diu hac in terra vitam gloria sua dignam degat seriusque in caelum (sic Augusti ἀποθέωσιν innuit) ut in patriam redeat.*

Iam satis terris nivis atque dirae
Grandinis misit Pater, et rubenti

v. 33. *prohibet* Brod. Alt. 1. Dess. 1. *neque Polymnia* Aldi omnes, multi ap. Bonfin. Pulm. 1, 2, 3, 4. Locher. Sed *nec Polyhymnia* s. *Polyymnia* omn. Lamb. vetustiss. Bland. ap. Cruqu. Vatican. ap. Mancin. Sosipater, Charisius cett. Est etiam *Polyhymnia* ap. Ovid. Fast. V, 9. *Polymneïa* volebant Aldus et Cruqu. quasi Πολυμνηΐα pro Πολυμνεΐα. perperam, nam haec, ab memoria dicta, huc non conveniunt. Vid. Heyn. ad Virg. Cir. 55. — 35. *inseres* duo Bland. et Carr. ap. Cruqu. Pulm. 1, 2, 4. Dess. 1. Sed meliores et vetustiores *inseris*, recte. — 36. *sublimis*, lib. vet. Ach. Statii ap. Pulm. et quidam alii, ap. Feam, exponit Porphyr.: *sublimis factus*.

v. 1. *tetrae nivis* coni. Heins. cf. Burm. ad Virg. Aen. III, 589. ob homoeoteleuton in *satis terris nivis*. Sed vid. Lips. de rect. pron. L. L. c. 8. — *Iam sat iratus* coni. With. — 2. *rubenti* Cun. *ac rubente* Lips. 3.

---

tii interpres praestantissimus, Doeringus, nobiscum idem contendit, copiosius dicens, ut solet. — Aeolium carmen pro lyrico dixit IV, 3, 12. vid. III, 30, 13. — v. 35. *Quod si* tuo, Maecenas, iudicio inter praestantiores poetas lyricos habebor, tum sane, quid ad magnitudinem felicitatis meae ac gloriae accedere possit, nescio; summam gloriam, summamque felicitatem consecutum me arbitrabor. ***M. Si me inseris***, accenses, ***lyricis*** Graecorum ***vatibus***, poetarum choro.

v. 36. ***fer. sidera***, attingam caelum, ***sublimi vertici***, ad ornatum pertinet; de magna felicitate vid. Ovid. Fast. I, 210. Met. VII, 60. Callim. Hymn. in Cerer. v. 59.

---

v. 1. ***niv. atq. dir. Grand.***, quamvis secundum verborum structuram epitheton *dirus*, quod aliquid mali ominis significat, tantummodo cum *grandine* coniunctum sit, tamen sensus postulat, ut etiam ad τὸ *nivis* referatur, quod nobis videtur factum esse propterea, quod poeta *grandinem*, *nivemque* ad unam eandemque notionem revocaret, quam quidem rationem per particulam *atque*, quae habet vim rerum inter se coniungendarum, innuere nobis admodum probabile fit; utrisque enim verbis substantivis τὸ *dirus* convenit. — v. 2. ***misit***, Graece, dicit

Dextera sacras iaculatus arces,
Terruit Vrbem:
Terruit gentes, grave ne rediret
Seculum Pyrrhae, nova monstra questae,
Omne quum Proteus pecus egit altos
Visere montes,
Piscium et summa genus haesit ulmo,
Nota quae sedes fuerat columbis,
Et superiecto pavidae natarunt
Aequore damae.
Vidimus flavum Tiberim, retortis
Litore Etrusco violenter undis,
Ire deiectum monumenta Regis,
Templaque Vestae,

v. 4. *orbem* Brod. — 5. *terruit gentes grave*, h. e. graviter, *ne rediret* cett. distinguit Gilb. Wakefield. V. C. in obss. crit. in Hor. — *terruit mentes* coni. With. Sed emendatione non opus est. — 7. *omne dum* unus Bersm.
10. *palumbis* coni. Bentl. ex var. lect. cod. 13. plurimi Codd. mss. *columbis*, quorum ob auctoritatem retinendum est.
11. *super iacto* Lips. 1. — *superiectae pavide* Alt. 2.
15. *disiectum* Cun. Sanad. — *deiectum* Cod. Goth.

Mitscherlich., per *immisit*, ita ut pro *immisit* sit positum, explicat Doeringus. — v. 3. *arces*, simpliciter significat τὰ ἄκρα, cum adiectivo *sacrae* autem coniunctum loca Diis dicata, v. c. altaria, templaque, significare, res ipsa docet. Horatius κατ' ἐξοχὴν *arces* pro Capitolio ponere solet. — *iaculatus*, constat scriptores Latinos classicos *iaculari*, re, quae iaculetur, nulla addita, inprimis de telis s. hastis iaciendis usurpare; eodem modo hic ab Horatio positum est. Fulmen iaculando s. vibrando Iupiter altiora loca percutit, quo fit, ut manus fulminantis splendore repercusso rubescat.

v. 5. Lector Horatii eruditus ipse sentiet magna cum vi *terruit* repetitum esse, propterea que in posterum haec atque similia tacemus. Iupiter vero ita terruit gentes, ut metuerent, ne tempora illa redirent, quibus vixere Deucalion et Pyrrha. — v. 6. *nova monstra*, h. e. inauditam in diluvio illo rerum permixtionem; vidit enim Pyrrha Proteum phocas in altis montibus pascentem, vidit pisces haerentes in arboribus et damas natantes in aequore. *D. monstrum* poetis de re inusitata, quae animum percellit, dici, satis notum. *M.* Sic primam navem Catullus Epith. Pel. v. 15. vocat monstrum. — De *Proteo* cf. Hom. Odyss. IV, 386. sq. Virg. Georg. IV, 395. sq. Claudian. laud. Seren. 128. — v. 7. *egit visere*, Graece, pro: ut viserent, et hoc gravius pro simplici, egit in altos montes. *M.* — *Piscium genus*, φῦλα πόντου in fragm. Eurip. ap. Valken. Diatr. p. 147. ἁλίτροφα φῦλα, Oppian. Hal. I, 96. — *haesit summa ulmo*, summis arborum cacuminibus; pisces enim non satis libero natatu gaudebant, arborum ramis impediti, ut Mitscherlichius animadvertit. — *sedes*, sponte apparet pro avium nidis dici. — *Columbis*, cogita palumbes, genus pro specie. *Damas*, altissimas rupes inhabitantes, consulto poeta h. l. posuit; color enim ac sensus lyricus huius loci multo fervidior evadit.

v. 13. *Vidimus*, graviter dictum, adiunctam enim stuporis ac metus notionem habet. *M. flavum*, solemne Tiberis epitheton, a colore fluvii ex arena flavo in eum translatum, quod saepius occurrit apud poetas Latinos classicos. — *retortis*, litus maris Tyrrheni tantam aquarum copiam capere non poterat, quo factum est, ut aquae aquarum

Iliae dum se nimium querenti
Iactat ultorem, vagus et sinistra
Labitur ripa, Iove non probante,
Vxorius amnis.
Audiet cives acuisse ferrum,
Quo graves Persae melius perirent:
Audiet pugnas, vitio parentum
Rara, iuventus.
Quem vocet Divûm Populus ruentis
Imperî rebus? prece qua fatigent
Virgines sanctae minus audientem
Carmina Vestam?
Cui dabit partes scelus expiandi
Iupiter? Tandem venias, precamur,
Nube candenti humeros amictus,
Augur Apollo:

v. 28. *expiandum* unus Bersm. — 31. *candenti* duo Vatic. et Tornes. ap. Lamb. duo Torrent. duo Bersm. plerique Bonfin. Pulm. 1, 2, 3. Anhaltinus Fabric. Fran. Dess. 1. Lips. 1. Acr. Porphyr. commentat. Cruqu. Venetae, Locher. Marcil. Cun. — *candentes* omn. Cruqu. et Bentl. Mentel. Sax. Alt. 1. Lips.

---

vi repellerentur. *Monumenta* de aedificiis publicis dici, satis notum est; *Regis*, Numam Pompilium, qui *templum Vestae* exstruxit, intellige. — v. 17. *Iliae dum*, dum omnis Tiberis, ut querelis uxoris suae Iliae satisfaciat, immodicus exsurgit ultor et praeter Iovis voluntatem sinistra ripa evagatur. *D. nimium ultorem*, uxoris precibus nimis indulgendo, i. e. nimis evagando. Alii iungunt *nimium querenti*, quod esset de femina, vindictae insatiabili, cum satis iam pridem Caesaris necem Roma luisse videretur; potest et iungi: *nimium iactat*, sed praestat prior verborum structura. Subiungit Mitscherlichius haec: ut verba *nim. ultor.* iungantur, suadent inprimis seqq. *Iove non probante et uxorius amnis.* Nobis quoque persuasum est interpretes Horatii h. l. recte iudicare, qui *nimium* non ad *querenti*, sed ad *ultorem* referunt. Notio, quae verbo *iactare* inest, *nimium ultorem* innuere videtur; perhibetur autem *nimius ultor*, qui *nimiam* vindictam sumendo se prodit. Iupiter vero Romae perdendae consilium improbare debebat; erat enim urbis deus tutelaris optimus, maximus.

v. 21—24. Interpretatur portenta, et ex iis auguratur nova bella civilia. *M.* cf. Virg. Georg. I, 489. sq. — *graves Persae*, (*gravis*, Graecis χαλεπός, βαρύς. Sic Alexander βαρὺς Πέρσαισι audit Theocr. XVII, 19.) Romanorum hostes infestissimi; vexabant enim *Persae*, i. e. Parthi, qui Persis devictis, imperioque suo subiectis, cum iisdem coaluerunt, creberrimis incursionibus usque Romanorum fines. — *perirent*, perituri fuissent. — v. 23. *vitio parentum Rara iuventus*, culpa maiorum, qui semet ipsos, bellorum civilium furore abrepti, turpiter e medio tollere non erubescerent, posteritas Romanorum *rara*, attenuata, exigua facta. — v. 26. *rebus*, in casu tertio, sc. ut illis succurrat. — *res imperii*, res periphrasi inservit, ut saepe fit. — *minus audientem*, sc. propter iram ob bella civilia in Romanos conceptam.

v. 29. *scelus*, τὸ ἄγος, bellorum civilium sceleste facta, res et consilia pariter turpiter excogitata ac perpetrata. — *venias*, sc. ad opem ferendam, qua vitia nostra expiari possint. — *nube hum. amict.* Hom. Il. ε', 186. νεφέλῃ εἰλυμένος ὤμους. de explicatione huius loci varietas lectionis conferenda est. Nimbo enim lucido dii apparent, si pro-

Sive tu mavis, Erycina ridens,
Quam Iocus circum volat et Cupido:
Sive neglectum genus et nepotes
Respicis auctor,
Heu! nimis longo satiate ludo,
Quem iuvat clamor galeaeque leves,
Acer et Mauri peditis cruentum
Vultus in hostem.
Sive mutata iuvenem figura,

3 et 4 a m. p. 1. Dess. 2. Accedunt Cod. Goth. et Cod. Guelf. Chart. sec. XV. cf. Spec. I. ed. Guiliel. Braunhardus. Lipsiae ap. Nauckium, MDCCCXXIX. — 34. *circum volat*, divise, Cod. Goth. Pulm. 1, 3. unus Bersm. Lips. 1. Rutgers. Cun. Sanad. — 39. *Mauri* codd. et edd. omnes, praeter Zurckianam. Sed *Marsi* emend. Tan. Faber, eumque secuti sunt Dacer. Bentl. Cun. Sanad. cf. Bentl. et Iani. ad h. l.

---

pitii; atro contra, si irati. Hom. Il. α', 47. ὁ δ' ἤϊε νυκτὶ ἐοικώς. *M.* Quamvis Mitscherlichius haec attulerit, tamen lectionem *candentes* in textum recepit. Rem igitur ita expedire studet, ut dicat: *Candentes* tamen hic explicare malim, refulgentes *nube s. nimbo* lucido, ut supra v. 2. *rubenti dextera.* Qua explicatione lectio *candenti* tacite approbatur, quae secundum optimos Codices Vaticanos retinenda est.

v. 33. *mavis*, sententiarum connexus docet h. l. supplendum esse: venire. Observa omnino orationis variatae copiam: *venias precamur*, *sive tu mavis*, *sive respicis*, *patiens vocari* cett. — *Erycina* Venus, ab Eryce, Siciliae monte, in quo eius templum erat, ab Aenea, ex vulgari antiquitatis fama, quam Virg. Aen. V, 759. secutus est, conditum, sic dicta; pervulgato poetarum more, deos ab locis, ipsorum religioni dicatis, indigitantium. *M.* — *ridens*, φιλομμειδής, μειδιόωσα, γελάοισα, epitheton solenne ac perpetuum. *Iocus* et *Cupido*, deae filius, in Veneris comitatu versantur. Res nota. — *Circum volat*, cogita poetas hosce deos sibi finxisse alatos, quod de Amore quidem satis notum est. — v. 35. Nunc in partes vocatur *auctor*, i. e. Mars, qui ut respiciat gentem Romanam, exoratur, i. e. ut se benignum auxilio ferendo Romanis praebeat. — *respicere*, Graece εἰςορᾶν, ἐπιβλέπειν.

v. 37. *ludo*, poetice dictum pro: bello. Diis vero bellum esse potest ludus bellicosus, nam pro ludibrio bellum tanquam ludum quendam sive huc sive illuc deflectunt, componunt, renovant, scilicet ex veterum sententia. Mitscherlichius et Doeringus hanc imaginem de ludis Romanorum gladiatoriis desumunt, qua adeo Mars caesorum hominum adspectu laetari dicatur. — v. 38. Praeclare addidit: *Quem iuvat clamor galeaeque leves*, quibus lyrice dictis imago bellatoris atrocissimi perbelle amplificatur. Similia reperiuntur in Homeri Iliade. — *acer*, torvus. — Pro *Marsi*, quod ex admodum probabili emendatione *T. Fabri* iam ab aliis in textum receptum est, in Codd. et editt. vett. *Mauri* exstat. Sed cum Mauri populi imbelles fuerint, minimeque peditatu valuerint, adumbrata autem ab Horatio imago fortioris omnino militis repraesentationem postulet, proposita sane illa lectio *Marsi* pro *Mauri*, si rem spectas, longe praeferenda est. *D.* Quamvis verum sit, Marsos Mauris fortiores fuisse, tamen argumenta minime desunt, quibus probari possit, Mauros populos non imbelles exstitisse. Deinde quaestio fit, utrum poeta talem fortitudinis summae imaginem pingere voluerit, nec ne? Nobis videtur Horatius tantummodo scenam aliquam bellicam, ut et Ianius contendit, innuisse. cf. Var. Lect.

v. 41. Vel si tu, Mercuri, iam ad nos descendisti, inter nos versaris, sub Augusti, persona. Erat enim deus ἀλεξίκακος, ἀκακήσιος, καθάρ-

Ales, in terris imitaris, almae
Filius Maiae, patiens vocari
Caesaris ultor:
Serus in caelum redeas, diuque
Laetus intersis populo Quirini,
Neve te nostris vitiis iniquum
Ocior aura
Tollat. Hic magnos potius triumphos,
Hic ames dici Pater atque Princeps:
Neu sinas Medos equitare inultos,
Te duce, Caesar.

v. 45. *in caelo* Locher. Basil. 1531. — 46. *Quirino* cod. Iannoct. et unus Vatic. ap. Lamb. cod. Carrion. ap. Cruqu. et probant Heins. ad Ovid. Fast. IV, 375. Broukhus. ad Propert. IV, 10, 11. *Quiritum* Brod. sed *Quirini* omn. Bentl. et alior. codd. et edd. vett.
51. *Nec sin.* Brod.

φορος, expiator, qualis etiam in Gemmis conspicitur. — *Ales*, Graecis item πτηνός, εὔπτερος, πτερόπους propter πέδιλα πτηνά dictus. — *Filius Maiae*, Graece, pro vocativo, ut saepius. *M.* — *almae*, ποτνίας, quod solenne est dearum epitheton. — *mutata figura*, εἶδος ἀμείψας, deposita specie divina, sumptaque humana. — *patiens vocari Caesaris ultor*, pro: te *vocari Caesaris ultorem*, τλάς, ὑπομένων καλεῖσθαι τιμωρὸς Κ. *patiens*, non recusans. — v. 45. Sequuntur preces ad Augustum, tanquam deum factae. *M.* *Serus in cael. red.* huc pertinet Ovidii locus Met. XV, 868. *tarda sit illa dies et nostro serior aevo, Qua caput Augustum, quem temperat, orbe relicto, Accedat caelo.* — *Laetus*, χαίρων, propitius, tanquam numen propitium.

v. 50. Maneas inter nos, ut plures de hostibus triumphos agere possis, utque diutius amore populi Romani fruaris. *M.* — *Pater atque Princeps*, ob maxima eius de republica merita, vid. III, 24, 27. Honorifica appellatio „*Pater Patriae*“ Augusto publice per Senatum Populumque Rom. decreta est, anno V. C. DCCLII. Tacit. Annal. I, 1. de Augusto: *accepit cuncta discordiis fessa civilibus sub nomine Principis*, quod nomen propterea demum a. u. DCCXXVI, vid. Dio LIII, 11., Augustus assumpsit, quod minus Romanis invidiosum esset. Res satis nota. — v. 51. *Medos*, Persas, i. e. Parthos, v. ad v. 22., *multos*, impunitos, *equitare*, incursionibus agrum Romanum infestare, sed illud cum dilectu, quoniam equitatu praestabant. cf. II, 9, 24. — *Te duce*, tuis auspiciis. Pariter ac h. l. sententiam poeta conformat infr. I, 7, 27.: *Nil desperandum Teucro duce et auspice Teucro.* — *equitare*, ἱππεύειν apud Graecos, passim de omnibus, qui concitatiore impetu ruunt, dicitur. *Eques* pari modo de quovis, qui celeri aufertur cursu; καθιππεύειν s. καθιππάζεσθαι χώραν de eo hoste quoque dicitur, qui populabundus terram aliquam pervagatur. cf. infr. IV, 4, 44.

CARMEN III.

AD VIRGILIVM.

ARGUM. *Horatius amicum suum Virgilium iter Athenas suscepturum videns, vitae amici timens, anxium, perturbatumque animum de periculis, quibus ille navi creditus in mari expositus sit, prodit. Qua in re usque eo progreditur, ut vehementer in eum invehatur, qui primus mari navem commiserit.*

Sic te Diva potens Cypri,
  Sic fratres Helenae, lucida sidera,
Ventorumque regat pater,
  Obstrictis aliis praeter Iapyga,
Navis: quae tibi creditum
  Debes Virgilium finibus Atticis,
Reddas incolumem, precor,
  Et serves animae dimidium meae.

v. 2. *fulgida sidera* Cun. emend. — 3. *pater regat* unus Bersm. 4. *obstructis* Pulm. 1, 2, 3, 4. unus Bersm. Muret. — *obstrusis* Serv. ad Virg. Aen. VIII, 710. — *Vt* ap. Feam. Ceteri fere omnes *et*, quibus Cod. Goth. Lips. I. Cod. Guelf. Chart. sec. XV. adnumerandi sunt. cf. Spec. I. ed. Guiliel. Braunhardus. Lipsiae ap. Nauckium, MDCCCXXIX.

---

v. 1. *Diva potens Cypri*, Venus, *Κύπρου κρατοῦσα*, pro,, quae regit Cyprum; solenni notione, qua diis *ἐγχωρίοις* tutela atque imperium adscribitur, iidemque inde tanquam augustiori appellatione declarantur. *M.* Structura orationis paullo abstrusior, ita expedienda: *o navis, Virgilium, precor, incolumem reddas finibus Atticis: sic te regat diva potens Cypri* cett. — v. 2. *fratres Helenae*, Dioscuri, Castor et Pollux, dii navigantium tutelares. Cuius figmenti ratio in eo quaerenda videtur, quod magna in tempestate appareant quasi stellae velo insidentes, quod phaenomenon (Gr. *τὰ φαινόμενα*) nautis indicio est, frangi tempestatem, ventosque desinere. Cetera quae huc spectant, lexicon mythologicum unumquemque docebit. — *lucida*, ob clarum eorum splendorem, navigantibus exoptatissimum. — v. 3. *Ventorum pater*, sponte apparet, poetae esse sermonem de Aeolo, qui dominium suum in ventos exercebat. Sic Iupiter *πατὴρ ἀνδρῶν* dicitur. — v. 4. *obstrictis aliis*, dum reliquorum omnium flatus comprimit. Orationis ornatus ab antiquissimo illo mytho desumptus videtur, quo Aeolus ventos utre constrictos tenere dicebatur. *M.* Est quoque alia huius mythi ratio, secundum quam Aeolus ventos in antro quodam tanquam in carcere sub claustris tenere fingitur. cf. Hom. Odyss. *κ'*, 29. Virg. Aen. I, 52. — *Iapyx*, *Ἀργέστης*, erat ventus occidentalis et, ut verborum sensus docet, Graeciam navigantibus secundus. Quae sequuntur Mitscherlichius recte explicat sic: primariam hanc carminis sententiam egregie adornavit Horatius, verbis ab pignore desumptis: quod *credimus* alteri, dum ei *servandum* tradimus; contra is illud debere dicitur, quem *incolume* et absque detrimento *reddere* oportet. Itaque navis *creditum*, commissum fidei suae Virgilium debebat eius amico, Horatio, qui adeo optimo iure ab ea postulare poterat, ut eum *incolumem redderet*, salvum perferret *finibus Atticis*, in Atticam. — *debere*, *ὀφέλλειν*, Callim. fragm. Bentl. CXXVI, (in Apollon. Schol. IV, 1322.) *δέσποιναι Λιβύης, Ἡρωΐδες, αἳ Νασαμώνων αὖλια καὶ δολιχὰς θῖνας ἐπιβλέπετε, μητέρα μοι ὀφέλλετε*, h. e. *matrem mihi debetis vivam.* — *fines Attici*, Attica, ut saepius. — v. 8. *dimidium animae,*

Illi robur et aes triplex
  Circa pectus erat, qui fragilem truci
Commisit pelago ratem
  Primus, nec timuit praecipitem Africum
Decertantem Aquilonibus,
  Nec tristes Hyades, nec rabiem Noti,
Quo non arbiter Hadriae
  Maior, tollere seu ponere vult freta.

v. 10. *circum* malebat Fabric. scripsisse Horatium, sed *circa* exquisitius. 15. *Adriae* vulg. sed *Hadriae* Torr. Bentl. Cun. Sanad. ex vetustiss. codd.

τὸ ἥμισυ τῆς ψυχῆς, Graeca suavitate, dicit Mitscherlichius, nota summi amoris declaratio, addit Doeringus, ut solent.

v. 9. Sequitur nunc exsecratio eius, qui primus navem mari commiserit. Similia veterum poetarum, a quibus primus navium inventor carpitur, loca vid. ap. Burm. Sec. ad Lotich. II, 20. — Hominem durum ac sensus expertem, quique nulla re facile commovetur, designant poetae sic, ut eius animo tribuant id, quod in rerum natura durissimum est, v. c. ferrum, saxa, robur. Aeschyl. Prometh. 242. *σιδηρόφρων κἀκ πέτρας εἰργασμένος.* Pindar. fragm. ap. Athen. XIII, c. VIII, p. 601. *κεῖνος ἐξ ἀδάμαντος ἠὲ σιδάρου κεχάλκευται μέλαιναν καρδίαν.* Apoll. Rhod. II, 231. *κέαρ ἀδάμαντος ἐληλαμένον.* Hom. Il. *α'*, 357. *θυμὸς σιδήρειος*, Il. *ω'*, 205. *ἦτορ σιδήρειον.* Hesiod. *θυμὸς ἀδάμαντος.* Res nota. Alter modus est, ut pectus ferro aut aere munitum atque circumdatum poetis dicatur, adeo ut nihil, quo turbetur, ad illud penetrare possit. Est igitur animus ferreus, qui concuti nequit, sive minis, sive precibus cett. Quod vero *aes* vocat *triplex*, huius quidem imago ab thorace, pectus ambiente, ducta videri potest, qua adeo materia pro opere inde facto posita sit, et thorax intelligatur triplex, cui tres laminae ferreae inductae sint. *M.* *Navem* vel *se*, *vitam suam committere*, *credere mari* vel *ventis*, solenni more dicitur de navigatione. Hic vero cum dilectu, respectu primi nautae, maris ac ventorum arbitrio magis obnoxii, cum nondum, qua arte ventorum vim temperaret, cursumque adeo certum teneret, usu didicisset. Magna quoque vis est, quod lector eruditus sentiet, in sibi oppositis *truci*, irato, tempestuoso *pelago* et *fragilem ratem*. *M.* — v. 12. *Africus* propterea *praeceps* dicitur, quod maxime impetuosus prorumpere ac navigantes praecipiti impetu admodum vexare solet. Huc accedit quod Africus in mari mediterraneo maximos motus concitat. — *praec.* *ὑψιπετῆ*, ex alto irruentem, frequentata poetis imago, qua venti de caelo ruere vel e summis montibus oriri dicuntur. — v. 13. *Decertantem*, certantem cum *Aquilonibus*, sed illud cum vi, nam contentionem pugnae non nisi fugato altero, obtentoque hinc maris imperio finitae innuit. Sic *ventos depraeliantes* dixit I, 9, 11. *rixam debellatam* I, 18, 9. Eodem quoque sensu supra I, 1, 15.: *Luctantem Icariis fluctibus Africum* poeta commemorat. — v. 14. *Hyades*, *ἀπὸ τοῦ ὕειν*, *Suculae*, stellae in fronte Tauri, quarum ortus et occasus *tristem* tempestatem portendere tum credebatur. Hinc *tristes*, quia caelum triste reddunt etc. Ovid. Fast. V, 163. *Ora micant Tauri septem radiantia flammis, Navita quas Hyadas Graius ab imbre vocat.* — *rabiem*, iram, vehementiam *Noti*, Austri, *quo non maior*, i. e. qui maximus est *Hadriae*, *τοῦ Ἀδρίου*, Hadriatici maris, *arbiter*, qui maximum ius, imperium in illud habet, pervulgato loquendi usu, quo venti regionem, quam perflant, incolere, cf. III, 10, 3., possidere, adeoque ei dominari poetis dicuntur. cf. III, 3, 5. *dux inquieti turbidus Hadriae.* *M.* Doeringus breviter sic: quod attinet ad tempestatem tam concitandam, quam componendam, summam in mari Hadriatico potestatem exercet. — v. 16. *tollere seu ponere*,

Quem mortis timuit gradum,
  Qui rectis oculis monstra natantia,
Qui vidit mare turgidum et
  Infames scopulos Acroceraunia?
Nequidquam Deus abscidit

v. 18. *rectis oc.* emend. Bentl., quem vide ad h. l. Pro *siccis* legi vult *rectis*, recta in periculum conversis, non retortis, ὀρθοῖς ὄμμασι, quod de impavido homine dici multis auctorum classicorum locis comprobat. — *fixis*, emend. Cuning. et Sanad., quae ad sensum eodem redit. vid. Iani. ad h. l. — 19. *turbidum* omn. Bland. item Mart. et Carr. ap. Cruqu. tres Torrent. Pulm. 4. Brod. Mentel. Lips. tres, Dess. ut. Venet. 1492. Ascens. Locher. Landin. Bentl. Cun. Cod. Guelf. Chart. sec. XV. Sed *turgidum* omn. Lamb. Fran. Lips. 3. Venet. 1478 et 1590. Cod. Goth. Sic et Acr. probantibus Torr. Heins. Fabr. Christ. Sanad. aliisque. Virg. Georg. I, 357. *tumescere mare* dicit. Et sic Graeci, ut Arat. progn. 177., σῆμα δέ τοι ἀνέμοιο καὶ οἰδάνουσα θάλασσα, unde et οἴδματα. cf. Hom. Il. 23, 230. Hes. Th. 109. 131. οἶδμα θαλάσσης Hom. Cer. 14. ἅλιον οἶδμα Hom. Ap. 417. cf. Valck. ad Phoeniss. 210. *et* abest ab quibusdam. — 20. *Acroceraunia* omnes, qui nunc noti sunt, codd. et edd. et

---

priori *seu* ex more Horatii omisso, tantum in loco secundo addi solet.
cf. I, 6, 19.: *vacui, sive quid urimur.* — v. 17. *Mortis gradum*, in-
epte, certeque sententiae, quam h. l. poeta pronunciat, minus accom-
modate hanc elocutionem explicare videntur ii, qui de *mortis genere*
cogitant, pariter atque qui tres gradus mortis statuunt, fatum, ca-
sum, genituram. Alia ratio est, qua Mors, δαίμων, vel omnino per-
sona, quae ad nos accedit, intelligitur, secundum quam interpretatio-
nem, quae recte quidem statui potest, sensus esset hic: ille plane
non expavit Mortem ad se accedentem. Sed restat alia ratio, quam
ego cum Mitscherlichio reliquis praeferendam esse censeo, et ipsa poe-
tis satis frequens, qua nos mortis viam ingredi dicimur. Sic θανάτου
πέλας βαίνειν Eurip. Orest. 1044. ποδῶν ῥιπῇ θανάτῳ πελάσαι Id. Iphig.
T. 885. inprimis periculis nos obiicientes. cf. Propert. III, 5, 2. *Per*
te immaturum mortis adimus iter, sc. navigatione reperta. Phaedr. III,
6, 9.: *professae mortis audacem viam.* Atque hanc rationem secutus
videtur Horatius, *gradum Mortis* docte ponens pro, gradum ad Mor-
tem, ita ut sensus sit: sane ille non timuit gradum, audacter gradum
tetendit, viam ingressus est, unde certissima ipsi Mors impenderet,
adeoque periculosissimam. Haec ipsa pericula vivide oculis subiicit
poeta in seqq. — v. 18. *siccis*, quod nisi cum Viro docto in *Novis*
Comment. Lips. 1803. explicueris pro *rigidis* (ξηροῖς ἀκλαύστοις ὄμμασι
ap. Aeschyl. Sept. c. Theb. v. 698.) sensum praebet durum, quae ex-
plicatio vero Doeringo dubia et incerta manere videtur, Bentleius in-
geniose mutavit in *rectis*, quam emendationem quin in textum reci-
perem, nullus dubitavi, quamvis Mitscherlichius, qui plerumque recte
Horatium interpretatus est, ne verbum quidem de hac re in commen-
tario suo protulerit. — v. 19. *mare turgidum*, sc. fluctibus, θάλασσαν οἰδά-
νουσαν. — v. 20. *Acroceraunia*, ἄκρα Κεραύνια, montes in Epiro, inter Ha-
driaticum et Ionicum mare siti (Strabo VII, 488.), qui adeo Graeciam
ab Italia petentibus in conspectum veniebant. *Infames* dicuntur pro-
pter naufragia. — v. 21. *dissociabili*, vulgata lectio, quam et active
et passive explicare conati sunt interpretes. Bentleii emendatio haec
est: *dissociabiles*, h. dissociatas, quod in vulgari lectione ταυτολογία
sit, sed incidit in Scyllam, qui vult vitare Charybdin. Scilicet in *abs-*
cidit dissociatas nulla est! Mitscherlichius breviter sic: copia poetica
adiectum puta hoc epitheton, quod erat comprobandum; quum vero
nullum argumentum rei additum sit, ista interpretatio nullius mo-

  Prudens Oceano dissociabili
Terras, si tamen impiae
  Non tangenda rates transiliunt vada.
Audax omnia perpeti
  Gens humana ruit per vetitum nefas.
Audax Iapeti genus
  Ignem fraude mala gentibus intulit.
Post ignem aetheria domu
  Subductum Macies et nova Febrium
Terris incubuit cohors:
  Semotique prius tarda Necessitas

ipse Serv. ad Virg. Aen. III, 506. Vid. Iani., qui *alta Ceraunia* recepit, dicens: neminem graecum poetam unquam ἀκροκεραύνια, neminem latinum *acroceraunia* illos montes appellasse, sed exquisitius vel *Ceraunia* vel *alta Ceraunia*. Mature interpolatus videtur locus et *Acroceraunia* (librariis notius e geographia nomen) vel e glossa irrepsisse, vel negligentiae deberi; unde forte intelligitur, cur in plurr. codd. divise scribatur, *acro ceraunia*. Sed quis ferat coniecturam nullius argumenti atque nullius librorum auctoritatis? — 22. *dissociabiles Terras* emend. Bentl. h. *dissociatas*. — *dissociabile* coni. Cun. i. e. dissociabiliter. — 26. *mens* unus Torr. *per vetitum et nefas*, du Hamel ex ant. libr. et Sanad.

30. *subvectum* unus Fabr. *sublectum* coni. Cun.

---

menti esse videtur. Doeringus affert haec: quum *dissociabile* dicatur, quod sociari nequit, insociabile, malim explicare, haud sociando, sc. cum terris, quae ratio prae ceteris nobis perplacet. — *Rates impiae*, quae dei consilium pervertunt, et *vada*, maria *non tangenda*, quae ille tangi, h. navibus iniri, transiri vetuit. — *transiliunt*, cum vi dictum, pro, traiiciunt, transeunt mare. Inest enim notio summae temeritatis atque audaciae, quae vel ipsis naturae illudat legibus.

v. 25. *Audax perpeti*, graeca structura, pro, ad omnia *perpetienda*, h. suscipienda, quatenus ei, qui rem periculosam aggreditur, gravissima quaeque perferenda sunt. Eodem significatu Graecis adhibetur τλῆναι, veluti Eur. Iph. Taur. v. 862. — *ruit per nefas*, nefanda aggreditur, scelesta perpetrat, sed illud gravius propter adiunctam temeritatis notionem. — *genus Iapeti*, γένος Ἰαπέτου, filius Iapeti, Prometheus, *audax*, πάντολμος, λεωργός, κακοῦργος Aeschyli de eodem. — *fraude mala*, τέχνῃ κακῇ, dolo pernicioso, fraudulenter, furto surreptum. Docte hoc poeta Promethei in furando igne vafritiem tangit. *M.*

v. 29. *Post ignem subductum*, furto, clam subreptum *domo aetherea*, e caelo. Iam sequi debebat: morbis varii generis Romanum genus affectum est. Sed istis poeta personam induit, illosque hostili animo terram occupare fingit, egregia pictura. Pro morbis vero, quod generalius erat, posuit specialiora, *Maciem*, tabem, omnibus fere morbis communem, et *Febrium cohortem*, summum morborum numerum, tanquam magnum exercitum, qui terras occupare solet.

v. 31. *terris incubuit*, ἐνέσκηψε, ἐνέπεσε, terris insedit, oppressit eas. *M.* in terras irruit, ingruit, *D.* Morbi impetum in corpus humanum facere solent, per quam imaginem poeta comparationem manus cuiusdam hostilis cum morbis hostiliter homines vexantibus innuere mihi videtur. — v. 32. *Necessitas Leti*, μοῖρα, πότμος θανάτου, fatum, necessitas, quae leto nos subiicit, Ἀΐδου μέλαινα νυκτερός τ' ἀνάγκα. *Letum prius* quam ignis adminiculo artes inventae, novaque malorum instrumenta parata essent, *semotum* erat, remotum, longo intervallo aberat, adeoque e longinquo adventabat. — *tarda*, tardo

Leti corripuit gradum.
  Expertus vacuum Daedalus aëra
Pennis non homini datis.
  Perrupit Acheronta Herculeus labor.
Nil mortalibus arduum est:
  Caelum ipsum petimus stultitia, neque
Per nostrum patimur scelus
  Iracunda Iovem ponere fulmina.

CARMEN IV.

AD L. SEXTIVM.

ARGUM. *Vere redeunte, cuius praeclaram dedit descriptionem in carminis parte priore, Sextium amicum in altera adhortatur, ut vitae gentis humanae brevitatis memor, voluptatibus perfruatur, quas tempus vernum praebeat. Eadem sententia apud Horatium saepius redit. De L. Sextii persona conferatur Index.*

Solvitur acris hiems grata vice veris et Favonî;
  Trahuntque siccas machinae carinas:

v. 36. *perrupitque* ante Lambin. legebatur, et probat Glarean., sed optimi libri *perrupit.* v. Lamb. cf. II, 13, 16. — 37. *ardui* 4 Bland. ap. Cruqu. duo Torr. quidam Lamb. Pulm. 1, 4. Mentel. Fran. duo Lipss. liber Barth. Bentl. 1, 2, 6. a m. p. Sax. Brod. edd. quaedam cett. sed coniungendum *arduum* cum *est*, non cum *nil*, quod esset: *nullum habent arduum negotium.* Recte igitur in ceteris codd. et edd. legitur: *arduum.*

---

gressu ad homines accedens. — *corripuit gradum*, gressum acceleravit, citatiore gradu advenit. „Rapere gressum, viam, iter, campum, item corripere se, de festino gressu, satis obviae apud poetas loquendi formae.“ *M.* De Daedali fabula cf. Virg. Aen. VI, 14. Ovid. A. A. II, 21. et Met. VIII, 183. Sil. XII, 89. Hor. Carm. Lib. IV, 2. *expertus aëra*, in aërem evolavit, sed alterum doctius, quia primus hoc periculum fecit. — *vacuum*, vastum, desertum, *ἔρημον αἰθέρα*, perpetuo aëris epitheto, unde *inane* pro aëre post Lucretium plures habent. — *pennis*, alis, *non homini datis*, alienis; qua in re ipsa temeritatis est ratio. — *Herculeus labor*, Herculis robur, vis *perrupit Acheronta*, pro, Hercules vi sua, fortissimo conatu viam sibi fecit, penetravit *Acheronta*, loca infera. *Perrumpere* graviter de aditu, qui vi adhibita paratur. — v. 37. *Nil* tam *arduum est*, supra humanam conditionem positum, quo non homines adspirent, quo non eniti cupiant, divinam sortem concupiscimus, uti e seqq. patet. — v. 38. *Caelum ipsum* cett. viam ad caelum molimur *stultitia*, stulti, temeraria nostra audacia. — v. 39. *neque patimur* cett. propter impietatem nostram, ut Iupiter aliquando *ponat*, deponat *fulmina. Irata* dicuntur *fulmina*, quatenus Iupiter iratus, dum ea iaculatur. Claud. de R. Pros. III, 60.: *iratam aegida* similiter dixit. *M.*

---

v. 2. *Trahunt*, promovent, devolvunt *machinae*, h. l. *φάλαγγες*, cylindri subiecti; nam machina proprie de instrumento dicitur, quo aliquid loco suo movetur. — *carinas*, naves, *siccas*, quae per hiemem in sicco steterant, in litus subductae, et trabibus constratis s. pulvino impositae. Graecis *ἐρύειν*, *ἕλκειν*, *καθέλκειν*, uti Latinis *subducere*, *trahere* verba sollennia de hac re. Vid. Apollon. Rhod. I, 371. et Orph. Argon. 237. Polluc. Onom. VII, 190. Gronov. ad Plaut. Cas.

Ac neque iam stabulis gaudet pecus, aut arator igni;
  Nec prata canis albicant pruinis.
Iam Cytherea choros ducit Venus, imminente Luna:
  Iunctaeque Nymphis Gratiae decentes
Alterno terram quatiunt pede, dum graves Cyclopum

v. 2. Frustra nonnulli, quibus *trahuntque* displicet, legendum putarunt: *ducuntque*, i. e. deducunt; *torquentque* (?!), *traduntque*, forte operarum errore. Nihil h. l. mutandum est. — 5. *Nam*, unus Bersm. *ducit levis*, i. e. saltans, coni. Cuning., qui *Venus* e glossa irrepsisse putat. Inepte. 17. *terras* Alt. 1, quod sane magis poeticum, ut Ianius putat.

III, 2, 27. et Morum ad Caes. B. C. II, 10. — v. 3. Prosaicum erat: neque iam aut stabulis gaudet pecus, aut arator igni. Prius *aut* omissum, more Horatiano. v. I, 3, 16. I, 6, 19. — v. 4. *canis*, epithet. ornans ad album roris, qui frigidis noctibus iniicitur, colorem designandum. *D.* — v. 5. Quum antea hominum studia, vere redeunte excitata atque instaurata, memorasset, iam ipsam veris amoenitatem, eiusque delicias suavissima imagine per Veneris choreas, cum Gratiis ac Nymphis ad lunam agitatas, declarat. *M.* Vere inprimis terras invisere credebatur Venus, de qua re Lucret. V, 736.: *It Ver et Venus et Veneris praenuncius ante pinnatus graditur Zephyrus vestigia propter.* — *Venus Cytherea*, *Ἀφροδίτη Κυθήρεια*, *choros ducit*, *ἡγεῖται*, *ἐξάρχει χορούς*, tanquam *χορηγός.* ab insula Cythera in sinu Laconico, Veneris cultu inprimis celebrata. — *Gratiae*, assiduae Veneris comites et ministrae, dicuntur *decentes*, quia ad omne quod pulchrum ac decorum est, se componunt. *Decor* proprie dicitur de incessu, ad elegantiam composito, concinnoque membrorum motu, in saltatione inprimis conspicuo. — *iunctae N.* manibus invicem nexis, *ἀλλήλων ἐπὶ καρπῷ χεῖρας ἔχουσαι.* Hom. H. in Apoll. v. 194. — *quatiunt*, pulsant, feriunt *terram*, *pede alterno*, alternatim, e rhytmi lege, nunc molliter nunc gravius impresso. Callim. H. in Del. 306. *αἱ δὲ ποδὶ πλήσσουσι χορήτιδες ἀσφαλὲς οὖδας.* — v. 7. Quod *Vulcani* mentio huc in veris descriptione fit, ideo factum esse videtur, quoniam ille Veneris maritus ab veteribus ducebatur. Veneris enim choros cogitanti poetae facile succurrere poterat Vulcani in officina laborantis idea. Cuiusmodi idearum nexus in Horatio saepius deprehendas. Sic I, 12. init. Accedit et alia ratio, magnam veritatis prae se ferens speciem, Horatium nempe in adornando toto hoc loco respexisse aliquem poetam Siculum, qui Veneris choreas sub radicibus Aetnae collocasset. Locus ipse praeclarus, cuius sententia haud temere a poeta conficta, veris descriptioni, ut imago secundaria ex re ipsa subnata, non modo non detrimento, sed potius ornamento est. Quod si statueris, ceteris opinionibus Mehercle sine fraude rei ipsius carere poteris. — *Vulcanus ardens*, flammis relucens, ab igne rubens. cf. supr. I, 2, 2. Iovis *dextra rubens*, sc. fulmine. — *urit officinas*, facit, ut totae flammis colluceant. Proprie officina lucet igne; iam ea, quae igne collustrantur, poetis uri dicuntur. — *officinas Cyclopum*, *Ἡφαίστοιο καμίνους*, *graves*, epitheto, a duris ferri subigendi laboribus ad officinam translato. *M.* Vossius ad Virg. Georg. I, 311. quaerenti, cur sub veris potissimum initio Vulcanus operi suo insudasse dicatur, ingeniose respondet: quod ille vere inprimis, quo crebrae in Italia tempestates cum tonitru concipi in aëre soleant, fulminibus procudendis et suppeditandis operam dare debuerit. Ceterum apparet, non de officina, quam secundum Hom. Il. XVIII, 369. in Olympo habet Vulcanus, cogitandum esse, sed de iis, quas et in Aetnae montibus et circa eos Vulcanum habuisse ferunt; qua in regione Venere choreas decenter ducente, ipse cum Cyclopis operi suo intentus apparet.

Vulcanus ardens urit officinas.
Nunc decet aut viridi nitidum caput impedire myrto,
Aut flore, terrae quem ferunt solutae.
Nunc et in umbrosis Fauno decet immolare lucis,
Seu poscat agna, sive malit haedo.
Pallida Mors aequo pulsat pede pauperum tabernas,
Regumque turres. O beate Sexti,
Vitae summa brevis spem nos vetat inchoare longam.
Iam te premet nox, fabulaeque Manes,

v. 8. *visit off.* nonnulli ap. Lamb. et Rutgers. Bentl. 2, 18, 19, 23. qui et sic dedit. *Vrit* propter codicum auctoritatem retinendum. Bentl. *ussit* [ap. Mar. Plot. grammat.] mutat in *visit;* sed est potius pro *usit*, et hoc autique pro *urit.* — 11. *Faunum* cod. vetust. Barth. Adv. XXXV. 2.
12. *Seu p. agnam, s. m. haedum* Iann. et 2 Vat. ap. Lamb. Mentel. et sic Rutgers. Faber. cett. *seu p. agnam, s. m. haedos* Carr. ap. Cruqu. Bentl. 3, 7. unus Bersm. Brod. Alt. 2. Dess. 2. Locher. Flor. 1482. etc. Sed *agna — haedo* 2 Bland. ap. Cruqu. omnes Torr. Pulm. 1, 2, 3, 4. Fran. Lipss. duo, Venet. Cod. Guelf. Cod. Goth. Vide Ianium ad h. l. et nos in Specimine I. — 13. *pede pulsat*, Bersm. un. Dess. 2.
14. *Sexti*, recte. *Sesti*, vulgo. — 16. *Iam te pr. mors* Pulm. duo ex interpr. *fabulaeque inanes* emend. Bonfin. qui iurare vult Horatium sic scripsisse (!). Sed timor est, ne periuret.

---

v. 9. Nunc decet corona myrtea cingere caput aut floribus, quos producunt terrae solutae frigore, laxatae verno tepore. Quae frigore erat constricta terra, dicitur tum aperiri. Notio igitur, quae verbo mensis *Aprilis* convenit, recte ex *aperiundo*, sc. terram, intelligitur. — *Nunc decet*, per anni tempus, ipso vere admonente. — *nitidum caput*, comam, unguentis delibutam, λιπαρὰν ἔθειραν. — *impedire*, exquisite pro vincire, coronare. *Myrtus* erat Veneri sacra. — *solutae*, sc. frigore, solis mitioris calore emollitae ac resolutae, frugiferaeque redditae. *Fauno*, huic deo agresti, tanquam agrorum et gregum custodi, bis quotannis, nempe Id. Febr. (Ovid. Fast. II, 193.) et Non. Dec. (huc pertinet carmen infr. lib. III, 18.) sacra (*Faunalia* vulgo dicuntur) instaurari et cum summa omnium laetitia celebrari solebant; *D.* — *umbrosis*, quibuscum vere frondes redierunt. *Pallida*, communi rebus inferis epitheto, *Mors* tanquam *Δαίμων pulsat pede*, adit, intrat, pedem infert, adiuncta ferociae notione. — *aequo pede — regumque turres*, pro vulgari: intrat *aeque* tabernas pauperum *ac* regum turres, nullo habito personae, ut ita dicam, discrimine. Sic II, 18, 32. *aequa tellus pauperi recluditur, regumque pueris*, h. *aeque* pauperi *ac* reg. pueris. *Tabernae*, h. l. tuguria, casae humiles pauperum, quibus opponuntur *turres*, aedificia altiora ac magnificentiora. — *regum*, divitum ac nobilium, ut saepius. Eandem sententiam: *nos omnes*, divites aeque ac pauperes, *manet una nox*, h. omnes homines mori debent, vide II, 3, 25. 14, 11. et 18, 32. et III, 1, 14. sqq. Sat. II, 6, 95.
v. 14. Fruere adeo, o Sexti, vitae deliciis, iisque bonis, quae fortuna tibi largita est, neque crastino fide. *Summa brevis*, brevitas vitae, paucorum dierum numerus. — *vetat inchoare*, instituere, concipere, alere *spem longam*, in longinquum porrectam, i. e. spem vitae longae, rerumque adhuc moliendarum atque perficiendarum. — *Inchoare* egregie hic depingit humanae naturae indolem ac levitatem, quae novas quotidie spes vitae sumit, multaque, quae aliquando ad exitum perducat, sibi proponit. *M.* — v. 16. *nox*, caligo enim rebus inferis propria; *premet* exquisite de nocte s. caligine, quae *incubat*, (Virg. Aen. I, 89.) *urget*, (Hor. I, 22, 10.) adeoque *premit*. — Manes dicuntur *fabulae*, tot fabulis famosi, de quibus, omninoque de rebus inferis tam miras narrationes, μύθους, priscorum hominum confinxit opinio et poetarum inprimis exornavere ingenia, τὰ μυθώδη, ut Lucian. in Necyom. §. 14. de rebus inferis ait. *M.* — v. 17. *Et domus Plutonia*, regnum Plutonis, δῶμ' Ἀΐδαο, ut saepe de locis inferis poetae. — *exilis*, in qua umbrae exiles, tenues et leves (sic. infr. Carm. I, 10, 18. *levis turba*) versantur, νεκύων ἀμενηνὰ κάρηνα Hom. Od. κ', 251. Bentleius *domum exilem* interpretatur inopem, egenam, quo sensu quidem prostat Ep. I, 6, 45. — v. 18. Non *sortiere*, sorte tibi contingent, nimirum talorum in commissationibus iactu, *regna* s. magisterium, arbitrium, *vini*, compotationis, h. e. non moderaberis ibi tanquam rex s. magister, συμποσίαρχος, συμποσιάρχης, bibendi convivia, *M.* Talorum nempe iactu creari solebant, qui praeessent conviviis, legesque convivis scriberent. *D.* Vocabantur ii *reges convivii*, βασιλεῖς τοῦ συμποσίου, (hinc *regna vini*) *modimperatores*, *domini*, *strategi*, *dictatores*, *arbitri bibendi*, nos: *Zechmeister.* — v. 19. *non mirabere*, amabis, habebis ibi *Lycidan tenerum*, ἁπαλόν, pulchrum, delicias nunc tuas. *Mirari*, ut θαυμάζειν, de amore, ex admirabilis formae adspectu orto. Sic Epod. III, 10. cf. IV, 9, 15. — *quo calet iuv.* qui nunc, puer, iuvenum animos amore incendit, et mox, adultior factus, puellas non leviter commovebit. Quo magis insignis Lycidae formositas excellat, addita esse puto haec: *calere*, *tepere*, Graecis, ἐνθάλπεσθαι ἔρωτι, καίεσθαι ὑπ' ἔρωτος. Mitscherlichius praeter Sapph. c. XI, (secund. Anal. Br. T. I, 57.) comparat Asclepiad. ep. Anth. Graec. T. I, p. 148. (ed. Iacobs.) Strat. ep. 96. Anth. Gr. T. III, p. 90. et elegiam, quae est in Theognid. v. 951. (Gnom. Brunck. p. 39.)

Et domus exilis Plutonia: quo simul mearis,
Nec regna vini sortiere talis,
Nec tenerum Lycidan mirabere, quo calet iuventus
Nunc omnis, et mox virgines tepebunt.

CARMEN V.

AD PYRRHAM.

ARGUM. *Quum Pyrrha, quae Horatii amorem nunc denegare videtur, quod quidem totius carminis color prodit, puerum quendam credulum in suum amorem parum scilicet castum pellexisset, Horatius, hac opportunitate sibi data prudenter utens, Pyrrhae et perfidiam et levitatem vehementer reprehendit atque ei opprobrio vertit. Qua ex vituperatione apparet, Pyrrham etiam Horatium in amore fefellisse, ut meretricum mos est. Primum igitur salse ex ista puella libertina quaerit: quis sit ille miser, quem nunc amore suo eludat ac turpiter fallat? Deinde Pyrrhae amatorem cum nauta quodam satis infelici, qui mari in procellosissimo tempestatem, quam vero effugere nequit, sibi imminere videt, comparat, semet ipsum autem cum eo, qui omne periculum feliciter evaserit.*

v. 17. *exilii* emend. Heins. qui comparat II, 3, 28. ut *domus exilii Plutonia* sit pro *dom. exilii Plutonii.* Frustra. — 18. *non regna* Sanad. *nec r. talis s. vini* Bentl. 6. — 19. *Lycidan* duo Torr. Bentl. Cun. vulgo *Lycidam.*

Quis multa gracilis te puer in rosa
Perfusus liquidis urget odoribus
   Grato, Pyrrha, sub antro?
      Cui flavam religas comam
Simplex munditiis? Heu! quoties fidem

v. 1. *Qui* sine interrogatione quosdam malle ait Chabot. ut v. 1—5. sit subiectum: *puer, qui* cet. et 5—12. praedicatum.
4. *flavas — comas* unus Bersman. Dess. 2. *quotiens* Cod. Lips. I. Goth. Guelf. est antiqua forma.

---

v. 1. Quaerit Hor., quemnam iuvenum Pyrrha nunc in sui amorem pellexerit. *Puer*, iuvenis, qui adeo primum amare occepit, puellarum perfidiam nondum expertus, seque adeo tuo amore felicissimum putans; *gracilis, ῥαδινός, ἁπαλός*, gracili corpore, adeoque delicatus, mollis, pulcher. *M.* — *urget*, premit *te*, arctiore amplexu te constringit, adeoque perdite te amat. Cruqu.: venereum verbum pro: avide amplectitur. — *te — in rosa* — Ianius, aliique plures explicant: recubans tecum in rosis, quibus humus constrata est. Cruqu. in odoribus ad lasciviam provocandam. Fortassis intelligit *ῥοδουνίαν λοπάδα*, i. e. genus odorati edulii et scitamenti in quo rosae intritae in olla ad mensam ferebantur; de quo Athen. *θ'*. Plin. lib. 21, 19. de rosa, inquit, diapasmata fiunt ad sudores coercendos, ita ut a balneis inarescant corporibus, deinde frigida abluantur etc. Quicunque enim odores ex arida materia constant, Graece *διαπάσματα*, ex liquida vero *διαπλάσματα* nominantur. Serm. I, 2, 27. *pastilli, διαπάσματα*, unguenta. Recte vero *in rosa* explicatur: rosis coronatus, iisque redimitus, quae doctior ratio Graecis non infrequens. Eur. Herc. fur. 677. *εἰ ζώην μετ' εὐμουσίας, ἀεὶ δ' ἐν στεφάνοισιν εἴην.* cf. Markl. in ed. Burm. laudato Aristoph. Equit. 1367. *ἐν μύρῳ*, unguento delibutus. Sic *ἵπποι ἐν πτεροῖς*, h. *πτερωτοί*, Pind. Ol. I, 140. Virg. Aen. V, 37. *Acestes in iaculis.* Esset adeo, inquit *M.*, *multa in rosa puer*, *ῥόδοις πυκασθείς*, veluti Anacr. dicitur, et Eurip. Alc. 799. et 835. *στεφάνοις πυκασθείς.* Cic. Tusc. V, 26. *esse in viola aut in rosa.* de Fin. II, 20. *potare in rosa.* cf. infr. Lib. II, 11, 14. — v. 2. *Perfusus*, tinctus, delibutus, comam habens delibutam (cf. Epod. XIII, 9.) *odoribus*, unguentis, *εὐόδμοις.* Sic II, 11, 15. III, 20, 14. Epod. XVII, 23. *odorati capilli.* — *liquidis* ad ornatum pertinet, sed quo generale v. *odores* definiatur ac declaretur. Erat hoc omnino delicatiorum et qui genio suo indulgerent. Hic vero inter artes referendum videtur, quibus Pyrrhae iuvenis placere cuperet. — *Grato sub antro*, ob loci amoenitatem; fuit enim illud antrum haud dubie iucundum umbraculum sub spelunca, hilaritati, potationi, amorisque lusibus opportunum. *D.* Minime vero, ego cum Mitscherlichio contendo, audiendos esse, qui antrum de fornice accipiunt (ut Cruqu.), quod vel epitheton *grato* respuit, et ab toto loco alienum est. Horatium tale quid de lupanariis protulisse, ego vix crediderim. — v. 4. *Cui*, cuius in gratiam, ut ei placeas, *comam religas*, crines tuos decenter componis; nos: *wem zu gefallen?* Comae fingendae et apte concinnandae studium inter artes, quibus puellae placere volebant, saepius memoratur. Tibull. I, 9, 67. et IV, 6, 2. *Tota tibi est hodie, tibi se laetissima comsit. M.* comparat. Paul. Silentiar. ep. XXII. (Annal. Br. III. p. 78.) — v. 5. *simplex munditiis*, non operose, variove cultu ornata, sed ita compta atque ornata, ut sine ullo studio factum videatur. — *mund.*, proprie de ornatu muliebri, qualis est gemmarum, armillarum cett. — *Heu, quoties flebit*, conqueretur, cum dolore sentiet, malo suo experietur *fidem* olim a puella sibi datam, nunc *mutatam* (iterandum enim hoc) viola-

Mutatosque Deos flebit, et aspera
   Nigris aequora ventis
      Emirabitur insolens,
Qui nunc te fruitur credulus aurea;
Qui semper vacuam, semper amabilem
   Sperat, nescius aurae
      Fallacis. Miseri, quibus
Intentata nites! Me tabula sacer

v. 6. *mutantesque* Dess. 2. *ut aspera* coni. Cun. ut exclamatio sit.
8. *emirabitur* multis displicuit ob novitatem. Coniecerunt: *et mirabitur, heu mirabitur, hem mirabitur;* v. Cuning. qui vulgatam defendit, p. 235. — *ut mirabitur* coni. Bentl. *quam mirabitur* s. *ammirabitur* coni. With. Scaliger Poet. VI, 7. putat, melius fuisse *detestabitur* (!!).

---

tam, ruptam, perfidiam. — *flere* pro: conqueri: I, 25, 11. Epod. V, 74. Epist. II, 1, 9. Tibull. I, 9, 79. III, 5, 40. Propert. I, 7, 18. — Amatorem, cuius laeta ab initio in amore spes repente puellae perfidia in tristitiam mutatur, comparat cum nauta, qui in mari, cui vento secundo et prosperrimae navigationis spe confisus se crediderat, subita tempestate deprehenditur. *D.* — *Fid. et deos mutatos*, violato iureiurando per deos dato. Simili forma II, 8, 10. dicitur *fallere cineres matris, sidera, deos.* Epod. XV, 3. *deos laedere.* Catull. 64. 134. *numen divum negligere.* Alia ratione *Dii* dicuntur *mutati*, h. e. propitiis infensi facti. Tertia denique ratio est, ut allegoria tempestatis, qua se subito deprehensum amator sentit, incipiat statim a v. 5. utque *fides* de mari tranquillo dicatur, quod iuvenis semper hoc statu permansurum crediderat, cui adeo nimis confiderat. Mihi vero ratio ea praeferenda videtur, qua deos paulo antea amori propitios, nunc subito plane aversos dicas. — *aequ. aspera ventis*, sc. facta, excitatis vento fluctibus inaequalia effecta, adeoque commota. Sic *inaequales procellae* II, 9, 3. *Nigris*, sensu activo, caelum reddentes nigrum, nubibus obducentes. Pariter infr. 7, 15. *Notus* dicitur *albus*, caelum album s. serenum reddens; et III, 7, 1. *candidi Favonii.* — *emirabitur*, nove dictum pro simplici: mirabitur, quamobrem minime vero coniectura locus tentandus est, ut Vir Doctiss. Bentleius eum frustra tentavit. — *insolens*, active, qui inconstantem Pyrrhae animum nondum expertus fuerat, stupens ob rerum insolentiam. — *aurea*, tanquam ea, quae optimis moribus sit praedita, quae adeo amatoris votis faveat, et in amore habeatur fidelissima, quae tamen non sit. *M.* Ironice, puto, eam ita dictam esse; inprimis propterea, quod *credulus*, huic verbo haud dubie salse adiectum, hoc innuere mihi videtur. Ceterum *aureos mores* similiter poeta dixit IV, 2, 23. *auream anum* Tibull. I, 6, 58. ubi vid. Heyn. — *vacuam*, sibi soli, haud vero alii, in amore vacantem. — *semper* amabilem, quae semper ab isto te amari patiaris, vel, quae digna sis (scilicet propter castitatem) quae semper ab eo ameris. — v. 11. *Nescius*, nondum usu cognitum habens, quam *fallax, mutabilis* sit *aura*, quam facile ventus, qui nunc ei secundus est, mutetur, et ex adverso spiret, h. e. quam parum constans sis in amore. — v. 12. *quibus intentata nites*, pro vulgari, intentata es, qui pulchritudine tua allecti (qua tu places) nondum usu cognoverunt, quam mutabili sis animo. *M.* Pariter *tentari*, ut Graecis *πειρᾶσθαι*, verecunda elocutione dicitur puella, vid. Ruhnk. Cel. ad Tim. p. 210. item mare, quod primum navibus pervium fit. Virg. Ecl. V, 32. Val. Flacc. I, 197. — v. 13. Sententiarum nexus fere hic est: miseri illi, qui te non norunt, suavitate tamen atque pulchritudine tua illecti amorem tuum unice expetunt: ego quidem, qualis tu sis, expertus

Votiva paries indicat uvida
Suspendisse potenti
Vestimenta maris Deo.

CARMEN VI.

AD AGRIPPAM.

ARGUM. *M. Vipsanius Agrippa, insignium victoriarum gloria conspicuus, ab Horatio carmen, in laudes eius compositum, exspectare poterat, quae exspectatio eum haud decepit. Quamvis Horatius tanti viri victoriis praeclaris rite canendis omnino imparem se esse dicat, tamen quae se praestare posse dissimulat, vir modestissimus, qui artem, qua excellit, tacere solet, insigniter, maxima sui cum laude praestitit. Agrippam enim cum ipso Marte et clarissimis antiquitatis heroibus comparatum, in hoc carmine summis effert laudibus. De qua elegantissima inversione, qua Hor. aliquid se praestare posse denegat ac dissimulat, conf. infr. Lib. II, 12. IV, 15. Ceterum de Agrippa, cui Augustus filiam suam Iuliam in matrimonium dedit, vid. Index.*

Scriberis Vario fortis et hostium
Victor, Maeonii carminis aliti,

v. 14. *humida* quidam codd. Lamb. Fabr. Cruqu. Locher. Venet. 1492. et sic vulgo legebatur ante Lambinum. Ortum est e glossa vel e scriptura antiqua *huvida*.

v. 1. *Diceris*, quidam, testibus Marcil. et Chabot. quod et de ἔπει vel epico carmine solenne. Sed non minus usitatum *scribere* et *scriptor* de illo genere, ut infr. v. 14. et Epist. I, 2, 1. — 2. *alite* omnes qui noti sunt libri mss. et edd. quod Acron explicat: omine, auspicio Homerico, i. e. ut Torrent. exponit, eventu pari, successu aeque felici; quemadmodum *alite* sit IV, 6, 23. Epod. XVI, 23. Sic et Steph. Porphyr. contra *alitem* pro volatu accipit et explicat: Homerici carminis sublimitate et ma-

---

sum, tuosque laqueos, rebus utcunque salvis, effugi. Pro vulgari utitur allegoria, cuius ob gratiam hic valde appositam imaginem exornavit poeta, ritum tangendo, quo e naufragio servati vota, diis in ipso naufragii periculo facta, persolverent, tabulamque, quae huius rei memoriam servaret, cum vestibus, quibuscum enatassent, templo dei σωτῆρος tanquam ἀνάθημα affigerent, (vid. Virg. Aen. XII, 766 sqq. Iuven. XII, 17. et ibi Schol.) aut, si nudi evasissent, comam detonsam diis consecrarent. Lucian. in Merc. Cond. init. T. I, p. 652. ed. Reiz. ibique Bos. In huiusmodi tabulis scripta vel picta fuit res, quae acciderat cett. *M.* — ***Me tabula sacer*** cett. me, ex naufragio servatum, madida vestimenta Neptuno (***potenti maris Deo***) (cf. supr. I, 3, 1.) suspendisse, id testatur sacer in eius templo paries per votivam tabulam. *D.* — ***Deo maris potenti***, *μεδέοντι θαλάσσης*, Neptuno.

---

v. 1. *Scrib. Var.* non a me, sed ab Vario carmine celebraberis; *Vario* est casus tertius. *D.* De Vario cf. Serm. I, 10, 14. Epist. ad Pis. 55. Virg. Eclog. IX, 35. Quintil. X, 1, 98. et vid. Index.

v. 2. *Carmen Maeonium*, Homericum, nam Homerum Maeonium a Smyrna patria, Maeoniae urbe haberi pervulgatum est. — *aliti*, h. e. canenti et in altum evolanti, ut cecinit et in altum evolavit Homerus, h. e. poetae epico, qualis fuit Homerus. — ***ales*** pro cycno, ut ***albus ales*** infr. II, 20, 10. *Cycnus* autem pro poeta solennis est, ut

Quam rem cumque ferox navibus aut equis
Miles, te duce, gesserit.
Nos Agrippa, neque haec dicere, nec gravem
Pelidae stomachum cedere nescii,
Nec cursus duplicis per mare Ulixei,
Nec saevam Pelopis domum,

iestate. Bene habet, *alite secundo, felici*, sed ***alite carminis*** plane insolens iunctura esset, quae temeritatis et obscuritatis crimen vix effugeret. *Aliti* emend. Io. Passer. suffragantibus Lamb. Steph. Sanad. et Gesn. ut ad Varium referatur; quae lectio tum expeditiorem, tum nobiliorem sensum praebet. Nihil facilius fuit, quam *aliti* a librariis mutari in vulgatius *alite*. — *alteri* coni. Markland. ep. crit. ad Fr. Hare, p. 107. ut sit: *qui alter est carminis Homerici*, h. e. alter ab Homero, δεύτερος Ὁμήρου, audacius sane, sed omnium audacissime emend. Iones. *aemulo*. Post *victor* punctum ponit Schmid, ut sequentia usque ad v. 9. iungantur: *nos tenues neque conamur alite M.* — 5. *dicere, quam rem — gesserit, neque haec*, inquam, conamur dicere, *nec gravem — domum*, quae sunt *grandia*. Similiter iam Landinus qui punctum ponit post *alite*.

v. 3. *Qua rem cumque* emend. Muret. var. lect. IX, 7. quod recep. Bentl. Cun. i. e. ubicunque rem gesserit s. pugnaverit. *Qua res cunque* vult Chabot. *Vt rem cunque* vel *quum rem cunque*, i. e. quotiescunque, coni. idem Bentl. laudans, IV, 2, 34. *quum rem cunque*, edid. San. laudans Lucr. II, 113, 5. *neque hoc* Alt. 1, Ascens. 1519.

7. *duplices* omnes Cruqu. duo Bersm. Altt. Dess. Lipss. Brod. Sax. Gott. Flor. Venet. 1492. Locher. Ascens. Priscian. ap. Bentl. *duplicis* omnes Torr. tres Lamb. Mentel. Fran. Venet. 1590. Heins. Fab. Fabr. Rutg. Cun. San. Ex codd. quidem vix constitui poterit lectio, quia in priscis libris etiam accusativus est *duplicis*, nec nisi in recentioribus *duplices*. *Duplices cursus* explicant itum et reditum, δίαυλον. alii: cursus

---

infr. IV, 2, 25. II, 20, 16. — v. 3. *quam rem cunque*, quod attinet rem omnem, quam Romanus miles te duce gesserit. Declaratur ita plenum ac perpetuum carmen epicum. — Bentleii emendatione certe non opus est, qua ille vir Doctiss. *Qua* legendum esse censet, nam tunc Hor. ***navibus aut equis*** melius omisisset, quam addidisset, quibus scilicet additis, colorem, ut ita dicam, poeticum vehementer infringi, quis est, qui neget? Apparet igitur studium arti emendandi nimis proclive vel summum ingenium haud raro ad nugas adducere. — *dicere* solenne de carmine epico, Propert. I, 7, 1. — v. 5. ***stomachum***, *θυμόν*, iram, Pelidae, Achillis, Pelei filii, ob ereptam sibi ab Agamemnone Briscidem. — ***gravem***, exitiosam, perniciosam (v. ad I, 2, 5.) Graecis, magna clade a Troianis, dum ille ab pugna abstineret, affectis. — ***cedere nescii***, qui non cedit precibus, inexorabilis, ferocis, pervicacis. Quamvis vero negari nequit, hac ratione etiam Achillis virtutem bellicam intelligi posse, tamen illa praestat ea, qua sit, fortis etc. Hom. Il. α΄. *Μῆνιν ἄειδε, θεά, Πηληϊάδεω Ἀχιλῆος, οὐλομένην, ἣ μυρί᾽ Ἀχαιοῖς ἄλγε᾽ ἔθηκεν*, et quae sequuntur.

v. 6. 7. ***Cursus per mare***, navigationem, errores Ulyssis; ***duplicis***, versuti, callidi. Uti enim ***simplex***, *ἁπλοῦς*, dicitur is, qui, quae animo agitat, eloquitur, homo certus, veritatis amans, ita ***duplex, varius***, *διπλοῦς, πολλαπλοῦς, ποικίλος*, qui fraudulenter agit, qui aliud ore, aliud pectore promptum habet, ut Sallustii verbis utar, homo callidus, fallax. *M.* *δίπτυχον γλῶσσαν* pariter Ulyssi tribuit Eurip. Troad. 285. *ὃς πάντα τἀκεῖσ᾽ ἐν θάδ᾽ ἀντίπαλ᾽, αὖθις ἐκεῖσε, διπτύχῳ γλώσσᾳ, ἄφιλα τὰ πρότερα φίλα τιθέμενος πάντων*. qui locus mire τὸ διπλοῦν τοῦ νοῦ illustrat. — v. 8. ***Domum Pelopis***, familiam a Pelope

Conamur, tenues grandia: dum pudor
Imbellisque lyrae Musa potens vetat
Laudes egregii Caesaris et tuas
Culpa deterere ingenî.
Quis Martem tunica tectum adamantina
Digne scripserit? aut pulvere Troio
Nigrum Merionen? aut ope Palladis
Tydiden superis parem?

iteratos, h. e. errores, ut Bos anim. in Hor. p. 29. alii de navigatione per duo maria. Sed nihilominus praestat lectio *duplicis*. Sane Graecis *διπλοῦς ἀνήρ* est, qui aliud loquitur, aliud sentit. Latinis dicitur *Vl. fallax*, *pellax*, *furtis aptus*, Graecis *πολύμητις*, *πολύτροπος*. *reducis* coni. Bentl. nimis audacter, ut solet. De Bentleii audacia prae ceteris cf. Ep. ad Pis. v. 120. *Vlixei* sic libb. vett. ex antiqua Dorum ratione. vulgo *Vlyssei*. — 10. *vetant* quidam Fabr. et sic Cun. quod vero non Horatii esse videtur. — 14. *Troïo* ed. Ianius auctoritate N. Heins. ap. Bentl. item ad Ovid. Her. I, 28. Vulgo *Troico*. sic Cod. Lips. I. et Cod. Goth. et Guelferb. — 15. Per errorem calami factum esse videtur, quod habent Codd. *Merionem*, *Nerionem*, *Memnonem*, *Myrionem*. Est *Μηριόνης*. Hom. Il. β', 651. *Μηριόνης τ', ἀτάλαντος Ἐνυαλίῳ ἀνδρειφόντῃ*. Il. ν', 295. *Μηριόνης δὲ, θοῷ ἀτάλαντος Ἄρηϊ* cett. De Tydide, Diomede, Tydei filio, summo Graecorum heroe, vid. Virg. Aen. II, 197. Il. ε', 335. 855. *δαίμονι ἶσος* etc. — 16. Est *Τυδείδης*. Similiter quoque alibi librarii in vera scriptura nominum propriorum aberrant, ut supr. I, 1, 1.

---

oriundam, *saevam*, saevis ac cruentis facinoribus insignem, domesticis caedibus infamem. Referenda adeo huc caedes Oenomai, a genero Pelope patrata, Thyestae liberi ab Atreo fratre occisi, et patri epulandum dati; Agamemnon ab uxore Clytemnestra, eademque cum Aegistho ab Oreste, filio, occisa: Orestes ipse Furiis agitatus. Quae omnia satis largam et Tragicis et epicis poetis carminis praebuere materiam. *M.* — v. 9. *Conamur*, de gravi argumento; ut *tentare Achillem* de Achilleide sua Stat. Silv. IV, 4, 49. *Nos tenues*, tam tenui ac parvo ingenio, qui adeo argumento levi, tenui solummodo vacare possumus, *grandia* illa, gravia illa epici generis argumenta enarrare vix conamur. *Pudor* qui e sensu tenuis ingenii, rerumque tractandarum magnitudine oritur. — *Musa potens lyrae*, quae tractat lyram *imbellem*, lusibus tantum ac levioribus argumentis, non item bellicis atque adeo epicis accommodatam. — *vetat*, prohibet me, v. I, 1, 34. *Laudes Caesaris*, *τὰ κλέα*, res ab eo praeclare gestas. *M.* — *deterrere*, imminuere, obscurare, non ea, quam res postulant, dignitate describere; *culpa*, tenuitate ingenii, quod explicandum per ea, quae modo diximus. cf. Od. III, 3, 72. *tenuare*.

v. 13—16. *tectum*, indutum, armatum, *tunica adamantina*, ferrea, iuxta Homerica: *Ἀχαιοὶ χαλκοχίτωνες*, *Ἄρης χαλκεοθώρηξ*, *χάλκεος*. — *Merionen*, (non Merionem, ut in Doeringi editione quarta falso legitur, quod si correxisset corrector, correctum in lucem prodiisset,) nobilem illum aurigam, atque *ἑταῖρον*, s. *ὀπάονα* Idomenei, *ἀτάλαντον Ἄρηϊ* dictum Hom. Il. β', 651. ν', 295. — *nigrum*, cum vi pro, tectum, adspersum *pulvere Troio*, tumultu bellantium in campis Troiae excitato; graphice prorsus de viro bellicoso, qui media in pugna versatur; cf. II, 1, 21. Valer. Fl. I, 13. — *Tydiden*, Diomedem, Tydei filium, heroum fortissimum, *parem* adeo *Superis*, qui stetit adversus eos, cum iis congressus est. cf. Hom. Il. ε', 335. ibd. 855.

Nos convivia, nos proelia virginum
Strictis in iuvenes unguibus acrium
Cantamus, vacui, sive quid urimur,
Non praeter solitum leves.

v. 17. *Nos convicia* coni. Val. Acidal. ad Vell. Pat. II, 109. *non praelia* vet. schol. ad Iuven. VI, 366. — 18. *sectos* emend. Gron. ep. ad Salmas. T. II, n. 321. qua emendatione non opus erat. — *strictis* emend. Bentl. ut sit: *strictis in iuvenes*, h. e. armatis, laudans Ovid. I, 6, 14. Stat. Theb. III, 536. *sectis* Cod. Lips. I. Cod. Goth. *saevis* coni. With. laudans Phaedr. I, 31, 12. — 19. *sive quod*, h. quia, quidam Lamb. Ald. Fabr. Basil. 1531. Baxt. — 20. *Nos* coni. Marcil. satis inepte.

---

v. 17. Ego non nisi levibus argumentis, lusibus lyricis aptus sum. Ex his commemorat *convivia* et *praelia virginum*, cum dilectu; quae adeo opponantur heroicis, quae in Iliade occurrunt, praeliis. *Nos*, quod mox cum vi repetitum, initio versus, ad oppositionem praecedentium, poni, solenne. Propert. I, 7, 1. — *praelia virginum* ac iuvenum, rixas amantium. Tibull. I, 3, 63. — *acrium*, iram suam prodentium, pugnantium, involantium in *iuvenes unguibus*, quibus pro armis utuntur, solenni idea. *M.* — v. 18. Bentl. corr. *strictis*, Gronov. *sectos*, Wadius *virginum in — festis*. vid. Cuning. Animadv. c. IX. p. 797. et Burmann. ad Propert. III, 6, 6. p. 551. Schirach. Clav. p. 340. cf. Iahnus ad h. l. in ed. sua. Ego quidem me non dubitavi Bentleii coniecturam *Strictis* in textum recipere, quum eam a Viris Doctis probatam atque in textum receptam viderem, Iahni scilicet refutata h. l. refutanda non refutans. Vide quae Bentleius habet: Quod cum sic olim compendiose scriberetur, **stitis** literula *i* supra *t* posita, ut norunt qui scriptos codices versavere, proclive erat, ut stupore librariorum degeneraret in *Sectis*. Ceterum ordo est, *Strictis in iuvenes*, non *Acrium in iuvenes*. Ovid. Amor. I, 6, 14. *Non timeo strictas in mea fata manus*. Trist. V, 2, 30. *Ut taceam strictas in mea fata manus*. Statius Theb. III, 535. Stat. Theb. XI, 531. *setae strictae*. — — *strictis unguibus instant* ap. Ovid. Her. XII, 100. Doeringus: nam primum vix dici potest: *ungues secare in* (contra) aliquem; deinde ridiculum fere est, si virgines *acres*, h. e. iratae, *unguibus sectis*, [quibus, inquit Iahnus, *notio noxae non timendae* inesse videtur, (videatur)] tanquam armis, in *iuvenes* usae dicuntur. Quis enim accedat interpretationi: „ne nimis laedantur vel foedentur ora iuvenum?" — Ceterum talem adumbratam virginum, unguibus prae ira in amatores involantium, imaginem, urbanitatem Romanam non offendisse, apparet ex h. l. cf. Ovid. Amor. I, 7, 64. A. A. II, 451. Propert. III, 6, 5. ibique Burm. Claudian. Fescen. IV, 6. et Epithal. Pall. 135. Qui mos et apud nos admodum frequentatus, dum nemo de sectis unguibus cogitat, quos quamvis puellam honestam gestare, sponte intelligitur. — *Sive vacui* ab amore sumus, liberi ab amore. *Vacuum pectus* eadem notione Propert. I, 10, 30. uti *κενεὴν κραδίην* Agath. II, 2. in Annal. Br. III. p. 33. — *sive quid urimur*, amamus aliquid, amore puellae calemus. — *non praeter solitum*, ex more, pro more consueto *leves*, ad levitatem ac hilaritatem propensi: pro consueta nostra levitate, iocis tantum ac lusibus accommodata, levioribus his canendis solummodo vacantes. Pariter Ovid. *levior lyra*, cui opponitur *plectrum gravius*. Male nonnulli: proni in amorem ex more consueto, vel: pro sueta nostra amoris inconstantia, ut mox uramur aliquid, mox vacui simus. *M.*

CARMEN VII.

AD MUNATIUM PLANCUM.

Argum. *Horatius hoc in carmine L. Munatium Plancum, de cuius persona etc. conferatur Index ad hunc librum, exsilium voluntarium meditantem, quippe qui bellis civilibus implicitus sibi timeret, alloquitur; etsi eius mutandae urbis atque in privato se continendi haud improbet consilium, ab Graecia tamen eius animum abducere conatus, ut in Tiburtinam potius regionem Italiae amoenissimam secedat, eum adhortatur. Nexus sententiarum ex nostra quidem sententia fere hic est: Graeciam eiusque laudes aliis canendas relinquo, Tiburni agro contentus, qua in regione pariter fertili ac grata tu, Plance, animum curis variis afflictum exhilarare poteris. Vino hunc in finem bibendo indulge, meliora semper futura spera, nam quemadmodum in rerum natura post nubila Phoebus apparet, neque semper manant in agros imbres, sic res tibi nunc infaustas fortuna excipiet benignior. Teucer, qui, quamvis patriam atque parentem fugere deberet, tamen animum haud despondebat, exemplo (quo imitato consolaberis) tibi esse potest praeclaro; ille enim in summa rerum desperatione de salute sua minime desperabat, immo potius ad vinum se sociosque suos ad melioris sortis exspectationem excitabat.*

Laudabunt alii claram Rhodon, aut Mitylenen,
  Aut Epheson, bimarisve Corinthi
Moenia, vel Baccho Thebas, vel Apolline Delphos
  Insignes, aut Thessala Tempe.
Sunt, quibus unum opus est, intactae Palladis arces

v. 1. *Laudarunt* emend. With. — 2. *Epheson* unus Bersm. Lipss. duo. Cun. *bimarisque*, quidam. Constat persaepe *que* et *ve* ex errore quodam a librariis esse mutatum. — 5. *Pall. urbem*, vulg. *arcem* unus Bersm. Dess. 2. *arces* Lambin. Bentl. Cun. San. cf. Spec. I. *urbem* Cod. Guelf.

---

v. 1. ***laudabunt***, nota forma Graeca (e. g. Pind. Ol. IX, 160. Alia vide ap. Graevium Lectt. Hes. c. V.) pro laudent licet, extollant, celebrent per me, ut I, 6, 1. — ***Rhodon claram***, illustrem et *nobilem* cum pulchritudine aedium, mercatura, luxu, tum vero artibus et philosophia. Nisi forte praestat explicare, Solis radiis illustratam, quatenus haec insula, Soli sacra, nunquam eius radiis et luce prorsus carere dicitur. — ***Mitylenen***, Lesbi urbem, [ubi nunc pagus ignobilis, nomine ***Aiasalove***] et natura et descriptione aedificiorum et pulchritudine inprimis nobilem, iuxta Cic. Orat. contra Rull. c. 14. pulchram ideo vocat Ep. I, 11, 7. *μεγάλην καὶ καλήν* Longus Past. init. *M.*

v. 2. ***Epheson***, nobilissimam Asiae urbem. *θοῶν βασιλείαν Ἰώνων, τὰν δορὶ καὶ μούσαις αἰπυτάταν* Antip. Sid. c. XXXVI, (Annal. Br. II. p. 16.) — ***moenia Corinthi*** pro: Corinthum. *Πέλοπος λιπαρᾶς νάσου θεοδμάτους πύλας* Bacchylides ap. Steph. fragm. Lyr. p. 572. — ***bimaris***, ob duo maria, Ionium et Aegaeum, quibus Corinthus, in Achaia ad Isthmum sita, alluitur; epitheton ***bimaris*** factum est ad Graec. *διθάλασσος, ἀμφιθάλασσος*. Hom. Il. *ἀφνειόν*, Pind. Ol. *γ'*, 4. *ὀλβίαν* vocat.

v. 3. ***Thebae***, Boeotiae urbs, multorum carminum argumenta praebuit; in his inprimis fabulae de Bacchi origine ac religione decantatae. Hinc ***insignes***, celebratae ***Baccho***. — ***Delphi***, Phocidis civitas, Apollinis templo atque oraculo celebris. — ***Thessala Tempe***, amoenissimas Thessaliae convalles, inter Ossam et Olympum montes. Aelian. V. H. III, 1. — v. 5. Bentleius corr. ***arces***, de qua re cf. Spec. I. Sed

Carmine perpetuo celebrare,
Indeque decerptam fronti praeponere olivam.
  Plurimus in Iunonis honorem
Aptum dicit equis Argos ditesque Mycenas.

v. 6. *et* abest a Lips. 3, 4. *aut* emend. San. ut v. 7. ad Olympiam urbem et ludos ibi celebratos pertineat. male. — 7. *undique decerptae frondi*, lectio Erasmi, haud dubie ex ingenio deprompta, quae usque ad Bentleium omnes prope edd. occupavit. Explicant qui defendunt: *olivam* s. *oleam* illam a Pallade prolatam omnibus omnium terrarum frondibus praeponere. Recte habet lectio vulgata, quam bene defendit Bentleius. — *Indeque*, h. e. ex Athenis celebratis, omisso praecedente *et*, coni. Schraderus, quod et Iones. habet pro varia lectione, et recepit Valartius. — *Undique d. fonti* coni. Thom. Gale, accipiens de mari, quod Neptunum in illo cum Pallade certamine produxisse alia fabula dicit, cum narratio vulgaris equum commemoret, sed cf. Bentl. — *Atthide decerptam* coni. With. — 9. *dicet* Pulm. 1, 2, 3. unus Bersm. Bentl. 1, 3, 9, 13. Serv. ad Virg. Aen. I, 28. et XI, 246. Lipss. et sic Bentl. Cun. ut supra *laudabunt*. — *dicit* Cod. Goth. et Guelf. *ducet* Laurentianus Torr.

---

ad finem disputationis suae dicit: sed tamen si cui altera lectio (*urbem*) magis arriserit, per me quidem suum cuique arbitrium sit; ex nostra quidem sententia ob Codicum plurium auctoritatem legendum est: ***urbem***, quam lectionem in textum recepimus. — ***intactae***, virginis, perpetuo Minervae epitheto. — ***carmine perpetuo***, *ἔπεϊ κυκλικῷ*, quod omnes Atheniensium res gestas inde ab urbis primordiis continua serie detextas comprehendat. Ovid. Met. I, 3. eodem sensu ***perpetuum carmen*** dixit, et Martial. VI, 64. 10. ***Silium*** vocat ***perpetuum*** ob belli Punici secundi historiam carmine contextam. *M.*

v. 7. ***Indeque olivam***, et inde nominis sibi famam parare. Pro ***undique*** ex Schraderi coniectura recte nunc legitur ***indeque***, qua emendatione omnis huius loci difficultas sublata est. Is adeo qui carminis aliquod argumentum sibi tractandum sumit, coronam inde sibi parat, h. famam et gloriam. Hinc et ei, cuius laudes carmine celebrat, quem adeo posteritati commendat, coronam poeta nectere dicitur. Iam haec corona pro vario carminis argumento potest esse varia; myrtea, quae erotico poetae; hederacea, quae Bacchi laudes canenti; laurea, quae epica tractanti praemio cedit. Docte vero poeta Athenarum laudes celebranti coronam oleaginam tribuit, quod Minervae sacra erat oliva. Reliqua vide ap. ipsum Mitscherlichium, qui h. l. docte explicat. ***Praeponere*** dixit poeta, propter adi. ***fronti***, h. capiti. Eodem ornatu ***praemia frontium*** I, 1, 29. — ***indeque decerptam olivam***, h. e. et quaesitam sibi ex hoc (inde) Athenas carminibus celebrandi studio laudem (fronti praeponere) publice prae se ferre; nam qui in honorem Minervae canunt, eorum fronti ***praeponitur***, h. e. praefigitur corona oleagina; ***olea*** quoque fuit praemium victorum in certaminibus illis poeticis (*τετραλογίαις*), quae in Panathenaeis, ludis Minervae, instituebantur. Quae explicatio quidem Doeringi est, sed pariter ac nos utitur Doeringus in Horatii carminibus explicandis optimo duce, Viro Doctiss. Mitscherlichio, scilicet verbis eius admodum mutatis, quae non mutata (quod haud dubie praestat) reddere nobis perplacet.

v. 8. 9. ***Plurimus***, plurimi, multi ***dicunt***, canunt, celebrant, v. ad I, 6. et 5., ***Argos aptum equis***, sc. nutriendis, propter pascua egregia, ex Homericis epithetis, *Ἄργος ἱππόβοτον, ἱπποτρόφον*, Theocr, XXIV, 129. *ἱππήλατον* et Pind. Isthm. *ζ'*, 17. *ἵππιον*. ***Apta*** enim ***regio*** poetis dicitur, quae bonum alicuius rei proventum atque alimenta praebet. ***Solum pecori aptum*** Virg. Georg. II, 234. — Pind. Nem. IX, 3. *Ἥρας δῶμα θεοπρεπές*. — ***Mycenas dites***, epitheton Homericum, *πο-*

Me nec tam patiens Lacedaemon,
Nec tam Larissae percussit campus opimae,
Quam domus Albuneae resonantis,
Et praeceps Anio, ac Tiburni lucus, et uda
Mobilibus pomaria rivis.
Albus ut obscuro deterget nubila caelo

v. 10. *me non tam* Lamb. Bentl. *neque tam* Cun. *me nec tam* Cod. Lips. I. Cod. Goth. Guelf. *neque tam* Bentl. nulla animadversione subiecta. — 11. *perculsit* quidam mss. et edd. male. — *percussit Larissae* Cun. — 13. *Tiburni* 4 Bland. Cruqu. Pulm. 1, 2, 3, 4. Mentel. omnes Fabric. meliores Torr. Lips. I, et sic Lamb. Heins. Turneb. Fab. Rutg. Steph. Muret. Bentl. Baxter. Cun. Sanad. *Tiburti* Altt. Lips. 3. tres Bersm. Venetae, Ascens. Ald. Locher. Cod. Goth. Guelf. *Tiburtis* Brod. *ac T.* Bentleiani opt. Pulm. quatuor, tres Bersm. tum Venet. Locher. Ascens. Bentl. Cun. San. et venustius est. Vulgo *et*.
14. *nobilibus* coni. Marcil. Cur! *Mollibus* Cod. Lips. 1. Cod. Goth. ex errore. Cod. Guelf. *mobilibus*. — *pomeria* vel *pomoeria* Carr. Cruqu. Bentl. I, 6, 9 a m. s. 10, 13, 19. Fran. Lipss. duo et quid. ap. Marcil. Venet. 1478. Lips. I. *pomeria* et *Tiburni*. Cod. Guelf. *pomaria*, et sic Vir Doctiss. Bentl. — 15. Novum carmen hic incipit in multis, ut in Fran. duob. Bersm. Lipss. trib. Alt. 2. Zarot. Alii tantum spatium relinquunt. In aliis inscriptio est: EXHORTATIO (ORATIO, HORTATIO) AD BENE VIVENDVM AD PLANCVM, vel tale quid; quales codd.

λύχρυσος Μυκήνη Il. *ή*, 180. — ***in Iunonis honorem***, in Argivarum fabularum magnae sane Iunonis partes esse debuere propter cultum huius deae isti regioni proprium ac domesticum. Possunt et hymni in Iunonis honorem facti intelligi, qui adeo, epice tractati, fabulas Argivorum domesticas exponerent, in quibus ipsa regio, quippe sedes earum, cum urbibus memorari debuit. Virg. Aen. 1, 24.
v. 10. ***patiens***, refer ad severam Spartanorum disciplinam; nam summa eorum virtus in patientia ponebatur iuxta Nep. VII, 11, 4. cf. Ep. I, 7, 40. Ulysses dicitur ***patiens***. — ***campus Larissae***, ager circa Larissam Thessaliae urbem, ut ***rura oppidi*** I, 1, 16. ***opimae*** proprie ad campum spectat, est Homericum epitheton, *ἐρίβωλος*, *ἐριβώλαξ*, Il. *β'*, 841. — ***percussit***, animum meum tetigit, commovit, delectatione cepit; nam qui vehementius aliqua re afficiuntur, ea ***percuti*** vel ***ici*** dicuntur. — v. 12. Nunc transit ad Tiburtini agri amoenitatem describendam, Planco eam commendaturus. Pro fonte, unde Albula oritur, docte est ***domus***, autrum Nymphae eiusdem fluvii, Albuneae. Fons enim cuiusque fluvii dei vel Nymphae eiusdem fluvii sedes est, ut pervulgatum. — ***resonantis***, proprie ad ***domum*** s. fontem pertinet; paulo insolentius ad ipsam Nympham relatum. Virg. Aen. VII, 83. de Albunea: ***nemorum quae maxima sacro Fonte sonat.***
v. 13. ***Anio***, fluvius, per Tiburtinorum fines decurrens et in Tiberim defluens, ut ait Vib. Sequ. c. 7. v. Dionys. Halic. V. p. 305. — ***praeceps***, nam prope Tibur de scopulis cadit. ***M.*** — ***praeceps*** ideo dicitur, quod prope Tibur de scopulo triginta circiter cubitos se praecipitans cataractam (nunc ***la cascata*** dictam) efficit. ***D.*** — ***Tiburni lucus***, [nunc ***Teverone***] Tiburno, tanquam heroi vel Deo indigeti consecratus. Tiburnus enim s. Tiburs, Tiburtus, cum Catillo et Cora, fratribus, Tiburis conditor fuisse traditur. v. Plin. XVI, 44. Virg. Aen. VII, 82.
v. 14. ***pomaria*** Tiburtinae regionis olim in maximo pretio fuisse, e pluribus poetarum locis cognoscitur. v. Bentl. ad h. l. — ***uda***, irrigata, cf. III, 29, 6. IV, 2, 30. — ***mobilibus***, ornat, ut ***lympha fugax*** II, 3, 12. ***aqua trepidans*** Ep. 1, 10, 21. — v. 15. ***ut saepe***, *οἷά τε πολλά*, sol-

Saepe Notus, neque parturit imbres
Perpetuos: sic tu sapiens finire memento
Tristitiam vitaeque labores
Molli, Plance, mero: seu te fulgentia signis
Castra tenent, seu densa tenebit
Tiburis umbra tui. Teucer Salamina patremque
Quum fugeret, tamen uda Lyaeo
Tempora populea fertur vinxisse corona,
Sic tristes adfatus amicos:

Scaliger et Heinsius sibi visos aiunt. Cod. Goth. h. l. per litteram uncialem carminis sectionem quandam indicat. — *deterget (detergeo)* Serv. ad Virg. Georg. I, 460. Lambini quatuor, omnes Bland. et quatuor alii ap. Cruqu. Mentel. Pulm. plerique, Torrent. quinque et sic Heins. Steph. Fab. Rutgers. Bentl. Cun. Baxt. San. v. Serm. II, 2, 24. Cod. Goth. deterget, alii *detergit*. — 16. *nec parturit* quidam Torr. Fran. Sanad. — 17. *perpetuo* 3 Bland. Cruqu. Bentl. 1, 2, 6. Ald. 1527. et sic Bentl. Sanad. *perpetuum* Cun. sed utrumque vulgare. — *sic tu patiens* Alt. 1. in margine Codicis Gothani: *sapiens*. — 18. *vitaeque dolores* quidam e glossa. — *laborem* Lips. 4. *finire memento Tristitiam, vitaeque labores molli*, h. e. mollire stude (ut verbum sit) *mero*, distinguit Sanad., subtilius. Bothe in annotationibus suis ad Hor.: est Vocativus, ut recte monet San., de qua re valde dubitamus, est potius imperativus.
23. *populna* Lips. I. Rutgers. Cod. Goth. *populea*.

---

lenni more in comparatione. ***Notus albus***, *λευκόνοτος*, *ἀργέστης* [***Süd-Süd-west.***] Apoll. Rhod. IV, 1628. ab effectu. Sic ***Favonius serenus*** Plaut. Merc. 2, 35. qui facit tranquillitatem, pluria huius elocutionis exempla ubique obvia cuivis occurrent. — v. 16. ***parturit***, parat, adducit ***imbres***. — v. 17. ***Perpetuo***, Bentleium secuti nos in textum recepimus. Alii: ***perpetuos***, quod Mitscherlichius per suum d o c t e pro: ***perpetuo*** explicat, ut solet. — ***Sapiens***, quod sapientis est, sapienter, ut I, 11, 6. ***sapias***. — ***vitae labores***, aerumnas, curas animi.
v. 19. ***mero molli***, nempe vetustate, vel omnino dulci, *μαλακῷ*. Iuv. I, 69. ***Molle Calenum***. infr. Epist. I, 15, 18. ***lene*** dicitur vinum et ***generosum***. — v. 20. ***tenebit*** admodum molliter Horatii exprimit consilium, quo eodem Tiburtinum agrum tantis laudibus v. 12—24. extulerat. — ***fulgentia signis***, militaribus, aquilis aureis, aliisque pluribus. — ***tenent***, si ibi versaris. — ***densa*** nemorum ***umbra*** circa ***Tibur tuum***, quod ideo amas, lubenter ibi moraris. Forte etiam in ea regione villam Plancus habebat. — v. 21. ***Teucer*** cett. Telamon, Salamine regnans, duos filios, Teucrum et Aiacem, ea conditione in bellum Troianum proficisci passus erat, ut neuter sine altero rediret. Teucer igitur, cum, sine Aiace redux, pulsus esset a patre ex patria, ab Apolline monitus, in Cypro, quo exsulatum ierat, novam Salamina condidit; vid. Vellei. Paterc. I, 1. Soph. Aiax. 1036. Eurip. Hel. 91. Virg. Aen. I, 623. — Quamvis longe infortunior te, tamen tantum abfuit, ut hoc infortunium duceret, ut potius se sociosque suos vino exhilarare cuperet. — ***uda Lyaeo tempora*** proprie, et ex usu poetarum loquendi sollenni; nam vino hausto tument, incalescunt, ac madent sudore tempora. ***M.*** — ***uda***, *βεβρεγμένα*, vino madida. ***D.***
v. 23. ***populea corona***, sacra enim Herculi est ***populus***, igitur sollenne. — ***v. 24. tristes***, de futuro sollicitos; etiam ob exilium. Cruqu.: renitentes et invitos, male. — ***amicos***, *φίλους ἑταίρους*, mox ***socios*** exilii sui ac viae ***comites*** dictos. (Exstabat olim Pacuvii tragoedia, ***Teucer*** inscripta, (Cic. de Or. II, 46.) ex Graeco exemplo quodam expressa, cuius poetam multa in hoc carmine componendo imitatum haud

Quo nos cumque feret melior Fortuna parente,
  Ibimus, o socii comitesque.
Nil desperandum Teucro duce et auspice Teucro;
  Certus enim promisit Apollo,
Ambiguam tellure nova Salamina futuram.
  O fortes, peioraque passi
Mecum saepe viri, nunc vino pellite curas:
  Cras ingens iterabimus aequor.

CARMEN VIII.

AD LYDIAM.

ARGUM. *Sybaris vir iuvenis ingenuus (v. 45 sqq.) Romanus, armorum gerendorum olim bene gnarus, nunc Lydiae illecebris, amorem scilicet parantibus, constrictus, neque in armis exercendis se exercet, neque ea facit, quae ex more Romanorum eum facere decebat; cuius rei culpam poeta totam in Lydiae caput libidinosum, ut ita dicam, vertit. Nunc hac prophasi eum in finem prudenter utitur, ut Sybarin, moribus eius praeclaris colore poetico admodum adumbratis, generosaque indole nunc deflexa atque in peius mutata picturis quoque vividis delineata ei ob oculos posita, ab hoc amore parum casto avocet.*

Lydia dic, per omnes
  Te deos oro, Sybarin cur properas amando

v. 25. *parenti* quidam. — 27. *nec desper.* unus Bersm. *auspice Teucri* duo Lamb. duo Bentl. Dess. 1. Sax. male. — *auspice Phoebo* ingeniose, ut fere semper, emend. Bentl. putans, Teucrum non posse dici auspicem. — *obside Teucro*, i. sponsore, Cun. Ingeniosa, sed non vera, est Wadii distinctio: *Teucro duce et auspice; Teucro certus enim* etc.
32. *intrabimus* Brod. *peragrabimus* Mentel. *iterabitur* Cod. Goth.
v. 2. *Hoc Deos* Pulm. 1, 4. Bersm. unus, quidam Fabr. Bentl. I, 7, 8, 10. Gott. Lips. I. Dess. I. Mar. Victorin. ap. Bentl. *haec D.* unus Bersm. Dess. 2. *O Deos oro* cod. vetust. Dorvill. v. eius anim. in Charit. p. 22. Vulgata etiam concinnior. — *quid prop.* Cun. *properes* et mox

immerito dixeris.) — *adfatus*, ad consolationem trahitur a nonnullis, ut Epod. XIII, 18. quod argutius videtur, qua in re Mitscherlichio totus adsentio. — v. 25. Ad sententiam cf. Virg. Aen. V, 709. sq. *quo fata trahunt* etc. — *melior parente*, indulgentior, benignior Telamone, patre. Nititur vero spes melioris fortunae oraculo Apollinis, Teucro dato. — v. 27. *Nil*, *κατ' οὐδέν*, non *desperandum.* — *Teucro duce* et *ausp. Teucro*, h. e. ubi et dux est Teucer, et bonis ipsius Teucri auspiciis res geritur. *D.* — v. 28. *certus*, *ἀληθής*, haud dubiae fidei. — *promisit*, vaticinatus est, verbum de vaticiniis proprium. Egregie servavit *τὸ ἦθος* poeta in reddendo ambiguis verbis oraculo. — *Salamina* istam veterem *ambiguam futuram*, dubiam, dubii nominis fore, *nova tellure*, propter novam Salamina, in alia regione a me condendam; Salaminis nomen dubium et ambiguum fore, alia eiusdem nominis a me condita.
v. 30. *O fortes*, infra Serm. II, 2, 135. *peioraque passi*, Virg. Aen. I, 203. — v. 31. *mecum*, praeclare, h. propter se patria depulsum.
v. 32. *iterab. aequor*, cursum in mari repetemus, iterum navigabimus. Ergo ad litus appulerant, sacra Herculi facturi. *M.*

v. 1. v. 2. Quod Lydiam in initio carminis per Deos obtestatur, potius iocandi quam severiorem animum prodendi causa Hor. fecisse, mihi vi-

Perdere? cur apricum
  Oderit campum, patiens pulveris atque solis?
Cur neque militaris
  Inter aequales equitat, Gallica nec lupatis
Temperat ora frenis?
  Cur timet flavum Tiberim tangere? cur olivum

v. 6. *equitet* et v. 7. *temperet* in plur. codd. et edd. vett. ut in Venett. et sic Lambin. Torrent. Cruqu. Heins. Fab. Rutg. Steph. Cod. Goth. Quidam: *properas — equitet — temperet*, ut Locher. alii: *properes — equitat — temperat* vetustissimi quidam et optimi, ut Bentl. I. Mentel. tum sic grammatici vett. Diomed. Victorin. et Fortunatian. ap. Bentl. item Acr. commentat. Cruqu. Glarean. Ascens. Baxt. Cun. San. Indicativi ut magis poetici (*παθητικώτεροι*) praeferendi sunt. Huc accedit, quod coniunctivi emendationem quandam grammaticam, qualem librarios saepius tentasse notum est, produnt. *τὸ oderit* indicativi vim habere docet Priscian. p. 1059. et 1146. v. Bentl. — 4. *Deserit campum* coni. With. — *patiens*, i. e. qui pati posset. cf. Iuv. VII, 33. Hinc non erat, cur Reisk. *impatiens pulveris* scriberet. — 5. *militares*, ut ad *aequales* referatur, Mald. ap. Cruqu. duo Bersm. duo Lipss. Palaeographia docet librarios formas *is* et *es* tertiae declinationis saepissime mutasse s. promiscue usurpasse.

detur. — *properas*, *σπεύδεις ἀπολλύναι*, perditum is, corrumpis, *amando*, dum eum amore irretitum tenes. — *cur oderit*, odit, gravius pro, vitat, eo non venit. Odit proprie labores in campo, pro hoc, ipsum campum; nisi vim odiique causas in epith. *aprico*, quod is soli nimis expositus esset, cuius adeo aestus Sybari nunc intolerabiles viderentur, malis ponere. — *Campum* intellige Martium, in quo exercitationes, quas mox subiungit poeta, a Romanis instituebantur. — *patiens — solis*, patiendo, tolerando ibi pulverem ac solem pro vulgari, exercendo ibi corpus. *M.* studia autem illa, quibus pueri ingenui *equitando, natando, luctando, discum et iaculum iaciendo* in campo Martio exercebantur, recenset ipse poeta. *D.* — v. 5. *militaris*, militari more, tanquam miles. Sunt, qui Hor. equestre illud nobilium iuvenum Romanorum certamen, *ludum Troiae* dictum, respexisse arbitrentur. Sane sic *militaris* satis proprie dictum esset. Nam in hoc ludo iuvenes in turmas divisi et galea atque hastis ornati, Virg. Aen. V, 545 sqq., ludebant, s. pugnam equestrem adumbrabant. Sed ludus Troiae erat sollennis et raro actus. *M.* — v. 6. *inter aequales*, qui adeo iisdem studiis militaribus vacare deberet. Ad opprobrium igitur Sybari faciendum haec adiecta puta. — *Gallica — frenis*, haec exornant priorem sententiam speciali notione, quae equitandi artem ostendit, in ferocioribus equis domandis spectatam, quam ideo tanquam rem nimis molestam Sybaris nunc intermittit. *Gallica ora*, audacius pro, os equi Gallici. Ex equis vero Gallicum consulto hic ponit, quod ii essent ferociores adeoque difficilius *temperandi*, compescendi, regendi. Opus adeo iis domandis erat *frenis lupatis*, freno, cui lupi, *λύκοι*, ferrei aculei inserti essent. Ovid. Amor. I, 2, 15. Virg. Georg. III, 208. — v. 8. *timet tangere*, tactum refugit, tanquam nimis periculosum, pro, non tangit; quod verbum ipsum egregie mollem Sybaris animum depingit. Tiberis *flavus* perpetuo dicitur epitheto. v. I, 2, 13. — *cur olivum*, cur a palaestra magis quam a veneno praesentissimo sibi cavet? *olivum* pro palaestra, qui luctaturi ibi artus suos oleo, ne facile teneri possent ab adversario, inungere solebant. Non solo autem oleo, sed ei admiscebant ceram et pulverem, idque dicebatur *ceroma*, cuius crebro mentio ap. Martial. vid. Mercurial. de arte gymnast. 10, 18. — *sanguis viperinus*, venenum efficacissimum, ut infr. Epod. III, 6. *cruor viperinus.* *D.*

Sanguine viperino
  Cautius vitat? neque iam livida gestat armis
Brachia, saepe disco,
  Saepe trans finem iaculo nobilis expedito?
Quid latet, ut marinae
  Filium dicunt Thetidis sub lacrimosa Troiae
Funera, ne virilis
  Cultus in caedem et Lycias proriperet catervas?

CARMEN IX.

AD THALIARCHVM.

ARGUM. *Redit in hoc carmine notum illud praeceptum, tam saepe ab Horatio repetitum, ut de rebus futuris parum solliciti unumquemque ab fortuna nobis concessum diem hilariter transigamus, quo nunc suaviter affatur suum amicum Thaliarchum, (cf. Index) de rebus futuris anxium, tristem, variisque curis, ut videtur, afflictum, imagine, quam hiems nobis praebet, eleganter adumbrata, dum eum admonet, ne anxia futuri sollicitudine praesentis temporis fructum intercipi, sicque iuvenilem aetatem, lusibus, iocisque aptissimam, temere sibi elabi patiatur, quum eam mox senectus morosa, omnisque hilaritatis expers sequatur. Sententia Horatio propria. Initio huius carminis plane respondet fragmentum Alcaei ap. Athen. X, 8. ex summi Hermanni emendatione ita legendum:*

v. 10. *nec iam* Venet. 1492. Locher. — 14. *Thetidos* Cun. 15. *viriles* antiquiss. codd. Cruqu. super adscripta glossa: esse accus. plural. Quid vero de eiusmodi emendationibus sit statuendum, cuilibet in promptu erit.

---

v. 10. *neque iam arma (campestria* haec vocat Ep. ad Pis. 379.) ὅπλα, *discum* et *iaculum* tractat. *Campestribus* igitur *armis abstinet* Sybaris, ne mollia ac candida brachia livorem contrahant. *Discus* erat orbis magni ponderis, ex aere, ferro, aut lapide, tantaeque magnitudinis, ut non solum manum impleret, sed et mediam ulnam attingeret, unde brachia livida facta esse facile intelligitur. Is vel sursum manu emittebatur, vel ad limitem aliquem constitutum proiiciebatur. Qui discum in sublime iaculabantur, dicebantur *discoboli*. Ludi huius descriptionem habes in Hom. Od. ϑ', 186 sqq. et inde Stat. Theb. VI, 646 sqq. — *nobilis*, quum olim excelluerit in disci et iaculi iactu, quae *saepe* vel *trans finem*. limitem constitutum, ultra scopum *expedisset*, emisisset. *M.* — *discus* fuit massa plumbea vel ferrea, in disci speciem rotundam conformata.

v. 13. *Quid latet*, desidet apud te, *ut* latuisse *dicunt* filium marinae Thetidis, ἁλίας, ποντίας Θέτιδος, Achillem. Occultaverat eum mater in Scyro apud Lycomedem sub veste muliebri, ne ad bellum Troianum, in quo eum moriturum in fatis erat, ire cogeretur. — *sub funera*, ante cladem, exitium *lacrymosum*, lacrymabile, funestum, δακρυόεις. *Ne* eum *cultus*, habitus *virilis*, *proriperet*, h. cogeret proficisci *in caedem*, ad pugnam, sed illud gravius de Achille fortissimo heroe, ac *cedere nescio*. *Lycii*, Troiani, Sarpedone et Glaucone ducibus, Troianorum fuerunt socii. Hom. Il. δ', 197. — τόξων εὖ εἰδώς, Τρώων ἢ Λυκίων. Pind. Nem. γ', 101. sqq. ὄφρα θαλασσίαις ἀνέμων ῥιπαῖσι πεμφθεὶς ὑπὸ Τροΐαν δορίκτυπον ἀλαλὰν Λυκίων τε προςμένοι καὶ Φρυγῶν.

Ὕει μὲν ὁ Ζεύς, ἐκ δ' ὀρανῶ μέγας
  Χειμών· πεπάγασιν δ' ὑδάτων ῥοαί.
Κάββαλλε τὸν χειμῶν', ἐπὶ μὲν τιθεὶς
Πῦρ, ἐν δὲ κίρναις οἶνον ἀφειδέως
  Μελιχρόν· αὐτὰρ ἀμφὶ κόρσᾳ
    Μαλθακὸν ἀμφιγνόφαλλον.

Vides, ut alta stet nive candidum
Soracte, nec iam sustineant onus
  Silvae laborantes, geluque
    Flumina constiterint acuto.
Dissolve frigus, ligna super foco
Large reponens; atque benignius
  Deprome quadrimum Sabina,
    O Thaliarche, merum diota.

v. 1. *stat* et mox v. 4. *constiterunt* emend. Cun. omnes Codd. *stet* et sic Cod. Goth. 4. Post *acuto* plurimi libri interrogationis signum ponunt; sed cum gravior esse videtur locus, si, ut sunt et Alcaei versus, sine interrogatione proferantur, tum punctum simplex habent Venetae, Ascens. Locher. Lamb. Bentl. Cun. San. quos secutus est Ianius.
6. *benignior* emend. Cun. — 7. *depone* Mentel. *Sabino* emend. Galei ap. Bentl. tanquam *diota* sit a Graeco διώτης. Est διωτὶς s. διώτη.
8. *Taliarche* quidam, quibus accedit Cod. Goth. — *cetera*, hanc veram esse scripturam, non coetera vel caetera, quidquid contradicat Heumannus, praeter Norisium, Fabrettum, Cellarium, aliosque, pluribus probat, praesertim ex antiquis marmoribus, Marin. p. 689. Fea. Graece ἕτερος.

---

v. 1. *stet candidum*, tectum sit *nive*. *Stare* nimirum et attolli ea dicuntur, quae erectiora sunt, sollenni poetarum more. cf. III, 25, 10. Sunt, qui h. l. aliter explicent, male quidem. — v. 2. *Soracte* est mons Faliscorum non longe a Roma, nunc *monte Tresto*, corrupte pro *S. Silvestro*. — *nec iam sustineant*, prope ferre amplius nequeant, aegre ferant *onus* nivis *silvae laborantes*, γέμουσαι, nivis ramos degravantis ponderi aegre obnitentes, nive oppletae. Exquisito enim loquendi usu poetis ea *laborare* dicuntur, quae grave aliquod onus sustinent, illud vix tolerant. *M.* Ovid. Met. II, 296. *Atlas en ipse laborat, vixque suis humeris candentem sustinet orbem.* Liv. in Prooem. de republica adhibet τὸ *laborare*, eodem fere sensu. — *constiterint gelu*, cursu ipsorum impedito, glacie adstricta, concreta. Ovid. Trist. V, 10, 1. Alcaeus: πεπάγασιν cett. — v. 5. *Dissolve*, sc. calore, igne accenso, h. pelle frigus, mitiga. Alc.: κάββαλλε τὸν χειμῶνα. — *ligna* — *reponens*, congestis et accensis super foco lignis. Alc.: ἐπὶ μὲν τιθεὶς πῦρ, cf. III, 17, 14. — 6. *benignius*, largius, liberaliter, ἀφειδέως. — *benigne* opponitur *maligne*. — *deprome diota*, hauri vinum Sabinum poculis maioribus, adeoque te largius vino invita, vitae deliciis fruere. *M.* — *diota* est vas fictile, habens duas ansas, in quo vinum condebant, Latinis *amphora*, *quadrantal*, quod capiebat IIL sextarios. *G.* — *diota*, vasculum ansatum, quo ad vina ex cadis in pocula minora transfundenda utebantur. *D.* Graece: δίωτον. Athen. XI, p. 478. καδίσκος δίωτος. Theocr. I, 28. κισσύβιον ἀμφῶες. — *Sabina*, non quae in Sabinis facta est, sed quae vinum Sabinum continet, sollenni epithetorum translocatione. *M.* cf. III, 16, 33. — *quadrimum* adeoque iam satis vetustum, etsi post septem demum annos ἐπιτήδειος πίνεσθαι iudicatum Athen. I.

Sanguine viperino
  Cautius vitat? neque iam livida gestat armis
Brachia, saepe disco,
  Saepe trans finem iaculo nobilis expedito?
Quid latet, ut marinae
  Filium dicunt Thetidis sub lacrimosa Troiae
Funera, ne virilis
  Cultus in caedem et Lycias proriperet catervas?

CARMEN IX.

AD THALIARCHVM.

ARGUM. *Redit in hoc carmine notum illud praeceptum, tam saepe ab Horatio repetitum, ut de rebus futuris parum solliciti unumquemque ab fortuna nobis concessum diem hilariter transigamus, quo nunc suaviter affatur suum amicum Thaliarchum, (cf. Index) de rebus futuris anxium, tristem, variisque curis, ut videtur, afflictum, imagine, quam hiems nobis praebet, eleganter adumbrata, dum eum admonet, ne anxia futuri sollicitudine praesentis temporis fructum intercipi, sicque iuvenilem aetatem, lusibus, iocisque aptissimam, temere sibi elabi patiatur, quum eam mox senectus morosa, omnisque hilaritatis expers sequatur. Sententia Horatio propria. Initio huius carminis plane respondet fragmentum Alcaei ap. Athen. X, 8. ex summi Hermanni emendatione ita legendum:*

Ὕει μὲν ὁ Ζεύς, ἐκ δ' ὀρανῶ μέγας
  Χειμών· πεπάγασιν δ' ὑδάτων ῥοαί.
Κάββαλλε τὸν χειμῶν', ἐπὶ μὲν τιθεὶς
Πῦρ, ἐν δὲ κίρναις οἶνον ἀφειδέως
  Μελιχρόν· αὐτὰρ ἀμφὶ κόρσᾳ
    Μαλθακὸν ἀμφιγνόφαλλον.

v. 10. *nec iam* Venet. 1492. Locher. — 14. *Thetidos* Cun. 15. *viriles* antiquiss. codd. Cruqu. super adscripta glossa: esse accus. plural. Quid vero de eiusmodi emendationibus sit statuendum, cuilibet in promptu erit.

---

v. 10. *neque iam arma (campestria* haec vocat Ep. ad Pis. 379.) *ὅπλα*, *discum* et *iaculum* tractat. *Campestribus* igitur *armis abstinet* Sybaris, ne mollia ac candida brachia livorem contrahant. *Discus* erat orbis magni ponderis, ex aere, ferro, aut lapide, tantaeque magnitudinis, ut non solum manum impleret, sed et mediam ulnam attingeret, unde brachia livida facta esse facile intelligitur. Is vel sursum manu emittebatur, vel ad limitem aliquem constitutum proiiciebatur. Qui discum in sublime iaculabantur, dicebantur *discoboli*. Ludi huius descriptionem habes in Hom. Od. *ϑ'*, 186 sqq. et inde Stat. Theb. VI, 646 sqq. — *nobilis*, quum olim excelluerit in disci et iaculi iactu, quae *saepe* vel *trans finem*. limitem constitutum, ultra scopum *expedisset*, emisisset. *M.* — *discus* fuit massa plumbea vel ferrea, in disci speciem rotundam conformata.

v. 13. *Quid latet*, desidet apud te, *ut* latuisse *dicunt* filium marinae Thetidis, *ἁλίας*, *ποντίας Θέτιδος*, Achillem. Occultaverat eum mater in Scyro apud Lycomedem sub veste muliebri, ne ad bellum Troianum, in quo eum moriturum in fatis erat, ire cogeretur. — *sub funera*, ante cladem, exitium *lacrymosum*, lacrymabile, funestum, *δακρυόεις*. *Ne* eum *cultus*, habitus *virilis*, *proriperet*, h. cogeret proficisci *in caedem*, ad pugnam, sed illud gravius de Achille fortissimo heroe, ac *cedere nescio*. *Lycii*, Troiani, Sarpedone et Glaucone ducibus, Troianorum fuerunt socii. Hom. Il. *δ'*, 197. — *τόξων εὖ εἰδώς, Τρώων ἢ Λυκίων*. Pind. Nem. *γ'*, 101. sqq. *ὄφρα θαλασσίαις ἀνέμων ῥιπαῖσι πεμφθεὶς ὑπὸ Τροΐαν δορίκτυπον ἀλαλὰν Λυκίων τε προσμένοι καὶ Φρυγῶν.*

Vides, ut alta stet nive candidum
Soracte, nec iam sustineant onus
  Silvae laborantes, geluque
    Flumina constiterint acuto.
Dissolve frigus, ligna super foco
Large reponens; atque benignius
  Deprome quadrimum Sabina,
    O Thaliarche, merum diota.

v. 1. *stat* et mox v. 4. *constiterunt* emend. Cun. omnes Codd. *stet* et sic Cod. Goth. 4. Post *acuto* plurimi libri interrogationis signum ponunt; sed cum gravior esse videtur locus, si, ut sunt et Alcaei versus, sine interrogatione proferantur, tum punctum simplex habent Venetae, Ascens. Locher. Lamb. Bentl. Cun. San. quos secutus est Ianius.

6. *benignior* emend. Cun. — 7. *depone* Mentel. *Sabino* emend. Galei ap. Bentl. tanquam *diota* sit a Graeco *διώτης*. Est *διωτὶς* s. *διώτη*.

8. *Taliarche* quidam, quibus accedit Cod. Goth. — *cetera*, hanc veram esse scripturam, non coetera vel caetera, quidquid contradicat Heumannus, praeter Norisium, Fabrettum, Cellarium, aliosque, pluribus probat, praesertim ex antiquis marmoribus, Marin. p. 689. Fea. Graece *ἕτερος*.

---

v. 1. *stet candidum*, tectum sit *nive*. *Stare* nimirum et attolli ea dicuntur, quae erectiora sunt, sollenni poetarum more. cf. III, 25, 10. Sunt, qui h. l. aliter explicent, male quidem. — v. 2. *Soracte* est mons Faliscorum non longe a Roma, nunc *monte Tresto*, corrupte pro *S. Silvestro*. — *nec iam sustineant*, prope ferre amplius nequeant, aegre ferant *onus* nivis *silvae laborantes*, *γέμουσαι*, nivis ramos degravantis ponderi aegre obnitentes, nive oppletae. Exquisito enim loquendi usu poetis ea *laborare* dicuntur, quae grave aliquod onus sustinent, illud vix tolerant. *M.* Ovid. Met. II, 296. *Atlas en ipse laborat, vixque suis humeris candentem sustinet orbem.* Liv. in Prooem. de republica adhibet *τὸ laborare*, eodem fere sensu. — *constiterint gelu*, cursu ipsorum impedito, glacie adstricta, concreta. Ovid. Trist. V, 10, 1. Alcaeus: *πεπάγασιν* cett. — v. 5. *Dissolve*, sc. calore, igne accenso, h. pelle frigus, mitiga. Alc.: *κάββαλλε τὸν χειμῶνα*. — *ligna — reponens*, congestis et accensis super foco lignis. Alc.: *ἐπὶ μὲν τιθεὶς πῦρ*, cf. III, 17, 14. — 6. *benignius*, largius, liberaliter, *ἀφειδέως*. — *benigne* opponitur *maligne*. — *deprome diota*, hauri vinum Sabinum poculis maioribus, adeoque te largius vino invita, vitae deliciis fruere. *M.* — *diota* est vas fictile, habens duas ansas, in quo vinum condebant, Latinis *amphora*, *quadrantal*, quod capiebat IIL sextarios. *G.* — *diota*, vasculum ansatum, quo ad vina ex cadis in pocula minora transfundenda utebantur. *D.* Graece: *δίωτον*. Athen. XI, p. 478. *καδίσκος δίωτος*. Theocr. I, 28. *κισσύβιον ἀμφῶες*. — *Sabina*, non quae in Sabinis facta est, sed quae vinum Sabinum continet, sollenni epithetorum translocatione. *M.* cf. III, 16, 33. — *quadrimum* adeoque iam satis vetustum, etsi post septem demum annos *ἐπιτήδειος πίνεσθαι* iudicatum Athen. I.

Permitte Divis cetera: qui simul
Stravere ventos aequore fervido
Depraeliantes, nec cupressi,
Nec veteres agitantur orni.
Quid sit futurum cras, fuge quaerere: et
Quem Fors dierum cumque dabit, lucro
Appone: nec dulces amores
Sperne puer, neque tu choreas;
Donec virenti canities abest

v. 13. *et* in fine abest a nonnullis, ut Fran. Dess. 2. Alt. 2. eiecit Cun.
14. *Quod fors* coni. Cun. *sors* Acr. Porphyr. Lambini quidam, Mentel. Fran. Venet. 1492. Ascens. Locher. Fabr. Heins. Baxt. Bentl. *Fors* omnes Cruqu. (etiam commentator) Lamb. quatuor, et sic Torr. Fab. Rutg. Steph. Cun. Sanad. Permutatio verborum *Fortis* et *sortis* in libb. mss. frequentatissima, v. Drakenb. ad Sil. XV, 105. H. l. aptior videtur *sors*, sic Cod. Goth., nam *Fors* ad casum pertinet. — 15. *neu* Cun. ut solet. v. eius anim. p. 41. *dulces Camenas* Sanad. castitatis studio admodum perverso.
16. *tu* displicebat Scaligero, et abest a Bentl. 8, 10. aliisque.

---

p. 27. — v. 9. *Permitti* ea Diis dicuntur, quae vel in potestate nostra sita non sunt, quorum adeo eventus incertus est, vel quae omnino futura sunt. Pind. Ol. *ιγ'*, 149. *Διὶ τοῦτ' Ἐνυαλίῳ τ' ἐκδώσομεν πράσσειν.* Thaliarchus haud dubie nomen proprium est. Male pro ficto habent et intelligunt regem convivii, *θαλείας ἄρχοντα.* — *Cetera*, *τὰ ἄλλα*, quae ad nos non pertinere arbitramur, sollicitae de futuris cogitationes, quae praesentem laetitiam turbare possint, omninoque res odiosae ac molestae, ut Epod. XIII, 7. — v. 9—12. Sensus: qui composita tempestate omnia tranquilla reddunt. — *simul ac stravere*, prostraverint, sedaverint, composuerint. Aliter dicitur *aequor sterni*, quod tranquillum sit, ut Hom. Od. *γ'*, 158. — *depraeliantes*, (sic supra Carm. I. *Luctantem Icariis fluctibus Africum*, secundum Graecum loquendi usum: *μάχεσθαί τινι*, et Carm. III. *Africum decertantem Aquilonibus* dixit) acerrime inter se concurrentes, luctantes. — *nec cupressi ... orni*, omnia statim tranquilla redduntur, quieta sunt. Pro eo: arbores immotae stant, et ex his cupressos et ornos ponit, tanquam poeta. — *veteres*, annosae, procerae. — v. 13. *fuge*, *φεῦγε*, noli, ut II, 4, 22. infr. Ep. II, 2, 150. *quaerere*, ne quaeras, ne sollicitus sis de futuro.

v. 14. *quemcunque diem*, singulos dies, quos *tibi dabit*, frui concedet *Fors*, fatum, *αἶσα*, *μοῖρα.* Fors legendum est ex omnibus scriptis antiquis; est autem Fors *τύχη δαίμονος*, i. e. dei voluntas, numen divinum Cruqu. Antiquis *Fors* dea est, ad casus incertos pertinens, et, cum hos bonos affert, *Fors fortuna*, h. fortunans dicta. Argutatur in his Dacer et multa alii etiam de Horatio Stoico et Epicureo huc perperam afferunt. *M.* — *lucro adpone*, *κέρδος νόμιζε*, *ἐν κέρδει ποιοῦ*, in lucro pone vel habe, h. ita fruere, quasi tibi praeter exspectationem vitae tuae termino adiectus sit. Flor. Stob. p. 399.: *ἡμέρας μιᾶς ἀλυπία, μέγα ἐστὶ κέρδος.* cf. I, 11, 8. Ep. XIII, 4. — v. 15. *nec sperne*, indulge, vaca amoribus, sectare eos, ut I, 1, 21. Sic *γλυκεῖα Κύπρις* Theocr. I, 95. *γλυκεῖα Ἀφροδίτη* Pind. Ol. 6, 57. *ἔρως γλυκύς* pariter ac *dulces* ornant. — *puer*, donec in flore aetatis constitutus es, dum per aetatem decet. *M.* et *D.* — *nec — neque tu*, vim aliquam illud *tu* acquirit ipsa collocatione. Solet enim, ubi sententia particulis *ἢ*, *ἢ* vel similibus includitur, repeti pronomen in altero membro. — v. 17. *virenti*, *χλωρῷ*, florenti, iuveni. Sic IV, 13, 6. *virens Chia.* Sic *ἄνθος ἥβας.* Anacr. 15, 9. *τὸ σήμερον μέλει μοι, τὸ δ' αὔριον τίς οἶδεν;* — *canities*, senectus, *morosa*, morosos, tristes faciens, hilaritatis expers.

Morosa. Nunc et Campus et areae,
Lenesque sub noctem susurri
Composita repetantur hora:
Nunc et latentis proditor intimo
Gratus puellae risus ab angulo,
Pignusque dereptum lacertis,
Aut digito male pertinaci.

CARMEN X.

AD MERCVRIVM.

ARGUM. *Totum hoc ex Alcaeo expressum esse carmen docet Porphyrionis scholion: hymnus in Mercurium ab Alcaeo lyrico poeta: in quo adumbrando quum poeta nihil omnino, quod ad aetatem suam trahi posset, immiscuerit, religioso alicui usui eum destinatum fuisse, frustra quosdam statuere arbitratur Mitscherlichius. Hymnorum quidem varia sunt genera: theologici, e theologia antiqua*

v. 19. *levesque* Alt. 2. — 21. *latenti* Alt. 1. — 23. *dereptum* Lamb. Torr. Cruqu. Heins. Bentl. Cun. Baxt. San. ex optimis libris. male legitur *direptum.* — *direptum a lacerto aut a digito* Fran.

---

v. 18. *Nunc*, dum puer es, dum per aetatem licet, dum canities abest, amoris lusibus vacandum. — *repetantur*, sc. a te, repetas, frequentes, secteris; quo sensu omnibus subiectis congruit, ut nulla sit zeugmatis figura. *M.* *Campus* Martius, in eoque ambulationes. *Campus* simpliciter dicitur I, 3, 4. Ovid. A. A. 385. ac saepius. — *areae*, loca pura, porticus, ubi ambulabatur, et convenire solebant amantes. — *lenes susurri*, confabulationes cum amica, leni, submisso sono prolatae, *ὀαρισμοί, ψιθυρίσματα, παρθένιοι ὀαροί* Hesiod. Th. 205. *λάλημα μείλιχον* Silent. c. XXI, quod Propert. I, 11, 13. *blandos susurros* vocat. — *sub noctem*, crepusculi tempore. Hinc *νυχίους ὀαρούς* vocat Incertus c. 253. Anal. Br. III. p. 202. — *composita*, *συντεθείσῃ*, pacta, condicta *hora;* nos: *verabredet.* — v. 21. *Nunc et* sectari te decet *risum latentis puellae*, et *pignus dereptum*, i. e. lusus et iocos cum puellis, in quibus risus prodit puellam et pignus ei deripitur; hac enim hilari imagine lusus illos declarat. *M.* Ceterum in sententiam, amori et voluptatibus, antequam iners aetas nos subrepat, indulgendum esse, compara Antiphan. ep. 2, 3. Anth. Gr. T. II. p. 188. edit. Iacobs. Rufin. ep. 10, 2 sqq. Anth. Gr. T. III. p. 101. — Informanda animo puella lasciva, iuvenem persequentem fugiens, et abscondens se, sed ipsa se prodens. Virg. Ecl. III, 65. *fugit ad salices, et se cupit ante videri.* — v. 21—24. Nunc iucundissimus est ille lusus amatorius, quo puellae, quae se ipsam in intimo angulo latentem ridendo prodidit, vel armilla de eius lacertis vel annulus de eius digito tanquam pignu samoris deripitur. *D.* — *risus*, *κιχλισμός*, quod nos dicimus: *Geschaeker. ab angulo intimo*, occultissimo sc. veniens, exauditus *puellae* ibi *latentis*, quasi reperiri nolit, quod tamen vel maxime cupit. Hinc risus *proditor*, locum prodens amatori, ubi puella delitescit, et *gratus* ei, deprehensa per hunc puella. *Pignus dereptum*, detractum *lacertis*, adeoque armilla, *aut digito*, annulus, sic absolute vocatus, quod in fidem mutui amoris puellae dari solebat. — *male pertinaci*, minus, quam deberet, repugnante, si annulum retinere vellet; noto loquendi usu. Totum hunc locum sublegit Auctor Elegg. quae sub Corn. Galli nomine circumferuntur I, 67. *Et nunc subridens latebras fugitiva petebat, non tamen, effugiens, tale* (rectius: *tota) latere volens. Sed magis ex aliqua cupiebat parte videri; laetior hoc multo, quod male tecta foret.*

ducti; epici, quorum argumentum versatur in mythis poetae epici more tractandis; physici et philosophici; lyrici, quos brevitate, qua argumentum tractant, nullo fere idearum nexu, insigniores, omnium summam complecti haud immerito dixeris. Celebratur hoc quidem in carmine Mercurii laus, prudentia et sapientia pariter atque omnis eius eximia virtus, qua et hominibus et diis se praebet beneficum et utilem, illis quidem inventis suis, his vero nuntiis deferendis. Celebratur igitur Mercurius tanquam deus λόγιος, ἐναγώνιος, ἄγγελος ἀθανάτων, αἱμυλομήτης, ψυχοπομπός. De huius carminis sententiarum quidem nexu interpretes frustra litigare videntur, semet ipsos invicem impugnantes, carminis scilicet lyrici conditionem sublimiorem plane ignorantes. De Mercurio vid. Index.

Mercuri, facunde nepos Atlantis,
Qui feros cultus hominum recentum
Voce formasti catus, et decorae
More palaestrae:

v. 1. *Mercuri facunde, nepos* Atl. multi distinguunt. Sed apparet elegantiorem sensum evadere, signo interpunctionis post Mercuri posito, vid. Bentl. — 2. *qui f. coetus* coni. With. male. — 3. *voce formasti, catus et* With. ut coniungatur *catus more palaestrae*, quemadmodum Auson. epigr. 93. *catus arte palaestrae*. Sed aperte coniungi debent: *formasti more pal.* — *decore* emend. Cun. ut solet. — 4. *decoro humore palaestrae* emend. Heins. i. e. olivo. !

---

v. 1. *Mercuri, te canam*, Ἑρμῆς κοῦρος, sollennis haec deorum in hymnorum, inprimis Homericorum atque Orphicorum, exordio allocutio. Je trouve dans mes Mss. B, φ une étymologie du nom latin de ce dieu assez singulière: dicitur medius currens, quia interpres et nuntius deorum est; ideoque currit inter deos et homines, ut (non *et*) sermo currit inter duos. Vand. — *nepos Atlantis*, a Maia, Pleiadum una, Atlantis filia ortum ducens. — *facunde*, Mercurius enim antiquis orationis et eloquentiae auctor habitus. Hinc λόγου προφήτης dictus Orph. H. 27, 4. — v. 2. *feros cultus*, ἀγρίους τρόπους, horridam vitae rationem, incultam vitam, incultos homines. Cultus enim generali notione designat omnino habitum quemdam, vitae rationem, mores. Virg. Aen. V, 730. *gens dura atque aspera cultu.* — *hominum recentum*, primorum, antiquiorum, πρωτοτόκων. Respicitur illud tempus, ubi homines relictis antris, victuque aspero ad cultiorem vitam progressi societates constituerunt. — v. 3. *formasti*, finxisti, excoluisti, ad meliorem vitam perduxisti *voce*, sermone illis tributo. Sic Mercurius Pandorae Hesiod. Ἔργ. 79. ἐν δ' ἄρα φωνὴν θῆκε θεῶν κήρυξ. Ovid. Fast. V, 667. de eodem: *Laete lyrae pulsu, nitida quoque laete palaestra, quo didicit culte lingua parente loqui.* Praeclare vero sermoni invento politioris vitae origo tribuitur, siquidem inde societas hominum enata, leges factae, artes inventae, omninoque ea constituta, quae homines ad meliorem vivendi rationem perducerent. cf. Serm. I, 3, 99 sqq. — *catus*, vox Sabina vetus, pro usitatiore *cautus*, prudens. Possis et iungere: *catus voce et more palaestrae*, cum praestares, insignis esses eloquentia et palaestra, quibus adeo id effectum dares. *M.* — v. 4. *more* inducto *palaestrae*, h. palaestra, certaminibus agonisticis. *Mos* est lex, praescripta quaedam ratio, ad quam certamina fiunt. *Iura palaestrae* vocat Propert. III, 12, 1. Lucan. IV, 614. *Olympiacae servato more palaestrae.* Pind. Ol. ς', 117. τεθμῷ ἀέθλων. — *decorae*, quae corpori decentiorem habitum, εὐεξίαν, motum con-

Te canam, magni Iovis et Deorum
Nuncium, curvaeque lyrae parentem;
Callidum, quidquid placuit, iocoso
Condere furto.
Te, boves olim nisi reddidisses
Per dolum amotas, puerum minaci
Voce dum terret, viduus pharetra
Risit Apollo.
Quin et Atridas, duce te, superbos,
Ilio dives Priamus relicto,
Thessalosque ignes et iniqua Troiae
Castra fefellit.

v. 5. *magnum* quidam, ut Alt. 2. *ac Deorum* Cun. — 14. *relicta* Cun. San. quia et dicitur *Ilias*, ut IV, 9, 18. — 15. *Thessalo supplex* coni. With.

---

cinniorem, tribuit. Recte igitur inter instituta refertur, quibus homines a Mercurio exculti sunt. Dictus inde ἀγώνιος, ἐναγώνιος.

v. 5. *Magni I. et Deorum nuncium*, ἄγγελον ἀθανάτων ἐριούνιον, διάκτορα, ut saepius. — v. 6. *lyrae parentem*, inventorem, qui construxit lyram e testudine, cui nervos ovium intenderet. Hom. Hymn. Merc. 40. — *curvae*, convexae, ob cavum resonum, τὸ κῆτος, soni augendi gratia. Hinc φόρμιγξ χελύκλονος Ἑρμάωνος dicta Orph. Arg. 381. — 7. Ordo sententiarum sic procedit: *te canam — Deorum nuntium, lyrae parentem et callidum c. Callidum condere* graeca structura, pro, callidum, ingeniosum, sollertem *ad condendum*, occultandam furto, h. ad furandum, σοφὸς κλέπτειν. *M. quidquid placuit*, auget notionem astutiae Mercurii. Summa in antiquitate fraus ac dolus nullum habebantur crimen s. vetitum quiddam, sed potius commendatio ab ingenii sollertia profecta. Qua ex re facillime apparet Hor. omni iure Mercurium callidum deum his attributis significare potuisse. Hinc *furtum* dicitur *iocosum*, ioci causa perpetratum, παιδιά, qua voce eiusdem dei furta indigat Lucian. Catapl. T. I. p. 624. ed. Reiz. — v. 9. *Apollo, dum te puerum*, παῖδα ὄντα, qui vix trium dierum esses puerulus, Hom. H. in M. 19., *minaci voce terret*, gravissimas, quibus te terreret, poenas minaretur, quas a te sumturus esset, *nisi reddidisses boves, olim*, paulo ante *per dolum*, furtim *amotas*, abactas, eo ipso momento *risit viduus pharetra*, docta brevitate ac Graeca forma, pro, videns se viduum, privatum pharetra, risum continere non potuit. — *amovere*, ut *avertere*, verba propria de furto pecudum. cf. Hom. H. in Merc. 69. Virg. Aen. VIII, 210. Ovid. Met. II, 686. *Olim* iunge τῷ *amotas*, nisi forte praestat, ex nostra quidem sententia procul dubio praestat: *nisi olim reddidisses.* — *Viduus pharetra*, spoliatus, ut Pind. Isthm. δ', 14. ὀρφανὸς ὕβριος. — v. 13—16. Rem narrat Hom. Il. ώ, 336.

Mercurius deducit Priamum ad Hectoris ab Achille occisi corpus redimendum, per castra Graecorum, nulli neque visum neque agnitum, eundemque incolumem inde reducit. *M. Priamus dives*, πολύκτητος, πολύχρυσος, auri simul, quod ad Hectoris corpus redimendum curru advehendum curaverat, respectu habito. *D. fefellit*, ἔλαθε, nam λανθάνειν idem quod fallere, latuit *Atridas*, Agamemnonem et Menelaum *superbos*, μεγαλήτορας, μεγαθύμους, tam ob fortitudinis, quam ob summae, quae penes eos fuit, potentiae gloriam. *Thessalos ignes*, qua voce significat milites in vigiliis excubantes, ignemque noctu

Tu pias laetis animas reponis
Sedibus, virgaque levem coerces
Aurea turbam, superis Deorum
Gratus et imis.

CARMEN XI.

AD LEVCONOEN.

ARGUN. *De veterum superstitione, qua stellas vim ac potentiam suam in sortem humanam exercere crederent, prae ceteris vide, quae nos in Indice sub voce Babylonius diximus. Argumentum totius carminis versatur in his: Horatius quum Leuconoen stellarum cultu superstitioso captam intellexisset, ut animum eius ab tali perverso, stultoque consilio avocaret, vitae voluptates ante oculos ponendo, fata meliora fore, quae plane ignorentur, edocendo, felicem nuncupat, cui licet in diem dixisse: Vixi! Carm. Lib. III*, 29, 43.

Tu ne quaesieris, scire nefas, quem mihi, quem tibi
Finem Dî dederint, Leuconoe; nec Babylonios

v. 18. *coherces*, sic codd. nostri. Supra Carm. I, 4, 15. *incohare,* quae forma et ap. Feam occurrit.

v. 1. *Tu ne quaesieris scire, nefas quem* cet. distinguunt Blandd. et Mart. Cruqu. Pulm. 1. Ald. Lamb. Torr. Fabric. Fab. Heins. sed: *Tu ne quaesieris, scire nefas, quem* cet. meliores, item editt. vett. Venetae, Ascens. Locher. et sic Landin. Muret. Rutg. Bentl. Cun. Sanad. sic etiam Cod. Goth. colis duobus positis distinguit. Est etiam exquisitius *quaesieris*, quam *quaesieris scire*. — 2. *Leucothoë* Mart. Cruqu. Cod. Goth. et quidam alii ap. Glarean. item Ald. Venet. 1492. Locher. *neu Bab.* Cun. San.

---

accendere solitos, quos *Thessalos* propterea dicit, quod iis Achilles praefectus erat. Mirmidonum enim catervae Achillem petenti in castro Graecorum transeundae erant. — *iniqua Troiae*, infesta Troianis, *castra*, Graecum exercitum. — v. 17—20. Sequitur iam Mercurius *ψυχαγωγός*, *πομπαῖος*, qui mortuorum animas ad Orcum deducit. *reponis sedibus*, ponis, collocas, deducis ad *laetas*, beatas sedes, Elysium, piorum sedem. Virg. Aen. IV, 638. Hom. Od. *ω*. *Ἑρμῆς δὲ ψυχὰς Κυλλήνιος ἐξεκαλεῖτο Ἀνδρῶν μνηστήρων· ἔχε δὲ ῥάβδον μετὰ χερσίν.*
v. 18. *virga aurea*, *ῥάβδῳ χρυσείῃ*, unde Mercurius Homero dictus *χρυσόῤῥαπις*, qua, velut pastor ad gregem cogendum, animas ad Inferos conducendas utitur. Idea inde orta, quod Mercurius comparatur *κήρυξι* veterum heroum, qui *σκῆπτρον* gerebant. *M. Coerces*, agis, compellis (ut I, 24, 18.) deducis *turbam levem*, exiles animas, *εἴδωλα*, (v. ad I, 4, 17.) ad loca infera. — v. 19. *Superis Deor.*, i. e. Diis, *et imis*, inferis Diis. Hinc *Ἑρμῆς κοινός*, *μεσίτης*, dictus; *gratus*, sc. utrisque inserviendo, nuntium inter superos atque inferos Deos ferendo.

---

v. 1. *Tu ne quaesieris*, noli quaerere, cave quaeras. — *scire nefas*, impium enim est, ea scire conari, sciscitari, quaerere. — *quem mihi* cett. Leuconoes adversus Horatium benevolentiam declarat.
2. *quem finem* vitae, qualem vitae exitum, quod genus mortis. Sed sane praestat explicatio haec: quot vitae annos *dii dederint*, constituerint, decreverint, nobis tribuerint, quae sententia bene nititur versu

Tentaris numeros. Vt melius, quidquid erit, pati!
Seu plures hiemes, seu tribuit Iupiter ultimam,
Quae nunc oppositis debilitat pumicibus mare
Tyrrhenum. Sapias, vina liques, et spatio brevi

3. *sit melius* emend. Best. de rat. emend. legg. c. 18. p. 199. *utilius* coni. With. *tribuet* Vr. B. et A. a 2. m. Al. [Bod.] *tribuit.* Fea.
5. *Qui nunc*, ut ad Iovem pertineat, Blandd. Cruqu. *Quae* Ms. Graev. *Qui.* Je nomme Leuconoé courtisane d'après deux de mes Mss. les plus anciens B. φ. Vand. — 6. *Incipias* coni. With. *sapies* Cod. Goth.

---

quarto *seu plures* cett. — v. 3. *numeri* sunt computationes ex ephemeridibus s. tabulis astrologicis, in quibus coniunctiones planetarum, positiones siderum ad quemvis diem descriptae erant. In his computationibus quum tota horoscopi ratio esset posita, docte hanc artem poeta per *numeros* indigitat. *M.* cf. Iuven. VI, 576. Lucan. I, 641. — *tentaris*, tenta, experire, futura inde explorare conare. De hac re verbum proprium. Astrologia vero ex Babylone Romam profecta est. *Babylonios*, *κατ' ἐξοχήν* Chaldaeos indicat a loco; erat enim in Syria urbs Babylon metropolis, loci amplitudine, murorum altitudine latitudineque decantatissima. — *ut melius*, *ὡς*, *ὅσον βέλτιον*, quanto melius, satius est, *pati*, aequo animo ferre, aequi bonique consulere, in hoc adquiescere, *quidquid erit*, quodcunque tandem acciderit, quaecunque fato nobis impendeant, quum sollicitudo futuri praesentem quoque laetitiam turbet, vitaeque fructum intercipiat, *ὡς κρεῖττον*, *πᾶν τὸ συμβησόμενον παθεῖν*. *Cruqu.:* O Leuconoe ne nimis, quam par est, sollicita esto in inquisitione longitudinis vitae brevitatisve, ut sapias melius pati quidquid erit, ut vina liques cett. nobis enim scire non licet, quid Iupiter de vita nostra statuat, eane brevis futura sit an longa. Et hoc ipsum est (ut Cruquius, qui fere semper ingeniosus Horatii commentator ex nostra sententia diiudicandus est, opinatur) *λευκονοεῖν*, i. e. *λευκὴν ἡμέραν διάγειν*, h. iucundam, laetamque vitam vivere. cf. Cruqu. ad h. l. — v. 4. *seu plures h.* annos Iupiter s. fatum tibi *tribuit*, adsignaverit, quos vivas, sive hunc ultimum esse iusserit, seu longum, seu breve vitae tibi datum sit spatium. — *mare Tyrrhenum*, maris Tyrrheni fluctus, qui *debilitantur* per hiemem, ad saxa alliduntur, franguntur, indeque fracto impetu relabuntur. Quo sensu *fluctifragum litus* dixit Lucret. I, 305. — *pumicibus*, saxis cavis, adesis. Virg. Georg. I, 44. et 374. Lucret. I, 326. — Vir Clarissimus Doeringus Voigtii Celeberrimi viri explicationem, qua hunc locum ex physicis rationibus explicandum esse censet, refutat; in quam refutationem si quis altius descendere velit, cf. Doeringum ad h. l.; qua vero perscrutatione quod attinet ad rem non opus esse videtur. — *oppositis*, qui obiecti sunt fluctibus, *προβλῆσι σκοπέλοις*, Hom. Il. *β'*, 396. *Rupes expositas*, quae in mare procurrunt, dixit Stat. Ach. I, 449.
v. 6. *sapias*, quod corrigentis est, h. meliorem vitae rationem, quaeso, ineas, vita rectius utaris, ut I, 7, 17. *sic tu sapiens finire memento tristitiam.* — *vinum liquare* est vinum percolando liquidius et sic bibendo aptum reddere. *D.* Quum enim vini defaecandi artem parum cognitam haberent veteres, oportebat eos vinum annosum aut fumo maturatum (v. ad III, 8, 11.) et sic turbidum ac spissum per saccum, e tenui lino confectum, tenuique vimine rarius contextum colare s. transmittere, (Colum. IX, 15, 12.) ut purgaretur ab faecibus. Id dicebatur *ὑλίζειν*, *σακκίζειν*, *ἐξηθριάζειν*, *ἀποθηλύνειν*, *ἐξευνουχίζειν*. Sic vinum purgari solebat ab flore vel mucore, i. e. *Kahn*. Ad quod opus perficiendum veteres utebantur instrumentis quibusdam, v. c. *ἠθμῷ*, *ὑλιστῆρι*. Theophr. 6. de caus. plant. c. 24. dicti sunt *οἶνοι ἠθικοί* sc.

Spem longam reseces. Dum loquimur, fugerit invida
Aetas: carpe diem, quam minimum credula postero.

CARMEN XII.

AD AVGVSTVM.

(Ad Musam.)

Argum. *Mitscherlichius, aliorum interpretum opinionibus parum concinnis nec diutius immorans, dicit haec: Quum et hymnorum et odarum genus fuisse constet apud veteres, quod plurium laudes complecteretur, Horatius, Augustum celebraturus, eam rationem, sed novo artificio imitatur ita, ut Deos, heroas, magnosque Romae viros enumeret et brevi elogio decoret, istique splendidae seriei ad extremum adnectat et adsociet Augustum, neque solum sic illis parem, sed uno Iove inferiorem ponat. Quod ex industria ab poeta factum casu quodam fortuito evenisse videtur; cuius laudes inprimis erat cantaturus, eum denique ad finem hymni commemorat, sed cum praecedentibus ad unum fere omnibus et Viris et Diis et heroibus praeclarissimis perbelle comparatum. Qua ex re apparebit, Horatium virtutum laudumque modeste dicendarum bene gnarum fuisse, ita quidem ut, quod inprimis erat effecturus, prudenter dissimularet. Carmen inter pulcherrima Horatii carmina esse referendum, lector eruditus tam ex colore quam e tota eius compositione, ornatu, sublimitate cett. intelliget. Scriptum autem est a. u. DCCXXXI, vivente adhuc Marcello, bellumque Augusto contra Parthos parante. Comparetur cum Pind. Ol. β'. Hor. Carm. lib. III, 25.*

v. 7. *Dum loquimur (fugerit*, i. e. fugiat licet per nos, *invida aetas): carpe diem* Sanad. male; nam in illo *dum loquimur, carpe diem* qui tandem nexus est? *liquens* Cod. Guelf. — *diffugit invida* unus Bersm. Rutg. probante Fabric.

ἀπὸ τῆς ἠθίσεως, colatura. — ***spatio brevi***, quum breve sit vitae spatium, in hac vitae brevitate, ***reseces***, rescindas, ne longe nimis porrigas, ne alas, imo contrahas, ***spem longam***, longioris aetatis, longe porrectae. Sibi opponuntur ***spatium breve*** et ***spes longa***. cf. I, 4, 15. ***Resecamus spem vitae***, quam ultra eius terminum porrectam, in fines suos cogimus, contrahimus, ita ut spem vitae ne ulterius producamus, quam per eius brevitatem licet. — ***Dum loquimur***, quin adeo, dum haec ita loquimur, ***fugerit***, fit, ut effugiat ***aetas***, aliquantulum aetatis. Hinc ***invida*** ea dicitur, quae tam cito elabendo sui fructum nobis invidere videtur. — v. 8. ***carpe diem*** hodiernum, *καιρὸν λάβε, καρπίζειν* ex Epicureorum voce, praesenti, quod vivendum tibi datum est, tempore utere, fructum eius ne intercipi atque elabi tibi patiare. — ***quam minimum credula***, parum fiduciae collocans in ***postero***, crastino, quum admodum sit incertum, an crastino vivas. ***M.***

C'est à tort que la plupart des éditions adressent cette Ode à Auguste. Mes Mss. les plus anciens l'intitulent *hymne*, et ajoutent qu'elle traite des louanges des Dieux et des hommes. Le titre du Ms. V. porte ***ad Musam***, et c'est celui que j'ai choisi pour sa bréveté; mais les autres n'en exposent pas moins et le genre et le sujet de cette pièce. C'est vraiment un hymne dans le genre de ceux dont parle Pindare Nem. II, 1—4. qui se chantoient dans les festins à l'honneur des demidieux et des hommes illustres et qui commençoient toujours

Quem virum aut heroa lyra vel acri
Tibia sumis celebrare, Clio?
Quem Deum? cuius recinet iocosa
Nomen imago,
Aut in umbrosis Heliconis oris,
Aut super Pindo, gelidove in Haemo?
Vnde vocalem temere insecutae
Orphea silvae,

v. 1. *sumes* antiquiss. Bland. ap. Cruqu. plures Lamb. Bentl. 1, 2. Mentel. Pulm. 4. et sic Lamb. Cruqu. Heins. Steph. Fab. Dacer. At *sumis* Acron, Porph. Pulm. 1, 2, 3. omnes Torr. Bentl. omnes ceteri, Cod. Goth., quidam Lamb. Dess. ut. Brod. et sic Venet. Ascens. Locher. Fabr. Bentl. Baxt. Cun. San. Est enim *sumis celebrare* pro *celebrabis*. [Persimili verborum iunctura utuntur Francogalli, v. c. *je vais répéter* = *je répéterai*.] — 3. *recinit* Pulm. 1, 3. quidam Torr. Alt. 1. Lipss. duo, Gott. Venet. 1492. Asc. Baxt. et sic legitur ap. Feam. *recinat* Lips. 1. a m. s. Fabr. Erasm. Vascos. Bened. Philol. *resonet* coni. Cun. Sed *recinet* Vrs. et Torn. Lamb. Pulm. 2, 4. unus Torr. antiquiss. Bland. Cruqu. Mentel. Locher. et sic Fab. Rutg. Bentl. Cun. San. Gesn. sic convenit cum *sumis celebrare*; in Pindaro est *κελαδήσομεν*. *cuius referat vetusta nomen imago*, mallet Scal. Poet. VI, 7. — 8. *Orphea rupes* emend. Sa-

---

par les louanges de Iupiter. Un passage de Diogène Laerce, rapproché d'un autre de Cicéron Tusc. Lib. IV, c. 3, 4. a même fait penser à Torrentius que l'usage de ces hymnes, recommandé par Pythagore à ses disciples, avoit été adopté par les Romains, et qu'il s'étoit conservé iusqu' au temps de Cicéron lui-même, mais ce fait est pour nous de peu d'importance; et il suffit que la poésie grecque offrît des modèles de ces hymnes pour qu' Horace ait cherché à les imiter. Vand. Enfin nous avons à remarquer que Mr. Vanderbourg a donné en verité dans son édition l'étiquette suivante: ***A Clio, Ad Musam.***

v. 1. Pind. Ol. β'. *Ἀναξιφόρμιγγες ὕμνοι, τίνα θεόν, τίν' ἥρωα, τίνα δ' ἄνδρα κελαδήσομεν;* — ***Viri***, qui virtute ac meritis reliquos homines antecellunt, ***heroes***, *ἡμίθεοι*, ex his Alciden et Dioscuros memorat, ex istis vero Romulum, Numam Pompilium cett. — ***lyra vel tibia***, carmine, quod ad lyram vel tibiam canatur, lyrico inde appellato. Pind. Isthm. ε', 33. *κλέονται δ' ἔν τε φορμίγγεσσιν, ἐν αὐλῶν τε παμφώνοις ὁμοκλαῖς.* Ol. γ', 13 et 14. et Ol. ι, 113. cf. III, 4, 1 sqq. — ***acri***, *ὀξεῖ*, acuto et gravi sono, qualis est buccinae nostrae aut tubae. Hinc Pind. *βοὰν αὐλῶν*, et Auct. Ep. 174. (Br. Annal. III, 184.) *αὐλοὺς* dixit *βαρυφθόγγους*. — v. 2. ***sumis***, eligis ***celebrare***, Graece, pro, celebrandum, canendum. ***Sumere*** saepius de eligenda carminis materia, ut Ep. I, 3, 7. Ep. ad Pis. 38. — v. 3. ***cuius nomen***, laudes ***recinet***, cum delectu pro, referat, reddat ***imago***, sc. vocis, Echo, quae infr. I, 20, 8. ***montis imago***, et Virg. Georg. IV, 50. ***vocis imago*** dicitur. Similiter vocat Echo Archias XIV, 3. *παντοίων στομάτων λάλον εἰκόνα.* — ***iocosa***, e rei natura, quatenus Echo fallit et ludit nos. — Ex montibus cum delectu ponit Heliconem et Pindum, Musis sacros; Haemum vero, quod is olim nobilissimorum poetarum, Lini, Musaei, maxime vero Orphei cantibus insonuisset. ***Helicon***, Boeotiae mons, Phocidi adiacens, Musarum sedes. Iuga eius nemorosa docte declarat poeta per ***oras umbrosas***. Ep. II, 1, 218. ***Helicona virentem***. *δένδρων ἀνάπλεως* adeo audit Pausan. IX, 28. ***Pindus***, Thessaliae mons et ipse Apollini et Musis sacer. ***Haemus***, Thraciae mons, ***gelidus*** dictus ob silvas, ut supr. I, 30. infr. I, 21, 6. Virg. Georg. II, 488.

v. 7. ***vocalem Orphea***, *φωνήεντα, εὔφωνον*, cantantem, vel lyram

Arte materna rapidos morantem
Fluminum lapsus, celeresque ventos,
Blandum et auritas fidibus canoris
Ducere quercus.
Quid prius dicam solitis Parentis
Laudibus, qui res hominum ac Deorum,

nad. quia silvae contineantur sequentibus. Sed hoc est argutari et ipsos scriptores veteres, non librarios corrigere velle.

v. 9. *rabidos* Mentel. — 13. *parentum* sic Cod. Goth. Porphyr. Comment. Cruqu. Bentl. 1, 2, 6. Pulm. 1, 3. duo Bersm. Landin. Locher. Venett. Ascens. Torr. Baxt. Gesn. ut sit: *quid pr. d. solitis parentum laud.* i. e. eo, cuius laudes maioribus nostris, vel antiquis lyricis sollennes fuerunt, h. Iove, *qui res* cett. *parentem* Acr. Pulm. 2. probante Fabr. Mur. et tantum non recipiente Lamb. ut sit: *quid prius dicam? an solitis parentem laudibus?* — *Parentis* Luctat. ad Stat. Theb. I, 48. antiquiss. Bland. Cruqu. Lamb. ex optimo Vat. Pulm. 4. Mentel. unus Bersm. Bentl. 3. Dess. 1. et probant Heins. Steph. Faber. Bentl. Cun. San. *Iahnus:* habet poeticam plane structuram *solitis parentum laudibus*, solita maioribus laudis materia, quasi more maiorum laudandi. Nam quod sequitur *qui*, per synesin refertur ad Iovem; nam *laudes parentum* sunt Iupiter ab patribus laudatus. Illud ipsum *qui* fecisse potest, ut refingeretur *parentis*, ut haberet *qui*, quo referretur. *Laudes* ergo *parentum* sunt materia laudis maiorum, is quem laudare solerent. Iahno non est dubium, quin Lamb. Heins. Bentl. Cuning. et Bothius recte probaverint: *Quid prius dicam solitis parentis laudibus. Parens* enim eodem modo, quo *Pater* I, 2, 2. III, 29, 24. de Iove recte dicitur, quamvis hoc negarint Harduin. et Bauer.

14. *qui rex*, sic Cod. Goth. ἄναξ ἀνδρῶν τε θεῶν τε, quidam Lamb. et Glarean. Alt. 1. Dess. 2. probantt. Mancin. et Steph. Male, ob sequens *qui.*

---

pulsantem. Sic *vocales chordae* Tib. II, 5, 3. — *temere*, nullo ordine, confuse, uti promiscue antea steterant. — v. 9. *Arte materna*, quae matri eius, Calliopae, propria est, vel, quam mater eum docuerat, τέχνῃ μουσικῇ. *Cirrhaeas artes* vocat Claudian. Praef. v. 23. ad R. P. l. II. — *rapidos lapsus*, concitatum cursum *fluminum*, rapidissimos fluvios *morantem*, inhibentem, sistentem. *Labi* iam per se citatum cursum innuit. v. II, 14, 2. — *blandum* — — *quercus*, quique tam blandus esset in tractandis fidibus, qui tam blande, tam suaviter lyra caneret, ut quercus hisce cantus blandimentis permulsae atque illectae eum sequerentur. θελγομένας δρύας eadem in re dixit Orph. Ceterum Graecam structuram, *blandum* — *ducere*, pro, blanditiis suis, blande ducentem, facile animadvertas. *auritas*, ἀκροατάς, audacter et lyrice, pro, auscultantes, cantus suavitate delenitas. Imitatus est h. l. Sidon. c. II, 71. *Qui cantu flexit scopulos, digitisque canoris compulit auritas ad plectrum currere silvas; quum starent Hebri latices, cursuque ligato fluminis attoniti carmen magis unda sitiret.*

v. 13. *Quid prius . . . laudibus?* quem prius celebrem, quam Iovem? Ab hoc initium carminis facere decet; huius laudes primum dicendae sunt. Iovis laudes *solitas* vocat, quae primo loco a poetis memorari solent, ex more veterum poetarum, quos hic Horatius imitatus esse videtur. — *Parens*, sc. hominum ac deorum, Iupiter, absolute sic dictus, ut *Pater* Virg. Georg. I, 353. et sic persaepe.

v. 14. *res hom. ac Deor.* τὰ τῶν ἀνθρώπων καὶ θεῶν, qui homines ac deos regit, iis imperat, iuxta Homerum: ἄναξ ἀνδρῶν τε θεῶν τε. Si-

Qui mare ac terras, variisque mundum
Temperat horis?
Vnde nil maius generatur ipso,
Nec viget quidquam simile aut secundum:
Proximos illi tamen occupavit
Pallas honores.

v. 15. *ac terras* quidam Lamb. duo Bersm. plurimi Bentl. Lips. 4. Dess. 2. Ascens. Locher. Cun. San. Vulgo *et.* — *aut terras* Fran. *terram* quidam Lamb. unus Bersm. — 19. *occupavit* emend. Heins. probantib. Putean. et Waddel. anim. crit. p. 42. et sic dedit Ro. Steph. ut sit: in carmine meo proximum locum habebit ab Iove. — 20—21. *Pallas honores*

---

militer Virg. Aen. I, 229. *O qui res hominumque Deumque aeternis regis imperiis et fulmine terres.* — v. 15. Vniversum declarat poeta per *mare*, *terras* et *mundum*, h. caelum, solem et lunam, quorum cursum ita *temperat*, moderatur, regit, *variis horis*, ut inde anni partes, vicissitudinesque temporum procedant; qua fere ratione Sol et Luna *annum caelo ducere* dicuntur Virg. Georg. I, 6. Hinc Διὸς μεγάλου ἐνιαυτούς vocat Hom. Il. β', 134. et ipsae Horae filiae Iovis et Themidis audiunt, veluti Orph. H. in easdem v. 6. — v. 17. *Vnde*, ὅθεν, qua re, sc. quum in deos hominesque imperium exerceat, universumque terrarum orbem regat, *nihil generatur*, οὐ μεῖζόν τι γίγνεται, nihil existit, est, quod *maius*, praestantius, potentius sit, *ipso* Iove: οὗ καὶ φέρτατός ἐστι θεῶν κράτεΐ τε μέγιστος. Hesiod. Theog. 49. Est adeo Ζεὺς ὕψιστος, πάντων μέγιστος, (Aeschyl. Choeph. 202.) πανυπέρτατος (Callim. H. in Iov. 91.) et Latinis *Invictus*, *Exsuperantissimus*, *Optimus*, *Maximus*. *Nil maius*, nemo maior, ut Ovid. Met. II, 60. Fast. V, 125. Alii h. l. sic accipiunt: *Vnde*, ex quo Iove *nihil*, nulla proles *generatur*, gigni potest, quae *maior* sit *ipso:* putantque respici fabulam, qua Iupiter Thetidis coniugium ideo respuerit, quod in fatis esse sciret, eum, quem Thetis editura esset filium, patre praestantiorem futurum; cui quidem explicationi Mitscherlichius non assentit, prius memoratam omnino praeferens. *Vnde* cett. h. e. a quo nihil, quod ipso maius sit, procreatur; nam qui sequuntur, quos generavit Iupiter liberos, longe patre minores vel inferiores sunt; nonvult igitur Doer. *unde* ad prosaicae orationis indolem cum Mitsch. pro: *quare* explicare. Qua in re Doeringum recte vidisse, nobis quidem eiusdem sententiae participibus persuasum est. Sic. infr. I, 28, 28: *Vnde potest, tibi defluat aequo ab Iove.* Serm. I, 6, 12.: *contra*, *Laevinum*, *Valeri genus*, *unde Superbus Tarquinius regno pulsus* cett. — v. 18. *Nec quidquam ei simile*, nemo aequalis ei, *viget*, floret dignitate atque potentia, nemo par ei est; *aut secundum*, quod statim eum sequatur, quod eius potentiam prope attingat: imo omnes reliqui dii Iove longe inferiores sunt.

v. 19—20. Proxima tamen, quamvis longo intervallo, ei est Pallas. — *Proximos* ob usum fulminis atque aegidis, quibus reliqui caelestes non erant armati. Apud Homerum Pallas secundam sedem tenet in Gentilium Triade: αἴθε, Ζεῦ τε πάτερ καὶ Ἀθηναίη καὶ Ἄπολλον. Hesiod. Theog. 869. Ἶσον ἔχουσαν πατρὶ μένος καὶ ἐπίφρονα βουλήν. — *Honores occupavit*, τιμὰς ἔχει, ἔμμορε τιμῆς, sortita munera, quibus proxime ad Iovem accedit, quae ei proximum ab Iove locum vindicant. Nimirum potestas aliqua, singulare aliquod munus, imperium, quo Iupiter unumquemque deum ornavit, quod adeo ei proprium est, poetis dicitur τίμη, γέρας. Plat. Sympos. I. p. 617. ἡ δὲ Ἀθηνᾶ φαίνεται τὸν πλησίον ἀεὶ τοῦ Διὸς τόπον ἔχουσα. Callim Lav. Pall. 131. μώνᾳ Ζεὺς τό γε θυγατέρων δῶκεν Ἀθαναίᾳ, πατρώια πάντα φέρεσθαι. v. Spanh. ad Callim.

Proeliis audax, neque te silebo,
Liber, et saevis inimica Virgo
Belluis; nec te, metuende certa,
Phoebe, sagitta.
Dicam et Alciden, puerosque Ledae,
Hunc equis, illum superare pugnis
Nobilem: quorum simul alba nautis
Stella refulsit,
Defluit saxis agitatus humor;
Concidunt venti, fugiuntque nubes;

proeliis audax. Neque te et sic distinguit Cod. Goth. Venet. 1478. Bentl. Cun. quia non sit character Bacchi, esse audacem in proeliis.
28. *Sidera fulgent* Florent.

H. Apoll. 29. Hom. Il. ω', 131. — v. 21. ***Proeliis audax***, audacter pugnans, ferox, bellicose. Orph. H. 44, 3. *ὃς ξίφεσιν χαίρεις, ἠδ' αἵμασι,* ad Bacchum — — ***bellorum potentem*** iuxta Macrob. Sat. I, 19. Praecipuae ei partes datae in Gigantomachiis. cf. II, 19, 21. Celebratur quoque eius expeditio adversus Indos suscepta. v. Winkelm. Monum. ined. p. 67. et Allegor. p. 41. — v. 22. ***Virgo***, *κόρη, παρθένος*, Diana; ***inimica belluis***, quae persequitur belluas, ***belluarum agitatrix***, ut dicitur Arnob. IV. p. 241. *θηροκτόνος, ἐλαφηβόλος, εὔσκοπος, ἰοχέαιρα*, quae sunt Homerica Dianae epitheta. — v. 23. ***metuende sagitta***, qui sagittam iacis, ut ***metuende thyrso*** II, 19. 8., sed alterum cum vi, propter adi. ***certa***, quae scopum attingit, quae nunquam aberrat, quae ***praedae certa*** est, ut Senec. Herc. Oet. 1655. *ἑκηβόλος, ἑκατηβόλος τοξότης* audit Phoebus Apollo ap. Homerum. Phoebus dictus *ἀπὸ τοῦ φοιτᾶν βίᾳ*, quod vi feratur. Sic Hercules ap. Catull. LXVIII, 113. ***Tempore, quo c e r t a — sagitta perculit.*** *ἀφύκτους ἰούς* Sophocl. Philoct. 105. compar. Valken. ad Eurip. Hippol. v. 1416. — v. 25. Ex heroibus nunc memorat poeta ***Alciden***, Herculem, Alcaei nepotem, et ***pueros***, *παῖδας*, filios ***Ledae***, Tyndari uxoris, et Iovis, Dioscuros, Tyndaridas, Castorem et Pollucem, quos coniunxit III, 3, 9. ***Hunc***, alterum, Castorem, ***nobilem superare***, *ἔνδοξον νικᾶν*, (cf. infr. Serm. II, 1, 26.) ***illum***, alterum, Pollucem, structura verborum Graeca: nobilem superando alios ***equis***, in certamine equestri, ***pugnis***, *πυγμαχίῃ*, in certamine caestuum, quo Pollux Amycum prostravisse dicitur. vid. Apollod. I, 9, 20. Hom. Il. γ', 237. *Κάστορά θ' ἱππόδαμον καὶ πὺξ ἀγαθὸν Πολυδεύκεα.* Pind. Pyth. α', 127. eos *λευκοπώλους* vocat. — Eurip. Electr. 991. vid. ad IV, 8, 31. *τιμὰς σωτῆρας βροτῶν ἐν ἁλὸς ῥοθίοις.* ***Simul*** ac eorum ***stella***, sidus, ut Virg. Georg. I, 222. ***alba***, lucida, clara. cf. I, 3, 2. et IV, 8, 31. Eurip. Elect. 730. *λευκὸν Ἀοῦς πρόσωπον.* Ovid. Met. XV, 149. ***albus Lucifer.*** Sic ***albus Notus*** vid. ad I, 7, 15. ***refulsit***, apparuit, in conspectum venit. Sensus: quorum sidus propitium simul ac nautis exortum est, tempestas statim saevire desinit et concitatum mare, quo nautae perituri videbantur, illorum nutu componitur. *D.* Ratio huius figmenti in eo quaerenda videtur, quod duae flammulae in malo navis apparentes nautis indicio sunt, tempestatem mox sedatum iri. *M.*

v. 29. ***Defluit saxis*** cett. Compara Theocrit. κβ', 19 sq. *ἀλλ' ἔμπας ὑμεῖς τε καὶ ἐκ βυθοῦ ἕλκετε νῆας αὐτοῖσιν ναύταισιν ὀϊομένοις θανέεσθαι· αἶψα δ' ἀπολήγοντ' ἄνεμοι, λιπαρὰ δὲ γαλήνα ἀμπέλαγος, νεφέλαι τε διέδραμον ἄλλυδις ἄλλαι.* ***Defluit***, demanat, relabitur de ***saxis humor***, *νοτίς*, unda, fluctus ***agitatus***, scopulis superiectus, ut in Virg. Aen. XI, 625. Mare adeo subsidit, sternitur, *στορέννυται*, quae poetis sollennia sunt hac in re. — v. 30. ***concidunt***, subito cadunt, flare desinunt, ut Virg. Ecl. IX, 57. contra surgit ventus, *ὤρορε.* — ***fugiunt nubes***, cf. Theocr. l. c. Virg. Aen. V, 820. — v. 31. ***minax***, quae exitium nautis minatur, ***ponto*** casu tertio. — ***nam sic voluere***, cf. Varietas lectionis, quae hic, incredibile dictu, mirum in modum discrepat, ex Mitscherlichii sententia, magnificum est, solo enim, inquit, eorum nutu haec omnia sunt. *Bentl.:* turbant hic mirum in modum codices. Plerique omnes Vetust. *quia sic;* recentiores quidam, ***Quod sic.*** Duo Gemblacenses, Pulmanni et Lambini unus: ***nam sic.*** Ed. Venet. 1478. ***quod sic.*** Loch. 1498. ***Quod sic dii.*** Cod. Reg. a m. s. ***quae sic.*** Petrensis ***quia voluere.*** Laurent. Torr. ***dii sic vol.*** Ed. aliq. ***sic dii vol.*** Tamen illud ***dii*** ex glossa irrepsisse videtur, ut in ed. Loch. et sane Cod. Reg. ***dii*** habet inter versus, loco explicationis, non lectionis. Recepit Bentl. quod et Nic. Heinsio placuit, ***sic dî voluere***, locis ex aliis poetis depromtis haud iniuria, ut mihi quidem videtur confisus. Ovid. ***Natus es infelix, sic dî voluere, nec ulla*** cett. Met. IV, 660. ibid. XIII, 597. Virg. Aen. V, 50. quam lectionem, dum melius quiddam proferatur, in textum recipiamus. — v. 33. ***quietum Pompilî regnum***, Numam Pompilium, qui partum armis imperium pacis artibus, legibus ac religionum cura corroboravit. Liv. I, 21. „maximum eius operum fuit tutela per omne regni tempus pacis." — v. 35. ***Tarquinî Prisci fasces***, regni insignia, quae ille ab Etruscis petiit. — ***superbos***, splendidos, ut I, 35, 3. Tarquinio superbo, quem nonnulli intelligi volunt, in hoc carmine omnino locus non erat. Multo magis a consilio carminis abhorrere arbitratur Mitsch. Tarquinii Superbi tyrannidem a poeta ideo memorari, quod ista mutandi imperii regii in liberam civitatem causa extitisset, atque adeo poeta imperii Romani conversionem sub eo factam tantummodo innuere voluisset. At Doeringo secus videtur. Ex eius enim sententia imprudenter plane nunc epitheton ***superbos*** in ea, quam alias habet, significatione posuisset poeta, cum quemque illud

Et minax, sic dî voluere, ponto
Vnda recumbit.
Romulum post hos prius, an quietum
Pompilî regnum memorem, an superbos
Tarquinî fasces, dubito, an Catonis
Nobile letum.

v. 31. Insolenter variant Codd. in h. v. *quod sic voluere* Acr. Porph. Lamb. quatuor, Mentel. et sic Ald. Glarean. Lamb. Torr. Cruqu. Fabric. Fab. Rutg. Steph. *quia sic voluere* omnes Cruqu. praeter unum, Pulm. 1, 4. tres Bersm. Lipss. Alt. 2. *qua sic vol.* Cod. Goth. *sic Dî voluere* Muret. Venett. Ascens. D. et N. Heins. Bentl. *Dî sic voluere* Laurent. Torr. Sanad. *quod Dî vol.* item *cum sic voluere*, alii. *quod si vol.* Venet. 1478. *quae sic vol.* Bentl. 8. *quod sic Dî vol.* Locher. *sic I* (pro *ii*) *vol.* Cun. *sic hi vol.* vel *si sic vol.* coni. With. *vim si velut ira ponat.* alia coni. With. *nam sic voluere* Pulm. 3. vetustus Lamb. Fran. quod praefert L. Bos anim. in Hor. p. 30. cf. III, 11, 1 et 30. Sed etsi Horatio in talibus parenthesibus usitatius est *nam*, tamen inde pro certo affirmari nequit, quomodo poeta scripserit. Ceterum est res non magni momenti, licet adhuc sub iudice lis maneat. — 32. *recurrit* Fran. — 35. *Iunii fasces* eleganter coni. Cun. et recepit San. ut ad Iunium Brutum, regum expulsorem, pertineat. Laudat Cuning. Virg. Aen. VI, 819. *prius aut* pro *dubito an* emend. Sanad. timens, ne illud *dubito* nimis humile sit. — *anne Curtî* pro *an Catonis* coni. Bentl. et, quod ille ausus non est, recepit Cl. Schmid., ut ad M. Curtium referatur, qui in pestiferam voraginem insiluit; multis post reges saeculis vixisse Catonem, dicit Bentl.

Regulum, et Scauros, animaeque magnae
Prodigum Paullum, superante Poeno,
Gratus insigni referam Camena,
Fabriciumque.

v. 38. *Prodigum, Poeno superante, Paullum* Bentl. 6. et sic ille, tum Cun. San. Sed vulgata retinenda est, cui accedit Cod. Goth.
39. *insignis* unus Bersm. Dess. 2. Mire Vand. φ. in marg. pro *Gratus* habet *Graccos, Gracchos*.

---

non ad Tarquinii Prisci, sed Superbi imperium relaturum esse, ipse facile intelligere posset. Nec videt D., cur Tarquinius Superbus indignus plane, quem inter insignes Romanorum viros commemoraret poeta, habendus sit, praecipue quum Virg. quoque Aen. VI, 819. non Tarquinium Priscum tantum, sed etiam Superbum ad *illustres* animas, quarum Anchises in campis Elysiis recensum habet, retulerit. Nam si Horatius dicit, *an superbos Tarquini fasces*, neque de Tarquinii Superbi vitiis, neque de singulis eius virtutibus, neque de singulis aliis rebus praeclare ab eo gestis vel institutis, sed potius de insigni illa sub fine eius imperii per Brutum inprimis facta rerum publicarum conversione cogitandum est, quae sane largissimam Horatio ad carmen, de Tarquinii Superbi rebus et aliorum simul magnorum virorum virtutibus componendum, suppeditare potuisset materiam. Hanc autem rerum conversionem respexisse poetam, probabile fit inde, quod ad aliam statim insignem rerum conversionem transit, quam per *nobile Catonis letum* designat. Nos quidem, quod Ianius quoque fecit, eam explicationem unice veram esse censemus, quae et simplicitate et concinnitate sua, utcunque hoc res ipsa postularit, prae reliquis se commendet, cuiusmodi est, ut totius loci ratio et conditio perfacile quemvis docebit, explicatio interpretum ea, cuius et Doeringus, una cum Bothio et nos participes sumus. *Catonis* Vticensis, ultimi libertatis defensoris *letum*, quod sibi ipse conscivit, ne in manum Caesaris veniret, sicque ei tyranni vultus adspiciendus esset. vid. Cic. Off. I, 31. hinc *nobile*, quod, cum in republica ei amplius vivere non liceret, mori decrevisset. Atque hunc inter magnos viros memorare poetam nihil vetuit, cum et Augustus libertatis propugnatores magni faceret, seque amicum pristini reipublicae status profiteretur. *M.* — v. 37. De *Regulo* conf. III, 5. *Scaurorum* gens multos dedit Romanae reipublicae magnos ac nobiles viros, in quibus eminent M. Aemilius Scaurus, vir gravissimus, et princeps senatus; eiusque filius M. Scaurus, aedilitatis magnificentia clarus; uterque consilio, gravitate, constantia clarissimus. — v. 38. *Paullus* Aemilius Consul in funesta, vitio (culpa) collegae Terentii Varronis, Canensi clade cum fortissime pugnasset, nolens tantae ignominiae, cuius unus insons erat, superstes esse, se hostibus perimendum dedit. Liv. XXII, 49: — — *Me in hac strage militum meorum patere exspirare, ne aut reus iterum e consulatu sim, aut accusator collegae existam, ut alieno crimine innocentiam meam protegam.* Flor. II, 6, 16. Hinc *prodigus*, contemtor ac profusor *animae*, pro vulgari, vitae. — *magnae*, quatenus generosum sic animum suum prodebat. Imitati sunt hunc splendidum verbi *prodigus* usum Ovid. Am. III, 9, 64. Sil. I, 225. Stat. Theb. III, 603. VIII, 406. Claudian. in Ruf. II, 183. — *Poeno*, Hannibale, Carthaginensium duce. — v. 39. *gratus*, grata pietate illorum memoriam recolens, *insigni Camena*, carmine *referam*, quo ipsi insignes reddantur, ipsorum virtus posteris innotescat. C. *Fabricius* Luscinus, quum contra Samnites et Pyrrhum bellum consul gereret, munera hostium sprevit et difficilius ab honestate, quam sol ab cursu suo averti potuit. Val. Max. IV, 3. Hinc *parvo potens* Virgilio dictus Aen. VI, 845.

Hunc, et incomtis Curium capillis,
Vtilem bello tulit, et Camillum,
Saeva paupertas et avitus apto
Cum lare fundus.
Crescit, occulto velut arbor aevo,
Fama Marcelli: micat inter omnes
Iulium sidus, velut inter ignes
Luna minores.

43. *Sancta paup.* coni. Bentl. *casta* coni. With. ex Sil. I, 609. *saeva* Cod. Goth. *arto* ed. Lavagnae 1477. Bentl. *apta* Cod. Goth. Sed nihil mutandum. — 45. *occulto v. arbor arvo* coni. N. Heins. ap. Bentl. quod hic male expl. *deserto campo,* ubi celerius crescant arbores. — 46. *Martelli* Mentel.

M. Furius *Camillus* iniuriarum oblitus, ex exilio reversus, urbem ab Gallis captam restituit. vid. Flor. I, 13. — v. 41 — 44. *Hunc, et* cett. Sensus: hic Fabricius et Curius, vir antiquis moribus, atque Camillus, quamvis ad duriorem sortem nati nihil nisi exiguum cum exigua domo fundum ab maioribus acceptum possidebant, viri tamen fortes et rei militaris peritissimi evaserunt. *D.* De M. Curio Dentato vid. Val. Max. IV, 3. Retinuit morem veterem, crinesque *incomtos*, intonsos atque impexos aluit. cf. infr. II, 15, 11. — *saeva*, *δεινή, χαλεπή, ἀργαλέη*, quae ad quaevis dura ac perpessu gravia nos impellit, *μόχθοιο διδάσκαλος* Theocr. XXI, 2. — *avitus fundus*, agellus ab maioribus acceptus, nullis accessionibus dilatatus. cf. I, 1, 11. Epod. II, 3. Burm. Anthol. Lat. I. p. 497. — *apto cum Lare*, cum tecto, quod *aptum* erat, conveniebat fundi exiguitati, adeoque modico, exiguo. Quae paupertas (continentia) illos viros *tulit*, protulit, finxit *utiles* bello, *χρησίμους, χρηστοὺς ἐς πόλεμον*, bello idoneos, laboribus quippe ab pueris adsuetos, iisque induratos. — *Fama Marcelli*, Doer. non ad iuvenem Marcellum, qui per *Iulium sidus* designatur, (ut Mitsch.) sed potius ad M. Claudium Marcellum, qui quinquies consul in bello Punico secundo floruit, et primus Hannibalem ad Nolam vinci posse docuit, referri debere dicit; huius *fama* igitur *crescebat*, dum iuvenis Marcellus, tanquam novus ex antiqua stirpe surculus efflorescens, novum ei honorem conciliabat. Exsplendescebant autem in iuvene Marcello, Octaviae, Augusti sororis, filio, et Iuliae, Augusti filiae, coniuge, licet vix septemdecim annos tum nato, tot tantaeque virtutes, ut non solum Augusto, qui eum adoptasse et successorem sui in regno destinasse dicitur, cf. Dio LIII, 30., sed etiam omnibus Romanis in summis esset deliciis. Comparandus cum toto loco Virg. Aen. VI, 856 sq. ex qua quidem Virgiliani loci comparatione, ea, quam ad h. l. attulimus, vel maxime confirmatur explicandi ratio. *D.*
v. 45. *occulto aevo*, tempore, non animadversis incrementi temporibus, et momentis, i. e. sensim et occulte; sic, ut, quoties adspiciamus arborem, nova germina ac folia, novos ramos emicuisse videamus. Ducta haec comparatio ex Pind. Nem. VIII, 68. *αὔξεται δ' ἀρετά, χλωραῖς ἐέρσαις ὡς ὅτε δένδρον ἀΐσσει, σοφοῖς ἀνδρῶν ἀερθεῖσ' ἐν δικαίοις τε πρὸς ὑγρὸν αἰθέρα.* cf. II, 30, 7. Virg. Ecl. X, 73. — *Iulium sidus*, iuvenis Marcellus, sideris instar virtutum suarum splendore gentem suam Iuliam illustrans, spes ac decus gentis Iuliae. Sic Drusus et Germanicus, Tiberii filii, dicuntur *sidus iuvenile* Ovid. Trist. II, 167. Fabius Maximus *Fabiae gentis sidus* Ovid. Pont. III, 3, 2. — *inter omnes*, sc. ceteras stellas, h. familias Romanas emicat gens Iulia. cf. Epod. XV. pr. et Sapph. ap. Henr. Steph. fragm. lyr. T. II. p. 36. *ἀστέρες*

Gentis humanae Pater atque custos,
Orte Saturno, tibi cura magni
Caesaris fatis data, tu secundo
Caesare regnes.
Ille, seu Parthos Latio imminentes
Egerit iusto domitos triumpho,
Sive subiectos Orientis orae
Seras et Indos,
Te minor latum reget aequus orbem:
Tu gravi curru quaties Olympum;
Tu parum castis inimica mittes
Fulmina lucis.

v. 51. *fato* Acr. Fabr. et praefert Scal. Poet. VI, 7. sed *fatis* omn. mss. et edd. et sic Cod. Goth. — 54. *domitor* vel *dominus* coni. Th. Gale ap. Bentl. — 55. *oris* Fabr. Locher. Asc. Fab. Rutg. Lamb. Steph. Baxt. Sed *orae* omnes Torr. et Cruqu. quinque Lamb. Mentel. tres Bersm. Pulm. 1, 2, 3, 4. Brod. Gott. Sax. Heins. Bentl. Cun. San. Talbot. Cod. Goth. 57. *laetum* multi vett. codd. teste Lamb. Pulm. 2. tres Torr. tres Bersm. Lipss. duo, Sax. Alt. 2. Brod. Bentl. 9 a m. pr. 13, 23, pro varia lectione, probat et Gesn. Convenit Virg. Georg. IV, 560. *volentes per populos.* Sed *latum*, quod et in Cod. Goth., ob Codicum plur. et vetust. auctoritatem praestat. Nunc ego quidem mallem coniectura h. l. nulla tentassem, nam recte legitur *reget.* — *regat* et mox *quatias, mittas*, Ascens. Landin. Fabr. Bonfin. *regit* (sic) Cod. Goth.

μὲν ἀμφὶ καλὰν Σελάναν ἂψ ἀποκρύπτουσι φαεινὸν εἶδος, ὁππόταν πλήθοισα μάλιστα λάμπῃ. — v. 49. *Orte Saturno*, Graece. *Κρονίων, Κρονίδης. cura*, tutela *Caesaris.* — *magni*, ut dicitur *egregius* I, 6, 11. III, 25, 4. *altus* III, 4, 37. — *data*, iniuncta est *tibi* ab *fatis.* Splendida rei imago! *M.* (!) *Fatis*, per fata, nisi forte iungere praestat: fatis Caesaris tibi cura data est, structura Graeca.

v. 51. *tu regnes C. s.*, docta inversione pro, fac, ut Caesaris imperium secundum ab tuo sit, ut te solo minor (v. 57.) terrarum orbi imperet.

v. 53. *Latio*, docte et graviter, pro, Romano imperio. — *imminentes*, illius fines continuo lacessentes. — *Seres* et *Indi*, extremi Asiae populi, hinc *subiecti*, subiacentes, habitantes sub *ora*, plaga *orientis*, sc. solis. — *domitos*, subactos, devictos *egerit* ante se *triumpho*, pro vulgari, ubi de iis triumpharit. — *iusto*, quo vindicentur iniuriae Romano imperio ab ipsis illatae; nos dicimus iustum triumphum: *einen völligen, förmlichen Triumph, errungenen Sieg.* Sic *iusta victoria* ap. Cic. ad Div. II, 10. — 57. *te minor*, secundus ab te, at se ipso superiorem agnoscens te, ut III, 6, 5. *Diis te minorem quod geris, imperas.* — *Aequus* tanquam de deo, propitius, almus; nam tanquam Deus Augustus totius orbis tutelam ac curam, ex poetae mente, gerere putandus est; adeoque benigna dominatione *reget* terrarum *orbem, latum*, qua late patet, adeoque totum terrarum orbem.

v. 58—60. Iam pro *tonitru* est *currus Iovis*, I, 16, 12. vid. I, 34, 8. — *gravis*, Deo, Iove gravatus, cui Iupiter insidet. — *quaties*, concuties, tremefacies *Olympum;* compara Hom. Il. ε', 838: *μέγα δ' ἔβραχε φήγινος ἄξων βριθοσύνῃ.* — v. 59. *tu fulmina mittes*, iaculaberis; *inimica lucis*, damnosa, exitiosa lucis, quae petere solent lucos, diis consecratos, quod *parum casti*, h. polluti essent adulterio. Ob hoc enim luci fulmine tangi putabantur. Bene Mitscherlichius animadvertit haecce: ad legem Iuliam multo serius ab Augusto latam haec (sc. de

CARMEN XIII.

AD LYDIAM.

ARGUM. *Poeta hoc in carmine amorem suum in Lydiam summum declarat, dum Lydiae, quae iuvenis cuiusdam Telephi amore capta, omnes eius virtutes, tum internas tum externas, ut ita dicam, laudibus extolleret, plane contrarium persuadere vult, Telephi scilicet ingenium ac mores parum laude dignos, imo potius nullius fidei describens; eos vero unice felices praedicat, quos irrupta amoris sinceri vincula ad mortem usque in amicitia semper sibi constante conciliatos teneant.*

Cum tu, Lydia, Telephi
Cervicem roseam, cerea Telephi
Laudas brachia, vae! meum
Fervens difficili bile tumet iecur.

v. 1. *Dum* Venet. 1492. Locher. Mancin. *Telefi* aberrat. 2. *roseam et* Mentel. Venet. 1492. Ascens. Locher. *lactea*, pro *cerea*, emend. Bentl. eleganter, sed nimis audacter. — 3. *laudes* Fran. *nae* emend. Heins. et recep. Ro. Steph. *vaeh* Cod. Goth.

---

lucis parum castis memorata) referri nequeunt. Aberrat vero Ianius qui dicit: in Augusti gratiam, qui legem Iuliam tulisset, hac praesertim idea usus videtur. Vet. Schol.: *parum castis*, pollutis, secundum Pontificum et Haruspicum documenta, quia dicunt nunquam fieri fulmina, nisi in lucis pollutione aliqua alienis. Expiare tales lucos fulmine attactos opus fratrum arvalium, de qua re supersunt antiquae inscriptiones a F. Vrsino ad Caton. R. R. 141. et ea occasione etiam ab nobis (sc. Bothio) declaratae p. 128. sq. Fridericus Creuzerus catalogum praecipuorum librorum inscriptiones vett. tractantium dedit in libro suo: *Abriss der Roemischen Antiquitäten*, Leipzig u. Darmstadt, 1829. Huc inprimis pertinet liber inscriptus: *die Denkmale der Arvalischen Priester:* Marini gli Atti de fratelii Arvali, Roma, 1795. 2 voll. 4. —

---

v. 1. *Quum tu*, ab qua solum me amari credidi, Telephi pulchritudinem laudas. — 2. *cervicem roseam*, *αὐχένα ῥοδόεντα*, floridi coloris, splendidam, pulchram. Virg. Aen. I, 402. *rosea cervice refulsit*, de Venere. Catull. LXIV, 310. Hor. Carm. lib. IV, 10, 4. — *cerea brachia*, quo sensu dixerit poeta, dubitari potest. Doering. *cerea* de cerae colore accipit, Mitsch. vero de cerae flexibilitate. Bentleius utramque explicationem repudians, Flavio Capro, vetustissimo grammatico, debet lectionem *lactea*, quam ut verissimam, rectissimamque defendit. Quum vero mollis sit cera ac tactui cedat, Romani ea in varios usus humanos utebantur, quod aliunde satis constat. Quid? si poeta sub imagine brachii cerae similis *τὸ molle* pariter ac *τὸ rotundum*, amatori sane iucundum, intellexerit? si brachia, mollia, placida, carnosaque *cerea* dixerit, quippe quae velut ad pulchram brachii humani effigiem ab artifice cerae ope efformata essent? Tale quid haud dubie in epitheto *cerea* latere, lectio vulgata vero retinenda videtur. Cf. Sallust. Iug. IV., §. 6. Iuvenal. VIII, 19. Ovid. Fast. I, 591. quibus locis *cerae* — *Wachsbilder* — commemorantur, de quarum natura adhuc sub iudice lis est. Plin. H. N. XXXV, 7. in sect. 31. de pictura. Nos similiter loquimur: *wie in Wachs gebildet.* — *Telephi* nomen suaviter et cum vi repetitum; nam id semper Lydia crepasse videtur, ut Horatium ureret. — v. 3. *Meum tumet iecur*, indignor, ira

Tunc nec mens mihi, nec color
　　Certa sede manet; humor et in genas
Furtim labitur, arguens,
　　Quam lentis penitus macerer ignibus.
Vror, seu tibi candidos
　　Turparunt humeros immodicae mero

v. 5. *Tum* Mentel. Lips. 4. Alt. 1. Cod. Goth. *calor* Flor. 1482. 6. *manent* Pulm. 1, 4. Iannoct. Fa. 2 Vatt. et Tornes. ap. Lamb. omnes Cruqu. Altt. Veneta 1492. Locher. Asc. et sic Torr. Heins. Steph. Fab. Cod. Goth. Sed *manet* 3 Vatt. Vrs. Fran. ap. Lamb. Pulm. 2, 3. Mentel. plurimi Bersm. Gott. Venet. 1478. 1590. Flor. Rutg. Bentl. Baxt. Cun. recte. cf. III, 10, 13. Prior lectio profecta videtur ab eruditulis grammaticis, metro scilicet timentibus. Paeon primus pro choriambo in „*caesura*" minime insolens, cf. II, 13, 16. — *sudor* pro *humor* coni. With. — 8. *quam penitus lentis* Locher. *urar ab ignibus* quidam ap. Fabric.

---

exardeo, summaque aegritudine afficior, ut vers. 9. *uror*. Quum enim Empedocles sanguinem, maxime *περικάρδιον*, mentis sedem statueret; in hepate autem vel iecore, quod est viscus maximum abdominis in dextro hypochondrio, totius sanguificationis principium prisci homines ponerent, in promptu est intelligere, cur praecordiis, cordi, iecori, quae poetis fere sunt *συνώνυμα*, omnino cogitandi vim, prudentiam, omnesque adeo affectus atque cupiditates attribuerint. Hinc animo quocunque demum affectu commoto cor sanguine *aestuare*, impleri, exundare, tum *fervere*, *ardere*, *uri*, *torreri* etc. dicitur. — *difficili*, *ἀργαλέῳ χόλῳ*, *αἰνῇ χολῇ*, morosa, iracunda, quae morosum, iracundum me facit. — v. 5—8. *Tunc*, in hac graviore animi affectione, *nec mens mihi*, h. e. tam mens mea huc illuc agitur, quam os modo pallore, modo rubore obducitur. *D. Mens non certa sede*, eodem loco *manet*, agitatur, commovetur. Sollenne hoc de quacunque graviore animi commotione. Sic et cor *πάλλεσθαι*, *δονεῖσθαι*, *ἐκπηδᾶν* Graecis dicitur. Plaut. Aulul. IV, 3, 3. Senec. Med. 858. Herc. Oet. 250. Apoll. Rhod. III, 296. *ὑπὸ κραδίῃ εἰλυμένος αἴθετο λάθρη οὖλος ἔρως· ἁπαλὰς δὲ μετετρωπᾶτο παρειὰς ἐς χλόον, ἄλλοτ' ἔρευθος, ἀκηδείῃσι νόοιο*. — 6. Aestuantis animi habitum amplius poeta declarat per *humorem*, lacrymas, *in genas furtim*, ipso animum non advertente, *labentes*, recursantis amoris indices. Infr. IV, 1, 33. *Heu, Ligurine, cur manat rara meas lacryma per genas?* Meleag. LIII, 2. (Br. Anal. I, 16.) *ὄμμα τε σῖγα πόθοις τὸ γλυκὺ δάκρυ φέρει*. — v. 8. *penitus*, *κηρόθι*, intime, *macerer*, conficiar, consumar. cf. Epod. XIV, 16. — *ignibus*, aut omnino amore, aut, quod aptius videtur, aegritudine ex amore suppresso, quae animum *lente*, paullatim, edit atque absumit. Nimirum sollennes de amore parum prosperi successus locutiones sunt, *peredi amoris tabe*, *lento igne torreri*, Graecis *δάπτεσθαι*, *ὀπτᾶσθαι*, *τήκεσθαι*. — v. 9. *Vror*, indignor, excrucior. — *turparunt*, foedarunt, lividos fecerunt *tibi humeros*, humeros tuos paullo invenustius apprehendendo ac vexando. In quo doctius *rixae* id facere dicuntur, quod facit rixans Telephus. — *immodicae* factae *mero* hausto, inter compotationem seu ortae ab mero immodice hausto. De pulsatione inter amantes exasperatos facta quo minus accipias, vetat omnino sententiarum nexus. Multo minus *mero* cum quibusdam trahendum ad *turparunt*, quasi Telephus inter altercationes mutuas vinum in Lydiae humeros effudisset, sicque polluisset. *M.*

Rixae; sive puer furens
　　Impressit memorem dente labris notam.
Non, si me satis audias,
　　Speres perpetuum, dulcia barbare
Laedentem oscula, quae Venus
　　Quinta parte sui nectaris imbuit.
Felices ter et amplius,
　　Quos irrupta tenet copula, nec malis
Divulsos querimoniis
　　Suprema citius solvet amor die.

CARMEN XIV.

AD REMPVBLICAM.

ARGUM. *Totum hoc carmen, quodcunque demum interpretes modo ingeniose, modo absurde contradicant, mera allegoria est, sub qua poeta*

v. 13. *audies* duo Lamb. Fran. Lipss. duo, Alt. 1. Cod. Goth. — 14. *speras* Locher. *speres* Cod. Goth. — 16. *quarta parte* Mentel. *quanta parte* coni. Ramirez de Prado, Pentecontarch. c. 51. et recepit Talbot. *Quinta* Cod. Goth.

---

v. 11. *puer furens*, amore nimio incensus. — *impressit notam labris*, infixit, fecit notam, maculam *memorem*, memoriam osculi diutius servantem. Sic infr. III, 17, 4. *fasti memores*, qui, quae olim gesta sunt, docent et memorant. Epist. II, 1. 144. *Genius memor brevis aevi*, qui monet de vitae brevitate. Infr. IV, 14, 4. *memores notae* Claudian. Id. VI, 6. Est adeo: os impresso dente lividum fecit, *χεῖλος ἄμυξε* Theocr. 27, 18. — *satis audias*, si me omnino audire velis, si me eum iudicas, cuius coniecturae aliquid tribuas. — *non speres*, *οὐκ ἐλπίσειας ἄν*, non sperabis, ne in animum tibi inducas, illum *perpetuum* in amore fore, te perpetuo ab illo amatum iri, qui tam *barbare*, more parum delicato *laedat* morsu, impresso dente, *oscula*, os tuum, labella tua. *Oscula dulcia* declarat amplius per, *quae Venus — imbuit:* quibus oscula ipso melle dulciora ab poeta innui, satis obvium quidem hoc; sed de locutionis ratione recte quaeras. Anthol. Graec. in *Ἀδεσπ.* ep. LV. T. IV. p. 129. (edit. Iac.) *Κούρη τις μ' ἐφίλησεν ὑφέσπερα χείλεσιν ὑγροῖς. νέκταρ ἔην τὸ φίλημα, τὸ γὰρ στόμα νέκταρος ἔπνει.* Meleag. ep. XXI, 3. (X, 3. edit Iacob.) ubi poeta ex pueri osculo se tantam suavitatem percepisse ait, ut Iovem non nectar, sed oscula de Ganymedis ore bibere et Ganymedem propterea Iovis pocillatorem vocari suspicetur. — v. 17. *Felices ter et amplius*, *τρὶς μάκαρ ὃς τοίοισι*, *φίλη*, *δεσμοῖσιν ἐλίχθη*, *τρὶς μάκαρ· ἀλλ' ἡμεῖς ἄνδιχα καιόμεθα*. — *irrupta copula*, irruptum amoris vinculum, amor non mutatus. *Copula*, *vinculum*, *iugum*, *δεσμοί*, sollennia de amore mutuo. — *tenet*, coniungit, coniunctos tenet. — v. 19. et quos *non citius suprema die*, non prius, quam quum morientur, *solvet*, dissolvet, seiunget *amor*, haud *divulsus* ante id tempus *querimoniis*, iurgiis, dissidiis, h. e. quorum amor ad mortem usque durat. Bentleius ad hunc locum animadvertit: ego vero sine codicum auctoritate tam commodam lectionem non moveo. Tamen, aut fallor, aut elegantior exiret sententia, sic leviter immutata: *Divolsos* cett. ubi omnia ad amatores, non ad ipsum amorem referuntur, ad quem docte scilicet ex Mitscherlichii sententia referri debent. Mihi quidem lectio: *Divulsos* omni rerum ratione habita perplacet, nam revera sensus simplicior et concinnior evadere videtur.

Rempublicam Romanam intelligit, quam sub navis imagine ἀλληγορικῶς *alloquitur. Prae reliquis omnibus Quinctilianus, qui vir acerrimi iudicii quum Romae viveret et Horatii aetatem prope attingeret, quo modo hoc carmen ab Romanis tum acceptum esset, optime sane scire poterat. Quinct. Instit. Or. VIII,* 6, 44. *At allegoria, quam inversionem interpretamur, aliud verbis, aliud sensu ostendit, ac etiam interdum contrarium. Prius, ut, O navis referent in mare te novi fluctus cett. totusque etiam ille Horatii locus, quo navem pro republica, fluctuum tempestates pro bellis civilibus, portum pro pace atque concordia dicit. Monet atque obtestatur hoc carmine Romanos Horatius, ne denuo in bella civilia irruant. Scilicet rempublicam iam tot tantisque calamitatibus labefactatam et convulsam navi, procellis laceratae, omnibus praesidiis orbatae, ac nihilominus mare iterum ingredi paranti comparat, eamque, ut portum attingere studeat, enixe rogat. Exstat Alcaei fragmentum apud Heraclidem Pont. de allegor. Homer. pag.* 13. *ed. Schow. cuius vestigia Horatius in allegoria prudenter secutus esse videtur.*

*** Τὸ μὲν γὰρ ἔνθεν κῦμα κυλίνδεται,
τὸ δ' ἔνθεν· ἄμμες δ' ἂν τὸ μέσσον
ναῒ φορήμεθα σὺν μελαίνᾳ,
χειμῶνι μοχθεῦντες μεγάλῳ κάλων·
πὲρ μὲν γὰρ ἄντλος ἱστοπέδαν ἔχει,
λαῖφος δὲ πᾶν ζάδηλον ἤδη,
καὶ λακίδες μεγάλαι κατ' αὐτό.
χαλᾶσι δ' ἄγκυραι. ***

Vid. Hermann. de metris pag. 688.

Quo anno denique carmen scriptum sit, pro certo affirmari nequit; non male vero illud ad a. DCCXXII. referunt, quo Octavianum et Antonium inter se dissedisse, atrocissimumque bellum civile apparasse constat. Virg. Georg. I, 509. *usque ad finem.*

O navis! referent in mare te novi
Fluctus? O quid agis? fortiter occupa
Portum. Nonne vides, ut
Nudum remigio latus,

v. 1. *referunt* emend. Cun. — 2. *Fluctus?* ut sit interrogatio, Venet. 1478. Ascens. Marcil. Bentl. Cun. San. *Bothius:* Ceterum haud nolim, si libri iuvent: *Fluctus: ecquid agis? Fortiter occupa portum!* vel potius sic: *O navis (referunt in mare te novi Fluctus), ecquid agis? Fortiter occupa portum.* — 3. *nonne vides, ut n. r. latus?* (sc. sit; ut sequentia novam sententian constituant sine interrogatione) coni. Bentl. et sic dederunt Cun. San.

---

v. 1—2. Praeclare poeta, periculi metu perculsus, subita exclamatione orditur: *o navis*, ergo altum repetes, in altum provehes, ut iterum tempestatem experiaris? At gravius poeta: *fluctus novi*, h. fluctus iterum, denuo *te referent*, abripient in altum *mare:* quoniam navis, remis velisque priore naufragio destituta, aegre cursum ad litus dirigere poterat, quo minus in altum referretur. *M.* cf. infr. II, 7, 15. — *quid agis*, haec formula, qua quis, quam temere agat, secum reputare iubetur, saepe apud scriptores Comicos obvia. Terent. Andr. I, 1, 107. *Mea Glycerium, inquit*, (sc. Pamphilus) *quid agis? cur te is perditum?* — *fortiter*, summa virium contentione hoc age, ut *portum occupes*, attingas, adeoque in tranquillo ac tuto loco sis.

v. 4. *latus* navis *nudum*, nudatum, orbatum sit *remigio*, remos ami-

Et malus celeri saucius Africo,
Antennaeque gemant? ac sine funibus
Vix durare carinae
Possint imperiosius
Aequor? Non tibi sunt integra lintea,
Non Dî, quos iterum pressa voces malo:

v. 5. *ut* (quantopere!) emend. Cun. videns, si post v. 4. distinguatur, sequens *et* languere et redundare. — 6. *Antemnae* scribunt multi mss. et edd. vett. *gemunt* Bentl. 8. [et sic Cod. Goth.] ipso probante, sed non edente. Alt. 1. Cun. San. — 7. *V. d. guberna* coni. ap. Ion.

8. *Possunt* Bentl. 3, 6. Fran. Lips. 4. Alt. 2. Brod. Serv. ad Virg. Aen. I, 211. et VIII, 577. Locher. Cun. At San. retinet *possint* ob *vix*. — Post *possint* punctum ponit Torrent. (quod et sic est in Basil. 1531.) verens, ut *durare* hoc significatu possit accusativo iungi, ut sequentia sint: nam *imperiosius* (est) *aequor*. — 9. *sint* Dess. 2. — 10. *prensa* coni. N. Heins.

---

serit vel fluctibus vel ad scopulos allisa. Proprie ita dicebantur remi *detergi*, παρασύρεσθαι. — *saucius*, laesus, fractus, ut *trabs securi saucia* Ovid. Met. X, 372. et ap. alios plur. — Procellas innuit poeta per *Africum*, vid. ad I, 1, 13., *celerem*, ὀξύν, rapidum, praecipitem.

v. 6. *gemere*, de strepitu rerum, quae vi aliqua incumbente graviter affliguntur, suturis suis aut compagibus ab ea emotae ac solutae. — Quod explicationem verbi *carinae* attinet, Vanderburgius omnem difficultatem his bene absolvit: „Baxter est le seul, inquit, qui ait connu le vrai sens de ce passage: M. Mitscherlich l'indique et le rejette, faute d'avoir les connaisances nécessaires en fait de navigation. *Funes* ne signifient point ici ni ailleurs de simples cordages, dont le nom propre est *rudentes*, mais des câbles: les interprètes qui l'ont senti ont cru que par conséquent ils étoient pris pour les ancres; et, selon eux, Horace a voulu dire qu'un vaisseau sans ancre ne peut tenir la haute mer; ce qui est absurde, puisqu' on n'a besoin d'ancres que dans le port; et, puisque Horace conseille à son vaisseau d'y rester, il est également clair qu'il a des ancres. Le poète ne peut parler ici que d'un autre usage des câbles moins général et moins connu. Lorsqu'un vaisseau fait de l'eau, on le *cintre* quelquefois en-dessous avec ses petits câbles, nommés particulièrement *grelins*, pour resserrer, autant qu'on le peut, les bordages désunis de la carène; expédient auquel on ajoute aujourd'hui celui d'une voile *lardée*. Mais, quelque utiles que soient ces ressources lorsqu'on est forcé d'en user, rien ne seroit plus imprudent que de mettre en mer avec un vaisseau dont l'état les rend nécessaires. Baxter cite très-à propos les Actes des Apôtres, Cap. XXVII, v. 17. — ὑποζωννύντες τὸ πλοῖον. Au reste, je prends ici *carina*, dans le sens de notre mot *carène*, pour toute la partie du vaisseau qui plonge dans l'eau, ce qui s'accorde avec la définition de Festus: *infima pars navis*. Ceux qui ont douté qu'il pût se dire au pluriel d'un seul vaisseau, n'ont pas réfléchi à ce passage de Cicéron: Quid tam in navigio necessarium quam latera, quam carinae, quam prora, quam puppis? (Orat. III, 46.) — v. 7. *durare*, καρτερεῖν, perferre, quin, fluctibus iactata navi, dissiliant, carina penitus solvatur. Cum delectu hoc verbum posuit propter epith. *imperiosius*, nam tyrannidem aegre sustinemus. — *aequor imperiosius*, imperiosum, quod in navem crudele imperium exercet, eam hinc illinc iactando, adeoque violentum, impetuosum. — v. 9. *lintea*, λίνα, vela, *tibi non integra sunt*, tempestate partim lacerata, partim amissa.

v. 10. Deos tutelares tempestas deiecit. Habebat nimirum quaeque navis deum aliquem tutelarem, cuius simulacrum cum ara in puppi so-

Quamvis Pontica pinus,
Silvae filia nobilis,
Iactes et genus et nomen inutile.
Nil pictis timidus navita puppibus
Fidit. Tu, nisi ventis
Debes ludibrium, cave.

ap. Bentl. ex II, 16, 2. Virg. Aen. V, 52. non vero simpliciter ponitur, sed additur *malo*. — *malo voces* unus Bersm. Dess. 2. — 13. *Iactes tu generis nomen inutile* Lips. 4. — 14. *tumidus* et mox *fidat*, vult Scal. *timidus* Cod. Goth. *tumidus* quidem est in Bentl. 10. *nav. aplustribus* coni. ap. Ion. — 16. *Debes, ludibrium cave* Vascos.

---

lebat statui, absolute inde *navis tutela* dictum. Est igitur: *non Dii tibi amplius sunt, quos voces*, invoces, quorum auxilium implores, qui tibi periclitanti subveniant, *iterum pressa malo*, novis malis oppressa, ubi iterum cum tempestate colluctandum tibi sit. *M.* Bellum civile est scelus, ἄγος, quo tota civitas obstricta est. *Non Di*, intellige deos tutelares, quorum simulacra in puppe cum ara collocari solebant; diversum autem ab hac *tutela navis* (ut proprie vocabatur illud deorum tutelarium in puppe sacrarium) fuit παράσημον, insigne, quod, super rostro navis in prora appictum vel dei cuiusdam vel animalis vel alius rei imaginem repraesentabat, unde ipsi navi nomen indi solebat. *D.* cf. D. Heins. et Drakenb. ad Sil. Ital. XIV, 84. et Pet. Burm. ad Petron. c. 105.

v. 11—13. *Quamvis*, quantumvis, utcunque *tu iactes*, glorieris, efferaris; *Pontica pinus*, e *pinu Pontica* fabricata, quae originem ducis e *nobili silva*. Naves enim, ex ligno, quod in pinifera Ponti regione natum erat, confectae, in optimis nobilissimisque habebantur; cf. Catull. IV, 9. — *Pontus*, regio cum praestantissima navibus exstruendis abundabat materia, tum eximia ibi erant navalia. cf. Catull. l. c. — *silvae filia*, quae in ea prognata est, prisco sermone. *Nobilis* cum vi adiectum, nam iactabat *genus* nobile, antiquissimam et nobilissimam silvae Ponticae stirpem se aiebat. Sic phaselus Catullianus IV, 15. *Se ultima ex origine stetisse dicit in cacumine Cytori*, ubi vid. Clariss. Doering. — *nomen*, famam celeritate ac periculosa loca traiiciendi dexteritate olim partam. — *inutile*, quod tibi nunc parum prodest; quemadmodum tibi, o navis, si iterum tempestatis in mari periculum subieris, nihil ligni, ex quo fabricata es, proderit nobilitas, ita nec Romanis, bella civilia redintegrare ausis, nobilissima gentis suae, ab Marte et Venere deductae, profutura est origo atque gloria. Eandem autem admonitionem, cum splendorem, tum colorem, navis picturam, omni scilicet in periculo naviganti nil profuturam esse, poetam continuare patet, dum inquit: *Nil pictis* cett. More enim antiquo naves, inprimis puppes, encausto sive coloribus ustis speciose pictae atque ornatae erant extrinsecus, puppes etiam intus. Virg. Aen. V, 663. Ovid. Fast. IV, 276. Seneca ep. LXXVI. Navis bona dicitur, non quae pretiosis coloribus picta est, — nec cuius tutela ebore caelata, — sed stabilis et firma.

v. 15—16. *cave*, tibi prospice, adeoque altum ne pete, mari te iterum ne committe, *nisi debes*, debere vis, debere mavis, h. tam emotae es mentis (hoc enim involvit τὸ *nisi*, qua particula utimur alterius sententiam eo adducentes, ut eius perversitatem perstringamus), tam vecors es, ut propositi, sc. altum petendi, tenax ventorum ludibrium esse, s. ventis ludibrio esse velis. Altera ratio est, si verba ita iungas, *cave nisi*, h. ne *ventis ludibrium debeas*, φυλάττου, εἰ μή, pro, ὅπως μή. Tertia denique, nisi omnino in fatis est, fatale tibi est, naufragio perire. Quibus ex rationibus primam, facilem eam, h. l. consentaneam,

Nuper sollicitum quae mihi taedium,
Nunc desiderium, curaque non levis,
Interfusa nitentes
Vites aequora Cycladas.

CARMEN XV.

NEREI VATICINIVM DE EXCIDIO TROIAE.

ARGUM. *Poeta in hoc carmine tum gravitate tum sublimitate et rerum et verborum insigni, coloribus pulcherrimis praeclare adumbrato, Nerei vaticinium de Troiae excidio proposuit. Nullus excelsior enthusiasmus est, aut sublimitati atque adeo audaciae lyricae accommodatior, quam vatis futura praecinentis! Videtur quidem Horatius carmen totum ad exemplar Bacchylidis poetae carminis in Troiae excidium scripti composuisse, cui coniecturae admodum probatae Porphyrionis et Lutatii accedunt testimonium atque auctoritas, dum ille hac ode, inquit, Bacchylidem imitatur; nam ut ille Cassandram facit vaticinari futura belli Troiani, ita hic Proteum, (corr. Nereum). Ceterum fuere, qui carminis antecedentis spiritu pleni, etiam in hoc allegoriam quandam sibi reperisse viderentur; quae vero opinio totius ex carminis et sensu et contextu nobis parum videtur verisimilis, nam plane nulla reperitur hoc in carmine similitudo inversionis causa descripta.*

Pastor quum traheret per freta navibus
Idaeis Helenen perfidus hospitam,

v. 18. *nec levis* unus Bersm. Dess. 2. — 19. *inter fusa* Lipss. duo. Ascens. Cun. alii, quibus accedit Cod. Goth.

v. 2. *Helenen*, forma exquisitiore, Lambini plerique Pulm. 1, 2, 3, 4. cett. multae edd. vett. et sic Heins. Bentl. Cun. San. Vulgo *Helenam*.

---

tenendam esse, cum nobis, tum Viro Doctiss. Mitscherlichio persuasum est. — *Ludibrium alicui debere*, h. e. ludibrio alicuius se obnoxium offerre, locutio ad Graecam loquendi rationem facta esse videtur: ὄφλειν, ὀφλισκάνειν γέλωτα, Aristoph. Nub. ed. Reisig. v. 1037. — καὶ μὴ γέλωτ' ὀφλήσεις. — *taedium*, aegritudo cum satietate. — *sollicitum*, quae sollicitum faciebat. — *Desiderium*, *cura*, de re amata, cui bene cupimus, cuius commodis studemus. — *cura non levis*, maxima, gravissima, de qua maxime sollicitus esset, quam admodum amaret.

v. 19—20. *Vites*, vita *aequora*, quae *fusa* sunt, pro quae sunt *inter C.* mare, quod ambit *Cycladas* insulas, mare Aegaeum. — *nitentes*, ut *fulgentes* infr. Carm. Lib. III, 28, 14. ob marmor candidum, quod ibi nascebatur. *M.* Vanderbourg en a donné l'explication suivante: plusieurs de ces îles sont en effet bordées de rochers dont la blancheur les fait paroitre brillantes lorsqu' elles sont vues de loin par un beau temps.

---

v. 1. *Pastor*, Paris, cui ex ratione vulgari adiiciendum erat epith. *Idaeus*, quod vero doctius, ut dicunt, cum navibus coniunxit. Paris in monte Ida educatus ab pastoribus, ipse puer ibi vitam pastoritiam degit. Virg. Aen. VII, 363: *At non sic Phrygius penetrat Lacedaemona pastor? (Paris.)* Graecis simpliciter dictus βωκόλος, Ἰδαῖος βούτης. — *traheret*, raperet, tanquam praedam secum abduceret, ut Graecorum ἄγειν καὶ φέρειν. Eurip. Troad. 865. de Paride: ὃς ἐξ ἐμῶν δόμων δά-

Ingrato celeres obruit otio
Ventos, ut caneret fera
Nereus fata: Mala ducis avi domum,
Quam multo repetet Graecia milite,
Coniurata tuas rumpere nuptias,
Et regnum Priami vetus.

v. 5. *Proteus* pro *Nereus* legisse videtur Porphyr., sed facile labi poterat, quod Proteus quoque magnus vates.

μαρτα ξεναπάτης ἐληίσατο. Virg. Aen. X, 92. *Me duce Dardanius Spartam expugnavit adulter?* Stat. Achill. I, 20. *Pastor Dardanus.* — *navibus Idaeis*, fabricatis ex ligno in monte Ida exciso, nave Idaea, cuius materies in Ida monte excisa esset et ad hanc navem exstruendam adhibita. *M.* et *D.* — *Helenen*, sic recte ob *ὁμοιοτέλευτον.* Bentleius ad Epod. XVII, 17. animadvertit, quae h. l. reddere consentaneum esse nobis videtur. „Et sane observavi in Iambis, Sermonibus et Epistolis Latinas declinationes libentius adhibere Horatium; in Carminibus Graecas. In illis *Cretam*, *Helenae*, *Penelopam* habes, in his *Creten*, *Helenes*, *Penelopen.* Quippe in illis puram et nativam orationem sectatus est, in his plus exotici nitoris et transmarinae elegantiae affectavit." — *perfidus*, laesa fide s. iureiurando per Iovem *ξένιον* dato. — *hospitam* proprie ad Menelaum spectat, qui Paridem hospitio excepisset. — *obruit otio Ventos*, in profundum eos otium coniecit, sopiit eos, *κατεύνασεν*, (Hom. Il. ε', 524. *εὕδησι μένος Βορέαο*), flatus ventorum repressit, quiescere, silere iussit. *Otium*, *pax*, *quies* de intermisso motu, solennia poetis vocabula; *obruere* adiunctam notionem habet profundae tranquillitatis, altissimi silentii, ventis nec opinantibus impositi. — *ingrato*, molesto, non Paridi, ut vulgo accipiunt, sed sibi ipsis, restricta, qua gaudent, flandi libertate, cf. Virg. Aen. I, 55.

v. 4. *ut caneret*, vaticinaretur Paridi *fera*, audacter dictum pro, saeva, i. e. horrenda, *fata*, excidium Troiae. Ceterum *Nereo* vaticinandi partes ab Horatio mandatae sunt, quippe qui antiquissimus maris deus ab omnibus tum temporis haberetur. Hesiod. Theog. 233. Eurip. Hel. 15. — Ab Homero Proteo illa divinandi ars ac facultas tribui solet. Hom. Od. δ', 384. Virg. Georg. IV, 387. — v. 5. *Mala avi*, infausto omine, ut Epod. X, 1. *mala alite.* Carm. III, 3, 61. *alite lugubri.* *δύσορνις* Eurip. Hipp. 759. — *ducis domum*, vehis tecum in patriam feminam, *quam* tota *Graecia repetet*, vindicabit, reddi sibi postulabit, *multo milite*, magno exercitu, multis copiis adductis.

v. 7. *Coniurata rumpere*, Graece pro, quae coniuravit, se rupturam, dissoluturam *tuas* cum Helena *nuptias.* Respicit poeta illud iusiurandum, quo se Graecorum principes ante quam bellum Troianum inciperent, in Aulide congregati, nonnisi Troia eversa, Helenaque recepta se patriam reduces fore mutuo devinxerant.

v. 8. *et* ipsum *regnum Priami*, Ilion *vetus* adeoque nobile, *Πριάμου πόλιν γεραιάν*, Aeschyl. Agam. 719. — Ceterum, inquit Doering., cum *rumpere* uni tantum nomini *nuptias* accommodatum sit, ad alterum *regnum* ex nota zeugmatis figura aliud verbum, v. c. *evertere*, *delere*, vel simile supplendum est. Sed *rumpere nuptias* tantummodo usitatius, *rumpere regnum* vero exquisitius esse videtur et plane Homericum, Il. π', 100. *ὄφρ' οἶοι Τροίης ἱερὰ κρήδεμνα λύοιμεν.* — *Heu*, *heu*, Vandd. 5. ed. Henricopetr. I. Sed de hoc iam inter omnes constat, scribendum esse *heu*, *heu*, ubi spondeo opus est, ut h. l.; *eheu*, ubi iambo, ut Plaut. Pseud. 79. Bothius. *Heu*, *heu* apud Feam, quem vide ad h. l.; itaque legendum docent Cortius ad Sallust. Iug. XIV, §. 9. aliique plures.

Heu! heu! quantus equis, quantus adest viris
Sudor! quanta moves funera Dardanae
Genti! Iam galeam Pallas et aegida
Currusque et rabiem parat.
Nequidquam, Veneris praesidio ferox,
Pectes caesariem, grataque feminis
Imbelli cithara carmina divides:
Nequidquam thalamo graves
Hastas, et calami spicula Gnosii

v. 9. *Heu! heu!* Acr. Pulm. 1, 2, 4. tres Torr. unus Bersm. Lips. 1. Altt. Fran. Ascens. Fabr. *Heu* disyll. quidam ap. Fabr. *Heus! heus!* Lips. 4. — 12. *in rabiem* Alt. 2. — 17. *Cnosii, Cnossii, Gnossii,* Varietatt. *Gnosii* Cod. Goth.

Ex Graeco *αἶ, αἶ*, ut ap. Theocr. — v. 9. Ad *grave Martis opus* s. labores bellicos declarandos memoratur *sudor*, quo perfusi sunt viri, milites et equi currui iuncti. Hom. Il. β', 388. *ἱδρώσει μέν τευ τελαμὼν ἀμφὶ στήθεσσιν ἀσπίδος ἀμφιβρότης, περὶ δ' ἔγχεϊ χεῖρα καμεῖται· ἱδρώσει δέ τευ ἵππος, ἐΰξοον ἅρμα τιταίνων.* — v. 10. Ad Paridem *belli auctorem* ultimam tantae calamitatis causam Troiae minantis referens, dicit poeta, *quanta funera moves*, quantorum funerum, quantae caedis auctor es *genti Dardanae*, Dardaniae, ab Dardano rege sic dictae. — *Parat*, aptat, imponit capiti *galeam.* — *Aegis* non de thorace, sed clypeo h. l. intelligenda, cui maxima vis ad terrorem hostibus incutiendum inesse credebatur. Hom. Il. ε', 738. de Aegide: *ἀμφὶ δ' ἄρ' ὤμοισιν βάλετ' αἰγίδα θυσσανόεσσαν, δεινήν, ἣν πέρι μὲν πάντῃ φόβος ἐστεφάνωται· ἐν δ' Ἔρις, ἐν δ' Ἀλκή, ἐν δὲ κρυόεσσα Ἰωκή· ἐν δέ τε Γοργείη κεφαλή, δεινοῖο πελώρου, δεινή τε σμερδνή τε, Διὸς τέρας αἰγιόχοιο.* Virg. Aen. VIII, 435. *aegida* vocat *horriferam turbatae Palladis arma.* Est adeo, *parat*, vibrat, intentat aegida in Troianos, qua eos in fugam coniiciat. — *rabiem parat*, ira se exacuit ad bellandum.

v. 13. Hom. Il. γ', 54. *οὐκ ἄν τοι χραίσμῃ κίθαρις, τά τε δῶρ' Ἀφροδίτης, ἥ τε κόμη, τό τε εἶδος, ὅτ' ἐν κονίῃσι μιγείης.* — Suavis imago hominis imbellis, ac in medio belli tumultu desidentis et de coma fingenda solliciti. Sed ex aliis Homeri locis notum est, Paridem minime eius ignavi atque timidi animi fuisse, quem ei vulgo tribuunt. Hinc patet quam absurde mirus homo quidam eum appellarit: *einen Zierbengel (!).* *Pectes caesariem*, ornabis, eleganter compones. — *ferox*, fretus, *πίσυνος*, satis praesidii in Venere tibi fore existimans. — *grata*, h. e. dulcia, amatoria nempe, hinc *cithara*, qua res amatorias canebat Paris, contemtim vocatur *imbellis.* *D.*

v. 15. *carmina divides*, numeris suis dimetieris, canes. Cantus enim certis quibusdam rhythmi legibus, pedumque mensuris dividitur ac dispescitur. Quae ratio horum verborum explicandorum simplicissima videtur. Doeringus quidem aliam et, ut videtur, toti loco alienam sequitur rationem, ex qua dicit: modo huic, modo alii feminae carmen canere, quod Paridem fecisse nullibi constat. *Carmina dividere* Graecorum *ἐνδατεῖσθαι* est; Eurip. Herc. Fur. 218. *λόγους ὀνειδιστῆρας ἐνδατούμενος.* cf. Brunk. ad Soph. Trach. v. 791. — v. 16. *Nequidquam vitabis*, declinabis, fuga te eripies, *thalamo*, in thalamo te abscondes. Hom. Il. γ', 380. — *τὸν δ' ἐξήρπαξ' Ἀφροδίτη ῥεῖα μάλ', ὥστε θεός· ἐκάλυψε δ' ἄρ' ἠέρι πολλῇ, κὰδ δ' εἷσ' ἐν θαλάμῳ εὐώδεϊ, κηώεντι.* Pugnam exornat per ideas speciales, *hastas graves*, *ἔγχος βριθύ, στιβαρόν, ἑνδεκάπηχυ*, Hom. Il. ζ', 319. — *Gnosii*, Cretici, tanquam ex genere praestantiori, ut *Cydonium arcum* dixit infr. IV, 9, 17. — *Κρητῶν δ'*

Vitabis, strepitumque, et celerem sequi
Aiacem: tamen, heu! serus adulteros
Crines pulvere collines.
Non Laërtiaden, exitium tuae
Gentis, non Pylium Nestora respicis?
Vrgent impavidi te Salaminius
Teucer, te Sthenelus sciens
Pugnae, sive opus est imperitare equis,

v. 18. *trepidumque*, h. festinantem, emend. Waddel. anim. crit. p. 42. laudans Virg. Aen. IX, 233. Sed quomodo *trepidum* et *celerem* h. l. defendere poteris, ego quidem non video. — 20. *Cultus* (pro *crines*) Tornes. Lamb. duo Bland. et Mald. Cruqu. Pulm. 1. Fran. Lips. 1 et 2. a m. pr. Fortasse orta lectio e glossa *cultos*, quam adscripserat aliquis ad *adulteros*. *Crines* Cod. Goth. — *adulter*, *hos* coni. ap. Iones. — 21. *Excidium* Bentl. 1, 6. unus Fabr. Mentel. Lipss. duo. Dess. 2. Sed nimis insolens est *excidium* de homine. — 22. *Genti* tres Blandd. Cruqu. quidam Lamb. Bentl. 1, 6. et sic Cun. ut sit: qui erit *exitium tuae genti*.
23. *te Salaminius, Teucerque* cett. distinguit Glarean. ut *Salaminius* sit Aiax Telamonis. — 24. *Teucer et* unus Vat. et Torn. Lamb. quidam Cruqu. Pulm. 1, 2, 3, 4. duo Bersm. Fran. Lipss. duo, Dess. 2. Bentl. plurimi, Venett. Ascens. Locher. Cod. Goth.: *Teucer et*. Corrupta haud dubie lectio ex *Teucer te*, ex eaque ingrate laborat metrum. *Teucerque et* omnes Torrent. Mentel. unus Bentl. isque recentissimus, Venet. 1590. Basil. 1531. Sic dederunt Steph. Fab. Bentl. Dacer. Cun. San. Ion. Sine dubio emblema est grammaticorum istud *que*. Denique *Teucer, te Sthen.* duo Vatt. Iannoct. Fa. Russ. Nicot. ap. Lamb. tres Bland. et Mald. Cruqu. Lips. 2. et sic Heins. Rutg. Baxt. Quod cum praeterea et *ἐμφατικώτερον* sit et intelligi possit, quomodo ex eo illae variett. ortae sint, ita edidit Ianius. — *Sthelenus* aberrat. sollennis.

(qui optimi fuisse perhibentur sagittarii) *Ἰδομενεὺς δουρικλυτὸς ἡγεμόνευεν*, ut ex Homeri Iliade notum est. — v. 18. ***strepitum***, stridorem ac conflictum telorum, *δοῦπον ἀκόντων*, nisi omnino de strepitu pugnantium intelligere malis, ut *φλοῖσβος*, *ὅμαδος*, *κυδοιμός* et sim. ap. Homerum. — ***celerem sequi***, celerem in persequendo, Hom. Il. *β'*, 527. *Λοκρῶν δ' ἡγεμόνευεν Οἰλῆος ταχὺς Αἴας*. — Cum particulae ***nequidquam — vitabis — tamen — collines*** parum sibi respondeant, *τὸ* ***tamen*** refer ad omissam (?) particulam ***quamvis***, et iunge: quamvis ***serus, tamen — collines. D.*** — ***adult. crin. pulv. coll.***, h. e. pulvere foedabis crines eleganter adulterorum more comptos. — v. 21. ***Laertiaden***, Vlyssem, Laertis filium, qui partim Palladio surrepto, partim consilio, de illo equo ligneo aedificando dato, exitium paravit genti Troianae, ipse nunc graviter gentis Troianae exitium vocatur. — ***exitium tuae genti***, sic legitur in Mitscherlichii editione, qui dicit: docte et Graece pro gentis. Sed mediusfidius Vir ille Doctiss. tam saepe in huiusmodi explicationibus refugium quoddam quaerere, ut dubitare possis, quid omnino sibi voluerit. Cf. Sp. I. pag. 12. Recte habet lectio: ***exitium tuae gentis***, quam cum Bentleio in textum recepimus. — ***Nestora Pylium***, Pyli, antiquae Peloponnesi civitatis in Tryphalia, Elidis parte, regem, consiliis magis, quam armis, Graecos iuvantem, et sic Troianis interitum parantem. — v. 23. ***urgent te***, instant tibi ***Teucer***, Telamonis, regis Salaminis, filius; et ***Sthenelus***, Capanei filius, ***sciens pugnae***, *εἰδὼς μάχης*. — v. 25. *μάχης εὖ εἰδὼς πάσης*, sive pedes cum hoste congrediatur sive de curru pugnet. — ***sive opus est***, si res ita fert ***imperitare equis***, ut currum regat, adversus hostes dirigat.

Non auriga piger. Merionen quoque
Nosces. Ecce furit te reperire atrox
Tydides, melior patre:
Quem tu, cervus uti vallis in altera
Visum parte lupum graminis immemor,
Sublimi fugies mollis anhelitu,
Non hoc pollicitus tuae.
Iracunda diem proferet Ilio
Matronisque Phrygum classis Achillei:
Post certas hiemes uret Achaïus
Ignis Pergameas domos.

v. 28. *Tutides*, *Tytides* aberratt. — 29. *Quos* var. lect. Ion.
31. *Sublato* var. lect. Ion. — 32. *Non id* quidam. *Non sic* Cun. *Non haec* Alt. 2. — 33. *Post denas* emend. Markland. ad Stat. Silv. p. 247. *Post ter tris*, var. lect. Ion. Sed magis poetice dictum: *post certas*, quam sic numero definito. — *Achaïus* edidit Ianius, cum auctoritate Cun. et San. tum quod magis poetica est forma. v. ad I, 6, 14. Drakenb. ad Sil. XV, 306. et Heyn. ad Aen. II, 462. Sic et Alt. 2. a m. s. quod certe, ab codicibus non abesse eam lectionem, probat. Vulgo *Achaicus*.
36. *I. Iliacas d.* vulgaris lectio, quam praebet etiam Cod. Goth. *Achaeus* Cod. Guelf., sed ea versus glyconici metrum nullo exemplo laeditur; et quae ad eam defendendam proferri solent exempla, huc non conveniunt, quia syllaba *nis* vocis *Ignis* non est in caesura. Itaque dedit Ianius *Pergameas*, quod et in codicibus esse testatur Glarean. et receperunt Cuning. et San. confirmatque Schrader. V. C. Emendatt. praef. p. XXII. *Iliacas* haud dubie e glossa est. — *Dardanias*, *barbaricas* coni. ap. Iones. *barbaricas* vult quoque With. Editiones novissimae ad unam fere omnes, eaeque melioris notae, *Pergameas* exhibent, quarum secuti sumus auctoritatem.

— ***non piger***, non ignavus, strenuus ***auriga***, qui adeo in mediam hostium aciem currum immittat. Erat Sthenelus Diomedis auriga. — ***Merionen***, cf. supr. I, 6, 15. — ***nosces***, virum fortem esse senties et malo tuo experieris, qui vir sit. Hom. Il. *σ'*, 269. *εὖ νύ τις αὐτὸν γνώσεται*. — ***furit te reperire***, furenti animo te requirit, furit prae cupiditate te reperiendi ac tecum congrediendi, *μεμαὼς κιχέειν*. — ***Tydides***, Diomedes, Tydei filius; ***atrox***, saevus, *ἄγριος*, bellicosus. — ***melior patre***, *πατρὸς ἀμείνων*, *κρείσσων*. — v. 29. ***Quem tu*** cett. Sensus: quem simul ac procul conspexeris, eadem celeritate, qua homo mollis atque ignavus, quem cervae in altera vallis parte lupum prospicienti comparat, tu fugies, quemadmodum cerva lupum, summa nempe virium intentione, summoque anhelitu.
v. 30. ***graminis***, pastus ***immemor***, sc. prae timore, soli intentus fugae.
v. 31. ***fugies cum anhelitu sublimi***, e sublimi ducto, spiritu ex alto tracto, graviter anhelans, *μέγ' ἀσθμαίνων*. — ***mollis***, *ἄναλκις*, *μαλθακός*, timidus. — v. 32. ***hoc***, non hanc animi mollitiem et ignaviam, ut fugeres, timidum te gereres, ***pollicitus tuae***, Helenae, quam tuam virtutem bellicam iactando plane fefellisti. Hom. Il. *γ'*, 430. *ἦ μὲν δὴ πρίν γ' εὔχε', Ἀρηιφίλου Μενελάου σῇ τε βίῃ καὶ χερσὶ καὶ ἔγχεϊ φέρτερος εἶναι*. — v. 33. ***Iracunda classis***, exercitus, qui classe Troiam appulerat, tum iracundus Achilles ob ereptam sibi ab Agamemnone Briseidem. — ***proferet***, differet aliquamdiu diem istam fatalem, excidium, *μόρσιμον ἦμαρ*, *αἴσιμον ἦμαρ*. — ***matronis Phrygum diem***, quae iis servitutem parat, *δούλειον ἦμαρ*. — v. 35. ***Post certas hiemes***, post certum tempus elapsum, post certum annorum, fato constitutorum, numerum.

CARMEN XVI.

PALINODIA.

ARGUM. *Horatius, vir iuvenis, animi furore abreptus, versus acerbitatis pariter atque inversionis plenos in puellam quandam, de cuius nomine sive vero sive ficto cum viris doctis litigare nolumus, scripserat, cuius facti quum poetam serius poeniteret, amicae hoc in carmine ob istos versus, quos ipse vocat criminosos, se excusare studet, dum omnia, quae ad illud temere factum se commoverint, ab ira, hominum animos perturbante, repetit. Affirmat autem poeta, quod Terentius ait, amantium iras amoris redintegrationem esse. Nunc Hor. pergit exemplis rei accommodatis rem amplificare et ad finem carminis amicam, cui antea bellum indixerat, obsecrat atque obtestatur, ut in gratiam reconciliata animum sibi reddat. Imitatus est Horatius, ut observat Acron, Stesichorum, qui cum in Helenam, ab qua ipsum Tyndaridis nomen petitum putant, probrosum scripsisset carmen, et ob id ipsum oculorum amisisset lumen, palinodiam in eam confecisse et sic visum recepisse narratur. Affert eius initium Plato in Phaedro (Opp. T. III. pag. 243.)*

οὐκ ἔστ᾽ ἔτυμος ὁ λόγος οὗτος, οὐδ᾽ ἔβας
ἐν νηυσὶν εὐσέλμοις, οὐδ᾽ ἵκεο Πέργαμα
Τροίας.

O matre pulchra filia pulchrior,
Quem criminosis cunque voles modum
Pones iambis; sive flamma,
Sive mari libet Hadriano.
Non Dindymene, non adytis quatit

v. 2. *lacrimosis* Alt. 2. sic Cod. Goth. — 4. *lubet* San. — *Hadriano* v. V. L. ad I, 3, 15. vulgo *Adriano*. — 5—8. *Non Liber aeque, non adytis quatit Mentem sacerdotum incola Pythius, Non Dindymene, non acuta* cett. sic ordinat Sanad. male ferens Cybelen ab Corybantibus sacerdotibus suis seiunctam. Mature commutata esse illa duo hemistichia ob simile principium. Ingeniosa utique coniectura. Sed contra omnes libb. sic transponere versus paullo fit audacius; nec probabile, tanta cum arte negligentes fuisse librarios. Tum obscurus quidam elegantiae sensus (qui si me fallit, lubenter agnoscam) mihi significare videtur, illud *aeque* non esse suo loco in Sanadoniana lectione. Neque opus erat, sic diligenter coniungi Cybelen cum Corybantibus, cum duae diversae causae sint furoris. *Iani.* — 5. *nec — nec* Alt. 2. *Nec didymene* Cod. Goth.

8. *Sic geminant* vulgata lectio, sic Cod. Goth., sed quae sensum valde obscurat ac turbat. Nam v. 9. ob antecedens *non sic* aliter accipi prorsus non potest, ac: *tristes ut irae geminant aera.* Quae enim ex Virgilio (Aen. II, 496. V, 144.) profert Gesnerus exempla, ut hoc non opus esse probet, ea huc non conveniunt: nam in iis post subiectum commemoratum simpliciter sequitur *non sic, non tam*, pro formula comparationis; sed h. l. *non sic geminant Cor. aera, tristes ut irae.* Iam licet non putem cum Bentleio, ineptum inde sensum oriri; explicari enim possit de strepitu, tumultuque, quem ira edere solet; at non convenire illum huic loco arbitramur. Nam non vult Hor. strepitum irae pingere, sed vim ad perturbandum animum. Nec Dacer. audiendus, qui irae tympana et cymbala tribui posse censet, quae in animo nostro pulset. Itaque felicissime emend. Bentl. *Si geminant*, quem sequuntur Cun. Sanad. ut sensus sit: „Non aeque Cybele, non Apollo, non Bacchus, non Cory-

---

v. 1—4. Initium ab pulchritudine laude insigni descripta, qua via ad amicitiam puellarum redintegrandam praestantior vix ulla cogitari potest, poeta callide repetit, ita quidem ut filiam matre pulchriorem dicat, eique permittat, ut iambos criminosos quocunque modo, sive flamma, sive mari Hadriano, deleat. — *Iambi criminosi* dicuntur qui aliquem aliquid criminantur. Iambis huiusmodi criminosis Archilochus poeta Graecus primus ad alios traducendos usus est: Epist. ad Pis. v. 79.: *Archilochum proprio rabies armavit iambo.* Post Archilochum vero poetae hoc versuum genere multi usi sunt, quorum argumentum verbis contumeliosis refertum esse solebat. Suet. in Vita C. Iul. Caesar. c. 75. (non vero in Vita Octaviani Augusti, cuius mentionem Doeringus in ed. sua fecit, quod falso citatum mihi plagellas illius libri perspicienti elapsum h. l. correxi), *librum criminosissimum* dicit. — *Pones modum*, modus non tam sortem, quam potius finem significat, pariter ac III, 15, 2.: *Tandem nequitiae fige modum tuae.* — *Quemcunque*, quacunque tibi placuerit ratione. — *Hadriano*, Hadriatico, vid. III, 9, 23. Ceterum locutio Graecorum proverbialis: *βάλλ᾽ ἐς ὕδωρ.* De ira maxima cf. Philem. ap. Stob. Grot. Flor. p. 105.: *μαινόμεθα πάντες, ὁπόταν ὀργιζώμεθα.* — v. 5. *Dindymene*, *Δινδυμήνη*, dea Dindymi (Catull. LXII, 91.) Phrygiae montis, Cybele. De Cybeles sacris, in quibus huius deae sacerdotes, Galli vel Corybantes, tympanorum, cymbalorum et tibiarum sonitu ad eundem, quo ipsi agitabantur, furorem alios rapere studebant, res nota, *D.* cf. Lucret. II, 616. sqq. Catull. LXIII. Virg. Aen. IX, 617. Valer. Flacc. III, 233. sqq. Quod Dindymum montem attinet vid. Strabo XII. p. 575. Steph. Byz. h. v. Schol. Apollon. I, 981. — *adytis*, *τὸ ἄδυτον*, secundum Servium in Virg. Aen. II, 115. est locus secretior in templo, ad quem nulli accedere licebat, praeterquam sacerdoti. Caes. B. C. 105. Pergami in occultis ac remotis templi, quo praeter sacerdotes adire fas non est, quae Graeci *ἄδυτα* appellant, tympana sonuerunt. Virg. Aen. VI, 98. *Talibus ex adyto dictis Cumaea Sibylla Horrendas canit ambages.* (Erat igitur apud veteres fere idem quod apud Catholicos sacrosanctum.) Hom. Hymn. in Merc. 247. *τρεῖς ἀδύτους ἀνέῳγε.* — *quatit*, violenter de sua sede ac statu demovet, percellit, agitat, conturbat *mentem sacerdotum*, furore iis immisso. — v. 6. *incola Pythius*, iam Cruquius rectam huius loci interpretationem affert, dicens: non arbitror hanc esse periphrasin Apollinis, ab urbe Phocidis dicta Pytho, sed Pythium hic dici incolam a mente sacerdotis, quam incolit in dandis oraculis, tunc enim mentem eius quatit, i. e. movet et cogit *ἐν — θουσιάζειν.* Pythius autem Apollo dictus est ab Pythone serpente interfecto. Phornutus verbum Pythius ab verbo *πυνθάνεσθαι* derivare vult. Nota illa Virgilii verba de Sibylla: *At Phoebi nondum patiens immanis in antro Bacchatur vates, magnum si pectore possit Excussisse deum.*

v. 7. *non acuta*, *Si geminant Cor. aera*, iunge: *non Corybantes* (sc. quatiunt aeque mentem), *si acuta aera geminant;* nimirum ipsa dea *Dindymene* ministros suos *Corybantes* s. *Curetes* in furorem mittit, qui ad eundem, aeris acuti, h. e. cymbalorum, acriter et acute sonantium, pulsu, stimulabant alios. *D.* — *aera* non de clypeis intelligi debent,

Mentem sacerdotum incola Pythius,
Non Liber aeque, non acuta
Si geminant Corybantes aera,

Tristes ut irae: quas neque Noricus
Deterret ensis, nec mare naufragum,
Nec saevus ignis, nec tremendo
Iupiter ipse ruens tumultu.
Fertur Prometheus addere principi
Limo coactus particulam undique
Desectam, et insani leonis
Vim stomacho apposuisse nostro.

bantes, si acuta aera geminant, mentem quatiunt.“ Similis forma est II, 17, 13. et III, 21, 21. Perfacile potuit, ut Ianius animadvertit, ob sequens *ut*, illud *si* in *sic* ab librariis mutari.

v. 12. *Iuppiter horrisonus tumultu*, vel: *tremenda fulminis horrisoni ruina*, Scalig. Poet. VI, 7. — 14. *coactam particulam undique, Desectam et* coni. Bentl., sed prudenter in textum non recepit.

---

sed de cymbalis invicem collisis. — *acuta*, *κύμβαλα ὀξύφθογγα*. — *Tristes*, animum vehementer afficientes, mirum in modum conturbantes, eumque deinceps tristem reddentes. Nunc pergit: homo summa ira abreptus furit ac nihil omnino timet, ne ensem quidem nudum sibi oppositum et quae sequuntur. — v. 9. *Noricus*, praestantissimus; effodiebatur enim in Norico, parte Illyrici, ferrum longe praestantissimum; enses igitur inde cusi reliquis praestabant. — *mare*, cuius pericula ac portenta poeta saepius horrenda adumbrat, praeclare *naufragum* ab naufragiis ibi fieri solitis dicitur. — *saevus* nuncupatur *ignis*, quippe qui nulli rei in rerum natura parcat; *πῦρ μαλερόν*, omnia vastans. Sequentia tamen suadent, ut ignem de fulmine Iovis tremendo ruentis tumultu intelligamus. Tum vero *ig. saevus* erit, ab irato Iove in terram demissus. — v. 11. *nec tremendo* cett. nos.: *nicht Zeus im Donner herabrollend.* Iam audire tonitrua horrenda primum summo cum fragore irrumpentia, deinde minus, minusque sonantia nobis videmur. Iupiter ex prisco loquendi genere vel imbre vel nive vel tonitru et fulmine in terram deferri, h. descendere dicitur, unde ille *Ζεὺς καταιβάτης*. cf. infr. Epod. XIII, 1.

v. 13. Fabula, quae de Prometheo eiusque furto fertur, in vulgus nota. Habemus fragmentum Eurip. p. 496. (ed. Lips.) quod apud Stob. (Grot. Flor. p. 13.) Philemoni tribuitur, unde haec tantum delibamus: *τί ποθ᾽ ὁ Προμηθεύς, ὃν λέγουσ᾽ ἡμᾶς πλάσαι καὶ τἄλλα πάντα ζῶντα, τοῖς μὲν θηρίοις ἔδωχ᾽ ἑκάστῳ κατὰ γένος μίαν φύσιν; — ἡμῶν δ᾽ ὅσα καὶ τὰ σώματ᾽ ἐστὶ τὸν ἀριθμὸν καθένος, τοσούτους ἐστὶ καὶ τρόπους ὁρᾶν.* — His adiunge Fragment. Simonidis *περὶ γυναικῶν*, quod separatim edidit *V. Cl. Koelerus.* — *fertur addere*, addidisse, vel potius, *fertur coactus* fuisse, *addere* cett. *M. Coactus*, materia omni in cetera animalia iam distributa, ob defectum materiae. — *limo principi*, quo primum homines efformasset; nisi potius sit, e quo tanquam materia primaria hominem formare instituisset. *M.* De primaria materia equidem explicare nolim. *D.*, cui nos assentimus. — *undique*, ex omnium animalium indole *desectam*, desumptam ad naturam humanam componendam. Sic infr. in Epist. ad Pis. v. 3. *et varias inducere plumas Undique collatis membris.* — Dicuntur vero homines e limo ficti *πηλοῦ πλάσματα* Aristoph. Av. 687. — v. 15. Doeringus *Fertur* ad *apposuisse* refert atque *τὸ et*, de qua particula valde interpretes h. l. se torsisse ait, per *etiam*, *quoque*, inter alias quoque desectas undique particulas, explicat. Iahnus in ed. sua: Sic cum Wadio interpunxi, ut *addere* a *coactus* pendeat, quod non perspexerunt Scaliger et Bentleius. Vtriusque sententia recte habet. — *insani leonis Vim*, insanam vim, *μένος*;

Irae Thyesten exitio gravi
Stravere, et altis urbibus ultimae
Stetere causae, cur perirent
Funditus, imprimeretque muris
Hostile aratrum exercitus insolens.
Compesce mentem: me quoque pectoris
Tentavit in dulci iuventa
Fervor, et in celeres iambos
Misit furentem: nunc ego mitibus
Mutare quaero tristia: dum mihi
Fias recantatis amica
Opprobriis, animumque reddas.

CARMEN XVII.

AD TYNDARIDEM.

ARGUM. *Horatii invitatio coloribus longe suavissimis, summoque et rerum et verborum delectu descripta, amoenitatum villae Sabinae commendatio dulcis lectori huius carminis suaviter arridet, qua poeta Tyndaridi, ut in agrum secum rusticatum veniat, villamque suam deorum tutela securam pariter ac frugum ubertate fecundam visitet, persuadet, cuius felicitatis, qua ipse in villa Sabina gaudeat, Faunum auctorem dicit, qui et aestum importunum et nimiam pluviarum copiam ab agro suo avertat, gregibus securitatem praestet, verbo, omne praebeat praesidium: ipse enim saepius montibus sibi sacris relictis poetae villam visere dicitur. Quibus vero amoenitatibus loci ac deliciis inde percipiendis puellae elegantioris ingenii, doctae atque honestae, (vid. v. 17. sq.) commendatis, poeta ad finem carminis*

v. 23. *in* abest a Mentel. *indulci in iuventa*, aspera, in rixas prona, emend. Waddel. animadv. critt. p. 43. — 28. *animamque* Cun.

---

stomacho, *στομάχῳ*, irae sedi, pro: *θυμῷ* supr. I, 6, 6. *gravem Pelidae stomachum.* — De *ira* conf. Seneca de Ira I, 2. — *Irae*, ira inter Atreum et Thyesten, fratres, de regno orta, *stravere*, ruinae exstitere. — *ultimae stetere*, primariae fuere. Ira adeo causa fuit, *cur*, h. ut *funditus*, *πρυμνόθεν*, *perirent*, everterentur ac solo aequarentur.

v. 21. *imprimeretque*, aratri usus in colendis urbibus iisdemque eversis satis notus. — *insolens*, insolenter se gerens, urbes scilicet evertendo, earumque nomen delendo. — v. 22. *Compesce mentem*, iram tuam ob iambos meos excitatam reprime. — *tentavit*, abripuit. — *celeres*, Mitscherlichius proprie accipit et ad metri rationem refert, quae h. l. reputanda minus recte ducatur; videtur enim poeta illis verbis innuere, se istos iambos celeres composuisse, i. e. se ex nimis praecipitata animi affectione versus iambicos, quam celerrime fieri potuisset, scripsisse. Doeringus vernacule sic reddidit: *aus Uebereilung*, *in der Hitze*. Liv. II, 51.: quamvis in praecipitia, dum *celeriora* essent, agebat consilia. Ceterum quod *iambos celeres* attinet, sponte apparet, eorum naturam rei, ad quam exprimendam ab poeta exhibebantur, bene respondere debuisse. *mutare*, commutare, *mitibus*, iambis substituere *mitia*, i. e. quae te mitem reddant, iambos recantando, Gr. *παλινῳδία*. — *tristia* sunt, quae iambi acerba atque iniucunda effecerant. — *opprobria recantare*, revocare, quasi non cantata, falsa et ficta declarare etc. *animumque reddas*, denuo fias, quae mihi eras, amica, in gratiam nunc quidem reconciliata.

Tyndaridem ab amatore Cyro, iuvene pulchro ac molli, sed eodem protervo atque ebrioso, tutam futuram praedicat.

Velox amoenum saepe Lucretilem
Mutat Lycaeo Faunus, et igneam
  Defendit aestatem capellis
    Vsque meis, pluviosque ventos.
Impune tutum per nemus arbutos
Quaerunt latentes et thyma deviae
  Olentis uxores mariti:
    Nec virides metuunt colubras,
Nec Martiales haeduleae lupos:
Vtcunque dulci, Tyndari, fistula

v. 5. *totum* quidam Lamb. praeferente Marcil. et sic dederunt Rodell. Bentl. Cun. Nam *ταυτολογίαν* esse in *impune* et *tutum*. Sed hoc est argutari. Ideo *impune* errant, quia *tutum* est nemus. *Iani*. — Sed multo acerbius Vir Doctus Lipsiensis, M. Iahnus, in Bentleium invehitur.

8. *Colubros* Porphyr. Mentel. Fran. unus Bersm. Lipss. 3, 4. Venet. 1591. Fabr. Torr. Steph. Fab. Dacer. Iones. Sed *colubras* duo Vatt. Feae codd. his litteris designati: V. A. B. D. Vr. A. B. D. E. F. Ch. C. Ba. A. Lamb. quatuor Torr. quatuor Blandd. Div. et Mald. ap. Cruqu. Pulm. 1, 2, 3, 4. Brod. Luctat. ad Stat. Theb. V. Locher. Ascens. Venet. 1492. et sic Lamb. Cruqu. Rutg. Heins. Bentl. aliique plures, quibus adnumerandus Cod. Goth. — *haeduleae* emend. Talbot. Bentl. (quem vide ad h. l.) et sic Cun. Sanad. Gesn. Quae lectio ab libris minimum recedens bene habere nobis videtur. Codd. et edd. vett. mirum in modum discrepant. v. V. L. ap. Ianium.

---

v. 1. *velox*, perpetuo epitheto Fauni et Satyrorum. Sic *leves* supr. I, 1, 31. Ovid. Fast. II, 285. *Ipse deus velox discurrere gaudet in altis Montibus*. Sil. It. XIII, 327. *pendenti similis Pan semper et imo vix ulla inscribens terrae vestigia cornu*. — *saepe Lucret. mut. Lyc.*, Faunus deus *ὀρειβάτης, κρημνοβάτης*. — *Lucr.*, montem in Sabinis, in vicinitate villae Horatianae situm. — *Lycaeo*, monte in Arcadia, Fauno et Pani sacro. Ovid. Fast. II, 424. *Faunus in Arcadia templa Lycaeus habet*. cf. Ovid. Met. VI, 392. Virg. Aen. XII, 766. Dionys. Hal. V, 12. Aurel. Vict. de O. G. R. 4. Fauni, agrorum et silvarum dii, dicti ab fando, quia in silvestribus locis homines aliquando adfari putabantur. Ceterum ad velocitatem in currendo designandam Satyri pedibus caprinis finguntur, unde capripedes dicti. — *igneam aestatem*, ad ortum caniculae summus existere solet calor. — *def. aest. cap.*, inversione poetica pro, capellas ab aestate defendit. *defendere*, i. e. arcere, avertere capellis aestatem, prohibere a cap. cett. Respondet verbum *def.* Graecorum, *ἀρήγειν, ἀρκεῖν, ἀλαλκεῖν, ἀλέξειν, στέγειν, ἀμύνειν*. — *pluv. ventos*, quibus deficientibus salubritas regionis innuitur; itaque Horatii villa tam salubritate quam fertilitate insignis erat.

v. 5. Aliud praesentiae Fauni effectum, agelli securitas. *Impune*, nullo periculo imminente. — *tutum*, sc. Fauni praesentia. Apparet utraque verba se invicem declarare. — *deviae*, huc illuc per nemus errantes. — *uxores mariti* male *olentis*, Virg. Ecl. VII, 7. *Vir gregis*, Theocrit. VIII, 49.: *τράγε λευκᾶν αἰγᾶν ἄνερ*. — *haeduleae*, proles caprarum. Apparet lectionem *haeduleae*, (satis quidem notum est poetis femininum genere masculino esse usitatius) bene se habere, nam loci securitas ne *parvis* quidem capellis aliquid periculi timentibus maior describitur. — v. 10. *Vtcunque dulci fistula* cett. dum Faunus carmina fistula canit, ita quidem ut dulci sono petrae quaque reso-

Valles et Vsticae cubantis
  Levia personuere saxa.
Di me tuentur: Dîs pietas mea
Et Musa cordi est. Hic tibi copia
  Manabit ad plenum benigno
    Ruris honorum opulenta cornu.
Hic in reducta valle Caniculae
Vitabis aestus, et fide Teïa

v. 14. *hinc* (de fundo) *tibi* Scholl. Lamb. Torr. Rutg. Steph. Ascens. Heins. Baxt. Ion. Cod. Goth. Sed recte praetulerunt *hic* Fabr. Bentl. Dacer. Cun. Sanad. Gesn. Nam, ut nobis quidem videtur, poetae sermo non est, ex quo quaeri possit, *unde* copia manet etc. quod, ni fallor, nullius momenti est, sed de loco, ad quem Horatius amicam Tyndaridem venire invitaverat. Loci igitur amoenitas eo suavior depingitur, quod *copia* ibi *manare ad plenum benigno Ruris honorum opulenta cornu* dicitur.

16. *ruris bonorum* in non paucis Mss. et edd. et sic etiam in Cod. Goth. — v. 18. *Vitabis ictus* coni. Cun. *oestros* var. lect. Ion.

---

nent. Faunus enim, ut quoque Pan, fistula canens ab poetis antiquis induci solet, cf. Voss. ad Virg. Ecl. VI, 27. dicitur etiam *συρίζων, συρικτής*. Cruqu.: fingit Horatius hic Pana, quem Faunum nominat, ut supra diximus, agri Lucretilis esse quasi Deum *ἀποτρόπαιον*, hoc est, averruncanum, seu mali cuiuscunque propulsatorem. *Vstica* fuit parvus mons prope villam Horatii, qui, quia leniter adsurgebat, vel, ut Virg. Eclog. IX, 8. dicit: *molli clivo iugum demittebat, cubans* denominatur. Notum est montes praeruptos atque altius adsurgentes *stare* dici, vid. supr. 9, 1. *vides, ut alta stet nive candidum Soracte*, declives contra, inque planitiem vel agros molliter sese demittentes *cubare*. — *Lēvia*, ita quidem saxa cum delectu ab Horatio dicuntur tanquam marmore renidentes: negari enim nequit *levia* in saxorum illorum laudem ab poeta additum esse, ut cuiuscunque rei imago in hoc carmine descripta villae commendationi responderet. (Gr. *λισσάδες πέτραι*.)

v. 13. Sententiarum transitus de pietate, animi integritate, repetitus.

v. 14. *Hic* cett. iunge: *hic opulenta copia honorum ruris manabit tibi benigno cornu ad plenum*. — Ad uberes agri proventus designandos ad rem vocat cornu copiae: *ἀγρὸν γάρ τι λέγουσιν Ἀμαλθείας κέρας εἶναι*. Phocyl. ap. Grot. Floril. Stob. p. 215. Ovid. Fast. V, 121. Apollod. I, 1, 3. Schol. Callimach. H. in Iov. v. 49. Hesych. in *Ἀμαλθείας κέρας*. Hor. infr. Carm. Saec. v. 59. *apparetque beato Copia cornu*. Epist. I, 12, 28. *aurea fruges Italiae pleno defudit copia cornu*. — *Manabit tibi*, in te fluet; infr. I, 28, 28.: *tibi defluat aequo ab Iove*. — *honores ruris*, de frugibus et in universum de ruris omni proventu intellige; vid. Sat. II, 5, 13. — *ad plenum*, copiose, affatim.

v. 17. *vallis reducta*, quae in longinquum recedit, sinuosa, curva; *aestus Caniculae*, Sirii, stellae notae, qua aestatis tempus fervidissimum declarari solet. v. III, 13, 9. Ep. I, 10, 16.

v. 18. *fide Teïa*, fidibus Teiis, lyra Anacreontis Teii. *Cruqu.*: nescio an coniiciam alludere ad Anacreonticum carmen amatorium de contentione amoris in Vlyssem Penelopae et Circes. Sed recentiores ad unum fere omnes Mitscherlichii et Doeringi sententiis de hac re prolatis accedunt: potius probabile est, ipsam Tyndaridem, ut poetriam, carmina amatoria, Anacreonteis similia, scripsisse, et argumentum, quod sequitur, tali carmine persecutam esse; quod carmen ab ea decantari apud se nunc cupit. — *laborantes*, laborare, h. amare, sed significat simul curas atque aerumnas pariter ac quamvis acerbitatem,

Dices laborantes in uno
Penelopen vitreamque Circen.
Hic innocentis pocula Lesbii
Duces sub umbra: nec Semeleïus
Cum Marte confundet Thyoneus
Proelia: nec metues protervum
Suspecta Cyrum, ne male dispari
Incontinentes iniiciat manus,
Et scindat haerentem coronam
Crinibus, immeritamque vestem.

v. 19. *Disces* Bentl. 3, 6. a m. s. Lips. 2 a m. s. vid. II, 19, 13. IV, 11, 34. satis prosaicum. — 20. *Circam* Cun.

---

quae amorem sequi solet. Amor enim habet permulta impedimenta, quibus superandis laborant amantes. Sic *πονεῖν*, *πόνοι*, de amoris sollicitudinibus apud Graecos. — *Circe*, Nympha, matre Perse, Nereide, et patre Sole edita, cuius amores ac veneficia ex Homeri Odyssea satis nota sunt. — *vitream*, Graecorum *ὑάλινος*, *ὑαλόεις*, cuius verbi notio derivari debet ab *ὕω*, h. de aqua pluvia in terram cadente, sole in caelo lucente atque obliquos radios iaciente, ergo de lucis radiis in aquam intromissis, quod *φαινόμενον* quum pulchrum appareat, omnino de colore quodam insigni adhiberi solet. Alii aliter rem explicant. — *Pocula Lesbii*, de praestantia vini Lesbii cf. Aul. Gell. XIII, 5. — *innocentis*, Doeringus vernacule reddidit: *einen unschuldigen Wein*. Est enim vinum innoxium, caput potatoris non inebrians. — *Duces*, largius bibes. *Cruquio* assentire plane nequeo, qui *ducere* explicat per *πιεῖν ἀμυστί*, quod parum verisimile est Horatium in puellam honestam ac doctam pronunciasse; mihi vero idem significare videtur, quod nos dicimus: *schlürfen*, qui modus bibendi puellam honestam decet, quae lente, rariusque tantummodo bibat. — *Semeleius*, *Σεμελήιος*, Semeles filius Bacchus, qui *Thyoneus* dicitur ab Thyone, quae et Semele. — v. 23. Lenioris vini haustus, isque modicus animum quidem exhilarabit, iocosque ac ludos producet, neque tamen pugnas, qui Thracum vino inebriatorum mos est. *M.*

v. 24. *nec metues*, non erit, quod metuas. — v. 25. *suspecta*, propter suspicionem, quam de tua fide concepit; ipsi igitur Cyro ob amoris perfidiam suspecta apparet. — *male dispari* tibi, quoad vires, h. tibi admodum imbecilliori. Nobis quidem persuasum est, Horatium hisce versibus Cyri modum se gerendi, quem parum humanum Tyndaridem fuisse expertam, verborum sensus docet, respexisse. *Incontinentes*, manus incontinens est, quae ab aliqua re tangenda sibi temperare nequit; manus igitur incontinentes puellae iniicere fere idem significare videtur, quod „male eam tractare“ quo facile ducunt seqq. Sed de ipso lasciviori amplexu minime cogitandum est, quod nonnulli interpretes h. l. tentarunt. — v. 27. *scindat*, rescindat, laceret *coronam* convivalem, *haerentem*, inhaerentem crinibus, capiti impositam.

v. 28. *immeritam*, de re inanimata facete dictum, ut infr. Sat. II, 3, 7.: *paries immeritus*. vid. Burm. ad Propert. IV, 5, 16.

CARMEN XVIII.

AD VARVM.

ARGUM. *Poeta in hoc carmine Varo, arboribus serendis intento, vitem prae reliquis serendam suadet, vinum curarum dulce lenimen esse dicens. Sed monet ne quis modum in vino bibendo transiliat, tantummodo vinum modice sumptum ad curas expellendas idoneum commendans. Ceterum oratio huius carminis aequabilis ac placida procedit, de qua re Mitscherlichio adsentire non possumus; qui totum carmen Horatium secundum Graecum quoddam exemplar composuisse putat, Alcaei fragmento apud Athenaeum X, 8. commotus, cuius initium est:* μηδὲν ἄλλο φυτεύσῃς πρότερον δένδρεον ἀμπέλω. *Dicit enim poetam perturbatione quadam enthea corripi, quae ad dithyrambum accedat, proptereaque verba* **A m o r**, **G l o r i a**, **F i d e s** *per litteras, quas vocant unciales, excudi iubet. Quum vero huiusmodi sententia plane simplicitatem, quam in scriptoribus antiquis explicandis sequi debemus, offendat, ob ea scilicet, quae ex tali sententia in poetam, ut ita dicam, inferri solent, nobis quidem Horatius auctor huius carminis, non imitator poetae Graeci esse videtur. Ceterum non opus est, ut* **A m o r**, **G l o r i a**, **F i d e s** *scribatur, scribe potius simpliciter:* **a m o r**, **g l o r i a**, **f i d e s**.

Nullam, Vare, sacra vite prius severis arborem,
Circa mite solum Tiburis et moenia Catili.
Siccis omnia nam dura Deus proposuit; neque
Mordaces aliter diffugiunt sollicitudines.
Quis post vina gravem militiam aut pauperiem crepat?
Quis non te potius, Bacche pater, teque, decens Venus?

v. 1. *Nullam vere novo* Acron Fabricianus. — 2. *Catilli* omn. Cruqu. *Catylli*, *Cathilli*, *Cathylli*, *Catulli*, *Cathili*, *Cathyli*, *Catuli*, *Chatili* aberrant. — 3. *Siccis omnia iam* Alt. 1. — 5. *increpat* duo Lamb. Pulm. 4. duo Bersm. Fran. Brod. Sax. Alt. — *increpet* Landin. et ed. Ald.

---

v. 1. *sacra*, sc. Baccho, deo vitis tutelari, res nota; *severis*, plantes, in agro Tiburtino ponas. — *mite solum*, propter aëris mitioris temperiem, sub calidiore caeli regione situm; *moenia Catili*, i. e. Tibur, ab Tiburno, Cora et Catillo, filiis Catilli, Amphiarai filii, conditum. Sil. It. VIII, 366. Virg. Aen. VII, 671. ibique Heynii Exc. VIII. p. 151. Ceterum ex metro sponte apparet poetam mediam in *Catilus*, elisa littera *l*, corripuisse. — v. 3. *Siccis*, vino abstinentibus atque ad duriorem vitae sortem, hilaritatis expertem destinatis. *Siccis* vero opponuntur *vino madidi*, *uvidi* (IV, 5, 39.). — *neque aliter*, tantummodo vino hausto, neque alio remedio, nisi vini potu. Eurip. Bacch. v. 283. de vino: *οὐδ᾽ ἔστ᾽ ἄλλο φάρμακον πόνων*. — *sollicitudines*, tristitia, aegritudo, curae *mordaces*, *θυμοβόροι*, *δακέθυμοι*, *θυμοδακεῖς*· similiter infr. II, 11, 17.: *edaces curas* Bacchus dissipare dicitur. — *diffugiunt*, omnem in partem subito abeunt, animo cedunt, animus curis liberatur, quippe qui vino hausto earum plane obliviscatur. cf. de *Cura* III, 1, 40.

v. 5—6. *post vina*, ut *post te*, III, 21, 19. — *crepare* (*κροτεῖν*, *κομπάζειν*), semper in ore habere, h. querelas de aliqua re iacere, quo sensu quidem h. l. usurpatur. Dicitur quoque *crepare* is, qui multa verba faciendo aliis molestiam creat. Cf. Ep. I, 7, 84. Serm. II, 3, 33. Ep. ad Pis. 247. Ad sensum Theogn. 1125. *εἰ πίομαι, πενίης θυμοφθόρου οὐ μελεδαίνω*. — *Quis non te potius*, sc. crepat, dicit, laudare

At ne quis modici transiliat munera Liberi,
Centaurea monet cum Lapithis rixa super mero
Debellata; monet Sithoniis non levis Evius;
Quum fas atque nefas exiguo fine libidinum
Discernunt avidi. Non ego te, candide Bassareu,
Invitum quatiam; nec variis obsita frondibus

v. 7. *Ac ne* Bentl. 1, 2, 8, 10, 13. Venett. Locher. Cun. Cod. Goth. — 9. *Sithonibus* Landin. — 11. *discurrunt* 2 Blandd. Cruqu. *madidi* (pro *avidi*) coni. vir doctus apud Gesn.

---

pergit. Suaviter animum afficit, quod Veneris mentionem fecit; nam prae ceteris Venus est, quae Bacchum sequi solet. — Nunc iam repetit illud praeceptum: *est modus in rebus.* Multa sunt, inquit, quae, ne quis modum in vino bibendo excedat, nos adhortentur. — *munera Liberi*, *δῶρα Διονύσου.* vid. Hesiod. *ἔργ.* 614. alibi pariter de Veneris muneribus loquitur. — *modici*, inversione poetica, pro modica munera, vinum modice sumptum, quae ratio loquendi Horatio frequentatissima. Infr. 27, 3.: dicitur *verecundus.* — *transiliat*, quod verbum temeritatis notionem involvit, vid. 1, 3, 24. Ad sensum Theogn. 471. *ὃς δ' ἂν ὑπερβάλλῃ πόσιος μέτρον, οὐκ ἔτ' ἐκεῖνος τῆς αὑτοῦ γλώσσης καρτερὸς οὔτε νόου.* — De Centaurea pugna cum Lapithis super mero in Pirithoi nuptiis exorta cf. Ovid. Met. XII, 219 sq. — *Rixam debellare* dictum, ut bellum bellare, pugnam pugnare etc. — *Sithoniis*, universe pro Thracibus, quibus Bacchus ob eorum vinolentiam minime levis, propitiusve est, cf. infr. 27, 1 sq. — *Evius*, *Εὔιος*, ab illa bacchantium acclamatione: *εὐοῖ.* — v. 10. *fas atque nefas*, decorum atque indecorum, honestum atque inhonestum, pulchrum ac turpe. — *libido*, *ὕβρις*, est arrogantia in faciendo, quidquid libuerit, cuius nimirum avidi nullum plane discrimen inter fas et nefas faciunt, sed perfacile finem, modumve transgrediuntur. Eurip. in fragm. Inus IV. *σύμμικτα μὴ δίκαια καὶ δίκαι' ὁμοῦ.* — 12—14. *non te quatiam invitum*, Vanderburgius sensum horum verborum recte interpretatur his: on s'accorde à penser que, par ces mots *non te quatiam invitum*, le poète entend qu'il ne fera pas sortir le dieu malgré lui de son sanctuaire; et par ce qui suit, qu'il n'exposera pas au jour les objets mystérieux cachés sous des feuillages dans les corbeilles que l'on portoit à sa suite dans ses processions. — *quatiam te*, sacra tua quatiam, cum vi et audacter promovebo, de loco suo deripiam, pompam tuam ducam, sacra tua faciam, bacchabor *te invito* et abnuente, adeoque contra morem sacrorum, haud rite: quatenus et *quatere* est violenter movere, et ipsum numen loco suo moveri videtur, cuius sacra moventur. Nam *movere* vel *commovere sacra* est, vasis sacris sublatis initium pompae facere. *M.* Virg. Aen. IV, 301. Valer. Flacc. III, 232. — *Bassareus*, Bacchus, ab voce Thracia *βασσαρίς = βασσάρα = ἀλώπηξ.* cf. Suid. et Etym. Magn. Hesych.: *βάσσαραι· χιτῶνες, οὓς ἐφόρουν αἱ Θρᾴκιαι Βάκχαι.* — *candide*, formose, ob perpetuam Bacchi iuventutem. — *nec var.* cett. nec sacra occulta, variis frondibus obtecta, in lucem protraham; neque quae mysteria sunt vel esse debent, profanabo; in orgiis, Bacchi diebus festis, res quaedam sacrae in cistis ab virginibus, *κιστοφόροις, κανηφόροις* inde dictis, publice circumferri solebant, quas hedera et pampinis velatas praeter initiatos nemini videre licebat. — *variis*, interpretes vel de colore foliorum vario, vel de motu eorum, quo vento adflante agitari solent, accipiunt; sed verisimilius est poetam sub *variis frondibus* et hederaceas et pampineas aliasque plures intelligere, quippe quod *variae frondes* varium foliorum genus

Sub divum rapiam. Saeva tene cum Berecyntio
Cornu tympana, quae subsequitur caecus amor sui,
Et tollens vacuum plus nimio gloria verticem,
Arcanique fides prodiga, perlucidior vitro.

CARMEN XIX.

DE GLYCERA.

Argum. *Horatius hoc in carmine amorem suum in Glyceram libere profitetur, nec dissimulat Venerem imperium in semet ipsum exercere saevissimum, et quidem eo tempore, quo omni amore liberatum se credidisset. Vim huius amoris in Glyceram tantam esse dicit, ut ceteris omnibus relictis sacrificium sibi esse parandum existimet, quo Venerem placet eiusque praesidium sibi expetat. Ceterum de nonnullorum interpretum opinione, Horatium ab Maecenate ad res victoriae de Scythis, Parthisque reportatae describendas esse provocatum, de hac re vero sese excusare, — carmen ipsum in poetae aetatis annum XLVI. incidere, — parum concinna, conferatur Mitscherlichius et Vanderburgius.*

Mater saeva Cupidinum,
Thebanaeque iubet me Semeles puer,

v. 13. *Sub dion* Mancin. *Sub dium* alii. *Sub divo* Landin. Locher. *cum Cybeleïo* quidam, e glossa. *Berecintio, Berecynthio* errores; est enim mons *Βερέκυντος.* — 14. *amor sui, et Adtollens* Cun. — 15. *Adtollens* Glarean. Ald. *extollens* Sax. unus Bersm. Lips. 2 et 3 a m. pr. — 16. *prolucidior* Lips. 4.

v. 2. *iubent* quinque Cruqu. quidam Lamb. et Bentl. Ascens. Sed *iubet*

---

innuere videantur. — *Sub divum rapiam*, tacenda loquar, mysteria Bacchi profanabo; cf. Catull. LXIV, 260. *Pars obscura cavis celebrabant orgia cistis, Orgia, quae frustra cupiunt audire profani.* Tibull. I, 7, 48. Valer. Flacc. II, 267. Theocr. *κϛ*, 7. — *Saeva*, quae terribiliter sonantia saevum iniiciunt furorem. *Cornu Berecyntium* dictum ab Berecynto, Phrygiae monte, ubi Cybele colebatur, eiusque sacra celebrabantur, eodem scilicet furore, quo Bacchi dies festi celebrari solebant. Horribilis tumultus, clangor horrendus, bacchantium clamor vehemens ad Bacchi laudes canendas in caelum emissus, tympanis aliisque instrumentis musicis sonantibus, feminae et viri ebriosi, parum caste se invicem tractantes, libidinem exercentes, quae quum sub uno eodemque conspectu comprehenderis, imaginem de diebus Bacchi festis desumptam habebis verissimam. Haec vero ac similia ne ad aures suas accedere sinat Bacchus, precatur poeta. — *amor sui*, stulta superbia, arrogantia, *caecus*, nihil nisi semet ipsum videns, sibi cum ipsis vitiis placens. *Gloria plus nimio verticem vacuum tollens*, vana hominum iactantia, quae nihil omnino habet, quo se extollere possit. — Sequitur ad finem carminis loquacitas hominum temeraria descripta. *Arcani fides prodiga*, fides, quae arcanum, quod tacendum ei dabatur, temere eloquitur. — *fides* igitur *prodiga* fides nulla est, quippe quae omnia stulte eloquatur, quae animo recondita manere debebant. — *vitro perlucidior*, nimirum huiusmodi fides, veluti aqua per vitrum elucens, perspicitur. Poeta vero rem auget, quod illam *perlucidiorem vitro* dicit. Similis gnome est apud Brunck. Gnom. gr. p. 234. *κάτοπτρον εἴδους χαλκός ἐστ', οἶνος δὲ νοῦ.*

---

v. 1. *saeva*, *Κύπρις βαρεῖα, χαλεπή, δεινή*, ob dolores pariter ac

Et lasciva Licentia,
  Finitis animum reddere amoribus.
Vrit me Glycerae nitor,
  Splendentis Pario marmore purius:
Vrit grata protervitas,
  Et vultus nimium lubricus adspici.
In me tota ruens Venus
  Cyprum deseruit; nec patitur Scythas,
Et versis animosum equis
  Parthum dicere, nec quae nihil attinent.

plures iique meliores, Cod. Goth. Sic solet Hor. infr. 35, 21 sq. — *Semeles*, recte. Vulgo *Semelae*. — v. 10. *Cypron* Cun. — 11. *Nec versis* quidam Lamb. *aut* Cun. Vulgaris ratio usitata Horatio II, 12, 5. — *attinet* unus Bland. Cruqu. Brod.

---

desiderium, quod in amantium pectore excitare solet, et quidem *saevo cum ioco*, ut infr. I, 33, 12. — *Mater Cupidinum*, fingitur enim Venus Amorum multitudine comitata. — *Thebanae Semeles puer*, Bacchus, res nota. Bacchus in Veneris comitatu assiduus reperitur comes. — *Licentia*, *ἀσέλγεια*, *effrenatio impotentis animi* Ciceroni dicta. Pertinet autem Licentia ad Veneris comitatum, pariter ac Bacchus, Cupidines, et Nymphae. — *animum reddere*, iterum amore se regi pati, amoris aestu de integro agitari. Poeta vult dicere hoc: quum ego crediderim esse amore me plane liberatum, en Venus, tota ruens in me miserum, amoris flammam denuo adflat. — v. 5. *Vrit*, *ἐκκαίει*, amore incendit, *nitor*, pulchritudo longe praestantissima. — Ad rem augendam illa pulchritudo Pario marmore *purius splendens* dicitur, *Παρίου λίθου λευκοτέρα*. *Marmor Parium* reliquis praestantissimum quoad splendorem, candidumque colorem fuisse, in vulgus notum. — *grata protervitas*, consulto poeta Glycerae protervitatem gratam nuncupat, quippe quae puellam honestam deceat. Est vero illa protervitas iocosa quaedam petulantia, quae puellas amabiliores reddit. Vtrum vero interpretum explicatio: *la coquetterie*, quae apud Franco-Gallos haud rara esse solet, sensui verbi ipsius respondeat, nec ne, diiudicare nolumus. Ego quidem gratam protervitatem vernacule sic reddam: *scherzhafter, launiger Muthwille*. — Sequitur nunc versus, qui castitatis documentum minime exhibet; nam quid aliud est: *vultus nimium lubricus adspici*, nisi statim in libidinem abripi? Sed Romanus sine decori detrimento ita loqui poterat. Glycera erat puella lasciva, cuius oculi petulanter et lascive sese moventes flagrare viderentur. Ad sensum Anacr. Od. XXVIII, 21.: *τὸ δὲ βλέμμα νῦν ἀληθῶς Ἀπὸ τοῦ πυρὸς ποίησον. Ἅμα γλαυκόν, ὡς Ἀθήνης· Ἅμα δ᾽ ὑγρόν, ὡς Κυθήρης.* Recte dixeris vultum lubricum *βλέμμα ὑγρόν*. — *adspici* Graeca elegantia abundare, vix est quod moneam. *M.* Cf. IV, 2, 59.: *niveus videri*. — Iis, quae nunc sequuntur, summum innuit amorem. *Tota Venus*, integrum in me miserum exercet imperium, toto suo numine, Cypro derelicta, in me unum ruit, totum me occupat. Vid. fragm. ap. Steph. Poett. Lyrr. p. 628. *Κύπρον ἱμερτὰν λιποῖσα καὶ Πάφον περιῤῥύταν.* — Verbum *ruere* significanter vehementiam amoris innuere videtur. — *nec patitur*, nihil nisi amore flagrare sinit, cetera omnino denegat, i. e. rem gravioris momenti tractare vetat, ita ut totus in amore sim.

v. 11. *Parthus versis equis animosus*, Virg. Georg. III, 31.: *Fidentemque fuga Parthum versisque sagittis*. Parthi equos in fugam flectebant retro tela certa mittentes, quo strategemate fortiores erant quam in campo gladio dimicantes. — 12. *quae nihil attinent*, quae ab

Hic vivum mihi cespitem, hic
  Verbenas, pueri, ponite, turaque,
Bimi cum patera meri:
  Mactata veniet lenior hostia.

CARMEN XX.

AD MAECENATEM.

ARGUM. *Cruquius: Maecenas iturus in Appuliam significavit Horatio, ei se ante profectionem convivam esse velle, cui respondet Horatius, se quidem non habere vinum generosum, sed benigno tamen animo ei exhibiturum vinum, quod habebat Sabinum. De profectione in Appuliam mentio fit in Divaei codice. Quae res utrum vera sit, nec ne, diiudicari nequit, argumentis deficientibus, quibus vel hoc vel illud pro certo affirmari possit. Horatius vinum, quod Maecenati se appositurum esse ait, vile ac parum generosum describit, ne vir delicatus vana spe de vino melioris sortis concepta deceptus eludatur: sed nihilominus vinum suum ab iucundissimo applausu commendat, illo nempe die, quo vinum se condidisse dicit, vid. vers. 3, Maecenati, sanitati reddito, sive ab gravi periculo liberato, cf. Carm. Lib. II, 17, 25. sive quocunque demum alio tempore theatrum Pompeii, ad Tiberim situm, cf. vers. 7, Vaticano monti oppositum, post longius temporis intervallum primum adeunti, ab populo Romano ter, quaterve dato. Carmen ipsum levioris momenti pulchritudine pariter ac singulari elegantia est insigne.*

Vile potabis modicis Sabinum
Cantharis, Graeca quod ego ipse testa

v. 1. *dulce* pro *vile* emend. J. Ph. de Medebach. Wakker V. C. Amoenitt. litter. p. 11. Non putat Vir Doctus *vile* vinum obtulisse amico, tam

---

amore plane sunt aliena, quaeque ego nunc haud curo. — Transit nunc poeta ad sacrificium apparandum, dum pueros res ad id efficiendum necessarias afferre iubet. — *vivum cespitem*, ad aram gramineam exstruendam ex veterum more. — *verbena*, modo de quavis e sacro et secreto loco petita herba, modo de certo quodam, cuius in sacris usus fuit, herbae genere. *D.* — *Verbenas ponite*, arae imponite. Nam verbum proprie ad cespitem spectat. *M.* — *Paterae* mentio fit, ad libationem faciendam. — *bimi*, veteris atque optimi. Mot à mot: un vin de deux ans. Vand. Cf. infr. I, 31, 2. ubi *novus liquor* in libatione commemoratur. — *mactata hostia*, nam et hostias Veneri mactatas esse, etsi ara sanguine adspergi nefas erat, (Tacit. Hist. II, 3.) satis constat, Martial. IX, 71, 16. Ergo: proprie accipiendum, quod Mitscherlichio aeque ac Doeringo probatum, quos vide ad h. l. Mitscherlichius vero ad finem alius explicationis particeps apparet, inquiens, vel est pro generali, ubi sacrum fecero, sacrificio peracto; hocque malim propter verbenas, tura et merum, quibus curari vult istud sacrum, expressis verbis adposita: quod nolim, inquam, propter *mactata hostia* adposita, quae de sacrificio quodam cruento, quod tum temporis in usu erat, cogitare nos adigunt. — *lenior*, sacrificio peracto placata ac propitia reddita dolores meos lenitum veniet.

---

v. 1. *vile*, recte vinum Sabinum ita dici poterat, comparatum scilicet cum melioris notae vinis, e. g. cum *Falerno*, *Caecubo* etc. Plin. H. N. XIV, 2. *crudum et austerum* vinum Sabinum appellat. — *mo-*

Conditum levi, datus in theatro
Quum tibi plausus,
Care, Maecenas, eques, ut paterni
Fluminis ripae, simul et iocosa
Redderet laudes tibi Vaticani
Montis imago.
Caecubam et praelo domitam Caleno
Tu bibes uvam: mea nec Falernae
Temperant vites, neque Formiani
Pocula colles.

elegantem hominem, Horatium. Primas carminum litteras omisisse librarios, ut deinceps pingerentur; igitur ex *ulce* facile ortum esse *vile*. — Sed in primis quod Vir ille Doctus Horatium fecisse negat, in poetam revera cadere sponte apparebit; nam quid tandem vitam Horatii, cuius coena brevis nec lautior erat, neque ulla luxuria, ut hac voce utar, abundabat, cuius lacunar neque aureum neque ebur renidere dicitur, suavius depictam reddere potuisset, quam quod unicis Sabinis contentum se vile bibere vinum affirmaret? — 3. *elevi* Mentel. *datur* vett. quaedam editt. ut Basil. 1531. Venet. 1590. — 5. *Clare* emend. Bentl. e codice suo 7; neque enim convenire *care eques*, nec *eques* epitheto nudum. Quidni! Sed ne tempus teramus Bentleii emendationi h. l. refutandae, omnium constat Horatium Maecenatem et *clarum* equitem et *carum* amicum appellare potuisse. Quum vero *care* (sic Cod. Goth.) Codd. plur. bona familia orti exhibeant, idque sensui verborum ac totius sententiae in hoc carmine expressae bene respondeat, omnino retinendum esse videtur. Ceterum Bentleio suffragatur Wakker., tum sic ediderunt etiam Cun. San.
9. *Caecubam* sic plures Lamb. et ipsae primae eius edd. Dedit et sic San. Vulgo *Caecubum*. — 10. *Tute habes* coni. With. Cur? — 11. *Temperent* Venet. 1492. Locher. Ascens. 1519. — *nec* F. Venet. 1492. Locher.

---

dicis cantharis, h. non ex poculis capacioribus, qualia *canthari*, ad *scarabaei* fortasse formam, Graecis *κάνθαρος* dicti, efficti, esse solebant. Videtur duplex *cantharorum* genus apud Romanos in usu fuisse, capaciores, proprie sic dictos, et *modicos*, fortasse apud eos repertos, quibus res domi admodum curta erat. Ceterum *cantharus* est vas vinarium, ansatum, fictile, in conviviis Romanorum adhiberi solitum. — *Graeca testa*, Romani, ut satis notum, condere vinum solebant in vasis fictilibus, quorum praestantiora fuere Graeca; ad nobiliora in primis pertinent vasa *Cumana*, quae vulgo inter vasa Campana Etruscis accenseri solent, cf. Tibull. II, 3, 28. et ibi Doctiss. Heynius. — *levi*, *ἤλειψα*, vel pice vel cera, quibus cortex apud veteres oblinebatur. Columell. XII, 18. cf. infr. III, 8, 10. — *conditum levi*, condidi aeque atque oblevi. — *datus in theatro quum tibi plaus.*, eo ipso die, quo tibi in theatro plausus ab populo dabatur; quae ratio honoris et favoris alicui significandi iam apud veteres in usu erat. — *paterni fluminis*, Tiberis, ab Etruria, Maecenatis patria, profluentis. — *Vaticani montis*, quibus e verbis intelligi potest, theatrum, de quo sermo est, Pompeii fuisse, quod prope Tiberim ad Vaticanum situm erat. — *montis imago*, cf. supra ad 12, 4. ECHO. — *iocosa*, significanter sic dicta, quippe quae sonum quemque reddere solita sit.
v. 9—12. Sensus: *Caecubum*, *Calenum*, *Falernum*, *Formianum*, ut vina praestantiora, domi bibere poteris. — *temperant vites*, vinum aqua admixta, ex more Romanorum temperatum appellatur; *pocula temperantur*, vino infuso; forma exquisitiore dedit: *vites et colles pocula temperant*, dum vina praebent in iis temperanda, iis infundenda. *M.*

CARMEN XXI.

IN DIANAM ET APOLLINEM.

ARGUM. *Habemus hymnum in Apollinem et Dianam ab Horatio haud dubie privatim compositum, quo diei alicui festo praeluderet sive numina ipsa caneret, quod quidem totius carminis colori magis convenire videtur, quam virorum doctorum opiniones de carmine amoebaeo, quas hic enarrare nolumus, ipsis viris doctis disceptandas relinquentes. Si tempus autem spectaris, quo factum esset hoc carmen, annum DCCXXXI. u. c. constituerunt, quo Roma fame ac pestilentia laboraret, quae tamen temporis constitutio pro certo affirmari nequit. Conferatur hymnus in Dianam apud Orph. XXXV, 13 sqq.: ἐλθὲ θεὰ σώτειρα — εὐάντητος, ἄγουσα καλοὺς καρποὺς ἀπὸ γαίης, εἰρήνην τ᾽ ἐρατήν, καλλιπλόκαμόν θ᾽ Ὑγίειαν· πέμποις δ᾽ εἰς ὀρέων κεφαλὰς νούσους τε καὶ ἄλγη. adde Sophocl. Oedip. Tyr.* 161. 62. *Theogn. v.* 13.

Dianam tenerae dicite virgines:
Intonsum, pueri, dicite Cynthium:
Latonamque supremo
Dilectam penitus Iovi.
Vos laetam fluviis et nemorum coma,

v. 2. *Cynthion* Cun. — 5. *Vos lectae fluvios et n. comam* coni. ap. Ion. ex Carm. saec. v. 6. — *comam* 4. Bland. Cruqu. Pulm. 4. Bentl. 1. Acr. Landin. Mancin. Venet. 1492. Flor. 1482. Locher. Ascens. Bentl. et Cun. Cod. Goth. Sed *coma* quatuor alii Cruqu. septem Lambin. Bentl. ceteri, Torr. omnes, et sic Heins. Steph. Fab. Baxt. Sanad. cett. Ianius credit librarios posuisse *comam* ob *laetam*.

---

v. 1. *tenerae* aetate, epith. ornans. — v. 2. *Cynthium*, Apollinem, a Cyntho Deli monte sic dictum. — *intonsum*, *ἀκερσεκόμην*, ad perpetuam eius iuventutem designandam. Tibull. I, 4, 36. *Solis aeterna est Phoebo Bacchoque iuventas, nam decet intonsus crinis utrumque deum.* cf. Epod. XV, 9. Erant vero Apollo et Diana dii *πάρεδροι*, *σύνναοι*, ideoque in hymnis una invocari solebant. — v. 3. Quum in hymnis deorum laudes etiam ab eorum claro ortu repeterent, magnum sane nomen Latona in hymnis in Apollinem et Dianam habuerit oportet. Hom. Hymn. in Apoll. 14.: *Χαῖρε, μάκαιρ᾽ ὦ Λητοῖ, ἐπεὶ τέκες ἀγλαὰ τέκνα.* in Dian. 19. *ὑμνεῦσι Λητὼ καλλίσφυρον, ὡς τέκε παῖδας.* Ovid. Met. VI, 160. *date Latonae, Latonigenisque duobus cum prece tura pia.* — *penitus*, *κηρόθι*, maxime *dilectam*, carissimam. — *supremo Iovi*, *ὑψίστῳ Διΐ.* — Ceterum Diana et Apollo celebrari solebant ut dii *averrunci*, *σωτῆρες*, *ἀλεξίκακοι*, *ἀλεξίμοιροι*, *ἀποτροπαῖοι*, qui omnem calamitatem ab populo Romano avertere possent. — v. 5. In sequentibus poeta hymnorum veterum epice tractatorum, quales fere sunt Homeri et Callimachi, in quibus studia Deorum, artes, res gestae, loca ipsis sacra commemorantur, rationem sequitur, loca, quae utrique consecrata essent, recensendo. Callim. H. Del. 9. 10. *Δήλῳ νῦν οἴμης ἀποδάσσομαι, ὡς ἂν Ἀπόλλων Κύνθιος αἰνήσῃ με φίλης ἀλέγοντα τιθήνης.* Carm. Lib. IV, 12, 11.: *Delectantque deum, cui pecus et nigri Colles Arcadiae placent.* Callim. H. in Dian. 188. *τίς δέ νύ τοι νήσων, ποῖον δ᾽ ὄρος εὔαδε πλεῖστον;* Catull. XXXIV, 9. *Montium domina ut fores, silvarumque virentium, saltuumque reconditorum, amniumque sonantum.*

Quaecunque aut gelido prominet Algido,
Nigris aut Erymanthi
Silvis, aut viridis Cragi:
Vos Tempe totidem tollite laudibus,
Natalemque, mares, Delon Apollinis,
Insignemque pharetra
Fraternaque humerum lyra.
Hic bellum lacrimosum, hic miseram famem

v. 8. Illud *Silvis* merito offendit, *Ian.* Coniiciebat *arvis* Sanad. quae coniectura Ianio displicet, qui *clivis*, h. e. adscensibus s. lateribus declivibus, coniecit, dicens, id proxime abesse ab *Silvis* antiqua scriptura. Apparet Ianium verba *nemorum coma, quaecunque prominet Silvis*, tautologiam esse ducere. Sed quis est, qui magnum discrimen, quod inter silvam ac nemus intercedit, nesciat? Ovid. Met. I, 568. *Est nemus Haemoniae, praerupta quod undique claudit Silva.* Ars Amat. III, 689. *Silva nemus non alta facit.* — *Gragi* plur. Mss. et edd. quibus accedit Cod. Goth., qui versum Pherecrateum et Glyconeum uno stigmate scribit. Graece dicitur *Κράγος*. Sic et Heins. Steph. Bentl. Cun. — 9. *extollite* Alt. 2. — 10. *matres* Landin. aberrat. — 13. *Hic — hic.* Aequa munerum distributio, quam interpretes in chororum huiusmodi decantationibus necessariam esse putabant, eos commovit, ut provinciam calamitatem ab populo Romano defendendi ad Dianam pariter atque Apollinem referrent, ita quidem ut uterque suas ageret partes. In loco priore igitur correxere: *Haec*, quae varians lectio in cod. Alt. 2. a m. scilicet secunda scripta commemoratur. Sed huiusmodi argumentatio ad interpretum arbitrium pertinet, qui totum carmen ab pueris, puellisque alternis vicibus decantatum esse putant. Ceterum Apollo ad finem carminis solus commemoratus *lacrimosum bellum, miseram famem, pestemque in Britannos agere* dicitur, quod poeta haud temere fecisse videtur, quippe qui tanquam

Infra III, 22, 1. *Montium custos nemorumque, Virgo.* — *Algido*, monte, prope Romam, in via Appia. Carm. saec. 69. *Quaeque Aventinum tenet Algidumque.* — *Erymanthus*, Arcadiae mons, ubi inprimis haec Dea venerari solebat. *M.* — *Cragus*, Lyciae mons. — v. 7. Offendit viros doctos, quod poeta dicat, nemorum comam prominere in silvis, et tautologiam vix ferendam in his agnoscunt. Sed rem facillimo negotio expedias, si ad v. *prominet* diligentius adtendas. Dianam enim non simpliciter montibus, sed summis eorum iugis maxime delectari poeta ait. Iam vertices montium indigitavit per *comam nemorum* s. *nemus, quod* in montibus *prominet.* Nemus vero partem silvae constituere, tralatitium est. *M.* — *Tempe*, inter Olympum et Ossam sita, Musarum sedem, quibus Apollo praeest. Alii: quod Tempe lauro, Apollini sacra, consita fuerit. Alii denique, quod Apollo, Pythone serpente occiso, ut expiaretur, ibi commoratus esset. — v. 10. *Natalem Delon Apollinis*, *Δῆλον, Ἀπόλλωνος κουροτρόφον* Callim. H. Del. 2. et v. 4. *Δῆλος δ' ἐθέλει τὰ πρῶτα φέρεσθαι ἐκ Μουσέων, ὅτι Φοῖβον ἀοιδάων μεδέοντα λοῦσέ τε καὶ σπείρωσε.* *Natalem silvam* vocat III, 4, 63. Hom. H. Apoll. 16. cuius diversam ab aliis narrationem, qua Diana in Ortygia, Apollo vero in Delo editus sit, poetam hic secutum nescio qua ratione inducti interpretes contendunt. *M.* — *mares*, pueri, ut Sophocl. Trachin. 210.: *ἐν δὲ κοινὸς ἀρσένων ἴτω κλαγγά.* — v. 11. *fraterna — lyra*, lyram enim Apollo debebat fratri suo Mercurio, qui supr. I, 10, 6. *lyrae parens* dicitur. Bentleius verba ita iungit: *insignem Apollinem* quoad *humerum pharetra et lyra.* — *bellum lacrimos.*, funestum, exitiosum, *πολύδακρυν Ἄρηα, πόλεμον δακρυόεντα.* —

Pestemque a populo, principe Caesare, in
Persas atque Britannos
Vestra motus aget prece.

CARMEN XXII.

AD ARISTIVM FVSCVM.

ARGUM. *Poetae tanquam vates deorum singulari tutela tuiti, ex veterum opinione pervulgata, innocentia ac virtute sua magis quam armis sese defendere, securosque reddere poterant, quoniam non essent ἐναγεῖς, nullum sibi contraherent ἄγος, quod verbum plane contrarium τοῦ καλοῦ καὶ ἀγαθοῦ exprimit. Quod vero nuperrime ipse sit expertus, lupum in silva Sabina sibi inermi pepercisse, adeoque se carmen aliquod meditantem effugisse, hoc in carmine cum amico suo Fusco communicat. Quo facto nunc adeo fidit, ut se ubivis terrarum ab omni calamitate securum fore existimet, (sc. Lalagen suam canentem cett.) Iam olim a puero simile periculum deos avertisse narrat III*, 4, 9—56. *Ceterum alibi quoque se diis carum esse dicit, v. c. supra I*, 17, 13.

Integer vitae scelerisque purus
Non eget Mauris iaculis, neque arcu,

Apollinis vates preces suas pro Romanorum incolumitate ac salute in primis ad *deum poetarum tutelarem* mitteret. Sed vates specialius Apollinem deprecatur, deum Augusti tutelarem, vid. Iahn. in ed. sua, qui nobis suffragatur. Duhamel et après lui Sanadon, ayant voulu faire de cette Ode un dialogue, où les jeunes Romains et les jeunes Romaines s'exhortent à chanter tour à tour les louanges d'Apollon et de Diane, il leur a paru nécessaire de faire alterner régulièrement celles du frère et de la soeur. En consequence, ils lisent *haec bellum lacrimosum, hic miseram famem.* Je ne cite cette correction puérile, (sic Vanderburgius) dejà proposée par Bentley, que pour dire qu'il n'en existe aucune trace dans mes Mss.

v. 14. *a populo et principe C.* vulgaris lectio, cui haud dubie altera: *a populo, principe Caesare*, praeferenda est. Ceterum satis constat poetam Augustum salutis Romanorum auctorem dicere. — *a populo, a principe C.* Mss. ap. Cun. et unus Bersm. unde apparet lectionem vulgarem sibi non usque constare. — *in* deest in Locher. — 16. Ianius, qui correxit *Haec*, dicit: quid si pro *motus* legendum quis putet *mitis?* Sane nemo putabit.

v. 2. *Mauri* Mentel. Pulm. 4. Brod. Fabric. Rutg. Baxt. Cod. Goth. lectio vulgaris. Sed *Mauris* Lamb. ex optimis suis, optimi Torrent. 4. Bland.

aget a populo in Persas, docta brevitate pro, arcebit ab Romanis et immittet in Persas. — *Persis* s. Parthis et *Britannis* mala ista imprecatur, tanquam Romani nominis hostibus. Sic III, 27, 21. *Hostium uxores puerique caecos sentiant motus orientis Austri.* Virg. Georg. III, 513. *Dî meliora piis, erroremque hostibus illum.* — *Britannos*, ut populum remotissimum, *orbis* (ut dicuntur infr. I, 33, 29.) *ultimos.* — *aget*, propulsabit. — *principe Caesare*, regnante Augusto, nam propter hunc solum, Diis carissimum, preces has ratas fore confidit poeta. *M.*

v. 1. *Integer vitae*, vir vitae integrae. Sic infr. Serm. II, 3, 220. *integer animi.* Ovid. Met. IX, 440. *integer aevi.* *Integer* h. l. fere idem exprimit, quod innocens, incontaminatus. — *scelerisque purus*, declarative adiectum, *καθαρὸς ἄγους, ἁγνὸς τῆς ἄτης.* — v. 2. *Non eget*,

Nec venenatis gravida sagittis,
Fusce, pharetra:
Sive per Syrtes iter aestuosas,
Sive facturus per inhospitalem
Caucasum, vel quae loca fabulosus
Lambit Hydaspes.
Namque me silva lupus in Sabina,
Dum meam canto Lalagen, et ultra
Terminum curis vagor expeditis,
Fugit inermem.
Quale portentum neque militaris
Daunias latis alit aesculetis,

et Div. ap. Cruqu. Bentl. 1, 2, 3, 6. a m. pr. 13. Gott. Lipss. Comment. Cruqu. Land. Mancin. Zar. Muret. Aldd. Venett. Locher. Ascens. Chabot. Fab. Steph. Bentl. Cun. Iones. Dacer. Sanad. — *nec arcu* Venet. Asc. Locher. — 7. *Caucason* Cun. — *sabulosus* prava lectio Grotii Petri. vid. Bentl. — 9. *silva me* unus Bersm. Dess. 2. — 11. *expeditus* Pulm. I, 2, 4. Comment. Cruqu. Alt. 1. Cod. Goth. Fab. Lambin. et quidam alii. item Flor. Venet. 1590. — Sed *expeditis* Porphyr. omnes ceteri Lamb. quatuor Torrent. 4. Bland. Cruqu. duo Fabr. Pulm. 3. Mentel. Lips. I. Muret. Venet. 1492. Ascens. Locher. Rutg. Iones. Cun. San. Baxt. — *curis* *agor, expeditus* (h. e. celeriter) *fugit in.* coni. ap. Iones. — 12. *iner-* *mum* var. lect. Ion. — 14. *Daunia* Acr. Comment. Cruqu. Fran. Dess. 2. sex Torrent. Venett. 1478. 1492. Asc. Baxt. Aiunt, produci ultimam ob sequentem liquidam. — *Daunia in* Pulm. 4. Mentel. Mancin. Venet. 1590. Basil. 1531. Lamb. Cruqu. Fab. Rutg. Steph. Heins. Talbot. Dacer.

---

armis scilicet, quibus innocens se tueatur, carere potest. — *Mauris* *iaculis*, Mauritanicis, quibus Mauri ob pericula ab feris bestiis, quibus eorum regio scatebat, sibi timenda instructi esse debebant. — *gra-* *vida*, plena, referta, ἐγκύμων τεύχεων. — *sagittis venenatis*, h. sagit- tis, epitheto orn. adiecto. — *Syrtes*, extremam Africae partem, dicun- tur nunc: *Golfe de Sidra et Gabes.* Propert. II, 7, 71. *Gaetulas Syrtes* commemorat pro extrema Africa; et Virg. Aen. IV, 41. *per Syrtem in-* *hospitam.* — *aestuosas*, ob arenam ab solis aestu ibi ferventem. Cf. I, 31, 5. *Aestuosa Calabria.* — *Caucasum*, montem inter Caspium et mare nigrum situm, *inhospitalem*, ἄβατον, ἀπάνθρωπον, ἄξενον, pro- pter immanes solitudines ac feras ibi commorantes. — *Hydaspes*, In- diae fluvius, *fabulosus*, de quo tum temporis permultae narrabantur fabulae, quas nunc quidem ignoramus. — *lambere*, alluere.

v. 9. *Silva Sabina*, quae adiacebat villae suae Sabinae, ad eamque pertinebat. Serm. II, 6, 3.: *paullum silvae.* Carm. III, 16, 29.: *silvaque* *iugerum paucorum.* — *ultra terminum*, sc. ultra quem progredi nemini li- cebat. Horatius vero totus in carmine, quo Lalagen suam caneret, ultra terminum se progressum esse haud animadverterat. — *curis expeditis*, animo ab omni cura soluto sive animo ab nulla parte aliquid periculi metuente, securo. Catull. XXXI, 7. *O quid solutis est beatius curis!* Animus enim rebus, quaecunque eum occupent, *impeditur*, atque *expeditur*, dum iis liberatur. — *fugit inermem*, quod sane mirum esse poterat. — v. 13. *Quale portentum*, ad rem augendam lupum eximiae magnitudinis fuisse dicit, qualem vix ullibi terrarum invenias. *Portentum*, πέλωρον, de animali inusitatae magnitudinis vel feritatis. vid. I, 3, 18. et IV, 4, 63. — *Daunias*, sc. γῆ, Daunia terra, Appulia, quae infr. IV, 14, 26. *regna Dauni Appuli* vocatur. Ovid. Fast. IV, 76. Silius IV, 556. — *militaris*, bellicosa, cf. III, 5, 9. — *alit*, τρέφει, habet. — *latis*

Nec Iubae tellus generat, leonum
Arida nutrix.
Pone me, pigris ubi nulla campis
Arbor aestiva recreatur aura;
Quod latus mundi nebulae malusque
Iupiter urget:
Pone sub curru nimium propinqui
Solis, in terra domibus negata:
Dulce ridentem Lalagen amabo,
Dulce loquentem.

Bentl. Iones. — *Daunias* Porph. Pulm. 1, 2, 4. unus Fabr. 4 Bland. Cruqu. Bentl. 1, 2, 3, 6 a m. pr. Locher. Land. Cun. Gesn. sic Cod. Goth. Observamus, inquit Ianius, ab adiectivis gentilibus in *ius* exeuntibus poetas aliud, graeca forma in *ias* desinens, fingere, quod pro adiectivo feminino sit, nec solum de persona, sed et de regione aliave re usurpetur. Sic *Cephesias ora*, Ovid. Met. VII, 438. *Pelias arbor*, ibd. Her. XII, 8. *Pelias hasta*, ibd. Met. XIII, 109. Quo et *Venus Appias* pertinet, de qua vid. Bentl. ad h. l. Itaque exquisite et docte a gentili *Daunius* formatum ab Horatio *Daunias* pro Daunia, sc. tellus. — *Daunus in* coni. ap. Iones. — *Daunius latis* cett. coni. Cun. et recep. Sanad. — *Dauniae* sc. tellus, alia coni. Cun. — *lautis* quidam mss. et edd. — *Daunias* est la leçon de mes meilleurs Mss. à l'exception d'un seul. Vanderb. — *aesculetis* rectius quam *esculetis*, vid. Serv. ad Virg. Georg. II, 291. Heins. et Drakenb. ad Sil. V, 481. — 18. *A. aest. r. umbra* Mar. Victor. ap. Bentl. — 20. *urgent* Alt. 2. — 21. *propinquo* Cun.

---

aesculetis, in profundis saltubus. — *Iubae tellus*, Mauritania, Iubae imperio subiecta, nota ratione, qua regiones et gentes ab ipsarum conditore (II, 6, 12.) vel rege, qui reliquis notior est, designantur. *M.* — *leonum arida nutrix*, θρέπτειρα λεόντων, quae nutrit leones. Dicitur illa regio *arida*, sitiens, aestu solis torrida; Herod. II, 32. ἄνυδρος δεινῶς καὶ ἔρημος πάντων. Sil. It. III, 251. Lucan. III, 294. Epod. III, 16. *siticulosa Appulia.* — *Pone me*, colloca me, iube, quam vis sedem mihi ad habitandum adsignare, lubenter ego quidem obsequar. Pro incultis regionibus duas zonas ponit, quae ex aetatis suae opinione inhabitabiles habebantur. Harum regionum altera ob nimium frigus omni aura aestiva carere dicitur, quam ob rem inhabitari nequeat, altera contra ob nimium solis calorem. — *pigris*, perpetuo frigore adstrictis, quod alii poetae *frigus iners*, *ignavum*, vocant. *Campi* vero *pigri* dicuntur, ad eorum sterilitatem designandam. Similiter *pigra hiems* apud Ovid. Am. III, 6, 94. et *iners bruma* infr. IV, 7, 12. — *nebulae malusque Iupiter*, aër noxius et frigore et densitate cett. — *urget*, premit, incumbit, circumdat, vexat. — v. 21. *Sub curru Solis* terris *nimium propinqui*, ex antiqua opinione, cf. Tibull. II, 3, 36. — *Domibus negata*, inhabitabili; dicitur enim, *terra negata est domibus* et *terra negat domibus*, vid. Mitsch. — *dulce*, suaviter *ridentem*, νεκτάρεον μειδήσασαν velut Apollon. Rhod. III, 1008. — *dulce loquentem*, ἁδὺ φωνεῦσαν, Sapph. V, 5. Adde Graecorum ἡδὺ γελᾶν, ἡδὺ λαλεῖν.

De Zonis adde Virg. Georg. I, 233.:

Quinque tenent caelum zonae, quarum una corusco,
Semper sole rubens et torrida semper ab igni: —
Quam circum extremae dextra, laevaque trahuntur,
Caerulea glacie concretae atque imbribus atris. etc.

CARMEN XXIII.

AD CHLOEN.

ARGUM. *Horatius hoc in carmine Chloen cum hinnulo comparat, qui matri adhaereat anxieque omnia timeat, quae ad ventum, motumque foliorum sibi videantur hostilia, quem quidem falsum timorem vehementer increpat, dum Chloae suadet, ut tempestiva viro tandem matrem sequi desinat. Volebat nimirum Chloen in amorem suum pellicere, quod vero palam non confessus paullo subtilius innuit, ita ut illi persuaderet, se nec tigrim nec esse leonem, qui Chloen frangere persequeretur. Graeci cuiusdam poetae imitationem cum totius carminis color prodit, tum fragmentum apud Athenaeum IX, 12, quod Anacreonti vulgo tribuitur, ab Bentleio sic refictum:*

Ἄιε νεβρὸν νεοθηλέα γαλαθηνόν, ὅς ἐν ὕλῃ
Κεροέσσης ἀπολειφθεὶς ὑπὸ μητρὸς ἐπτοήθη.

Vitas hinnuleo me similis, Chloe,
Quaerenti pavidam montibus aviis
Matrem, non sine vano
Aurarum et silvae metu.
Nam seu mobilibus veris inhorruit
Adventus foliis, seu virides rubum

v. 1. *Vitat* quidam Torrent. et Chabot. Mentel. Pulm. quatuor, Lips. 1, 2, 4. duo Bersm. Sic et Cod. Goth. Venett. Locher. Ascens. Mancin. aliique edd. — 5. *Nam seu m. vitis inhorruit Ad ventum* (h. a vento) *foliis* Muret. ex antiquis quibusdam, ut ille ait, libris. — *Nam seu mobilibus veris inhorruit Adventus foliis* Cod. Goth. et Guelf. ab initio mutilus. saec. XIV. in Italia eleganter exaratus, qui exhibet paullo post: *rubrum* et *tremunt.* — *Nam seu m. veris inhorruit* (sc. silva) *Ad ventum f.* (ad ventum veris, Zephyrum) Lud. Desprez ex coniectura. — *Nam s. m. v. i. Adventu f.* (adventu veris, i. e. flante Zephyro) alia eiusdem Despr. coni. — *Nam seu m. VEPRIS inhorruit Ad ventum foliis*, emend. Bentl. et sic Cun. et Markl. Ep. crit. ad Fr. Hare pag. 50. Iam ante Bentl. sic correxerat Salmas. teste Menagio, quod iste ex I. G. Graevii ad se datis litteris, et nota N. Heinsii ad Horat. suum, ipse refert. Quin multo

---

v. 1. *Hinnul.* — *hinnuleus*, pro hinnulus, ut supr. I, 17, 9.: *haeduleae* pro haeduli. — *Vitas me*, cum delectu, ut Chloen non arrogantia aliqua suum amorem aspernatam, sed solo puellari pudore adhuc praepeditam, quominus amori eius responderet, poeta innuat. Quo et spectat tota comparatio cum hinnulo, timiditatis perpetuo fere apud omnes gentes symbolo. *M.* — *hinnuleus*, hinnulus, *νεβρός*, caprearum, cervarum, damarum pullus. — *pavidam*, pullo absenti timentem. — *montibus aviis*, *ἀβάτοις*, *οἰοπόλοις*, desertis. — *non sine aurar. metu*, dum vento per silvam flante, folia aliaque plura quodammodo horribiliter movente horrore quodam obruitur, unde quaque pericula sibi timens. Qui timor *vanus* dicitur, scilicet nulla re, nisi venti spiritu effectus.

v. 5. Pro quovis vento *Zephyrum* posuit, tanquam lenissimum, ut indicaret, hinnuleum vel levissimo strepitu exanimari. Hinc *inhorrescere* dicitur *foliis*, quibus incidit cum *horrore*, *φρικί*, h. leni impulsu. *M.* Pro Zephyro vero s. verna aura docte et audacter est *adventus veris*, ver adveniens, cuius numinis adpropinquantis vis sentitur arboribus, a Zephyro, eius *comite* (IV, 12, 2.) ac *praenuncio* (Lucret. V, 736.) commotis. *M.* Epitheton autem *mobilibus* quod vocant ornans ac nihil amplius

Dimovere lacertae,
Et corde et genibus tremit.
Atqui non ego te tigris ut aspera,
Gaetulusve leo, frangere persequor.
Tandem desine matrem
Tempestiva sequi viro.

CARMEN XXIV.

AD VIRGILIVM.

ARGUM. *Horatius Virgilium consolaturus, dolorem, quem ille de morte Quinctilii conceperat, non opprimendum esse dicit, sed potius ex Musa quaerit, quis sit desiderii modus, quo dignissime obitus tanti viri lugeatur. Primum igitur eius virtutibus canendis immoratur, deinde ad sententiam pervenit, ex qua nihil in rerum natura mutari,*

ante in Gogavini lib. omiss. 26. (ed. 1567.) esse eam coniecturam testatur Cuningam. Animadv. pag. 47. Doeringus Bentleii coniecturam in textum recepit, persuasus, illam coniecturam ingeniose factam omnes difficultates removere, difficultates scilicet ab interpretibus motas. Sed quamvis negare nolimus, coniecturam Bentleii per se bene habere, tamen vehementer dubitamus, an ea in textum sit recipienda. Difficultates enim, quibus Bentleius hunc locum laborare dicit, plane non eiusmodi sunt, ut quisque Bentleio adsentire debeat. Nam quod primum affert argumentum, totius argumentationis facile summum, non posse adventum veris foliis inhorrescere, cum eo tempore nondum nata sint folia, plane nihili est. Aiunt quidem, Doering. ait, plurimas in Italia esse arbores silvestres, v. c. laurum, myrtum cett. quae hieme non priventur foliis, vel per *folia mobilia* ea, quae in terram deciderint, intelligi posse, — est autem, inquam, revera natura alia in Italia atque alia in Germania, — sed illas arbores vel arida folia, humi iacentia, poetam respexisse, vix probabile, — neque eo probatur, quod *mobilibus veris inhorruit Adventus foliis* dicitur, nisi poetam anni aetates mathematice discernere voluisse dixeris. Ex nostra quidem sententia *adventus veris* non ad primos eius dies spectat, sed usque ad medium aetatis vernalis *ver advenire* recte dicitur. Ceterum conferatur Ianius et Wetzelius ad h. l. — Vulgatam lectionem tuentur codd. et vett. edd. omnes, tum Lamb. Cruqu. Torrent. Steph. Dacer. Iones. Baxt. Gesn. — Ici tous mes Mss. étant d'accord entre eux, ainsi qu'avec ceux de Cruq. de Torr. de Lamb. de Pulm. et de Bentley lui-même. Vanderb. — 7. *lacerti* Dess. 1. a m. pr. 2. a m. s. — 10. *Gaetulus*, recte, nam est *Γαιτοῦλος*. — 12. *viro sequi* unus Bersm. Dess. 2.

---

esse, ego quidem cum Mitscherlichio contendo. — *lacertae virides*, epitheto admodum usitato. — *Rubus*, *βάτος*, sentis genus. — *dimovere*, rubum sc. perlapsae levem strepitum edidere. — *corde tremit*, *ἐκπηδᾷ*, *πάλλεται ἦτορ*, uti et alterum *genibus tremit*, genua eius tremunt, *ὑπὸ δ᾽ ἔτρεμε γυῖα.*

v. 9. *Atqui* nihil tibi ab me metuendum est, ego, quem hinnuli more fugis, te non tigridis aut leonis instar sector. — *tigris aspera*, irata, saeva, fera, ut Stat. Th. IV, 315. — *leo Gaetulus*, leo Africanus, quia Africa leonum parens et nutrix. Gaetulia vero Africae provincia est. — *frangere persequor*, ut te frangam, *ἆξαι διώκω.* *Frangere* ut *ἀγνύναι* de morsu maioris ferae. — *matrem sequi*, servata imagine, de hinnulo. — *tempestiva viro*, *ὡραία γάμου*, *iam matura viro*, *iam plenis nubilis annis.* Virg. Aen. VII, 53.

nihilque factum non factum reddi posse dicat, denique vero omne discrimen eo tollit, quod sub finem carminis addit: levius fit patientia, Quidquid corrigere est nefas. — Scriptum hoc carmen esse ad P. Virgilium Maronem, ex vv. 13—14. colligi potest. Vix dubitari potest, quin Quinctilius idem sit, cuius iudicium in Epistola ad Pisones v. 438. his verbis laudatur: Quinctilio si quid recitares, Corrige sodes, „Hoc," aiebat, „et hoc," de quo Hieronymus Chron. Euseb. ad Olymp. CLXXXIX. — V. C. DCCXXIX. — haec notat: Quinctilius Cremonensis, Virgilii et Horatii familiaris, moritur.

Quis desiderio sit pudor aut modus
Tam cari capitis? Praecipe lugubres
Cantus, Melpomene, cui liquidam Pater
Vocem cum cithara dedit.
Ergo Quinctilium perpetuus sopor
Vrget? cui Pudor, et Iustitiae soror,
Incorrupta Fides, nudaque Veritas
Quando ullum inveniet parem?

v. 1. *desideriis* Alt. 2. — 2. *desine* pro *praecipe*, quidam, teste Dacer. — *lugubris* antiquissimi codd. unde multi recentiores mss. et edd. fecerunt *lugubres*, quod et in vulgatis est; vulgatam affirmat Cod. Goth. — Ianio exquisitius videtur coniungere *lugubris Melpomene*, ut more poetico ipsa Musa dicatur *lugubris*, dum carmen lugubre canit vel docet.

5. *Quinctilium* recte ex lapidd. et monumm. alii *Quintilium*.

6. *cui P. et Iustitia, et soror* emend. Waddel. anim. crit. pag. 44. quia et propter iustitiam laudandus sit Quinctilius. — 8. *invenient* vulgaris lectio. *inveniet* plus decem Bentl. Alt. 1, 2. Lipss. Mentel. Brod. Locher. Ascens. Venett. Bentl. Cun. San. Cod. Goth. Cod. Guelf. Convenit omnino Horatio, vid. I, 34, 9 sqq.

---

v. 1. Cui pudori sit desiderium tam cari capitis, aut quis eius desiderii finem facere potest? Quis denique dolor tantus est, quantus noster? *tam cari capitis*, φίλης κεφαλῆς, amici, in cuius iactura tantus exstitit dolor, quantum se describere negat. Musam igitur in partes vocat, cui rem adumbrandam demandet. *Praecipere*, e re scenica, referendum ad προοίμιον choragi, qui praecipiebat, docebat chorum cantanda carmina. Cf. IV, 6, 35. — *liquidam*, puram, claram, sonoram. Ovid. Am. I, 13, 8: *liquidum cantare* dicuntur *aves*, quibus Lucretius V, 1378: *voces liquidas* tribuit. — *Pater*, Iupiter; Musae enim erant Iovis et Mnemosynes filiae. — *sopor* vel *somnus*, qui dicitur *leti consanguineus*, *perpetuus*, ἀτέρμων, *longus*, μακρός, νήγρετος, *ferreus*, χάλκεος. *Vrget*, nam somnus hominem dicitur *alis amplecti*, ei *incumbere*, eum *premere*. Res nota. Virg. Aen. XII, 309: *Olli dura quies oculos et ferreus urget Somnus; in aeternam clauduntur lumina noctem.*

v. 6. Quo neque verecundior quisquam, neque iustior, neque magis spectatae fidei, aut veritatis amantior fuit. Ratio atque conditio huius sententiae fere haec est: dicuntur numina divina cum iis esse atque versari, qui pii animi religiose vivant. Nunc vero Quinctilius vir summae probitatis mortuus est, quamobrem Iustitia, Fides et Veritas admodum dubitant, utrum dignum denuo invenire possint, quocum versentur, quem sese pie colentem tueantur etc. *Pudor* tanquam deus passim apud Graecos occurrit, veluti Eurip. fragm. Hippol. apud Stob. t. 31. ὦ ποτνί' Αἰδώς, εἴθε πᾶσι τοῖς βροτοῖς συνοῦσα cett. — *Fides incorrupta*, quae nullo modo corrumpi potuit. *Soror Iustitiae*, ei per-

Multis ille bonis flebilis occidit:
Nulli flebilior, quam tibi, Virgili.
Tu frustra pius, heu! non ita creditum
Poscis Quinctilium Deos.
Quod si Threicio blandius Orpheo
Auditam moderere arboribus fidem,
Non vanae redeat sanguis imagini,
Quam virga semel horrida,

v. 9. *Multis ille quidem* vulgata lectio ante Lamb. sed id esset re vera prosaicum! — *bonis* octo ap. Lamb. omnes Cruqu. tres Torr. et optimae vett. editt. — 10. *Vergili* in multis est, sollenni varietate. — 11. *Sed frustra* Ioann. du Hamel ex Mss. et recep. Sanad. male ferens *tu* post *tibi*. — 13. *Quid? si* quinque Lamb. omnes Cruqu. praeter unum, Gott. Lipss. Dess. Brod. Et sic Lamb. Cruqu. Brut. Heins. Cun. San. Baxt. Mox *Num vanae* (ut interrogatio sit) quinque Lamb. omnes Cruqu. praeter unum, Lipss. Dess. Pulm. 1, 2, 3, 4. et sic Lamb. Cruqu. Brut. Heins. Cun. San. Baxt. Sed *Quod si* et *Non vanae* Porphyr. omnes Torrent. Mentel. Altt. cett. et sic Locher. Ascens. Venett. Basil. 1531. 1580. Steph. Rutgers. Fabric. T. Fab. Dacer. Bentl. Iones. Heyn. Obss. ad Tibull. p. 155. Cur vero interrogatio h. l. displiceat, sponte apparet. — *Qui si* coni. Cruqu. — *Quin si* coni. T. Faber. Cod. Goth. post verbum *fidem* interrogationis signum ponit, praebens *Quid. Quod si*, sine interrogatione, Cod. Guelf. — 16. *simul* quidam Bersm.

---

petuo iuncta, quatenus homo iustus idem est fidelis. *M.* — *Veritas nuda*, procul dubio ea est, quae per se spectata placet, neque incompta displicet. — Recte adeo is, pro cuius incolumitate vota nuncupantur, *Diis credi*, eundemque ex altera parte dii dicuntur *debere*, cuius salutem atque incolumitatem ab iis tanquam debitum reposcere licet. *M.* — *Pius* erat Virgilius, votis pro Quinctilii salute nuncupatis, sed *frustra*, diis eius pietatem non remunerantibus, *poscebat*, reposcebat a diis, tanquam mercedem pietati suae debitam, salutem Quinctilii, quem iis *non ita crediderat*, non eum in finem, ut sibi eriperetur, imo, ut salvus rediret, precibus deos efflagitarat. Recte *M.*, quem tantummodo verbis mutatis, sensu vero, ut solet, servato, secutus est Clariss. *D.* — Vanderburgii lectio: *Quid? si Threicio — Num vanae redeat — gregi?* refutata videtur ab Doeringo nimirum haec nos docente: immo haud temere sollicitandam esse particulam *non*, cum gravitate positam, satis docent alia loca, huic nostro simillima: infr. IV, 7, 21—24. et II, 14, 5.

v. 13. Enimvero lamentis tuis nihil proficies, nunquam eum in vitam revocabis. Poeta vult dicere hoc: ponamus te posse suavius canere quam Orpheus, quem silvarum arbores, belluae etc. secutae sunt, h. qui tam blande cecinit, ut cantum eius fere omnia sequerentur, sonosque lyrae dulcisonantis captarent, tamen frustra erit id, quod efficere tentas, h. nunquam in vitam redibit, qui semel mortuus ad inferos abductus est. — *auditam arboribus*, cuius vis tanta sit, ut arbores eam audiant, vid. ad I, 12, 11. — v. 15. *non* tamen *sanguis*, quo incalescat, animetur iterum, vita *redeat imagini*, in imaginem, umbram *vanam*, exsanguem, corpore destitutam. Animam, quae ad inferos descendebat, corpori, in quo antea fuisset, exacte respondere credebant, adeo, ut et vulnera, quae corpus vivum accepisset, referret, — Virg. Aen. VI, 494: *Atque his Priamidem laniatum corpore toto Deiphobum vidit;* — quae ideo dicebatur εἴδωλον, simulacrum, imago defuncti (idea τοῦ εἰδώλου ex Homeri Odyssea formata) et, quia sanguine, carne et ossibus destituta erat, imago vana, umbra. Ovid. Fast.

Non lenis precibus fata recludere,
Nigro compulerit Mercurius gregi.
Durum! Sed levius fit patientia,
Quidquid corrigere est nefas.

CARMEN XXV.

AD LYDIAM.

ARGUM. *Poeta in hoc carmine vehementer in Lydiam invehitur, cuius pulchritudinem non modo non laudat, qua forte olim iuvenes allexisset, sed potius dicat: tu mox anus fies, quae nunc arrogantia tua amatores atrociter ac superbe spernis; tu in posterum vel moechos investigabis, quibuscum libidinem te cruciantem exerceas; nunc enim totam noctem dormis, qua amatores domum tuam adeunt, anus autem facta prostibulum te praebebis, cuique copiam tui lubenter facies, nimis scilicet de iuvenum animo inexorabili querens, qui puellas adhuc ament virentes, aetate florentes, te crudeliter aspernantes. Compara Carm. Lib. III*, 15. *et IV*, 13.

Parcius iunctas quatiunt fenestras
Ictibus crebris iuvenes protervi,

v. 17. *Non levis* quaedam vett. editt. — *reducere* quidam ap. Fabric. interpolate.

v. 1. *vinctas* quidam ap. Lamb. et Bentl. sollenni varietate. vid. Heyn. Obss. ad Tibull. I, 1, 64. — *quatient* Landin. — 2. *iactibus* omnes

---

V, 463. *elapsa rogi flammis et inanis imago.* Ceterum Mitscherlichius sententiae h. l. adiungit Aeschyl. Agam. 1026 sqq.: *τὸ πεσὸν δ' ἅπαξ ἐπὶ γᾶν προπάροιθ' ἀνδρὸς θανάσιμον μέλαν αἷμα τίς ἂν πάλιν ἐγκαλέσαιτ' ἐπαείδων;* Nec non citatur Eurip. Iph. Aul. 1211 sqq.: *εἰ μὲν τὸν Ὀρφέως εἶχον, ὦ πάτερ, λόγον πείθειν ἐπᾴδουσ' ὥσθ' ἁμαρτεῖν μοι πέτρας, κηλεῖν τε τοῖς λόγοισιν, οὓς ἐβουλόμην· ἐνταῦθ' ἂν ἦλθον. Fidem moderari, lyram temperare:* infr. IV, 3, 17. *temperare strepitum testudinis.* — Quod *virgam* Mercurii attinet ea duplici ratione *horrida* dicta esse potest: primum quod horrorem incutiebat, nam cum morte cogitari solebat, deinde quoniam vel ipsa *horrida* tribus foliis erat. Hom. Il. ω', 343: *εἵλετο δὲ ῥάβδον, τῇ τ' ἀνδρῶν ὄμματα θέλγει, ὧν ἐθέλει, τοὺς δ' αὖτε καὶ ὑπνώοντας ἐγείρει·* Mercurius apud poetas Graecos dicitur *ψυχοπομπός*, quia animas in Tartarum immittit. — *compulerit*, perduxerit, Graecorum *συνάγειν*. supr. I, 10, 18. *virgaque levem coerces aurea turbam.* De Mercurio cf. Apollod. III, 10, 2. — *gregi*, ad reliquas umbras. Virg. Eclog. II, 30. — *gregem viridi compellere hibisco.* — *nigro*, perpetuo rerum inferarum epitheto. Lucian. Catapl. §. 3. p. 623. *πλησίον αὐτὸς οὗτος*, (Merc.), *ὡς ὁρᾷς, πολλούς τινας ἡμῖν ἄγων· μᾶλλον δὲ ὥσπερ τι αἰπόλιον, ἀθρόους αὐτοὺς τῇ ῥάβδῳ σοβῶν.*

v. 17. *non lenis recludere*, quae ratio loquendi apud Horatium saepius redit, secundum Graecae linguae structuram conformata, Latinaeque linguae poetice accommodata, immitior, quam ut recludat, ad fata recludenda. — *patientia*, patienter ferendo, quod *nefas est*, per fata non licet *corrigere*, mutare, sc. ex nostri animi sententia.

---

v. 1. *Parcius*, rarius quatiunt, impetunt ictibus, pulsant. Fenestrae simpliciter apud Romanos usque ad Neronis aetatem erant aperturae, parietibus insertae, per quas lux intrare poterat. Muniri eae solebant

Nec tibi somnos adimunt; amatque
Ianua limen,
Quae prius multis facilis movebat
Cardines. Audis minus et minus iam:
Me tuo longas pereunte noctes,
Lydia, dormis!
Invicem moechos anus arrogantes

Cruqu. praeter Div. quidam Torrent. tres Lamb. Pulm. 2, 3, 4. Mentel. Fran. unus Bersm. Sax. Alt. 2. Dess. 2. Lipss. tres, Bentl. 1, 2, 6. probante, ut videtur, N. Heins. ad Ovid. Met. IX, 35. Sed praestat auctoritate *ictibus.* — *actibus* quidam. — *tactibus* coni. Rutgers. et N. Heins. l. c. ex Claudian. Eutrop. I, 93. — 5. *faciles* Mentel. Fran. Altt. et satis multi alii recentiores, item Venett. Basil. Ascens. et sic Lambin. Torrent. Brut. Rutg. Fab. Steph. Heins. Dacer. Cod. Goth. et *movebant* Cod. Guelf. Sed *facilis* quidam Lamb. Blandd. Cruqu. Bentl. 6. Pulm. 1. Lipss. tres; et pro nominativo sing. accepit Comment. Cruqu. et Acron, qui exponit „uncta, ne resonaret.“ Sic et Locher. Fabric. Cruqu. Bentl. Cun. Baxt. — 6. *audit* emend. Cun. — 7. *Me tu o* Pulm. quatuor, Torr. tres, Lips. 2. — *longam noctem* emend. Bentl. quia satis sit, amatorem de ea una nocte queri. — *longa nocte* Sax. — 8. *dormis?* cum interrogationis signo Lambin. Fab. Heins. Bentl. Baxt. Iones.

---

valvis ligneis maxime reticulatis, quibus invicem iunctis et ipsa fenestra iuncta dici potest. — *protervi*, *ἀσελγεῖς*, iuvenes cupiditate tui habendi incensi foribus tuis audacter insultant; *amat Ianua limen*, ianua quae antea saepissime aperiri solebat, nunc constanter clauditur; ianua cuius cardines saepius olim movebantur, qui tum temporis, quo tu nondum anus facta eras, sexcenties diu noctuque crepabant, nunc ne semel quidem crepare audiuntur. Alloquitur nunc Lydiam iuvenis quidam: *Me tuo* cett. Fingit enim Horatius iuvenem noctu ante fores Lydiae excubantem, (*θυραυλοῦντα*) propter tempestatem vel frigidam vel pluviosam pene pereuntem, carmen flebile (*παρακλαυσίθυρον*), quale est infr. III, 10, recitantem. *Me tuo*, qui te perdite amem. — *longas noctes*, coll. Epist. I, 1, 20: *Vt nox longa, quibus mentitur amica, diesque Longa videtur opus debentibus* cett. Comparant Asclepiad. Ep. XXIIII. Anthol. Graec. T. I. p. 148. *νὺξ μακρὴ καὶ χεῖμα, μέσην δ' ἐπὶ Πλειάδα δύνει, κἀγὼ πὰρ προθύροις νείσσομαι ὑόμενος, τρωθεὶς τῆς δολίης Ἑλένης πόθῳ.* Incipit nunc Lydiae sortem futuram explicare, quam vilissimi scorti instar angiportus pervagari auguratur. Vicissim tu de moechis te aspernantibus querelas facies, dolebis eo magis, quod ne isti quidem rem tecum habere volunt. Huc accedit, quod *levis* procedes, h. vilissimis hominibus levibus vestibus induta copiam tui facies, ita quidem ut fere nuda cuique afferas, quae habeas ad libidinem eorum provocandam. *angiportus*, viae angustae, ab hominibus parum frequentatae. — Mitscherlichio verborum ordo hic esse videtur: *quum tibi amor et libido circa iecur saeviet magis quam Thracius ventus, qui sub interlunia bacchatur.* Quod si ita verba coniungere licet, liceat quoque necesse videtur vel sic:

Moechos flebis in solo angiportu magis,
quam Thracius ventus sub interlunia bacchatur,

quae ratio loquendi ex poetarum more rem aliquam cum maxime augendi confirmari posse videtur. Praeterea huiusmodi dictum Lydiae animum vehementer concutere atque acerbissime afficere debebat. — Pergit deinde poeta: tale quid nimirum eo tempore eveniet, quo *tibi flagrans amor et libido, Quae solet matres furiare equorum, Saeviet*

Flebis in solo levis angiportu,
Thracio bacchante magis sub inter-
lunia vento:
Cum tibi flagrans amor, et libido,
Quae solet matres furiare equorum,
Saeviet circa iecur ulcerosum;
Non sine questu,
Laeta quod pubes hedera virenti
Gaudeat pulla magis atque myrto:
Aridas frondes Hiemis sodali
Dedicet Euro.

v. 10. *angiporto* Landin. Dicebatur et *angiportum*, teste Priscian. VI. p. 719. Reliqui fere omnes *angiportu*. — 11. *Threcio* Gesn. ex Gott. Flor. 1482. *bacchata* (magis quam ventus Thracius) coni. Bentl. qui tamen edidit *bacchante*. Nam *bacchari*, Baccharum more ferri, sollenne esse de femina amore incensa, ut III, 15, 10.:

filia rectius
Expugnat iuvenum domos,
Pulso Thyas uti concita tympano.

addit multa alia loca; item *bacchari* dici Boream, Ovid. Trist. I, 2, 29. Ex nostra quidem sententia emendatione illa Bentleiana plane nihil emendatur, quippe quae alia laboret difficultate. — *bacchante vagans sub* coni. ap. Iones. — 12. Post h. v. interpunctionem tollit Gesn.

17. *virente* Bentl. e suo cod. 1. et Mar. Vict. p. 2604. putans etiam id esse consuetudini Horatii et Augustei saeculi convenientius, quam *virenti*. — 18. *pulla*, *magis atque myrto* Ald. nullo sensu. *pulla magis*, (i. e. magis quam pulla) *atque myrti aridas* cett. emend. Heins.

19. *Horridas* Alt. 2. — 20. *Hebro* vel *Ebro* fere, qui nunc noti sunt, codd. et edd. vett. eamque lectionem defendunt inprimis Dacer. Johnson. et Christ. Retinent quoque eam Jones. et Baxt. (qui de *Hebro Liparaeo* adeo cogitat, ex III, 12.) *Hebrum*, Thraciae notum fluvium (*nivali compede vinctum*, Epist. I, 3, 3.), *Hiemis*, cuius perpetua apud poetas sedes Thracia est, *sodalem* dicere aeque egregie poterat, ac Danubius et Rhe-

---

circa iecur ulcerosum. — Adde ad τὸ *furiare equorum* Graecorum ἱππομανεῖν. — *Thracius ventus*, Boreas. infr. IV, 12, 2: *animae Thraciae.* — *Interlunium* est, ubi luna vetus non amplius conspicitur, neque dum nova apparet. — v. 13. *Flagrans amor*, sensu turpiori. — *Libido saeviet circa iecur*, in praecordiis, animus libidine irritatus est, aestuat, furit. Animus enim quocunque modo graviter affectus moveri, turbari, κλονεῖσθαι, dicitur. *M.* Iecur enim ex veterum opinione sedes cupiditatum facile omnium censetur. Anacreon de Amore III, 28: *τανύει δὲ καί με τύπτει μέσον ἧπαρ.* Theocr. XI, 16.: *ἔχων ὑποκάρδιον ἕλκος Κύπριδος ἐκ μεγάλας, τό οἱ ἥπατι πᾶξε βέλεμνον.* Id. XIII, 71.: *χαλεπὸς γὰρ ἔσω θεὸς ἧπαρ ἄμυσσεν.* — Ad rem augendam *iecur* dicitur *ulcerosum*, tanquam libidinis vulneribus ulcerans, libidinosum. Epist. I, 18, 72.: *Non ancilla tuum iecur ulceret ulla puerve* cett.

v. 16. Aetas iuvenilis, quae *membris viget praeviridantibus*, ut Laberius ait, comparatur arboribus, succi plenis, frondentibus, adspectu laetis. Hinc Graecis *θάλλειν, κομᾶν*, Latinis *virere*, ut I, 9, 17. IV, 13, 6. Epod. XIII, 4. Per *aridas frondes* contra senectus declaratur. *Pubes laeta* adspectu, sc. ex Mitscherlichii sententia. Possit et *laeta gaudeat* copia poetica dictum videri, pro laetetur, vel gaudeat, sed prior ratio magis apposita videtur. *M.* — *hedera virens*, *κισσὸς ζώων* Theocr.

CARMEN XXVI.

DE AELIO LAMIA.

ARGUM. *Horatius, qui Musis carum se esse dicit, hoc in carmine Lamiam suum celebraturus, omnem tristitiam pariter atque omnia, quae iniucunda videri possint, a se aliena esse vult, dum tantummodo in eo versetur, ut Lamiam suum canat. Quod vero non assecutus ad Musam se convertit, cui laudes Lamiae canendas commendat, qua elegantissima commendatione nihil suavius esse poterat.*

Musis amicus tristitiam et metus
Tradam protervis in mare Creticum

nus ap. Claudian. Bell. Get. 339. *Boreae sodales* dicuntur. Bene etiam habet per se *dedicare Hebro*, eiusque numini, cum quid in flumen proiicitur. At iuvenes Romani non poterant frondes *Hebro* dedicare, quidquid disputet Christ. (nam Vulcano dedicare longe aliud est), sed debebant *Tiberi* aut *mari*. Nec ferri possit, si quis *Hebrum* pro quovis flumine velit accipere. Itaque *Euro* coni. Rutg. et Faber. et recepere Bentl. Cun. Gesn. probante etiam Heyn. ad Virg. Aen. I, 317. Cum enim, notante Rutgersio, sollennis est librariis permutatio litterarum *b* et *u*, tum ex *Euro* facile factum *Ebro*, aut ex *Heuro* (ut solent adspirationem addere), *Hebro*. Addo quod edit. Florent. 1482. (Gesnero teste) adscriptum habebat a manu antiqua: *Euro*. Tum edit. Lugd. 1511. (vid. Fabric. bibl. lat. ed. S. V. Ernesti, T. I. p. 408.) et Argent. 1516. (teste Cuning.) exhibent *Euro*. Ipse etiam Scalig. Poet. VI, 7. *Euro* legit. Quod et sensum praebet aptiorem. Cf. Burm. ad Virg. Aen. I, 317. Conf. Vanderb. qui fusius de varietate huius lectionis disputavit in notis ad finem Ed. suae positis. Entr' autres il en a dit: si l'on croit nécessaire le changement de *Hebro* en *Euro*, il faut absolument en proposer un pour le mot *Creticum* etc. — *dedicet igni* mavult Scal. l. c. et sic dedit G. Sandby, Lond. 1749.

XXVI, 4. cum hedera passim puellae tenerae comparantur, cf. infr. I, 36, 20. Epod. XV, 5. *pulla*, nam myrti frondes, tenerae inprimis et recens efflorescentes, subnigri et fusci fere coloris sunt. Cum *myrto* Manlii sponsam, Iuliam, comparat Catull. LXI, 21. *Floridis velut enitens Myrtus Asia ramulis.* — *aridas frondes*, cf. Aeschyl. Agam. 79. *τὸ δ' ὑπεργήρων, φυλλάδος ἤδη κατακαρφομένης, τρίποδας μὲν ὁδοὺς στείχει*, *Senectus decrepita, foliis iam exarescentibus, tripes fere inambulat.* Schütz. Adde Macedonii Epigr. XVI, 7, 8. Anthol. Graec. T. IV. p. 85. (Anal. Br. III. p. 115.) — Pro dare exquisitius est *dedicare*, venti arbitrio permittere. — *Eurus*, qui *hiemis sodalis* audit, quod flatus eius hieme est vehementior, acrior. Similiter Thracii venti, *Zephyri*, *veris comites* dicuntur IV, 12, 1—2.

---

v. 1. *Musis amicus*, *φίλος Μοίσαις*, ut Theocr. ζ', 95. Virg. Aen. IX, 774. *amicum Crethea Musis, Crethea Musarum comitem, cui carmina semper Et citharae cordi, numerosque intendere nervis.* Dii amare dicuntur viros tam corporis dotibus quam animi alacritate insignes. Poetae vero singulari Deorum amicitia fruebantur, quippe qui et in Apollinis et Musarum tutela essent. — *tristitiam et metus Tradam ventis*, ex animo meo omnem curam dimittam, laudibus Lamiae dicendis totus intentus. Ovid. Trist. V, 12. Sic *curis expeditis Lalagen cantat* I, 22, 11.

v. 2. *Ventis* e poetica ratione *tradi* dicuntur, quorum memoriam abolitam cupimus (*ἀλλ' ἀνέμοισι δώομεν ἀμπλακίην* Apoll. Rhod. I, 1335. adde Theocr. κβ', 167.) quae negliguntur et quidem in mandatis

Portare ventis: quîs sub Arcto
Rex gelidae metuatur orae,
Quid Teridaten terreat, unice
Securus. O, quae fontibus integris
Gaudes, apricos necte flores,
Necte meo Lamiae coronam,
Pimpleï dulcis; nil sine te mei

v. 3. *qui sub* Bentl. 1. a m. pr. et 7. — 4. *orae et* Ascens. Bonfin. 5. *Mithridatem* quidam Lamb. (cum litura), lib. vet. Turneb. (Adv. XXVI, 36.) Et sic ded. Bersm. Ro. Steph. Sed neque de magno illo *Mithridate*, Ponti R. iam a Pompeio victo, neque de *Mithridate*, Armeniae rege, qui demum sub Tiberio innotuit, neque denique de *Mithridate*, rege Parthorum, ante cladem Crassi iam trucidato, cogitari hic potest. — *Mithradatem* edit. Rouillii Lugd. 1559. et quaedam aliae, sollenni varietate. — *Tyridatem*, *Tiridaten*, *Tyradatem*, *Tyridaten*, *Tiridaten*, varietates. Scribe *Teridaten*, *Τεριδάτην*, ut est ap. Dion. Et sic Faber. et Dacer. *Quis Tiridatem* coni. Marcil. — *terreat unice*, *securus* Ascens. Steph.
9. *Piplea* vel *Pimplea* vulgo legitur et habent alterutrum omnes, qui exstant, ll. mss. et edd. vett. quibus accedit Cod. Goth. et Cod. Guelf. Videtur nobis esse corruptum. *Πίμπλα* vel *Πίμπλεια*, est mons, item fons, item pagus Thraciae, Musis consecratus. v. Strab. VII. p. 330. IX. p. 410. X. p. 471. Tzetz. ad Lycophr. 275. et Schol. Callim. H. Del. 7. Scribitur et *Πίπλα* s. *Πίπλεια* in antt. libb. Sic *Pimplea*, fons, est ap. Stat. Silv. I, 4, 26. II, 2, 37. Iam cum in carmine recte dici possit *mons*

aut precibus, Hom. Od. *θ'*, 409. Virg. Aen. IX, 313. — *nubibus irrita donant.* denique quae aut nihili pendimus — tanquam *aridas frondes* I, 25. Eurip. Troad. 419. *καί σοι ὀνείδη — ἀνέμοις φέρεσθαι παραδίδωμι* — aut omnino tanquam molesta atque iniucunda a nobis abesse volumus. *M.* Anacr. Fr. 2, 9. *ἐμῶν φρενῶν μὲν αὔραις φέρειν ἔδωκα λύπας.* — *protervis*, lascivientibus, impetuosis, *petulantibus* Lucret. VI, 110. Sic III, 30, 3. *Aquilo impotens.* Epod. XVI, 22. *protervus Africus.* ibid. XVII, 33. *venti iniuriosi.* — *tradam portare*, noto graecismo, *φέρειν δώσω.* — v. 5—6. *unice*, maxime *securus*, nihil prorsus ad me pertinere existimans, de quo alii solliciti sint. — *quis*, graece, ab quibus rex *gelidae orae sub Arcto* iacentis, *orae*, plagae Arctoae s. borealis, rex Scytharum *metuatur*, nempe a Teridate, timente, ne is Phraatem in regnum reduceret. Teridates, iam semel a Phraate e regno Parthorum pulsus, sed deinde, vicissim Phraate ab populo eiecto, eidem praefectus, iam nuncio allato, regem Scytharum Phraatis in regnum restituendi causa magnum contra se ducere exercitum, novis terrebatur periculis. — v. 6. Nexus: Musis amicus Lamiam mihi canendum sumam. Sed augustiori specie ipsam Musam invocat, quae eum canat. *M.* — *Pimpleï*, *Πιμπληΐ*, Musa a Pimpla, vel Pimplea, fonte Thraciae, Musis sacro. — *dulcis* ad cantum refer, *ἡδυεπής*, *μελίφθογγος*, *ἀοιδαὶ μελίγδουποι.* — *quae gaudes*, amas *fontes integros*, intactos, puros; *fontes integri*, per quos designantur novi versus, poesis lyrica, respondent *novis fidibus* v. 10. et *Lesbio plectro* v. 11. Horatius igitur, qui *princeps Aeolium carmen ad Italos modos deduxisset*, III, 30, 13. lyricam adeo Graecorum poesin Romanis numeris primum a se redditam apte per Musam *integris fontibus* gaudentem declarat.
v. 7. Sollennis est haec poetarum in primis Graecis frequentata imago, qua cum sibi poetae carmini intenti, tum aliis, quos carmine extollunt, serta innectere dicuntur. Sic *ἄνθεα ὕμνων* Pind. Ol. *θ'*, 74. *στεφάνωμα* Id. Pyth. *ιβ'*, 9. *εἴρειν στεφάνους* Nem. *ζ*, 113.

Possunt honores: hunc fidibus novis,
Hunc Lesbio sacrare plectro,
Teque tuasque decet sorores.

CARMEN XXVII.

AD SODALES.

ARGUM. *Argumentum huius carminis leve ab poeta suaviter describitur, ita quidem ut eum media in compotatione partes modimperatoris hilariter agentem videamus. Sed sodalium nimiam bibendi voluptatem animadvertens statim eos vehementer increpat atque huiusmodi barbarum morem iis opprobrio vertit. Iubet igitur, ut certus sit modus, quem transilire hominem honestum dedeceat. Dum vero sodalium insolentiam atque intemperantiam castigat, animum eorum ad sanam mentem revocare studet. Alloquitur igitur unum e sodalibus, quocum se nullo alio pacto bibiturum dicit, nisi nomen puellae, quam amet, auribus suis insusurrarit. Ille vero nolle, recusare, quod poeta petierat. Sed Horatius eo vehementius instare et, nomine puellae secum communicato, iuvenem perdite amare auguratur, esse enim meretricem, quam ille amet. Compara similis coloris carmen ap. Anacr. LVII, 7.: ἄγε δῶτε, (πίνειν) μηκέθ' οὕτω πατάγῳ τε κἀλαλητῷ Σκυθικὴν πόσιν παρ' οἴνῳ μελετῶμεν, ἀλλὰ καλοῖς ὑποπίνοντες ἐν ὕμνοις. Theogn. vv. 485 sqq.: ὑμεῖς δ' εὖ μυθεῖσθε παρὰ κρητῆρι μένοντες, ἀλλήλων ἔριδας δὴν ἀπερυκόμενοι, ἐς τὸ μέσον φωνεῦντες ὁμῶς ἑνὶ καὶ σὺν ἅπασι, χ' οὕτως συμπόσιον γίγνεται οὐκ ἄχαρι.*

Natis in usum laetitiae scyphis
Pugnare, Thracum est, tollite barbarum

Pimpleus, Catull. CVI. at Musa non magis *Pimplea* dici potest, quam *Pieria*, *Heliconia*, sed, ut *Pïeris*, *Heliconias*, ita et *Pimpleïs*, *Πιμπληΐς*, ab Pimplea vocanda erit. v. Varro L. L. VII. p. 69. Videtur et Porphyr. ita legisse: „*Pimpleides* Musae, ad h. l. ponens, dicuntur ab Pimplea, fonte Macedoniae.“ item in cod. Gott. *Piplea*, superadposito ultimae litterae *i* a m. ant. Dederunt etiam *Pimpleï* Bentl. Cun. San. Iam N. Heins. ad Ovid. Met. I, 504. coniecit h. l. reponendum *Pimplaei*, solo in *ae* errans. — *te sine nil* coni. San. — *meis prosunt* coni. ap. Ion.
v. 10. *prosunt* vulgata lect. Sed *possunt* quidam Lamb. (cui perplacet) unus Bersm. Bentl. 3. Muret. Rutg. Heins. Cun. Sanad. Est etiam exquisitius. Cf. Virg. Ecl. III, 28. Aen. IX, 446. — *possint* var. lect. Ion.

v. 10. *honores*, carmina, *τιμαὶ κλυταί* Pind. Nem. *θ'*, 24. *ζ*, 46. *κόσμος ἀδυμελής.* — *nihil possunt*, nullam plane vim habent, nihil efficere possunt, ut animum suaviter afficiant, sed omnino frustra erunt. — *fides novae*, facile apparet, sub iis novum carminum genus intelligi. Hinc et *plectrum Lesbium* nominat, quo Alcaeus olim lyram percussisset, *Lesboum barbiton* I, 1, 34. cf. I, 32, 5. — *sacrare*, memoriam celebrare, hominum memoriae consecrare, tradere, *ὕμνοις Δεῶν διδόναι.*

v. 1. Nolite rixari inter pocula, qui mos Thracum est. Thraces enim vinolenti atque inebriosi poculis inter pocula pugnabant. Horatius, qui huiusmodi morem detestatur, sodales admonet, ne nimis bibant. — *Natis*, factis, formatis, ut Martial. XIV, 102.: *Accipe non vili calices de pulvere natos.* cf. III, 21, 1.: *o nata mecum consule Man-*

Morem, verecundumque Bacchum
Sanguineis prohibete rixis.
Vino et lucernis Medus acinaces
Immane quantum discrepat! impium
Lenite clamorem, sodales,
Et cubito remanete presso.
Vultis severi me quoque sumere
Partem Falerni? dicat Opuntiae
Frater Megillae, quo beatus
Vulnere, qua pereat sagitta.

v. 3. *inverecundumque* coni. Bentl. i. e. qui iam sponte proclivis est ad rixas. — *verecundique* emend. Cun. et sic Sanad. Quanto exquisitior lectio vulgata! si recte intelligatur. — 5. *acinacis* plur. Torr. Pulm. 1, 2, 3, 4. duo Bersm. Dess. 2. Lips. 3, 4. Gott. Locher. Venet. 1492. Landin. Sed est ἀκινάκης. — 6. *discrepet* duo Torr. — 10. *Opontiae* quidam.

---

lio, etc. — ***in usum laetitiae***, qui laetitiae inserviant, ad exhilarandos animos inventis (*κρατὴρ μεστὸς εὐφροσύνης*); iis adeo uti non decet in convivio pro armis *αὐτοσχεδίοις*, qui mos *Thracum est*. — ***Scyphus***, aut ***cantharus***, proprium Bacchi poculum. Val. Fl. II, 272.: *et sacer ut referat Bacchum scyphus.* — de *cantharo* vid. I, 20, 2. — ***Thracum est***, cf. supr. ad I, 18, 9. — ***tollite barbarum morem***, nolite bibere quemadmodum barbari facere solent. — ***prohibete***, arcete ***Bacchum rixis***, a rixis sanguineis, ne confundite, (I, 17, 23.) ne immiscete rixas Baccho, compotationi, quam quietam esse decet: *ἡσυχίαν φιλεῖ συμπόσιον* Pind. Nem. θ', 114. ***Bacchus*** propterea dicitur ***verecundus***, quod sibi tantummodo tali in compotatione placeat, qualem ad modestiam factam esse dicas, h. e. ubi tranquillitas et temperantia regnant, ibi Bacchus libenter versatur. ***Rixae*** dicuntur ***sanguineae*** ad vehementiam designandam, qua pugnent, h. e. tam acriter inter sese pugnant, invicemque sese vulnerant, ut sanguis ex vulneribus profluat. Apud Thraces fere semper id fieri solebat. ***Bacchus*** supr. I, 18, 7. dicitur ***modicus***. — v. 5. ***acinaces***, gladius, Medis s. Parthis proprius. v. Suid. h. v. et pro compotatione ad multam noctem protracta ***vinum*** et ***lucernas*** poeta posuit. cf. III, 8, 14. — ***immane quantum***, maxime, admodum ***discrepat vino*** (casu tertio), discordat. — ***clamor impius***, ἀνόσιος, ***indecens***, furiosus. — ***remanete***, manete ***cubito*** sinistro ***presso***, pulvillis impresso. Idem eodem ornatu praecipit Phocyl. fr. VII. *χρὴ δ' ἐν συμποσίῳ κυλίκων περινισσομενάων ἡδέα κωτίλλοντα καθήμενον οἰνοποτάζειν.* — Videntur convivae s. sodales Horatium ad bibendum provocasse. — ***me quoque sumere partem F.*** oratio paullo humilior, sed commode ad familiarem confabulandi rationem depressa. *M.* — ***severi***, austeri; grata amaritudo pertinet ad virtutem vini Falerni. Catull. XXVII. ***Minister vetuli, puer, Falerni inger mi calices amariores.*** Athen. I. p. 33. *χαριέστατον τῶν κατὰ τὴν Ἰταλίαν οἴνων* Falernum vocat. — v. 10. Ex convivis unum, cuius amores sciscitatur, sororis nomine Megillae Opuntiae, ex Opunte Locridis oriundae, iocum meditans poeta, iocose designat. Verisimile nobis videtur Megillam praecipua pulchritudine omnibus antecelluisse, ita ut in ore omnium versaretur. Sed multa talia argute comminisci licet, ut bene Mitscherlichius animadvertit, quae pro exploratis nemo facile habeat. Doeringus contra rem adeo pro certo affirmat, ut mirum tibi videri possit. — Observent tirones suave oxymoron in ***beatus***, ***vulnere*** et ***perire***. *D.* ***Vulne-***

Cessat voluntas? non alia bibam
Mercede. Quae te cunque domat Venus,
Non erubescendis adurit
Ignibus, ingenuoque semper
Amore peccas. Quidquid habes, age,
Depone tutis auribus. — Ah miser!
Quanta laboras in Charybdi,
Digne puer meliore flamma!

v. 13. *voluptas?* quinque Lamb. optimi et vetust. Torrent. Bentl. 1, 2, 6. Mentel. Fran. duo Bersm. et quidam alii, sollenni librariis permutatione, quam testatur Cod. Goth. Cod. Guelf. contra praebet distincte: *voluntas*. Vulgata ab nobis in textum recepta. — 17. *Ardore* Lips. 3. a m. pr. — 18. *Ha* omnes Cruqu. praeter unum. Bland. ubi tamen litura; item Commentat. cum glossa: „ridentis.“ Et sic Cruqu. Baxt.

19. *laborabas:* sic Porphyr. tres Lamb. antiquissimus Bland. item alius Bland. et Mald. Cruqu. omnes Torrent. tres Fabr. Pulm. 1, 2, 3. Bentl. 2, 3, 13. pro var. lect. Venet. 1478. Torrent. Baxt. *laboras Charybdi* plerique Cruquii, omnes ceteri Bentl. duo Lipss. Alt. 2. Gott. Dess. 2. Venet. 1492. Locher. et sic fere ante Aldum editt. Id haud dubie negligentiae debebatur. *laboras in Ch.* vix unus alterve cod. et fere *in* est a m. s. Et tamen, quod satis mirari non potest Ianius, sic Venet. 1590. Ald. Lamb. Cruqu. Ascens. Rutg. Fab. Steph. Heins. Dacer. Bentl. Cun. Iones. Sanad. Putarunt VV. DD. sensum ita poscere. Multo sane probabilius, interpolatorem, metro timentem, cum invenisset *laboras*, intrusisse *in*, quam illi deberi *laborabas*, quod tantam auctoritatem habet, tamque doctum et venustum est. Cod. Goth. *laboras* nulla addita praepositione exhibet. Et sic Cod. Guelf. — 20. *meliore fama* Lips. 4.

---

rari, ***perire*** et ***sagittis defigi*** sollennia de amantibus. — ***non alia mercede***, hac sola conditione. — ***Quaecunque Venus***, puella, I, 33, 13. ***te domat***, in potestate habet, amore suo regit. Alias habes ***regi ab puella***, III, 9, 9., ***servire dominae*** et sim. — ***amore peccare*** simpliciter pro: amare, ut infr. I, 33, 9. et sic saepe alibi, praecipue de amore non legitimo. — ***adurit***, urit ***ignibus*** amoris, ut saepius cuique obvium, amore inflammat ***non erubescendo*** qui tibi ruborem exprimat, cuius te pudeat, cuius puellae adeo nomen salvo pudore proferre nequeas. *M.* — ***amor ingenuus***, de amore ingenuae puellae, libertinae vel peregrinae. — v. 17. ***Quidquid habes*** amorum, quamcunque demum amas puellam. — ***depone tutis auribus***, committe mihi, sc. sine omni metu, ne evulgetur. — Ceterum ***auribus tutis*** opponuntur ***aures rimosae*** infr. Serm. II, 6, 46. — ***Quanta laboras in Char.*** — pro ***laboras in Charybdi*** vulgo legitur: ***laborabas Charybdi***, quam lectionem Ianius defendit, vid. supr. varietas lectionis, ubi magna auctoritas huic lectioni tribuitur. Sed vix dubitare possum, quin Bentleius recte de hoc loco iudicarit, inquiens, magis huiusmodi elocutioni s. sententiae convenire praepositionem cum verbo coniunctam, h. e. ***laborare in***, quam ***laborare aliqua re***, sine praepositione. Idem nobis videtur, nam quantum nos scimus latine non dicitur: ***laboro puella***, quod esset fere idem quod: ***aegroto propter puellam***, nam ita ***morbo laborare*** dicitur. Praeterea Horatius ipse praepositionem haud omisit I, 17.:

Dices laborantes in uno
Penelopen vitreamque Circen.

Mitscherlichius vulgatam lectionem sequitur ***laborabas*** interpretatus ἔκαμνες, colluctabaris, atque etiamnum in ea versaris. Sed erat demonstrandum, cur haec lectio alteri esset praeferenda. — Graecorum

Quae saga, qui te solvere Thessalis
Magus venenis, quis poterit Deus?
Vix illigatum te triformi
Pegasus expediet Chimaera.

CARMEN XXVIII.

ARCHYTAS.

ARGUM. *Quantum ego quidem ex toto hoc carmine haurire potui, poeta nihil aliud ostendere vult, nisi communem moriendi necessitatem. Quae vero sententia quum iam adeo esset trita, nova, ut ita dicam, indigebat forma, ne semper eadem rediret. Audax igitur Horatius rem totam haud dubie secundum exemplar quoddam graecum expressam cum Archytae fato, viri sapientia ac doctrina insignis, consociare studet, ita quidem ut dicat, unumquemque, sive celeberrimum philosophum sive infimum de plebe, unam eandemque manere sortem, moriendi necessitudinem, nam omnibus leti via calcanda est. Interpretum sententiae ab se invicem vehementer discrepant, quoniam alius aliam confirmare vult coniecturam. Omnibus vero huiusmodi coniecturis atque opinionibus ab nobis intactis relictis, simplicior nobis ea ratio esse videtur, ex qua Horatium Graecum poetam quemdam, cuius vestigia perfacile animadvertas, secutum esse putabis. Ceterum quid ex coniectura profici possit, nullus video, quia nihil ex eiusmodi notitia lucrari poteris, utrum ipse poeta naufragio implicitus loquatur, nec ne. Poterat quoque incolumis, sanusque in villa sua haud minus ingeniose totam rem tanquam factam sibi ef-*

v. 21. *Thessalus* emend. With. et sic Alt. 2. — 22. *vix poterit D.* Locher. — 23. *tetriformi* quidam Fabr. Lips. I. — 24. *Pegasos* Cun. *expedit ex Ch.* Lips. 4. *expediat* Cun. San. *Chimaerae* quidam Lamb. Venet. 1590. Fabric. Fab. Steph. Rutg. Vulgaris lectio magis poetica.

---

exemplo puella *rapax* nominatur *Charybdis*. Anaxilas ἐν Νεόττιδι apud Athen. XIII. p. 558. οὐ γένος τις ἂν δύνατο παρανομώτατον φράσαι. τίς γὰρ — ἢ Χίμαιρα πύρπνοος ἢ Χάρυβδις ἢ τρίκρανος Σκύλλα, ποντία κύων, — εἰς ὑπερβολὴν ἀφῖκται τοῦ καταπτύστου γένους. — ἡ δὲ Φρύνη τὴν Χάρυβδιν οὐχὶ πόῤῥω που ποιεῖ; τόν τε ναύκληρον λαβοῦσα καταπέπωκ' αὐτῷ σκάφει. — *digne flamma*, amore *meliore*, melioris puellae. — v. 21—24. Nihil te ab exitioso isto amore liberare poterit. — *venena*, φάρμακα, quibus id effici credebatur. — *Thessala*, nam huic maxime regioni artes magicae adsignatae. — *quis poterit deus?* τίς σε θεῶν δυνήσεται σῶσαι; locutio proverbialis quae adhibetur et in rebus perditis et desperatis. Exempla attulit Mitsch. — *Chimaera*, Lyciae monstrum, *triforme*, τρίμορφον (πυρπνέουσαν τρισώματος ἀλκὰν Eurip. Ion. 201.) notum ex Hom. Il. ζ, 181. πρόσθε λέων, ὄπιθεν δὲ δράκων, μέσση δὲ χίμαιρα. — v. 23. *illigatum*, ἐχόμενον, ἐνδεθέντα, *Chimaerae* quasi annexum, h. e. amoris laqueis ab hac meretrice irretitum. Male ad incantationem nonnulli referunt. — *Pegasum* commemorat, quod huius ope Bellerophon Chimaeram trucidarat. Hesiod. Theogn. 325. τὴν μὲν Πήγασος εἷλε καὶ ἐσθλὸς Βελλεροφόντης. — *expediet Chimaera*, pro: a *Chim.* sc. te *solvere poterit*. Quod sententiam attinet, compara Epigr. XXXII. Ἀδεσπ. in Anth. Graec. Tom. IV. p. 124. Παιδείῳ, Θρασύβουλε, σαγηνευθεὶς ὑπ' ἔρωτι Ἀσθμαίνεις, δελφὶς ὥς τις ἐπ' αἰγιαλοῦ Κύματος ἱμείρων· δρέπανον δέ σοι οὐδὲ τὸ Περσέως Ἀρκεῖ ἀποτμῆξαι δίκτυον, ᾧ δέδεσαι.

fingere, vetus Graecorum poema secutus, quod haud dubie animo obversabatur Horatii. — Interpretum sententias ex Vanderburgii editione hic enumerare nobis consentaneum esse videtur: „De ces interprètes trop jaloux de la gloire d'Horace, les uns ont cru, avec Torrentius, que son but caché dans cette Ode étoit de tourner en ridicule la doctrine des Pythagoriciens; les autres, avec Baxter, ont pensé que l'Ode avoit un sens allégorique, qu' Archytas y figuroit à la place de Brutus, et que l'impuissance de la science de l'un représentoit l'inutilité de la vertu de l'autre. Cruquius a déterré dans Cicéron, Div. II, 47, un astrologue de ce temps nommé L. Tarutius, que l'orateur romain ridiculise à très-iuste titre; et comme Tarutius ressemble à Tarentinus, et qu' Archytas étoit de Tarente, il en conclut qu' Archytas représente ici ce Tarutius. Rodeille consent, il est vrai, qu' Archytas soit le véritable nom du mort auquel le matelot s'adresse; il ne s'oppose même pas à ce qu'il fût natif de Tarente; mais il ne veut pas absolument qu'on le confonde avec l'ancien Archytas: cet Archytas, dit-il, étoit mort depuis trois cents ans; comment ses traits défigurés auroient-ils pu être reconnus par un matelot du temps d'Horace? Jean Duhamel enfin rapporte cette Ode à l'an de Rome 713, et prétend qu' Horace la composa pour faire sentir la nécessité d'enterrer les morts tués dans les guerres civiles, et dont les cadavres infectoient l'air, toutes circonstances qui sont démenties par l'histoire.“

Te maris et terrae numeroque carentis arenae
Mensorem cohibent, Archyta,
Pulveris exigui prope litus parva Matinum
Munera: nec quidquam tibi prodest

v. 3. *latum* (pro *litus*) Pulm. 2. *marinum* Alt. 1. — 4. *funera* coni. N. Heins. ap. Bentl.

---

v. 1. Nauta usque ad versum septimum loquitur. — *maris et terrae*, universi, *mensorem*, geometram; μετρεῖν κόσμον καὶ πείρατα γαίης. — Archytam arenae mensorem vocat, nam et de numero arenae disputabant mathematici. Exstabat olim de arenae numero Archimedis liber, Ψαμμίτης, *Arenarius*, inscriptus. — *numero carentis*, innumerabilis. — *parva munera* exigui pulveris, munera pulveris exigui Archytae nondum persoluta, umbram eius retinent. Ex veterum superstitione umbrae circa corpus insepultum errare ac praetereuntes de iustis sibi impertiendis, de pulvere scilicet ter in corpus iniiciendo, implorare putabantur. Quivis autem hoc negligens magnum committebat scelus. — *cohibent te*, habent, retinent te, κατέχει. Terra adeo nos habet, *cohibet*, γῆ ἔχει, κατέχει, in qua mortui iacemus. Infr. II, 20, 8.: *Nec Stygia cohibebor unda.* III, 4, 80.: *trecentae Pirithoum cohibent catenae.* — Antip. Sid. c. LXXIX. κατέχει Πίνδαρον ἅδε κόνις. Simmias Theb. I. de Sophocle: Τόν σε — τὸν τραγικῆς Μούσης ἀστέρα — τύμβος ἔχει καὶ γῆς ὀλίγον μέρος. Malim accipere cum Mitscherlichio *cohibere* de terra, quae corpori demortuo substrata est. En ille vir, qui vivus totum terrarum orbem emensus erat, mortuus parva in terrae particula iacet; habet igitur illum minimum spatium in litore Matino, qui maxima spatia inter terram et caelum metiri solebat. — *litus Matinum*, de ora Calabriae occidentalis, a Calabriae promontorio Matino. — cf. Carm. II, 4, 27. *Ego apis Matinae more modoque — Carmina fingo.* —— v. 4. *nec quidquam prodest tibi, tentasse*, nequidquam tentasti *aërias domos, moriturus*, qui mortalis esses. Sententiam hanc poeta ita adornavit, quasi hac ipsa caeli contemplatione se su-

Aërias tentasse domos, animoque rotundum
Percurrisse polum, morituro.
Occidit et Pelopis genitor, conviva deorum,
Tithonusque remotus in auras,
Et Iovis arcanis Minos admissus: habentque

v. 6. *perculsisse* Mentel. *decurrisse* Venett. Asc. Locher. in qua lectione iudicanda subtilior est Gesn. Post *munera* v. 4. et *morituro* interrogationis signum ponit Sanad. Gravior esse videtur sententia sine interrogatione. — 8. *admotus* Alt. 1. sic Cod. Goth.

---

pra humanam conditionem extollere voluisset Archytas. *M.* Tota sententia poetice hic enunciata pro vulgari est: astronomiae operam dedisse. Doeringus laudat locum in Epigr. II. Ptolemaei Reg. Antholog. Graec. T. II. p. 65. *Οἶδ' ὅτι θνατὸς ἐγὼ καὶ ἐφάμερος· ἀλλ' ὅταν ἄστρων Μαστεύω πυκινὰς ἀμφιδρόμους ἕλικας, Οὐκ ἔτ' ἐπιψαύω ποσὶ γαίης* cett. ***tentare aërias domos — animo rotundum polum percurrere:*** caelum vel caeli sidera explorare, perscrutari, emetiri. Sic ***tentare*** supr. I, 11, 3.: ***Babylonios numeros tentare.*** Haec ratio verborum explicandorum simplicissima nobis videtur, quam Doeringus quoque sequitur, cuius ope Mitscherlichii interpretationem refutare poteris. Mihi quidem durius videtur, ***tentare*** ad impium conatum, quo Archytas, philosophus, in naturam deorum inquisiverit, referre, qui sensus in poetae verbis plane non reperitur. Videtur Mitscherlichius duplicem Archytae personam distinguere, inquiens, mathematicum Archytam iam initio carminis prodiderat, nunc de philosopho agit. —— Phavorinus apud Aulum Gellium lib. X, c. 12. haec de Archyta: *Ἀρχύτας Ταραντῖνος, φιλόσοφος ἅμα καὶ μηχανικὸς ὤν, ἐποίησε περιστερὰν ξυλίνην πετομένην, ἥτις εἴποτε καθίσειεν, οὐκ ἔτι ἀνίστατο, μέχρι γὰρ τούτου* cetera desunt. ——

v. 7. ***Archytas***, hinc usque ad finem. Sensus: noli mirari quod ego diem obiverim supremum; occiderunt alii plures; occidit et Tantalus, conviva deorum, et Tithonus, ab Aurora in caelum raptus, et Minos, Iovis arcanis admissus; Pythagoras, iam Troiani belli temporibus sub Euphorbi, Ponthoi filii, persona se vixisse refixo scuto testatus, quamvis non animam, sed nervos et cutem Morti concesserat, quemque tu ipse magnum censes philosophum, tamen ad Orcum in perpetuum demissus est. Colores ducti ex Hom. Il. σ', 117. *Οὐδὲ γὰρ οὐδὲ βίη Ἡρακλῆος φύγε Κῆρα, Ὅσπερ φίλτατος ἔσκε Διῒ Κρονίωνι ἄνακτι. — ὣς καὶ ἐγὼν — κείσομ', ἐπεί κε θάνω.* φ', 107. *Κάτθανε καὶ Πάτροκλος, ὅπερ σέο πολλὸν ἀμείνων.* Virg. Aen. X, 467 — 471. Lucret. III, 1038 et 1055. Hor. Carm. Lib. II, 16, 29. IV, 7, 14. — ***Pelopis genitor***, Tantalus, rex Lydiae, ***conviva Deorum***, *θεοῖς, ἄνθρωπος ὤν, κοινῆς τραπέζης ἀξίωμ' ἔχων ἴσον.* Eurip. Orest. 9. *εἴ τιν' ἄνδρα θνατὸν Ὀλύμπου σκοποὶ ἐτίμασαν, ἦν Τάνταλος οὗτος.* Pind. Ol. α', 86. Ovid. Met. VI, 173. Aliter in Virg. Ecl. IV, 63. — ***Tithonus remotus in auras***, *ὃν ἀστέρων τέθριππος ἔλαβε χρόκεος ὄχος ἀναρπάσας.* Eurip. Troad. 855. — Tithonus, Laomedontis Troiani regis filius, ob formae praestantiam ab Aurora amatus, eiusque curru in Aethiopiam advectus, ubi Memnonem cum illo genuit. Iupiter, Aurorae precibus commotus, immortalitatem quidem illi, sed non perpetuam iuventutem concesserat, quamobrem longa senectute consumptus dicitur. — ***remotus in auras***, raptus in caelum, vide quae paulo antea diximus. Cf. Hygin. Fab. 270.

v. 9. ***Minos***, Cretae rex, de legibus ferendis, quo maiorem iis auctoritatem conciliaret, ipsum Iovem in consilium adhibuisse ferebatur: *βουλεύσασθαι ὑπὲρ τῶν νόμων οὐκ ἄνευ θεοῦ τὸν Μίνω.* Pausan. III, 2, 207. — ***Iovis arcanis admissus***, *Διὸς ὀαριστής* Hom. Od. τ', 179. vid.

Tartara Panthoiden, iterum Orco
Demissum; quamvis, clypeo Troiana refixo

Platon. dialog. qui inscriptus ***Minos***. Fertur Minos cum Iove familiariter versatus. Mitscherlichius addidit haec: „Dubitari etiam licet, an Homerus Minoem hoc respectu sic appellaverit, annon potius e prisco sermone simpliciter sit: vir prudentiae ac iustitiae laude conspicuus. Nam ***cum Diis versari*** et ***pium, iustum, sapientem esse*** antiquus sermo pro iisdem habet, haud obscura ratione." — ***habentque Tart. Panth.***, Archytas sermonem ad praeceptorem suum Pythagoran deflectere, cuius dogmata de animarum migratione attingit. Pythagoras, scholae philosophicae auctor, primus erat, qui metempsychosin discipulos suos doceret. Pro argumento — sui ipsius animam ex uno corpore ad alterum migrasse — habuit quod se iam belli Troiani temporibus vixisse affirmaret, quam rem scilicet clypeo, quem sub Euphorbi persona tum temporis se gestasse dicebat, maxime certam testatus est. Euphorbus nimirum dicitur Panthoides, Panthoi filius. In templo Iunonis haud procul Mycenis clypeus ille inter alia *ἀναθήματα* affixus erat, quo ***refixo***, i. e. detracto, ac nomine Euphorbi re vera, uti nempe praedixerat, inscripto doctrinam suam stabilivisse, veramque comprobasse traditur. vid. Ovid. Met. XV, 160 sqq. cf. Interpp. ad Aelian. V. H. V. 26. et ad Diog. Laert. VIII, 5. Quae vero omnia frustra tentavit, nam mortem minime effugere potuit. — ***iterum Orco Demissum***, h. e. iterum mortuum; semel iam a Menelao in bello Troiano necatus, anima eius tamdiu in Orco latuit, usque dum in vitam rediret, viveretque iterum inter mortales. ***demittere*** pariter usurpavit Virg. in Aen. II, 398.: ***multos Danaum demittimus Orco.*** ibd. IX, 527.: ***quem quisque virum demiserit Orco.*** Hom. Il. α', 3.: *ψυχὰς Ἄϊδι προΐαψεν.*

v. 10. Pythagoran significat, qui *παλιγγενεσίαν* illam et *μετεμψύχωσιν* in se ipso confirmans dicebat, se Euphorbum fuisse Panthoi filium, de quo Hom. Il. π', 808 sq. *Πανθοΐδης Εὔφορβος, ὃς ἡλικίην ἐκέκαστο Ἔγχεΐ θ', ἱπποσύνῃ τε πόδεσσί τε καρπαλίμοισι.* Nam Pythagoras quidem (ut scribit Pausan. Corinth. II, 13, 2.) Mnesarchi fuit filius, Euphronis nepos, Hippasi pronepos. — v. 11. ***quamvis***. Dicit Doeringus mirum sane non esse, Pythagoran secundum metempsychosin ***iterum*** Orco ***demissum*** esse, si animo superstite morti praeter ***nervos ac cutem*** nihil concessisset. Quae sententia quamvis negari nequeat, tamen Horatium id dicere voluisse vix crediderim. Doeringus pro particula ***quamvis***, cui aliquid impedimenti inesse dicit, coniecit ***quoniam is***, quae particula causam, cur aliquid fieri potuerit, designet. Sed nihil est, quod mireris. Poeta vult dicere hoc: ***quamvis Pythagoras nihil ultra cutem ac nervos morti concesserat***, h. e. quamvis auctor doctrinae de Metempsychosi erat (quod vel clypeo testatus est), tamen morti succubuit. Ex mente Archytae supple: noli igitur mirari me diem supremum obiisse. Ceterum omnes Codices et edd. vett. constanter exhibent ***quamvis***, quae lectio ne Bentleium quidem offendit, quamque ego confidenter in textu esse servandam, minime vero ex coniectura admodum levi tentandam, censeo. Addam Mitscherlichii sententiam de hoc loco: ***quamvis*** non tam mortuus, quam potius corporis tantum exuvias posuisse dicendus est, anima eius aliis deinceps corporibus inserta, sicque vitam continuante; cuius rei veritatem ipse clypeo, quem tanquam Euphorbus ad Troiam gessisset, satis luculenter ostendit. Sunt adeo verba corrigentis atque restringentis, quae paullo ante de Pythagora pronunciaverat, ne is vere mortuus putaretur. Vana adeo est Sanadoni opinio, Pythagoreum philosophum dogmatis suis contraria hic praecipere statuentis. Falsa etiam omn. interpp. ratio, qua verba: ***quamvis . . . concesserat atrae***, pro causa sub-

Tempora testatus, nihil ultra
Nervos atque cutem Morti concesserat atrae;
Iudice te non sordidus auctor

v. 12. *nil* Mentel. Dess. 2. — 14. *Iudice te* vulgata omnium libb.
lectio, quam corruptam esse facile videat, qui cogitet, Archytam vix
posse ad nautam dicere: „iudice te.“ Licet enim apud vulgum etiam in
parte inferiori Italiae magnam fuisse dicant Pythagorae auctoritatem, illud
tamen valde diversum et prope ineptum videri queat, philosophum de
Pythagorae schola, dum magistrum suum extollere et immortalitate di-
gnum declarare vult, laudem illius ac merita, non ad suum, sed ad im-
periti hominis, nautae, iudicium revocare. Quod bene videntes VV. DD.
nautae adhuc haec omnia attribuerunt usque ad v. 20. sed hoc male fieri,
nexus sententiarum docet. Itaque *Iudice me* coni. vir doct. ap. Cun. tam
feliciter et convenienter, ut non dubitem, quin haec vera sit lectio. Fa-
cillimum enim erat, permutari *te* et *me*, inprimis si librarius putaret,
nautam adhuc loqui. *Iudice se* coni. ap. Iones. quod tunc ad anteceden-
tia trahendum esset. Sed simplicior haud dubie prior emendatio. Nuper-
rime Vir Doctiss. Weiskius, Prof. Lips., fusius de huius carminis diffi-
cultatibus disputavit in: *Jahn's Jahrbücher für Philologie und Pädagogik.*
Band XII. Heft III. 1830. Primum comparat totum carmen cum aegro-
to, quem multi medici frustra adeunt, morbi causam scilicet ignorantes.
Hanc vero morbi causam se invenisse putat dicens: „*Horaz selbst ist*
der einst auf einer Fahrt an jener Küste durch Sturm Gefährdete,“ quae
coniectura suaviter nobis arridet. Sed valde dubitamus an Vir doctissi-
mus recte iudicarit dicens: se esse primum qui totam rem feliciter dire-
merit. Iam Gesnerus idem sensisse videtur, cuius sententia haec est:
„fateor, me neque Brutum hic invenire, neque aliam allegoriam vel dilo-
giam, aut irrisionem adeo Tarutii illius, de quo Cic. de Divinat. II, 47.
Suspicor potius animi causa, quacunque invitante occasione, poetam vel
e Graeco expressisse, (cui sententiae Mitscherlichius adsentit) vel *ipsum*
lusisse talem cum Archyta dialogismum, quo vanitatem studiorum huma-

---

iecta existimant, ob quam Pythagoras non iterum mori debuisset, fere
ut Tantalus, quod conviva deorum, Tithonus, quod Aurorae amatus
fuisset. In sensu enim constituendo vide quomodo iidem hallucinati
sint: Pythagoras bis obiit, quamvis prolato clypeo ostenderet, se tan-
quam Euphorbum Troianis temporibus interemtum, se iam semel mor-
tuum; quod parum procedere videtur. — *quamvis clyp.*, notat Pytha-
gorae *μετεμψύχωσιν* plane ridiculam. Cruqu. — *quamvis nihil ultra*,
praeter nervos atque cutem, *σάρκα καὶ χρῶτα*, exuvias corporis morti
concesserat, permiserat. — *Iudice te*, pro qua lectione Ianius in tex-
tum recepit: *iudice me*, conf. Var. Lect. Videatur Wolfius in opusculis
sive: *Vermischte Schriften und Aufsätze, Halle* 1802. pag. 431—452.—
iudice te postulat totius loci concinnitas, nam quocumque demum Ar-
chytus loquens debebat notitiam de celeberrimo philosopho ad respon-
dentem referre, ita ut diceret: tu facile concedes, s. tibi haud igno-
tum erit, fuisse illum magnum virum, cuius fama ad te quoque pene-
traverit.— *Auctor veri*, magnifice et hoc de eo, qui primus vera do-
cuit, qui unice vera atque indubitata invenit, proposuit, divulgavit.
Loquitur enim Pythagoreus. Cum *verum* etiam de aequo ac iusto di-
catur (Epist. I, 1, 11.) Ethicen, philosophiae partem, intelligendam
esse omnes fere statuunt. *M.* — *non sordidus*, haud contemnendus
per *λιτότητα*, magnus, gravis. *D.* De viro, qualis erat Pythagoras, mul-
torum elogiis condecorato, unicuivis e plebe, etsi, iustaene sint istae
laudes nec ne, pronunciare nequeat, hoc tamen ei iudicium concedas:
inesse debere isti viro, quae acutioribus atque intelligentibus proben-

Naturae verique. Sed omnes una manet nox,
Et calcanda semel via leti.

norum contra Fortunam et mortem ostendit.“ Ceterum Weiskii ipsissi-
ma verba typis hic recudenda curavimus: „*Wie Hor. anderwärts auf*
einer jener Ueberfahrten seine Rettung besingt aus den Gefahren, die der
sabin. Wolf, die der verhängnissvolle Baum ihm brachte und einst auch
die Sicil. See am Vorgebirge Palinurus, auf einer ebenfalls sonst nicht
erwähnten, der Zeit nach unbestimmbaren Seefahrt, Od. I, 22. I, 34.
I, 2, 13. ibid. III, 4, 28. *so versetzt er hier dichtend sich zurück in jene*
Lage, wo er, den Untergang des Fahrzeuges fürchtend, schon im Geiste
seine Gebeine am nahen Gestade liegen sah, und als Schatten sie um-
schwebend, auf das vor Augen liegende Grab des Arch. schauet und zu-
erst diesen anredet, um von ihm und den diesem verwandten grossen Bei-
spielen Trost zu entlehnen, nachher aber irgend einen Schiffer um Bestat-
tung für sich anzuflehen. Wie Hor. dort, wo er nach der Gefahr, die
ihm der fallende Baum brachte, von sich als dem Geretteten spricht, doch
sich im Geiste schon in den Orkus versetzt und dessen Gestalten uns vor-
führt, Od. II, 13, 21. *so war es eine natürliche und zugleich dichte-*
risch kühne und wirkungvolle Wendung, das als wirklich darzustellen,
was sich der Phantasie in der Stunde der Gefahr aufdrängte. So wie
diese Vorstellung, sich schon todt, ja schon im Grabe zu denken, bei
mancherlei Veranlassungen nicht selten ist in der Poesie und im Leben,
eben so ist die Wendung, Personen anzureden, die bloss vermöge der Ein-
bildungskraft gegenwärtig sind, das gemeinsame oft ausgeübte Recht nicht
nur der Dichter, sondern auch jedes bewegten Gemüthes. Man wird nicht
etwa einwenden, dass Hor., weil er nicht Pythagoreer war, nicht so zu
Archytas gesprochen haben würde; denn eben darum hält er sich nicht
an die besondere Lehre der Seelenwanderung, sondern an die allgemeinere
der Seelenfortdauer, und auch das t e i n d i c e *in dem Munde des Nicht-*
pythagoreers ist nun um so weniger müssig. Auch sieht man nun, dass
der Dichter die vom Grabe des Archytas veranlassten Beispiele geistig
grosser, himmelan gestiegener Sterblicher leichter stillschweigend auf sich
anwenden konnte, als andere ihm selbst fremdartigere oder von keinem
örtlichen Anlass dargebotene Beispiele. Nun auch werden wir bei dem
Matinischen Ufer und den Venusischen Wäldern uns nicht nach einem
griech. Originale umsehen, so wenig als bei der ortgemässen Anrufung
des Tarentinischen Neptun. Mit dem inneren Werthe der poetischen Er-
findung und des durch seine Wahrheit ergreifenden selbsteigenen Gefühl-
ausdruckes verbindet sich die Einheit sowol der Form der ganzen Ode,
als des Inhalts der einzelnen. Theile in allseitiger, ohne sprachwidrige Er-
klärung und ohne Verletzung handschriftlicher Lesarten, sich bewähren-
der Uebereinstimmung.
v. 15. *una m. mors* tres Lamb. Pulm. 1, 2, 3. tres Torr. (cui placet)
Fran. Mentel. Lips. 1. Alt. 2. Dess. 2. Venet. 1492. Ascens. haud dubie
e glossa. *sed omnes manet una mors* Cod. Guelf.

---

tur, non contemnenda adeo esse, satis probabilia esse oportere, quae
multi pro certis habeant. Archytas igitur nautae (?) iudicio tribuit
tantum, quantum iudicandi eius facultati tribuere licebat. Parum recte
igitur faciunt, qui *non sordidum auctorem* per *λιτότητα* dictum volunt.
Neque tamen hunc nautam ad infimam hominum sentinam detrusum
velim, imo, quum, mercaturam faciendo, remotissimas terras adiret,
ingenium eius multarum rerum, literarum quoque, cognitione excul-
tum esse, quumque inferiorem Italiam peregrinando attingeret, de
Pythagora quoque nonnulla fando accipere potuit. Dum igitur Archy-
tas Pythagoran vel a tali homine magnum virum iudicatum iri confidit,

suum ipse hoc quasi involucro iudicium de eo prodidit honorificentissimum. Quod bene animadvertit Mitscherlichius, nam Archytas ipse Pythagoreus alios aliter de Pythagora iudicare ne cogitare quidem poterat. — Nunc Archytas ad rem redit, viam sibi aperiens, dum mortis varia genera recenset, ad id genus, quo ipse perierit. Anthol. Gr. III. p. 308. *Ἐνθάθ' ἐγὼ — δόμον Ἀΐδος ἦλθον. — ὡς μὲν ἐγὼν, ἕτεροι ἄλλως· πάντες δέ τε πάντως.* — ***Sed omn. un. man. nox***, cf. supr. I, 4, 16 sqq. infr. II, 3, 21 sqq. et XIV, 11. Propert. III, 20, 21. ***Sed tamen huc omnes, huc primus et ultimus ordo, Est mala, sed cunctis ista terenda via.*** — ***manere*** nos ea dicuntur, quae fato nobis impendent, quae effugere non licet. Sic II, 18, 90.: ***destinata aula divitem manet herum.*** adde Epod. XIII, 13. XVI, 41. Stat. Silv. II, 1, 217. — ***calcanda, cunctis terenda***, ut Propert. l. c. — *Μυρίας βροτῶν κῆρας* Simonides quoque eleganter per partes declarat c. XVIII, 12. *τοὺς δὲ δύστηνοι νόσοι φθείρουσι θνητῶν· τοὺς δ' Ἄρεϊ δεδμημένους πέμπει μελαίνης Ἀΐδης ὑπὸ χθονός· οἱ δ' ἐν θαλάσσῃ, λαίλαπι κλονεύμενοι καὶ κύμασιν πολλοῖσι πορφυρῆς ἁλός, θνήσκουσι.* — In bello pereuntes a Furiis Marti spectaculo dari dicuntur. Furiae adsunt in praeliis, instigant, inque furorem praeliantes coniiciunt. cf. Virg. Aen. VII, 324 sq. — ***torvo***, *βλοσυρῷ*, immiti, fero, qui tali adspectu laetetur. — ***avidum***, propter naufragiorum frequentiam, omnia absorbens. Infr. III, 29, 61.: ***avarum mare.*** — ***Mixta***, nullo discrimine senum ac iuvenum funera ***densentur***, coacervantur, a densere, verbo Lucretiano. — ***null. saev. cap. Proserp. fugit***, nemo se morti subducere potest. Datum erat Proserpinae id negotii, ut mori destinatis, tanquam victimis, crinem de vertice abscinderet. Virg. Aen. VI, 698. ***Nondum illi flavum Proserpina vertice crinem Abstulerat, Stygioque caput damnaverat Orco.*** Scilicet sollenni ritu immolandae victimae pili e fronte evellebantur atque in ignem coniiciebantur, cf. Virg. Aen. VI, 245. quod proprie *κατάρχεσθαι* dicebatur. — ***undis***, fluctibus ***Illyricis***, maris Illyrici, h. Adriatici in genere. Hinc proprie ***Noto***, h. Austro partes datae: Adriatici enim maris is ***arbiter maximus***, I, 3, 15. — ***comes Orionis rapidus***, qui rapidissimus est, ubi Orion ***devexus***, devexa caeli parte conspicitur, ad Occasum vergit, hinc dicitur ***pronus*** infr. III, 27, 18. Est adeo Notus sub Occasum Orientis exortus. — ***obruit*** Virg. Aen. VI, 336. ***Obruit Auster, aqua involvens navemque virosque.*** — ***undis Illyricis***, vide quae paulo antea ex Mitscherlichii commentario adtulimus. — Diogenes Laërtius l. VIII, c. 1. hos versus ait se in hanc de Pythagora fabulam lusisse:

Τὰς φρένας ἢν ἐθέλῃς τὰς Πυθαγόραο νοῆσαι·
Ἀσπίδος Εὐφόρβου βλέψον ἐς ὀμφαλοόν.
Φησὶ γάρ, οὗτος ἐγὼν ἤμην πρώην βροτός, ὃς δὲ
Οὐκ ἦν, φάσκει, ὅστις ἔην, ὅτ' ἔην;

Interpres autem Sophoclis de Pythagora mihi videtur quaedam scripsisse, quae huc adscribantur. *Σχολ. παλ.* in Electr. v. 62. Br. *Πυθαγόρας καθείρξας ἑαυτὸν ἐν ὑπογείῳ, λογοποιεῖν ἐκέλευσε τὴν μητέρα, ὡς τεθνηκὼς εἴη, καὶ μετὰ ταῦτα ἐπιφανείς, περὶ παλιγγενεσίας καὶ τῶν καθ' Ἅιδου τινὰ ἐστρατεύετο, διηγούμενος πρὸς τοὺς ζῶντας περὶ τῶν οἰκείων, οἷς ἐν Ἅιδου συντετυχέναι ἔλεγεν. ἐξ ὧν τοιαύτην ἑαυτῷ δόξαν περιέθηκεν, ὡς πρὸ μὲν τῶν Τρωικῶν Αἰθαλίδης ἦν ὁ Ἑρμοῦ, εἶτα Εὔφορβος, εἶτα Ἑρμότιμος, εἶτα Πύθιος ὁ Δήλιος, εἶτ' ἐπὶ πᾶσι Πυθαγόρας.* — Similia quaedam scribit interpres Apollon. in Argonaut. lib. I. *Πυθαγόρας δὲ ἐν τῷ μεταλλοιοῦσθαι τὰς ψυχὰς καὶ ταρεισδύνειν εἰς ἕτερα σώματα, φησὶν ὅτι γένοιτο Ἑρμοῦ υἱὸς καὶ Σαμίας ἑταίρας καὶ Πυθαγόρας.* — v. 15. Horat. Carm. lib. IV, 13. ***Pallida mors aequo pulsat pede pauperum tabernas Regumque turres.*** II, 14, 1. ***Eheu fugaces, Posthume, Posthume, Labuntur anni, nec pietas moram*** cett. eiusdem libr. 3, 25. ***Omnes eodem cogimur, omnium Versatur urna*** cett. eiusd. 18, 32.

Dant alios Furiae torvo spectacula Marti:
Exitio est avidum mare nautis:
Mixta senum ac iuvenum densentur funera; nullum
Saeva caput Proserpina fugit.
Me quoque devexi rapidus comes Orionis
Illyricis Notus obruit undis.
At tu, nauta, vagae ne parce malignus arenae

v. 17. *Dant altos* var. lect. Iones. — 18. *avidis* Lamb. e suis et quidam alii et sic Landin. Venet. 1590. Steph. Heins. Fab. Rutg. Dacer. Baxt. et est lectio vulgata. *pavidis* unus Cruqu. *avidum* Acr. Commentat. Cruqu. unus Lamb. omnes Cruqu. praeter unum, omnes Torr., omnes Bentl., quidam Fabric. quatuor Pulm. Mentel. duo Bersm. Fran. Alt. 1. Dess. 2. Lipss. Gott. Sax. Brod. Venett. 1478. 1492. Ascens. Locher. et sic Cruqu. Torr. Fabric. Bentl. Cun. Sanad. Iones. Ut mirandum sit, posse adhuc quosdam vulgatam defendere, cum et *avidum mare* multo ornatius ac magis poeticum sit, quam *avidis nautis*. *avidum* praebet Cod. Goth. et Cod. Guelf. — 19. *densantur* vulgo legitur, et ita quidam mss. Venet. 1492. Locher. Asc. Heins. Steph. Rutg. Fab. Dacer. Iones. Sed *densentur* Acr. quatuor Lamb. Pulm. 1, 2, 3. quinque Torr. 4 Blandd. Cruqu. Bentl. 1, 2, 6. Mentel. unus Bersm. Venet. 1478. Et sic Lamb. Fabr. Marcil. Bentl. Cun. San. Baxt. N. Heins. ad Ovid. Met. XIV, 369. et ad Val. Fl. III, 207. Est etiam *densentur* exquisitius; nam *densere* vocabulum Lucretianum omninoque poeticum, et apud Virg. saepe occurrit, ut Aen. VII, 794. X, 432. — 21. *Te quoque* coni. N. Heins. apud Bentl. ut nauta adhuc loquatur et Archytas demum v. 23. incipiat. male. — *rabidus* Fab. Lamb. sollenni errore. — 23. *At tu o nauta* Fran. *Ac tu* Cun.

---

aequa tellus Pauperi recluditur, Regumque pueris. Lib. II, 3, 21. ***Divesne prisco natus ab Inacho, Nil interest, an pauper et infima De gente sub dio moreris Victima nil miserantis Orci.*** Lib. III, 1, 14. ***aequa lege necessitas Sortitur insignes et imos.*** Hom. Il. ζ, 488. *Μοῖραν δ' οὔτινά φημι πεφυγμένον ἔμμεναι ἀνδρῶν, οὐ κακόν, οὐδὲ μὲν ἐσθλόν, ἐπὴν τὰ πρῶτα γένηται.* Horat. Serm. II, 6, 95. ***neque ulla est, Aut magno, aut parvo leti fuga.*** Pindar. Isthm. ζ, 59. *θνάσκομεν γὰρ ὁμῶς ἅπαντες, Δαίμων δ' ἄϊστος.* — v. 19. Quemadmodum a scriptoribus *lux* pro vita usurpatur, ita *nox* pro morte. — v. 21. Hyrieus, Neptuni et Alcyonae filius, Tanagrae, quae urbs est Boeotiae, habitabat. Hic cum esset hospitalissimus, deosque aliquando liberaliter hospitio accepisset, Iupiter, Neptunus, Mercurius ob eam hospitalitatem gratiam ei referre volentes iusserunt, ut, quod ei commodum esset, abs se peteret. Ille autem cum liberis careret, neque uxorem ducere vellet, tamen filium petivit. Tum Dii pellem bovis sibi ab illo immolati comminxerunt et semine consperserunt: quo facto monuerunt, ut eam pellem in terra conderet ac defoderet et decem post mensibus effoderet. Interea natus est Ourion, ducto nomine *ἀπὸ τοῦ οὐρεῖν*, i. e. a meiendo, qui paullum immutatis litteris *Ὠρίων*, Orion postea appellatus est. Is Dianae, quacum venabatur, stuprum inferre conatus est, qua re dea irritata scorpium e terra extulit, a quo Orion in talo ictus interiit. Iupiter autem, eum miseratus, in astra retulit. Eo fit, ut Oriente Scorpio occidat Orion. Verum Homerus dicit Odyss. ε', 123. eum a Diana sagittis esse confixum, *Ἕως μιν ἐν Ὀρτυγίῃ χρυσόθρονος Ἄρτεμις ἁγνὴ οἷς ἀγανοῖς βελέεσσιν ἐποιχομένη κατέπεφνεν.* Lege Aratum de Orione et Diana. Hor. Carm. Lib. III, 4, 71. ***Tentator Orion Dianae.*** et 13. lib. II. v. 39. ***Nec curat Orion leones Aut timidos agitare lyncas.*** v. 23. Sequuntur preces atque obtestationes Archytae de iustis cor-

Ossibus et capiti inhumato
Particulam dare: sic, quodcunque minabitur Eurus
  Fluctibus Hesperiis, Venusinae
Plectantur silvae, te sospite, multaque merces,
  Vnde potest, tibi defluat aequo
Ab Iove, Neptunoque sacri custode Tarenti.
  Negligis immeritis nocituram
Postmodo te natis fraudem committere? Fors et
  Debita iura vicesque superbae

v. 24. *capiti nec humato* coni. ap. Ion. ob hiatum, qui timor h. l. vanus. — *quicunque mirabitur* Cod. Guelf. — 28. *Vnde potis*, coni. Cun. 31. *Post modo* divise Sanad. ut *modo* sit *tantummodo*, iungendum cum *nocituram*. Sed languet forte sic locus. *Forsan* quinque Lamb. Pulm. 1. omnes Torr. unus Cruqu. Mentel. cett. Sic et Lamb. Torr. Marcil. Heins. Steph. Fab. Rutg. Dacer. Iones. Sanad. *forsit* (ut Serm. I, 6, 49.) quidam Lamb. et eius prima edit. item Brut. *forset* Porphyr. quid. Lamb. Pulm. 2, 3. Fabric. Haud dubie hoc ex *fors et*. *forsque* unus Torrent. *fors et* omnes Cruqu. praeter unum, Pulm. 4. Lips. 1. Fran. Bentleii optimi, Venett. Ascens. Locher. Basill. Bentl. Baxt. Cun. probante N. Heins. ad Val. Fl. I, 478. Haec itaque haud dubie vera lectio, ex qua orta *forsit* et *forset*; nam *forsan* certe e glossa est. v. Canter. nov. lect. IV, 8. Priscian. XV. p. 1815. Similis varietas Virg. Aen. XI, 50. ubi firmatum *fors et*, v. Heyne. — Tum varie interpungunt: *committere: forsan* Heins. Steph. Fab. *committere forsan?* Marcil. Sanad. *committere forsan:* Lamb. Torr. Rutg. Iones. Dacer. *committere: fors et* editt. vett, *committere? fors et* Cruqu. (e Blandd.) Muret. Bentl. Baxt. N. Heins. sic Cod. Guelf. — *committere? fors, et* Cun. — *superbe* coni. Passerat. et sic unus Lamb. Bentl. 7. — v.33. *inultus* emend. Passerat. ap. Lamb. — 35. *festinans* Venet. 1590.

pori suo impertiendis. — ***ne parce malignus dare***, ne tam maligno sis animo, ut *parcas*, recuses, deneges dare, iniicere arenae particulam, *ψαμμάθου μόριον βραχύ*, paululum arenae, ***vagae***, *θινὸς στρεπτῆς*, mobilis. Veterum de hac re opinio satis nota. Catull. LXIV, 153. *neque iniecta tumulabor mortua terra.* cf. Virg. Aen. VI, 365.: — *aut tu mihi terram Iniice.* Cum Hor. comparat Mitsch. Iuliani Aegypt. Ep. LIV. Anthol. Gr. T. III. p. 207. *Πλώεις ναυηγόν με λαβὼν καὶ σήματι χώσας; Πλῶε, Μαλειάων ἄκρα φυλασσόμενος. Αἰεὶ δ' εὐπλοΐην μεθέποις φίλος· ἢν δέ τι ῥέξῃ Ἄλλο τύχη, τοίων ἀντιάσαις χαρίτων.* — ***ossibus et capiti***, debebat inprimis caput pulvere conspergi, quo consperso totum corpus humatum putabatur. — ***sic, quodcunque***, quod si feceris, opto, ut Euri impetus, quo fluctus in Hesperio mari concitentur, mare Italum commoveatur, vertatur in ***silvas Venusinas***. — v. 26. Pariter loquitur Epist. I, 2, 14. ***Quidquid delirant reges, plectuntur Achivi.***
v. 27. ***plectantur***, luant. — ***tibi defluat***, affatim tibi affluat, largiter in te effundatur, *ἐς τὲ καταῤῥεῖ*. — ***custode Tarenti***, *πολιούχῳ*, deo *ἐγχωρίῳ*. v. Spanhem. ad Callim. H. in Iov. v. 81. et H. in Dian. 258. Archytas scilicet Tarentinus ab Neptuno Tarentino quam maxima sperare poterat. — Locus class. quod sequent. vers. attinet est apud Hom. Od. λ', 66—72—73. *νῦν δέ σε τῶν ὄπιθεν γουνάζομαι οὐ παρεόντων, μή μ' ἄκλαυτον, ἄθαπτον, ἰὼν ὄπιθεν καταλείπειν, νοσφισθείς, μή τοί τι θεῶν μήνιμα γένωμαι.* — v. 30—36. ***Negligis — committere?*** leve putas, parum curas, ut III, 6, 7. III, 8, 24. non dubitas fraudem, noxam, scelus, *ἄγος*, ***committere***, cuius poena in te vel in posteros tuos redundatura sit? — ***Postmodo te natis***, *τοῖς ἐξοπίσω* s. *ὀπίσω παισί*. — ***te*** Doer. in casu sexto, h. ex te natis, positum accipit. — Ceterum cf. Valken. ad Eurip. Phoeniss. 941. et ad Hippol. 826.
v. 31. ***iura debita*** adeo sunt *δίκαι*, s. *δίκη*, *ἣν ὀφείλεις*, poena sceleri tuo proposita. — ***vices superbae***, superbiae, quam quis vicissim ab aliis experitur, poena, *ἀντίποινα*, *ἀμοιβή*, *ἀμοιβαίη Νέμεσις*. — ***prec. non linq. inultis***, haud inultae et irritae erunt meae imprecationes, si insepultum me hic reliqueris. — v. 32. ***superbae***] Passeratius mavult legi ***superbe***, in vocandi casu; adiuvat eum codex unus manuscr., quem domi habeo, in cuius ora adscriptum est ad hunc locum, ***superbe***, quia me inhumatum esse sivisti. LAMBIN. — v. 33. ***Inultis***] Passeratius putabat, ***inultus*** esse reponendum, ut sit haec sententia: non linquar inultus ob eas preces, quibus te devovi. LAMBIN. Lectionem vero, quam Passeratius putabat esse reponendam, confirmat Codex optimus Guelferbytanus, qui distincte exhibet: ***inultus***. — v. 34. Teque nullo piaculo exsolves his imprecationibus, nam ***dira detestatio Nulla expiatur victima*** Epod. V, 89. ***Obstringimur, obligamur sceleri:*** poenae, eo perpetrato, obnoxii; item votis, vel nostris promissa non servantes, vel alterius, pactis non stantes, aut quae iure quodam a nobis exspectari poterant, veluti humanitatis officia, omittentes, ut h. l. — ***resolvent***, liberum a poena te reddere poterunt. — ***iniecto ter pulvere***, sufficiebat enim parva terrae vel pulveris particula ad hoc munus persolvendum, apud Graecos *γῆν* vel *κόνιν ἐπαμήσασθαι*, vid. Dorvill. ad Charit. p. 422 sqq. ed. Lips. — v. 36. Cic. de Legib. lib. II, 22, 57. Varro de Ling. Lat. lib. IV. p. 9. ed. Bip. Servius ad Virg. Aen. VI, 176. Hom. Il. χ', 337 sqq. ibd. ψ', 71 sqq. *Θάπτε με ὅττι τάχιστα, πύλας Ἀΐδαο περήσω. Τῆλέ με εἴργουσι ψυχαί, εἴδωλα καμόντων, Οὐδέ μέ πως μίσγεσθαι ὑπὲρ ποταμοῖο ἐῶσιν· Ἀλλ' αὔτως ἀλάλημαι ἀν' εὐρυπυλὲς Ἄϊδος δῶ.* Virg. Aen. VI, 371. Denique totum Antigonae Sophoclis argumentum in eo vertitur, quod Creon Polynicen vetuit sepeliri. — ***Curras***] naviges; ex quo ***cursum*** etiam in navigatione usurpant Latini per translationem. Cic. Offic. III, 12, 50. Idem de Nat. Deor. Lib. III, 34, 83. Id. ad Brutum epist. 15. Hor. Carm. Lib. I, 34, 3 sq. ***nunc retrorsum Vela dare atque iterare cursus Cogor relictos.*** et crebro Virgilius.

Te maneant ipsum: precibus non linquar inultis;
  Teque piacula nulla resolvent.
Quamquam festinas, non est mora longa, licebit
  Iniecto ter pulvere curras.

CARMEN XXIX.

AD ICCIVM.

ARGUM. *Quum Augustus expeditionem in Africam, divitiis scilicet felicis Arabiae allectus, susciperet, Iccius, Horatii amicus, philosophiae studio deditus, contra omnium exspectationem partes suas, ut ita dicam, adeo mutavit, ut pro philosophiae doctrina, quam adhuc diligenter coluisse videtur, subito arma caperet. Horatius vero huiusmodi amici consilium improbans, facete eum ut magnum, timendumque bellatorem, regumque Sabaeorum domitorem deridet et traducit. — De Augusti expeditione V. C. DCCXXX. suscepta, deque eius parum prospero eventu vid. Dio LIII. p. 723. Strabo XVI. p. 780. et Plin. VI, 28.*

Icci, beatis nunc Arabum invides
Gazis, et acrem militiam paras
Non ante devictis Sabaeae
Regibus, horribilique Medo
Nectis catenas? Quae tibi virginum
Sponso necato barbara serviet?
Puer quis ex aula capillis
Ad cyathum statuetur unctis,

v. 1. *Icti*, Lips. 1. et alii, teste Marcil. Sic et Baxt. *Iti* voleb. Torr. et Fulv. Fuisse enim Romae gentem *Itiam* (cuius nummus est ap. Vaillant. num. famil. Rom. T. I. p. 498. cum inscr. *L. ITI.*) Sed meliores et plures libb. *Icci*. E nummo nil conficitur. Nam ut scribebatur *Accius*, *Actius*, *Attius*, *Atius* (de qua varietate scripturae v. Burm. ad Sueton. Aug. 4. et ad Virg. Aen. V, 568.), ita pro *Iccius* quoque *Ictius*, *Ittius*, *Itius* scribi potuit. Apud Cic. Phil. III, 10. est *M. Iccius*. — 4. *horribilisque* emend. Bentl. ut ad *catenas* referatur, vid. Spec. I. — 5. *catenas?* With. et quidam alii. *Quae t. v. Sp. necato (barbara) serviet?* Locher. Venet. 1492. *necato: barbara: serviet?* Ascens. ut sit: „Quae tibi virgo serviet? Barbara erit.“ Pessime vero. Mox: *Puer quis — unctis?* Respondetur: *Doctus sag.* cett. Ascens. Mancin.

---

v. 1. *beat. n. Arab. invid. gaz.* Horatius Iccium ironice alloquitur: o Icci, qui olim divitias constanter aspernari solebas, nunc vis fieri dives!? tu qui olim eras philosophus, nunc eris miles, quod vix satis mirari possum. — *beatae gazae*, quae sunt beatorum; sic apud Catull. LXVIII, 14. *dona beata petere*, pro: dona, quae sunt beatiorum, petere. *D.* — Cruquius aliique plures Arabiam *felicem* hoc epitheto innui existimant, quod ieiunum videtur; de qua re Mitsch. recte iudicasse quisque facile concedet. — *militiam paras*, quasi dux militatum abis; *acrem*, sollenni fortitudinis bellicae epitheto, h. l. quidem cum delectu posito, istam militiam exornat. Tibi enim semper animo obversari debet, philosophum militem factum haec omnia esse executurum. — v. 3. *Sabaeae regibus*, nam unaquaeque Arabiae Felicis pars suum regulum habebat. — *non ante devictis*, facete dictum, a te scilicet perdomandis atque imperio Romano subiiciendis. — *horrib. Medo*, feroci, vid. infr. III, 2, 3. — *nectis catenas*, scilicet ut a te primum victi, captivique facti, currum tuum triumphalem catenis graviter onusti trahere possint. — *Quae tibi virginum* cett. quantus erit ille honor, qui tibi victori accedere debet, si regia virgo, cuius sponsum in praelio interfecisti, si puer regius, sagittarum iaciendarum bene gnarus, illa tibi serva, hic vero pincerna praesto aderit! — *quae virginum barbara* pro vulgari: quae virgo barbara; cf. infr. III, 2, 8. ubi *regia virgo adulta bellantis tyranni virgo* appellatur.

v. 7. *puer ex aula*, e nobilioribus suae gentis, Arabum vel Parthorum regis cuiusdam, h. e. puer regius. — *ad cyathum statui*, *stare*, verba propria de pocillatore. Auson. Idyll. de Hist. 19. *stat Iovis ad cyathos, genuit quem Dardanius Tros.* Adhiberi autem solebant ad hoc munus pueri pariter formosi ac nobiles, unguentis delibuti, crinibus eleganter comptis, saepeque coronae hederaceae implicitis. Ad discrimen adumbrandum, quod inter militem et philosophum est, poeta colores vividiores delegit. Huc spectant fere omnia, quae adhuc interpretatus sum. — *Doct. sag. tend. Ser. arc. pat.* εἰδὼς τείνειν, iaculandi peritus, τόξων εὖ εἰδώς. Proprie vero *arcus* s. *nervus* tenditur, tum inversione poetica, sagittae arcui tenso impositae et ad scopum directae. *M.* Ceterum conf. Virg. Aen. V, 508.: — — *telumque*

Doctus sagittas tendere Sericas
Arcu paterno? Quis neget arduis
Pronos relabi posse rivos
Montibus, et Tiberim reverti,
Quum tu coëmtos undique nobiles
Libros Panaetî, Socraticam et domum
Mutare loricis Iberis,
Pollicitus meliora, tendis?

CARMEN XXX.

AD VENEREM.

ARGUM. *Ad carmina veterum κλητικά venustum hoc odarium pertinet. Precatur poeta, quum ex antiquissima opinione dii sacris adesse putarentur, prisco hoc figmento usus, rogatque Venerem, ut et placida et propitia integro cum comitatu sacris in domo Glycerae, puellae haud dubie maxime formosae, celebrandis adesse velit. Similes colores reperiuntur in fragm. Anacr. apud Fisch. p. 271. ὦ ᾽ναξ, πανδαμάτωρ Ἔρως, ᾧ Νύμφαι κυανώπιδες, πορφυρέη τ᾽ Ἀφροδίτη, χρυσῷ δὴ εἰκασμένη, συμπαίζουσιν· — γουνοῦμαί σε· σὺ δ᾽ εὐμενὴς ἔλθ᾽ ἡμῖν, κεχαρισμένης δ᾽ εὐχωλῆς ἐπάκουσον.*

v. 12. *ac T.* Cun. San. — 13. *nobilis*, quod in antiquissimis membranis est, pro genitivo accipi et ad *Panaetî* referri vult Bentl. operoseque ostendit, quod nemo dubitat, Panaetium posse dici nobilem. — 14. *Socraticum domum* unus Bersm. Venet. 1492. Locher. et *Socr. d.* Ascens.

15. *Hiberis* Bentl. Et sic occurrit in monum. antt. Sed praestat *Iberia*, Ἰβηρία. — 16. *temnis* h. non dubitas (quod ex *negligis* sup. 28, 30. illustrant), Porphyrionem habere aiunt; et sic quidam Lamb. unus Torr. Basil. 1523. 1531. Venet. 1590. probante P. Victor. varr. lectt. XVII, 13. Sed ex Porphyrione nil conficitur; nam Fabricianus plane exhibet: „tendis pro contendis.“

---

tetendit. — *Sericas* epitheto a gente, quae in eadem arte excelleret, desumpto. Sic habes *arcum Cydonium*, IV, 9, 17. *calamum Gnosium*, I, 19, 17. *Medum acinacem*, I, 27, 5. *Noricum ensem*, I, 16, 9. — *paterno*, more gentis suae sagittandi peritus. *M.* a patre, qui eo usus fuerat, accepto. *D.* — v. 10. Nunc aperte Iccio poeta exprobrat, quod studium philosophiae dereliquerit et miles factus sit, quippe qui haud mediocrem spem de futura doctrina, cuius fortasse iam ediderat aliquod documentum, excitarit. — *Quis neget;* quis nunc non credat vel τὸ ἀδύνατον fieri posse, *pronos relabi*, prono cursu referri, retro fluere posse *montibus*, (casu tertio) in montes, ad fontes suos. — *reverti*, retro verti posse. — *Panaet.* Panaetius, Rhodius, Stoicorum princeps, Antipatri discipulus, Posidonii doctor (Cic. Divin. I, 3.) Scipionis, Africani Maioris, familiaris, (Vellei. Pater. II, 13, 3.) multis libris scriptis, nominatim περὶ τοῦ καθήκοντος, nobilitatem nactus, de quo cf. Cic. de Offic. I, 2. et III, 2. — *Socrat. domum*, sectam Socratis. Cf. infr. III, 21, 9. Epist. ad Pis. 310. — *Iberis*, ex ferro praenobilissimo atque optimo, Hispano, Hispania nempe ferro ditissima est, confectis. — *meliora pollicitus*, videbaris philosophus procul dubio meliora praestare. Nunc miles factus peiora secutus es.

O Venus, regina Gnidi Paphique,
Sperne dilectam Cypron, et vocantis
Ture te multo Glycerae decoram
Transfer in aedem.
Fervidus tecum Puer, et solutis
Gratiae zonis, properentque Nymphae,
Et parum comis sine te Iuventas,
Mercuriusque.

CARMEN XXXI.

AD APOLLINEM.

ARGUM. *Quum Augustus A. V. DCCXXVI templum Apollinis in Palatio dedicaret, (vid. Dio LIII, 1.) solemnitatem huiusce diei festi populus Romanus et publice et privatim celebrabat. Horatius qui fortasse permultos e gente Romana in templo sacrificia Apollini devovere videbat, quibus vitam beatiorem, magnam fortunam ac rem sibi expeterent, Deum alloquitur hisce verbis: „quid vates Apollinem orare debeat?“ Neque aurum, neque argentum, nec opes, nec latifundia, neque alia, quibus vulgo censetur humana felicitas, sed res tantum ad vitam sustentandam pernecessarias, tum animi et corporis sanitatem, honestam denique senectutem poeseos studio beatam.*

v. 1. *Cnidus* hic et alias scribi insulae nomen possit, quod Graece est *Κνίδος*. Sed, forte quod graecum *κν* ab initio mollius eloquerentur Romani, constanter optimi libb. antt. et editt. vett. exhibent *Gnosus* et *Gnidus*. v. Torr. Itaque sic edidit Ianius. — 3. *Ture multo te* emend. vir doct. ap. Cun. *Ture, te multum* Cun. ut coniungantur *multum decoram.* — 7. *Iuventus* Alt. 1.

---

v. 1. *regina Gnidi*, *ἄνασσα*, *μεδέουσα Κνίδου*, *Gnidus* urbs Doridis in Caria, Veneris religione eiusque simulacro a Praxitele sculpto celeberrima. Praeerat quoque ut dea tutelaris Gnido. Ceterum vid. Pausan. Attic. I, 20. Plin. XXXVI, 5. — *Paphus*, Cypri oppidum, Veneris cultu satis celebratum. cf. Virg. Aen. X, 51. et I, 415. — *Sperne*, relinque. *Sperni* dicuntur quae aliis rebus postponuntur. — *vocantis te ture multo*, te invitantis ad lautiora in tui honorem adolenda sacrificia. — *transfer*, confer te. — *aedem*, domum, *decoram*, propter munditiem et nitorem. Debebat tota domus die festo exornata esse.
v. 5—8. Venias, precor, cum Amore, Gratiis, Nymphis, Iuventate et Mercurio. — *fervidus*, *λάβρος Ἔρως*. Est enim Amor puer animosus. Sic *fervidi iuvenes* infr. III, 13. — *Gratiae*, perpetuae Veneris comites; *σὺν γὰρ ὑμῖν (Χάρισι) τὰ τερπνὰ καὶ τὰ γλυκέα γίνεται πάντα βροτοῖς*. cf. supr. I, 4, 5. Hom. Hym. in Ven. v. 61. — *solutis zonis*, discinctae, sine zonis, quod ad Gratiarum negligentiam amabilem referendum. — *Iuventas*, *Ἥβη*, quae in Veneris comitatu apparet apud Hom. Hym. in Apoll. 195. — *parum comis sine te*, inversa oratione, pro, quae propter te maius accipit decus, magisque venusta apparet. — *Mercurius*, comes Veneris propter *εὐεξίαν*, I, 10, 4, vel quod malim, propter facundiam et vim persuasivam amoris. *M.* Apul. Met. VI. p. 93. *Scis, sororem tuam Venerem sine Mercurii praesentia nil usquam fecisse.*

Quid dedicatum poscit Apollinem
Vates? quid orat, de patera novum
Fundens liquorem? Non opimas
Sardiniae segetes feracis;

v. 1. *dedicatus*, i. e. carmen seculare scribere iussus, emend. Anchersen. Placeat cui potest, inquit Gesn. *possit* quidam, ex errore.
2. *quod orat* Locher. — 3. *opimae S. segetes feraces* sex Lamb. sex Torr. quatuor Pulm. Lipss.' Altt. Dess. 2. Fran. et sic fere antt. editt. item Cruqu. Bentl. Cun. Iones. Sed *opimas S. s. feracis* tres Vatt. Lamb. quidam Torr. Mentel. antiquus Fabric. Quis non ad hoc amplectendum impetu quodam feratur, cum multo suavior, concinnior et poetae convenientior sit ea epithetorum collocatio. Itaque et sic T. Fab. Ro. et H. Steph. Heins. Dacer. Baxt. Sanad. probantque Burm. (praefat. Hor.) et Markland. ad Stat. Silv. p. 225. Prior lectio facile enasci potuit ex ambigua codicum scriptura *feracis*, quod pro accusativo accipi et cum *segetes* facile coniungi poterat. Vnde et nata inepta lectio *opimas.* — *feraces* in quibusdam editt. antt. ut Venet. 1590. Vascos. *feraces* Cod. Guelf. et Cod. Goth. (Ceterum Fea praefert *opimae.*)

---

v. 1—3. Orditur quidem poeta, quasi dubitet, ac secum ipse deliberet, quae maxime sibi hoc festo die ab Apolline expetenda sint. Finge tibi Horatium ex media quasi turba precantium et certatim variis votis Apollinem fatigantium in haec, quibus carmen exorditur, verba erupisse: *Quid dedicatum poscit Apollinem vates?* h. e. at quid ego peto ab Apolline, cui hodie templum consecratum est? Pro *ego* significanter posuit *vates*, ut ostendat, se pro eo, quod sibi poetae insit, ingenio longe distare ab humiliore sentiendi ratione populi, rebus vanis atque inanibus felicitatem humanam metientis. — *Quid dedic. posc. Apoll.*] Apollinem, cui templum excitavit dedicavitque Caesar Augustus in Palatio, ut scribit Sueton. eodemque loco bibliothecam libris omnibus instructam. Hor. epist. I, 3, 16 sq. *et tangere vitet Scripta, Palatinus quaecunque recepit Apollo.* et lib. II, 1, 216. *si munus Apolline dignum Vis complere libris.* [*L.*] — *Dedicatur* deus, absolute, qui inter deos *ἐγχωρίους* recipitur, institutis ei publice certis sacris, caeremoniis, sacerdotibus, erectaque ei ara et templo; etiam is, cui iam recepto nova tantum appellatione, ut h. l. Apollinis, *Palatino* nova aedes ac nova sacra instituuntur. Sic Ovid. Fast. VI, 637. *te quoque magnifica, Concordia, dedicat aede Livia*, cognomine *Virilis* s. *Martialis.* Sic Tiberius *Apollinem Temenitem viderat per quietem affirmantem sibi, non posse se ab ipso dedicari.* Suet. in Vita Tiberii. Illud etiam *consecratio* dicebatur. Utrumque adhibuit Cic. Nat. Deor. II, 23. *ut Fides, ut Mens, quas in Capitolio dedicatas videmus proxime a M. Aemilio Scauro; ante autem ab Atilio Calatino erat Fides consecrata.* cf. Id. de Leg. II, 28. — v. 2. *Paterae* sollennis mentio in libationibus. vid. III, 5, 33. — *liquorem*, in re sacra, vinum, *laticum libare honorem* Virg. Aen. I, 736. *laticem sacrum* Sil. VII, 164. — *novum*, hornum, nam vino horno libari, ut *horna fruge immolari* III, 5, 3. solebat. Petron. c. CXXX. nostri loci fortasse memor, *spumabit pateris hornus liquor.* cf. supr. I, 19, 15. *patera bimi meri.* Carm. Lib. IV, 5, 33. *te prosequitur mero Defuso pateris.* — v. 3—4. Alii, inquit, aurum optant, alii possessiones, fundos et praedia; mihi autem detur, posteaquam meis civibus placuerim, res laudabiles laudibus affecerim, iniustas et improbas vituperarim, ossa terrae mandare. Pind. Nem. VIII, 63.: *χρυσὸν εὔχονται, πεδίον δ' ἕτεροι ἀπέραντον· ἐγὼ δ' ἀστοῖς ἁδὼν χθονὶ γυῖα καλύψαιμι.* — *non* latas agrorum possessiones, latifundia, *οὐ στέργω βαθυληΐους ἀρούρας, οὐκ ὄλβον πολύχρυσον, οἷα Γύγης, αὐτάρ-*

Non aestuosae grata Calabriae
Armenta; non aurum, aut ebur Indicum,
Non rura, quae Liris quieta
Mordet aqua taciturnus amnis.
Premant Calena falce, quibus dedit
Fortuna, vitem: dives et aureis

v. 9. *Calenam*, ut ad *vitem* referatur, emend. Bentl. et sic Cun. Sau. Anchersen. probante Burm. Qui sermonis poetici gnarus est, is vulgatam praeferet. Iani. Sed vid. nos in Spec. I. — *Promant Calenam a faece* coni. ap. Iones. — *Premant Caleni* coni. Cun. — 10. *dives et aureis* vulgaris lectio. Sed *dives ut* Porphyr. Bentl. 1. a m. pr. et 2. qui et sic dedit, quamquam in nota praefert *et* ob male intellectum *reparata*. *et dives aureis* Cod. Guelf. Librarius *et* levi ex errore ante *dives* ponere poterat.

χους ἔραμαι βίον. — *opimas segetes*, pingues agros, *πίονας ἀγρούς*, sic *seges* pro agro apud Tibull. I, 3, 61. *Fert casiam non culta seges*; recte vero explicatur de frugum ubertate, nam ex opimis segetibus uberrima frugum copia colligitur. Quae ratio h. l. explicandi per se simplicissima ac verissima. — *Opimum* Varro et Festus ab Ope deducunt, Saturni uxore, quod ipse agrorum cultor habetur, a satu nominatus, tenensque falcem effingitur, quod est insigne agricolae. Unde *spolia* quoque, quae dux populi Rom. duci hostium detraxit, *opima* dicuntur. Horatius supra I, 17, 11. *Larissam opimam* dixit. — *Sard. ferac.*, de Sardiniae fertilitate vid. Mel. II, 7. Val. Max. VII, 6.

v. 5. *armenta Calabriae*, quae in Calabria pasci solent. Frequens enim erat illa regio pascuis, *εὔβοτος* inde dicta Straboni L. VI, 431. cf. Plin. H. N. III, 11. Hor. Epod. I, 27. — *aestuosae*, solis ardore torridae, sic supra Carm. XXII, 5. *Syrtes aestuosas* appellat. — *grata*, sc. dominis, quos suaviter delectat magnorum armentorum possessio. *Calabriae*, ob egregia enim huius regionis pascua alebant ibi beatiores armenta et greges. — *ebur Indicum*, ad magnificentiam apud veteres pertinebat inprimis suppellex affabre ex ebore facta; in summo autem pretio fuisse *ebur Indicum* docet *Cerda* ad Virg. Georg. I, 57. *India mittit ebur*. — *Liris*, alias *Glanius*, hodie *Garigliano*, fluvius, Latium et Campaniam dividens (Strab. V, 237. Plin. III, 3.), cuius ab utraque ripa fertilissima, amoenissimaque rura ac nobilissimae vineae, quod ipsum inprimis ad sequentium versuum sententiam poetam perduxisse videtur. *Liris* mendose scribitur per *y* in quibusdam Codicibus. *Lamb.* — *mordet*, *ξαίνει*, *ὑποξύει*, terram alluens; similiter *rodere* apud Lucret. V, 257. *et ripas radentia flumina rodunt*. supr. Carm. I, 22, 6. *lambit*, et infr. II, 3, 18. *lavit*. — *taciturnus et quieta*, de leni eius cursu. Sil. Ital. IV, 350. *Liris qui fonte quieto dissimulat cursum, ac nullo mutabilis imbri perstringit tacitas gemmanti gurgite ripas*.

v. 9—16. *Premant. Cal.* cett. alii in Campania possideant colantque vineas. *Premant*] amputent presso pollice, vel uvas cultello abscissas in torculari calcent et premant. Sic fere Virg. Georg. I, 157. et *ruris opaci Falce premes umbras*. — *falce premere vitem* est: inutiles vitis ramos amputare, quod dicebatur *putatio*; unde *falx* ipsa dicta est *putatoria* apud Pallad. I, 43. cf. *Vossius* ad Virg. Georg. II, 362. — *Vand.*: Bentley et d'autres ont aussi voulu corriger ce vers: ils lisent *Calenam* au lieu de *Calena*. J'avoue que la faux de Calès pour la vigne de Calès est une expression hardie; mais elle n'en convient que mieux à la poésie lyrique. La leçon vulgaire que j'ai suivie est celle de tous mes Mss. — *quibus dedit fortuna*, quibus hoc datum

Mercator exsiccet culullis
Vina Syra reparata merce,
Dis carus ipsis; quippe ter et quater
Anno revisens aequor Atlanticum

v. 11. *cululis* duo Torrent. Dess. 2. Locher. Venet. 1492. *culillis* Gott. *curutis* Brod. Sunt errores. *calillis* (a *calix*) coni. H. Steph. — 12. *pretiata merce* coni. With. *Syrae aere parata mercis* coni. ap. Ion.
14. *Atlantidum* unus Bland. Cruqu. *vina reparata* Scholiastes recte *commutata*, *emta* interpretatus est. Vt enim *aliquid aere parare* (Serm.

---

est, quibus licet. Adiectum hoc a poeta, ut invidiae se expertem profiteatur. — v. 10. Mes Mss. se partagent: les uns portent *et*, et les autres *ut*. J'ai encore suivi la leçon vulgaire, qui me semble préférable pour le sens. En adoptant l'autre, il faudroit traduire: „Que celui à qui la fortune a donné les vignes de Calès les émonde, afin que le marchand etc.“ *Vand.* — *exsiccet*, exquisite pro haurire, ebibere; nam proprie exsiccantur cululli, ut infr. I, 35, 27. *cadi siccati* pro: epoti. — *cululli* teste Porph. proprie sunt calices fictiles, quibus utebantur Pontifices virginesque Vestales, urceoli. Grandius poculum ansatum, initio fictile, nec nisi in sacris, tum et aureum, in conviviis regum ac divitum usitatum, unde biberetur. Epist. ad Pis. v. 434. *Reges dicuntur multis urgere culullis Et torquere mero* etc. *Vand.* *Culullus* est, selon Turnèbe, un diminutif de *culeus*, qui signifioit une outre de vin. Ce diminutif désignoit une coupe encore assez vaste dont on ne connoît pas au juste la capacité. — v. 12. *Vina Syra reparata*] Franc. Duarenus, iurisconsultus clarissimus, qui nuper morte immatura nobis ereptus est, lib. I. animadv. disputat. h. l. sic explicat: *vina quae sint empta nummis ex venditione Syrae mercis refectis*, idque confirmat testimonio veterum iurisconsultorum, apud quos *parare* pro *emendi* verbo in usu est. Sic et M. Tullius Cicero usurpat cum alibi, tum in Orat. pro Flacco: 29, 71. *Si tam te Crassi agri delectabant, hic alicubi in Crustumio aut in Capenati paravisses*. Hor. Serm. II, 3, 129. *servosve tuos, quos aere pararis*. quemadmodum autem *redimere* pro eo, quod est emere, ponere solemus: ita et *reparare* pro parandi verbo ab Horatio usurpatum est; vel *reparata* dictum est pro permutata, quod idem valet, ut supra docuimus. [*L.*] — *reparata*, pro verbo simplice *parata*, h. e. empta. *Syra merce*, intellige aromata, unguenta cett. ex India et Arabia in Syriam et inde Romam deportata; mercator nempe, cum mercatura apud veteres in mercibus praecipue permutandis (*Tauschhandel*) versaretur, pecuniae loco mercem pro vino dedit. Fortasse Horatius cum delectu et accommodate ad merces, quae permutantur, iam posuit *reparare*; nam qui pro data aliqua merce aliam recipit, pretium oblatae rei accepta alia eiusdem pretii re quodammodo *reparat*. *D.* — v. 13. *Dis carus ipsis*, diis ipsis curam eius gerentibus, divitias ei largientibus, antiqua notione. Hom. Il. β', 668. *ἠδὲ φίληθεν ἐκ Διός, — καί σφιν θεσπέσιον πλοῦτον κατέχευε Κρονίων*. — *Dis* etc.] argumentum est a consequentibus. Ter et quater in anno mare Atlanticum salvus navigat: ergo Diis carus est. Fieri enim non potest, ut quisquam tam secunda navigatione utatur sine Deorum immortalium beneficio ac benignitate: quemadmodum neque cuiquam res adversae sine eorundem ira aut certe voluntate accidunt. Quod ita esse ostendit Theognis [v. 121 sq. Welck. 165 sq. Br.] *Οὐδεὶς ἀνθρώπων οὔτ' ὄλβιος, οὔτε πενιχρός, Οὔτε κακὸς νόσφιν δαίμονος, οὔτ' ἀγαθός*. [*L.*] — v. 14. *impune*, absque iactura, sine naufragio (cf. I, 17, 5.) saepius quotannis mercaturae faciendae causa vel *aequor Atlanticum*, litora Africae et Hispaniae, maxime fretum Gaditanum *revisit*, adit,

Impune. Me pascant olivae,
Me cichorea, levesque malvae.
Frui paratis et valido mihi,
Latoë, dones, et, precor, integra

II, 3, 129. Groebel. Obsersv. in script. Rom. class. Spec. III. p. 6.), sic etiam *vina merce parari* recte dicuntur. De reliquis, quae ad h. l. ad- didit Iahnus, Vir doctus Lipsiensis, vid. ipse in annot. p. 225.

v. 15. *pascunt* vulgo. Sed *pascant* cum quidam Mss. ut Bentl. 7. Alt. uterque, tum duae edd. Colinaei, Venet. 1549. et tres aliae, teste Cun. Itaque sic dederunt Bentl. Cun. Exquisitior hinc oritur conversio sen- tentiae et aptior ἀντίθεσις in *premant-pascant*. Argutatur Sanad. vul- gatam defendens. *pascunt* Cod. Guelf. et Cod. Goth. — 17. *et valide* coni. ap. Iones. *O valido* Fabr. *at valido* duo Bersm. — 18. *at, precor,* Acr. libri Bentl. Mentel. Venet. 1492. Ascens. Basil. 1527. 1531. Locher. Fabr. Tor-

---

sicque ex crebra mercium permutatione maximum lucrum capit. *Ae- quor Atlanticum* poeta posuit tanquam remotissimum, (ut *Hesperia ul- tima* I, 36, 4.) etsi ultra Gades Romani vix navigaverint.

v. 15. Tous mes Mss. portent *pascunt*, qui est la leçon vulgaire. Je ne saurois excuser ceux qui lisent *pascant*. Sanadon observe que des olives, des mauves et de la chicorée, seroient, pour notre poète, l'ob- jet d'un bien mince souhait. Mais cela ne prouveroit rien, puisque en effet il s'en contente. Ce qui prouve qu'il n'avoit pas besoin de demander aux dieux cette frugale subsistance, c'est qu'on voit dans la strophe suivante, ***Frui paratis***, qu' il étoit en état de se la procurer. Horace professe encore cette même frugalité dans la Sat. VI, du liv. I, v. 114 et suiv. ***Vand.*** — ***cichoreum***, κιχορεῖον, κιχώριον, nos: ***Endivie***; ***cichorea*** est numeri multitudinis, ***e*** ex diphthongo graeci verbi ει longo. — ***malvam***, μαλάχην, plantam corpori saluberrimam, cf. Epod. II, 57. ***gravi Malvae salubres corpori***, h. e. alvum adstrictiorem levantes. — ***Latoe***, Λητῷε, fili Latonae, Apollo, dones, δός, da ***mihi et valido quoad corpus et integra cum mente***, ἁγνῇ ψυχῇ, animo ab omni scelere puro, σωφρονοῦντι, ***frui paratis***, da ut corpore atque animo valens fruar pa- ratis, τοῖς οὖσι, partis. In hanc sententiam Mitscherlichius affert lo- cum ex Menandri Κόλακι apud Athen. XIV, 22. p. 659. — εὐχώμεθα Ὀλυμπίαισι, πᾶσι, πάσαις — διδόναι σωτηρίαν, ὑγίειαν, ἀγαθὰ πολλά, τῶν ὄντων τε νῦν ἀγαθῶν ὄνησιν. Alii post Acronem ***parata*** exponunt, quae in promptu sunt omnibus, τὰ εὐτελῆ, quo sensu etsi h. v. recte adhiberi potest, rationi tamen totius carminis, qua se divitiarum causa vota facturum negat, alter modus magis convenire videtur, cum hic ad proxime antecedentia tantum referri possit. ***M.*** — ***integra cum mente***] humanitatem ex homine exuit homoque esse desiit, tametsi hominis figuram et speciem gerat, qui sanae mentis non est. Nam neque homo quidquam in se ipsum mente melius habet et unusquisque nostrum mens est, ut docet Aristoteles in libris de moribus ad Nicoma- chum. Theognis autem nihil in nobis esse mente melius, nihil contra amentia gravius aut molestius, ita declarat, [v. 461 sq. Welck. 895 sq. Br.] Γνώμης δ' οὐδὲν ἄμεινον ἀνὴρ ἔχει ἐν γε ἑαυτῷ, Οὐδ' ἀγνωμοσύνης Κύρν' ἀνιηρότερον. Legendum autem ***et, precor, integra,*** non ***at precor.*** (L.) ***Vand.***: Presque tous mes Mss. lisent ***at precor***, comme les éditions antérieures à Lambin; je n'ai pas cru cette variante assez importante pour l'adop- ter; mais elle l'est assez pour que je la consigne dans cette note. Cruquius assure que ses Mss. portoient ***ac precor***, leçon que Bentley, Cuningam et d'autres encore ont suivie. — Quod vero explicationem Mitscherlichii attinet, quam supra de verbo ***integra*** adtulimus, consen-

Cum mente; nec turpem senectam
Degere, nec cithara carentem.

CARMEN XXXII.

AD LYRAM.

ARGUM. *Si coniecturae, levioris huiusce carminis sententiae habito re- spectu, locus est, videtur Horatius odarium hoc eum in finem com- posuisse, ut carmini gravioris momenti praeluderet. Ceterum car- minis argumentum magis casu, quam ratione aliqua oblatum esse vi- detur. Alloquitur enim ex tempore, ut nobis quidem videtur, lyram, ab qua carmen, quale cecinerit Alcaeus, poeta Lesbius, sibi expostu- lat, neque obscure Alcaei imitatorem se prodit. Quod interpretum opiniones ad totius carminis colorem atque indolem parum concinnas attinet, vid. Mitscherlichius in huius carminis argumento.*

Poscimur: — si quid vacui sub umbra

rent. Rutg. Iones. Baxt. *ac, precor,* omnes Cruqu. Venet. 1478. sed non, ut Bentleius vult, Acron; tum sic Bentl. Cun. Sanad. *et, precor,* Lambini lectio e suis; et sic Venet. 1590. T. Fab. Dacer. Steph. Heins. Burm. quod haud dubie praestat ad sententiam. *adprecor* emend. Marcil. ex IV, 15, 28. et inde, quod sacerdos precetur, populus adprecetur. Sane Lips. 1. *atprecor. et* scripsit Iahnus e Cod. Altorf. et edd. Venet. aliisque. Vulgo *at,* quod Bentleius non male in *ac* mutavit. — *at precor* Cod. Guelf. *et precor* Cod. Goth. Mox post *mente* distinctionem tollunt Bentl. Cun. ex edd. quibusdam antt. Sed interpunctionum quidem minorum ex libris antt. parum firmum est iudicium.

v. 1. *Poscimus* (sic Cod. Guelf. et Cod. Goth.) unus Blandin. et ceteri Cruqu. omnes Torrent. plerique Bentl. Altt. Lipss. duo, Dess. 2. Gott. Et sic Venett. Basill. Ascens. Landin. Locher. Zar. Flor. Lamb. Torrent. Heins. H. et Ro. Steph. Fab. Bentl. Cun. Dacer. Sed *Poscimur* Acr.

---

taneum esse nobis videtur, Doeringi quoque sententiam h. l. enarrare, quae nobis illa longe concinnior videtur. Equidem malim, inquit Cla- rissimus Doeringus, referre ad integrum mentis usum sive mentis sa- nitatem. Iuvenal. X, 356. ***Orandum est, ut sit mens sana in corpore sano.*** — ***nec turpem***, tristitia deturpatam, tristem, morosam, γῆρας ἀτερπές, λυπηρόν, adeoque senectutem hilarem, suavem, iucundam. Hinc perspicuitatis causa adiectum puta, ***nec cithara carentem***, quae adhuc cantu delectetur atque exhilaretur. Alii ***turpem*** vitiis vel per λιτότητα, honoratam; neutrum ad sensum carminis, αὐταρκείας notio- nem ubique ingerentis. ***M.*** Ad sententiam poetae Eurip. Her. Fur. 676 sqq. μὴ ζῴην μετ' ἀμουσίας, αἰεὶ δ' ἐν στεφάνοισιν εἴην· ἔτι τοι γέ- ρων ἀοιδὸς κελαδῶ Μναμοσύναν. Id. in Erecht. fragm. in Stob. Flor. Grot. p. 211. μετὰ δ' ἡσυχίας πολιῷ γήραϊ συνοικοίην, ἀείδοιμι δὲ στε- φάνοις κάρα πολιὸν στεφανώσας. E Theognideis spectant huc vv. 769. 770. τόδ' (σοφίης μελέδημα) αἰὲν ἔχων τερποίμην φόρμιγγι καὶ ὀρχηθμῷ καὶ ἀοιδῇ καὶ μετὰ τῶν ἀγαθῶν ἐσθλὸν ἔχοιμι νόον.

---

v. 1. ***Poscimur***, saepius fit, ut ad canendum provocemur. Videtur Horatius casum quendam respicere, quo ad canendum provocaretur. Ita- que haec in verba subito erumpit: ***Poscimur*** cett. Utrum Augustus an Maecenas an amicus quidam poetam ad canendum impulerit, haud liquet; sed fuisse aliquem, qui Horatio rem quandam, carmine celebrandam,

Lusimus tecum, quod et hunc in annum
Vivat, et plures, — age, dic Latinum,
Barbite, carmen,
Lesboo primum modulate civi;
Qui, ferox bello, tamen inter arma,

„poscebatur dicta sua edere“ Porph. „exigitur a nobis, ut canamus“ Serv. ad Virg. Ecl. I. Commentator item tres Blandd. Cruqu. Mentel. quidam Bersm. fere omnes Lambini, ut ipse fatetur, Marcil. ex membranis. Canter. Nov. Lectt. V, 12. ex vet. cod. Brouckhus. ad Propert. IV, 1, 76. ex membr. Graev. Bentl. 1. a m. pr. 2, 7, 8. Sax. Lips. 3, 4. Et sic Fabr. Cruqu. San. Iones. Baxt. Gesn. Quae lectio multo etiam plus energiae et poetici spiritus habet. — *si qui* unus Bersm. — *sub antro* Bentl. ex uno suo 10, multis exemplis probans, poetam posse sub *antro* ludere; eumque sequitur Cun. Quae rara, cara, inquit Iones.
v. 2. *per annum* Mentel. e glossa. — *adhuc* Cod. Guelf. — 3. *durat* Lips. 1. — 5. *cive* Lips. 4. — *modulare* Cod. Guelf.

---

proponeret, ex voce *poscimur* satis probabiliter colligi posse videtur. Nam si Horatius sponte vel ipsius animi impetu ad lyram tractandam impulsus fuisset, vix *poscimur* dixisset. Quemadmodum autem Horatius *Carmini Saeculari*, Augusti auctoritate composito, singulari carmine (IV, 6.) praelusit, ita hoc quoque alii cuidam gravioris argumenti carmini, v. c. duobus illis carminibus, quibus, Augusto poscente, Drusi et Tiberii victorias celebravit, (IV, 4. IV, 14.) praelusisse videri potest. *D.* — Lectio *Poscimus*, a Bentleio in textum recepta, quamvis sensum loco haud alienum praebeat, tamen eam in textum recipere non ausus sum. *Vand.:* L'accord presque unanime de mes plus anciens Mss. et des meilleurs éditions, en faveur de la leçon *poscimur*, ne m'a pas permis de suivre la leçon vulgaire *poscimus*, quoiqu' on ne puisse rien alléguer contre le sens qu'elle présente. — Non est dissimulandum, in omnibus fere libris manuscr. reperiri: *Poscimur.* (*L.*) — *vacui*, otiosi, nota interlinearis in Codice Gothano, qui notas explicationis causa in margine adscriptas a manu scilicet secunda exhibet. Quum ad lyram carmina olim canerentur, ratio in promptu est, cur is, qui carmen scribit, lyram pulsare et lyra, quae illud numeris refert, ipsum carmen modulari, fundere dicatur. Idem color in Sapphus fragm. *ἄγε μοι, δῖα χέλυ, φωνάεσσα γένοιο.* Theogn. 739. *φόρμιγξ δ' αὖ φθέγγοιθ' ἱερὸν μέλος ἠδὲ καὶ αὐλός.* — *Si quid* olim cecini *tecum*, tuas fides pulsando, quod in hunc et plures in annos *vivat*, duret, permaneat, dignum adeo, quod ad posterorum memoriam perveniat, quod perpetuo placeat. Infr. Epist. I, 19, 2. *Nulla placere diu, nec v i v e r e carmina possunt.* Liv. XXXIX, 40. de M. Porcio Catone: *v i v i t immo vigetque eloquentia eius, sacrata scriptis omnis generis.* vid. Drakenb. ad h. l. — *sub umbra*, praeclare ad exornandam vocis *vacui* imaginem adiectum. — *ludere* alias de carminibus levioris argumenti, hic vero de quibusvis intelligendum. — *tecum*, Apollon. Rhod. II, 161. *ὕμνος φόρμιγγι συνοίμιος.* *Latinum*, nam id barbiton Alcaeo olim dixerat carmina Graeca. — v. 5. *barbitos Alcaei* dicitur, uti fides *Teïa*, quae carmina Anacreonteis similia, *λύρα Ὁμήρου*, quae epica refert. — *modulate*, non passive accipiendum, sed supplendum est: *carmina*, quemadmodum enim vers. antec. barbiton *carmen dicere* Horatio, ita olim ille *modulatus esse carmina* dicitur *civi Lesbio*, Alcaeo. *D.* Proprie modulatur lyra poeta, qui eam pulsat, tum exquisitiore ratione et ipsa modulari dicitur, quae *modos dicit* (III, 11, 7.) *carmen dicit*, quo eodem orationis colore versu proximo usus fuerat.
v. 6. *Tamen* cett.] omisit alterum *sive*, ut supr. 3, 16. *tollere seu*

Sive iactatam religarat udo
Litore navim,
Liberum et Musas, Veneremque, et illi
Semper haerentem Puerum canebat,
Et Lycum, nigris oculis nigroque
Crine decorum.
O decus Phoebi, et dapibus supremi
Grata testudo Iovis, o laborum

v. 7. *humido* Locher. ex *hudo*. *udam* Mentel. — 11. *Lycon* Cun. *Lycen-decoram.* coni. ap. Iones. — 14. *o dapibus* mallet Cun.

---

ponere vult freta. hoc modo: sive inter arma, id est, sive esset in castris, sive in aliquo portu constiterat a longa et difficili navigatione conquiescens. Constat autem Alcaeum virum militarem et bellicosum fuisse. Gessit enim bellum cum Atheniensibus et maxime cum tyrannis; nam Pyttacum tyrannum Mitylenis expulit. Carm. lib. II, 13, 30. *Vtrumque sacro digna silentio Mirantur umbrae dicere, sed magis Pugnas et exactos tyrannos.* — *Qui, ferox bello*, bellicosus, *αἰχμητὴς ὤν, πολεμικὸς γενόμενος* (ut Athen. de eo L. XIV. p. 623.) *inter arma* sive terrestre bellum gereret, *sive navim* ventis *iactatam*, quae altum non amplius tenere posset, *religarat*, alligarat, (de hoc verbi *religare* usu loquendi adi Gronov. Diatrib. Stat. c. XXXIV. et Valken. ad Hippol. 752. adde Lucan. Phars. VII, 860.) — *Liberum*, spectant haec ad Alcaei *ᾄσματα παροίνια*, quorum fragmenta nonnulla servavit Athen. IX, 8. p. 430. — v. 10. *Puerum*, *παῖδα*, filium *semper haerentem* Veneri, adhaerentem, assiduum Veneris comitem, Cupidinem. Neque ab hoc loco alienum, neque fortasse omnibus nota illa est fabula apud Platonem in symposio, qua novam rationem affert, cur Veneri semper adhaereat Cupido. Scribit igitur Plato, nata Venere Iovem natalitia Diis praebuisse, atque in eo convivio cum ceteros Deos, tum Porum Metidis filium interfuisse, illum autem largius aequo potum nectareque ebrium in Iovis hortos introivisse ibique obdormivisse; Peniam vero, (paupertatem Latini dicunt) quae ad illud convivium mendicandi gratia venerat, insidias Poro egestate coactam struxisse et propter illum cubuisse, ut ab eo (si modo id consequi posset) gravida facta filium pareret; illam igitur a Poro compressam esse atque ex eo concubitu gravidam factam Cupidinem peperisse: inde evenisse, ut Cupido Venerem potius, quam matrem sequatur, illique ministret. Iam cum omnes fere Cupidinem Veneris filium faciant, Sappho ab aliis dissidens e caelo et terra natum fingit, ut scribit Interp. Apollon. in lib. 3. Argon. — v. 11. *Lycum*, Alcaei amasium, *nigris oculis dec.*, *ἰοβλέφαρον*, cf. Anacr. 29, 4. — *Lycus*, haud dubie puer Alcaeo amatus et decantatus, ut Anacreonti Bathyllus. Nigros oculos veteres in pueris et puellis laudabant. — *decus Phoebi*, *ἄγαλμα*, lyra, gestamen Phoebi, insigne et ornamentum Apollinis. Pindar. Pyth. α', init. *χρυσέα φόρμιγξ, Ἀπόλλωνος καὶ ἰοπλοκάμων σύνδικον Μοισᾶν κτέανον.* — *grata dapibus*, adhibita in conviviis Deorum; res ab heroicis temporibus ad Deos traducta. Hom. Il. α', 601. *Ὣς τότε μὲν πρόπαν ἦμαρ ἐς ἠέλιον καταδύντα Δαίνυντ', οὐδέ τι θυμὸς ἐδεύετο δαιτὸς ἐΐσης, Οὐ μὲν φόρμιγγος περικαλλέος, ἣν ἔχ' Ἀπόλλων, Μουσάων θ', αἳ ἄειδον ἀμειβόμεναι ὀπὶ καλῇ.* Pind. Nem. ε', 42. *ἐν δὲ μέσσαις φόρμιγγ' Ἀπόλλων ἑπτάγλωσσον χρυσέῳ πλάκτρῳ διώκων.* Hinc *φόρμιγξ δαιτὸς ἑταίρη* Hom. Hymn. in Merc. 31. — *supremi*, *ὑψίστου, ὑπερτάτου.* — *lenimen laborum* potest esse, cuius cantu deleniti labores minus sentimus, ut II, 13, 38. Sed simplicissimum fuerit, accipere, o

Dulce lenimen, mihi cunque salve
Rite vocanti.

CARMEN XXXIII.

AD ALBIVM TIBVLLVM.

Argum. *Horatius Albio Tibullo, graviter de Glycerae perfidia querenti, suadet, ne plus nimio doleat, Glyceram amore suo alium adhuc iuvenem sectari, eumque sibi praeferre. Communem enim amantium sortem esse dicit, quod fere semper ab disparibus, qui et animi indole et corporis forma ipsis sint dissimiles, se amari cupiant. Qua sententia suaviter ac praeclare exemplis adumbrata, se ipsum tanquam rei exemplum ad finem carminis proponit. Ceterum consentaneum esse nobis videtur, Doeringi, Viri Clarissimi, qui nonnulla de Tibullo sua in editione adnotavit, Mitscherlichium, ut videtur, secutus, sententiam hic enarrare. „Scriptum hoc carmen esse in nobilissimum poetam Tibullum, ne dubita, nam is, si quis alius, decantavit elegos* m i s e r a b i l e s, *h. e. mollissimi animi sensus egregie exprimentes, et querelas passim de perfidia vel Deliae vel Nemesis vel Neaerae vel Pholoes, (quarum unam sub ficto nomine* G l y c e r a e *latere magis, ut credam, adducor, quam ut Glyceram in deperditis Tibulli carminibus fortasse celebratam esse existimem), continentes. — Tibullum autem pariter ac Virgilium dignum ab Horatio, quem singulari amore complecteretur, habitum fuisse, quis sibi non persuadeat? Ad eundem scripta est Epistola quarta libri primi.“*

Albi, ne doleas plus nimio, memor
Immitis Glycerae, neu miserabiles

v. 15. *mihi, cuique, salve* coni. Bentl. h. mihi et cuique alii. *mihi, cumque, salve, r. vocanti,* h. mihi et quicunque eum (Apollinem) vocarit; coni. Anchersen. *mihi nunc resolve* coni. Heum. *mihi cumque salve ut* (utcunque rite precanti) coni. Marcil. *lenimen* (pro quo satis falso nonnulli legunt: *levamen*) Cod. Guelf. et Cod. Goth.

---

lyra, quae cantus tui dulcedine animum laboribus fessum recreare soles; quae animum, curis fatigatum, recreas, *τερψίνοος.*

v. 15—16. Dacier et les autres ont raison lorsqu' ils expliquent *salve* par *fave;* mais Dacier a tort lorsqu' il s'écarte du sentiment ordinaire, qui rend *cumque* par *quandocunque*, pour le joindre à *mihi*, et traduire *mihi cumque* par: en quelque état que je sois, à quelque heure que je t' appelle. Le mot *rite* est emprunté des cérémonies religieuses: Horace demande à sa lyre de lui être favorable lorsqu' il l'invoquera selon les *rites* prescrits. *V a n d.* — *salve*, *χαῖρε*, laeta (vid. ad I, 2, 46.) propitia mihi sis, tanquam Dea; *cunque*, quandocunque te *rite vocem*, invocem, quotiescunque te, fides tuas pulsem. *M.* Vox *salve* sollennis tam in appellandis diis hominibusque, quos nobis propitios atque benevolos esse cupimus, quam in aliis rebus, quas nobis gratissimas iucundissimasque accidere significamus. *D.*

---

v. 1—4. Moderate feras, ne te supra modum excrucies, *memor*, *μεμνημένος*, *Glycerae immitis*, propter Glyceram *immitem*, duram in te, asperam, amorem tuum aspernantem. *M. mem. immit. Glyc.*, h. e. cogitatione de perfidia duri pectoris Glycerae animum tuum crucians. *D.* — *miserabiles,* quae immitem Glycerae animum permoveant, emolliant,

Decantes elegos, cur tibi iunior
Laesa praeniteat fide.
Insignem tenui fronte Lycorida
Cyri torret amor, Cyrus in asperam
Declinat Pholoen: sed prius Appulis
Iungentur capreae lupis,
Quam turpi Pholoe peccet adultero.

---

apposite ad naturam elegiaci carminis maxime Tibulliani. Locus praeclarus in Virgilii Georg. lib. IV, 511 — 516. quem hic adponamus: *Qualis populea maerens philomela sub umbra Amissos queritur fetus; quos durus arator Observans nido implumes detraxit; at illa Flet noctem, ramoque sedens* m i s e r a b i l e *carmen Integrat et maestis late loca questibus implet, Nulla Venus* cett. Liv. XXVI, 3. Id *cum per litteras* m i s e r a b i l i t e r *pro fratris capite scriptas petisset Fulvius* etc. — *cur*, propterea quod (Epist. I, 8, 10.) alius te *iunior*, (sic *iuniores quaerit adulteros* nova nupta III, 6, 25.) *praeniteat*, praeferatur, iuvenili forma gratior, acceptior sit Glycerae, quod alium nunc amet, *laesa* amoris pristini *fide* tibi data, te, quem constanter amaturam pollicita fuisset, neglecto. — *Cur*] ne supra modum doleas, quod tibi rivalis iunior anteponatur (haec enim verbi *praeniteat* vis est) seu, quod pluris fiat a Glycera, quam tu, id est, quod ei carior sit et gratior. (*L.*) — Pulchra Lycoris amat Cyrum, Cyrus Pholoen, sed ab hac spernitur. Comparant, quod ante oculos Horatio fuisse videtur, Moschi Id. ε', 1 sqq. *Ἤρα Πὰν Ἀχῶς τᾶς γείτονος, ἤρατο δ' Ἀχὼ Σκιρτητᾶ Σατύρω, Σάτυρος δ' ἐπεμήνατο Λύδαν. Ὡς Ἀχὼ τὸν Πᾶνα, τόσον Σάτυρος φλέγεν Ἀχώ, καὶ Λύδα Σατυρίσκον. Ἔρως δ' ἐσμύχει ἀμοιβᾷ.* adde Callim. ep. XXXIII, 5. *χ' οὑμὸς ἔρως τοιόσδε· τὰ μὲν φεύγοντα διώκειν οἶδε, τὰ δ' ἐν μέσσῳ κείμενα παρπέταται.* — *Insignem*] ostendit, quam misera sit amantium conditio, qui raro admodum pari voluntate mutuoque amore inter se respondent. Lycoris, inquit, Cyri amore incenditur, Cyrus a Lycoride abhorret, in Pholoen a se alienam propensior, quae eo tibi dico, ne forte doleas cett. Nam haec pendent et apta sunt ex superioribus etc. (*L.*) — *Insignem*, decoram (ut I, 21, 11. et 32, 12.) praeditam *tenui*, angusta, brevi *fronte*, pulchram omnino, nota poetarum ratione. Tenuem frontem apud veteres in honore atque laude fuisse passim scriptores antiqui testantur. Hinc et comam in frontem propectebant, ut *βραχὺ τῷ μετώπῳ μεταίχμιον* relinqueretur. Lucian. T. II. p. 441. ed. Reiz. adde Martial. IV, 41, 9. — *Cyrus* idem putatur, qui Tibullo *Marathus* audiat, quod is eiusdem Pholoes, celebris eius aetatis puellae, fastidia expertus sit; unde Tibull. I, 8, 69. *Oderunt, Pholoe, moneo, fastidia divi.* Sed plures amatores Pholoe superbe ac fastidiose habere potuit. *M.* Quod mihi prae reliquis probatur. — v. 7. *declinat in Ph.*, alienus a Lycoridis amore, Lycorida fastidiens inclinat, propensus est in Pholoen, sed *asperam*, ab ea vicissim fastiditus, spretus. Pholoe haud dubie eadem, quae III, 15, 7. *Chloridis* filia, et II, 5, 17. *fugax* dicta. — *sed prius Appulis* cett. laudant Aristoph. Pac. 1076. *πρίν κεν λύκος οἶν ὑμεναιοῖ.* Virg. Eclog. VIII, 26. *Mopso Nisa datur; quid non speremus amantes? Iungentur iam gryphes equis.* — *iungentur*, amore, honestiore vocabulo. *M.* Sic *Venerem cum trucibus feris iungere* dixit Tibull. I, 9, 76. cf. Heins. ad Ovid. Remed. Am. 407. — *Turpi*] quam Cyro amatori Pholoe gratificetur et morem gerat. sic infra amatorem, adulterum appellat, Carm. XXXVI, 18 sq. *nec Damalis novo Divelletur adultero.* — *turpem* autem accipe, non quod revera sit turpis, sed quod ei talis videatur, vel refer ad animi turpitudinem. (*L.*) *Peccet*, amori eius succumbat, votis

Sic visum Veneri: cui placet impares
Formas atque animos sub iuga aënea
Saevo mittere cum ioco.
Ipsum me melior quum peteret Venus,

v. 10. *visum est* unus Bersm. — 11. *animas* unus Bersm. Dess. 2. *aënea:* sic, non *ahenea,* scribendum, docent Gell. N. A. II, 4. Lamb. et Cruqu. ad n. v. item Drakenborch. ad Sil. VII, 642. — *aënea* Cod. Guelf. et Cod. Goth. — 12. *Ioco* cum Porphyr. Lambin. Wadio et Fea maiore littera scripsit Iahn. laud. I, 2, 34. *Saevo cum ioco,* vulgo interpretantur „crudeli oblectamento", in qua explicatione insolentior est usus praepositionis *cum,* qui tamen ex I, 34, 15. Epod. XVII, 37. Serm. I, 4, 7. I, 8, 50. satis defendi potest. Altera ratio alteri repugnare videtur; ego quidem dubito, an ratio, quam interpretes vel doctiorem vel exquisitiorem dicunt, huiusmodi in locis rectius sit praeferenda. — *ioco* (sic) Cod. Guelf. recte. Accedit Cod. Goth.

---

eius satisfaciat, vicissim eum amet; nam *peccare* poetis omnino est, amare. vid. I, 27, 17. — v. 10. *Sic*] sic loquebantur veteres in rebus parum secundis et casibus adversis. Virg. Aen. Lib. III. *Postquam res Asiae, Priamique evertere gentem Immeritam visum superis, ceciditque superbum Ilium.* Homer. Il. β', 116. *οὕτω που Διῒ μέλλει ὑπερμενέϊ φίλον εἶναι.* qui versus iteratur Il. ί, 23. Idem Il. ν', 226. *ἀλλά που οὕτω Μέλλει δὴ φίλον εἶναι ὑπερμενέϊ Κρονίωνι.* Est enim formula de rebus, quae, uti ex voluntate et decreto deorum constitutae sunt, ita fieri omnino debent. — *Cui placet*] sine dubio ex formarum aut animorum dissimilitudine nascitur amoris inaequalitas atque adeo alienatio ac dissensio, cum vel deformis formosam, vel senex puellam, vel quis alius ingenio et moribus disparem amat. Quoniam autem non saepe contingit, ut pares aetates, formae, naturae, mores, ingenia copulentur inter se et ad amandum sese applicent: idcirco quam plurimi exsistunt in amore naufragi et calamitosi et, ut Graeci appellant, *δυσέρωτες*, pauci admodum, quibus omnia ex animi sententia procedant. (*L.*) *cui placet*, quae solet homines *forma* atque *animo,* studiis, voluntate *impares*, plane diversos *sub iuga mittere*, domare, desiderium in iis excitare, facere, ut dispares (IV, 11, 31.) sectentur, sicque votorum nunquam fiant compotes. Pectus amore incensum a Venere dicitur perdomitum, adeoque subiugatum, imagine a bove, qui iugo subiectus est, petita, Graecisque ac Latinis perquam familiari. Hinc Venus s. *Cupido imperitare* amanti (Tibull. II, 3, 34.) et amans contra *Veneri servire* (Tib. II, 3, 30. IV, 5, 13.) dicitur. — v. 11. *Sub*] sub coniunctionem inaequalem ac disparem, duramque servitutem. Est enim durissimum servitutis genus, eam amare, quae aspernetur amantem. *Aënea* autem scriptum reperi in cod. Donati et Faërni sine adspirationis nota in secunda syllaba, quam scripturam secutus sum. Nam et Aul. Gell. lib. II, c. 4. testatur nomen *aëna* in libro mirandae vetustatis 2. Aeneid. [470.] scriptum fuisse sine adspiratione. Idem tamen adscribit adspirationis notam postea esse appositam. (*L.*) — *saevo cum ioco* saevum in modum sic iocata, amantes ludibrio habens, misere excrucians, amore iniecto, eius tamen potiundi spe negata. Similiter Fortunae, pro arbitrio agenti *ludum insolentem* tribuit Hor. III, 29, 50. et *iocandi saevitiam* Claudian. in Entrop. I, 25. Male *Iocum* deum intelligunt Porphyr. Lambin. alii. *M.* — v. 13. *melior*] cum ego ipse ab elegantiore et commodiore puella ultro expeterer, Myrtale tamen difficili, saevae, iracundae, a me alienae serviebam, quae mihi servitus erat iucunda. (*L.*) *melior Venus*, puella mollioris et mitioris ingenii; nam Myrtale, cui opponitur, fuit vehementior et iracundior. *Venus* pro:

Grata detinuit compede Myrtale
Libertina, fretis acrior Hadriae
Curvantis Calabros sinus.

CARMEN XXXIV.

ARGUM. *Poeta lyricus qualis Horatius argumentum huiusce carminis feliciter tractare poterat, in quo adumbrando alium permultas in difficultates et impedimenta incasurum fuisse, quis est qui neget? Quum enim sereno caelo poeta tonitru audivisset, animo vehementer perculso repente de deorum in res humanas potentia nonnulla secum reputare coepit, seque ab Epicureorum disciplina, quam adhuc secutus esse videtur, quamvis nullius in verba magistri iuraverit, quodammodo avertere, animumque ad deos pie colendos praeparare. Ceterum non omnino Epicureorum disciplinam Horatium deseruisse existimes, sed tantummodo eum probare voluisse, laborare Epicuri philosophiam errore quodam, quod Deos nihil curare homines statuat, affirmetque in caelo nubibus scilicet puro tonare non posse, quod vero horribiliter factum (φαινόμενον) Horatius se ipsum expertum esse dicit. Interpretum autem argutias de carminis sententia hic describere non attinet.*

v. 14. *continuit* Mentel. *retinuit* Venet. 1590. *grato — cum pede* Lips. 3, 4. Dess. 2. a m. pr. *Mirtale, Mirtala, Myrtile,* variett. Rectius *Myrtale, Μυρτάλη*, vulgare libertinarum cognomen, quod ex multis inscriptt. docet Bentl. Rectam huius verbi scripturam nostri Codices confirmant.

AD SE IPSVM: DE DEI POTENTIA ET FORTVNAE: vel tale quid inscribunt libb. vett. — „Conf. Ph. Chr. List. *Dissert. inaug. de poeni-*

---

puella, ut supr. I, 27, 14. — v. 14. *Grata*] id est, grata servitute. Duo inter se coniunxit propemodum repugnantia; nam vix credibile est, cuiquam servitutem et compedes esse gratas; et tamen hoc in amore evenit, quale est illud *γλυκύπικρον*. Ita autem gratae sunt amantibus compedes, ut servis dulcis est servitus sub eo domino, unde aliquid emolumenti sperant. Nam ut hi emolumenti spe capti dominorum saevitiam perferunt, sic illi dominarum suarum amore irretiti, unde sibi incredibiles voluptates promittunt, earum asperitatem aequo animo ferunt. Hic igitur nomen *compedis* servitutem significat, epithetum autem *grata* ei adiunctum declarat, amantes libenter et iucunde puellis iis, quarum amore devincti sunt, servire, quantumvis difficiles sint atque illiberales. Carm. lib. IV, 11, 23. *tenetque grata Compede vinctum.* Verbis propriis amantium servitutem et puellarum dominationem demonstravit Carm. lib. II, 8, 17 sqq. *Adde quod pubes tibi crescit omnis, Servitus crescit nova, nec priores Impiae tectum dominae relinquunt Saepe minati.* — *compes*, quae alias est dura et molesta, suavi oxymoro iam dicitur *grata,* quia ipsa servitus apud Myrtalen Horatio fuit grata. — *acrior*, iracundior, ferventior (nos: *ein Brausekopf, aufstürmend, emporstürmend*, sic Voss in vers. vernac.,) protervior, saevior; *fretis*, fluctibus, *Hadriae*, maris Hadriatici, quod ob litora utrimque nimis vicina, maxime procellosum. Sollennis cum eo comparatio animi iracundi et ferocis; cf. III, 9, 23.

v. 16. *Curvantis*] sese in Calabriam insinuantis; quod ad litus Calabriae, Virg. Aen. I, 161., *Frangitur, inque sinus scindit sese unda reductos.* Satis superque omnium constat prope tales sinus mare vehementissime fervere. Locum, quo id fieri solet, vernacule dixeris: *Brandung*.

Parcus Deorum cultor et infrequens,
Insanientis dum sapientiae

tentia Horatii philosophica ab insolito tonitru provocata. Giessae 1734. 4. et Dan. Gtl. Briegleb. disput. Od. 34. lib. I. *Horatii explicans atque illustrans.* Coburg. 1770. 4.“ Plerumque in annotationibus Viri Docti Lipsiensis, M. Iahni, ad Q. Horatium Flaccum huiusmodi opera ac similia laudata reperiuntur, de quorum argumento lector benevolus se ipse edoceat, quaeso. —

---

v. 1 sqq. Dicit, se, qui antea non satis pie neque religiose deos immortales coluerit, Cyrenaicae et Epicureae sectae praeceptis ac decretis imbutus, sententiam, consiliumque nunc necessario mutare, deorum metu non inani perterritum. *L.* Ego qui ceteris hominibus aliquamdiu rectius mihi sapere videbar, inveteratam illam ac penitus insitam de diis, eorumque in res humanas vi atque effectu opinionem tanquam vanam atque insulsam irridendo; nunc demum intelligo, quam perverso mentis acumine hoc fecerim, et in quo impio errore versatus sim. *Vand.:* Les Mss. B, E, φ confirment, dans leurs gloses ou dans le titre qu'ils donnent à l'Ode, l'opinion d'Acron et de Porphyrion, qu' Horace y témoigne son répentir d'avoir négligé le culte des Dieux. — Horatius *parcus deorum cultor* est, quod eos plane non colit, numen eorum divinum negligens, parum curans, utrum dii res humanas curent, an non. — *infrequens* autem idem significare videtur, quod „templa deorum non frequentare.“ Inde facile intelligitur, Horatium diis nulla fecisse sacrificia. — v. 2. *Insan.*] *consultus sapientiae* sic dictum, ut dicimus, iurisconsultus. *Sapientiam* autem *insanientem* intelligit Epicuream aut Cyrenaicam, quae praeter cetera docet, contemnere omnes religiones. Venuste autem *insanientem sapientiam* dixit Graecorum exemplo, apud quos crebrum est hoc genus loquendi. Eurip. in Hecuba, v. 607 edit. Matth. *νύμφην ἄνυμφον, παρθένον τ᾽ ἀπάρθενον.* Soph. in Aiace 665. Br. *ἐχθρῶν ἄδωρα δῶρα.* Oppianus *ἁλιευτ.*, *δῶρα δύσδωρα.* Sophocl. Oedip. Tyr. 1214. *γάμοι ἄγαμοι.* Idem in Electra 1154. *μήτηρ ἀμήτωρ.* Aristoph. *βίος ἀβίωτος.* Hom. Odyss. σ′, 73. *Ἦ τάχα Ἶρος Ἄϊρος ἐπίσπαστον κακὸν ἕξει.* Odyss. ψ′, 97. *μῆτερ δύσμητερ.* et illud: *ἁ χάρις ἁ βραδύπους, ἄχαρις χάρις*, quae cum alii Latini scriptores, tum Horatius noster multis locis est imitatus. Cic. Phil. I, 2, 5. *iidemque bustum in foro facerent, qui illam insepultam sepulturam effecerant.* *Insaniens sapientia*, *σοφία ἄσοφος*, dogma Epicureorum, providentiam tollens. cf. Serm. I, 5, 101. — *retrorsum vela dare*, retro navigare *cogor*, ut *iterem*, repetam, iterum ineam s. continuem *cursus relictos*, cursum, viam, a qua aberraveram. Quod vero lectionem a Bentleio propositam *iterare cursus relectos* attinet, Clarissimus Doeringus eam in edit. sua defendit, inquiens, *iterare cursus relectos* profecto non est, ut isti (adversarii) carpunt, cursus iteratos iterare, sed cursus relegendo repetere, ut *flexos arcus incurvare* apud Virg. Aen. V, 500. pro: flectendo arcus incurvare; de locutione proba et usitata *relegere campos, vias, iter, spatium, aequora, cursus*, multa exempla in medium protulit Bentleius, (quibus scilicet nullo in loco ad sententiam suam stabiliendam caret). Recte gitur et eleganter Horatium atque *iterare cursus Cogor relectos* scribere potuisse, (sane *potuisse*, at non scripsit) nemo, qui latinae linguae indolem penitius perspectam habet, dubitat. Nos quidem quamvis nihil de hac re dubitantes, tamen lectionem vulgatam retinendam esse censemus, quam Doeringus, Vir Clarissimus, in Horatii editione IV typis excudendam diligenter curavit! — *Vand.:* Bentley, et Sanadon après lui, se sont mis en frais de raisonnement, et surtout d'érudition, pour prouver qu'il

Consultus erro, nunc retrorsum
 Vela dare, atque iterare cursus
Cogor relictos. Namque Diespiter
Igni corusco nubila dividens

v. 5. *relectos* emend. N. Heins. ad Ovid. Met. VIII, 173. et Adversar. II, 4. p. 236. et sic Bentl. San. probante Gesn. Sed „relectos cursus iterare“ nihil aliud esset, nisi „iteratos cursus iterare“ totaque dictio nil aliud, nisi, quod iam praecedit „vela retrorsum dare.“ Quanto melior vulgata lectio, quae procul dubio retinenda. — *relictos*, distincte exhibent Cod. Guelf. et Cod. Goth. — 6. *dividens, plerumque* distinguunt Venet. 1590. Ascens. Lamb. Fabr. Heins. Steph. Rutg. Fab. Dacer. Cun. Sed id absurdum praebet sensum. Recte itaque *dividens plerumque, per p.* cett. Bang. (Obss. philol. Vol. II. p. 1435.) Creech. ad Lucr. VI, 95. Talbot. Baxt. Bentl. San. Iones. et Lessing. Et videntur sic Scholl. Nam Acr. „qui nubilo caelo coruscare *consuevit*“ et Porph. „qui non nisi nubilo tonare *solet.*“

---

faut lire *relectos* au lieu de *relictos.* Leur érudition ne prouve rien, leurs raisons ont été réfutées; (Voilà qu'il est clair, que Mr. Vanderbourg ne connait pas l'édition d'Horace par Mr. Doering.) ajoutons seulement que tous mes Mss. portent: *relictos.* Mitscherlichii explicatio h. l. haec est: Nauta nimirum relictos cursus iterat, qui, cum cursum, v. c. Alexandriam versus primo dirigeret, mutato consilio Pelusium tendit, mox, improbato eo, Alexandriam rursus petit. Poeta igitur, qui providentiam primum statuerat, mox casum in rebus humanis dominari sibi persuaserat, se priorem nunc iterum amplecti sententiam insigni aliquo ostento coactum esse dicit. Eadem metaphora Graeci scriptores *ἀνατρέχειν, ἀναδραμεῖν* adhibent; vid. Gesn. ad Orph. Argon. 1202. et quos laudat Mitsch. ad h. l. — v. 5 — 8. Iovem enim prospicere terrarum orbi, eiusque vim ad omnes res pertinere evidentissimo argumento deprehendi. Sed hoc statim ponit poeta, et, quam inde cogit, providentiam deorum, specialibus notionibus declaratam subiicit. Scilicet quum ex prima admiratione hominum, quod tonitrua iactusque fulminum extimuissent, ea ab rerum omnium praepotente Iove effici crederentur, mox, quum nubes et ventos iis fere coniuncta observassent, istorum conflictum unicam istius phaenomeni causam haberent; facile eo deducti sunt, ut tonitru sereno caelo editum, cuius adeo vix ulla physica appareret ratio, ad deos auctores revocarent, atque ad commonefaciendos, terrendosque hominum animos excitatum sibi persuaderent. Hinc in ostentis atque prodigiis fere habitum antiquis temporibus. vid. Virg. Georg. I, 487. Lucan. I, 530. Seneca Thyest. 263. Iam. Hom. Od. υ′, 113. *ἦ μεγάλ᾽ ἐβρόντησας ἀπ᾽ οὐρανοῦ ἀστερόεντος, Οὐδέ ποθι νέφος ἐστί· τέρας νύ τεῳ τόδε φαίνεις.* Horatius igitur insolita hac re, ad tempus certe, perculsus atque attonitus se revocat, certissimumque inde providentiae argumentum deducit. Oratio ipsa pro rei, quae describitur, maiestate satis splendida et magnifica; adsumpta prisca atque augusta Iovis curru alato per caelum invecti ac tonitru cientis imagine. Maxime vero haec pars carminis, quae huius primarium est argumentum, illuminanda erat, re, ut fit in timore, amplificanda atque in maius augenda, quo et se haud levi de causa graviter commotum ostenderet, eundemque et in aliis sensum excitaret. *M.* — *Diespiter*] Iupiter. Varro de L. L. IV. pag. 20. Bip. *Diespiter*, id est, *Dies pater.* Dies pater, id est, diei et lucis pater. Duonem etiam *Δία κεραύνιον*, id est Iovem Fulmineum esse dicunt, quae notio huic loco valde quadrat. — v. 6. *Igni corusco*] fulmine. sic Cic. Tusc. II, 9, 21. *Iace, obsecro, in me vim coruscam fulminis.* Virg. Aen.

Plerumque, per purum tonantes
Egit equos volucremque currum:
Quo bruta tellus, et vaga flumina,
Quo Styx et invisi horrida Taenari

II, 553. *ensem coruscum* appellat. — *plerumque dividens nubila*, findens nubes *igni corusco*, fulmine; qui alias e nubibus fulmina emittit, qui nonnisi nubilo caelo tonare solet, cuius rei naturales adeo causas statuere licet. — *per purum*] hoc negat Lucret. lib. VI, 245 sqq. fieri posse his verbis, *Fulmina gignier e crassis alteque putandum est Nubibus exstructis: nam caelo nulla sereno Nec leviter densis mittuntur nubibus unquam.* Idem paullo post, *Denique cur nunquam caelo iacit undique puro Iupiter in terras fulmen sonitusque profundit?* Sallust. tamen hist. de bell. Catilinar. narrat, M. Herennium die sereno fulmine ictum esse. Sed in his intelligendum est, tonitrua et fulmina naturalia caelo nubilo et nubibus alte exstructis fieri, prodigiosa autem et divina puro et sereno. Itaque videtur hic Horatius (ut recte iudicabat Germanus Valens) significare, talia fulmina, qualia hic describit, malum sibi minari, nisi resipiscat; eademque valere ad se et ceteros homines ab impietate deterrendos. Nam tonitrua et fulmina divina, qualia sunt ea, quae caelo puro fiunt, tristia et mala portendunt hominibus. Ex ea opinione sunt illa Georg. I, v. 487 sq. *Non alias caelo ceciderunt plura sereno Fulgura, nec diri toties arsere cometae.* Aen. lib. VIII, 527. *iterum atque iterum fragor intonat ingens. Arma inter nubem caeli in regione serena Per sudum rutilare vident et pulsa tonare.* Aen. lib. IX, 630. *Audiit et caeli genitor de parte serena Intonuit laevum.* (*L.*) *per purum*, Gr. *δι' αἰθρίας.* — *egit equos et currum*, copia Homerica, *ἅρμα καὶ ἵππους δίωκε*, vid. Hom. Il. ϑ', 438. pro vulgari: vectus est. — supr. Carm. XII, 58. *Tu gravi curru quaties Olympum.* — *tonantes*, *χαλκοκρότους* (Aristoph. Equ. 549.) *χαλκόποδας*, Homerico epitheto. Virg. Aen. VI, 590. de Salmoneo: *Demens, qui nimbos et non imitabile fulmen, Aere et cornipedum pulsu simularat equorum.* — *volucrem*, ad eius celeritatem designandam; laudant Platonis locum ex Phaedro T. IX. p. 321. Bip. *ὁ μέγας Ζεύς, πτηνὸν ἅρμα ἐλαύνων.* cf. Mitsch. ad h. l. — v. 9. *Quo*] sic infr. Carm. III, 4, 45. *tellurem inertem* appellat, utrumque, quia hoc elementum omnium gravissimum atque — ut ita dicam — immobilissimum est. *Nam brutum* (inquit Festus) *antiqui gravem appellabant.* Nonius autem, *Brutum dicitur hebes atque obtusum.* Servius tamen *brutam* videtur interpretari immobilem. Ille enim ad Virg. Aen. X, 322. *Et tremefacta solo Tellus* etc. notat haec quae sequuntur, *loquente Iove stupor elementorum ostenditur per naturae mutationem. Nam quidquid in aeterno motu est, quievit, et contra terra mota est, quae semper immobilis est; unde Hor. Quo bruta tellus* etc. — *quo*, sc. currus fragore, s. ut Virg. Georg. I, 329. eloquitur: *quo maxima motu terra tremit; fugere ferae.* Orph. Hymn. XVIII, 13. *ὃν* (*Δία καταιβάτην*) *καὶ γαῖα πέφρικε θάλασσά τε παμφανόωσα, καὶ θῆρες πτήσσουσιν.* — *bruta*, adde Senec. Thyest. 1020. *Immota tellus pondus ignavum iaces?*

v. 10. *Styx*] cum multa scribat Pausanias in Arcadicis de Styge, tum haec quoque tradit, Homerum Stygis nomen in suam poesin coniecisse, respicientem ad eam aquam, quae e Styge, fluvio Arcadico, manat. Nam in iureiurando Iunonis (inquit) fecit eam ita loquentem, (VIII, 18, 2.) *Ἴστω νῦν τόδε Γαῖα καὶ Οὐρανὸς εὐρὺς ὕπερθε, Καὶ τὸ κατειβόμενον Στυγὸς ὕδωρ.* Paullo post idem Pausanias ibid. §. 4. *Τὸ δὲ ὕδωρ τὸ ἀπὸ τοῦ κρημνοῦ τοῦ παρὰ τὴν Νώνακριν στάζον ἐμπίπτει μὲν πρῶτον εἰς πέτραν ὑψηλήν, διεξελθὸν δὲ διὰ τῆς πέτρας ἐς τὸν Κρᾶθιν ποταμὸν κάτεισι· θάνατον δὲ τὸ ὕδωρ φέρει τοῦτο καὶ ἀνθρώπῳ*

Sedes, Atlanteusque finis
Concutitur. Valet ima summis

καὶ ἄλλῳ ζώῳ παντί. Λέγεται δὲ ὅτι γένοιτό ποτε ὄλεθρος ἀπ' αὐτοῦ καὶ αἰξίν, αἳ τοῦ ὕδατος ἔπιον πρῶτον. (*L.*) — *Taenari*] *Ταίναρος* (inquit interpres Pindari) *πόλις Λακωνική, ἐν ᾗ ἐστι πύλη εἰς Ἅιδου.* Alii dicunt esse promontorium in Peloponneso, ubi specus est Acherusiae ei, quae in Ponto est, similis. Colores in foedi Tartari adumbranda imagine duxisse videtur ex Hom. Il. υ', 64—65. *οἰκία δὲ θνητοῖσι καὶ ἀθανάτοισι φανείη σμερδαλέ', εὐρώεντα, τά τε στυγέουσι θεοί περ.* — Virg. Aen. VIII, 245. — *regna recludat Pallida, dis invisa. Taenarus*, specus in Laconica ad Taenarum, per quem ad Tartarum descendi posse credebatur. *D.* Virg. Georg. IV, 467. *Taenarias etiam fauces — Ingressus.* Adde iis, quae supra diximus, haecce: *Quo Styx* cett. Terrae profundissimae ac infimae partes tremuerunt. Pro his Tartarus est, et pro hoc *Styx* et *Taenarus*, magnus et umbrosus specus in radice Maleae promontorii in Laconica (hodie *Matapan* dicti); per quem descensum ad inferos esse aiebant. — *Sedes* de locis inferis ex usu poetis recepto. Virg. Aen. VI, 639. — *sedesque beatas.* Tibull. I, 3, 67. vid. ad Propert. IV, 11. 3. — *vaga*, suaviter fluviorum cursum modo hinc, modo illinc per litora se praecipitantium designat. — *horrida*, squalida, tristis, *τάρταρος εὐρώεις*, perpetuo rerum inferarum epitheto. — *invisi*, Ianius dicit haec: Pro *Taenari horridi invisa sede*, solita inversione epithetorum, est *invisi T. horrida s.* Nam *invisus* esse pro *non visus*, np. mortalibus et exprimi Gr. *ἀΐδης*, vicit Illustr. Lessing. pag. 28. Alii volunt esse: *στυγερόν, κρυερόν*, quae Homerica *Ἅιδου* sunt epitheta, laudato II, 14, 23., sed ibi *invisae cupressus* mortis adiunctam habent notionem, quae ratio mihi quidem parum videtur sententiae h. l. expressae apta. — *Atlanteus finis*, *τέρμονες Ἀτλαντικοί*, (ut Eurip. Hippol. 3 et 1053.) *ὅροι Ἀτλαντικοί* (Herc. fur. 234.) h. e. remotissimae terrarum plagae. Nam Atlante, notissimo Africae monte continentis pars occidentalis sinistri credebatur antiquis temporibus. Alii proprie accipiunt, montemque istum tonitru concussum intelligunt; alii Atlantem pro quibusvis altissimis montibus positum putant; alii denique isto commoto et ipsum caelum, quod ei inniteretur, commotum innuere voluisse poetam statuunt. *M.* Lector eruditus facile intelliget, quam harum rationum ab nobis historice, ut ita dicam, allatarum sequi debeat. — v. 12. *Valet*] id est, potest ea, quae sunt humilia et infima, summa efficere et contra. Atque hanc sententiam mutuatus esse videtur ab Hesiodo *ἔργ. καὶ ἡμερ.* v. 5. ut recte adnotat M. Anton. Muretus. *ῥεῖα μὲν γὰρ βριάει, ῥεῖα δὲ βριάοντα χαλέπτει.* Huc pertinet illud Aesopi responsum, qui interrogatus, quid Iupiter faceret, *τὰ μὲν ὑψηλὰ ταπεινοῖ*, inquit, *τὰ δὲ ταπεινὰ ὑψοῖ.* Pindarus autem *εἰδ. η', πυθ.* v. 76. ed. Boeckh., docet, bona quae appellantur, praesertim ea, quae non sunt labore parta, non esse cuiusquam sapientiae aut consilio adsignanda, sed deo, seu fortunae; non enim esse in hominibus situm, ut sint opulenti ac beati, sed a fortuna facultates rei familiaris et copias suppeditari ac praeberi, quae modo hunc attollat, ceterisque omnibus superiorem efficiat, modo illum deprimat et in aliorum potestatem redigat. Sic Pindar. *Τὰ δ' οὐκ ἐπ' ἀνδράσι κεῖται· δαίμων δὲ παρίσχει, Ἄλλοτ' ἄλλον ὕπερθε. βάλλων, Ἄλλον δ' ὑπὸ χειρῶν Μέτρῳ καταβαίνει.* Eandem rem sic Xenophon lib. 6. *Ἑλληνικῶν*, 4, 23. *Καὶ ὁ θεὸς δ', ὡς ἔοικε πολλάκις, χαίρει τοὺς μὲν μικροὺς μαγάλους ποιῶν, τοὺς δὲ μεγάλους μικρούς.* — *Deus*, Iupiter *valet ima*, quae infimo loco posita sunt, *summis mutare*, in summum, et quae in summo, in infimum locum reponere ac detrudere.

Mutare, et insignem attenuat Deus,
Obscura promens. Hinc apicem rapax
Fortuna cum stridore acuto
Sustulit, hic posuisse gaudet.

v. 13. *insignem* vulgata lectio, quam confirmant Cod. Guelf. et Cod. Coth. Sed iure offenditur elegantiae sensus, quod inter *ima*, *summa*, et *obscura* est *insignem*. Vix ab Horatio tanta negligentia exspectari poterat. Itaque *insigne* emend. Bentl. e suo codice 6; et sic Fran. item edidit Cun. Sed neque sic satis eleganter congruunt verba „ima, summa, insigne, obscura.“ Itaque *insignia* felicissime coni. Cun. (animadv. c. 16. p. 305.), ut per synizesin efferendum sit *insignja*, sollenni poetis ratione; e. g. Virg. Georg. IV, 243. Aen. VI, 33. vid. Cun. Et sic dederunt San. Iones. probante Klotz. lecct. Venus. p. 227. Nec dubitat Ianius, quin sic Horatius scripserit. De Virgilii loco, quem huc trahit, alibi nobis erit dicendum. Ceterum lectio *insignem* nihil omnino praebet, quod vel linguae latinae repugnet vel poetam dedeceat. Quod vero Ianius librariis opprobrio h. l. vertit, eos scilicet elegantiae sensu plane nullo duci, id videtur in Ianium quadrare, ita quidem ut, cum illi elegantia plus aequo caruerint, ipse elegantiae copia nimis abundet. Sed ne quid nimis! — *insignes tenuat*, coni. ap. Iones. *Mutare, si quidquam attenuat, leris Mox hora* coni. With. — 14. *hic* Fran. Sax. *huic* Sax. *hinc* Cod. Guelf.

---

v. 13. *Insignem*, est la leçon vulgaire et celle de tous mes Mss. Bentley et d'autres l'ont attaquée, M. Mitscherlich l'a défendue, et j'ai cru devoir la suivre, sans pourtant croire avec lui qu'elle soit une beauté. Vand. *insignem*, sc. honoribus, divitiis cett. splendidum, conspicuum *attenuat*, tenuem reddit, obscurat, *obscura* contra, ignobiles, *promens*, in lucem protrahens, insignes reddens. Hesiod. ἔργ. 5—7. ῥεῖα μὲν γὰρ βριάει, ῥέα δὲ βριάοντα χαλέπτει· ῥεῖα δ' ἀρίζηλον μινύθει καὶ ἄδηλον ἀέξει· ῥεῖα δέ τ' ἰθύνει σκολιὸν καὶ ἀγήνορα κάρφει Ζεὺς ὑψιβρεμέτης. Doeringus, Vir Clarissimus, lectionem *insignem* sic defendit: „insolentior generum permutatio in *ima*, *insignem*, *obscura*, (vid. Var. Lect.) permovit *Bentleium* et *Cuningamium*, ut ille pro *insignem* legendum esse censeret: *insigne*, hic: *insignia;* sed cum in hac quoque re, ut erudite ad hunc locum docuit Mitscherlichius, secutus sit Horatius exemplum Graecorum, neutri emendationi locus relinquendus videtur. Recte legitur *insignem*, vide quae paulo supra diximus, Vanderburgii Codicum auctoritatem laudantes.

v. 14. *Fortuna*, *Μοῖρα*, fatum, quod cuique Deus adsignat. Hinc *μοῖρα θεοῦ* Hom. Od. λ', 291. Pro corona autem posuit *apex*, diadema; saepius fit, ut poetae ita imperium designent. Regum Persarum omninoque Orientis regium insigne erat diadema, apice munitum, tiara. cf. III, 21, 20. *Regum apices.* — *rapax sustulit*, rapuit, abstulit, ἀορίστως, ut Mitsch. vult. Haec cohaerent cum superioribus, unoque spiritu (ut ita dicam) continentur. Ab hoc, inquit, fortuna summas opes et amplissimos honores aufert, in illum transfert; ita videtur Deum et Fortunam pro eodem ponere. Ceterum vid. Mitsch., qui Ciceronem, aliosque plures ad h. l. laudat, e quibus hunc locum Luciani in Contempl. T. I. p. 512—13. ed. Reiz. delibamus: οὗτος μὲν ἀνασπασθεὶς ἄνω μετέωρός ἐστι καὶ κατὰ μικρὸν καταπεσών, ἀποῤῥαγέντος τοῦ λίνου, ἐπειδὰν μηκέτι ἀντέχῃ πρὸς τὸ βάρος, μέγαν τὸν ψόφον ἐργάσεται· οὗτος δέ, ὀλίγον ἀπὸ γῆς αἰωρούμενος, ἢν καὶ πέσῃ, ἀψοφητὶ κείσεται, μόγις καὶ τοῖς γείτοσιν ἐξακουσθέντος τοῦ πτώματος. — v. 16. *cum stridore acuto*, praeclara imago deae cum impetu advolantis et alarum agitatione gravem stridorem edentis. Vid. Clariss. Doering. in comment. de alat. deor. imagg. p. 30.

CARMEN XXXV.

AD FORTVNAM.

ARGUM. *Habemus hymnum in Fortunam, (negari enim nequit, carmen hymni naturam prodere) quem Horatius pro Augusti salute, eiusque exercituum incolumitate decantasse videtur. Quum Augustus A. V. DCCXXVI. duas expeditiones appararet, quarum alteram in Britannos ipse erat ducturus, alteram vero sub Aelii Galli auspiciis in Arabiam proficisci iusserat, vates Horatius hic — uti alias quoque — extitit, qui pia vota pro rei publicae salute ad deos mitteret. Quod tamen potissimum ad Fortunam tanquam deam rem omnem retulerit, praeclare fecisse mihi videtur, nam quaenam alia est, nisi Fortuna, ab qua belli eventus faustus, fortunatusque pendeat? Ceterum valde miror, qualia quantaque ad hoc carmen coniecerint interpretes. Laetor igitur cum maxime, quod Mitscherlichius istas interpretum opiniones et argutias in sua editione recenset atque, ut par erat, refutat.*

O Diva, gratum quae regis Antium,
Praesens vel imo tollere de gradu

v. 1. *quae gratum* Cod. Guelf. — 2. *extollere* Mentel.

---

v. 1. *O Diva*] Cic. de Nat. Deor. III, 24, 61. sub persona Cottae ea, quae a Balbo de diis fuerant disputata, refellens et contra disserens, iis diis reiectis, qui a vetere Graecia conficti sunt diique habiti, ea quoque, quae rerum vim habent, non deorum, e numero, et, pene dicam, e concilio deorum tollit, qualia sunt, mens, fides, spes, victoria, salus, concordia. *Aut enim* (inquit) *in nobismet insunt ipsis, ut mens, ut spes, ut fides, ut virtus, ut concordia; aut optandae nobis sunt, ut honos, ut salus, ut victoria, quarum rerum utilitatem video; video etiam consecrata simulacra. Quare autem in his vis deorum insit, tum intelligam, cum cognovero. Quo in genere vel maxime est* Fortuna *numeranda, quam nemo ab inconstantia et temeritate seiunget, quae digna certe non sunt Deo.* Pindarus autem Fortunam Iovis liberatoris filiam et servatricem urbium appellans eius opera naves in mari, in terra bellum, hominumque conventus et conciones gubernari dicit atque ita duodecimum carmen Olymp. orditur: *Λίσσομαι, παῖ Ζηνὸς Ἐλευθερίου, Ἱμέραν εὐρυσθενέ' ἀμφιπόλει, Σώτειρα Τύχα. τὶν γὰρ ἐν πόντῳ κυβερνῶνται θοαὶ νᾶες, ἐν χέρσῳ τε λαιψηροὶ πόλεμοι, κἀγοραὶ βουλαφόροι.* Non est porro dubium, quin Fortunam in Deorum coetu homines collocarint, ea, quorum causas ignorant, fortuito fieri, magnamque partem rerum humanarum nutu et arbitrio Fortunae gubernari existimantes. Pausanias scribit in Messenicis IV, 30, 6. Bupalum quendam praestantem templorum aedificandorum, fingendorumque animalium artificem primum Smyrnaeis Fortunae statuam fecisse, polum in capite sustinentem et altera manu Amaltheae cornu tenentem. Idem Achaicis VII, 26, 8. admonet, Pindarum Fortunam unam e Parcis facere, eamque omnium sororum potentissimam, qua in re se illi adsentiri dicit. Pausan. verba sunt: *Ἐγὼ μὲν οὖν Πινδάρου τά τ' ἄλλα πείθομαι τῇ ᾠδῇ καὶ Μοιρῶν τε εἶναι μίαν τὴν Τύχην, καὶ ὑπὲρ τὰς ἀδελφάς τι ἰσχύειν.* *Quae Reg. Ant.*] quemadmodum supr. Carm. XXVIII, 29. Neptunum Tarenti custodem dixit non aliam ob causam, quam quod illi ea in urbe templum erat consecratum; sic et hoc loco Antium ait a Fortuna regi, proinde ac si diceret, Fortunam Antio praeesse ac praesidere, h. e.,

Mortale corpus, vel superbos
Vertere funeribus triumphos:
Te pauper ambit sollicita prece

v. 5. Pro Te hic et in sqq. semper ponit *quam* Io. du Hamel, ut vv. 1—28. unam efficiant phrasin.

Antii coli sacrificiisque sollennibus placari, ut urbis custodem. Cic.
pro lege Manil. 24, 70. *testorque omnes Deos et eos maxime, qui huic*
loco temploque praesident. Apellant autem Graeci deum, qui aliquo in
loco praecipue colitur et in quo maxime toti civitati praesidium est
constitutum, πολιοῦχον. (L.) — v. 1 sqq. *Quae regis Antium*, regina An-
tii, Fortuna; nota ratione, qua dii ἐγχώριοι eiusdem terrae praesides
habentur (sic Venerem *Cypri reginam* dixit poeta I, 30, 1. cf. ad I,
3, 1.) et poetis ab eadem designantur, tanquam augustiori appellatione.
Fuit autem *Antium* (nunc *Anzo Rovinato*) oppidum Latii maritimum,
Fortunae templo nobilissimum; cf. Torrent. ad h. l. et Phil. a Turre
Monumenta vet. Ant. c. 1. — *gratum*, φίλον, amant enim dii terras,
urbes, quae ipsorum cultui sacratae sunt; vid. ad I, 30, 3. — *prae-*
sens, potens, efficax. — *Praes.*] id est, quae potes etiam ex infimo
gradu et loco hominem ad summum extollere, et contra e fastigio re-
rum humanarum et maxima gloria ad interitum praecipitem agere.
Iam hoc genus *praesens tollere* tale est, qualia sunt illa, *pertinax lu-*
dere, durus componere versus, nobilis superare etc., de quibus dicemus
Carm. lib. IV, 8., idcirco autem *praesens* pro potente positum est, vel
quod is, qui praesto est, maiorem vim habet, quam qui abest, vel
quod usitato loquendi more deos praesentes appellamus, qui in nostris
dubiis ac difficilibus temporibus statim nobis auxilium ferunt, aut, qui
a nobis coluntur et oculis cernuntur, ut Sol et Luna. Cic. Tuscul. I, 12,
28. *et usque ad Oceanum Hercules, tantus et tam praesens habetur Deus.*
Terent. in Phormione II, 2, 31. *non tu hunc habeas plane praesentem*
Deum? Virg. Ecl. I, 43. *Nec tam praesentes alibi cognoscere Divos.*
Cic. Catil. III, 8, 18. de diis, *tum vero ita praesentes his temporibus*
opem et auxilium nobis tulerunt, ut eos pene oculis videre possemus. Ex
eodem fonte manarunt illa, *praesens animus, praesens venenum, prae-*
sens auxilium, praesens pestis. et fortasse assentans Augusto Horatius
ambigue dixit illud Epist. II, 1, 15. *Praesenti tibi maturos largimur*
honores. Carm. Lib. III, 5, 2. *praesens Divus habebitur Augustus.* Serm.
II, 3, 68. *Reiecta praeda, quam praesens Mercurius fert.* — *tollere*, ad
tollendum, promovendum *mortale corpus*, mortalem. Nam in hoc, quod
Fortuna summa ad infima, infima vero ad summa vertit, haec tollen-
do scilicet, illa deprimendo, Fortunae ludibrium maxime cernitur. —
Iuvenal. III, 38 sqq. *cum sint, quales ex humili magna ad fastigia re-*
rum extollit, quoties voluit Fortuna iocari. cf. I, 34, 12. III, 29, 49 sqq.
— *superb. vert. fun. triumph.*, splendidam victoriam mutare in cladem.
Mitsch. explicat: „pompam triumphalem in funebrem mutare, ut adeo
pro triumpho, quem victor acturus erat, funus eius ducatur,“ in quam
rem ille laudat exemplum Drusi, de quo Auct. Consol. ad Liv. 27.
Funera pro sacris tibi sunt ducenda triumphis et tumulus Drusum pro
Iovis arce manet. Nempe per hos etiam Fortuna iniuria mores regnat,
et incerta est hic quoque nixa rota, v. 51, 2. Sed quanto maior (in-
quit Doering.) et potentior apparet Fortuna victoriam in cladem mu-
tando, quam triumphum triumphantis morte funestando! —— [*Quae*
regis Antium] apud Antium autem est Fortunae templum famosissi-
mum, multorum etiam principum donis ornatum, unde etiam civitas
Fortunae ipsius tutela dicta est. *ACR.*

v. 5—6. Potentia tua quaquaversum patet; totus terrarum orbis a

Ruris colonus; te dominam aequoris,
Quincunque Bithyna lacessit
Carpathium pelagus carina.
Te Dacus asper, te profugi Scythae,
Vrbesque, gentesque, et Latium ferox,
Regumque matres barbarorum, et
Purpurei metuunt tyranni,

v. 6. *domina* var. lect. ap. Iones. — 12. Post *tyranni* multi punctum ponunt et sequentia aiunt esse preces pro Augusto vel imperio Rom. Al-

---

tuo nutu pendet; haud obscura ratione, qua rerum humanarum vicissitudines atque ea adeo omnia, quae dubii casus atque eventus sunt, Fortunae imperio atque arbitrio subiecta dicuntur. *M.* — Rusticus *pauper*, inops (ut II, 14, 12.: *Sive inopes erimus coloni*) *ambit*, adit *te prece sollicita*, sollicite, enixe te precatur, ut paupertatem suam leves, bonumque ruris proventum ipsi largiaris. — *Domina aequoris* audit, quia navigatio dubia atque incerta, Fortunae adeo ludibrio cum maxime patet. Spectat huc splendidissimus Pindari locus Ol. ιβ', 3 sqq. λίσσομαι — *Σώτειρα Τύχα· τὶν γὰρ ἐν πόντῳ κυβερνῶνται θοαὶ νᾶες, ἐν χέρσῳ τε λαιψηροὶ πόλεμοι κἀγοραὶ βουλαφόροι.* Respexisse autem poeta videtur in hoc cultu, a ruris colono et navigantibus Fortunae exhibito, antiquam huius deae imaginem, qua illa in vett. monumentis altera manu *cornu copiae*, altera *gubernaculum* tenens conspicitur; vid. Reines. Emendatt. II, 24. — *Bithyna carina*, merce Bithyna onusta; nam Bithynia florebat mercatura et maxime Romanis frequentabatur, cf. III, 7, 3. His autem Bithyniam petentibus transeundem erat *Carpathium pelagus*, ab insula Carpatho, (nunc *Scarpanto*) inter Rhodum et Cretam, ita dictum. Erat quidem hoc mare procellosissimum, propterea que ab poeta ad partes vocatum, quo magis sollicitum de navis suae incolumitate mercatorem repraesentet. — *lacessit*, sc. remis, τύπτει ἐρετμοῖς (ap. Homer.), traiicit illud mare. Equidem adiunctam audaciae notionem habere et de iis dici existimo, qui, dum nihil maris minas timent, sed temere et audacter ei se committunt, illud quasi ad iram et saevitiam provocant; similiter fere *insultare fluctibus* apud Ovid. Met. I, 134. *contemnere undas* apud Tibull. I, 3, 37. et *transilire vada* supr. I, 3, 24. nos: *dem Meere trotzen.* Voss: *Trotz der karpathischen Woge bietet.* —— [*Te dominam aequoris*] hoc autem recte dicitur, quoniam Fortuna et semper et ubique metuenda est. *POR.*

v. 7. [*Bithyna*] Bithyna ait, ut solent poetae speciem pro genere ponere, qualia sunt illa Virg. *Levis innatat alnus Missa Pado*, pro quolibet flumine, et: *Illam ducit amor trans Gargara transque sonantem Ascanium*, pro quolibet monte. *POR.* — v. 9. *Daci*, populi trans Istrum, Romanis ob crebras, quas in eorum fines faciebant, incursiones infestissimi; *asper*, Iustin. II, 3. „gens laboribus et bello aspera.“ — *Scythae*, ob sedem eorum vagam et instabilem, dicuntur *profugi*, nam erant, ut infr. III, 24, 9., *campestres* — *Quorum plaustra vagas rite trahunt domos*, — ἁμαξόβιοι, ἁμάξοικοι. — [*profugi*] ab orbe sepositi et in mundi extima parte constituti. *ACR.* Manifestum est cur profugos dixerit, quod scilicet fugiendo praeliarentur. *POR.* — Lambinus vero eandem explicationem, quam modo supra comprobantes adscripsimus, optimorum interpretum auctoritatem secuti, in commentario suo in Horatium proposuit. — *Latium* pro universo populo Romano, cuius maxima gloria armis quaesita atque parta. Hinc *ferox* bello (I, 32, 6.), bellicosum. — *regumque matr. barb.*, nam regiae matres vel maxime de filiorum regni incolumitate sollicitae sunt. Aeschyl.

Iniurioso ne pede proruas
Stantem columnam, neu populus frequens

terutrum enim „columnam stantem“ interpretantur. Sic Marcil. Cruqu. Desperez. Baxt. Sanad. et alii. — v. 13. *I. o ne* var. lect. ap. Ion.

Pers. 160. *οὐδαμῶς ἐμαυτῆς οὔσ' ἀδείμαντος, φίλοι, μὴ μέγας πλοῦτος*
κονίσας οὖδας ἀνατρέψῃ ποδὶ ὄλβον, ὃν Δαρεῖος ἦρεν οὐκ ἄνευ θεοῦ τι-
νος. Accommodate etiam ad *reges barbaros*, nam praeter Phrygas Per-
sae maxime Graecis barbari dicti. Alii de Phraate, eiusque matre co-
gitant; quod sane ad Horatii tempora proxime accedit. *M.* — *tyranni,*
reges *purpurei*, purpura induti, purpurati, purpura collucentes, perti-
net omnino ad splendorem atque luxum regalem, qui de Persarum
regibus satis notus est. *Purpureos reges* eodem sensu dixit Claudian.
R. Pros. II, 200. *purpuratos* Valer. Max. VI, 2. extr. — Tranquillus
ac firmus rerum status declaratur per *columnam stantem*, erectam, quae
est omnino securitatis et incolumitatis symbolum. Labefactat eam
Fortuna atque *proruit*, vi fundamentis suis emotam prosternit *pede in-*
iurioso, *ἀνατρέπει ποδὶ βιαίῳ, ὑβριστῇ*, iniuriose, violenter, animo in-
festo. Laudatur in hanc sententiam Pind. Pyth. δ', 485. *ῥᾴδιον μὲν*
γὰρ πόλιν σεῖσαι — ἀλλ' ἐπὶ χώρας αὖτις ἔσσαι δυσπαλὲς δὴ γίγνεται. —
Eodem loquendi genere prosaici scriptores usi sunt. Ita enim dicitur,
concutere rempublicam (Cic. Phil. II, 11.) *rei publicae statum labefa-*
ctare, (Id. Catil. I. init.) *convellere* (Val. Max. IV, 1.) *compositam ci-*
vitatem labefactare (Flor. IV, 23.) Contra *imperii molem attollere* di-
citur Fortuna Petron. Mutat. reip. Rom. v. 83. Facile adeo Horatius
eo devenire potuit, ut praesentem imperii statum per columnam ere-
ctam declararet. — *Neu Pop. Freq.*] neve populus congregatus sedi-
tionem concitet et quietos ad arma capienda in tyrannum adhortetur.
Haec autem repetitio *ad arma, ad arma* populi concitati impetum et
furorem declarat, et pene dicam, oculis subiicit; *ἐπαναδίπλωσιν* vocant
Graeci. [*L.*] — Ceterum tota haec imago ad superiores vv. 9, 10.
trahi possit, ut vv. 11, 12. respondeant qui sequuntur, vv. 14—16. hoc
sententiarum ordine: Daci, Scythae, Romani metuunt, ne incolumem
regni sui statum pessumdes; tyranni autem, ne seditione civium im-
perio exuantur: quae tamen ratio parum concinna videtur. Sollenne
vero Horatio est, unam eandemque sententiam duobus membris efferre,
quorum posterius prioris sensum aperiat, omnemque ambiguitatem tol-
lat. Cf. ad I, 26, 4. Quum igitur imperium Fortunae vi penitus ever-
sum splendida admodum imagine repraesentasset, hanc, quo magis
perspicuam redderet, ad seditionem civium, quae primaria atque unica
eversi status publici causa esse solet, revocat, novoque membro expo-
nit. Vulgaris enim sententiarum contextus erat: ne proruas, ne con-
cidat columna, populo ad rebellandum erecto. Alia igitur agunt, qui
columnae a Fortuna deiectae fragore signum arma capiendi, frangen-
dique imperii populo dari lepide comminiscuntur. Res ipsa a poeta
vv. 14—16. praeclare tractata atque oculis pene subiecta. Cf. Virg.
Aen. I, 149 sqq. *M.* — *neu pop. frequens* — *concitet*, ne populus con-
gregetur, frequens coeat (ut *coetus* de factiosis congregationibus) con-
spiret, et *cessantes*, ceteram multitudinem, alios *concitet*, instiget *ad*
arma (quod cum vi repetitum, quasi acclamatio sit, *ad arma*, cives,
ad arma!) in tyrannum capessenda, sicque *imperium*, imperii statum,
formam, *frangat*, evertat, immutet, abolita tyrannide. Ovid. Met. XII,
241. *Certatimque omnes uno ore, arma, arma loquuntur.* Virg. Aen.
II, 668. *Arma, viri, ferte arma.* Ad sententiam poetae spectat
Bacchyl. fragm. in Anal. Br. I. p. 149. *θνητοῖς οὐκ αὐθαίρετοι οὔτ' ὄλ-*
βος, οὔτ' ἄκαμπτος Ἄρης, οὔτε πάμφθερσις στάσις· ἀλλ' ἐπι-
χρίμπτει νέφος ἄλλοτ' ἐπ' ἄλλαν γᾶν ἁ πάνδωρος Αἶσα.

Ad arma cessantes ad arma
Concitet, imperiumque frangat.
Te semper anteit saeva Necessitas,

v. 14. *ne pop.* Locher. *fremens* et mox *cursantes* coni. Bentl. qui in tota sententia ad nauseam argutatur, *fremens* etiam Sanad. — 17. *serva* Scholl. quatuor Blandd. Div. et Sil. ap. Cruqu. duo Bentl. duo Bersm. Altt. Lipss. tres, Dess. 2. Pulm. 1, 3. Gott. Sax. Venet. 1478. Baxt. Gesn. Iones. Burm. Et probant Fr. Luisin. Parerg. I, 22. Martius Opin. III, 5. Pierius lib. 48. c. de clavo, ex antiquis libb. *saeva* omnes Lambini, omnes Torrent. Bentl. 1, 2, 3, 6, 7. a m. pr. 8, 10, 13. Mentel. Fran. Mart. et Mald. Cruqu. Lips. I. Venet. 1492. 1590. Ascens. Locher. Basill. Et sic Landin. Marcil. Cruqu. Torr. Lamb. Fabric. T. Fab. Ro. et H. Steph. Heins. Dacer. Bentl. Cun. Sanad. Multa utriusque lectionis auctoritas et antiquitus variasse videntur libri. Possit omnino Necessitas dici *serva* Fortunae, instar lictoris eius iussa exsequens, *πρόπολος τύχης*. Sed haud dubie *saeva* praestat, ut simplicius et magis conveniens toti imagini, clavis, cuneis, severo unco, manui aëneae. Sic et „*dira Necessitas*“ est infr. III, 24, 6. *Servae* idea nescio quid argutuli habet cett. v. Iani.

v. 14. [*Stantem columnam*] pro incolumitate dignitatis et totius domus intellige. *POR.* — v. 16. [*Imperiumque frangat*] aut quia imperium semper fragile putatur, aut quia magnae res deterioratae et fractae dicuntur, ut Virg. *Fractae vires*, et alibi: *Fracti bello fatisque repulsi Ductores Danaûm. ACR.* [*Serva*] Acron et Porphyrio. Serva enim praecedit quasi necessitas, comes et ministra Fortunae. Ideo serva, quia aut imperio Fortunae obediat, aut quia non suae potestatis est, quia subiacet necessitati, non ergo ipsa serva, sed quae servire compellit. *ACR.* — v. 17—20. Primum mendose legitur in quibusdam libris *serva necessitas*, cum *saeva* legendum sit, ut habent libri manuscripti. Deinde Aristoteles lib. 3. de morib. ad Nicomach. quatuor rerum causas enumerat *φύσιν, ἀνάγκην, τύχην, νοῦν*. Earum igitur rerum dominam esse fortunam, easque res fortuitas arbitramur, quae neque semper, neque plerumque, neque alicuius rei gratia fiunt, et quarum causae non sunt terminatae, vel quarum causas ignoramus, cum eae causae non sint necessariae, et cum earum effecta possint esse vel non esse. Quarum autem rerum causae sunt nobis quidem incognitae et occultae, sed necessariae: earum causas necessitati adscribimus. Propterea autem, quod, quae necessario fiunt, exploratiora, certiora, stabiliora denique sunt, quam quae fortuito idcirco anteit fortunam necessitas. Necessitatis autem firmitatem ac stabilitatem declarant clavi trabales, cunei, uncus, plumbum; haec enim omnia ad colligandum firmiterque continendum valent. Appellant porro Graeci necessitatem *ἀνάγκην*, eamque nonnulli eandem esse volunt atque *εἱμαρμένην*, i. e. fatum. Itaque et supra Hor. 3, 32. *leti necessitatem* nominat mortem seu Parcam et multis aliis locis. Alii necessitatem Parcarum matrem faciunt. Plato quidem lib. ultimo de Rep. necessitati, ut Parcae, fusum attribuit, colum, uncum, verticillum. Idem in Timaeo mundi principium et originem a necessitatis et mentis conspiratione ducit, mentemque necessitati imperantem dicit plurima eorum, quae fiunt, modificare et in quam optimum habitum fingere et confirmare. Intelligendum est autem, haec fuisse Antii in tabula depicta, quae nunc Hor. nobis pulcherrimis versibus expressa proponit. [*L.*] — Declarata per partes Fortunae potentia, nunc, quae illa in homines constituat, certissimum eventum habere, neque precibus ea averti, aut vi propulsari posse, vivida pictura ostendit. Fortuna igitur h. l. est Graecorum *Τύχη ἀναγκαία, Πότμος, Μοῖρα, Ἀνάγκη*. Sed seiunxit hanc Fortunae subiectam notionem poeta ac Necessitatem

Clavos trabales et cuneos manu

tanquam Fortunae ministram (quae *anteit* eam) repraesentavit, eadem fere ratione qua *Κράτος* et *Βία* ad Iovis solium stare eiusque mandata exsequi finguntur. Iam quum ea, quae immutabilia sunt, quae adeo evitare non licet, clavo adacto firmata atque constricta prisca loquendi ratio symbolica efferret, (Aeschyl. Suppl. 949.: *τοιάδε δημόπρακτος ἐκ πόλεως μία ψῆφος κέκρανται — τῶνδ' ἐφήλωται τορῶς γόμφος διαμπάξ, ὡς μένειν ἀραρότως.* Id. Trag. laud. 448.: *πόλεμον αἱρεσθαι — πᾶσ' ἔσι' ἀνάγκη· καὶ γεγόμφωται σκάφος στρεβλαῖσι ναυτικαῖσιν, ὡς προσηγμένον.* Pind. Pyth. δ', 125. de navigatione Iasoni a Pelia iniuncta: *τίς δὲ κίνδυνος κρατεροῖς ἀδάμαντος δῆσεν ἅλοις;* Ad Amoris vim eleganter transtulit Plaut. Asin. I, 3, 4. *fixus est hic animus tuus clavo Cupidinis;* quod *libidinibus se constringendum tradere* est Cic. de Fin. I, 47. Petron. c. 75. *Nosti, quod simul destinavi, clavo trabali fixum est.)* poeta ad Necessitatis vim indomitam (*Ἀνάγκην κρατερήν*, uti saepius Homero audit) omnia sibi subiicientem, firmiterque constringentem designandam ornatum inde repetiit, eique tribuit *clavos trabales*, quibus trabes aedium compingebantur, graves adeo et portentosae magnitudinis; *cuneos*, qui, ut validius adstringerent atque continerent, inseri solebant (Vitruv. X, 12.) *uncum* denique *severum*, vi impactum, tenacem, quo lapides consolidabantur, ét *liquidum*, liquefactum *plumbum*, unco, quo firmior saxis inhaereret, circumfusum, *κορώνας μολυβδοσφιγγέας* Oppian. Cyneg. I, 415. Spectat huc Eurip. Androm. 263. *καὶ γάρ, εἰ πέριξ σ' ἔχει τηκτὸς μόλυβδος, ἐξαναστήσω σ' ἐγώ.* Ceterum ad Fati rigorem ulterius declarandum adiecit: *saeva*, *δεινή*, *manus aëna.* — v. 18. Clavi trabales, uncus et cetera, quae necessitati tribuuntur, pertinent vel ad exprimendam necessitatis vim ac potentiam, vel potius ad significandam firmitatem ac stabilitatem. Quemadmodum enim haec omnia vel vim afferunt et adhibentur ad torquendum et cruciandum, vel valent ad continendum, vinciendum ac firmandum: sic necessitas primum quovis impellit invitos, neque quisquam eam effugere, neque domare, neque flectere potest; deinde ad perpetuitatem fixa et stabilis est, adeo ut neque labefactari, neque moveri, neque refigi possit. Sunt autem *clavi trabales*, quibus trabes configuntur; quos necesse est magnitudine praestare; unde proverbium, *clavo trabali figere.* M. Tull. Cic. Verrin. de suppliciis, Act. II, 5. 21, 53., *ut hoc beneficium (quemadmodum dicitur) clavo trabali figeret*, i. e. confirmaret et constabiliret. Clavos adamantinos attribuit necessitati Carm. Lib. III, 24, 5. *Si figit adamantinos Summis verticibus dira Necessitas Clavos, non animum metu, Non mortis laqueis expedies caput.* Necessitate autem nihil esse potentius cum alii multi tum Euripides ait in Helena his verbis (v. 513 sq. ed. Matth.) *λόγος γάρ ἐστιν οὐκ ἐμός, σοφῶν δ' ἔπος, Δεινῆς ἀνάγκης οὐδὲν ἰσχύειν πλέον.* *Necessitas (das Verhängniss. Voss.: der grause Zwang)* antecedens Fortunam et cuncta ei subiiciens, immutabilia huius decreta, summamque potentiam declarat. Nam sic accipienda, quae sequuntur, attributa symbolica. *clavi trabales* proprie maximi clavi (*Balkennägel*) ex aere, qualibus magnarum aedium trabes fixae copulabantur. Servatur talis in Magni Ducis Hetruriae museo, librarum L. vid. Spenc. p. 151. Est quoque Fortuna cum clavo trabali in Causei Museo Rom. T. I. p. 72. tab. XXVIII. et ap. Spenc. tab. XXIII. n. 5. (p. 151.) Cf. III, 24, 5. *Cunei* (*Keile*) cum summa vi rumpunt ac findunt, tum ad valide continendum valebant, quod evincitur ex Vitruv. l. l. Colum. IV, 29. Denique et *uncis*, hamis ferreis, (*Klammer*) *liquido plumbo* addito, iungebantur in nobilissimis Romanorum aedificiis magni lapides, quod hodie docent antiqua urbis Romae monumenta, item statuae cum basibus cett. vid. Spenc. p. 152. Itaque cum et haec omnia ad firman-

Gestans aëna, nec severus
    Vncus abest, liquidumque plumbum.
Te Spes et albo rara Fides colit
Velata panno: nec comitem abnegat,

v. 19. *ahena* vulgaris scriptura. Cf. ad I, 33, 11. — 20. *lividumque* Mentel. unus Cruqu. *liquidumve* Venet. 1492. Ascens. Locher. Cun. Sanad.

dum, vinciendumque valeant, et praeterea clavi, cuneique violenter adacti omnia perrumpant; factum, ut priscis hominibus cum symbola essent firmitatis ac potentiae cuiusque, tum exprimerent Fati et immutabilia, insolubiliaque decreta. His omnibus autem instrumentis, (Doeringus ad h. l. adnotat) quae non sine animi quodam horrore *Necessitatem* prae se ferre conspicimus, nil nisi vim Fortunae indomitam et insuperabilem designari, vix est, quod moneam. Ceterum fatear necesse est, versus ipsos propter epitheta nimis cumulata mihi semper displicuisse. Idem mecum contendit Vir Doctissimus Lessing. ad Laocoontem. Vanderburgius quoque nobis suffragatur, qui versus omnem in partem vertit atque modo sic modo aliter explicare studet. Cf. Vand. ad h. l. in notis suae editioni adiectis. —— [*Clavos trabales*] eleganti conceptione haec instrumenta Fortunae accommodat, scilicet, quibus *torquet* et *cogit implicatque res humanas*, (h. quibus omnes mortalium res adstrictae sunt). *POR.* — v. 21—28. Nota est illa Hesiodi de Pandora eiusque dolio fabula, quam cum Epimetheus domum recepisset, doliique operculum removisset, innumerabilis illa malorum colluvio, quae in dolio inclusa continebatur, erupit, ét ab eo usque tempore in omnes terrarum partes dispersa ac dissipata homines assidue exagitat, vexat, excruciat. Spes sola dolio, priusquam et ipsa cum aliis evolaret, obturato remansit, ut haec esset humanarum miseriarum solatium et lenimen. Itaque non temere cum Fortuna in illa tabula pingebatur. Significabat enim pictura, homines in adversa fortuna spe sola sustentari, tanquam maximo et unico incommodorum et dolorum suorum allevamento. Versus Hesiodi (*ἔργ. καὶ ἡμ.* 96 sqq.) sunt hi, *Μούνη δ' αὐτόθι Ἐλπὶς ἐν ἀῤῥήκτοισι δόμοισιν Ἔνδον ἔμιμνε πίθου ὑπὸ χείλεσιν, οὐδὲ θύραζε Ἐξέπτη. πρόσθεν γὰρ ἐπέμβαλε πῶμα πίθοιο* etc. Atque ad hanc, opinor, fabulam respiciens Theognis (v. 35 sq. Welck. 1135 sq. Br.) spem solam in terris cum hominibus remansisse deam praesentem et propitiam, ceteros deos ac deas in caelum abiisse dicit, *Ἐλπὶς ἐν ἀνθρώποισι μόνη θεὸς ἐσθλὴ ἔνεστιν, Ἄλλοι δ' Οὔλυμπόνδ' ἐκπρολιπόντες ἔβαν.* Hoc igitur significat Hor., spem et fidem assiduas adversae fortunae comites ac socias esse; spem, quia fortis et animosi est, in rebus afflictis sperare: nam (ut ait Theocritus) vivorum est sperare, mortuis autem nihil reliquum est, quod sperent: *ἐλπίδες ἐν ζωοῖσιν, ἀνέλπιστοι δὲ θανόντες*: fidem, quia veri et fideles amici nunquam, ne fortuna quidem adversante ac reflante, deserunt, sed vel amicis opitulantur, vel eorum miseriam prope aeque dolendo faciunt leviorem; assentatores autem, parasiti, scurrae, lenones, meretrices statim, ut aliquid adversi incidit, diffugiunt, neque a se impetrare possunt, ut rerum adversarum onus pro sua parte ferant. — Servius in illum Virg. vers. Aeneid. I, 296. *Cana fides et Vesta Remo cum fratre Quirinus*, haec adnotat, *Cana fides, vel quod in canis hominibus invenitur, vel quod ei albo panno involuta manu sacrificatur, per quod significatur, fidem oportere esse arcanam, tectam et velatam.* Unde et Horat.: *Te spes et albo rara fides* etc. idem fere notat ad illum locum, (Aen. VIII, 635.) *raptas sine iure Sabinas Consessu caveae. magnis Circensibus actis* etc. — Spes est in afflicto; fides spectatur in amicis eius. Iam quum adversas res poeta per fugam s. abitum Fortunae

declarasset, necesse erat, ut Spem et Fidem, quas in homine misero perstare dicere vellet, easdem comites Fortunae datas, abeunti inhae- rere, eam comitari; falsos contra amicos, qui laetiori tantum Fortu- nae adhaerere soleant, ab ea recedere fingeret. Unde liquido apparet, Horatium hic Fortunam mox Deam, mox fortunam s. conditionem ho- minis miseram in animo habuisse, sicque totius imaginis satis scite inchoatae lineas penitus conturbasse. Nam ad Deam spectant unice illa: *utcunque domos linquis;* reliqua, si ornatum demas: *te spes et fides colit, nec comitem abnegat, mutata veste*, tum tota sequens stro- phe conditionem ac statum hominis, cuius domum Fortuna reliquerit, declarant. Nisi hoc statuatur, sane, qua tandem alia ratione diversis- simae inter se imagines conciliari possint, non intelligo. In vitiosa hac orationis ambiguitate mirandum non videtur, Bentleium ad emenda- tionem h. l. confugisse. Habes vero Bentleii verba hic excusa: Quid igitur fiet, ille pergit, aut quo tandem pacto tam diversa haec inter se conciliari poterunt? Sane cum Ovidius et Iuvenalis *Fortunam* no- minant, *Secundam* tantum intelligunt ex recepto loquendi more; et proinde recte dicunt, abeunte Fortuna, manere tamen fidos amicos; neque fortunae comites esse. Noster autem aliam plane imaginem concepit et repraesentavit; sub Fortunae enim nomine, eandem et prosperam et adversam, mutata tantum veste, intelligit; unde conse- quens erat, ut etiam mutatae fortunae Spem, Fidem et amicos certos adhuc comites et cultores esse diceret; meretrices autem et parasitos retrocedere et diffugere. Et bene quidem hoc Horatio cessisset, nisi addidisset verbum, quod, ut mihi quidem videtur, totam hanc scenam deturpat et prorsus corrumpit:

nec comitem abnegat.
Vtcunque mutata potentes
Veste domos inimica l i n q u i s.

Quippe, si Fortuna *linquit* domos afflictas, unaque comitantur abeun- tem Spes et Fides; tum profecto omnes omnino diffugiunt, tam fidi amici, quam infideles; quo nihil absurdius fingi potest. Certe, si quid video, vel hoc vel non dissimili verbo dictum oportuit,

Vtcunque mutata potentes
Veste domos inimica v e r t i s,

h. e. *concutis, affligis.* Negari nequit, inquam, locum ipsum frigere, quod iam supra adnotavi, suffragante mihi Lessingo. Utrum vero hu- iusmodi emendatione locus recte sanari possit, nec ne, diiudicare nolo. Frigent omnino versus propter epitheta nimis cumulata, quam rem emendare non licet. Etsi lectori, sive Romano, sive Germano, hic lo- cus displicet, culpa talis erit, qualis unice in auctorem cadere possit. Quod sensum attinet, is quidem non tam impeditus esse videtur, quam Bentleius putat. Doeringus sensum verborum sic explicat: *Spes* et *Fides* te *adversam* quoque colunt, neque a te recedunt, quando ex *se- cunda* in *adversam* mutata potentiorum domos relinquis; sed ceteri, qui tibi *secundae* tantum adhaerent, vulgus infidum, meretrices, para- siti, te *adversam* fugiunt, h. e. veri amici in fortuna adversa fidem, falsi perfidiam probant. Mitscherlichio verba ipsa ita iungenda viden- tur: *Te, utcunque,* quandocunque, ubi *inimica,* irata *linquis domos* per te antea *potentes* factas, hominem divitiis abundantem deseris, h. e. bonis exuis et calamitatibus deprimis, *mutata veste,* mutato habitu (parum subtili iudicio ad Fortunam poeta retulit, quod afflicto adsi- gnandum erat; nam is mutat vestem splendidam, sumpta sordida, vel- uti reus factus, vel omnino pannis se involvit, perditis omnibus) *colit,* praesto tibi est, adhaeret *Spes* (quae et alibi Fortunae iungitur, di- versa tamen ratione. Sic Macedon. XXXIX. (Anal. Br. III, 122.) *Ἐλ- πίδας Τύχης ἑταίρας* vocat, quatenus utraque homines ludit.) et *Fides rara*, pauci ex amicis, qui fidem in adversa fortuna praestant; *velata,*

Vtcunque mutata potentes
Veste domos inimica linquis.
At volgus infidum et meretrix retro
Periura cedit: diffugiunt cadis

v. 24. *linquens* unus Bersm. Dess. 2. *vertis* (pro *linquis*) coni. Bentl. h. e. concutis, adfligis. Nam si linquat Fortuna domum et comitetur eam Fides, sic omnes omnino amicos diffugere, fidos etiam; itaque ma- nere eam debere, sed mutato habitu. vid. L. Bos animadv. ad Hor. p. 32.
25. *Et vulgus* emend. Bonfin. *ut meretrix* coni. Cun. et sic Brod.

---

induta, ornata *panno albo*, veste candida; *nec* tibi *comitem* se *abnegat*, comites abnegant, recusant te comitari, h. e. perstant in rebus ad- versis. — v. 22. Nec te comitem aspernatur, vel nec ipsa tibi comes esse recusat, quandocunque tu fugis et deseris eos, quos antea co- luisti ac beasti, i. e. cum tu commutaris et ex amica et secunda fis inimica et adversa. Significat, viros bonos et fideles amicos non de- serere amicum olim florentem, nunc miserum fortuna commutata et rebus conversis. Per *fortunam abeuntem* et aufugientem significatur adversa: per *manentem* secunda, ut III, 29, 53 sq. *Laudo manentem, si celeres quatit Pennas, resigno quae dedit.* — Tirones simul animad- vertant Romanis *mutare vestem* idem significasse, quod nobis: *Trauer anlegen.* — *rara*, h. e. raros cultores habens, male Spencius Dial. X. p. 145. ad vestem refert. — *albo panno velata,* alba veste induta, ad candorem animi designandum; est enim alba vestis symbolum cando- ris et innocentiae. — [*Velata panno*] posset videri vili verbo usus, *panno*, nisi hoc sermone intelligi voluisset a pauperioribus magis coli fidem, aut certe quia albo panno caput velabant Fidei sacrificantes, aut propter ipsam fidem, quod pura est et alba, vel quod a senibus etiam maturis colatur, ut Virg. *Cana fides et Vesta;* seu quia honesti, dum fidem colunt, pauperes sunt, et est quaestuosa perfidia, ut Iuven. *Criminibus debent hortos, praetoria. ACR.* Posset videri sordide di- xisse *panno*, nisi vellet hac conceptione intelligi a pauperibus magis coli Fidem. *Albo* autem dixit propter honestatem fidelitatis. Aut num- quid *albo panno Fides velata* dicitur, quod qui fidem colunt honesti habeantur, sed pauperes fiant? quoniam acquisitio magis perfidia pro- venit. *POR.* — v. 26. Significat Horatius infideles amicos et eos, qui emolumentum sequuntur in amicitia, rebus amicorum accisis et af- flictis, divitiisque vel consumptis atque exhaustis, vel casu aliquo amissis atque ereptis, diffugere. Huc pertinet Graecorum proverbium *ζεῖ χύτρα, ζῇ φιλία: fervet olla, vivit amicitia.* Eodem Petronii Arbi- tri versus, (Sat. c. 80.) *Si fortuna manet, vultum servatis amici: Cum cecidit, turpi vertitis ora fuga. Grex agit in scena mimum, pater ille vocatur, Filius hic, nomen divitis ille gerit. Mox ubi ridendas inclusit pagina partes, Vera redit facies, dissimulata perit.* Sic Xenophon de rebus Graecorum l. 4, 8, 4.: *καὶ γὰρ τὸ μὲν ἐν ταῖς εὐπραξίαις πίστους φαίνεσθαι, οὐδὲν θαυμαστόν· ὅταν δέ τινες ἐν συμφοραῖς γενομένων φί- λων βέβαιοι φανῶσι, τοῦδ᾽ εἰς τὸν ἅπαντα χρόνον μνημονεύεται.* — *me- retrix periura*, perfida, fallax, infida. — *retro* a te *cedit*, deserit te. — *cadis siccatis,* epotis, exhaustis (ut I, 31, 11.) *cum faece*, *ἐς τρύγα*: quod est omnino pro, opibus exhaustis. — *dolosi ferre*, Graece pro: astutiores quam ut ferant; sic infr. Serm. I, 4, 12. *piger ferre* pro: nimis piger, quam ut ferat. *Ferre iugum pariter dolosi*, dolose, per- fide se subducentes, detrectantes *iugum*, non ferentes conditionem a Fortuna impositam, inopiam, tanquam iugum et onus. Comparant Pind. Nem. *ι´*, 147. *παῦροι δ᾽ ἐν πόνῳ πιστοὶ βροτῶν καμάτου μετα- λαμβάνειν.* Eadem imago in Theognid. 127. *οὐ γὰρ ἂν εἰδείης ἀνδρὸς*

Cum faece siccatis amici,
Ferre iugum pariter dolosi.
Serves iturum Caesarem in ultimos
Orbis Britannos, et iuvenum recens
Examen Eois timendum
Partibus, Oceanoque rubro.
Heu, heu! cicatricum et sceleris pudet

29. *in ultimos, oro, Britannos* coni. Bentl. barbare putans dici „ultimos orbis Britannos.“ Eadem de causa *ultimi orbis Britannos* coni. Cuning. *Nobis Britannos* coni. With.
33. *Heu heu* omnes Torr. praeter unum, Pulm. 2. Fran. Lipss. duo, Sax. cett. *Hen* (disyll.) unus Torr. Cruquii omnes praeter unum, Pulm. duo, Venet. Locher. Varietates sollennes. vid. ad I, 15, 9. *ac sceleris* Cun. San. *heu sc.* var. lect. Ion.

νόον — πρὶν πειραθείης ὥσπερ ὑποζυγίου. Id. 79 sqq. *παύρους εὑρήσεις — ἄνδρας ἑταίρους πιστοὺς ἐν χαλεποῖς πρήγμασι γιγνομένους, οἵτινες ἂν τολμῷεν, ὁμόφρονα θυμὸν ἔχοντες, ἶσον τῶν ἀγαθῶν τῶν τε κακῶν μετέχειν. Πολλοί τοι πόσιος καὶ βρώσιος εἰσὶν ἑταῖροι, ἐν δὲ σπουδαίῳ πράγματι παυρότεροι.*

v. 29. Becher. l. ad 2, 26. cit. p. 16. ab hoc versu novum carmen exordiri voluit, cum haec verba per saltum praecedentibus addantur. Non vidit enim hunc versum cum v. 1. coniungendum et quae vss. 2—28. leguntur, tanquam per parenthesin interposita esse; quae ratio Horatio maxime familiaris est. vid. I, 12, 26 — 32. I, 32, 5—12. III, 17, 1—9. IV, 4, 1—4. et 18—22. IV, 6, 9—24. etc.

v. 29 sqq. Exposita e priscorum hymnorum ratione deae potentia iam ad preces se convertit. *M.* Iam, captata quasi Fortunae per hymnum, in eius potentiam decantatum, benevolentia, subiungit preces pro Caesare. *D.* — *Serves Caesarem et iuvenum examen*, per litoten, expeditionem istam faustam esse iubeas devictis Britannis et Orientis populis. — *ultimos orbis* terrarum homines. *Vltima* enim *Occidentis insula* habebatur Britannia (Catull. XXIX, 4 et 13.) ipsique inde dicti *ultimi* Catullo (XI, 11.) et aliis. Sic *extremi hominum Morini* Virg. Aen. VIII, 727. *extremi orbis Iberi* Lucan. VII, 541. — *iuvenum examen*, exercitum ad bellum eductum. Aeschyl. Pers. 126 sqq. *πᾶς γὰρ ἱππηλάτας τε καὶ πεδοστιβὴς λεώς, σμῆνος ως ἐκλέλοιπε μελισσῶν, σὺν ὀρχάμῳ στρατοῦ.* *Iuvenes*, *iuventus*, *pubes*, multoties apud Virg. et alios de militibus. *Examen* de apibus proprie dicitur, transfertur autem ad alia, ut hic et Epod. II, 65. *Positosque vernas, ditis examen domus.* *Recens* ego ad *examen* referre malim, ut sit: exercitus nuper conscriptus, modoque ad bellum eductus. — *timendum*, debellaturum, subiugaturum; magnifice, pro, quod militatum abit, bellum infert *Eois partibus*, Eoae terrae plagis, et *Oceano rubro*, ad mare rubrum, Indicum sitis, omnino pro, Orientis populis, Arabibus et Parthis. Nonnulli *Oceanum rubrum* positum esse volunt ad significandam eam mundi partem, quae sita est ad solem occidentem, a quibus dissentio. Hoc enim significat Horatius, se precari, ut, quemadmodum hic exercitus metuendus est partibus et mari solis orientis, puta Persis, Medis, Parthis, Arabibus: ita sit horribilis Britannis, qui oram mundi soli occidenti propinquam incolunt, adversus quos hunc exercitum ducturus sit Augustus. — [*Serves iturum*] per hyperbaton sensui superiori respondit: *O Diva gratum quae regis Antium. ACR.*

v. 33. Haec subita ad bella domestica conversio, et dira malorum, quae illa protulerunt, exsecratio, ad votum, ut bellum a patria ad

Fratrumque. Quid nos dura refugimus
Aetas? quid intactum nefasti
Liquimus? unde manum iuventus
Metu Deorum continuit? quibus

v. 34. *dira* Lips. 3. — 36. *linquimus* Dess. 2. Locher. *manus* Mss. quidam et Venet. 1478. unde plurimas Editt. occupavit; et sic Lamb. Fabr. Rutg. Heins. Steph. Fab. Burm. Dacer. Baxt. Sed *manum* omnes Cruquii praeter unum, Lipss. tres, Fran. Mentel. Gott. Sax. Brod. Pulm. 1, 2, 3, 4. Bentleii plurimi cett. Venet. 1492. Locher. Ascens. Flor. Torrent. Marcil. Talbot. Bentl. Cun. Sanad. Iones. Gesn. cett. In *manus iuventus* homoeoteleuton displicet.

---

barbarorum vincendorum terras avertatur, egregie ducit. Oratio plena indignationis atque affectus. — *cicatricum*, vulnerum, caedis, pugnae civilis, quae *scelus*, sollenni idea. Lucan. II, 286. *Summum, Brute, nefas civilia bella fatemur.* Scelus est enim civem interficere et bellis civilibus interesse. — v. 34. Civium, vel dic proprie, consanguineorum et germanorum; eveniebat enim interdum, ut duo fratres contrariarum essent partium. Aetas annorum triginta spatium est, ut satis constat. Bella autem civilia a Sylla, Mario, Octavio, Cinna, iterum Sylla et Mario, Carbone, Pompeio, Caesare gesta in triginta annorum spatio vertuntur. Consecuta sunt Octaviani, M. Antonii, Bruti et Cassii tempora. Itaque bella civilia ad alteram aetatem pervenerunt ac permanarunt, ut idem ait Epod. XVI, 9. *Altera iam teritur bellis civilibus aetas.* Copiosius in hanc sententiam Lucan. II, 147. *domini per viscera ferrum Exegit famulus; nati maduere paterno Sanguine: — in fratrum ceciderunt praemia fratres.* — *quid refugimus*, nihil tam atrox, tam nefarium fuit, quod non perpetrare sustineremus, ad quaevis facinora promptissimi fuimus, scelus scelere cumulavimus. Virg. Georg. I, 505.: *Quippe ubi fas versum, atque nefas: tot bella per orbem: Tam multae scelerum facies* etc. — *dura aetas*, duri, nullo pudoris sensu inde revocati, impii. Epod. XVI, 9. *Impia perdemus devoti sanguinis aetas.* — v. 35. *quid intactum* cett. nihil non *nefasti*, nefarie attigimus, quod adeo tangere nefas erat, h. e. res sacras, templa deorum violavimus, caede polluimus, diripuimus. — v. 36. *manum continuit*, abstinuit *metu Deorum*, deos vindices reverita.

v. 37. *quibus aris*, num templis *pepercit?* Lucan. II, 103. *stat cruor in templis multaque rubentia caede lubrica saxa madent.* Cf. III, 6, 1.— Lambinus hunc locum (vers. 38.) in omnibus libris et impressis et manuscriptis corruptum litteris leviter immutatis olim sic restituendum putaverat, *O utinam nova Incude destringas recusum in Mass.* etc. Vulgata enim lectio *diffingas* plane corrupta erat, nam *diffingere* est dissolvere et demoliri, ut III, 29, 47 sq. *neque Diffinget infectumque reddet, Quod fugiens semel hora vexit*, quod huic loco non convenit. Sed nunc posteaquam adversaria sua relegit, in quibus notatum sua manu reperit, in codice Ful. Vrsini scriptum fuisse *defigas*, eodemque modo Canterium in alio codice item manuscripto legisse audivit: scripturam veterem coniecturae suae anteponit, et sic in omnibus exemplis reponendum censet. Quod ad vocem *recusum* attinet, sententiam non mutat: nam *retusum* nullo modo ferri potest. Iam quod Adr. Turnebus vulgatam lectionem *diffingas* tueri conatur et *diffingas* ita explicat, aliter fingas, non probat. Nihilominus quod Pseudoporphyrio *diffingas* interpretatur *redacuas.* Nam neque Porphyrioni hoc venit unquam in mentem, neque a quoquo emunctae naris homine ferri potest: cum *diffingere*, ut dixit, sit id, quod cusum, fictum et fabricatum

Pepercit aris? O utinam nova
Incude diffingas retusum in
Massagetas Arabasque ferrum.

v. 39. Locus vexatissimus! Carm. Lib. III, 29, 46.: *neque diffinget infectumque reddet.* Ceterum Vanderburgianorum *B: defingas;* sic et *P*, sed ibi *n* deletum; duo plane: *defigas;* unus: *diffindas* cum v. l. *diffingas.* I. G. Graev. in notis, quae ipsius manu adscriptae leguntur editioni Cruqu., Heidelbergae servatae in bibl. Acad.: Utinam gladios bello civili hebetatos refingas, ut illis utamur adversus Massagetas. *Diffingere ferrum* est in novam formam recudere, amissa priore. Lectio vulgata et auctoritate et apto valet sensu: *diffingas retusum;* sic omnes prope libri mss. et edd., omnes Lamb. praeter unum, Pulm. 1, 2, 3, 4. duo Blandd. Div. Sil. ap. Cruqu. omnes Torrent. Lipss. tres, Altt. Dess. 2. Frau. Mentel. plerique Bentl. Locher. Venett. Basill. Brut. Fabr. Rutg. Heins. Fab. Dacer. Burm. Baxt. Sanad. Iones. *defingas retusum* quidam Mss. et vett. edd. Bentl. 2, 6. et sic Bentl. Cun. *defingas recusum* Lips. 4. *diffingas recusum* unus Bland. Cruqu. et ipse Cruqu. it. Marcil. h. e. recudas et diffingas, quemadmodum Virg. „flexos incurvant arcus.“ Sed quis ferre possit „recusum incude“? *defingas retusum* Mald. et Mart. Cruqu. *defigas retusum* Vrs. Lamb. et lib. ant. Canter. *destringas* (unde alii *distringas*) *recusum* emendatio prior Lambini et in prima edit. lectio; laudato III, 1, 17. „Diffingere“ esse dissolvere, corrumpere, interimere; in quo ita argutatur, ut vix Lambinum agnoscas. Strenue tamen eum sequitur Bentl. *defigas recusum,* posterior lectio Lambini. *diffindas* h. e. deducas, refabrices et exacuas, emend. Cuiac. Obs. XII, 18. *refusum* vir doct. in Obs. Misc. Burm. Tom. IV. p. 381. *recoctum* coni. Bentl. h. e. denuo liquefactum, ut recudatur; uti Virg. Aen. VII, 636. cett. Audacter! cf. Cuning. Animadv. c. 18. p. 344. *defingas* Cod. Goth. qui *retusum* exhibet. Sic Cod. Guelf. *defingas* Fea quoque.

---

est, deformare, corrumpere atque interimere; qui de integro autem ensem acuat, non perimat, sed reparet ac restituat. Praeterea, inquit, si daremus (quod tamen non possumus) *diffingere* esse reparare, reficere atque refabricari; nonne ineptissimus esset hic sermo: o utinam reficias ensem, seu redacuas ferrum, quod caede civium retusum est, in Massagetas et Arabas? nonne elegantia Horatiana indignissimus? Postremo quid sibi vult illud *reacuere,* seu *redacuere ferrum nova incude? nova cote* diceret potius. Omnino nihil hac explicatione pinguius fingi potest. Haec leguntur apud Lambinum. Vid. Var. Lect. — *diffingas,* recudendo in aliam formam fingas, retractes, quae explicatio quidem VV. DD. Ianii ac Doeringi est. Sic *diffingere* est mutare, III, 29, 47. Mitscherlichii huius verbi explicatio haec est: *Vtinam ferrum* in civibus *retusum*, hebetatum *nova incude diffingas in M.*, iterum in massam conflatum refingas, recudas atque vertas in Massagetas. Criticos vero hunc locum mirum in modum conturbasse, quis est, qui neget? Verborum sensus per se spectatus facilis, commodus, sententiae aptus cur criticis negotium facessiverit, nullus video. Egregie bellorum civilium atrocitatem atque diurnitatem declaravit poeta per arma retusa atque fracta, quae adeo incudi reddi oportebat, ut usum in bello iterum praestarent. — *Massagetas*, Scythiae gentem, Parthis conterminam et *Arabas*, propter vv. 31—32. — v. 39. [*Diffingas*] confusum reformes. Nam sicut *fingere* formare dicitur, sic et *diffingere* est quassatum reformare. *ACR.* ἀμφίβολον. Non enim retusum in Massagetas accipiendum, sed in Massagetas diffingas. Sensus enim est: ut ferrum, quod retudimus in corporibus nostrorum bello civili, diffingas, i. e. refabrices adversus barbaros. *POR.*

CARMEN XXXVI.

AD PLOTIVM NVMIDAM.

ARGUM. *Plotius Numida post trium annorum absentiam cum Augusto ex Hispania, ubi ille bellum Cantabricum gesserat, a. V. DCCXXX revertente Romam redit. Horatius Numidae sodales, in primis autem intimum eius atque aequalem Lamiam, ad diem festum celebrandum invitat. Iubet igitur, ut, mactata ex voto, pro felici Numidae reditu suscepto, hostia, diem festum potationi, saltationi, amoribusque indulgendo hilariter transigant. Primum amico suo reditum gratulatur felicem, deinde vota pro illius incolumitate suscepta Diis solvenda, denique epulas parandas esse dicit. Ceterum vero omnia, quae ad vitae hilaritatem atque amoenitatem spectent, amicis sedulo commendat. Compara cum hoc carmine Catulli c. IX. et Iuvenal. XII.*

Et ture et fidibus iuvat
Placare et vituli sanguine debito
Custodes Numidae Deos,
Qui nunc, Hesperia sospes ab ultima,
Caris multa sodalibus,
Nulli plura tamen dividit oscula,
Quam dulci Lamiae, memor
Actae non alio rege puertiae,

v. 8. *Arctae* cod. H. Steph. ed. Muret. — *pueritiae* scribi vult Cruquius, nam non nisi in scansione esse synaeresin. Et sic duo codd. Dor-

---

v. 1 sqq. Lubens voto, cui, Numida incolumi reverso, obstrictus sum, me nunc exsolvo, sacrum diis, pro eiusdem salute promissum, offerendo. Erat adeo sacrificium *debitum*, ex voto, votivum (ut *votiva iuvenca* Epist. I, 3, 36. *votiva aedes* II, 17, 31. et II, 7, 17. *obligatam redde Iovi dapem.*) impetratis iis, quae a diis precatus erat. Ovid. Fast. V, 596. *meritus votis debita solvit honos.* Tibull. IV, 4, 23. *debita reddet certatim sanctis laetus uterque focis.* Declarat autem poeta sacrum per *tus*, *fides* (nam et cantu admixtis tibiis et lyra sacra peragebantur. IV, 1, 21. *Illic — duces tura, lyraeque et Berecyntiae delectabere tibiae mixtis carminibus non sine fistula.* Ad sua tempora morem istum perdurasse testatur Porphyrio: „Fidicinas hodie quoque Romae ad sacrificia adhiberi, sicut tibicinas, nemo est qui nesciat.“) et *hostiam. M.* — *Placare Deos*, sc. votis pro Numidae fausto reditu susceptis, iisque Diis solutis; III, 23, 3. *si ture placaris et fruge Lares.* Iuvenal. XII, 89. *hic nostrum placabo Iovem, Laribusque paternis tura dabo.* — *vituli sanguine*, vitulo, quod Diis ex voto debebat, mactando. — *custodes Numidae*, ita Dii vocantur, quippe qui Numidam custodierint. — *Hesperia*, Hispania. Epitheton *ultima* distinguit eam Hesperiam, quae pro Italia ponitur, ab Hesperia, quae est ad Occidentem versa. Nam alias per Hesperiam etiam apud hunc poetam Italia significatur, ut III, 6, 7 sq. *Di multa neglecti dederunt Hesperiae mala luctuosae.* IV, 5, 37 sq. *Longas o utinam, dux bone, ferias Praestes Hesperiae.* — *sospes*, salvus et incolumis. — *dividit oscula sodalibus*, inter sodales distribuit, modo hunc modo illum osculo impertiendo, ut supr. I, 15, 15.: *carmina dividere.* — v. 6. *Nulli Plura*] nulli tamen plura tribuit aut impertit, quam Lamiae.
v. 7. *dulci*, suavi ac veteri amico. — v. 8. Memor pueritiae eodem

Mutataeque simul togae.
Cressa ne careat pulchra dies nota:
Neu promtae modus amphorae,

villii, it. Lipss. duo. Sed recte scribitur *puertiae*. Est syncope, ut in *porgite*, *surpuerat*, *lamnae*. — v. 10. *Thressa* emend. Iac. a Cruce Bonon. et amplexi sunt Erasm. Glarean. Murmell. Hermol. Barb. Cael. Cur. Bonfin. quod Thracum potius mos fuerit, albis calculis notare dies felices; Plin. VII, 40. Sed cum recte vidit Bentl. notam Thressam tunc ambigue dici et posse etiam nigram esse, tum omnium libb. lectio non deserenda, modoque recte explicanda. — *Pressa* coni. ap. Iones.

11 sqq. Varietas magna est in illo *neu*. Quidam libb. ubique habent *nec*, alii (ut Lips. 2.) tantum in vv. 11, 12. alii (ut Asc.) in v. 13. alii (ut Locher. Venett.) in vv. 11, 12, 13. servato in ceteris *neu*. Ceterum hoc ipsum *neu* metuo, inquit Ianius, ne transponendis versibus occasionem dederit. Melius enim et aptius esset, si post v. 10 sequerentur vv. 15, 16. quia tunc idea versuum 13 et 14 naturali continuatione ducit ad vv. 17 — 20.

---

rege traductae, i. e. eodem magistro ac doctore, seu eodem et communi amico potentiore, ut Epist. I, 7, 37.: *rexque paterque Audisti coram*. et 17, 43 sq. *Coram rege suo de paupertate tacentes Plus poscente ferent*. Vid. Lambinus, qui haec verba *non alio* sic accipit, ut significent, Pompeium Numidam et Lamiam eodem et communi rege, i. e. potenti seu magno amico, qui hic non nominatur, usos esse, seu eodem magistro ac doctore, quod probabilius est, atque ita Turnebo, cui nos quidem adsentimus, videtur. — *memor* propterea, (ut I, 33, 1.) quod pueritiam egerit *non alio*, eodem cum illo *rege* usus, inde a pueritia adeo cum eo coniunctus. — v. 9. quocum *simul togam* praetextam virili *mutavit*, togam virilem una sumpsit. — v. 10. *Cressa*] *Cressa nota*, i. e. alba, a Creta insula. Neque vero referendum est ad Cretensium morem, quo Acro et Porphyrio eos solitos ait dies laetos albis lapillis notare, et contra cett. Thracum enim fuit haec consuetudo, qui (ut scribit Plinius lib. VII, c. 40.) eos dies, quibus secunda fortuna essent usi, iucundeque et beate vixissent, albo lapillo notabant, nigro contrarios. Sed *Cressa* idem valet, quod alba seu candida, et Creta non solum insulae nomen est, sed etiam lutum illud album significat, quo utebantur cerae loco Graeci Asiatici ad obsignandas litteras et privatas et publicas, propterea quod in Creta magna est talis luti copia. Cic. pro Flacco, 16, 37. *Haec quae est a nobis prolata laudatio, obsignata erat creta illa Asiatica, qua utuntur omnes in publicis et privatis litteris*. Hoc igitur dicit Horatius: notetur hic dies candida nota, ut vere felix et faustus. Bentleio, quem vide ad h. l., omnia perpendenti nulla verior videtur explicatio, quam ut *Cressa nota* pro *cretae* vel *cretea nota* accipiatur. Quippe priscos Latinos *cretae*, ab insula Creta, unde eam glebam advectam crediderunt, nomen indidisse vero simillimum est. Ita sane Isidorus Orig. XVI, 1. *creta*, inquit, *ab insula Creta, ubi melior est*. Quam explicationem etiam Doeringus secutus est, dicens: dies feliciores apud Romanos nota alba vel albo lapillo, infeliciores autem nota nigra vel atro lapillo notatos fuisse, satis notum est. — *dies pulchra*, laeta, felix, fausta, ut IV, 4, 39. Alias est *lux candida*, *nivea* et sim. — v. 11. *neu promtae mod. amph.*, neve modus in promendis ex cella vinaria amphoris servetur, h. e. largius hodie vinum afferatur. *D. Promtae* e cella vinaria atque in medium positae, sollenni vocabulo. H. l. simpliciter ornat. Alii tamen, eo inducti, sententiam sic constituunt: ne modus sit in promendis de cella amphoris; quam admodum vereor, ut linguae le-

Neu morem in Salium sit requies pedum:
Neu multi Damalis meri
Bassum Threicia vincat amystide:
Neu desint epulis rosae,
Neu vivax apium, neu breve lilium.
Omnes in Damalin putres

v. 17. *Damalim* fere edd. vett. et recentt. Sed praestat *Damalin*, sic et Rutg. Fab. Cun. Bentl. Iones.

---

ges ferant. *M.* — v. 12. Erant autem Salii Martis Gradivi sacerdotes a Numa Pompilio instituti, qui certis anni temporibus carmina cantabant cum tripudiis et saltibus sollennibus, de quibus qui plura scire volet, legat Dionys. Halicar. lib. 2. *Salium* autem quarti casus esse numeri singularis, non patrii in numero multitudinis esse puto, ab adiectivo (ut grammatici vocant) *Salius*, *a*, *um*, ut a Sulpicio subst. adiectivuum facit IV, 12, 18. *Qui nunc Sulpiciis accubat horreis*. [*L.*] De Saliis sacerdotibus cf. Liv. I, 20. *Salios item duodecim Marti Gradivo legit, tunicaeque pictae insigne dedit, et super tunicam aëneum pectori tegumen; caelestiaque arma, quae ancilia appellantur, ferre, ac per urbem ire canentes carmina cum tripudiis, sollennique saltatu iussit.* Quotannis nimirum cum pompa sollenni per urbis plateas (Calendis Martiis) carmen vetus decantantes ire solebant, quod aetate, qua vixit Cicero, nemo intelligere poterat. — v. 13 — 14. *Damalis — vincat*, i. e. neve Damalis puella bibacissima, (propterea que inhonestior, quoniam virgines honestiores vel ingenuae potationibus minime interesse solebant) certantibus inter se vino convivis, Bassum vincere contendat bibendo aut magnitudine poculorum, sed cum Numida certet potius. *Ἄμυστις* est, ut Hesych. explicat, *συνεχὴς πόσις*, quum poculum uno spiritu exhauritur. Hinc *ἀμυστὶ πίνειν*, veluti Anacr. XXI, 2. quod alias est *χανδὸν πίνειν*. Alii quodvis grandius poculum, de quo absque respiratione ebibendo inter convivas certetur, sic dici existimant, nullo idoneo auctore. Est adeo proprie h. l. *ne vincat amystide*, in eo certaminis genere, cuius lex est, ut poculum uno ductu exhauriatur, tum omnino in bibendi certamine. *Thraciam* vocat ad exemplum Callimachi apud Athen. XI, 477. (in fragm. Bentl. n. CIX.) *καὶ γὰρ ὁ Θρηικίην μὲν ἀνήνατο χανδὸν ἄμυστιν ζωροποτεῖν, ὀλίγῳ δ' ἥδετο κισσυβίῳ:* quia Thraces vinolenti et *ἀκρατοπόται*. Plutarch. *συμποσ.* lib. *γ'*, *κεφ. ε'*. *τοὺς γὰρ ἄθρουν καὶ ἀπνευστὶ πίνοντας, ὅπερ ἀμυστίζειν ὠνόμασται, οἱ πάλαιοι ἥκιστά φασι περιπίπτειν μέθαις.* — *multi meri*, multibiba ac merobiba puella, quae largiter vino se ingurgitare solebat, ut ap. Ovid. Met. XIV, 252. *nimiique Elpenora vini*. Eadem de Cleo, femina bibacissima, praedicat Phalaecus apud Athen. X. p. 440. *Χρυσωτὸν κροκόεντα περιζώσασα χιτῶνα τόνδε, Διωνύσῳ δῶρον, ἔδωκε Κλεώ, οὕνεκα συμποσίοισι μετέπρεπεν· ἶσα δὲ πίνειν οὔτις οἱ ἀνθρώπων ἤρισεν οὐδαμᾶ πω.* *Bassus* procul dubio famosus fuit potator.

v. 15. Sic et Carm. Lib. II, 3, 13 sq. rosae et unguenta in convivio adhibentur: *Huc vina et unguenta et nimium breves Flores amoenos ferre iube rosae*. Florum sollennis mentio in convivii apparatu. Memorat ex his *rosas*, *apium vivax*, *σέλινον ἀείφυλλον*, *lilium breve*, cito deflorescens. Multa in hanc rem congesta a *Fulv. Vrsin. in Append. ad Ciaccon. de Triclin.* p. 263 sqq. — v. 17. *Putres*] i. e. omnes alii praeter Numidam putres in Damalin oculos declinabunt et claudent somno occupati et obdormiscent, neque quantumvis eius amplexum concupiscant, ea potientur, sed eos Veneri intentos somnus auferet. *Deponent oculos*, i. e. demittent et declinabunt palpebras somno op-

Deponent oculos; nec Damalis novo
Divelletur adultero,
Lascivis hederis ambitiosior.

CARMEN XXXVII.

AD SODALES.

ARGUM. *Quum Cleopatra, pugna ad Actium a. V. DCCXXIII commissa, omnem fere salutis spem deponeret, cum Antonio, viro incasto, eoque adultero, se in fugam coniecit, quamvis Augustus sequentis demum anni initio Alexandriam peteret. Classe scilicet superata atque incendio absumpta, Cleopatra mortem sibi serpentis morsu conscivit, ne in manus victoris, Caesaris Octaviani, qui eius vestigiis cum magna militum copia instabat, veniret. Horatius nuncio de Cleopatrae morte Romam allato eo magis laetatur, quo gravius fuit periculum, quod ista mulier imperio Romano parare conata erat. Poeta hanc animi laetitiam in hoc carmine suaviter exprimit, sodales, ut eiusdem participes fiant, evocans, adeoque Augusti laudibus dicendis immorans, ita quidem ut animum nostrum amoenissime afficiat. Comparant cum hoc carmine Epod. IX. Virg. Aen. VIII,* 675. *Propert. III,* 11. *et IV,* 6.

Nunc est bibendum, nunc pede libero
Pulsanda tellus, nunc Saliaribus

v. 18. *Deponant* unus Bersm. Lips. 4. Locher. Asc. Venet. 1492. 19. *Divellatur* Lips. 4. Sic Cod. Goth.

---

pressi. ***putres in Damalin*** autem, i. e. vel amore et cupiditate Damalis fractos vel ebrios. Licet etiam coniungere verbum ***deponent*** cum hoc ***in Damalin***, ut sit ***deponent oculos in Damalin*** tanquam onus, ***putres*** autem, i. e. libidine natantes seu colliquefactos, ut apud Theocr. *εἰδ. α'*, 90 sq. *Καὶ τὺ δ', ἐπεί κ' ἐσορῇς τὰς παρθένος, οἷα γελεῦντι, τάκεαι ὀφθαλμὼς, ὅτι οὐ μετὰ ταῖσι χορεύεις.* Xenoph. Symp. c. 1. *ὥσπερ ὅταν φέγγος τι ἐν νυκτὶ φανῇ, πάντων προσάγεται τὰ ὄμματα, οὕτω καὶ τότε τοῦ Αὐτολύκου τὸ κάλλος πάντων εἷλκε τὰς ὄψεις πρὸς αὐτόν.* Heliodor. II. p. 123. *καθάπερ ἀρχέτυπον ἄγαλμα πᾶσαν ὄψιν καὶ διάνοιαν ἐφ' ἑαυτὴν ἐπιστρέφει.* — ***putres***, lascivos, amore tabescentes.

v. 18. ***neque*** tamen Damalis ***divelletur***, divelli se patietur ***adultero***, (casu tertio) ab amplexu adulteri, amatoris, Numidae, ***novo***, iterum sibi reddito. — ***ambitiosior***, quem arctius amplectitur, cui tenacius inhaeret, quam hederae arborem ambire solent. Epod. XV, 5. ***Arctius atque hedera procera adstringitur ilex, Lentis adhaerens brachiis.*** Catull. LXI, 32—35. ***mentem amore revinciens, ut tenax hedera huc et huc arborem implicat errans.*** Eurip. Hec. 398. *ὁποῖα κισσὸς δρυός, ὅπως τῆσδ' ἕξομαι.* ***hedera*** autem, ob eius amplexus cum lasciviorum amplexibus comparata, ipsa suaviter dicitur ***lasciva***, quod respondet fere nostro: ***buhlend.***

---

v. 1 sqq. Effrenis laetitiae sensum, quo ad canendum excitatus erat poeta, ipsa oratio per breves sententias praecipitata mire adiuvat; cui insuper vim addit *nunc* repetitum et v. *erat*, de quo statim. Generalis sententia erat: hilariter hunc festum agamus diem! Pro hoc statim, quibus animum exhilarari vult, commemorat vinum, saltationem, epu-

Ornare pulvinar Deorum
Tempus erat dapibus, Sodales.

v. 4. *erit* quid. Lamb. Lipss. duo, Asc. Venet. 1492. Locher.

---

las: fere ut I, 36, 11 sqq. Initium fluxisse videtur ex Alcaei similis argumenti carmine, cuius primos vv. servavit Athen. X, 8. *νῦν χρὴ μεθύσκειν, καί τινα πρὸς βίαν πίνειν, ἐπειδὴ κάτθανε Μύρσιλος.* — ***pulsanda tellus,*** saltandum, tripudiandum (ut I, 4, 10. adde I, 36, 12. Ovid. A. A. 1, 112. Fast. VI, 330.) ***pede libero***, libere, effuse, ut animum metu liberatum decet. Nam ad totum animi habitum hoc epith. pertinet. Propert. IV, 6, 61. in eadem re: ***prosequitur cantu Triton, omnesque marinae plauserunt circa*** libera signa ***Deae,*** h. laetitiae signa plausu edidere. Pessime ibi Interpp. Sic *ποῦς ἀνόσιος* Eurip. Hel. 875. ***pes inimicus*** Prop. II, 6, 38. ***superbus*** Senec. Med. 253. ***iniuriosus*** supra 35, 13. et sic centies. Minus commode alii h. l. interpretantur: ***pede libero*** a catenis, quae a Cleopatra timendae erant, s. recuperata libertate. — v. 2. Nunc epulae apparentur splendidae ac magnificae pro diei sollennitate. Augusta specie hoc poeta extulit, orationis colore a supplicationum caerimoniis desumpto. Decreta enim ad pulvinaria Deorum vel ob res feliciter gestas vel ad ipsorum iram prodigiis aut calamitate publica manifestatam placandam supplicatione Deorum statuae in lectis circa aras collocari, iisque amplissimae dapes adponi solebant. Vbi igitur ad gratias Diis agendas ea fieret, privata cum publica certabat laetitia, festis epulis aliisque prodita. Cic. in Catil. III, 10. ***quoniam ad omnia pulvinaria supplicatio decreta est, celebratote illos dies cum coniugibus et liberis vestris;*** laudante iam Lamb. Eodem orationis splendore ac dignitate sollennes epulas devicta Cleopatra indicit Prop. IV, 6, 1 sqq. Alii proprie h. l. accipiunt, veramque a poeta supplicationem edici existimant. Sed haec parum commode interiecta esset aliis, quae ad privatam laetitiam spectant; tum carmen est ad Sodales, non ad populum Rom. ut III, 14. ubi multo graviorem ingenii incessum in eadem re suadenda deprehendas. — ***Saliares dapes***, epulae opiparae et magnificae. Hinc ***epulari Saliarem in modum*** proverbialiter Cic. Att. 5, 9. v. Torrent. — ***ornare pulvinar dap.***, instruere, adponere dapes pulv. Solebant Romani vel devictis hostibus vel quovis alio modo Republ. bene gesta et periculo communi propulsato, ad omnia pulvinaria Deorum supplicationem decernere atque aliquot dies festos laetitia publica celebrandos indicere. Habebant autem singuli Dii suos lectos et pulvinos, quibus imponebantur. Peculiarem libellum ***de sacris pulvinaribus*** scripsit ***I. David Ellrod***, Altorf. 1726. 4. — ***tempus erat***, est, sed alterum eleganter animum laetitiae testificandae vel minimam moram impatientius ferentem depingit. Aristoph. Eccles. 872. *τί ποτ' ἄνδρες οὐχ ἥξουσιν; ὥρα δ' ἦν πάλαι.* Senec. Med. 111. ***Multifidam iam tempus erat succendere pinum.*** Propert. II, 8, 16. ***magni nunc erat oris opus.*** ubi v. Broukh. Idem elegans usus particc. ***dudum*** et ***iamdudum***, v. c. Ovid. A. A. II, 457. ***Candida iamdudum cingantur colla lacertis.*** Tib. III, 6, 63. ***Iamdudum Syrio madefactus tempore nardo debueram sertis implicuisse comas.*** Alii graecismo rem expediunt, parum opportune, arbitror. — ***Tempus Erat***] sic scriptum reperi in libro Donati, Faerni, Tornes. Vaticanis duobus: alii corrumpentes ***erit*** reponunt, alii ***erat*** positum volunt pro ***est***. Lambinus putat proprie locutum esse Horatium, longeque adeo significantius, quam si verbo praesentis temporis usus esset, hoc modo: non erat fas antehac e cellis avitis vinum depromere conviviaque agitare; sed nunc devicto M. Antonio cum Cleopatra, hoc erat illud tempus, in quo decebat epulari et convivari. Sic loquitur Aelian. var. histor. lib. I, 3, 1.

Antehac nefas depromere Caecubum
Cellis avitis, dum Capitolio
Regina dementes ruinas,
Funus et Imperio parabat
Contaminato cum grege turpium

v. 5. *Ante hoc* Locher. — 7. *Regina demens et ruinas* coni. With. 9. *congrege* coni. Scalig. Auson. lectt. I, 17. et sic reperit Cruqu. in tribus, qui et ita edidit. Probat etiam Barth. Advers. LIX, 9. ut sit: *congrege morbo cont. t. v.*, i. e. congreges sibi habens morbosos contaminatos turpes viros. Sed vid. Bentl. item H. Steph. Diatrib. II. ad Horat. p. 123. — *imperio parabat contaminato*, iungit Marcil. h. acciso largitionibus factis ab Antonio Cleopatrae et liberis eius; *contaminare* esse graecum *συγκόπτειν*.

Σοφόν τι ἄρα χρῆμα ἦν γένος βατράχων Αἰγυπτίων. Oppian. lib. 3. ἁλιευτ. 93. *Ἰχθύσι δ' οὐκ ἄρα μοῦνον ἐπ' ἀλλήλοισι νόημα Πυκνὸν ἔην καὶ μῆτις ἐπίκλοπος*. Hesiod. ἐργ. καὶ ἡμερ. v. 11. *Οὐκ ἄρα μοῦνον ἔην ἐρίδων γένος, ἀλλ' ἐπὶ γαῖαν Εἰσὶ δύω*. Theocr. εἰδ, ε', 79. *ὦ Παιάν, ἦ στωμύλος ἦσθα, Κομάτα*. — v. 5 sqq. Quod antea, rep. in summum discrimen adducta, *nefas*, impium fuisset, civem Romanum dedecuisset. Pro hac vulgari transeundi forma poeta sententiam priorum vv. alia idea speciali, qua vitam iucundam in genere designat, iterum repraesentat. *Caecubum* pro quovis nobiliori vino, quod adeo festa tantum luce bibatur, *repostum ad festas dapes* Epod. IX, 1. cf. Prop. III, 6, 63. Tib. II, 1, 27. *depromere* (v. ad I, 9, 7.) e *cella avita*, in qua vinum ab avo reconditum fuerat, adeoque vetustum. *Testam paternam* similiter dixit Tibull. I, 10, 48. — v. 6 sqq. Splendide, pro, dum Cleopatra reip. Romanae interitum parabat. Pro republica est *Capitolium*, cum delectu; nam aeternitatis illud rei Romanae certissimum pignus habebatur. v. III, 3, 42. et III, 30, 8. Hinc *ruinae* eius *dementes*, feminae dementis, quas non nisi demens animo struere possit. — Quo everso, *Funus*, finem se simul impostituram sperabat *Imperio* Romanorum in universum terrarum orbem. Plus dignitatis habet, si ita accipias, quam si simpliciter de evertenda rep. Romana cogites. Ita quoque Vellei. II, 85. *Advenit deinde maximi discriminis dies, quo Caesar Antoniusque productis classibus pro salute alter, in ruinam alter terrarum orbis dimicavere*. Ceterum colorem orationis ex Horatio duxit Valer. Max. V, 2. de Coriolano: *funus et tenebras Romano imperio minitantem;* unde patet, legi debere: *funus et ruinas* cett. Facile vero intelligitur, ad invidiam rei augendam haec a poeta ita adornata esse; nam non tam exscindi populum Romanum volebat Cleopatra, quam ei imperare, regni sede Alexandriam translata. Res satis nota e Dione L, 7. adde Propert. III, 11, 29 sqq. Flor. IV, 11.

v. 9. Cum spadonum turba, quos et in consilium adhibebat et exercitibus praefecerat. Infra Epod. IX, 13. *Romanus miles — spadonibus servire rugosis potest*. Indignitatem rei ipsa oratione auxit poeta. Nam istum spadonum comitatum *gregem* vocat per contemtum (ut Sueton. Tit. c. 7. *libido propter spadonum greges suspecta in eo erat*.) eumque *contaminatum*, impura libidine attritum (Propert. de Cleopatra III, 11, 30. *et famulos inter femina trita suos*, eadem virulentia) impurum, infamem. Apte Tacit. Annal. XV, 37. *Vni ex illo contaminatorum grege in modum sollennium coniugiorum denupsisset*, laudante Bentl. Alii ad evirationem trahunt. — *turpium morbo*, turpi morbo infamium, morbosorum, *παθικῶν*. Nam *morbus*, ut Gr. *νόσος*, *πάθος*, de impura libidine dicitur. Catull. LVII, 6. *Morbosi pariter, gemelli utrique*. Senec. ep. 83. *impudicus morbum confitetur ac publicat*. *φιλόπαιδα νόσον* habes

Morbo virorum, quidlibet impotens
Sperare, fortunaque dulci
Ebria. Sed minuit furorem

v. 10. *Opprobriorum* coni. Bentl. h. hominum, qui humani generis opprobria sunt. Esse Homeri *ἐλέγχεα*. Nec *viros* dici posse eviratos. Sed *Vir* est vocabulum generale. Interim eadem de causa *Orbo virorum*, h. sine viris, coni. Bos. anim. ad Horat. p. 34. item *Morbo Syrorum* coni. With. et var. lect. Iones. quia in Antonii exercitu fuerint multi Arabes, Sabaei, Syri, hi autem morbosi, ulcerosi, luxu et lascivia infames. Laudantur Iuvenal. III, 62. VIII, 159. Casaub. ad Pers. V. p. 185. Burm. et Heins. ad Ovid. Fast. II, 472. cett. — *morbum* Schirach. p. 229. de mutilatione testiculorum et Reiskius et Mitsch. de insano illo pruritu *πασχητικῷ*, *πασχητιασμῷ*, interpretantur. — *quodlibet* Locher. Venett. Fabric.

---

in Callimach. Epigr. XLIX, 4. Possis etiam epith. *turpium* ad corpus s. faciem rugis inde ante tempus deformatam trahere: qua eadem vi *rugosos spadones* Horatius dixit Epod. IX, 13. et *frontem hispidam* IV, 10, 5. adde Claudian. in Eutrop. II, 67. — *Contaminato*] cum eunuchis turpi morbo laborantibus, viris effeminatis et impudicis. Eunuchos igitur viros appellat non simpliciter, sed viros morbo illo corporis et animi turpes et foedos, propter quem ad patiendum quam ad agendum sunt aptiores ac propensiores. Gregor. Nazianzenus ἐπιταφ. Basilii magni sic de Eunuchis: *τοὺς ἐκ τῆς γυναικωνίτιδος, τοὺς ἐν γυναιξὶν ἄνδρας, ἐν ἀνδράσι γυναῖκας, τοὺς τοῦτο μόνον ἀνδρικούς, τὴν ἀσέβειαν, οἳ τὸ φυσικῶς ἀσελγαίνειν οὐκ ἔχοντες, ᾧ δύνανται μόνον, τῇ γλώττῃ πορνεύουσιν*. — v. 10. *quidlibet . . . ebria*, rebus secundis in summam spem imperii Romani potiundi adducta. *Impotens* est is, qui sibi temperare, modum servare nequit, veluti in laetitia (Liv. XXX, 42. *ex insolentia, quibus nova bona fortuna sit, impotentes laetitiae insanire*.) hinc *impotens sperare*, in sperando, quae immodicas spes animo conceperat, quae, qua erat animi impotentia, quidlibet se adsequi posse confisa erat. — *impotens sperare*, i. e. in eo impotens, quod quidlibet sperare auderet. *Impotens sperare* autem a Graecis sumptum, de quo genere alias dicemus. (IV, 8.) Iam *impotens* valet apud bonos scriptores idem fere, quod apud Graecos *ἀκρατής*, incontinens, effrenatus, non rationi obediens, sed affectibus et perturbationibus animi serviens. Cic. ad Marcell. (ad fam. IV, 4.) *Victoria etiamsi ad meliores venit, tamen eos ipsos ferociores impotentioresque reddit*. Idem Philipp. 5. (9, 24.) Hor. Carm. Lib. II, 1, 25 sq. *Iuno impotens*, ira et odio elata. III, carm. ult. v. 3. *Aquilo impotens*, supra modum saeviens. — *ebria*, insaniens, mente prorsus alienata, impos sui et hoc graviter pro, elata, animosa, insolens facta *fortuna dulci*, fortunae blanditiis. Nos similiter: *berauscht*. Sic *μεθύων πληγαῖς* Amycus acceptis vulneribus impos sui factus, *ἀμηχανῶν* dicitur Theocr. XXII, 98. *μεθύων ἔρωτι*, h. *ἀκρατῶς ἐρῶν*, Anacr. in fr. p. 279. ut *ebrii* amore *ocelli* Catull. XLV, 11. et sim. Sunt, qui epith. *dulci* ad v. *ebria* poetam allusisse existiment. Sed poetis *dulcia* omnino dicuntur ea, quae animum oblectant, vel adspectu laeta sunt. Ceterum non tam res feliciter gestae Cleopatram in spem regni erexerant, quam amor Antonii, qui imperium Romanum pretium libidinum (Flor. IV, 11.) ei promisisset. Igitur de hoc *fortuna dulcis* unice capiendum. — v. 12 sqq. Spem tamen istam abiecit, classe ab Octaviano ad promontorium Actiacum graviter adflicta. — *minuit furorem*, dispulit, excussit animo insaniam affectati imperii, spem regni impotenti animo conceptam, quod *vix una navis sospes* evasisset, servata esset *ab ignibus*, quibus reliquae absumptae essent, quod tota

Vix una sospes navis ab ignibus:
Mentemque lymphatam Mareotico
Redegit in veros timores
Caesar, ab Italia volantem

v. 15. *ad veros t.* praefert. Bentl. locum ipsum non sollicitans, tantummodo dicens Latinis scriptoribus usitatius esse *ad* quam *in*, quod quidem negari nequit.

---

pene classis igni deleta esset. Rem tradit Dio L, 34. et alii. Spe-
ctant adeo haec ad Antonii classem, quae, ab eo deserta, in longum
fortissime pugnandi perseveraret constantia, ac pene tota cremaretur.
Cleopatra enim cum LX navibus, vix inito praelio aufugerat. Quarum
quidem, nullius quippe ad fortunam belli iterum tentandam momenti,
nullam rationem habuit Horatius, ut poeta; graviter tamen ideo accu-
satus a T. Fabro Epist. II, 55. — *Mentem lymphatam*, lymphatico
metu s. vano terrore correptam. Ovid. Halieut. 49. *animalia — vani*
quatiunt lymphata timores. Seneca ep. 13. *nulli tam perniciosi — quam*
lymphati metus sunt: ceteri enim sine ratione, hi sine mente sunt. Lym-
phati enim dicuntur subito Nymphae adspectu consternati, ab eaque
in furorem acti, *οἱ κατεχόμενοι Νύμφαις* (ut Hesych. v. *Νυμφόληπτοι*)
seu, ut Ovid. Her. IV, 47. *quas Dryades Faunique bicornes numine con-*
tactas attonuere sui; tum omnino mente alienati, atque ita perturbati,
ut prae consilii inopia caeco pavore corripiantur. Iam lymphaticum
s. inanem timorem Cleopatra prodiderat, cum vix inito praelio, rebus
adhuc integris, fugam statim cum navibus suis moliretur; cuius timo-
ris atque adeo amentiae causam ad ebrietatem poeta retulit, ut simul
profligatam eius luxuriam notaret. — v. 14—15. cruciarunt Intpp. nullum
videntes *in mente lymphata* et *veris timoribus* nexum. *Lymphatus* pro-
prie *νυμφόληπτος*, Nympharum spiritu correptus s. qui (quod putabant
accidere) ex visa in aqua Nymphae imagine insaniam contraxit; tum,
cui iniectus a Deo quocunque furor, ut Virg. Aen. VII, 337. inprimis,
qui terrore, a Deo aliquo immisso, perturbatus est vel *attonitus*, ut
Liv. VII, 17. Stat. Th. VII, 113. Lucan. I, 496. etc. Iam Cleopatra
statim ineunte pugna, rebus adhuc integris, vano et quasi panico ter-
rore correpta, cum navibus suis aufugerat, eaque re cladis auctor fue-
rat; quam amentiam illi non deus immisisse, sed vapores *Mareotici*
offudisse graviter amareque dicuntur. *Lymphatus* vernacule dixeris:
wasserscheu. Illud autem obiter, inquit Bentl., etsi praeter morem
nostrum, qui non Commentarium, sed Emendationes scribimus, adno-
tare non piget, male hic rem gessisse Interpr. quos viderim omnes,
dum *Lymphatam* intelligunt ebriam, insanam, furiatam. Immo vero,
tu *vano pavore, sive metu Lymphatico, territam et consternatam* accipe.
Certe nisi hoc sensu *Lymphatam* explices, frigebit tota sententia vel
potius ad nihilum redigetur. Vid. Seneca Epist. XIII. Vrbane autem
et amare poeta, non Pane vel Apolline, vel quovis alio numine Lym-
phatam Cleopatrae mentem, sed vino Mareotico tradit, quod vinum
generosissimum ad Mareotidem paludem (hodie *Bukiara*), super Ale-
xandriam, nasci solebat. Virg. Georg. II, 91. Athen. I, 10. — *Mareo-*
ticum vinum, ad Mareotidem paludem. v. Strabo XVII. p. 1150. —
redegit in s. ad *veros timores*, effecit, ut haud temere amplius time-
ret, verum ipsius animo incussit timorem. Proprie esse videtur: dis-
pulit insaniam Mareotico menti offusam hactenus, ut, cum antea sine
causa trepidasset Cleopatra, nunc vere se ad incitas redactam intel-
ligeret. — Qui rebus secundis insolentes fiunt et quibus vinum bonam
mentem ademit aut corrupit, ii periculi, in quo forte versantur, ma-
gnitudinem neque attendunt neque sentiunt, quamdiu ita sunt affecti,

Remis adurgens; accipiter velut
Molles columbas, aut leporem citus
Venator in campis nivalis
Haemoniae: daret ut catenis

v. 18. *ac leporem* Venet. 1492. Asc. Locher. *ut lep.* Cun. unus Bersm. 19. *Venatur* emend. With. — 20. *Haemonia* scribitur hic et alias in antiquiss. libb. item ap. Strab. IX. p. 444. in optimis est *Αἱμονία.*

---

postea quam autem ad se redierunt, tum demum timere incipiunt, tum demum periculo scilicet edocti ad se redeunt et se colligunt. Videtur igitur Horatius significare, Cleopatram, quamvis ob res secundas furore amentiaque praecipitem et temulentam, veris tamen timoribus tum affectam fuisse, cum eam Caesar victor insequeretur. — *adurgens*, premens, proxime insequens eam *ab Italia*, quam classe petitura fuerat, adeoque retro *volantem*, praecipiti fuga ablatam. Ita iungere praestat, quam *ab Italia remis adurgens*, quod languidius videtur, etsi ad rei veritatem dictum foret. Nam Caesar anni sequentis demum initio ex Italia reversus Alexandriam petiit. Dio LI, 5. Horatius tamen ita rem adornasse videtur, ut praeter Liburnas naves et ipse Caesar statim post pugnam Actiacam Cleopatram persecutus sit. Neque aliter Flor. IV, 11. *Prima dux fugae regina — sed instare vestigiis Caesar — prope manu tenebantur.*

v. 17. Comparatio Homerica Il. χ', 139. sq. *Πηλείδης δ' ἐπόρουσε — ἠΰτε κίρκος ὄρεσφιν, ἐλαφρότατος πετεηνῶν, ῥηιδίως οἴμησε μετὰ τρήρωνα πέλειαν.* cf. Eurip. Androm. 1141. Ovid. A. A. I. 117. *molles*, timidas, imbelles, (IV, 4, 31.) communi animalium timidorum epitheto. v. ad I, 15, 31. — *citus*, cursu concitato persequens, vestigiis instans. — *nivalis* cum delectu, nam per hiemem venari sollenne. Hinc nivis ac frigoris constanter in venatus descriptione mentio fit. v. ad I, 1, 25. et Ep. VI, 7. Sed negant omnino hoc epith. in Thessaliam, mitiori caelo subiectam, cadere, ideoque *Aemoniam* de Thracia, quam ab Aemo, eius monte, sic appellatam volunt, interpretantur, invito usu loquendi atque analogia. Montanas vero Thessaliae regiones nive consitas fuisse plura veterum evincunt testimonia. *Ossa pruinosum vexit* glacialis *Olympum* Claudian. de R. Pros. II, 257. adde in Ruf. II, 181. Stat. Ach. I, 476. de Achille: *quis enim Aemoniis sub vallibus alter creverit, effossa reptans nive.* — v. 20. *Vt catenis daret*, in vincula coniiceret, omnino pro, ut viva ea potiretur, eamque triumphali pompae reservaret. Quod Augusti consilium diserte tradit Plutarch. Ant. p. 952. *τὸν Προκουλήιον ἔπεμψε κελεύσας, ἢν δύνηται, μάλιστα τῆς Κλεωπάτρας ζώσης κρατῆσαι. Καὶ γὰρ ἐφοβεῖτο περὶ τῶν χρημάτων, καὶ μέγα πρὸς δόξαν ἡγεῖτο τοῦ θριάμβου καταγαγεῖν ἐκείνην.* Quod ipsum poeta innuit per catenas s. vincula Cleopatrae iniicienda. Stat. Silv. III, 2, 119. *anguiferamque domum, blando qua morsa veneno Actias Ausonias fugit Cleopatra catenas.* Nam catenati pompam triumphalem devicti hostium duces ornabant, mox in carcere necandi. cf. Epod. VII, 4. Eodem colore Senec. Troad. 152. *Non assuetas ad sceptra manus post terga dabit; currusque sequens Agamemnonios — laetis fiet pompa Mycenis.* Propert. III, 9, 52. *Accepere tuae Romula vincla manus* de Cleopatrae imagine in triumphi pompa circumlata. Vnica *monstri* appellatione poeta summa *ἐναργείᾳ* totam Cleopatrae, feminae profusissimae luxuriae, libidinis incestae (e Romanorum sensu, v. c. Lucan. VIII, 693.) atque inexpletae, tum animo impotentissimae, adeo, ut, quae mulier, eaque externa esset, (Lucan. X, 66. *Leucadioque fuit dubius sub gurgite casus, an mundum, ne nostra quidem, matrona teneret.*) Romano totiusque adeo orbis terrarum imperio inhiaret, hocque ab

Fatale monstrum; quae generosius
Perire quaerens, nec muliebriter
Expavit ensem, nec latentes
Classe cita reparavit oras;
Ausa et iacentem visere regiam

v. 24. *penetravit oras* coni. Bentl. offensus verbo *reparare*. Laudat Virg. Aen. I, 143. cett. Ingeniosius etiam et elegantius *ire pararit* (ut „ibimus Afros" Virg.) coni. Bos anim. p. 36. *reseravit* coni. With. Vnus Feae *repetivit*. Reliqui libri *reparavit*. Adquiesco in Gesneri et Mitscherlichii interpretatione. „Volebat aliquando navibus partim per Isthmum ex Nilo transvectis in litus rubri maris, partim ibi aedificatis, fortunam novam experiri, et *classe cita*, h. e. mota ac translata *reparare*, h. e. amissis illis Aegypti inferioris circa Nili ostia litoribus; alias parare *oras latentes* Romanis." vid. Plutarch. p. 948. Dio Cass. LI, 10. Flor. IV, 11. Aliorum coniecturas ad h. l. vide apud Groebelium in eius Specim. de Script. Lat. class., qui ipse coniecit: *peragravit, peraravit*. Iahn. Placuit Wakefieldio *repedavit*, quem refellit Eichstadius ad Ommeren.
25. *Ausa at* var. lect. Iones. *vacantem* ibid. *tacentem*, h. desolatam, vacuam, coni. Bentl. et sic unus Bersm.

Antonio libidinum pretium pacta esset, (Flor. IV, 11. *Haec mulier Aegyptia ab ebrio imperatore pretium libidinum Romanum imperium petit.* cf. Prop. III, 11, 31.) imaginem absolvit. Inde Flor. l. l. *Antonius — totus in monstrum illud, ut mente, ita animo quoque et cultu desciverat.* De Catilina similiter Cic. in Cat. II, 1. *nulla iam pernicies a monstro illo atque prodigio moenibus comparabitur.* *Fatale*, pestiferum, exitiosum reip. Romanae. Optime totum hunc locum illustrat Lucan. X, 59, 60. de Cleopatra: *Dedecus Aegypti, Latii feralis Erinnys, Romano non casta malo.* — v. 21 sqq. Illa autem indignum rata hoc modo perire, gloriosiorem vitae exitum, ense arrepto, tentavit; cumque mori decrevisset, non ignotos maris aut Nili recessus, in quibus delitesceret, sed regiam animo plane regio petiit, ibique regali induta cultu mortem sibi, admota corpori aspide, conscivit. Quam diversa ab hac pedestri poetica sit ratio, maxime in sententiarum nexu, facile animadvertas. — *generosius*, mortis genere, quod magis reginam deceret, quam quo ignominiose per triumphum, manibus revinctis, ducta in carcere afficeretur. — v. 23. Inverse: fortiter ensem manibus tractavit, quo se peremptura fuerat. Vim enim sibi, prolato telo, inferre conabatur, Proculeium, qui se ad Octavianum ducturus esset, conspicata, qui illud manibus eius vix extorsit. Plutarch. l. l. — *muliebriter*, e sexus sui imbecillitate, timida indole. *muliebris metus expertem* Cleopatram *spiritum reddidisse* similiter dicit Vellei. II, 87. — *nec classe*, quacum e praelio effugerat, *cita*, citata, citato cursu, fuga praecipiti *reparavit*, paravit, quaesivit, petiit, *oras latentes*, latebrosa loca, tutos recessus, quo Augustus non secuturus fuisset. Affert quidem Plutarch. p. 948. de transvehendis e Nilo in sinum Arabicum navibus eam primo cogitasse, et inde Arabiam vel Hispaniam (Dio. LI, 10.) petere voluisse; abiecisse tamen illud consilium, cum naves aliquot, primum transmissas, ab Arabibus Petraeis combustas audisset. *Praeparatae* eius *in Oceanum fugae* meminit quoque Flor. l. l. Sed suppressit haec poeta, ne generosae Cleopatrae indoli, involuntariae mortis, etsi ei vita offerretur, consilio capiendo, et maxime in dissimulando, quod adeo neque regno amisso superstes esse, nec ad triumphum deduci sustineret, insigniter proditae quidquam detraheret.
v. 25 sqq. Quin, quum statim post pugnam Actiacam de morte sibi

Vultu sereno, fortis et asperas
Tractare serpentes, ut atrum
Corpore combiberet venenum;
Deliberata morte ferocior:
Saevis Liburnis scilicet invidens

v. 26. *Vultu s. fortis, et* cett. distinguunt quaedam edd. vett. Lamb. Cruqu. Torrent. H. et R. Steph. Heins. Fabric. Fab. Dacer. Burm. Cun. Baxt. Sed *vultu sereno, fortis et* Venett. Asc. Locher. Bentl. San. Ion. Recte. — *aspidas* var. lect. Iones. — 28. *Pectore* Mentel.
29. *Deliberata m. ferocior saevis Liburnis;* iungunt Scholl. et fere editt. vett. item Marcil. alii. Liburnos, Illyriae populum, aiunt mortis contemptu nobiles fuisse. Vulgatam distinctionem vindicat etiam P. Victorius varr. lectt. X, 9.

---

consciscenda deliberasset, eamque decrevisset, tanto *ferocior*, animosior inde facta (colorem inde petiit Stat. Theb. XII, 760. *Iam letale furens, atque audax morte futura;* et VII, 699. *vires fiducia leti suggerit, inde viro maioraque membra, diesque laetior.*) *ausa* est *visere*, adspicere, intrare sustinuit *regiam* aulam *iacentem*, afflictam, postratam. (Sic *iacens regnum* Senec. Troad. 54.) exquisite; ex intimo Cleopatrae sensu, quem ipsa dissimulabat *vultu sereno*, ad laetitiam composito, quo ipso animum magnum et fortem prodebat. Praeclara vero oppositio est in *ausa vultu sereno* et *iacentem regiam.* Ad rem v. Dio LI, 5. — *fortis*, fortiter, forti animo *tractare*, manibus versare, tangere, corpori admovere *serpentes asperas*, iratas, noxias. cf. Virg. Georg. III, 433. — Plutarchus scribit in Antonio, de genere mortis Cleopatrae nihil unquam certi sciri potuisse: nullum veneni vestigium in eius corpore apparuisse, duas tantum cicatrices esse repertas, exiles et obscuras, quibus adductum Caesarem fictam eius imaginem in triumphum deportasse, cui aspis affixa adhaereret.
v. 27. Vt morsu earum venenato periret. — *atrum*, mortiferum, exitiosum. Sic *atra lues*, *atra fames*, *atra cura* et sim. cf. Virg. Georg. II, 130. Aen. II, 221. — *corpore combiberet*, corpus imbiberet, inficeretur veneno. Dum corpus in genere nominat, et ipse, qua parte venenum admiserit Cleopatra, in medio relinquere videtur; nisi poetae verba (v. 26. *asperas tractare*) ad eorum sententiam trahenda existimes, qui Cleopatrae brachium ab aspide, (nam in hoc serpentum genere fere consentiunt, veluti Plutarch. p. 955. Vellei. II, 87. Flor. IV, 11. cf. Morgagni Opusc. II, 29.) antea lacessita, admorsum statuunt. *Κεντήματα λεπτὰ* in eius brachio apparuisse diserte tradit Dio LI, 14. Vnde et in triumpho Cleopatrae imaginem adligatis brachio aspidibus circumlatam fuisse docet Prop. III, 9. 53. *brachia spectavi sacris admorsa colubris, et trahere occultum membra soporis iter*, ubi v. Burm. — Pet. Victorius lib. 10. var. lect. hunc locum sic esse distinguendum docet, *Deliberata morte ferocior, Saevis Liburnis scilicet invidens* etc. et saevis Liburnis naves significari, non Liburnos populos: cui prorsus adsentitur Lambinus, praesertim cum faciat cum eo Plutarchus in Antonio his verbis: *ἐν τούτῳ Λιβυρνίδες ὤφθησαν διώκουσαι παρὰ Καίσαρος.* Erit igitur haec sententia, Cleopatra deliberata morte, i. e. cum moriendi consilium cepisset, seu cum mori decrevisset, ferocior, i. e. animosior, quam antea, ausa est, venenum bibere et serpentes tractare, quarum contactu et morsu venenum toto corpore conciperet, scilicet Augusto eam laudem gloriamque invidens, ut capta per triumphum duceretur. Reliqua vide ap. Lambinum, e cuius commentariis haec tantum delibavimus. — v. 30 sqq. Ne captiva Romam ad triumphum duceretur. Ornate singula. *Invidens*, *φθονοῦσα*,

Privata deduci superbo
Non humilis mulier triumpho.

CARMEN XXXVIII.

AD PVERVM.

ARGUM. *Vt ostendat poeta, se conviviorum simplicitate magis quam splendido eorum apparatu delectari, puerum, cui convivii apparandi curam demandaverat, coronam convivalem haud ex floribus studiose conquisitis, sed ex simplice myrto, nectere iubet.* (*D.*)

Persicos odi, puer, adparatus;
Displicent nexae philyra coronae;

quod invideret, quod victoriae inde ornamentum accedi nollet, adeoque turpe, ignominiosum sibi existimans, *Liburnis* navibus *deduci triumpho*, ad triumphum. *Liburnae* naves parva ac velocia navigia, ad eorum similitudinem facta, quibus olim Liburni, piraticam facientes usi essent. Biremes fere fuisse ostendit Luciani locus T. II. p. 403. ed. Reiz. *ταχυναυτοῦν σκάφος, τούτων τῶν δικρότων, οἷς μάλιστα χρῆσθαι Λιβυρνοὶ δοκοῦσιν.* De eorum celeritate Sil. XIII, 240 sqq. *Quanta est vis agili per caerula summa Liburnae, quae, pariter quoties revocatae ad pectora tonsae percussere fretum, ventis fugit ocior, et se, quam longa est, uno remorum praeterit ictu.* Atque horum maxime opera Antonii naves apud Actium disiectas fuisse, Dio et alii testantur. H. l. ideo potissimum memorantur, quod Augustus iis ad reginam persequendam capiendamque usus esset. — *saevis*, hostiliter insequentibus, hostilibus, ornat simpliciter. Alii tamen hoc epith. inducti non de Liburnis navibus, sed de Liburnorum copiis, quae in Augusti classe fuissent, hic agi existimant; sed altera ratio magis poetica est ac verior, quum navibus istis Romani potissimum vicerint.

v. 31. *Privata*, pristina dignitate spoliata; Apposite Zenob. Cent. V. p. 121. ed. Schott. *ἡ δὲ Κλ. αἱρουμένη μᾶλλον ἐντίμως ἀποθανεῖν, ἢ ἐν ἰδιωτικῇ τάξει ἐπὶ θεάτρου ἀτιμασθῆναι, ἀνελεῖν ἑαυτὴν ἐμέλησεν*, quae maximam partem hausta sunt e Dione LI, 11. — *superbo* ad apparatum triumphi magnificum spectat, tum et animum triumphantis declarat. v. I, 35, 3. Sic *superbos* victoriae *nuntios* dixit IV, 4, 69. — *non humilis mulier*, generosae indolis, quod regina mori mallet, quam, regno exuta, victoris triumphum ornare. Facit huc Livii fragmentum, quod Porphyr. ad h. l. servavit: „Nam et T. Livius refert, illam, cum de industria ab Augusto indulgentius tractaretur, identidem dicere solitam, *οὐ θριαμβεύσομαι.*" Similia tradit Flor. IV, 11. extr. *M.*

---

v. 1. *Persicos*] i. e. O puer, nolo in convivio adhiberi unguenta, odores, coronas operosas et similes delicias, quibus Medi et Persae uti solebant. Persarum sumptuosum et luxuriosum apparatum paucis verbis declarat Herodotus v. *Καλλιόπη*, quo loco Pausanias victoria potitus contra Persas et suppellectile Mardonii Persarum ducis visa, multo auro atque argento et peripetasmatis varie depictis, iubet pistores et coquos Mardonii eodem modo eodemque ornatu coenam sibi apparare, quo modo Mardonio solebant. Quod cum illi fecissent, hic Pausanias cum adspexisset lectos aureos et argenteos et magnificum illum coenae apparatum, obstupefactus epularum appositarum et ceterarum rerum expositarum copia, iussit ridens suos ministros sibi coe-

Mitte sectari, rosa quo locorum
Sera moretur.
Simplici myrto nihil adlabores,

v. 5. (Puer) *Simplici myrto?* (Horat.) *Nihil adlabores.* (Puer.) *Sedulus curo*, curabo, ut iubes. (Hor.) *Neque te* cett. Sic distinguit Marcil. — *Sedulus curae* praeter alios Cun. et Wakefield. ad h. l. neque improbat Eichstad. ad Ommer. — *ad labores* duo Bersm.

---

nam Laconicam parare: quo facto cum magnum inter hos duos apparatus intervallum esset interiectum, tum ridens Graecorum duces evocari iussit etc. Intelligendum est autem, luxuriem et sumptuosum apparatum apud Persas increbruisse, posteaquam rerum potiti sunt Medorumque imperium subegerunt. Nam antea tenuissimum eorum victum fuisse tradit Xenoph. *Κύρου παιδ.* princip. I, 2, 8. his verbis: *φέρονται δὲ οἴκοθεν σῖτον μὲν ἄρτον, ὄψον δὲ κάρδαμον· πιεῖν δέ, ἤν τις διψῇ, κώθωνα, ὡς ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ ἀρύσασθαι. πρὸς δὲ τούτοις μανθάνουσι τοξεύειν καὶ ἀκοντίζειν.* Quem Xenophontis locum spectat Cic. Tuscul. lib. V, 34, 99. — *Odi* cum vi, pro, minime delector, non appeto *Persicos apparatus*, splendidum, luxuriosum convivandi morem, Persis fere proprium. De Persarum luxu et magnificentia in apparandis conviviis vid. Athen. IV, 10 et 12. Val. Max. IX, 1. Aelian. V. H. XIV, 34. — de *philyra* cf. Plin. Hist. Nat. XVI, 14. sect. 25. *Inter corticem ac lignum tenues tunicae multiplici membranula, e quibus vincula, tiliae (Lindenbast) vocantur, tenuissimae earum philyrae, coronarum lemniscis celebres, antiquorum honore.* — *Coronae* adeo *philyra nexae* sunt, quibus varii flores intextae sunt, *sutiles* proprie dictae; vid. Martial. IX, 91, 6. *plectiles*, Plaut. Bacch. I, 37. h. l. est myrtus cum rosis, quae maxime ad convivales coronas adhibebantur. Similis generis et usus coronae erant, quas Lesbii *ὑποθυμιάδας* vocabant, teste Phileta apud Athen. XV. p. 678. *Φιλήτας δ' ἐν τοῖς Ἀτάκτοις, ὑποθυμιάδας Λεσβίους, φησί, καλεῖν μυρσίνης κλῶνα, περὶ ὃν πλέκειν ἴα καὶ ἄλλα ἄνθη.* Huc autem libet adscribere, quae tradita sunt ab Athenaeo lib. ultim. *δειπνοσοφιστ.*, ubi loquitur de coronis et unguentis, qui locus non reperitur in libris vulgatis. Docet igitur ille, multorum antiquorum poetarum, philosophorum, aliorumque scriptorum testimoniis collectis, initio reperta esse vincula fortasse fortuna oblata, quibus in conviviis et poculis capita religarent, propter dolorum capitis ex vino liberalius poto gravitatem et intentionem, cum capitis et temporum vinctionem ad illos dolores sedandos valere existimarent; posterius vero ornatum etiam ad haec vincula accessisse, a conviviis non alienum, coronis floreis concinnatis et connexis. Capiti autem coronas imponi solitas ad arcendos capitis dolores ex immoderato vini potu conflatos, quia in capite sensus omnes inesse videantur, et quia utile sit, in potu caput esse tectum et tempora revincta, quamquam etiam pectus coronare solerent, ut cordis et vitae sedem. Vincula autem capitis paratissima et usitatissima fuisse hederacea, quia hedera et ubivis locorum vulgoque nascatur et adspectum praebeat non iniucundum ob viriditatem innatam et latitudine frondium ac magnitudine corymborum facillime frontem opacare possit et contentionem in constringendo ac vinciendo sine periculo ferre queat, et refrigerandi vim habeat sine odoris gravitate. Quum igitur coronae primum ad prohibendum immoderati potus incommodum et valetudinis causa essent excogitatae, deinde etiam voluptatis ratio esset habita: ita connecti coeptae sunt ex rosa, viola, lauro, amaraco, lilio, narcisso, myrto et similibus floribus, de quorum florum singulorum natura et virtute ibidem Athenaeus. — *mitte*, noli. — *Sectari*, exquirere, investigare, *quo loco-*

Sedulus cura; neque te ministrum
Dedecet myrtus, neque me sub arta
Vite bibentem.

v. 6. *cura*, i. e. cave, emend. Bentl. Tu vero lege, inquit, meo peri-
culo et distingue:

Simplici myrto nihil adlabores
Sedulus, cura.

cura, inquit, sive *cave*, ne nimia diligentia vel rosam vel philyram vel
quidquam appares, praeter unicam myrtum. Vtrique pro imperio dixisset
Noster: *sedulus* MANDO. Sed sine dubio legendum: *Cura;* Terent. Andr.
V, 2. Simo ad Davum:

tu tamen
Cura adservandum vinctum.

Hor. Serm. II, 6.:

Imprimat his, cura, Maecenas signa tabellis.

Favet Manuscriptus Bodleianus, qui habet *curae. Sedulus curae* Doerin-
gus in textum recepit sic interpretatus: *Sedulus curae*, pro: sedulus in
rebus, quae curae cordique alicui sunt, sive pro: sedula cura. Ego Bent-
leium secutus sum, cuius emendatio sensui admodum favet concinno. Vir
Celeberrimus *Vossius* sensum horum verborum vernacule sic reddidit:
„*Nichts der Myrt' einfachem Gespross hinzumühn Sollst du arbeitselig.*"
Placet et Klotzio, sed pro ablativo: *sedulus cura. Sedulus curae*
Bentl. 18. Cun. Sanad. Iones. *Sedulus; ruri neque te* emend. With. *Se-
dulus, cur o?* alia coni. With. — 7. *neque me bibentem Vite sub arcta*
Alt. 1. *artus* scribunt antiquiss. Codd. Mss. v. Brouckhus. ad Tib. I, 5,
53. Drakenb. ad Sil. VII, 280. Stoeber. ad Manil. p. 525.

---

rum, quo loco, ubi rosa aliqua *sera*, quae serius effloruerit, *moretur*,
reperiri possit. Nos: *Spaetrose*. De hoc insano Romanorum luxu Lu-
cian. Nigrin. T. I. p. 73.: *τούτους γὰρ εἶναι, τοὺς — τὸν οἶνον ἐν τοῖς
συμποσίοις μετὰ κρόκων καὶ ἀρωμάτων ἐκχέοντας, τοὺς μέσου χειμῶνος
ἐμπιπλαμένους ῥόδων, καὶ τὸ σπάνιον αὐτῶν καὶ τὸ παράκαιρον ἀγα-
πῶντας, τὸ δὲ ἐν καιρῷ καὶ κατὰ φύσιν, ὡς εὐτελὲς ὑπερηφανοῦντας.* —
cura, tantum id agas, ut efficias quod ego cupio, h. e. volo s. iubeo,
ut *nihil* florum *myrto simplici*, soli *adlabores*, adiicias. *Cura* igitur ut
illam simplicitatem serves in coronis convivalibus nectendis, quae mihi
prae omnibus perplacet. *Sedulus* vero ad ministrum spectat, cuius
diligentia in eo inprimis spectatur, quod quae rarius tantum reperiri
possint, in domini voluptatem adferre studet. — *ministrum*, sc. vini;
minister absolute de *οἰνοχόῳ*, ut Tibull. III, 6, 57. Pocillatores quo-
que coronari solebant. — *sub arta vite*, sub denso umbraculo e viti-
bus contexto; sic apud Virg. Ecl. IX, 42. — Cogita vero vitem ulmo
vel populo annexam, sicque satis *artam*, h. arctis pampinis ac ramis
densam umbram efficientem. *M.* — Sub angusta pergula, ex vite ad
umbram comparata. Lamb. de qua re vid. Heyn. ad Virg. Cop. 8. *M.*

CARMEN XXXIX.

AD IVLIVM FLORVM.

Discolor grandem gravat uva ramum;
Instat Autumnus: glacialis anno
Mox Hiems volvente aderit, capillis
Horrida canis.
Iam licet Nymphas trepide fugaces
Insequi, lento pede detinendas;
Et labris captae, simulantis iram,
Oscula figi.
Iam licet vino madidos vetusto
De die laetum recitare carmen:
Flore, si te des, hilarem licebit
Sumere noctem.
Iam vide curas aquilone sparsas!
Mens viri fortis sibi constat, utrum
Serius leti citiusve tristis
Advolat aura.

Carm. XXXIX. et XL. De his duobus carminibus suppositiciis vid. Iul. Bernh. Ballenstedt: *Ueber zwo neuerlich entdeckte dem Horaz zugeschriebene Oden. Hannover* 1781. 4.

v. 15 — 16. leg.: citius*ne* tristis Advolat *hora*. Haec centies confusa.

Vand. vol. I. p. 356.: „Feu M. de Villoison fit imprimer, en 1778, dans le supplément à ses remarques sur Longus, deux Odes qui venoient de lui être communiquées par M. Genet, alors secrétaire interprète de Monsieur, frère du roi, comme récemment découvertes à Rome dans un Horace manuscrit de la bibliothéque Palatine, *a Cl. Caspare Pallavicini.* *) (Vid. Feae praefat. not. 17.) M. de Villoison ne dit rien de plus sur cette découverte, et je n'en ai pu trouver d'autres vestiges que dans le titre d'une édition moderne d'Horace, rapporté comme il suit par M. Mitscherlich: *Q. Hor. Fl. Opera omnia, prius ad exemplar Bentleii excusa, nunc insertis duobus Codd.* (sic) *novissime repertis aucta, addita quoque de harum Odarum inventione epistola principis Pallavicini.* M. Mitscherlich ajoute que l'édition a deux volumes; qu'elle est sans date et sans nom de ville ni d'imprimeur, mais qu'on la doit aux soins d'un prince de Fuerstenberg, qui la fit faire à Prague en 1760. — Elle n'existe ni dans la bibliothéque impériale (nunc denuo regiâ) ni dans aucune des bibliothéques publiques de Paris. Ce qui peut m'en consoler, ainsi que mes lecteurs, c'est que les deux Odes dont elle contient l'histoire ne peuvent être du grand poète auquel on les attribue, et qu'elles n'ont pu être imprimées plus correctement à Prague, que dans le Longus de Villoison, d'où je les ai transcrites pour les traduire **) et les faire imprimer ici. Ceux

---

*) Id est: repertas a Cl. C. Pallavicinio. Verba a *Cl. Caspare Pallavicini* sunt Villoisonii l. l.

**) Versiones gallicas omittendas putavi in hac editione.

CARMEN XL.

AD LIBRVM SVVM.

Dulci libello nemo sodalium
Forsan meorum carior exstitit;
De te merenti quid fidelis
Officium domino rependes?
Te Roma cautum territat ardua:
Depone vanos invidiae metus;
Vrbisque, fidens dignitati,
Per plateas animosus audi.
En quo furentes Eumenidum choros
Disiecit almo fulmine Iupiter!
Huic ara stabit, fama cantu
Perpetuo celebranda crescet.

v. 3. leg. *quod.* — 8. leg. *aude.* Similiter *audere in proelia* dixit Virg. Aen. II, 347, etc. — 10. leg. *Deiecit.* — 11. fortasse leg. *Hic*, eo loco, quo deiectae Furiae. Quamquam et *Huic* ferendum. Ceterum hoc est laterem lavare. (Both.)

---

qui les liront, seront convaincus sans doute qu' Horace n'en est pas l'auteur; mais je n'ai voulu priver mes lecteurs ni de la connaissance d'un fait curieux, ni même de la copie de ces Odes, — qui, bien que supposées, méritent autant d'être annexées aux oeuvres de ce poëte, que tant de morceaux faussement attribués à Virgile et à Ovide de figurer à la suite de leurs vers."

Q. HORATII FLACCI
CARMINVM
LIBER SECVNDVS.

CARMEN I.

AD ASINIVM POLLIONEM.

ARGUM. *Dici vix potest, quantum interpretes argumentum huius carminis enarrantes hallucinati sint, quorum tamen argutias hic repetere plane non attinet. — C. Asinius Pollio, vir consularis, tam in rebus forensibus gerendis exercitatus, quam belli pacisque artibus insignis, tragoediarum auctor celeberrimus, quum historiam belli civilis se scripturum professus esset, Horatius eum hoc carmine magnopere adhortatur, ut huiusmodi consilium ad finem perducat, perficiatque adeo opus in honorem Populi Romani aeque ac sui ipsius compositum. Suadet igitur Pollioni, amico suo, ut, historiae scribendae intentus, animum a tragoediarum studio paulisper avertat. Tu, inquit, rem admodum severam tractandam aggressus es; tu bellorum civilium et causas et originem expones, declaraturus, qui factum sit, ut graves ducum amicitiae, (invidia, qua se invicem persequebantur), Populo Romano tantam calamitatem adtulerint. Haec vero ac similia enarrabis in illo opere, quod vel nunc a te exspectamus. Sed incedis per ignes suppositos cineri doloso, quamobrem tibi caveas, velim, ne quid detrimenti, rebus gravioris momenti descriptis, capias. Nunc poeta transit ad Pollionis laudes dicendas, cuius opus, historiam bellorum civilium Rom. continens, aetatem non tulisse, quam maxime dolendum. Iam mediae pugnae, inquit, interesse, iam magnorum ducum voces, armorumque strepitum et clangorem audire, equos fugaces, hostes fugientes, de integro copias suas colligentes, milites concursantes, gladiis, manibusque dimicantes, videre mihi videor. Totus terrarum orbis subactus est, iacentque omnia victa, praeter Catonis animum atrocem, vinci nescium. Quanta strages in Africa! Quis campus enim Romanorum sanguine non pollutus est? Quod mare, quem denique fluvium non maculavit Romanorum sanguis nefarie profusus? Vbivis terrarum fama horribilis de bellorum civilium calamitate hominum animos pervagatur. Sed desine, o Musa, quo me ab te abripi passus sum? ego qui tantum res amatorias ac ludicras canere possim! — Ceterum bellorum civilium historiae, in septendecim libris a Pollione expositae, alii quoque scriptores (Tacit. Ann. IV,* 34. *Suet. Caes.* 30. *et de Clar. Grammat.* 10. *Appian. de B. C. p.* 479.) *mentionem honorificam fecerunt. Compara cum hoc carmine Virgilii quartam et octavam Eclogam, quae tanti viri laudes complectuntur. De C. Asinii Pollionis persona conferatur Index ad hunc librum.*

Motum ex Metello consule civicum,
Bellique causas, et vitia, et modos,

AD ASINIVM POLLIONEM. VIRVM CONSVLAREM. VT INTERMISSIS TRAGOEDIIS BELLI CIVILIS DESCRIBAT HISTORIAM: vetus cod. Torrent. In Cod. Vanderb. *D.* hoc carmen inscribitur: *Ad Pollionem tragoedum*, quod comprobare possit Schirachii sententiam, qui p. 231. v. 1—8. non de historia belli civilis, quam Pollio scripturus erat, sed de tragoedia huius argumenti intellexit; ut igitur Pollioni tragoedias scribere dissuadeat, donec Praetor rempublicam recte constituerit, aut historias suas belli civilis finiverit.

v. 1. *civium* Sax.

---

v. 1—8. Perfectissimum in forma operis sui Pollionem statim initio carminis poeta repraesentat, bellorum civilium descriptionem totiusque operis ambitum iis adumbrando coloribus, qui et suscepti laboris difficultates, miramque in iis profligandis Pollionis dexteritatem, omninoque historiam eius tanquam consummatae artis exemplum ostendunt. Laudat enim huius viri insignem cum in rimandis belli istius causis, tum in explorandis, recteque expendendis, quibus illud administraretur, quique adeo rebus vel prospere vel male gestis momentum facerent, modis spectatam *σύνεσιν πολιτικήν*, quam iure palmarem Historici virtutem iudicat Lucian. de conscr. Hist. §. 34. Conf. omnino Gell. N. A. L. V, 18. Scilicet historiam perscripturus ita versari debet, *ut non modo casus eventusque rerum, qui plerumque fortuiti sunt, sed ratio etiam causaeque noscantur*, ut Tacit. Hist. I, 4. — *Tractas*, exponis, describis *motum civicum*, motus civiles, quae turbae in rep. extiterint, quorum factiones civitatis statum subverterint, *ex Metello consule*, inde a Metelli consulatu. Diserte adeo poeta motum ab ipso bello civili (v. 2.) distinguit, innuitque societatem trium principum, Pompeii, Caesaris et Crassi, reipublicae opprimendae causa initam, quae per decem annos bello civili prolusit. v. Dio XLVII, 54. Appian. B. C. II, 9. Sueton. Caes. 19. Facta haec imperii pactio a. V. 694. Q. Caecilio Metello Celere, Lucio Afranio Coss. Quae cum insecutorum bellorum civilium semina contineret, recte inde Pollio historiam suam exorsus est. Proprie igitur hic *motus* de turbulentis reipublicae temporibus accipiendum; qua notione saepius apud Ciceronem et alios occurrit. Alii post Porphyr. et Lamb. de ipsius belli civilis primordiis capiunt, quod etsi loquendi usus ferat (ita v. c. Sil. I, 20. *Iamque adeo magni repetam primordia motus.* et Stat. Achill. I, 438.), diserte tamen partes operis (*motus* et *bellum civ.*) distinguere videtur Horatius, memorato inprimis Metelli consulatu, qui X annos bellum civile antecessit. Quam difficultatem Torrentius, qua hanc interpretationem premi videbat, ita removere conatus est, ut Q. Caecil. Metellum Pium, qui a. V. 701. cum Cn. Pompeio consulatum gessit, intelligendum statueret. Si omnino ab hac standum est, malim *motum bellique causas* copia poetica et ornate dictum accipere pro, motum eiusque causas, quae adeo Pollioni inde a Metelli consulatu arcessendae erant. — Pollionem, qui tragoedias seu praetextas potius scribebat de bellis civilibus, monet Horatius, ut hanc scripturam tantisper intermittat, dum restituatur in ordinem atque in suum statum Respublica, vel, ut alii malunt, dum historiam de eodem bello civili ordine perscripserit. Erat enim Pollio et tragoediarum et historiarum scriptor. Pollionem autem tragoediarum seu praetextarum fuisse scriptorem declarant illa Horatiana Serm. I, 10, 42 sq. *Pollio regum Facta canit pede ter percusso.* Idem infra hoc eodem carmine v. 9.: *Paullum severae*

Musa tragoediae Desit theatris. Quod autem quidam alioqui docti existimant, principium huius carminis: *Motum ex Metello* etc. intelligendum esse de scriptione historiae, mihi vehementer errare videntur, et miror, hoc iis unquam in mentem venire potuisse. Nam et verborum structura et orationis series et sententia ipsa perspicue declarant, hoc totum ad tragoediae scriptionem pertinere. Sic enim Horatius: tu Pollio tractas motum civilem a Metello consule bellique causas etc., periculosae plenum opus aleae etc. Intermitte (inquit Horatius) istam scriptionem et sine Musam tragicam paullisper desiderari a theatris; mox ubi cum aliis senatoribus rempublicam in suum statum restitueris seu in ordinem redegeris atque ordinaris, grande munus scriptionis tragicae repetes. Haec mihi videtur esse huius loci sententia, quam malevoli quidam homines et invidia obcaecati non viderunt. (*L.*) Pollio nempe, cum a societate illa, quam V. C. DCXCIV. Q. Caecilio Metello Celere, Lucio Afranio Coss. tres viri principes, Caesar, Pompeius et Crassus, contra rempublicam inierunt, primam bellorum civilium originem repeteret, inde quoque eorum historiam detexere exorsus est. *D.* — *Civicus*, antiqua forma, ut III, 24, 26.: *civica rabies*, et Ep. I, 3, 23. Male eam Florus, adfectator talium, intexuit IV, 2. *furorem civicum* dicens. — [*Motum Metello*] *πραγματικὴ τετράκωλος*, in qua post duos versus alia inchoantur metra. Ad Asinium Pollionem scribit, consularem virum, rhetoricae et poeticae disciplinae peritum, scribendarum etiam tragoediarum studio doctum, et quod civilis belli historiam inter Pompeium et Caesarem gesti, scribere coeperat, sciret rem se inchoasse periculosam. In ipsa admonitione bellorum civilium calamitatem refert, a Lentuli et Marcelli consulatu coeptam, quam altius repetit, i. e. a Marcello Celere et Afranio. [*Ex Metello*] ideo quia Syllae fuit collega. [*Civicum*] Pro civile, sicut hosticum pro hostile veteres dixerunt. *ACR.* Haec Ode ad Asinium Pollionem, consularem virum et triumphalem, scripta est, qua hortatur eum, ut omisso tragoediarum scribendarum studio, inchoatum historiae opus consumet. Ac perinde *παρεκβάσει*, i. e. in translatione bellorum civilium, Pollio historiam belli civilis a consulatu Lentuli et Mamerci coeptam altius repetit, i. e. a Metello Celere et a L. Afranio Coss. Attende autem non civile, sed civicum dixisse antiqua figura, illi enim civica, hostica, deinde civilia et hostilia dicebant. Denominationes autem hae fere liberae sunt apud doctos et *motum* pro bello posuit. *POR.*

v. 2. *Belli causas*, quomodo intestini isti motus bellum civile excitaverint, quomodo inde bellum civile exarserit. Proximae quidem, quae istam imperii societatem dissolverent, causae erant caedes Crassi apud Parthos (Lucan. I, 106. *Parthica Romanos solverunt damna furores: Plus illa vobis acie, quam creditis, actum est, Arsacidae: bellum victis civile dedistis.*) et mors Iuliae, Caesaris filiae, Pompeio nuptae. Tum enim mutuo metu, adfinitatisque vinculo soluti Pompeius nec parem, nec Caesar superiorem ferre, armisque uterque de principatu contendere coepit (v. Flor. IV, 2. Senec. Ep. 94. extr.). Quorum quidem capiendorum Caesari praetextum fuit sublata tribunorum intercessio, v. Sueton. c. XXX. unde et hanc belli a Caesare moti causam ab ipso Pollione traditam discas, quod Caesari, si privatus rediisset, Milonis exemplo circumpositis armatis causa apud iudices dicenda fuisset. *Publica* vero huius belli *semina*, quae vocat Lucan. I, 159. erant luxuries et conflata inde multis rei familiaris egestas, qui adeo salva rep. salvi esse non possent (ut de Lentulo Vellei. II, 49.) quibus Caesar *plane palam bello civili opus esse* diceret. Sueton. Caes. c. XXVII. — *vitia*, in administrando bello utrinque, maxime a Pompeianis, admissa, e. g. quod Pompeius tam flagitiose imparatus acerrimum ducem exercitumque provocasset; quod Roma Italiaque excessisset; quod victoria apud Dyrrhachium reportata uti nescivisset; quod bellum, quod

Ludumque Fortunae, gravesque
Principum amicitias et arma,
Nondum expiatis uncta cruoribus,

v. 5. *tincta* emend. Bentl. multa argutans. Sed *uncta* exquisitius et doctius est. Nostri Codd. constanter exhibent *uncta*, quae lectio minime sollicitanda est.

---

ipsi trahendum esset, impetu suo gereret; quod Caesarem, Thessaliam petentem, cum ei in Italiam transmittendum esset, sequeretur, Aegyptumque post pugnam Pharsalicam, non Africam, contenderet, cett. — *modos*, ipsum belli gerendi modum. Etiam hoc late patet. Nam et quantis copiis, quibus utrinque sociorum auxiliis, quibus terrarum locis, et quanta pertinacia partiumque illud gestum sit odio, comprehendit. *Modos* tamen ad fortunam v. sq. quoque trahere licet; ut sint *τρόποι τῆς Τύχης*, *varietas Fortunae propria*, ut Cic. de Div. II, 109. Eurip. Troad. 1205. *τοῖς τρόποις αἱ Τύχαι πηδῶσι.* Idem in fr. apud Stob. in Flor. Grot. p. 463. *τῆς Τύχης οὐχ εἷς τρόπος.* — *modos*, refer ad omnem rationem, qua bellum pro cuiusque partis consilio et viribus gestum est.

v. 3. *Ludum Fortunae*, fortuitos rerum eventus, ubi, quae summa ratione provisa erant, eventu destituuntur, temere contra coepta, feliciter cadunt. Maxime tamen duorum ducum fata a poeta respici puto; Pompeii, *in se tam discordantem fortunam experti, ut cui modo ad victoriam terra defuisset, deesset ad sepulturam* (Vellei. II, 53. adde Petron. de Mut. R. 239 sqq. *Ille tremor ponti, saevi quoque terror Hydaspis, et piratarum scopulus: modo quem ter ovantem Iupiter horruerat; quem fracto gurgite Pontus, et veneratus erat submissa Bosporos unda: pro pudor! imperii deserto nomine fugit, ut* Fortuna levis *Magni quoque terga videret.*): Caesaris, Pompeium, a quo ad tantum dignitatis fastigium evectus sustentatusque in eo esset, deprimentis, ad incitasque redigentis, moxque, ubi rerum potitus esset, in curia interemti. In his enim vicissitudinibus *Fortuna ludere*, iocari dicitur. Vid. ad III, 29, 50. — [*Lud. Fort.*] quae res humanas ludibrio habet. *ACR.* — *Principum amicitias*, initam inter Caesarem, Pompeium et Crassum potentiae societatem, coniurationem, *gravem*, sc. reipublicae, *quae Vrbi* (Vellei. II, 44.) *orbique terrarum nec minus diverso quoque tempore ipsis exitiabilis fuit.* Hinc *male*, h. e. in reipublicae perniciem (nisi potius est *parum, simulate*) *concordes* vocat Lucan. I, 87. Id. v. 84. *Tu causa malorum facta tribus dominis communis Roma.* In animo fortasse h. l. habuit Senec. de Provid. c. 3. *Inimicitiae potentum graves sunt? opponatur simul Pompeio, Caesari, Crasso.* Ceterum subtexta haec sunt belli civilis descriptioni, quae ordine priora sunt; quod in poeta lyrico neminem offendere debet. — *et arma nondum exp. u. c.* Idea poetica, qua belli civilis impietatem vivide ostendit poeta. Frustra se torquent alii, ut sententiarum progressum eruant, explicando: ut ceperint arma cives, adeoque ipsum bellum; vel, quod eodem redit, proelia ipsa civium adversus cives cogitando. — *uncta*, tincta, adspersa, polluta *cruoribus*, cruore, sanguine *nondum expiato* adeoque civium recens caesorum sanguine adhuc madida, stillantia. Nam populus mutua suorum caede *ἄγος* committit, quo piaculis exsolvendus est; ipsa adeo arma, sanguis ita profusus expiandus est. *Scelerata* ideo vocat *arma* Lucan. VI, 406. — Videtur spectare ad morem veterum Graecorum, qui si caedem aliquam extra bellum admisissent, tam diu manus habebant cruentas atque impuras, donec ab aliquo rege expiati atque abluti essent. Hinc supra Hor. de bellis civilibus I, 2, 29.: *Cui dabit partes scelus expiandi Iupiter?* — [*Grav. Princ. amic.*] quia nec perpetuae fue-

Periculosae plenum opus aleae,
Tractas, et incedis per ignes
Suppositos cineri doloso.
Paullum severae Musa tragoediae

---

runt et reip. graves, ut Lucan.: Temporis Augusti mansit concordia discors, Paxque fuit non sponte ducum. Crassus enim amicitiarum foedus ad tempus tenebat, quo mortuo, Antonius, Augustus et Lepidus, facto Pompeio imperatore, collisi sunt. — v. 6. *Periculosae plenum opus aleae*, opus periculosissimum, rem magnam et arduam moliris. Inest adeo laus prudentiae eius civilis, diiudicandis, quibus utrimque bellum gereretur, rationibus proditae. Totius carminis consilium pervertunt, qui Pollionem ab incepto opere deterreri sic ab Horatio existimant, quod illud ipsi gravem offensionem, si cum iudicii libertate et ex veritate rem ageret, multorumque odium concitaturum foret. *Alea* de quavis re ancipiti; quo spectat notum proverbium, *ἐῤῥίφθω κύβος.* v. Schott. Adag. p. 359. — [*Periculosae*] periculum inferentis. [*Aleae*] in militia igitur alea ludebatur, ne exercitus otio torperet. Quod autem *periculosae* addit, fraudem et livorem ludo illo prodeuntem respexit. — v. 7. Eadem sententia variata et maiore cum vi exposita. *Incedis* super *ignes*, *suppositos*, subiectos, latentes sub *cinere doloso*, qui ignem occultat. Est Graecum *διὰ πυρὸς βαίνειν.* Eurip. Electr. 1182. Adposite ad Horatii locum Callim. ep. XLVI, 1, 2. *Ἔστι τι ναὶ τὸν Πᾶνα, κεκρυμμένον, ἔστι τι ταύτῃ, ναὶ μὰ Διώνυσον, πῦρ ὑπὸ τῇ σποδιῇ.* Similiter Philodem. XV, 4. (Anal. Br. II, 86.) *πῦρ τύφεται ἐγκρύφιον.* Propert. I, 5, 5. *Et miser ignotos vestigia ferre per ignes.* ubi v. Gebh. et Abresch. ad Aeschyl. I. p. 21. — *Pericul. plen. op. aleae* explicant: opus periculosissimum, rem arduam et magnam moliris; equidem per *opus plenum periculosae aleae* simpliciter designatum esse puto *bellum civile*, quia in eo, sicut in alea, plurima a fortunae favore pendent; et sic *incedere per ignes suppositos cineri doloso erit:* versari in describendo bello civili, ubi inopinata mala et pericula, sicut ignis cineri doloso suppositus, subito erumpunt; *cinis dolosus*, sub quo ignis dolose quasi latet. *D.* — [*Cineri doloso*] *ἀλληγορικῶς* dixit, sicut ignem cinere opertum: ita adhuc odia belli civilis sub specie pacis latere, nec tutum esse per historiae veritatem, horum offendi animos, qui ea gesserunt.

v. 9 — 12. Nexus: quo difficilius opus illud est, quod aggressus es, tanto maior omnium eius tam egregie a te inchoati est exspectatio; ut qui illud a te solo commode tractari posse intelligant. Fac igitur, ut, omni tua cura ac studio in hoc converso, quam primum illud desiderium expleas. Iam quum Pollio eodem tempore tragoediis scribendis vacaret, poeta sententiam ita convertit: omittas tantisper tuum, quod arti tragicae tam laudabiliter impendis, studium, donec belli civilis historiam detexueris. Qua exquisita conversione haud vulgaris tragicis Pollionis studiis laus simul adfunditur; quae quidem paulisper seponenda suadet Horatius, non quo ea opere eius historico inferiora iudicaret, sed quod alterum partem historiae Romanae comprehenderet atque illustraret, quae maximis rerum conversionibus insignis esset, quod adeo Romanis, historiae suae tantopere studiosis, plus praebiturum voluptatis intelligeret. — *Musa tragoediae*, Musa tua tragica, ut *tragica Camena* Ep. ad Pis. 275. — *severae*, rebus funestis, tristibus occupatae. Ovid. Amor. III, 1, 11. *Venit et ingenti violenta Tragoedia passu:* fronte *comae* torva, *palla iacebat humi.* Severitatem omnino cuique graviori carminis argumento tribuunt poetae. Propert. II, 8, 13. *Nunc volo* subducto *gravior procedere* vultu; *nunc aliam citharam me mea Musa docet.* — [*Paulum* etc.] ut deposito

Desit theatris: mox, ubi publicas
Res ordinaris, grande munus
Cecropio repetes cothurno,

v. 10. *Desit; theatris mox*, cett. Distinguit Best. rat. emend. legg. c. 20. p. 167. probante Klotz. lectt. Venus. p. 238. Sed langueret sane vox *theatris* cum sequentibus iuncta et minus poetice dicitur Musa deesse tragoediae, quam theatris. — *Desit, theatri mox* (grande munus) mallet Klotz. lectt. Venus. l. l. — 12. *Cecropii — cothurni* coni. D. Heins. (ut infra munus neniae). — *Cecropios repetet cothurnos* coni. N. Heins. ap. Bentl.

---

tragico stilo Pollio cautius coepta describeret. Vno enim tempore et tragoediam et historiam scribebat, i. e. non cantetur in theatris edita a te tragoedia, dum occuparis historia, actus publicos referendo. *ACR.* — [*Paulum* etc.] Quoniam, inquit, haec scribere destinasti, parce tantisper tragico stilo. Severam autem tragoediam merito dicit, quod tristia fere sint argumenta tragoediarum. *POR.* — v. 10. *desit*, absit *theatris*, abstineat se paullum a theatro, ne conspiciatur per aliquod tempus in theatro. Scilicet ipsi fabularum auctores partes actoris e poetica ratione sustinent, ut mox v. 12. vel Musae eorum tragicae deferuntur, ut h. l. Sic Ovid. Ep. ex Pont. IV, 16, 29. *Musaque Turrani tragicis innixa cothurnis.* — *Mox, ubi* historiam belli civilis pertexueris, tragoediis scribendis studium iterum tuum addices. Subiecta haec a poeta, ne quid operibus eius tragicis a se detrahi existimet, quod historiam eius impensius flagitet. *Vbi res publicas*, res populi Romani (ut *res imperii* I, 2, 26. *res Romana* et al.) rempublicam bellis civilibus turbatam *ordinaris*, in ordinem restitueris, composueris, quod exquisita ratione dictum pro, ubi historiam ad ea reipublicae deduxeris tempora, in quibus iterum convaluit, ubi finitis bellis civilibus reipublicae quies et ordo suus redditus est, adeoque ad finem eam perduxeris. Scilicet poetae rerum, quas gestas describunt, se participes, auctores suavi figmento profitentur, cuius exempla in Virgilio, Propertio, aliis, passim obvia. Tiro legat Burmanno notata ad Anthol. Lat. I. p. 230. et ad Prop. I, 7, 1. Cf. et ad Horatii II, 19, 12. ubi similiter turbatum ab Intpp. Bentleii quidem ratio, *ordinare* cum Graecorum *συντάττειν*, *σύνταγμα* comparantis, indeque ei novam significationem verbi *scribere*, *enarrare* vindicantis, aliquam doctrinae speciem prae se fert, minus tamen poetica censenda est. — *grande munus* cett. Pollionem tragoediarum scriptorem tragoedum repraesentat h. l. poeta; de qua ratione paullo ante monuimus, poetis haud infrequenti. Sic Dosennus Comicus *non adstricto socco pulpita percurrere* dicitur Epp. II, 1, 174. Adde Saleii Bassi ad Pis. 226. (Wernsdorf. Poet. min. IV. p. 276.) *Maecenas tragico quatientem pulpita gressu* (ita omnino legendum: ut Ovid. loco supra laud. *ingenti violenta Tragoedia passu.* Vulgo inepte: *caestu*) *evexit Varium.* Est igitur: *repetes*, absoluta historia iterum suscipias, sustineas, agas, *munus*, partes tragoedi, iterum incedas *cothurno*, cothurnatus in scena; h. e. tum studium tuum ad scribendas tragoedias iterum conferas. — *grande*, grave ob argumenti et sententiarum gravitatem; etiam ob verba grandia. Seneca Ep. C. *Sit aliquid — tragice grande, comice exile.* cf. Ep. ad Pis. 80. — *Cecropio*, Attico. Eandem laudem Pollionis tragoediis tribuit Virgil. Ecl. VIII, 10. *Sola Sophocleo tua carmina digna cothurno.* Pacuvium et Attium non solum tragoediis, sed etiam orationibus expressisse Asinium tradit Auctor de Corr. Eloq. c. 21. — *Cecropio*] Attico seu Atheniensi. Thespis enim, Aeschylus, Sophocles, Euripides, tragoediarum scriptores, Athenienses fuerunt,

Insigne maestis praesidium reis,
Et consulenti, Pollio, curiae,
Cui laurus aeternos honores
Dalmatico peperit triumpho.

v. 14. *o Pollio* Lips. 1. — 15. *externos* Helmstad. a m. pr. 16. *Dalmatio* coni. Cun. San.

---

suasque tragoedias Athenis docuerunt. Fuit autem Cecrops Actaei gener, eius, quem primum in Attica regnasse scribit Pausanias Atticis, (I, 2, 6.) his verbis: *Ἀκταῖον λέγουσιν ἐν τῇ Ἀττικῇ βασιλεῦσαι πρῶτον. ἀποθανόντος δὲ Ἀκταίου Κέκροψ ἐκδέχεται τὴν ἀρχὴν θυγατρὶ συνοικῶν Ἀκταίου.* — *cothurnus*, calceus altior, quo in tragoediis utebantur, pro ipsa tragoedia, vel sublimiore scribendi genere, uti *soccus*, calceus humilior, pro comoedia, vel humiliore scribendi genere; infr. in Epist. ad Pis. *carmina prope socco digna.* et v. 280. de Aeschylo: *Et docuit magnumque loqui, nitique cothurno.* — [*Cecropio*] Atheniensi. Thespis enim apud Athenas primus tragoediam frequentius dixit usu cothurnorum, ut: Sola Sophocleo tua carmina digna cothurno. *ACR.*

v. 13—16. *Praesidium reis* (ut I, 15, 21. *exitium genti*) pro, praesidium reorum, qui reis praesidio es, eos egregie defendis. Similiter Cottam *praesidium fori* appellat Ovid. ex P. IV, 16, 42. De Ciceronis facundia Corn. Severus fr. 12. (Wernsd. Poet. min. IV, 221.) *Vnica sollicitis quondam tutela salusque.* Epist. ad Pis. v. 40. *tua maestos defensura reos vocem facundia mittit.* Scilicet laudabilius habebatur, eloquentiae vim in reorum defensione ostendere, quam in aliorum accusatione; quod invidiosum erat. De Septimio Severo Stat. Silv. IV, 5, 48. *Est et frementi vox hilaris foro; venale sed non eloquium tibi: ensisque vagina quiescit, stringere ni iubeant amici.* cf. IV, 1, 14. — *maestis*, squalidis, sordidatis, magno in periculo versantibus. Ceterum multam inventionem, diligentiamque summam, et consilii et animi satis Pollioni tribuit Quinctil. X, 1. amplum autem dicendi genus Plin. Ep. I, 20. — [*Insigne* etc.] Per quod significat et fortissime eum causas reorum in iudiciis defendere et praeterea consilia prudentissima in senatu dare. *POR.* — v. 14. *praes. curiae*, senatui, *consulenti* te, sententiam te roganti. Senatui tribuitur, quod proprie consulis erat, exquisita ratione; quasi tota curia a Pollionis sententia penderet, hanc solam exspectaret, sequendamque statueret. Inest adeo haud vulgare prudentiae eius civilis elogium. *Consuli* dicuntur senatores, qui rogantur sententiam, etiam prosa oratione, ut notum.

v. 15—16. Simplex utique loquendi ratio ferebat: cui laurus parta est, qui laurum petiisti, (ut III, 14, 2.) victoriam reportasti a Dalmatis; pro hoc ornatior erat sententia: cui laurus Dalmatica, victoria de Dalmatis reportata triumphum speciosissimum peperit, insignis triumphi causam praebuit. Hoc ita invertit poeta: cui *laurus*, victoria *aeternos honores*, aeternam nominis gloriam, famam perennem *peperit*, eam consecutus es, *Dalmatico triumpho*, decreto tibi ob devictos Dalmatas triumpho. Missus erat Pollio adversus Parthenos, populum Illyricum, non procul Dyrrhachio (Dio XLI, 49.) ab Antonio a. V. 715. eosque subegit. v. Dio XLVIII, 41. Appian. V. de B. C. p. 1135. Triumphum de iis egit a. d. VIII. Cal. Novembr. v. Heyn. ad vitam Virg. chronol. p. CXCIV. Parthenos generali Dalmatarum nomine h. l. comprehendi, hosque a poeta poni, quo illustrior ac speciosior Pollionis triumphus esset, facile apparet. Etiam Flor. IV, 12. *Dalmatas ab Asinio Pollione gregibus, agris, armis, multatos* refert. — [*Cui laurus*] Laurum hic pro victoria posuit. Salonas enim, Dalmatarum civitatem, Pollio ceperat, unde et filium suum, eo quod natus ibi est, quando ibi erat,

Iam nunc minaci murmure cornuum
Perstringis aures: iam litui strepunt:
Iam fulgor armorum fugaces
Terret equos equitumque vultus.

v. 19. *fulgur* Ascens. Cod. Guelf. *fulgor* Cod. Goth. et reliqui fere omnes, qui noti sunt, codd. mss.

Salonium appellavit. Quamvis laurus et poetae convenit, nam et car-
mina faciebat. Virg. Pollio et ipse facit nova carmina. *ACR.*
v. 17 sqq. Alteram historici virtutem, *δύναμιν ἑρμηνευτικήν*, vocat
Lucian. de conscr. Hist. §. 34., quae in iusta, dilucidaque rerum
gestarum expositione cernitur, adeo quidem, ut singula coram geri
spectarique videantur, nunc persequitur, summamque eius laudem
Pollioni tribuit Horatius. Ac in ea repraesentanda iis usus est rerum
imaginibus, quae et oculos maxime ferirent, animumque percellerent.
Accensam istius admiratione poetae phantasiam facile sentias in pu-
gnae, qua illam refert, *ὑποτυπώσει*, tam exacte per partes singulas
delineatae, ut erectas utrinque ad classicum acies, tum manus conseri
miscerique, duces sudore ac pulvere conspersos per ordines volare,
alteram denique aciem turbatam fusamque oculis tibi persequi videare.
Iam nunc est animo praecipientis, certoque augurantis, quod a Pol-
lionis ingenio facile exspectari poterat. Nondum enim opus ad finem
perductum erat. — [*Iam nunc*] iam videor videre et audire ea, quae
historia refert, per quod signat vi eloquentiae Pollionem omnia fere
ante oculos in relatione pugnarum inducere. — *Perstringis*, feris,
percellis, obtundis *aures*, cum delectu, pro, audire videor *murmur*
cornuum, iam litui strepunt, et litui strepitum, h. e. classicum cani. *Mur-*
mur proprium de gravi cornuum, uti *strepere*, *strepitus*, *stridor* de
litui acuto sono. Seneca Thyest. 574. *Iam silet murmur grave classi-*
corum, iam tacet stridor litui strepentis. Lucan. I, 237. *stridor lituûm,*
clangorque tubarum non pia concinuit cum rauco classica cornu. Prae-
clare *perstringere* convenit *murmuri*. Sil. XV, 459. *subitum campo per-*
strinxerat aures murmur triste tubae. *Minax* dicitur, quia ad pugnam
pertinet, eius conferendae signum dat. Similiter Epod. II, 5. *classicum*
trux, et Salei. Basso ad Pis. 129. (Poet. min. IV, 260.) *classicus hor-*
ror vocatur. *Αἱματόεν πολέμου μέλος* tribuit *σάλπιγγι* Antip. Sid. XI.
(Anal. Br. II, 8.) — v. 19—20. Iam videor mihi cernere, ut *fulgor*
armorum, arma fulgore suo *equos fugaces terreant*, paullo audacius
pro, tantum ipsis incutiant terrorem, ut terga vertant, consternati
aufugiant. Eadem ratio videtur obtinere in Ovid. Her. I, 36. *Et lacer*
admissos terruit Hector equos, h. e. equi conspecto Hectore currui ad-
ligato citatiore cursu ferebantur. Plura huius generis exempla vide
apud Ouwens N. H. III, 3. p. 371. Subesset adeo alterius partis in
fugam versae imago satis poetica. Malim tamen ad ipsa proelii initia
locum referre, hac sententiarum progressione: videaris tibi cornua et
lituos audire, acies utrinque admotas videre, tum equos in primo
conflictu fulgentibus appropinquantium hostium armis consternari, cett.
Tum *fugaces* exornat tantum terroris iniecti ideam, estque simpliciter,
pavefactos, stare nescios, regi difficiles, ut in simili descriptione
apud Virg. Georg. III, 82. *Tum, si qua sonum procul arma dedere,*
stare loco nescit, micat auribus, et tremit artus. — [*Fugaces*] *fugaces*
pro velocibus accipe et in sermone hodieque fugam pro velocitate
dicimus, cum de equis loquimur. — *equitum vultus*, equites, sed al-
terum significantius, nam vultus hominis terrefacti colorem mutat,
pallet. Fortasse tamen *terret* ad *equos* tantum spectat, et generalis notio,
fulgori conveniens, inde elicienda; ut poeta nihil amplius voluerit,

Audire magnos iam videor duces
Non indecoro pulvere sordidos,
Et cuncta terrarum subacta
Praeter atrocem animum Catonis.

v. 21. *Videre magnos* emend. Phil. Beroald. ad Cic. Tusc. V, 39. item sic duae editt. Martignac. Bentl. Cun. Sanad. quia videre, oculis cernere, non audire, oporteat auditorem enthusiasmo abreptum. Recte utique! si modo „videre cuncta terrarum subacta“ bene haberet. Sed metuit Ianius, ut satis recte dicatur oculis per *ὑποτύπωσιν* subiici cernique tam universalis idea. Sanadoni enim versio: „quelque part que je porte mes regards, je vois toute la terre se soumettre au vainqueur“ non est Horatiana sententia. — 23. *En cuncta* var. lect. Ion. — 24. *Propter* Cod. Guelf. *Praeter* Cod. Goth.

---

quam: fulgor armorum praestringit equitum vultum, proelium initur. — v. 21. Iam videor *audire duces* cett. pro: animo iam mihi fingo, repraesento, qua vi, quo spiritu, quanto cum vocis tum orationis vigore res a ducibus in pugna fortiter ac strenue gestas expositurus sis, ut pene ipsos pugnam obeuntes, bellique pulvere adspersos oculis videre sit. Fortitudinem ducum, eamque a Pollione ad vivum expressam declaravit poeta verbis, *non indecoro pulvere sordidos*, pulvere belli decoros, adspersos, nota idea ad fervorem pugnae designandum. Pariter Martial. VIII, 65, 3. *Arctoi formosum pulvere belli* Domitianum dicit. vid. I, 6, 14. — [*Audire* etc.] ambiguum; utrum enim ipsos duces concionantes audire se dicat, an Pollionem de ducibus narrantem, incertum est. *POR.* — *cuncta terrarum*, totum terrarum orbem a Caesare *subactum*, omnes gentes a Caesare devictas. Vellei. II, 56. *Caesar omnium victor, regressus in urbem — quinque egit triumphos,* Gallicum, Ponticum, Alexandrinum, Africum, Hispaniensem.

v. 24. *Praeter Catonem.* Summa *δεινότης* est in hoc antitheto. Illustrat locum Senec. de Provid. 2. *Quid habeat in terris Iupiter pulchrius, quam ut spectet Catonem, iam partibus non semel fractis stantem nihilominus inter ruinas publicas erectum. Licet, inquit, omnia in unius ditionem concesserint, custodiantur legionibus terrae, classibus maria, Caesarianus portas miles obsideat: Cato, qua exeat, habet.* Id. Ep. 95. extr. *Quantum in illo vigoris ac spiritus, quantum in publica trepidatione fiduciae est? Scit se unum esse, de cuius statu non agatur: non enim quaeri, an liber Cato, sed an inter liberos sit. Inde periculorum gladiorumque contemtus. Libet admirantem invictam constantiam viri, inter publicas ruinas non labantis, dicere:* Luxuriatque toris animosum pectus. Vnde optime *atrocis animi* notionem h. l. constituas. Est vero in Catone is, qui in tuenda vindicandaque libertate acerrimus, propositique huius tenacissimus, fractis ac perditis omnibus nihil a constantia remittit, *moriendumque ante, quam ullam conditionem Caesaris accipiendam reipublicae* (Vellei. II, 49.) statuit, adeoque obfirmatus adversus omnia, quae libertati obfutura sciat, vel cum vitae iactura. *Atrocitas* adeo omnino in consilii suscepti perseverantia ostenditur, maxime tum, ubi tempora incidunt, quae, ut sententiam mutes, suadere videantur. Atque hoc sensu *atrocem fidem* adhibuit Sil. VI, 377. *atrocem Virtutem* id. XIII, 369. Supr. I, 12, 35.: *et Catonis nobile letum.* Plutarchus in Catone scribit, populum Vticensem statim audita Catonis morte ad eius fores concurrisse atque una voce conclamantem illum solum servatorem ac beneficum, solum liberum, solum invictum appellasse, his verbis, (c. LXXI.) *καὶ μικρὸν ὕστερον ὁ δῆμος τῶν Ἰτυκαίων μιᾷ φωνῇ τὸν εὐεργέτην καὶ σωτῆρα καὶ μόνον ἐλεύθερον καὶ μόνον ἀήττητον καλούντων.* Ipse Caesar vero accepto de

Iuno et Deorum quisquis amicior
Afris inulta cesserat impotens

v. 25. *et* abest a Dess. 2. *quidquid amicus* var. lect. Ion. Mox in v. 26. post *Afris* comma et in v. 27. post *Tellure* maiorem distinctionem fere ponunt Editt. male. Sententia una est.

---

eiusdem morte nuncio dixisse fertur, Cato, invideo tibi mortem: tu enim mihi tuam salutem invidisti. *Atrocem* igitur *animum* intellige constantem, imperterritum, ἄφοβον: nam, inquit Lambinus, adsentor iis, qui hoc nomen a verbo Graeco deductum volunt τρέω, quod valet *tremere*, ut sit *atrox* is, qui non timeat, quamquam scio, *atrocem* interdum aliud significare. *Atrox*, mediae notionis ex lanii sententia vocabulum, utrum h. l. ad laudem an ad vituperationem valeret, nuper etiam lis fuit. Semper sibi adiunctam habet feritatis quamdam et immanitatis, vel certe excessus, notionem. Itaque magno cum delectu et energia exprimi eo puto totum characterem Catonis, crudam illam et asperam virtutem, immensamque constantiam, quae nullo casu, nulla ratione moveri de proposito aut inflecti posset. Omnino sic cum epitheton tum tota sententia magnam laudem habet. vid. Cic. Offic. I, 31. — v. 25—28. Quum totum terrarum orbem, h. e. Pompeianos cum auxiliis eorum ubique terrarum ad internecionem a Caesare deletos, Catonisque invictam constantiam morte voluntaria comprobatam proximis vv. commemorasset poeta, pronum satis erat, ea nunc subiici, quae maximum utrique rei momentum fecissent. Erat vero insignis illa in bello Africano, quod ductu Q. Scipionis gerebatur, ad Thapsum accepta clades, quae maximam exercitus partem hausit, (v. Appian. B. C. II, 97. Plutarchum, et al.) quaque Cato audita *nihil cunctatus, ut sapiente dignum erat, mortem etiam laetus accivit* Flor. IV, 2. Iam quum hanc cladem Romani in ea terra accepissent, in qua ipsi olim Iugurthino Punicisque bellis magnas strages edidissent; vindictae iure hac illos adfectos fuisse ait poeta. Simplicissima enim sententiae horum vv. enunciatio erat: civibus ad Thapsum ad internecionem deletis, Scipione cum exercitu in Africa caeso. Iam Afrorum superioribus bellis caesorum ultio Iunoni, numini ipsorum ἐγχωρίῳ defertur a poeta, quo augustior rei esset species, tum ad deos eam referre plane necesse erat, quandoquidem Romani non ab Afris victi, sed suismet ipsi viribus attriti fuerant. Satis vero consentanea est illa ratio opinioni antiquiorum hominum, qua Dii tutelares eandem gentis suae fortunam belli experiri, vinci adeo, victique urbe ac regione excedere, huiusque iniuriae acceptae, cladisque populo suo illatae ultionem parare dicuntur. Iuno et alii dii, qui Numidis faverant in bello Iugurthino, Numidarum et Afrorum calamitate neceque Iugurthae, (fuit enim ille Romae in carcere necatus) offensi, victores ipsos, nempe Romanos eorumque posteros, Iugurthae manibus, tanquam victimas, mactarunt ac parentarunt. [*L.*] Praeclare haec nexa cum antecedentibus, quae facile possent ad *bellum Africanum* deducere; quo collecti duce Q. Scipione, qui in Africa supererant, Romani, ultimae libertatis morientis vires, quibus se Iuba rex adiungebat, tandem a Caesare ad Thapsum, Mauritaniae oppidum, ad internecionem deleti sunt, X vel, ut Plutarchus, L millibus occisis; quam cladem statim mors Catonis secuta est. Iam cum in eadem Africa olim Romani magnas strages edidissent, in primis Iugurthino et Punicis bellis: praeclare Iuno, ceteraque numina, quae Africae faverent, dicuntur funesta illa ad Thapsum civium Romanorum clade compensasse et expiasse tot Afrorum olim caesorum sanguinem. In diis Africae amicis sunt v. c. Pallas, Neptunus. *Deserere* dicuntur dii tutelares ter-

Tellure, victorum nepotes
Retulit inferias Iugurthae.
Quis non Latino sanguine pinguior

v. 28. *Rettulit* (ut alias *relligio*, *relliquiae* etc.) scribere solent. Quam antiquam scripturam nostri quoque sequuntur codices. v. Heyn. ad Virg. Aen. V, 598.

---

ram aliquam vel urbem, cum non amplius eam tuentur ac iuvant; *cedere*, cum abire coguntur. Virg. Aen. II, 351.: *Excessere omnes adytis arisque relictis Di, quibus imperium hoc steterat.* Hinc *evocatio* Deorum, de qua vid. Macrob. III, 9. ubi formula est, qua Carthagine dii evocati essent. — [*Iuno*] Ordo est: Iuno et quisquis deorum amicior Afris impotens cesserat, inulta tellure retulit Iugurthae inferias nepotes victorum, scilicet Romanorum qui Carthaginem vicerant. *ACR.* Sensus est: Iuno et quicunque alii dii Carthaginiensibus faverant, ultionem vastae Africae ex posteris eorum, qui eam vastaverunt, nunc receperunt. *Impotens* autem non potens, id enim ad victos sine virtute intelligendum. *POR.* — *D. quisquis amicior*, amicus *Afris*, omnes Dii tutelares, qui cesserant *tellure inulta*, victis deletisque Africae incolis, quorum clades ulcisci non possent; hinc *impotentes*, fatis prohibentibus. — *retulit inf. Iug.*, manes Iugurthae a Romanis victi occisique placavit, inferias ei misit *nepotes victorum*, eorum, a quibus devictus fuerat, h. e. Romanorum; sed alterum cladis vicissim illatae causam declarat. Quo etiam v. compositum *retulit* spectare videtur, cuius praepositionis vis totius loci sententiae accommodanda est. *Ulciscendi* enim studio Iuno Romanis hanc *vicissim* cladem paraverat. *Iugurthae* vero soli ex universis Afris, qui diversis temporibus a Romanis caesi essent, litatum ait, tanquam poeta: et quod indignitas rei, Iugurtha opertus catenis (Flor. III, 1.) a Mario in triumpho ductus, Iunonem et ceteros Africae deos maxime offendisset. Ceterum orationis colorem ex Horatio duxit Lucan. I, 39. *diros Pharsalia campos impleat, et Poeni saturentur sanguine manes:* inprimis IV, 788. *Excitet invisas dirae Carthaginis umbras inferiis fortuna novis, ferat ista cruentus Hannibal, et Poeni tam dira piacula manes.* Adde ei. VI, 310. X, 392. Seneca de Benef. V, 16. *Parum est illi capere patriam, nisi everterit, nisi — debitas inferias Gallicis bustis duces Romani persolverint.* Flor. II, 5. *Stricta in principum colla secures legatorum manibus litavere.* — *retulit*, significanter pro: obtulit; *referre* enim notionem vicis reddendae simul complectitur, uti *gratiam referre* in malam partem pro: vicem reddere, dici solet. — *inferias* refer ad inhumanum illum priscae antiquitatis morem, ex quo captorum sanguine placari solebant in bello caesorum Manes. v. Virg. Aen. X, 519. — [*Iugurthae*] Hannibalem intelligi voluit in commemoratione Iugurthae aut certe quia in Africa tempore belli civilis multi Pompeiani occisi sunt. *ACR.* — v. 29—36. Memorata ad Thapsum civium internecio plures diversis terrarum locis acceptas civili bello clades poetae in mentem revocat, in quarum contemplatione, atrocitate sceleris abreptus et quasi attonitus dum omnes cogitationes defigit, a primario carminis argumento abductus ad declarandam detestandamque belli istius impietatem totus convertitur, eiusque magnitudinem, quanta maxima ἐναργείᾳ potest, exprimit. Commotum indignitate rei poetam commotior ipsa eius prodit oratio (fere ut I, 35. extr.): tum sententia horum vv. plane eadem est, sub speciales tantum imagines revocata; quod et ipsum animo graviter turbato egregie convenit. Sententia generalis erat: quid? quod ubique terrarum civilibus armis depugnatum est, ubique civium sanguis profusus est. Scenam belli civilis

Campus sepulcris impia proelia
Testatur, auditumque Medis
Hesperiae sonitum ruinae?
Qui gurges, aut quae flumina lugubris

v. 33. *Quis gurges* Alt. 1. Cod. Guelf. Locher. *qui g.* Cod. Goth. *ecquae* emend. Cun. Sanad. *et quae* quidam Mss. et edd. ap. Cun.

---

breviter ita adumbrat Flor. IV, 2. *si locum et spatium* etc. locus ipse infra adpositus integer legitur, quamobrem in hac Mitscherlichii repetita commentatione eum omittendum putavi. Recte adeo poeta bello isto, quod plurimas terrarum partes adtigisset, totum terrarum orbem quodam quasi diluvio correptum dicere poterat. Sententia iam absoluta videri poterat his verbis: omnis campus *Latino* Romanorum civium *sanguine pinguior* factus est, eo conspersus est; sed adtexuit praeclaro artificio poeta, quo utrique maior veri species accederet, alteram hanc imaginem: omnis campus *sepulcris* suis, caesorum civium tumulis, h. e. frequentes in omnibus campis tumuli *testantur*, memoriam servant, monumento sunt, *proelia impia*, civium ibi facta esse. Sic *Philippos civilia busta* vocat Propert. II, 1, 27. Terra *pinguescit* sanguine, in qua multum eius profusum est, nota idea. Virg. Georg. I, 491 sq. *Nec fuit indignum superis, bis sanguine nostro — latos Haemi pinguescere campos.* Ovid. Heroid. I, 54. *Luxuriat Phrygio sanguine pinguis humus.* Stat. Theb. VII, 545. *Duc illum in campum, vestro qui sanguine pinguis spirat adhuc pinguisque meo.* *Sepulcra* h. l. simpliciter sunt tumuli, terra exaggerata, ingesta civium corporibus. — *auditumque Medis* cett. Obvia ratione respublica, quocunque graviori damno adflicta, compagibus suis solvi (ita fere *fluentem remp.* acceperim in Vellei. II, 16.) *ruere* (v. ad I, 2, 25. et 35, 13.) *procumbere* (Vellei. l. l.) dicitur. Iam pro *ruina* s. interitu *imperii Romani*, est *ruina Hesperia*, Hesperiae, Italiae, ut I, 36, 4. Dionys. Halicar. ἀρχαιολ. Ῥωμ. l. c. 35. Ἕλληνες Ἑσπερίαν καὶ Αὐσονίαν ἐκάλουν τὴν Ἰταλίαν· οἱ δ' ἐπιχώριοι Σατορνίαν. et pro *gravissima ruina* exquisite est *sonitus ruinae*, cuius fragor ad extremas terrarum oras pertinet, *Medis* s. Parthis *auditus*. Hos vero cum delectu nominat poeta, populo quippe Romano infestissimos, qui adeo hoc reipublicae casu laetarentur, votorumque suorum *sua ut urbs haec periret dextera* (Epod. VII, 8.) facti essent compotes. Cf. omnino ad I, 34. extr. adde Aurel. Vict. 39. *Vbi* (Diocletianus) *fato intestinas clades, et quasi fragorem impendere comperit status Romani, curam reip. abiecit.* — [*Auditumque*] de superiore ostendit, sic enim intelligendum: Quis non campus sepulchris testatur, impia proelia, sonitumque Hesperiae, quem etiam Medi audiverunt. Sonitum autem ruinae Medos audisse, i. e. super orbem transilire καθ' ὑπερβολήν intelligendum. ***POR.***

v. 33—35. Sed et undae civili sanguine infectae, pollutae sunt, civilis belli notas traxere. *Gurgitis* notio generalis est, per species mox a poeta designata. — *Flumina haud ignara*, conscia sunt *belli*, proelia ad ea facta sunt, sanguine polluta sunt; nota loquendi ratione. Eurip. Herc. fur. 365 sqq. Κενταύρων ποτὲ γένναν ἔτρωσε — ξύνοιδε Πηνειὸς ὁ καλλιδίνας cett. Terras, quas bella civilia senserunt, recenset Florus IV, 2. §. 6. *Si locum et spatium* (supple ex antecedentibus: *inspicias*), *ubi commissum est, intra Italiam; inde se in Galliam Hispaniamque deflexit, reversumque ab occasu, totis viribus in Epiro Thessaliaque consedit; hinc in Aegyptum subito transiliit; inde respexit Asiam; inde Africae incubuit; postremo in Hispaniam regyravit, et ibi aliquando defecit.* — (Ceterum cf. Catull. LXIV, 358. Tibull. I, 7, 11.

Ignara belli? quod mare Dauniae
Non decoloravere caedes?
Quae caret ora cruore nostro?
Sed ne, relictis, Musa procax, iocis,
Ceae retractes munera Neniae:

v. 35. *Nec* Mentel. — 36. *hora* Cod. Lips. I. — 38. *Caeae* scribunt multi. Sed est Κεῖος, Κήιος. *munia* var. loct. Iones. *funera* coni. N. Heins. *vulnerà* Mss. ap. Chabot. *Munera nenia* sunt extrema officia, laudationes funebres; ut Apelles in epitaphio uxori apud Maffeium in Antiq. Gall. ep. 15. p. 70. Bonada Carm. ex ant. lap. II. p. 116.: CONIVGIS OFFICIVM TESTATVR CARMINE PARVO EXTREMVMQUE TIBI REFERO MVNVS. Et in alio marmore p. 119. n. 30.: SVPREMVM VERSVS MVNVS DONAMVS ET ARAM. De hisce laudationibus vide Trotz de Mem. prop. I, 6. p. 404. Kirchm. de Fun. II, 6, 18. Cic. de Legg. II, 24. Quinctil. I. O. VIII, 2. Hinc *nenia* sine *ae*, e Graeco νηνία, ut monet Scalig. Poet. I, 50. et Kirchmannus. ***FEA.***

Virg. Ecl. V, 21.) — *lugubris*, civilis. — [*Qui gurges*] ταπείνωσις est. Gurgitem enim pro mari posuit, ut: Apparent rari nantes in gurgite vasto. ***ACR.*** — v. 34. *Dauniae caedes*, sanguis caesorum civium Romanorum (Nam Daunia s. Apulia pro universa Italia posita, solita ratione) *decoloravit*, tinxit, rubefecit quodvis *mare*. Stat. Theb. XII, 410. de Ismeno: *turbatus adhùc et sanguine decolor ibat.* Sidonius *Metauri gurgites* Asdrubalis caede *decoloratos* ait L. I. ep. 5. Sic *mare Siculum Poeno sanguine purpureum* II, 12, 2. Portenti speciem Lucani phantasma habet III, 573. *cruor altus in undis spumat, et obducti concrescunt sanguine fluctus.* — [*Quod mare Dauniae*] Apuliae a Dauno, sed per Apuliam omnis Italia accipienda est, in qua sanguis Romanorum fusus est. Vel quia per Adriaticum mare de Brundusio Caesar profectus est, Pompeium sequens. Luc.: Brundusium decimis iubet hanc attingere castris. — v. 36. *Quae* omnino *ora* expers est civilis belli? Sic totius loci sententiam poeta complexus videri debet. In specie tamen accipere praestat: etiam longe dissitas, remotissimas mundi plagas cruore nostro infecimus. — v. 37—40. *Relictis iocis*, argumento carminum levi, lusibus tantum et iocis occupato; nam in hoc solo Musam suam regnare modeste profitetur. Cf. I, 6. extr. Similiter *molles modos citharae* suae tribuit II, 12, 3. et *lyram iocosam* vocat III, 3, 69. — *Musam procacem* accipiunt fere pro, quae fines suos migrat, quae se carminis generi immiscet, ad quod facta non est, audax, temeraria; sed est simpliciter, proterva, petulans, lasciva, iocosa. Ratio adeo inest, cur iocos, ipsi proprios, relinquere non debeat. Stat. Silv. I, 5, 13. *procax myrtis ederisque soluta fronte verecundo Clio mea ludit Etrusco.* Similiter *Elegiam* Stellae *petulantem* vocat idem Silv. I, 2, 7. — [*Sed ne relictis* etc.] i. e. ne cum lyrico carmine aptiores sint ioci, improbe faciat Musa, si lugubria misceat. Ordo est: Sed tu Musa procax ne relictis iocis retractes munera neniae Ceae, quaere mecum sub Dionaeo antro modos leviore plectro.

v. 38. *Munera Ceae Neniae* poeta appellat carmina lugubria Simonidis Cei, θρήνους, *lacrymas Simonideas* Catullo XXXVIII, 8. dictas. Frequentata nimirum poetis ratione carmina sunt dona Musarum. Catull. LXVIII, 10. *Muneraque et Musarum hinc petis et Veneris.* Theogn. 244. ἀγλαὰ Μουσάων δῶρα ἰοστεφάνων. Archiloch. II. (Anal. Br. I, 40.) Εἰμὶ δ' ἐγὼ θεράπων μὲν Ἐνυαλίοιο ἄνακτος, καὶ Μουσέων ἐρατὸν δῶρον ἐπιστάμενος. Vet. Inscr. apud Murat. p. 1086. et Fleetw. p. 202. δῶρά γε Μουσάων καὶ βρέφος ων ἀγαπῶν.

Mecum Dionaeo sub antro
Quaere modos leviore plectro.

v. 40. *leviore lyra* Bentl. 8. interpolate. *leniore* Cod. Guelf.

Iam vulgarior loquendi forma, quaeque omnia Simonidis complecteretur carmina, erat: *munera Ceae Musae* ea dicere (uti *Graiam Camenam* dixit II, 16, 38. *Musam Teiam* Ovid. Trist. II, 364.) Vt igitur peculiare carminum Simonidis genus, *θρήνους*, designaret poeta, exquisita ratione in specie eas vocat munera *Neniae*, tanquam deae istorum carminum lugubrium praesidis, fere ut Elegiam, elegorum, Tragoediam tragicae rei praesidem poetae faciunt. Sic non opus est, Neniam illam satis obscurae religionis deam cum quibusdam huc trahere. Fuit enim Simonidis (ut scribit Quinctilianus) virtus mirifica in commiseratione commovenda et in tractandis rerum tristium argumentis. Ideoque Catull. [XXXVIII, 8.] *Paullum quidlibet allocutionis Maestius lacrymis Simonideis. Ceae* sine diphthongo in priore syllaba scriptum est in omnibus lib. veter. Theocr. *εἰδ. ιϛ*, 45. *εἰ μὴ δεινὸς ἀοιδὸς ὁ Κήιος αἰόλα φωνέων βάρβιτον ἐς πολύχορδον, ἐν ἀνδράσι θῆκ' ὀνομαστοὺς ὁπλοτέροις.* Aptissimo autem vocabulo usus est *nenia*, quod est carmen funebre et lugubre, ut carmine ultimo huius libri v. 21.: *Absint inani funere neniae*, quamvis pro quovis carmine ab eodem usurpetur, ut III, 28, 16.: *Dicetur merita nox quoque nenia.* Epist. I, 1, 62. *an puerorum Nenia, quae regnum recte facientibus offert.* De laudibus, quae Simonidi, ut poetae, tribuuntur, vid. *Wesseling.* ad Diodor. Sicul. T. I. pag. 412. — *retractes*, iteres, idem argumentum tractes, ne tristibus immoreris. — [*Neniae*] Nenia carmen lugubre, quod mortuis dicebatur, quod nunc Graece *ἐπιτάφιον* appellatur, quod Simonides, Graecus poeta lyricus, primus instituit, a Cea insula oriundus: unde et *Ceae Neniae* posuit, de qua Virg. Cui pinguia Ceae. Ovid. Cingitur Aegaeo insula Cea mari. *ACR.*

v. 39—40. *Mecum* potius *quaere modos lev. pl.*, levius feri lyram s. fides plectro, leviores modos s. cantus lyra mecum modulare, remissioris argumenti carmina mecum meditare, lude. Heroica enim, omnique gravioris argumenti carmina intentiorem et vocis (*μέγα ψοφέουσαν ἀοιδὴν* Callim. in fragmm. Bentl. CLXV. *os magnum* Propert. II, 8, 16. *os magna sonaturum* Serm. I, 4, 44.) et lyrae modulatinoem e poetico loquendi usu requirunt. Senec. Agam. 329. *Sed quale soles* leviore lyra *flectere carmen simplex*, *lusus cum docta tuos Musa recenset. Licet* et chorda graviore sones. *Quale canebas*, *cum Titanas fulmine misso fregere dei;* laudante iam Bentl. Eodem sensu *maius plectrum* IV, 2, 33. *numeri leviores* Ovid. Amor. I, 1, 19. — *sub antro Dionaeo*, Veneri dicato, adeoque lusus amatorios, carmina amatoria: nota imagine. v. I, 32, 1. et III, 4, 40. Adposite Ovid. Amor. II, 18, 3. *Nos*, *Macer*, *ignava Veneris cessamus in umbra.* Colorem ex Horatio duxit Statius Silv. IV, 5, 57. *Hic plura pones vocibus et modis passim solutis: sed memor interim nostri, verecundo latentem barbiton ingemina sub antro.* — *munera Neniae*, *munus*, ut saepe, inservit periphrasi. Cf. supr. Carm. I, 28, 4. — *Dionaeo sub antro*, Dionen Veneris matrem esse, testatur Homer. Iliad. *ε'*, 370 sqq. *ἡ δ' ἐν γούνασι πίπτε Διώνης δῖ' Ἀφροδίτη, μητρὸς ἑῆς· ἡ δ' ἀγκὰς ἐλάζετο θυγατέρα ἥν, χειρί τέ μιν κατέρεξεν, ἔπος τ' ἔφατ', ἔκ τ' ὀνόμαζε.* Eurip. Hel. 1098. *Κούρη Διώνης Κύπρι, μή μ' ἐξεργάσῃ.* Theocr. *εἰδ. ιε'*, 106. *Κύπρι Διωναία, τὺ μὲν ἀθανάταν ἀπὸ θνατᾶς, ἀνθρώπων ὡς μῦθος, ἐποίησας Βερενίκαν, ἀμβροσίαν ἐς στῆθος ἀποστάξασα γυναικός.* Virg. Ecl. IX, 47.: *Ecce Dionaei processit Caesaris astrum.* — *Quaere modos*, versus, cantus, ut Carm. Lib. III, 3. extr. *Magna modis tenuare parvis.* et

CARMEN II.

AD CRISPVM SALLVSTIVM.

ARGUM. *In hoc carmine, quod Horatius ad Crispum Sallustium, virum ab avaritia et ambitione alienissimum, scripsit, illam Stoicorum sententiam: μόνον τὸν Σοφὸν πλούσιον εἶναι, commendare videtur. Quum vero Crispus Sallustius, clarissimi historiarum scriptoris ex sorore nepos, thesauris, quibus abundabat, sapienter uteretur, (vivebat re vera splendidissime) gratissimum ei esse debuit carmen, quod istam ipsam laudem exprimit, neque in divitiarum coacervatarum magnitudine, sed in recto honestoque earum usu, non in externo splendore, sed in animo excelso et libero felicitatem poni declarat. Horatium autem valde et inelegantem et imprudentem faciunt, qui reprehendere illum putant profusionem Sallustii: ut Cruqu. Dacer. Potius maximum eius elogium inesse carmini facile sentias. Ex Proculeii et Phraatis mentione intelligitur, illud intra annos Vrbis DCCXXIV et XXXI esse compositum. — Pindar. Nem. α', 44.: οὐκ ἔραμαι πολὺν ἐν μεγάρῳ πλοῦτον κατακρύψαις ἔχειν, ἀλλ' ἐόντων, εὖ τε παθεῖν καὶ ἀκοῦσαι, φίλοις ἐξαρκέων. Ceterum in sententiam huius carminis compara Theocrit. ιϛ', 22 sqq.*

Nullus argento color est avaris
Abdito terris, inimice lamnae

In cod. Barthiano hoc carmen inscribitur: AD CRISPVM SALLVSTIVM LIBERALEM, quod cognomen haud dubie a librariis eodem modo additum est, quo alibi Plautum *Asinium*, Ovidium *Getam*, Iuvenalem *Ethicum*, Martialem *Coquum* appellaverunt. v. Barth. Adv. VI, 1. p. 258. et Io. Conr. Burch. Fischer. De codd. mss. Horatii atque Virgilii Barthianis. simul cum animadv. in Horat. spec. Helmstad. 1785. 4. p. 19. Hinc fortasse inscriptio Carm. Lib. IV, 12. ad *Virgilium mercatorem* explicanda est, siquidem ibi Bothii, Virgilium Maronem intelligentis, rationem sequaris.

AD SALLVSTIVM DE LIBERALITATE ET TEMPERANTIA vett. edd.

v. 1. *honor est* emend. Cun. audacius. *N. a. color est*, *avaris abditae terris inimice l.* emend. Lamb. contra omnes codd. absurdum putans sensum prodire e vulgata: „N. argento c. est avaris a. terris — nisi temperato spl. u.“ Sed quis iubet eum ita coniungere? Interim eius exemplum secuti Venet. 1590. Barth. (adv. XXXVI, 14.) Torrent. Chabot. Heins. Rutg. Desprez. Dacer. Iones. et plur. edd. recentt. etiam Sivr. Vulgatam lectionem, antiquam illam, et quae optimum sensum praebet, defendunt inpr. Cruqu. Bentl. et Sanad. eamque retinuerunt etiam (praeter edd. vett. ante Lamb.) Fabric. T. Fab. Steph. Cun. Baxt. *abdito terris; inimica lamna* (est) emend. Ge. Fabric. et post eum nuper Anton. Birrius (specim. animadv. Horat.) Sed doctior et Sallustio gratior vulgata. — *lamae* (sic Cod. Guelf.) vel *lamnae* plurimi apud Marcil. Pulm. 1, 2. Lips. 1. Eadem diversitas est Epist. I, 15, 36.

---

huius libri 12, 3.: *nec Siculum mare Poeno purpureum sanguine mollibus Aptari citharae modis.* lib. III, 9, 10.: *Dulces docta modos.* Epist. ad Pis. v. 211.: *Accessit numerisque modisque licentia maior.*

---

v. 1—4. Magnam se rem praestitisse credit Lambinus, quod invitis omnibus libris, qui *Abdito argento* hic exhibent, *Abditae lamnae* reposuerit; cf. Var. Lect. Vide Bentleium ad h. l. qui luce clarius

Crispe Sallusti, nisi temperato
Splendeat usu.

---

ostendit, Lambinum verborum constructionem fefellisse. — Sententia horum vv. satis expedita: divitiae per se plane nullius sunt pretii, seu ut Boeth. Consol. Philos. II, 5. ait, *non sui natura pretiosae sunt*. Pro hoc poeta: *Argento nullus color est*, argentum nullum *colorem*, splendorem, (ita *lucis colorem* dixit Seneca Agam. 862.) cuius causa expetitur, qui ei gratiam conciliat, adeoque nullam gratiam, pulchritudinem habet, quod *abditum*, absconditum, defossum est *terris*, in terram, omnino pro, quod usui hominum non inservit. Colorem contra accipiunt, *splendent*, luci exponuntur opes, quae usui inserviunt. Boeth. loco supra c. *Atqui haec effundendo magis quam coacervando melius nitent*. Alexis in Excerpt. Grotii p. 597. *τοὺς εὐτυχοῦντας ἐπιφανῶς δεῖ ζῆν ἀεί, φανεράν τε πᾶσι τὴν δόσιν τοῦ θεοῦ ποιεῖν*. Tum res plane conficitur e Serm. I, 1, 44. *At, ni ita fit*, (ni comminuitur) *quid habet pulchri constructus acervus?* fere ut Theocr. ιϛ', 22. *τί δὲ κέρδος ὁ μυρίος ἔνδοθι χρυσὸς κείμενος; οὐχ ὧδε πλούτου φρονέουσιν ὄνασις*. — Terra *avara* dicitur, quae argentum, ab usu remotum, diligenter custodit, nihil inde detrahi sinit, avari instar. *M*. — Vocem *avaris* omnes, quos vidi, ad hunc locum adnotat Clariss. Doering., interpretes ad *terris* trahunt, et *avaram terram* explicant de ea, quae avari instar argentum conditum custodiat; equidem *avaris* in casu tertio et *terris* in casu sexto positum esse arbitror, ita, ut *argentum avaris abditum terris* sit, argentum, quod avaris hominibus abditum est, vel quod avari abdere in terra solent. *Avaris* scilicet opponitur Crispus Sallustius, qui, ut paulo post dicitur, *avidum spiritum domare didicerat*. Non possumus ab nobis impetrare, quin hanc Doeringi explicationem, quippe quae toti loco aptum praebeat sensum, rectam ac veram statuamus. — [*Nullus*] Sallustium Crispum alloquitur historiographum, equitem Romanum, Augusti amicum, libertatem et magnificentiam animi eius describens. *Avarae* autem terrae dicuntur, cum id in se recipiunt, quod non ampliato reddunt foenore. *Argentum abditum* pro pecunia abdita in thesauris dixit. Sensus antem hic est: Divitiarum splendorem nullum esse, nisi honesto in usu fuerit, avaris autem recondendo crescit sola cupiditas, ut Iuvenalis: Crescit amor nummi, quantum ipsa pecunia crescit. Vnde et hydropi morbo comparavit hoc vitium, quod nimietate sitis et potus desiderio crescente aegritudine interius augetur. — v. 2. *inimice lamnae* cett. Eadem sententia inversa subiicitur perspicuitatis gratia: argentum usu demum splendet, gratiam habet. Generalem hanc poeta, de recto divitiarum usu, iustoque iis statuendo pretio praecepturus, dum ad Sallustium inflectit orationem, ad specialem ita revocat: Tu *inimicus* es, odisti (fere ut Seneca de Benef. II, 17. *Indixisti pecuniae odium: hoc professus es, hanc personam induisti: agenda est*), contemnis, nihili facis *laminam*, argenti massam, argentum; sed alterum cum delectu, ut vel rude, infabricatum, vel inutiliter reconditum argentum declaretur. — [*Inim. lamnae*] lamnam pro infabricata et rudi materia posuit, quae obscuratur ab avaris celata et vult intelligi Sallustium non occultare divitias. — *nisi splendeat usu*, nisi usui, qui ei pretium facit, inserviat; igitur non *per se*, apud te pretium divitiae habent, sed usu demum splendorem adquirunt, propter usum iis aliquid tribuis. — *temperato*, recto, prudenti, non profundendo, ant male dispensando eas. *τὸ εἰδέναι αὐτὸν (τὸν πλοῦτον) εὖ διατίθεσθαι*, (apud Basil. in Or. quomodo leg. Gr. p. 107. Grot.) *γενναίως χρῆσθαι* (Menander in Stob. Flor. Grot. p. 93.). Praeclare sic ostenditur Sallustii animus ab omni divitiarum cupiditate liber, iisdemque, ut sapientem decet, fruens atque

Vivet extento Proculeius aevo
Notus in fratres animi paterni:
Illum aget penna metuente solvi
Fama superstes.

v. 5. *extenso* Alt. 1. *Proculeus* Mentel. — 6. *notus* (quia fuit) *in fratres a. p.* distinguit Baxt. et sibi valde in eo placet. Sed quam vulgaris et languida tum sententia! *fraterni* Alt. 2. male. — 7. *agit* (sic ex optimis Torrentii et Bentleii aliisque codd. scripsit Iahn.) Porphyr. (ut videtur, sc. Ianio; mihi Porphyr. inspicienti aliter videtur) omnes Torr. Bentl. 1, 2, 6. et ipse Bentl. et Cod. Guelf. Sed cum auctoritate, tum ob *vivet*, *superstes*, et quod supervixit adeo Proculeius Horatio, praestat vulgata, quam exhibet Cod. Goth. *penna haud metuente* contra codd. inepti quidam editores correxere. Exstat sic in prima Mureti edit. ipso invito, unde in alias quasdam vulgatas venit. *renuente* emend. Sanad.

---

utens; ut de Tibullo Epp. I, 4, 7. *Dii tibi divitias dederunt, artemque fruendi*. Facit huc Seneca de Vit. B. XXII. *maior materia sapienti viro est animum explicandi suum in divitiis:* nam in his *et temperantia et liberalitas et* diligentia et dispositio et magnificentia campum habet patentem. Ad verba et sensum Stat. Silv. II, 2, 150. *Non tibi sepositas infelix strangulat arca divitias: — expositi census, et docta fruendi temperies*. Id. Silv. II, 3, 70. *Idem auri facilis contemtor et optimus idem condere divitias, opibusque immittere lucem*. Iam Pind. Pyth. ε', init. *Ὁ πλοῦτος εὐρυσθενής, ὅταν τις ἀρετᾷ κεκραμένον καθαρᾷ βροτήσιος ἀνὴρ πότμου παραδόντος αὐτὸν ἀνάγῃ πολύφιλον ἑπέταν*. Idem Nem. α', 44. — v. 5—8. C. Proculeius, eques Romanus amicus Augusti, rarissimae pietatis erga fratres suos, adeo quidem, ut cum iis, bello civili spoliatis, suam patrimonii partem de integro aequis partibus diviserit, quod iam antea totum cum iis divisisset, iuxta vet. Schol. ad h. l. qui Fannium Caepionem (male quaedam edd. Scipionem dicunt) et L. Muraenam fratres Proculeii laudat. Sed Caepio non fuit frater Proculeii, quod satis patet e Dione LIV, 3. p. 732. Rectius Masson. vit. Horat. p. 304. L. Licinium Varronem Muraenam et M. Terentium Varronem Muraenam fratres eius asserit. Iam pro vulgari: Proculeius ob liberalitatem in fratres in magna hominum est existimatione, eius liberalitas in omnium ore est, splendide poeta: *vivet extento aevo*, quod copia poetica dictum pro, extendet aevi sui spatium, vitam suam, memoria eius nunquam intercidet, recens erit apud posteros. *Extendimus aevum, vitam*, praeclaris ingenii virtutisque documentis editis, quae nostri nominis memoriam ad posteros propagant. Sil. IX, 375. *brevis hoc vitae, quodcunque relictum, extendamus, ait* cett. Sic *fama extendere vitas* Stat. Theb. IV, 33. quod simpliciore ratione *famam extendere factis* (ut *φήμην ἐκτεῖναι* Phalaris Ep. LXVI.) dixit Virg. Aen. X, 468. Exquisitiorem contra idem adhibuit Aen. VI, 807. *virtutem*, virtutis memoriam, *extendere factis*, memoranda facere, praeclara quaevis moliri. In Horatio tamen extento aevo simpliciter accipi potest, remoto adhuc aevo *vivet*, vigebit Proculeii memoria. — [*Vivet*] In perpetuum; ut: Vivusque per ora feretur: Proculeium equitem Romanum laudat, amicum Augusti, qui pius sic erga fratres suos Scipionem et Muraenam fuit, ut cum spoliatis bello civili patrimonium suum ex integro divideret, quod cum iis iam ante diviserat. *ACR*. — v. 6. *notus animi*, animo, qui innotuit, famam consecutus est, qui ostendit animum, qui fuit *animo*, adfectu plane paterno in fratres; omnino pro, ob animum eius pat., liberalitatem in fratres. — [*Notus in fratres*] i. e. habens animum paternum in fratres et est nota figura. Sensus est: ecce, inquit, Pro-

Latius regnes avidum domando
Spiritum, quam si Libyam remotis

v. 9. *Lautius* unus Bersm. Dess. 2.

culeius, qui liberalis in fratres suos exstitit, aeternam sibi per hanc pietatem memoriam paravit et per omne aevum fama eius extenta est, per quam semper volat. *POR.* — v. 7—8. Eadem immortalitatis notio, augustiore imagine repraesentata. *Fama* illum *aget*, vehet, tollet *penna*, alis suis, per populos circumferet; longe lateque diffundetur liberalitatis istius fama. Propert. III, 1, 9. *Quo me Fama levat terris sublimis et a me nata coronatis Musa triumphat equis.* Claudian. I, 34. *Illum Fama vehit trans aequora* cett. In genere igitur nominis eius famam omnibus terrarum oris celebratum iri ait poeta; iam eandem aeternam innuit per *alas metuentes solvi*, *πεφυλαγμένας λύεσθαι*, quae cavent sibi, ne solvantur, ne a contentione remittant quae adeo tenorem servant, nunquam deficiunt, subsidunt. *Solvuntur* enim ea, quae a rigore remittunt, languescunt, et *metuunt solvi*, quae nolunt, non possunt solvi, exquisita ratione. Bene Lamb. laudat Virg. Georg. I, 246. *Arctos metuentes aequore tingi*, comparato Arati Phaen. 48. *ἄρκτοι κυανέου πεφυλαγμέναι Ὠκεανοῖο.* — *Illum Aget Penna Met. Solvi*] omnino sic est legendum, et ita reperi scriptum in omnibus Codd. manuscriptis; denique hanc lectionem agnoscit Porphyr. Corruperunt autem hunc locum arrogantes quidam et indocti homines, qui, cum facile animadverterent, hoc sentire Horatium, Proculeii nomen propter eius eximiam in fratres suos liberalitatem immortale futurum, existimarentque, si *metuente* legeretur, plane aliam et contrariam huius loci sententiam futuram, quasi *penna metuens solvi* sit ea, quam dies aut vis aliqua sit solutura, negationem *haud* addiderunt. Sed quamvis nemo mediocriter doctus dubitet, quin haec sit vera et germana scriptura, constitui tamen, ut adolescentibus consulam, eius rationem explicare. *Penna* igitur *metuens solvi* ea est, cuius nulla unquam dissolutio est futura. Atque ita loquitur Virg. Georg. I, 246. Hom. Il. σ', 489. *οἴη δ' ἄμμορός ἐστι λοετρῶν Ὠκεανοῖο.* Sed cuius testimonium gravius nobis esse debet, quam ipsius Horatii, qui frequentissimus est in huiusmodi loquendi generibus? sic loquitur Serm. II, 5, 67 sq. *forti nubet procera Corano Filia Nasicae, metuentis reddere soldum*, nam *metuentis* hoc loco nihil aliud esse puto, quam nolentis. Carm. Lib. III, 11, 10 sq. *metuitque tangi Nuptiarum expers*, i. e. non vult tangi. IV, 5, 20.: *Culpari metuit fides*, i. e. nemo est, qui violare fidem velit. III, 24, 22 sq. *et metuens alterius viri Certo foedere castitas*, i. e. castitas ab altero viro abhorrens. Epist. II, 1, 167. *Sed turpem putat in scriptis metuitque lituram.* Epist. ad Quinctium lib. I, 16, 60. *Labra movet metuens audiri*, i. e. nolens audiri. ad Loll. 2. eod. lib. 18. init.: *Si bene te novi, metues, liberrime Lolli, Scurrantis speciem praebere, professus amicum.* Pers. Sat. I, 45 sqq. *Non ego cum scribo, si forte quid aptius exit, Quando haec rara avis est, si quid tamen aptius exit, Laudari metuam.* Translationem autem ductam esse ex eo puto, quod, qui metuunt quippiam, id ipsum fugiunt et vitant quam maxime possunt. Itaque Virg. haec verba Arati *πεφυλαγμέναι Ὠκεανοῖο* ita vertit, *Oceani metuentes aequore tingi*, cum verbum Graecum *φυλάττεσθαι* idem quod cavere et vitare significet. Sic igitur hic locus est legendus; neque existat posthac quisquam usque adeo audax atque impudens, ut, quae apud bonos scriptores non intelligit, audeat corrumpere. [*L.*] — *Superstes* ipsi, post mortem eius duratura. Neglectam in hac voce atque confusam personae cum re significata notionem facile animadvertas; ad Famam enim refertur, quod proprie

Gadibus iungas, et uterque Poenus
Serviat uni.

v. 11. *uterque pontus* emend. Schrader. Emendatt. c. IV. p. 83. Nullam explicationem *utriusque Poeni* difficultate carere. Tum dici quidem utram-

ad Proculeium referri debebat. — v. 9—12. Sententia horum vv. pendet ab interpretatione verborum, *avidum domando spiritum*, quae duplici sensu accipi possunt. Si *spiritum avidum* universe cupiditates interpreteris, erit: *Latius regnes*, regnum tuum, possessiones tuae, latifundia tua ampliora erunt, locupletior, ditior eris, *domando spiritum avidum*, *κρατῶν ἐπιθυμιῶν*, si cupiditates coercueris, represseris, si iis imperes, *quam si Libyam Gadibus iungas*, iunctam teneas, una possideas, h. e. si latifundia tua per totam Africam et Hispaniam pateant, extendantur. Reliqua, quae ad h. l. spectant, vide apud Mitscherlichium, qui tamen hanc explicationem, ut par erat, refutat, repudiatque, alteram totius loci sententiae scilicet concinniorem secutus, quam huc adponamus: Quod si vero *avidum spiritum* e totius contextus ratione de cumulandarum divitiarum cupiditate capias, sententia loci erit: qui divitiis tenetur, iis adeo augendis unice intentus est, verbo, avarus, tantum abest, ut aliquando expleatur, congestisque opibus fruatur, ut eius sitis potius nova usque cum ipsa pecunia incrementa capiat, (vv. 13—16.) sicque nunquam eius fructum iste percipiat. Seneca Herc. fur. 166. *hic nullo fine beatus componit opes, gazis inhians, et congesto pauper in auro est.* Claudian. III, 196. *teneas utrumque licebit Oceanum, laxet rutilos tibi Lydia fontes, iungantur solium Croesi, Cyrique tiara: numquam dives eris, numquam satiabere quaestu. Semper inops, qui plura cupit.* Plura vide ad III, 16, 28. Iam sententiam istam praeclare sic invertit poeta: qui *spiritum* pecuniae *avidum* domat, divitias non congerit, eas non per se expetendas, sed usu demum fructuque pretiosas fieri censet, sane is animo ita adfectus *latius regnat*, quantulaecunque eae opes sint, quas possidet, ampliores habet, *quam si Libyam — uni*, quam si *non domito spiritu avido*, animo non iis fruendis, sed augendis intento, immensas teneat. Atque nunc demum, explorata horum vv. sententia, de nexu cum antecedentibus, recte statuere licet, qui sic animo informandus videtur: qui divitias magno studio congerit, custoditque, rem servat nullius per se pretii; hoc enim ei demum accedit usu, cuius insigne nuper in Proculeio exemplum vidimus; tum *multas inter opes inops* habendus est, quod *quaerit* semper, *et inventis miser abstinet, et timet uti.* Sensus: si animum tuum a maiorum divitiarum cupiditate domas et iis, quae habes, recte uteris, haud scio, an latiores possessiones tibi habere videaris, quam si Africae et Hispaniae agros simul possideas et Carthaginienses tam in Africa quam in Hispania tibi uni serviant; brevius: sapiente autem divitiarum tuarum usu longe eris potentissimus. *D.* — *Regnum, regnare* exquisite de latifundiorum possessionibus, in provinciarum spatia dilatatis, adeoque immensis dicitur. Sic *fulgere imperio Africae* III, 16, 31. Adposite Seneca ep. 89. *Hoc quoque parum est, nisi trans Hadrianum, et Ionium, Aegaeumque vester villicus regnet; — quam vultis, late possidete, sit fundus, quod aliquando imperium vocabatur.* Sic *regna pastorum* Virg. Georg. III, 476. *regna Petiliana* villam appellat Martial. XII, 57, 19. Alii regnare proprie dictum volunt h. l., parum commode, vel propter sqq. — *Spiritus*, pro animo cum delectu; est enim animi *τὸ ἐπιθυμητικόν;* ita *πνεῖν*, *θυμοῦ πνοαί*, et *spirare* pro appetere passim occurrit. — *Libya* pro universa Africa, uti *Gades*, quae insula est prope fretum Gaditanum, pro Hispania ponuntur. — *remotis*, nam *Hesperia* s. Hispania versus

Crescit indulgens sibi dirus hydrops,
Nec sitim pellit, nisi causa morbi

que Mauritaniam, utramque Armeniam, quia fuerit maior et minor, sed non fuisse maiorem et minorem Punicam terram; itaque *utrumque Poenum* vix posse dici. At *utrumque pontum* (ab utroque telluris latere) bene habere; e. g. Virg. Aen. VII, 100. Senec. H. Oet. 1838. 1902. Ovid. A. A. I, 173. et inpr. Claudian. Ruf. I, 196. et *pontum servire* dici ab Ovid. Met. XV, 829. Ingeniosissima profecto et tanto Critico dignissima coniectura. Vulgata tamen recte habet, si non de regno proprie, sed potius de possessionibus accipiatur, pariterque ad Afrum atque Hispanum, veteris et novae Carthaginis incolas, referatur.
v. 13. *durus* quid. Lamb. unus Bland. et Mald. Cruqu.

Occidentem terrarum *ultima* Romanis erat. I, 36, 4. In utraque terra, maxime in Africa, Romani amplissimos fundos possidebant. v. ad I, 1, 9. Qua speciali idea opulentia in genere h. l. designatur. *Iungere* alias de continua agrorum possessione dicitur. Lucan. I, 168. *tunc longos iungere fines agrorum — et longa sub ignotis extendere iura colonis;* h. l. est simpliciter, possessioni suae adiicere, adquirere. Claudian. XV, 4. *Iunximus Europen Libyae*, colore orationis ex hoc ipso loco ducto. — *et uterque Poenus serviat uni*, plane eadem sententia, alia tantum idea adornata, ad quam poeta voce *regnare* facile ducebatur. Hoc si teneas, expedita est *utriusque Poeni* interpretatio. Sunt adeo Carthaginenses et in Africa et in Hispania, cuius oram maritimam aliquando tenuere. — Eandem sententiam variavit Horatius infr. III, 16, 39 sqq. *Contracto melius parva cupidine Vectigalia porrigam, Quam si Mygdoniis regnum Alyattei Campis continuem.* — *serviat*, pareat *uni*, tibi, tibi subiectus sit, h. e. si unus omnes istos terrarum tractus possideas. Praeclare igitur respondet *servire* voci *regnare*. Similiter Cic. Quaestt. Tusc. I, 22. *agros et maria hominum utilitati parere* dixit. — v. 13—16. Avari enim cupiditas nunquam expletur, immo *crescit amor nummi, quantum ipsa pecunia crescit*. Iuven. XIV, 139. Basil. de leg. Graec. libris p. 107. ὅσῳ περ ἂν πλείω προσπεριβάλλωνται, τοῦ ἴσου δέονται ἢ καὶ πλείονος πρὸς τὴν τῆς ἐπιθυμίας ἐκπλήρωσιν, κατὰ τὸν Ἐξηκεστίδου Σόλωνα, ὅς φησι: (Anal. Br. I, 67.) πλούτου δ᾽ οὐδὲν τέρμα πεφασμένον ἀνδράσι κεῖται· οἳ γὰρ νῦν ἡμέων πλεῖστον ἔχουσι βίον, διπλάσιον σπεύδουσι. Cf. III, 16, 17. et 24. extr. Qui igitur hoc animi vitio s. morbo (ἀργυρέην νόσον Nonnus alicubi appellat) laborat, similis plane est hydropico, cuius sitis restingui nequit. Iam Polyb. Hist. L. XIII, 1. καθάπερ ἐπὶ τῶν ὑδροπικῶν οὐδέποτε ποιεῖ παῦλαν οὐδὲ κόρον τῆς ἐπιθυμίας ἡ τῶν ἔξωθεν ὑγρῶν παράθεσις, ἐὰν μὴ τὴν ἐν αὐτῷ τῷ σώματι διάθεσιν ὑγιάσῃ τις, τὸν αὐτὸν τρόπον τὴν πρὸς πλεῖον ἐπιθυμίαν οἷόν τε κορέσαι, μὴ οὐ τὴν ἐν τῇ ψυχῇ κακίαν λόγῳ τινὶ διορθωσάμενον· qui locus mire sententiam illustrat. Eadem comparatio est apud Ovid. Fast. I, 211. *Creverunt et opes, et opum furiosa cupido: et, cum possideant plurima, plura volunt. Sic quibus intumuit suffusa venter ab unda, quo plus sunt potae, plus sitiuntur aquae.* Sic Bion apud Teletem lib. de comparatione divitiar. et paup.: Καὶ εἴ τις βούλεται ἢ αὐτὸς ἐνδείας καὶ σπάνεως ἀπολυθῆναι ἢ ἄλλον παραλῦσαι, μὴ χρήματα αὐτῷ ζητείτω. ὅμοιον γάρ, φησὶν ὁ Βίων, ὡς εἴ τις τὸν ὑδρωπικὸν βουλόμενος παῦσαι τοῦ δίψους, τὸν μὲν ὕδρωπα μὴ θεραπεύοι· κρήνας δὲ καὶ ποταμοὺς αὐτῷ παρασκευάζοι· ἐκεῖνός τε γὰρ ἂν πρότερον πίνων διαῤῥαγείη ἢ παύσαιτο δίψους· οὗτός τε οὐκ ἄν ποτε ἱκανωθείη, ὅταν ᾖ ἄπληστος. Praeclaro vero artificio comparationi ipsam involvit poeta sententiam, quo maior ei ex hac lyrica brevitate vis accederet. Oratio plena erat: sicuti in hydrope

Fugerit venis, et aquosus albo
Corpore languor.
Redditum Cyri solio Phraaten

v. 17. *Phrahaten, Prahatem, Phraotem, Phrahoten, Phraortem, Phraarten, Phrahartem*, aberratt.

---

sitis non tollitur, nisi morbi causa sublata: ita nec habendi cupiditas expletur, tollitur, nisi ipso animi vitio sublato. *Crescit dirus hydrops*, augetur morbi diritas, ingravescit morbus. Ita quidem *dirus* commune morborum epitheton esset, ut Gr. νόσος ἀργαλέη, χαλεπή, *dira lues, dira pestis* etc. Aptius tamen ad naturam huius morbi, omninoque magis poeticum videtur, si hydropem dirum interpreteris, sitis explendae cupidum, siti inexplebili ardentem, qua fere ratione *dira fames, dira cupido* et al. dicuntur. Lucret. IV, 1082. *quoius quo pluria habemus, tam magis ardescit dira cuppedine pectus.* — *indulgens sibi*, obsequendo bibendi cupiditati, dum sitim explere conatur. Hydrops morbus est notissimus et generis feminini est apud Graecos, ἡ ὕδρωψ. Hydropicum nominat, qui eo morbo laborat. Vide Corn. Celsum lib. III. Videtur tamen hoc loco poni morbus pro aegro. — [*Dirus hydrops*] Hydrops subcutaneus est morbus de vitio vesicae natus cum anhelitu foetido et inflatione turgente. Est autem hydropico proprium, ut quanto amplius biberit, tanto amplius sitiat. *ACR.*
v. 14. *Nec sitim pellit*, sedat, restinguit. Morbo adeo poeta tribuit, quod aegroti proprium erat. — *Nisi causa morbi* e *venis fugerit*, nisi vitium, quod in venis latet, sublatum fuerit, nisi corpus isto vitio liberatum fuerit: causam morbi tollas oportet, si sitim, quae ei adhaeret, sublatam vis. — *et aquosus albo corpore languor*, h. e. aqua intercus, quae corpus *album* reddit, (λευκοφλεγματίαν vocant hoc hydropis genus medicorum filii) qua corpus tumet, eidem detrahatur, inde deducatur. Aqua ista est causa *languoris*, quatenus totum corpus vitioso isto humore inficitur, adfligitur, nam *languor*, *languere*, in genere de morbis dicitur. *Aquosus languor* pro ipso hydrope ponitur. Iam, si comparationis ornatum demas, nuda sententia erit: avarus ab opum coacervandarum studio non remittet, nisi pravam, quae animum eius obcaecat, evertas persuasionem, nisi ostendas, divitias neminem beatum efficere. Egregie ad rem Seneca ep. 94. *Ipsa vitia removenda sunt. — Nisi opiniones falsas, quibus laboramus, expuleris, non avarus, quomodo utendum pecunia sit, exaudiet. Efficias oportet, ut sciat, pecuniam nec bonum nec malum esse: ostendas illi miserrimos divites.*
v. 17 sqq. E verae sapientiae praeceptis *beatus non is est, quem vulgus appellat, ad quem magna pecunia confluxit: sed ille, cui bonum omne in animo est, erectus, excelsus et mirabilia calcans;* (Senec. ep. 45.) vera felicitas posita est in externarum rerum contemtu, ἐν καταφρονήσει τῶν οὐκ ἐφ᾽ ἡμῖν, Epictet. c. 19, 2. Observa virtutem lyricam poetae in tradenda hac sententia, quae vix poeticum colorem admittere videbatur. Quod e *virtutis* s. sapientiae vera notione ducitur, nimirum illum demum dici beatum oportere, qui opes magnifice contemnat, neutiquam vero, qui iis abundet, hoc ipsi Virtuti tanquam personae, quae rectum de his iudicium ferat, tribuitur. Eodem plane colore Seneca ep. 94. extr. *Inducenda est in occupatum locum Virtus, quae mendacia contra verum placentia exstirpet, quae nos a populo, cui nimis credimus, separet, ac sinceris opinionibus reddat.* — Est autem haec huius loci sententia, quam quidam indignis modis depravant. Virtus igitur, inquit, a plebe dissidens, Phraaten regem in numero beatorum non habet, populumque et multitudinem imperitam, quae solet reges et dynastas in beatis numerare, immo vero eos solos bea-

Dissidens plebi numero beatûm
Eximit Virtus, populumque falsis
Dedocet uti

v. 18. *plebis* (sic Cod. Guelf.) Porphyr. (qui inepte: „dissidens numero
plebis.“) Blandd. Cruqu. Bentl. 6. Helmst. a m. pr. Venet. 1478. Cruquio
valde placet; dici enim, ut *amans patris*. Auctoritate tamen Prisciani
(p. 1158.) defenditur *plebi*, quod distincte exhibet Cod. Goth. — *beatûm*
quidam mss. ut Alt. 1, 2. a m. s. Asc. Locher. Venet. 1492. Cod. Guelf.
et Cod. Goth. V. A. B. a 2. m. Vr. A. F. Ch. C. Cr. A. a 2. m. An. A.
Va. A. A. a 2. m. alii ap. Iani, ed. Princ. Flor. 1482. Venn. 1483. 1490.
1492. Land. Ascens. Glar. Al. [in his Bod.] *beatorum*, ex glossa. *FEA.*
19. *populique* coni. Bauer. (Epist. subitar. de nonnullis Hor. loc.) quia
populus expers sit talis doctrinae, nec dedoceatur a Sapientia sic iudi-
care. Elegantissima sane coniectura! Quamquam cum multa verba ap.
poetas ad *conatum* pertineant, vulgata bonum etiam sensum dat. Probat
hanc coniecturam Schirach. p. 92. Sed vulgata lectio fere eodem redit.

---

tos praedicare, dedocet his vocibus uti, falsis praesertim, dum ipsa
eum solum vere beatum ac vere regem iudicat, qui pecuniam con-
temnit, qui auri splendore non capitur neque commovetur. Hunc
Phraaten commemorat epist. 12. lib. I.: *ius imperiumque Phraates Cae-*
saris accepit genibus minor. Est autem hic versus, *Dissidens plebi*
numero beatorum, hypermeter, et syllaba eius ultima pertinet ad ver-
sum sequentem. (Sed admodum miror, Lambinum hoc loco varietatis
lectionis mentionem plane fecisse nullam, quùm Codices manuscripti,
iique melioris notae exhibeant: *beatûm*, quae syllabarum contractio
ubivis obvia. Vide nos in Var. Lect.) Iam hoc *dissidens plebi*, pro
illo *dissidens a plebe*, Horatianum est, ut supr. I, 27, 5.: *Vino et lu-*
cernis Medus acinaces Immane quantum discrepat, pro discrepat a vino
et lucernis. Epist. II, 2, 194 sq.: *et tamen idem Scire volam, quantum*
simplex hilarisque nepoti Discrepet. Serm. I, 6, 92. *longe mea discre-*
pat istis Et vox et ratio. Serm. II, 3, 108. *quid discrepat istis, Qui*
nummos aurumque recondit nescius uti Compositis? Epist. ad Pis. v. 152.
Primo ne medium, medio ne discrepet imum. ibid. v. 219. *et divina*
futuri Sortilegis non discrepuit sententia Delphis. Sic apud eundem
distare et *differre* cum casu dandi coniunguntur. IV, 9, 29.: *Paullum*
sepultae distat inertiae Celata virtus. Epist. I, 2, 23.: *quid distent aera*
lupinis. et epist. ad Loll. eod. lib. 18, 4.: *infido scurrae distabit ami-*
cus. Epist. ad Pis. v. 236.: *Nec sic enitar tragico differre colori.* Serm.
I, 4, 48.: *nisi quod pede certo Differt sermoni sermo merus.* — *dissi-*
dens in hoc *plebi*, dissentiens a plebe, aliter ac plebs iudicans *eximit*
numero beatûm, beatum negat eum, quem magnum felicemque po-
pulus vocat. Magnitudinem falsam speciali *regis* idea declaravit poeta,
idque *Phraatis* per illud tempus *redditi*, restituti *solio Cyri*, in regnum
Parthicum. Phraates propter immanem crudelitatem a suis expulsus
ad Scythas confugerat, quorum ope a. V. DCCXXX in regnum, victo
Teridate, restituebatur. v. Dio LI, 18. Optime adeo evidentissimo
Horatius Phraatis, qui varios casus et in sublimi maxime lubricos ex-
pertus esset, exemplo usus est, quo ostenderet, *ex constitutione vulgi*
beatos in isto invidioso fastigio suo trementes et attonitos, longeque
aliam de se opinionem habentes, quam ab aliis habeatur (Senec. ep. 94.
extr.), verbo, divites ac potentes homines non beatos esse. De per-
sonata hac felicitate eadem plane ratione idem Senec. ep. 80. *Vides*
illum Scythiae Sarmatiaeve regem insigni capitis decorum? Si vis
illum aestimare totumque scire, qualis sit, fasciam solve. — [*Dissi-*
dens] discrepans nec habens aliquid cum insipientibus et plebe com-

Vocibus; regnum et diadema tutum
Deferens uni propriamque laurum,

v. 22. *una* et mox *si quis* s. *cum quis* coni. Cun. male.

---

mune. Ordo est: virtus beatorum, i. e. sapientia, quae non est apud
plebem, i. e. dissidens numero plebis eximit Phraaten, redditum solio
Cyri, et, regnum et tutum diadema deferens uni et propriam laurum,
dedocet populum uti falsis vocibus: quisquis scilicet spectat ingentes
acervos irretorto oculo. Nam quasi superiora exponendo hoc dixit.
ACR. — *dedocet populum falsis vocibus uti*, vulgo, h. e. iis, qui externo
splendore capiuntur, ostendit hoc exemplo, falso istos vocari felices,
perverse eos iudicare, hacque admonitione *publicum* ipsis *errorem* (ut
Seneca ep. I. vocat) *expellere* conatur. — *Virtus* personam doctoris
sive sapientis, virtutis praeceptis imbuti, induit, et populum deponere
iubet falsas, quas de felicitate humana imbiberit, sententias. — *Fal-*
sas voces dicit, quae *malos sermones* Seneca l. l. Ceterum locum il-
lustrat Boethius Consol. Phil. II, 6. *Atqui nec opes inexpletam restin-*
guere avaritiam queunt; nec potestas sui compotem fecerit, quem vitiose
libidines insolubilibus adstrictum retinent catenis — Gaudetis enim res
sese aliter habentes falsis compellare nominibus; itaque nec illa potentia
iure appellari potest. — [*Dedocet*] dissuadere populo cupit, beatum
dicere eum, qui regnum et divitias possideat, quia falso hinc dicitur,
solummodo illum et divitem et regem et securum esse affirmans, qui
divitiis alienis non invideat, nec eas concupiscat. *POR.*

v. 21 sqq. *Vni*, soli huic contra Virtus *regnum et diadema tutum*,
regni insignia *defert*, regnum tanquam κτῆμα ἀναφαίρετον tribuit, re-
gem, cui diadema, imperium, eripi nequeat, pronuntiat. Eidem de-
fert *laurum propriam*, ei debitam, (nisi praestat: perpetuam, ut *pro-*
pria munera Serm. II, 2, 5. *propria dona* Virg. Aen. VI, 871.) vere
eum victorem iudicat, qui divitias contemnit, qui cupiditatibus im-
perat. E Stoicorum philosophia sententiae colorem ductum esse, facile
apparet. His enim *sapiens uno minor est Iove, dives, liber, honoratus,*
pulcher, rex denique regum, (Epp. I, 1, 106.) quatenus ista grandi su-
percilio despicit, infra se posita iudicat. Senec. Thyest. 334 sqq.
Regem non faciunt opes, non frontis nota regiae: rex est, qui posuit
metus et diri mala pectoris; v. 380. *mens regnum bona possidet*, et 388.
Rex est, qui metuit nihil, rex est, qui cupiet nihil. *Inest* adeo *dignitas*
propria virtuti, quam protinus in eos, quibus fuerit adiuncta, trans-
fundit, Boeth. Consol. Philos. III, 4. — *quisquis ingentes* auri, argenti-
que *acervos oculo irretorto*, oculis ad eos non reflexis *spectat*, h. e. qui
aurum ita intuetur, ut, praeteriens id, oculos ad illud non retorqueat,
sicque vultu nullam habendi cupiditatem prodat, verbo, qui ὑπερ-
ορᾷ χρυσίον, ut Lucian. Pisc. p. 613. T. I. loco valde adposito: προο-
θεὶς χρυσίον καὶ δόξαν καὶ ἡδονήν, ὃν μὲν ἂν αὐτῶν εἴδῃς ὑπερο-
ρῶντα καὶ μηδαμῶς ἑλκόμενον πρὸς τὴν ὄψιν, οὗτος ἔστω ὁ τῷ θαλῷ
στεφόμενος· ὃν δ᾽ ἂν ἀτενὲς ἀποβλέποντα καὶ τὴν χεῖρα ὀρέγοντα ἐπὶ
τὸ χρυσίον, ἀπάγειν cett. Senec. ep. 92. *Vadit audacter et contemtor*
omnium, nec ad pecuniam respicit: *aurum argentumque non ad hunc*
aestimat splendorem, quo imperitorum verberant oculos. Hinc ἀμετα-
στρεπτί Graecis idem est ac ἀμελητί. v. doctam Ruhnk. notam ad Tim.
Lex. p. 25. Atque ita recte hunc locum interpretatus est olim Cleric.
Art. Crit. I, 2. p. 72 sqq. et nuper Ouwens N. H. III, 3. p. 369. Poeta
vero hominis acervos *praetereuntis* s. *relinquentis* imaginem voci *irre-*
torto indidit; et *spectare* h. l. non ea virtute ponitur, qua Gr. ὄψιν
ἔχειν ἔν τινι et Lat. *oculum adiicere alicui rei* (veluti Cic. in Verr. II,
15. dicitur) sed est simpliciter, acervos ita spectare, ut, si eos re-

Quisquis ingentes oculo irretorto
Spectat acervos.

---

linquas, ab iis discedas, oculos ne retorqueas quidem ad eos. Atque sic non intelligo, quomodo haec viris doctis *ἐκ παραλλήλου* repugnantia videri potuerint, veluti Lamb. h. l. cuius argumentatio haec est: „nemo mihi videtur hunc locum recte explicare. Nam alii *oculo irretorto* interpretantur *sine cupiditate et sine invidia*, alii *non reflexo a continentia ad cupiditatem*, alii *non invidente*, alii aliter, quae omnia mihi sunt tenebrae. Ego vero huic pulcherrimae sententiae ab illis obscuratae potius, quam declaratae, lucem ex aliis scriptoribus afferre volo. Pindarus igitur Pyth. *εἰδ. γ'*, 96 sq. de Aesculapio loquens, non dissimili dicendi figura ait, eum auri adspectu ac splendore captum Hippolytum mortuum ab inferis revocasse, his, *Ἀλλὰ κέρδει καὶ σοφία δέδεται. ἔτραπεν καὶ κεῖνον ἀγάνορι μισθῷ χρυσὰς ἐν χερσὶν φανείς, ἄνδρ' ἐκ θανάτου κομίσαι ἤδη ἁλωκότα.* Itaque ex his Pindari verbis sic hunc Horatii locum explico: Virtus Phraaten e numero beatorum eximit, uni regnum deferens, qui ingentes auri acervos ita spectat, ut oculos suos nullam in aliam partem reflectat aut retorqueat, qui aurum rectis oculis intueri potest, cuius ea est oculorum animi acies, ut auri splendore non offendatur neque praestinguatur, i. e. qui ita adspicit, ut non concupiscat aut corrumpatur. Est autem metaphora ducta ab iis, qui oculorum vitio lucem adspicere non possunt, sed oculos ab ea demovere atque in aliam partem reflectere coguntur. Vnde natae sunt hae et apud Graecos et apud Latinos loquendi figurae, *ὀρθοῖς ὄμμασι προσβλέπειν, ἀσκαρδαμύκτοις, ἀτρέπτοις*, i. e. rectis, fixis, immotis, non reflexis oculis intueri, i. e. sine dubitatione et sine metu adspicere. Theocrit. *εἰδ. ε'*, 35 sq. *ἀλλ' οὔ τι σπεύδω· μέγα δ' ἄχθομαι, εἴ τύ με τολμῇς ὄμμασι τοῖς ὀρθοῖσι ποτιβλέπειν.* Suet. in Vit. Aug. c. 16. *unde praebitam Antonio materiam putem exprobranti, ne rectis quidem oculis eum adspicere potuisse instructam aciem.* Aristoph. *ἱππ. βλέψον εἰς ἔμ' ἀσκαρδάμυκτος.* Oppian. lib. I. *κυνηγετ.* 208. *Η πῶς ἂν δέδορκ' ἀσκαρδαμύκτοισιν ὀπωπαῖς Αἰζηοῖσι λόχον πεπυκασμένον ὁπλίτῃσι. καὶ χαλκὸν σελαγεῦντα καὶ ἀστράπτοντα σίδηρον.* Dicunt et *αὐτοφθαλμεῖν* Graeci et *ἀνεφύγοσιν ὀφθαλμοῖς ἀντιβλέπειν.* Huc pertinet Plutarchi locus in Cicerone, quo loco eum cum Demosthene comparat ostenditque, illum adversus munera et corruptelas integrum, sanctum, castum atque undique septum fuisse, hunc contra ad corrumpendum tenerum ac facilem. Sic autem loquitur Plutarch. *πρὸς τὰς δωρεὰς βασιλέων ἀντιβλέψαι Δημοσθένης οὐκ ἂν ἐτόλμησε.* Erat enim illi ita tenera et imbecilla oculorum acies, ut auri splendore praestingueretur. Quemadmodum igitur ait Plutarchus, Demosthenem non fuisse ausurum regum munera irretortis oculis intueri, quibus verbis significat, illum fuisse *δωροδόκον*, i. e. ad capienda munera facilem, promptum ac proclivem: sic hoc loco Horatius dicit, eum vere regnare verosque triumphos agere, qui magnam vim auri et argenti spectare possit oculis irretortis, i. e. qui pecuniae magnitudine de consilio suscepto ac proposito non deducatur, qui pecuniam contemnat, qui habeat animum a pecunia incorruptum, integrum, invictum. Est enim translatio ab oculorum sanitate et integritate ad animi magnitudinem et castitatem. Vtitur eadem similitudine Cicero in epist. XVIII. ad Brutum, cuius initium est: *Cum saepe te litteris* etc. significans, periculum esse, ne animus Octaviani vincatur a specie honoris falsa, his verbis: *Videtur enim in eo esse indoles, sed flexibilis aetas, multique ad depravandum parati, qui splendore falsi honoris obiecto aciem boni ingenii praestingui posse confidunt.* Quamobrem autem oculi splendore offendantur, elegantem reddit rationem Lucret. lib. IV, 325 sqq. *Splendida porro oculi fugitant vitantque tueri. Sol etiam*

caecat, contra si tendere pergas, Propterea, quia vis magna est ipsius, et alte Aëra per purum graviter simulacra feruntur, Et feriunt oculos turbantia compositura. Praeterea splendor quicunque est acer, adurit saepe oculos, ideo quod semina possidet ignis Multa, dolorem oculis quae gignunt insinuando. Quod autem Turnebus ita hunc locum explicat, *Quisquis ingentes oculo irr. Sp. ac.* i. e. quisquis non est avarus, nec adspectu pecuniae movetur: plane idem atque ego sentit nihilque a me in eo discrepat; sed cum addit, *nam qui pecuniae est avidus et studiosus, ad eius acervos subinde retorquet oculos ac pene strabus efficitur, nec sic ab ea avelli potest, quin oculos saepenumero reflectat, ut eam adspiciat:* cum, inquam, haec addit, a mea sententia longissime discedit et in communem aliorum multorum errorem revolvitur. Ita enim dicunt, eum, qui aliquid invitus relinquit aut aliquid vehementer concupiscit, identidem ad illud oculos retorquere. Esto. Sed quid hoc ad huius loci explicationem pertinet? Nihilo plus, quam exempla, quae colligunt: nihil enim in iis est, quod ad hunc locum accommodari possit. Alii enim Orphei exemplum afferunt, cui cum hac lege esset uxor reddita, ut sequeretur illa a tergo, praeiret ipse, neque oculos ad eam retorqueret, i. e. neque eam respiceret, *ille Restitit, Euridicenque suam iam luce sub ipsa Immemor, heu, victusque animi respexit: ibi omnis Effusus labor atque immitis rupta tyranni Foedera, terque fragor stagnis auditus Averni* etc. Alii Catilinae exemplum proferunt, qui, cum ex urbe eiectus esset, oculos saepe ad eam urbem, quam invitus reliquerat, reflectebat ac retorquebat, eamque ex suis faucibus ereptam esse lugebat. Addunt et Ovidii versum Met. III, 68. *Ille dolore ferox caput in sua terga retorsit.* Sed haec exempla nihil habent, quod huic loco conveniat. Nam neque Orpheus uxorem suam Eurydicen spectabat ante quam ad eam oculos retorsit, sed cum antecederet, oculosque ad ea, quae ante pedes erant, versos haberet, immemor conditionis et legis, sub qua fuerat sibi uxor reddita, in uxorem pone sequentem caput et oculos retorsit. Sic Catilina cum urbem invitus reliquisset viaque Aurelia in castra Manliana proficisceretur, quae Fesulis erant, oculos in Etruriam versos habebat, urbem a tergo relinquebat: in quam, propterea quod eam, ut cupierat, non incenderat, saepe oculos retorquebat. Idem de illo Ovidiano *caput in sua terga retorquente* dici potest. At hic, quem Horatius vult vere regem esse vereque triumphare, spectat auri acervos oculo irretorto, i. e. ita spectat acervos, ut oculos alio non retorqueat, sed eos in acervis defixos habeat; isti autem ita dicunt, aut certe ita debent dicere, si volunt exempla, quae afferunt, ad haec accommodare, non retorquere oculum ad acervos. At quomodo quis potest oculum retorquere ad id, quod spectat? hoc enim natura et ratio postulant, ut, qui retorquet oculos, alio retorqueat, quam quo os versum habet et quo intuetur et spectat, ut Orpheus et Catilina alio retorquent oculos, quam quo oculos adversos habent: eo autem oculos adversos habent, quo versus iter faciunt, Orpheus in eorum, qui vivunt, sedem et lucem versus, Catilina in Etruriam. Non enim Orpheus ab inferis ad superos et ad hominum sedem uxore pone sequente rediens oculos ad Orcum et inferos versos habet: nam instar nepae retrogrederetur; neque Catilina ex urbe in Etruriam proficiscens urbem adspicit: sed et ille, adspiciens quae ante oculos et ante pedes sunt, iussorum Proserpinae immemor, in uxorem retorquet oculos, et Catilina via Aurelia iter faciens et in Etruriam adspectum et faciem directam habens, dolore affectus ob id, quod consilium urbis incendendae ad exitum non perduxit, subinde ad urbem reflectit oculos. At hic noster beatus, qui ab Horatio describitur quique ingentes auri acervos spectans oculo irretorto inducitur, si oculum retorqueret, nonne ab acervis in aliam partem retorqueret? Cum igitur acervos oculo irreflexo atque irretorto spectat, rectos ac defixos in acervis oculos habere intelligitur,

et ita sanos et acres et integros et incolumes, qualis est Aquilarum acies, quae fulgore solis non laeditur neque obtunditur; non teneros et imbecillos, quales sunt lipporum oculi, qui quovis splendore offenduntur, ita ut lucem ferre non possint, sed a re splendida et lucida vel in aliam partem reflectendi vel claudendi sint: quod nisi faciant, totam oculorum aciem corrumpunt et vel strabones vel caeci fiunt. Atque hoc modo convenit ad hanc sententiam illud Varronis, quod profert Turnebus, sed ille aliter intelligit, *Multi enim, qui limina intrarunt integris oculis, strabones facti sunt. Habet enim quiddam* ἑλκυστικόν, (ad trahendum valens), *provincialis formosula uxor.* Significat enim Varro, multos esse magistratus, qui, si quam in provincia mulierem forma praestantem adspexerint, statim libidine incensi ea potiri velint, quia non habent oculos sanos, continentes et rectos, sed imbecillos, pravos et perversos. Eos enim mulieris formosae adspectus corrumpit ac depravat, quemadmodum nimius fulgor oculorum nostrorum aciem praestinguit, hebetat et corrumpit. Est enim allegoria quaedam et translatio ab oculis corporis ad oculos animi. Potest tamen etiam hoc dici, translationem esse ab iis, qui iter facientes atque ambulantes retorquent oculos ad dextram aut laevam, ita ut strabi fieri videantur. Cuiusmodi illud quoque est ex Lucilio, *Nulli me invidere, non strabonem fieri saepius deliciis me istorum.* Nimis fortasse longus fui, (quod recte animadvertit, nobis quidem nisi animus fuisset, totam hanc Lambini disputationem de hoc loco in longum nimis protractam hic repetere, quo facilius res integra ab VV. DD. agnosceretur, tribus quatuorve verbis totius argumentationis cardinem, ut ita dicam, enarraturi eramus;) sed refellenda fuit quorundam hominum pertinacia, qui eo ingenio sunt, ut quidvis, quantumvis ineptum, effutire, quam alterius inventa approbare malint. Huc pertinent Laberii versus, quos profert Gellius lib. X. cap. 17. *Democritus Abderites, physicus philosophus, Clypeum constituit contra exortum Hyperionis, Oculos effodere ut posset splendore aereo, Radiis solis aciem effodit luminis, Malis bene esse ne videret civibus: Sic ego splendore fulgentis pecuniae Volo elucificare exitum aetatis meae, Ne in re bona videam esse nequam filium.* Vir Clarissimus Doeringus hunc locum explicans Lambinum sequitur: *oculo irretorto*, h. e. recto, ἀμεταστρεπτί, non invidorum more, qui rem, cui invident, haud rectis, sed ab ea retortis, h. e. limis et invidis oculis adspiciunt. *Voss.: der auf Goldanhaeufung mit nimmer scheelem Auge hinabblickt.* — *oculo irr.*, continenti, qui ad adspectum pecuniae non magis movetur, quam lapis, quales sunt liberales, frugales, continentes, abstinentes, moderati, qui norunt usum pecuniae. Hic malim virum quendam doctissimum pro verbosa sua in re manifesta disputatione nobis edisseruisset, uter sit constantior et magis irretortus habendus, isne qui visam pecuniam fortiter contemnit, an qui non visam nihili facit? Cruqu. Sed iam in eo sumus, ut ad Mitscherlichii huius loci explicationem, cuius initium supra adponere nobis placuit, redeamus. Abresch. ad Aesch. II, 15. p. 346. et aliis. Qua tamen specie plerosque inductos alteram hanc amplecti videas rationem, qua *oculo irretorto spectare* sit: ita spectare acervos, ut oculos alio non retorqueas, sed eos in acervis defixos habeas; adeoque oculis rectis, qui auri fulgore non praestringantur, adspicere acervos, animo nulla admiratione, aut cupiditate divitiarum perturbato: eadem sententia, quae nec ratione, usuve loquendi destituta est. Seneca ep. 48. *grandia locuti, effecturos vos, ut non magis auri fulgor, quam gladii, perstringat oculos meos, ut ingenti constantia, quod omnes optant, calcem.* Synes. Or. de regno p. 30. *ὡς οὐκ εἰκός γε αὐτὸν διαράμενον βλοσυροῖς ὀφθαλμοῖς ἀντιβλέψαι χρυσίῳ· τοὐναντίον μὲν αἰδεσθῆναί τε καὶ ἐνδοῦναι καὶ τελευτῶντα περιπτύξεσθαι.* cf. Burm. ad Quinctil. Declam. VIII, c. 9. et Abresch. ad Aesch. l. l. Si tamen subtilius agas, impediti

CARMEN III.

AD DELLIVM.

Argum. *Redit in hoc carmine illud ab Horatio tam saepe repetitum praeceptum, quo, amicis suis vitae brevitatem ante oculos ponens, iis suadet, ut vitae iucunditatibus aeque ac deliciis, dum licet, sapienter perfruantur. Hoc autem praeceptum, ad iucundioris vitae fructum spectans, cuius argumentum ad Dellium scriptum est, quo animum eius tristitia liberet, (cui ille ob praesentem rerum suarum tum temporis statum se tradidisse videtur), nova sententiarum conversione repraesentat poeta. Commendat igitur Dellio, homini, ut aliunde satis notum est, parum sibi constanti, animum adversus utramque fortunam firmatum ac bene munitum, qui rebus secundis nec efferatur, neque adversis deprimatur. Q. Dellius erat homo varius ac bellorum civilium, ut Messala eum indigitat apud Senec. Suas. I,* 6. *desultor. Ad Octaviani partes a. V.* DCCXXIII *transiit; unde haud falso facere nobis videmur, si carmen ipsum post hunc annum scriptum esse constituamus. De Dellio vid. Vell. Patcrc. II,* 84. *et ibi Ruhnk. Dio XLIX,* 39. *ibique Fabricius. Ceterum conf. Carm. Lib. I,* 4. *et* 9.

Aequam memento rebus in arduis
Servare mentem, non secus in bonis

AD Q. DELLIVM libb. Torrent. Etiam Porphyr. *Quintum* vocat. AD DELIVM DE TEMPERANTIA ET LIBERALITATE Edd. vett. AD L. GELLIVM Cruqu. ex apicibus et lituris antiquissimi Bland. et lectione BELLIVM, in alio Bland. reperta. Putat cogitandum de L. Gellio Poplicola, qui e C. Sigonii rationibus a. V. DCCXIV Cos. fuit collega M. Cocceio. Sed haec quam infirma sint, non opus est ostendere.

v. 2. *non secus in bonis:* sic in omnibus Mss. et edd. antt. praeter tres Lamb. et edd. Bond. Rodel. Marol. quae habent *non secus ac bonis,* (sic scriptum est in libro Donati et Faërni; sed in libro Faërni inest litura) quod etiam Chabot. et Bentl. et nuper I. F. Schmid amplexi sunt. Pro „non secus (aeque) ac in bonis" alterutrum omittere poetam decebat, vel *ac* vel *in*. Itaque vulgata lectio aeque exquisita ac Bentleiana. Locus in Epist. ad Pis. v. 148, quem laudant, plane alienus est a nostro; nam ibi *non secus ac* est *veluti* s. *tanquam.*

---

quid ac spinosi sententiae hoc modo erutae inhaerere facile deprehendas; et *ἀμφιβολίαν*, quae inde oritur, vix habes, quomodo removeas. Nam et avarus irretorto, defixo, h. e. cupido vultu *nummos* suos *in arca contemplatur* (Serm. I, 1, 65.) quod Graecis est *ἀτενὲς ὁρᾶν.* cf. Lucian. l. l. Diogenian. apud Schott. in Adag. p. 198. *ἀτενὲς ὁρᾶν ἐπὶ τῶν φιληδούντων τισίν.*

---

v. 1 sq. Vtramque fortunam moderate feras, in utraque fortuna compositae mentis habitum serva. Ornate hanc sententiam duobus membris extulit poeta. *Memento servare*, graviter, ut in re, quae maximi ad vitam beatam est momenti, inculcanda (ut I, 7, 17. III, 29, 32. qua eadem virtute *μέμνησο* Epicteto, et aliis in usu) pro, serva, obtine *mentem aequam*, ne deprimaris, ne perturberis animo *in arduis rebus*, in adversa fortuna, aequo iniquam fortunam perfer animo. *Mens aequa*, animus aequus, est erectus, fortis, qui non succumbit, *cedit malis, sed contra audentior it;* quae ratio vel in vulga-

Ab insolenti temperatam
Laetitia, moriture Delli,
Seu maestus omni tempore vixeris,

v. 3. *Ab insol. et temp.* Lips. 4. — 4. *Deli* plurimae edd. inprimis ante Lamb. Sed is *Delli* ex libb. antt. restituit; et ap. Plutarch. et Dion. semper est *Κύϊντος Δέλλιος*. *Deili* Mentel. Post *Delli* punctum aut maiorem distinctionem ponunt multi, etiam Cun. Sed tum sequentia carent apodosi.

---

ribus loquendi formis *aequo animo adversa ferre*, *iniquo pati*, et sim. obtinet. Plaut. Rud. II, 3, 71. *Animus aequus optumum est aerumnae condimentum.* Boeth. Consol. II, 4. *beata sors omnis est aequanimitate tolerantis.* Alii in genere accipiunt mentem aequam, animum aequabilem, in utraque fortuna sibi constantem, neque elatum in secundis (qua notione est apud Ovid. Amor. II, 438. *Nec facile est aequa commoda mente pati*) neque in adversis depressum; nec vident, aperte disiungi a poeta, sibique opponi mentem aequam in adversis, et moderatam (v. 3.) in secundis rebus. *Res arduae*, difficiles, molestae, *συμφοραὶ σκληραί*, adversae, malae, vi oppositionis v. 2. — *Aeq. Mem.*] aequam, i. e. aequabilem, non contractam, aut demissam, aut fractam rebus adversis atque asperis: memento aequo animo ferre res adversas. Sic Plaut. Aulul. II, 2, 10. *Pol, si est animus aequus tibi, satis habes, qui bene vitam colas.* Terent. Adelph. V, 3, 51. *ne nimium modo Bonae tuae istae nos rationes Mitio et tuus iste animus aequus subvertat.* Lucret. lib. 5, 1170 sq. *Divitiae grandes homini sunt vivere parce Aequo animo. animus aequus* his locis valet tranquillus, sedatus, non commotus, non perturbatus, qua significatione centies redit apud Horatium. Locos vero ipsos in Indice ad hunc librum explicaturi sumus. — Haec Ode ad Q. Delium scripta est, de animi aequitate, subitis bonis non esse gaudendum, nec malis desperandum, sed medium tenorem sequendum. *POR.* — idemque in *bonis*, prosperis, secundis rebus serva eam *temperatam*, animum gere temperantem sibi *ab insolenti laetitia*, cohibe te, tempera tibi, quo minus laetitia efferaris, exsultes, insolenter, arroganter te geras, moderate, *bene ferre magnam disce fortunam*, III, 27, 74. Incertus in Grotii Excerpt. trag. p. 909. *ἀγαθὸς ἀνὴρ λέγοιθ' ὁ φέρων εὖ τ' ἀγαθά, ἀγαθὸς ἂν εἴη καὶ ὁ φέρων καλῶς κακά.* — *moriture*, quandoquidem tibi moriendum est, (v. I, 28, 4.) *seu maestus omni tempore*, omnes annos *vixeris*, in perpetuo maerore vitam egeris, genium tuum defraudaveris (adposite Antiphanes c. IV. (Anal. Br. II, 205.) *ὁ δὲ χρόνος, ὡς τόκον, οὕτω καὶ πολιὸν τίκτει γῆρας ἐπερχόμενος· κοὔτε πιὼν οὔτ' ἄνθος ἐπὶ κροτάφοις ἀναδήσας, οὐ μύρον, οὐ γλαφυρὸν γνούς ποτ' ἐρώμενον, τεθνήξῃ, πλουτοῦσαν ἀφεὶς μεγάλην διαθήκην.*) *seu* iucunde vixeris. Nexus sententiarum videtur: moriendi nobis proposita conditio monet nos, ut vitae bonis, dum licet, fruamur; atqui fructum istorum tibi ipse intercipias, nisi animum habeas tranquillum et adversus omnes fortunae insidias compositum. Hunc igitur tibi para, in hoc maxime enitere, ut eum sic ad fruendas vitae delicias informes ac fingas. Haec ita invertit poeta: animo opus est tranquillo, ut iucunde vivas; (hoc e vv. 5. sqq. eliciendum) ad hoc exhortatur vitae brevitas, mortisque cogitatio, (*moriture*), quae certo imminet, etiamsi nullum vitae fructum ceperis, omnibusque, quae vitam iucundam efficiunt, nos exuit commodis. Quare fruere istis, dum licet etc. — *Seu Maestus*] haec cohaerent cum superioribus illis *moriture Delli* hoc modo, Delli, qui omnino moriturus es, sive te per omnem aetatem maerori et aegritudini dedideris sive hilariter et iucunde vixeris. Alia agunt intpp. qui mortis meditationem praesentissimum

Seu te in remoto gramine per dies
Festos reclinatum bearis
Interiore nota Falerni.
Qua pinus ingens albaque populus

v. 6. *in* abest ab Ascens. — 9. *Quo* omnes Cruqu. Pulm. Torrent. et Bentl. duo Bersm. Lipss. Altt. Dess. 2. Mentel. Fran. Venet. Ascens. Locher. Baxt. Iones. Fabric. cett. Sed *Qua*, quod e libb. antt. Lambin. restituit, haud dubie praestat; nam vereor, inquit Ianius, ut *quo* pro *ubi* s. *in quo loco* sic simpliciter ullus bonus scriptor dixerit. Contra *qua* usitatissimum hoc sensu, Horatio etiam, ut III, 30, 10 cett. Itaque sic Muret. H. et R. Steph. Heins. Dacer. Burm. Cun. Sanad. Vellem probasset Fea, *quo* dici pro eo quod est *quo loco* vel *ubi*. Plautus quidem Merc. 876. in libris vulgatis: CHA. Vbi eam salvam (scis)? EV. *Quo* ego scio. Sed *a* et *o* litterae cum mixtae nonnunquam deprehendantur in codicibus, reponendum videtur: *Quâ* ego scio: nam Quà etiam significare Quo loco, vel Quâ parte, non est dubium: vid. Thesaur. Gesner. Lucan. 8, 211. orbis, *Quâ* Romanus erat. Et ibidem 227:

> *Qua* rapidus Ganges et *quâ* Nysaeus Hydaspes
> Accedunt pelago.

Eiusmodi locorum Fea immemor Serm. quoque I, 8, 15.: „*Qua* est,“ inquit, „per quem locum; *quo* est quo loci,“ abutiturque verbis Ciceronis, in quibus *quo* plane significat, ut passim, *in quem locum.* Recte illic, me iudice, Bentleius reposuit:

> Nunc licet Exquiliis habitare salubribus, atque
> Aggere in aprico spatiari, *quâ* modo tristes
> Albis informem spectabant ossibus agrum;

nec tamen propterea hic itidem rescripserim ex Lambini sententia: *Quâ* pinus ingens, sed in *quo* vulgato intelligam ex praegressis *gramine, loco graminoso.* — *altaque* fere vulgati ante Lamb. Sed hoc loco etiam langueret id epitheton, cum iam praecedat *ingens pinus.* vid. Heyne ad Tibull. I, 4, 30. (p. 38. Obss.) ubi eadem diversitas.

---

tranquilli in utraque fortuna animi servandi adiumentum a poeta adferri volunt. Iam illa, „seu iucunde vixeris“ vide quam suavi pictura, cuius imago omnes sensus delenit, poeta expresserit. Iucundam vitam declaravit suo more, per compotationem in amoena regione. v. I, 1, 21 sqq. — *in remoto gramine*, in amoeno recessu. Cf. Epod. II, 24. — [*Seu in remoto*] in hoc causam ostendit, cur aequo animo vivendum sit, quoniam scilicet moriendum est. *POR.* — *per dies festos*, festis diebus. Intellige sacra deorum agrestium (quo vel remoti graminis mentio ducit) quibus *non rubor* erat *madere*, *errantes aut male ferre pedes.* Tibull. II, 1, 30. Cf. ad I, 4, 11. — *te reclinatum bearis*, exquisitiori forma, pro, *reclinatus*, fusus te *bearis*, recreaveris, exhilaraveris Falerno optimo. Pro hoc est, *interiore nota Falerni*, h. e. interioris F. interius reconditi, quippe *ad festas dapes repositi* (Epod. IX, 1.) adeoque praestantioris, vetusti. *Nota Falerni* est cadus vini, cuius nota ostendit, Falernum in eo servari. Adscripta enim cuique amphorae erat nota s. titulus, qui patriam vini et annum, quo conditum esset, monstraret; res nota. Est adeo simpliciter pro Falerno; neque in hoc vini virtus quaerenda, quam poeta unice a loco, ubi repositum erat, cellae scilicet vinariae interiori designat. — *Inter. Not. Faler.*] vino optimo et vetustissimo et propter eximiam bonitatem in intima cellae vinariae parte recondito et notam insignem, quae aetatem significet, nempe consulum nominibus inscriptis, prae se ferente: vel *interiorem notam* dixit pro meliore. Solebant autem veteres illi (qui

Vmbram hospitalem consociare amant
Ramis, et obliquo laborat
Lympha fugax trepidare rivo:

v. 11. *Quo obliquo* Cod. Guelf. *Quoque obliquo* Cod. Goth. *Ramis, quo obliquo*, Porphyr. tres Lamb. (et vulgatae editt. ante eum) libri Torrent. Fran. Helmstad. Pulm. 1, 4. Lipss. Altt. Brod. Gott. Florent. Venet. 1478. Baxt. *qua obliquo* ceteri Lamb. cuius verba haec sunt: Codices quidem veteres Iannoct. Faërn. Torn. et vulgati habent *Quo obliquo*, sed secutus sum rationem ac veritatem, praesertim aliorum librorum auctoritate confirmatam. Sic et Heins. *quo et* unus Bersm. *quoque obl.* Mentel. unus Bersm. Alt. 1. Dess. 2. Bentleii codd. variabant. *quid? obliquo* Cruqu. e duobus Blandd. antiquiss. et magnam vim inesse putat, quam me non sentire fateor. *et obliquo* Venet. 1492. Asc. Locher. Basill. H. et Ro. Steph. Fabric. Fab. Bentl. Iones. Sanad. Gesn. cett. Omnino nunc haec vulgata lectio est. *Ramisque et* coni. Bentl. *neque obl.* coni. With. illud *laborare* referens ad aquam turbidam in canalibus plumbeis Romae, ex Epist. I, 10, 20. Quid igitur sequendum? Cum lectio *quo s. qua obl.* nec negligenda sit, ob tantam auctoritatem, neque tamen ferri sic possit ob hiatum, inprimis extra caesuram, durissimum; prorsus non dubito, quin, quam Cuningamius in contextum revocavit, unice vera lectio sit: *quo et obliquo.* Nam et Horatiana haec esse proditur ex III, 30, 10. (*qua* — *Et qua*): et ex ea omnes ceterae varietates (etiam Cruquiana non excepta) quomodo ortae sint, ostendi potest. Haec leguntur apud Ianium. Iam sequuntur, ne in Varietate Lectionis, *Bothii*, Viri Doctissimi, sententiae de Horatii locis difficilioribus omittantur, quae in eius annotationibus ad Q. Horatium Flaccum, hic notatu digna perhibita, reperiuntur. Pro

---

mos etiam ad nostra tempora permansit) vini cados, testas, amphoras in cellis condere notatas, i. e. insignibus quibusdam litteris aut aliis notis, sed maxime consulum nominibus distinctas, ad tempus ac praestantiam vini significandam. Quo ex more natum illud est loquendi genus de *meliore nota.* Curius ad Cic. lib. VII, 29. *Quare, Cicero mi, persevera constanter nos conservare et Sulpicii successori nos de meliore nota commenda* etc. Catull. ad Manlium LXVIII, 27 sq. *Quare quod scribis Veronae turpe Catullo Esse, quod hic quisquam de meliore nota, Frigida defesso tepefecit membra cubili* etc. Hor. Serm. I, 10, 24.: *ut Chio nota si commixta Falerni est.* Cic. in Bruto (83, 287.) de Thucydide: *Orationes autem, quas interposuit, (multae enim sunt) eas ego laudare soleo, imitari neque possim, si velim, nec velim fortasse, si possim. Vt, si quis Falerno vino delectetur, sed eo nec ita novo, ut proximis consulibus natum velit, nec rursus ita vetere, ut Opimium aut Anicium consulem quaerat. Atqui eae notae sunt optimae, credo: sed nimia vetustas nec habet eam, quam quaerimus, suavitatem, nec est iam sane tolerabilis.* [*L.*] Hic trahi possit locus ille Carm. Lib. III, 21, 5.: *Quocunque lectum nomine Massicum Servas*, unde colligi posse videtur, Horatium hic quoque de vino generosiore loqui, consulis quidem nomine insignito. — [*Inter. not. Fal.*] In interiore enim vina reservanda reponuntur, quibus ad vetustatis indicium et tempus, quo conduntur, adscribitur. — v. 9 sqq. In tam certo igitur tamque angusto vitae termino ne, quaeso, fructum eius deseras aut in crastinum diem differas. At multo acrior ac vividior in exhortando ad iucunde beateque vivendum poeta ipso statim, quod praesens datum est, temporis momento frui, illicoque convivales lautitias apparari iubet. Suavissimis vero, quibus convivii scenam adornaret, usus est coloribus; quos ipsos e fundo Dellii petitos, haud temere statuas e v. 18. — [*Qua pinus ingens*] quae magnitudine sua amoenitatem potantibus praestat.

et Vanderburgii A B C φ': *quid;* C φ' a m. 2: *quo*, uti et alii quidam eius codd., itemque Brod. Gott., edd. princc., R. Steph., Baxt. Cum *a* et *d* litterae valde similes sint in libris scriptis, suspicari licet, illud *quid* fuisse *quia* in αὐτογράφοις, ut arbores eum locum amare dicantur ob fontem ibi fluentem, et tardius quidem obliquo rivo, ita ut moretur ibi diutius. Possis etiam *quod* reponere eodem sensu, quae vocabula saepius confusa; nisi, *quid* servato, pleniusque distincto post *Falerni*, haec ita interpretari velis, ut faciebat aliquando Vand.: „Dans ce beau lieu où le pin et le peuplier réunissent leur ombre, pourquoi ce ruisseau s'empresse-t-il de s'enfuir, malgré le détour qui le ralentit?“ Il me sembla (inquit) que ce reproche, adressé par le poète au ruisseau, rétablissoit l'harmonie*), et je le joignis à la strophe suivante, en suppléant cette transition: Toi, Dellius, *sois plus sage;* fais-y porter les vins, les parfums, etc. Ce sens est peut-être le véritable; mais la difficulté de le rendre en si peu de vers m'a ramené au sentiment des vieux scholiastes, et entre autres de Porphyrion, qui, pour expliquer le sens de la question d'Horace, „d'où vient que ce ruisseau est gêné dans sa carrière par ce détour?“ en suggère lui-même la réponse (!), en ajoutant dans sa glose: *si ea non utimur*, si nous n'en profitons pas; car on en peut conclure que c'est pour rendre ce lieu plus propice aux plaisirs du propriétaire, que le détour arrête le ruisseau. Cette explication rétablit également l'harmonie dans le tableau tracé par Horace. — M. Delille a imité ce passage célèbre avec toute la supériorité de son talent:

Horace nous décrit en vers délicieux
Ce pâle peuplier, ce pin audacieux,
Ensemble mariant leurs rameaux frais et sombres,
Et prêtant au buveur l'hospice de leurs ombres,
Tandis qu'un clair ruisseau, se hâtant dans son cours,
Fuit, roule, et de son lit abrège les détours.

Homme des Champs, ch. IV.

[*Albaque populus*] Interiora enim populi folia alba sunt, ut: Herculea bicolor cum populus umbra. *ACR.* — Vulgaris ratio erat: Age sub hanc umbram concedamus, genioque ibi litemus. At γραφικωτέρως poeta: *Qua* parte, δεικτικῶς, hic, ubi pinus et populus umbram conferunt; pro hoc quanto ornatius, *amant consociare umbram ramis*, arcte consociant ramos, connexis invicem ramis densam umbram efficiunt. Iam observa delectum epithetorum. Pinus *ingens*, adeoque diffusis ramis, patula, opaca. Populus *alba*, ob folia interius candida; nos: *Silber-Pappel.* cf. Virg. Ecl. IX, 41. Aen. VIII, 276. *Vmbra hospitalis*, quae grato suo refrigerio nos invitat, in qua lubenter requiescimus, commoramur, mira suavitate. Ovid. Met. X, 555. *ecce opportuna sua* blanditur *populus umbra, datque torum cespes. blanditur*, h. e. blande invitat. Ita in Tibullo II, 5, 42. *tum vocat errantes hospita terra deos* magis poeticum erit, si terram *hospitam* explices, quae gratam sedem ostendit, praebet. *Amant consociare*, cum vi, arcte se invicem amplectuntur, ambitiose se constringunt, amantium instar. Quo sensu *ederas lascivas* dixit I, 36. extr. Lucian. Amorr. §. 12. (T. II. p. 410.) *πανιὶ γε μὴν δένδρῳ περιπλέγδην ὁ φίλερως προσείρπυε κιττός.* De hoc usu v. *amare* fuse egimus ad I, 25, 4. Lambinus, cuius ipsissima verba nonnullis locis ex aliis scriptoribus allatis illustrata in eius commentario leguntur, cum aliis quibusdam

---

*) Paulo ante haec posuit vir elegantissimus, commemorata lectione vulgata *Ramis et obliquo*, vel *Ramis qua et obliquo:* il me sembloit que l'empressement du ruisseau à s'éloigner du lieu charmant formoit un contraste désagréable etc.

Huc vina, et unguenta, et nimium brevis
Flores amoenos ferre iube rosae,
Dum res et aetas et Sororum
Fila trium patiuntur atra.

v. 13. *brevis* s. *breves* et mox *amoenae* vulgata lectio. Sed *brevis* — *amoenos* Acron legit, dum ponit: „brevis est genitivus" et sic plerique Cruquii, unde ipse Cruqu. item Cun. Sanad. Placere etiam videtur Torrentio. Accedit ingratissimum ὁμοιοτέλευτον vulgatae. Cod. Guelf. pro *vina* exhibet *vinum*, et versu sequenti Cod. Guelf. et Cod. Goth. praebent: *amoenae* — *iubes*.

---

amant pro solent, φιλοῦσι, dictum vult, invitis Gratiis. — *et qua lympha obliquo rivo*, lympha, aqua rivi, rivus obliquo cursu defertur, cursum obliquat, qua rivus inflectit se, sinuatur. Nihil amplius. At quam graphice haec expressa! Rapidum cursum rivi designant *fugax* et *trepidare;* (nota loquendi ratione) retardatur is, atque impeditur, obliquis flexibus; hinc *laborat trepidare*, moras istas redimit citatiore cursu. Bene quidem haec procedit ratio; multo tamen exquisitior est haec altera, qua *labor* seu impeditior cursus, rivo tribuitur, quatenus per anfractus procedit; hos enim fraus optica, qua egregie imponi sibi poetae patiuntur, multo angustiores facit. — *Lympha Fug.*] mirus, ac pene dicam, divinus Horatius est in epithetis inveniendis. *Lympha fugax* a cursu; alibi *Lymphae loquaces* a strepitu et murmure. — *Trepidare*] aptissimum verbum ad significandum aquae trepidae trepideque fluentis cursum. Est enim *trepidare* positum pro trepide fluere. Iam vero hoc totum *laborat trepidare* idem valet, quod laboriose fluit, laborat in fluendo propter lapillos subiectos et translatio est a rebus animatis. *Trepidandi* verbo autem sic usus est Epist. ad Fuscum Arist. lib. I, 10, 21. *Quam, quae per pronum trepidat cum murmure rivum.* — v. 13. Hic compotatione nos exhilaremus. *Huc*, in hunc amoenum recessum iube adferri vinum, unguenta, et *flores rosae*, rosarum, ἄνθος, ἄωτον ῥόδων, rosas, quibus coronemur. cf. I, 36, 15. III, 29, 3. — *Cum flore, Maecenas, rosarum et Pressa tuis balanus capillis Iam dudum apud me est.* Praeter vina adhibebant veteres in conviviis ad luxum et delicias rosas et unguenta. Anacreon: ἐμοὶ μέλει, μύροισι καταβρέχειν ὑπήνην· ἐμοὶ μέλει, ῥόδοισι καταστέφειν κάρηνα. — *nimium brevis*, nimis cito deflorescentis, ut *breve lilium* I, 36, 16. Suaviter hic et cum vi adiectum, quasi eo admoneamur, ne aetatis iuvenilis tempus, quod aeque cito pereat, e manibus elabi sinamus. — [*Huc vina et unguenta* etc.] i. e. ubi hospitalem umbram consociant pinus et populi et ubi lympha fugax obliquo laborat trepidare rivo. — v. 15. *Dum res* patitur, fert, dum nihil obstat, quominus his deliciis fruaris, adeoque *dum licet* (ut II, 11, 16.) *dum decet* (Epod. XIII, 5.) Declarative adeo subiicitur, dum *aetas patitur*, dum per aetatem decet, *dum canities abest* I, 9, 17. dumque omnino *fila trium sororum*, Parcarum patiuntur, *dum superest Lachesi, quod torqueat* (Iuvenal. III, 27.) dum per fata licet. Poeta igitur sententiam universe positam declarat statim per speciales ideas, noto more. Cuius tamen plane immemores intpp. in *rei* notione constituenda quaquaversum aberrarunt. Lamb. *rem* interpretatur οὐσίαν, τὰ ὑπάρχοντα, facultates, unde esset: dum habes, quod profundas; quod helluone dignum praeceptum esset. Aliorum commenta nec referre, nec expendere vacat. *Sorores* absolute et alibi Parcae dictae (v. c. Senec. Herc. fur. 181. Sil. I, 280. Stat. Theb. I, 631. cf. omnino Ruhnk. Ep. cr. I. p. 50.) muneris tamen earum mentione numeroque ternario adiecto, ut h. l. — *Soror. Trium*] Parcarum, quas Noctis filias facit

Cedes coemtis saltibus et domo,
Villaque, flavus quam Tiberis lavit,
Cedes, et exstructis in altum
Divitiis potietur haeres.

v. 18. Male post *lavit* maiorem distinctionem plurimae editt. ponunt, quae demum post *cedes* ponenda. — *lavat* Vandd. A. M.

Hesiod. in Theog. v. 217 sqq. earum autem nomina sunt e re ficta: Κλωθὼ παρὰ τὸ συγκλώθειν τὰ ἀνθρώπινα, ἡ δὲ Λάχεσις παρὰ τὸ λαγχάνειν, Ἄτροπος παρὰ τὸ ἀμετάτρεπτον τῆς μοιριδίου ἀνάγκης. — [*Dum res* etc.] h. e. et unde et dum per aetatem haec decet facere, et dum fata permittunt vivere, quae atra fila mortuorum tractant. Dum fila atra sororum patiuntur, inquit, pro eo, quod est, dum ipsae sorores patiuntur, h. e. quarum fila sunt atra. *POR.* — *Fila atra*, perpetuo rerum inferarum epitheto. In hoc adeo non argutandum, cum poeta h. l. universe loquatur. Vbi vero de misera cuiuspiam conditione sermo est, sane tum *atra* f. vim habent, et opponuntur *candidis* (veluti Stat. Silv. I, 4, 125.) melioris notae, felicioris sortis. Ad sententiam poeta Incert. in Grot. Excerpt. Trag. p. 915. ζῶν παρασκεύαζε σαυτῷ στεφάνους καὶ μύρα· χρήσῃ γὰρ αὐτοῖς αἰσθόμενος μεθ᾽ ἡδονῆς.

v. 17—20. Vulgaris sententia: omnibus, ob quae vita expetenda videatur, post mortem carendum esse, omnia aliquando relinquenda esse, nobilitatur, doctaque enumeratione rerum, quibus Dellius beatus haberetur, vivide declaratur a poeta. Cf. II, 14, 21 sqq. Suavis delectus est verbi *cedere*, pro relinquere. *Cedimus* enim *terra*, *urbe patria*, quam nunquam revisuri sumus, quam aliis colendam, habitandam relinquimus. Sic iam fere Serv. ad Virg. Aen. II, 804. Hinc exquisito euphemismo de abitu e vita. Cf. Serm. I, 1, 19. Nolim adeo de victo et pulso h. l. cum quibusdam intelligere. — *Saltus* h. l. sunt pascua late porrecta, qualia divites Romani, rei pecuariae intenti, per Calabriam et Lucaniam possidebant. Epp. II, 2, 177. *Quid vici prosunt, aut horrea? quidve Calabris Saltibus adiecti Lucani, si metit Orcus grandia cum parvis* cett. et Epod. I, 27. *Pecusve Calabris ante sidus fervidum Lucana mutet pascuis. Pecuaria silvae Lucanae* Calpurn. ecl. VII, 17. Male alii de viridariis, quae in domus impluvio erant, hic cogitant. — *coemtis*, habebat adeo plures saltus; tum et Dellium innuit his possessionibus admodum delectatum, quibus adeo aegre cederet. Monendum hoc, ne quis nimis vulgare aut otiose illud adiici existimet. — *domo*, quam forte magnificentissimam in fundo haberet, nota Romanorum insania. v. Varro de R. R. XIII, 6. — *villa* plura aedificia, in fundo exstructa, comprehendit, tam ad usum rusticum (quae *pars rustica* et *fructuaria* dicebatur. Colum. I, 6.), quam ad domini eo secedentis commoditates (*pars urbana* Colum. l. l.) ac luxum disposita, puta aestiva, hiberna, thermas, porticus, alia. Hinc *villas* unius villae aedificia dixit Stat. Silv. I, 3, 4. et inde Auson. Mos. 284. — *quam Tiberis lavit*, alluit, proprie; nam innuit villae praetoria, ad Tiberis ripas exstructa, quae erant splendidissima. Stat. Silv. I, 3, 27. et Auson. l. l. vide quos laudat Barth. ad Stat. l. l. *Lavere*, antiqua forma, est et III, 4, 61. 12, 7. et alibi.

v. 19—20. Omnes explicant: *haeres divitiis tuis*, opibus, auro et argento *in altum exstructis*, coacervatis, exaggeratis *potietur*, iisque fruetur; perspicua utique sententia, neque plane ab h. l. aliena; quam tamen Horatius, si bene eum novi, vix voluerit. Vide pedestrem horum vv. rationem: cedes saltibus, domo, villa: iisque haeres potietur. Iam pro tenui et vulgari *iis*, repetiit villae notionem poeta, eamque ab eius magnificentia, qua ipsa Dellio desideratissima esset,

Divesne prisco natus ab Inacho,
Nil interest, an pauper et infima
De gente, sub divo moreris,
Victima nil miserantis Orci.

v. 21. Quum hae duae diversae notiones sint, et mox in antitheto expressum sit *et* (*pauper et infima*), ingeniose Cun. emend. *prisco et*, quem sequitur Sanad. Sed non adstrictus est lyricus poeta tali necessitate. — 22. *aut paup.* quidam edd. ante Lamb. *an inf.* Alt. 1.
23. *sub dio* fere scribunt. Sed praetuli *sub divo* e consuetudine antiquiss. codd. v. Torrent. et Heyne ad Virg. Georg. III, 435. Sic et Bentl. Baxt. *morere* coni. Cun. — *dio* Vand. E. De lectione *divo* Varronem laudat Graevius ubi supra ad Carm. I, 7, 13.

---

admodum exquisite designavit per *divitias in altum exstructas*, aedes altas, magnis sumtibus exstructas. Plane ut III, 1, 45. *Divitias operosiores* tecta vocat *ex plano in altitudinem montium educta*, ut Seneca loquitur ep. 89. extr. etsi ibi vulgaria intpp. sectentur. Sic pretiosam supellectilem idem Seneca de tranquill. 1. vocat *divitias per omnes angulos dissipatas.* Ovid. Fast. IV, 135. *Aurea marmoreo redimicula solvite collo: Demite Divitias*, h. e. ista redimicula. Petron. de Mutat. R. R. 83 sqq. *Ecquid sentis — non posse ulterius perituram attollere molem? Ipsa suas vires odit Romana iuventus, et quas struxit opes male sustinet*, h. e. molem imperii, quam in tantam altitudinem eduxit, vix sustinet. *Ramos divitiis*, h. e. aureis pomis, *graves* similiter dixit Lucan. IX, 361. Ceterum vulgaris interpretatio vel hoc etiam nomine displicet, quod avaritiae notam Dellio inurat; cuius cum nullum in hoc carmine exstat indicium, tum eum vel splendida ac magnifica eius villa hic memorata facile ea absolvit.

v. 21—24. Neque enim divitiae immunem quemquam a morte praestant. Ceterum eadem enumeratione iam Pind. Nem. ζ, 27. *ἀφνεὸς πενιχρός τε θανάτου παρὰ σᾶμα νέονται.* Simonidis, Menandri et Phocylidis loca huc pertinentia v. in Stob. Floril. Grot. tit. CXIX. Cf. et I, 4, 19 sqq. II, 14, 9—12. Nihil refert, divesne et *natus ab Inacho*, stemma tuum ab Inacho *prisco*, antiquissimo Argivorum rege deducens, nobilissimo genere ortus *sub divo moreris*, in supera regione verseris, vivas (sic *caelo* frui Senec. Oed. 854. *vesci aura aetherea*, *φάος ἡλίου ὁρᾶν* et sim. pro: *vivere*, ex oppos. noctis inferae; res notissima.) et hoc ornate pro: *sis.* — *morari* suaviter de vitae brevitate, ut Ovid. Met. X, 32. *M.* — *sub divo moreris*, in terra sub caelo degas, pro simplice: vivas; cum delectu autem posuit *morari*, ad vitae brevitatem designandam, quia breve tantum tempus in hac vita commorantur homines. Pro *moreris* ingeniose Wakefieldius tentat: *moraris*, quod deleta distinctione cum *Victima* coniungit, ut sit: vivis tamen victima nil miserantis Orci. *D.* — [*Divesne* etc.] Nihil interest post mortem, utrum dives et generosus sis an pauper et humilis genere. Inachum autem pro nobilitate generis posuit. Rex enim Argivorum Inachus nobilissimus fuit, a quo et fluvius, quia in ipso mortuus est, nomen accepit. *ACR.* — *infima de gente* oriundus, an maiores tui infimae gentis, humilis conditionis fuerint, adeoque ipse ignobilis sis.

v. 24. Tamen, nihilominus moriendi ad te pertinet necessitas. Pind. Isthm. ζ, 59. *θνάσκομεν γὰρ ὁμῶς ἅπαντες· δαίμων* (sors cuiusque) *δ᾽ ἄϊσος.* *Victima* es, devotus, damnatus es *Orco*, Plutoni, *θανάτῳ πάντες ὀφειλόμεθα*, ut multoties in Anthol. Gr. — Pluto *nil*, non *miserans*, *illacrimabilis*, inexorabilis (suavi imagine Aeschyl. apud Stob. Flor. Grot. p. 485. *μόνου δὲ* (*Θανάτου*) *Πειθὼ δαιμόνων ἀποστατεῖ*) *ἄδακρυς, ἀμείλιχος ἠδ᾽ ἀδάμαστος*, (Hom. Il. ι, 158.) *νηλεής, δυσπειθής,*

Omnes eodem cogimur: omnium
Versatur urna serius ocius

v. 26. Post *urna* pessime claudunt multi sententiam: tanquam esset nominativus, cum ablativus sit. v. Rutgers. Lectt. Venus. c. 5. p. 262. Dousae commentar. c. 6.

(uti saepius apud poetas Graecos audit) quibus fatalem moriendi necessitatem designant poetae. — v. 25—28. Vlterius huic cogitationi immoratur poeta, quo magis ea Dellii sese insinuet animo, eumque ad fruendam vitam permoveat. *Omnes eodem*, in eundem locum, in loca infera *cogimur*, compellimur gregis instar. v. I, 24, 18. Dictus inde Pluto *πολυδέκτης* et *πολυδέγμων* Hom. H. in Cer. 9. et 17. *πανδοκεὺς* Lycophr. 655. laudante Ruhnk. ad Hom. l. — *sors omnium versatur*, quatitur, commovetur (*πάλλεται*) in *urna*, dum ipsa quatitur; quod est pro vulgari, omnium sortes in urnam coniectae sunt, urna continet. Stat. Silv. II, 1, 219. *Immensis urnam quatit Aeacus umbris.* Infra III, 1, 16. *Omne capax movet urna nomen.* — Virg. Aen. VI, 432. *Quaesitor Minos urnam movet.* Porro haec de urna et sortibus fabula ex veterum more nata est, qui pleraque sortibus decernebant ac iudicabant. Apud Homerum Il. III, 316 sqq. cum quaereretur, uter prior in adversarium hastam iaceret, Parisne an Agamemnon, res sorti permissa est. Itaque cum uterque sortem suam dissimilem aut aliqua nota distinctam in galeam coniecisset, Hectorque sortes agitando confudisset: Paridis sors prior e galea extitit. Verba Homeri sunt haec: *κλήρους ἐν κυνέῃ χαλκήρεϊ πάλλον ἑλόντες, ὁππότερος δὴ πρόσθεν ἀφείη χάλκεον ἔγχος.* Sequitur deinceps:

Ὣς ἄρ᾽ ἔφαν· πάλλεν δὲ μέγας κορυθαίολος Ἕκτωρ,
ἂψ ὁρόων· Πάριος δὲ θοῶς ἐκ κλῆρος ὄρουσεν.

Il. VII, 175. ubi Hector et Aiax certamen singulare ineunt:

Ὣς ἔφαθ᾽· οἱ δὲ κλῆρον ἐσημήναντο ἕκαστος,
ἐν δ᾽ ἔβαλον κυνέῃ Ἀγαμέμνονος Ἀτρείδαο.

Quin etiam in iudiciis et actionibus et quaestionibus sortes locum habebant. Cic. Verr. de iure dicundo, (acc. II, 2, 17, 42.) *Quod ab eo pridie, quum multis lacrymis eum oraret atque obsecraret Heraclius, impetrare non potuerat: id ei postero die venit in mentem, e lege Rupilia sortiri dicas oportere. Educit ex urna tres. Iis ut absentem Heraclium condemnent, imperat. Itaque condemnant.* Hor. Serm. II, 1, 47.: *Cervius iratus leges minitatur et urnam.* Atque huc referendus est hic locus et tota illa de urna Minois fabula. Tum sacerdotia in Graecia sortito capiebantur, ut etiam in Sicilia. Cic. ead. Verr. l. l. 51, 126. *Syracusis lex est de religione, quae in annos singulos Iovis sacerdotem sortito capi iubeat: quod apud illos amplissimum sacerdotium putatur* etc. ibid. l. l. 127. ubi vid. ipse. — Imago, quam Horatius hic expressit, quaeque, quantum sciam, non alibi occurrit, ita apud animum repraesentanda videtur. Cogitanda Necessitas dea, *Μοῖρα, Ἀνάγκη*, quae urnam tenet, in quam omnium hominum sortes coniectae sunt: cuius quidem figmenti satis obvia est ratio, nimirum, omnes fatali necessitati, morti esse obnoxios. Iam cuius sors s. nomen inter commovendum excidit, exsilit (*ἐξέθορε, ἐξόρουσε*, quae sunt Homerica sortitionis verba) *exit*, (quod proprium est Latinis poetis v.) huic fatale est mori. Atque hac quidem idea facile intelligitur, nihil spectari, nisi hoc: omnes nullo delectu aut discrimine mori; sicque satis commode subiicitur vv. 21 sqq. Vti plane III, 1, 15. *aequa lege Necessitas sortitur insignes et imos* cett. Sors ista certo *exitura* est, mors certissima nos manet, moriendum est sive *serius*, sero, aut *citius*, cito, immatura aetate. Propert. II, 21, 58. *Longius aut propius mors sua*

Sors exitura, et nos in aeternum
Exsilium impositura cymbae.

CARMEN IV.

AD XANTHIAM PHOCEVM.

ARGUM. *Quum apud Romanos probrosum, parumque honestum haberetur, amore ancillarum teneri, inprimis eum, qui ingenuus natus esset, Horatius, qui Xanthiam Phoceum servam suam amare audiverat, id ipsum ei non modo opprobrio, quin potius laudi vertit, exemplis allatis ostendens, viros tam animi excelsi, quam fortis ac boni ancillas amasse. Deinde sententiam huiusmodi eo certiorem efficere studet, quod Phyllidem e gente nobiliore oriundam esse auguretur, quum puella ingenii atque indolis dotibus, honestiores mores sane prodentibus, splendeat, qui omnino liberaliorem profiteantur educationem. Denique amico suo se excusat, ne forte suspicionem aliquam apud Xanthiam moveat, quae eum eo deducere possit, ut poetam ipsum, pulchritudinem scilicet puellae laudantem, Phyllidis amore captum esse credat. Desine, inquit, suspicari quadraginta annorum aetatem, in qua ego constitutus sum.*

v. 27. *Mors* Lips. I. *excitura* unus Bersm. Dess. 2. — 28. *Exitium* tres Lamb. Pulm. 2, 3, 4. plures Torrent. Mentel. Fran. *cymba* emend. D. Heins. ut sit: „et cymba nos impositura in aet. exsil.“ Sed vix *imponere in exsilium* dici possit. *cumbae* in contextu exprimi curavit Ianius, ex vetere scriptura, exemplo Bentl. et Cun. — *exitium* quidam vett. Vandd. Non semel confusa haec vocabula: vide Vindicias Ovid. ad Met. 15, 515.

---

quemque manet. Ovid. Met. X, 33. *Serius aut citius sedem properamus ad unam; tendimus huc omnes.* Sic Archinus: *πᾶσιν ἀνθρώποις ὀφείλεται ἀποθανεῖν ἢ πρότερον ἢ ὕστερον.* — [*Versatur urna*] aut ubi fatum et conditio vitae versatur: aut urna ubi cineres colligebantur, ut Lucan. Nunquam plenas plangemus ad urnas. Hic autem poetice per urnam, quasi sorte ad mortem ductos, rapi duxit, ut Virg. Quaesitor Minos urnam movet. — Sors ista elapsa, dum excidit, *impositura* est nos Charontis *cymbae in exsilium*, pro, cogit nos conscendere Charontis scapham, sicque nos in exsilium depellit, ad loca infera deducit, *aeternum*, unde reditus non datur. *Exsulum* instar *domo cedimus* (v. 17.) ac terram hanc patriam relinquimus. — *Et Nos In Aet. Exs. Imp. Cymbae*] Charontis. Theocr. εἰδ. ιϛʹ, 41. *ἐπεὶ γλυκὺν ἐξεκένωσαν θυμὸν ἐς εὐρεῖαν σχεδίαν στυγνοῦ Ἀχέροντος.* ubi a Dionysio Lambino coniectum *στυγνοῖο Χάροντος.* Fatetur quoque Lambinus se scriptum reperisse in duob. libb. Vatic. et Tornes. *in aeternum exitium impos.* etc. Ceterum *exsulium* Latinos dixisse putat, non *exsilium*, ab exsule, quod nomen a *solo* ductum est, non ab *exsiliendo*, ut vulgus putat. *Solum*, inquit Festus, quis dubitet, quin locum significet, cum *exsules* quoque dicantur loco pulsi? — [*Sors*] ideo sortem, quia urnam dixerat. Ordo est: Sors omnium exitura serius vel ocyus et nos impositura cymbae in aeternum exsilium versatur omnium urna. *ACR.*

Ne sit ancillae tibi amor pudori,
Xanthia Phoceu! Prius insolentem
Serva Briseis niveo colore
Movit Achillem:

v. 2. *Xanthiae*, i. e. Troianae, Venet. 1492. Locher. Ascens. Mancin. et nuper Sivr. qui explicat: flavae, *ξανθίας.* — 4. *Achillen* Cun.

---

v. 1. *Ne pudori tibi sit*, ne erubescas, ne existimationi tuae levem inde maculam adspergi in animum inducas, quod *ancillae*, servilis conditionis feminae amore detinearis, quod servam ames. Dicti isti homines Romanis ancillarioli. Senec. de Benef. I, 9. Martial. XII, 58, 1. [Adserit hac ode ancillae amorem domino erubescendum non esse, et ducum ponit exempla, quibus turpitudini datum non sit, in amorem trahi forma captivarum. *ACR.* — v. 2. *Briseis*, *κούρη Βρισῆος*, (Hom. Il. ιʹ, 274.) Hippodamia, e Lyrnesso, Phrygiae urbe, capta, et Achilli in praedae sortitione data. Homer. Il. βʹ, 690. Hinc *serva* belli iure facta, *δουρικτητή.* — *movit*, inflexit, amore incendit animum Achillis *prius insolentem*, ferocem, invictum, indomitum adhuc amore; adeoque primum ei amorem inspiravit *niveo colore*, pulchritudine sua. Nisi potius iungere praestat: *Briseis niveo colore*, nivei coloris, pulchra. Ita vero si hunc locum interpreteris, et maior vis sententiae infertur, qua Achilles servae amore *primum* captus dicitur, et oratio magis poetica videtur, absque transeundi formula. *M.* — Horatius statim in initio carminis ad Achillem transit, de quo exemplum sumit, iam antiquissimis temporibus viros praeclaros, vel adeo heroas ancillarum amore caluisse. Quo exemplo prudenter utens id innuere mihi videtur: „tu, Xanthia Phoceu, propter Phyllidis amorem erubescis, amorem puellae profiteri nolis, nihilominus te ancillam amare scimus. Quid igitur est, quod te erubescere iubet? amor ancillae? O, Xanthia mi, tu sane primus non es, qui ancillam amat, nam te prius Achilles aliique plures ancillarum amore incensi exstitere. Vides igitur id tibi dedecori esse non posse, quod omni adeo tempore fieri solet.“ — Alii: *prius*, olim ante te, tu non primus es, qui in talem amorem incideris; quod admodum languet; tum sordidi istius amoris excusatio unice in hoc ponenda est, quod clarissimi quique heroes idem fecerint. *Insolentem* quoque *A.* fere accipiunt, arrogantem, superbum, pervicacem; minus apposito h. l. epitheto. Ferrem, si Achillis mores superbos ex amore prorsus immutatos declarare et potuisset et voluisset poeta. *M.* Recte vero ex communi poetarum loquendi ratione *insolens*, *trux*, *ferox* dicitur, qui amori nondum succubuit, amorem aspernatur. De eodem Achille Stat. Ach. 1, 302. *Trux puer et nullo temeratus pectora motu.* Tibull. III, 6, 13. *Ille* (Amor) *facit mites* (e praeclara Heynii coniectura) *animos Deus, ille ferocem contudit, et dominae misit in arbitrium.* adde Ovid. A. A. II, 477. Senec. Hippol. 240. Similiter Boeth. Consol. Phil. II. Pr. IV. *omnis adversitatis insolentem* dixit eum, qui adversam fortunam nunquam expertus est. Praeclare sic respondet verbo *movit*, h. e. *inflexit sensus*, ut Virg. Aen. IV, 170. Simpliciter sic adhibuit Arbor. el. ad Nympham v. 51. (Wernsd. Poet. min. III, 221.) *Non Helenae mater, nec par tibi filia Ledae, quamvis haec Paridem moverit, illa Iovem.* Iam Terent. Eunuch. III, 5, 19. *In hac commotus sum.* Sic et *motus* saepius amoris, quo animus primum perturbatur, adfectum designat. Ceterum nullam Deidamiae, ab Achille primum amatae, rationem habuit poeta, quo maiorem sententiae vim conciliaret; in quo adeo haerendum non erat. Ad sententiam totius loci Ovid. Am. II, 8, 11. *Thessalus ancillae facie Briseidos arsit, serva Mycenaeo Phoebas amata duci.* — *quod decuit*

Movit Aiacem Telamone natum
Forma captivae dominum Tecmessae:
Arsit Atrides medio in triumpho
Virgine rapta,
Barbarae postquam cecidere turmae

v. 6. *Temessae*, *Tegmessae* variett. — 8. *capta* Sax.

---

reges, cur mihi turpe putem. — *Movit Achillem*] ita movit, ut ea sibi
ab Agamemnone erepta tantisper bello abstinuerit, donec Patroclum
ab Hectore interfectum viderit, neque prius muneribus ab Agamemnone
sibi promissis ac delatis placari potuerit. Hom. Il. ι', 338. *τί δὲ λαὸν*
ἀνήγαγεν ἐνθάδ' ἀγείρας Ἀτρείδης; ἦ οὐχ Ἑλένης ἕνεκ' ἠϋκόμοιο; ἦ
μοῦνοι φιλέουσ' ἀλόχους μερόπων ἀνθρώπων Ἀτρεΐδαι; ἐπεί, ὅστις ἀνὴρ
ἀγαθὸς καὶ ἐχέφρων, τὴν αὐτοῦ φιλέει καὶ κήδεται· ὡς καὶ ἐγὼ τὴν ἐκ
θυμοῦ φίλεον, δουρικτητήν περ ἐοῦσαν. — v. 5—6. Tecmessa, Teleu-
tantis (iuxta Sophocl. Ai. 331. secundum alios Teuthrantis) filia, for-
mae pulchritudine cepit Aiacem Telamonium (alter enim Oilei filius);
captiva, serva (*δουρίληπτος νύμφη* Sophocl. tr. l. 900.) *dominum*. Vl-
tima vim adquirunt ipsa collocatione. Res ipsa satis nota e Sophoclis
trag. laudata. Hom. Il. β', 527 sqq. *Λοκρῶν δ' ἡγεμόνευεν Ὀϊλῆος τα-*
χὺς Αἴας, μείων, οὔτι τόσος γε ὅσος Τελαμώνιος Αἴας, ἀλλὰ πολὺ μείων.
ibid. v. 768 sqq. *ἀνδρῶν αὖ μέγ' ἄριστος ἔην Τελαμώνιος Αἴας, ὄφρ'*
Ἀχιλεὺς μήνιεν. — [*Movit Aiacem*] innata enim voluptate animus mo-
vetur et proprie motus libidinis est. [*Forma*] specialiter forma pro
pulchritudine ponitur, ut: Et formae conscia coniux. *ACR.*
v. 7. *Atrides*, Atrei nepos, Agamemnon, *arsit virgine*, exquisita
structura, (ut III, 9, 6. Epod. XIV, 9. *calere aliqua*, I, 4, 19. IV, 11,
33. et passim alibi) pro, amore virginis Cassandrae exarsit, correptus
est, oculos et animum in virgine defixit. Cassandra absolute *virgo*
dicta, fortasse quod Apollinis amores, impetrata ab eo vaticinandi
facultate, respuisset. *Priameia virgo* eadem dicta Virg. Aen. II, 403.
— [*Medio in triumpho*] aut medio in belli tempore aut in medio ipso
bello, vacuum illi fuisse etiam in piaculis amare, quod tamen ad em-
phasin posuit, cum animus spe triumphi ad alium amorem incendi non
posset. *ACR.* — *rapta*, captiva, adeoque in servilem conditionem de-
trusa. Nam *rapi*, *duci*, *trahi*, ut *ἕλκεσθαι* Gr. sollennia vv. in capti-
vitatis notione exprimenda. Homer, Il. χ', 62. *υἷάς τ' ὀλλυμένους ἑλ-*
κυσθείσας τε θύγατρας. Claudian. Laud. Stil. III, 23. *Hi famulos*
traherent reges, cett. Ita quoque acceperim Virgilii locum laud. de
Cassandra: *Ecce, trahebatur passis Priameia virgo Crinibus a templo*
Cassandra, adytisque Minervae. Nam vim Cassandrae coram Pallade
ab Aiace illatam arguunt *ardentia* ira *lumina* v. 405. et *passi crines*
(ut sit: *virgo passis crinibus*, quamquam et Ovid. Met. XIII, 410. illas
voces cum v. *trahebatur* iunxerit. Sed ibi manus eius non constrictae
sunt: in Virgilio contra *teneras arcebant vincula palmas.*) Intpp. *ra-*
ptam explicant, ab Aiace, Oilei f., e templo Minervae abstractam; sed
huius rei parum opportuno loco a poeta facta esset mentio. — *medio*
in triumpho, statim, ubi victor urbem ingressus, Troia potitus esset.
— [*Virgine rapta*] aut Briseidem dicit, Chrysae sacerdotis filiam. Sed
magis Cassandra intelligitur, quae habuit sorte Agamemnonem dominum.
ACR. — v. 9—12. Exquisito ornatu poeta gentem subiicit, de qua
Agamemnon triumphaverit, s. quam urbem everterit. — *Turmae*, co-
piae (ut *Lyciae catervae* I, 8, 16. adde C. S. 38.) *barbarae*, *βάρβαρον*
στράτευμα. (Eurip. Rhes. 612.) h. e. barbarorum, Phrygum, Troiano-
rum, e sollenni Graecorum appellatione. — [*Barb. postq.*] poterat

Thessalo victore, et ademtus Hector
Tradidit fessis leviora tolli
Pergama Graiis.
Nescias, an te generum beati
Phyllidis flavae decorent parentes:
Regium certe genus et Penates
Maeret iniquos.
Crede non illam tibi de scelesta

v. 10. Post *victore* distinguunt omnes edd. Mihi aptius visum, *Thes-*
salo victore ad sequentia trahere. — 14. *Phyllidos* Cun.
15. *Regium c. g. ut*, *Penates m. i.* emend. Rutg. *ac P.* Cun.
17. *Credo* var. lect. Ion.

---

accipi Neoptolemus, qui interfuit excidio Troiae; sed cum subiiciat
et *ademptus Hector*, ad Achillem revocavit omnem excidii Troiae cau-
sam. *POR.* — *cecidere Thessalo victore*, ornatius pro, caesae, dele-
tae sunt ab Achille Thessalo. — et *ademtus*, occisus (cf. II, 9, 10.)
Hector tradidit cett. pro, mors Hectoris effecit, sublato Hectore fa-
ctum est, ut *Pergama*, arx Troiae, ipsa urbs *levior* esset *tolli*, ad
tollendum, evertendum, ut Troia facilius caperetur, *ῥηΐτεροι αἱρεῖσθαι.*
Imitationem Homericam Il. ω', 243. *ῥηΐτεροι γὰρ μᾶλλον Ἀχαιοῖσιν δὴ*
ἔσεσθε, κείνου τεθνηῶτος, ἐναιρέμεν, notarunt iam alii. Simili colore
Pind. Isthm. η', 49. (ed. Boeckh.) *ὃ καὶ Μύσιον ἀμπελόεν αἵμαξε Τηλέ-*
φου μέλανι ῥαίνων φόνῳ πεδίον· γεφύρωσέ τ' Ἀτρεΐδαισι νόστον Ἑλέναν
τ' ἐλύσατο Τροΐας ἶνας ἐκταμὼν δορί, ταί μιν ῥύοντό ποτε μάχας ἐνα-
ριμβρότου ἔργον ἐν πεδίῳ κορύσσοντα, Μέμνονός τε βίαν ὑπέρθυμον
Ἕκτορά τ' ἄλλους τ' ἀριστέας· — *fessis* longo bello, ut Virg. de iis-
dem Aen. II, 109. — v. 13. Exemplis causas subnectit poeta, quo
eum minus amare istam pudeat: Phyllidem nobilissimo genere ortam
esse, eiusque rei coniecturam facile duci posse cum ex eius vultu
subtristi, qui amissae pristinae dignitatis memoriam servet, tum ex
animi eius nobilitate, quae minime in abiectae conditionis homines
cadat. Alii Horatium Xanthiae obiectioni, quod servae istae, quas
heroes amarint, nobilissimae fuerint originis, tantum occurrere vo-
luisse existimant, quod parum probabile videtur. — [*Nescias ante ge-*
nerum etc.] posse autem fieri ait, quod et haec regii generis sit, unde
intelligere debemus, Phyllidem captivam esse, sic enim se habent et
haec, quae subiiciuntur: *Regium certe genus et penates. POR.* — *Ne-*
scias, *οὐκ εἰδείης ἄν*, nescis an, fortasse, (v. de hac loquendi ratione,
si tanti videtur, Cort. ad Plin. IV, 11. et Burm. ad Quinctil. XH, 11.)
Phyll. flavae, pulchrae, *parentes beati*, *ὄλβιοι*, nobiles sunt, fortasse no-
biles parentes habet puella, quae nunc servit: pro hoc, respectu amo-
ris eius, *an te generum decorent par. b.*, annon parentes habeat, quo-
rum te non pudeat esse generum, quorum filiam te amare haud de-
deceat. *Καλοὺς γαμβροὺς* Eurip. Hippol. 634. cum h. l. comparavit ibi
Valken. — v. 15—16. *Certe* nobilitatem generis maestus eius vultus
arguit. *Maeret*, ob hoc semper subtristis est, quod tam *iniquam* sor-
tem experta sit; dolet, se *regio*, splendido, *genere* ortam, regiisque
penatibus innutritam, nunc servam factam. Conditio Phyllidis *iniqua*
erat, regia ante, nunc servilis. Vulgo *Penates iniquos* accipiunt de
Diis patriis, ipsi adversis, qui adeo puellam in servilem conditionem
devenire siverint. Sed subtilius hoc, et *genus* et *penates* apud poe-
tas cumulantur. Propert. I, 22, 1. *genus unde mihi*, *qui sint mihi*,
Tulle, *penates.* Nam *penates*, *domus* in his loquendi formis generis

Plebe dilectam; neque sic fidelem,
Sic lucro aversam, potuisse nasci
Matre pudenda.
Brachia et vultum teretesque suras

v. 18. *delectam* (sic Cod. Guelf.) quid. Lamb. et Torr. Mentel. Helmst. unus Bersm. item Venet. 1590. Fabr. Fab. Heins. H. et R. Steph. Dacer. Sed *dilectam* (sic Cod. Goth.) quatuor Lamb. sic habent libri scripti Donati Faërn. Vrsin. Torn. fortasse non male. Nam Festus ita scripsit, *Dilectus militum, et is, qui significatur amatus, a legendo dicti sunt.* Omnes Cruqu. Pulm. 1, 2, 3, 4. tres meliores Torr. Lipss. Fran. Asc. Locher. Venett. Lamb. Cruqu. Torr. Bentl. Baxt. Cun.' — Etiam Vandd. P et V: *delectam*, recte quidem. — 19. *adversam* (sic Cod. Goth. et Cod. Guelf.) quidam Lamb. plures Torrent. Pulm. 4. unus Bersm. Lips. 3. Fabric. Rutg. *aversam* Scholl. quatuor Lamb. Pulm. 1, 2, 3. Lipss. Altt. Dess. 2. Helmst. omnes Cruqu. Venett. Asc. Locher. Heins. Steph. Bentl. Cun. Baxt. 20. *Patre pudendo* Lips. 3.

---

originem designat. *Τῶν εὐπατριδᾶν γεγῶσ' οἴκων* Eurip. Ion. 1073. et
saepissime alibi. Ceterum totius argumentationis vis in v. *maeret* po-
nenda: maeror enim splendidorum puellae natalium index erat cer-
tissimus. Hypsipylen ita depingit Stat. Theb. IV, 740. Tecmessam
Ovid. A. A. III, 517. — v. 17. Generis nobilitatem produnt etiam
mores eius liberales, probi, pudici, *ἄξι' ἀξίων γεννητόρων ἤθη.* Eurip.
Ion. 736. — *illam tibi non dilectam esse de plebe* potest esse: illam
non de plebe a te amari, quod ornatius dictum esset, pro, illam,
quam amas, non de plebe oriundam esse, non plebeiae esse conditio-
nis. — Quamvis in universum Mitscherlichii interpretationem typis ex-
cudendam mandaverimus, tamen permultis in locis permulta a nobis
deleta reperientur a lectoribus. Id quidem recte facere nobis vi-
demur, quum Mitscherlichius saepissime nimis fuse de una eadem-
que re vel explicandi ratione disputarit. Ceterum ne minimum qui-
dem, quod illius Viri Doctissimi est, nobis accensere volumus, quam-
obrem ipsissima verba et Mitscherlichii et omnium quibus utimur, in-
terpretum, ut vel eorum sententiam describamus vel refutemus vel
enarrando repetamus, in omnibus locis typis excusa prostant, quo faci-
lius a lectoribus agnoscantur. — *Plebs scelesta*, prava indole, pravisque
moribus, quae omnia ad privatam utilitatem refert; (hinc *vulgus mo-
bile, infidum, malignum.* v. I, 35, 25. II, 16, 40.) h. l. perfida, lucro
addicta, fraudulenta, periura: quae notiones ex altero, quod sequitur,
membro constitui debent. Vulgo explicant, humilem, sordidam, ab-
iectam: refragante loquendi usu. Tum poeta sic argumentatur: Phyl-
lis, quae tam ingenuis moribus, tam generosa indole praedita est, e
plebe nata esse nequit, quippe quae scelesta sit. Sed interiectam
sententiam novo poeta membro extulit et exornavit sqq.
v. 18. *Neque eam sic fidelem*, fidam in amore, animo vere tibi dedi-
tam, *sic aversam*, alienam, abhorrentem a *lucro*, quo solo invitatae
meretrices viris subblandiuntur, amoremque simulant, *nasci potuisse
matre pud.*, talem esse posse, si nata esset matre, cuius eam pudere
debeat, adeoque infimae sortis, abiectissimae conditionis, si ignobili
genere orta esset. — [*Lucro avers.*] ideo dicit, *aversam lucro*, quia
non potuit pecunia corrumpi. *POR.* — v. 21—24. Denique liberalis
eius facies, praestantissimaque forma amorem tuum facile excusatio-
rem facit. Quod quidem meum de eius pulchritudine tanto verius
haberi debet iudicium, quo minus illud amore ducitur, cuius ne su-
spicio quidem in hominem, a quo proficiscitur, annum quippe XL

Integer laudo: fuge suspicari,
Cuius octavum trepidavit aetas
Claudere lustrum.

CARMEN V.

ARGUM. *Videtur poeta virum iuvenem quemdam a Lalages, puellae adhuc tenerae atque iuvenilis, amore avocare, dum ei suadet, ut cupidinem rei a naturae legibus alienae tollat, quum puella in ea aetate constituta sit, qua mutuum amorem viro praestare non possit. Quam sententiam duplici modo eleganter componit, dum alteram comparationem ab iuvenca, venerem adhuc aspernante, alteram vero ab uva immatura repetit. Huiusmodi exemplis cum delectu in hoc carmine depictis subiungit, quod iis proprium est, pervenire nempe utrumque ad maturitatis aetatem. Ceterum nostris temporibus, quibus tamen satis incaste vivitur, ratio, qua poeta in locis quibusdam usus est, paullo inhonestior adcommodari nequit, quapropter Horatius minime accusandus, qui exemplar quoddam Graecum hoc in carmine expressisse videtur.*

v. 23. *properavit* quaedam edd. e glossa. — 24. *Condere* coni. Bentl. quia id vocabulum proprium sit. Sed ob id ipsum praeferendum *claudere*, ut minus vulgare.

---

aetatis agentem cadere potest. Ita si horum vv. sententiam constituas, haud sane temere adsuti atque primario carminis consilio alieni videbuntur, aut, ut amoris suspicionem a se amoliretur adiecti. Partes pulchritudinis ponuntur, nota poetica ratione; et in his *brachia* et *surae*, cum delectu: quoniam haec in servabus, quae brevissimis tunicis utebantur, quaeque nec longas manicas habebant, maximam partem nuda conspiciebantur, cum *matronae* contra, *praeter faciem, nil cernere* liceret, *cetera — demissa veste tegentis.* Serm. I, 2, 94—95. — *teretes*, clementer exstantes, sensimque tenuatas, ut ait Lactant. de O. D. 5. *tumentes* contra s. enormes Epod. VIII, 10. — *integer*, *unbefangen*, animo integro, intacto, plane vacuo ab amore istas puellae dotes extollo, eximias iudico; ut III, 7, 23. cf. Burm. ad Val. Fl. II, 374. — [*Integer*] Castus et quia aut securus pulchritudinem laudat corporis, quia animi ante laudavit: aut certe de quo iam etiam aetas nihil obscoenum faceret suspicari. *ACR.* — *fuge*, noli *suspicari*, amori quidquam in hoc datum existimare, quandoquidem *aetas* mea *trepidavit claudere*, clausit *octavum lustrum*, XL annorum spatium exegit, absolvit. *Trepidare* eleganter de cursu aetatis, fuga temporis. Ceterum Xanthiam, cui se sic a Phyllidis amore immunem probaret Horatius, admodum iuvenem fuisse recte colligas; tum omnino continentiorem, minusque ista aetate ad voluptates eum fuisse propensum statuere licet. Vide Lambinum ad h. l. qui de verbi *trepidare* usu, quem elegantem vocat Mitscherlichius, plura ex Horàtio exempla adfert. Videtur Lambinus dubitare, an poeta verum dixerit, virum quadraginta annos natum ad res Venereas esse ineptum. Mihi autem huiusmodi quaestio supervacanea esse videtur. — [*Octav. trepid. claud. lustr.*] Aetate quadraginta aetatis annos se excessisse ostendit. Octo enim lustra, octo quinquennia, quadraginta annos, scilicet claudunt. Quae aetas videtur iam amori esse aliena. *POR.*

Nondum subacta ferre iugum valet
Cervice, nondum munia comparis
Aequare, nec tauri ruentis
In venerem tolerare pondus.

v. 2. *nec dum* unus Bersm. *munera* Alt. 2. e glossa. — 4. Recte Parmenses: *venerem*, ut ubique scribendum est, ubi res significatur, non persona. Et sic in similibus. Cf. III, 13, 5.; Serm. I, 2, 119.; I, 3, 109 etc. Vidit etiam Fea nonnunquam, velut Ep. ad Pis. 414. Cf. not. ad I, 1, 6.

---

v. 1 sqq. Nondum ad plenam pubertatem pervenit puella, cuius amorem expetis, nondum id aetatis attigit, ut amore eius frui liceat, nondum *tempestiva* est *viro*, ut supra I, 20. extr. Pro hoc poeta allegorica ratione, Graecis admodum familiari, usus: *nondum valet*, satis virium habet, satis robusta est iuvenca, impar adhuc est *iugo ferendo*, s. sustinendo *cervice*. — *subacta*, sc. iugo, subiecta, inserta iugo, proprio voc. Homer. Il. *κ'*, 293. *βοῦν — ἀδμήτην, ἣν οὔπω ὑπὸ ζυγὸν ἤγαγεν ἀνήρ.* Senec. Hipp. 1002. *Celsos sonipedes ocius subigit iugo. M.* — Iam, ut de allegoria pauca moneamus, tam Graecis quam Latinis poetis amoris mutui cum quocunque vinculo (v. c. *compede*, IV, 11, 24. *ἀλυκτοπέδῃ* Anal. Br. III. c. XVIII. inter *ἀδεσπ.* p. 154. *catena* Tibull. IV, 5, 15.) maxime cum iugo usitatissima est comparatio. *M.* — Hinc puella, viri adhuc expers, dicta *indomita* (Catull. LXVIII, 118.) *παρθένος ἀδμής* Homer. Od. *ζ*, 109. *κώρα ἄζυξ* Theocr. *κζ*, 7. et, aetatis tenerae simul ratione habita, simpliciter *πῶλος*, *μόσχος* et sim. quae contra virum experta est, ea *δμηθεῖσα*, *δμητή*, *iugum ferre* (laudant Plautina Curc. I, 1, 50. *Iamne ea fert iugum? PH. Tam a me pudica est, quam mea si soror sit.* adde Catull. LXVIII, 118. *qui tunc indomitam ferre iugum docuit*) *virili iugo submitti* (Stat. Silv. I, 2, 165.) et utrique amantes dicti *compares*, *σύζυγες*. Plaut. Pseud. I, 1, 65. — [Incertum est quem alloquatur hac ode, utrum amicorum aliquem an se ipsum; tamen ut revocet intemperatam mentem a cupiditate et a desiderio virginis immaturae, quam comparat per allegoriam iuvencae, et a translatione incipit dicendo, iugum eam coniunctionis ferre non posse, nec tauri tolerare pondus, ut designatione pecudis, inhabilem monstret viro, significans eam ita nullo adhuc calore aetatis sollicitari, ut soli esset ludo dedita. *ACR.* — *nondum munia*, laborem, operam *comparis* s. iugalis *aequare*, aequam compari praestare potest. Ducta imago a iuvencis aratro s. currui iunctis, quorum alter aetate ac viribus compari inferior haud aequam laboris partem in se recipere potest, haud aequo iugo trahit. Sensus igitur: nondum firma satis est aetate, ut amori tuo respondere valeat. Eadem translatione usus est Theocr. *ιβ'*, 15. *ἀλλήλους δ' ἐφίλησαν ἴσῳ ζυγῷ*, h. e. *aequabant amorem*, et Virgil. Aen. VI, 474. de Sichaeo et Didone. — [*Munia*] Obsequia, lege debita, quod vult intelligi de implendo uxoris officio. — v. 3. necdum *tolerare*, tergo sustentare *pondus tauri*, taurum nimio pondere eam degravantem, h. e. virum pati. Omnino verecundiae sensui in exprimendo amoris commercio satis consultum crediderunt veteres, dummodo illud non propriis, sed, quod inter homines est, a pecudibus, et quod pecudum est, ab hominibus verbis translatis eloquerentur. Sic Iphigeniam honesta appellatione *ἀταύρωτον* vocat Aeschyl. Agam. 254. adde Aristoph. Lysistr. 217. Rufin. c. XXXIV. (Anal. Br. II, 398.) alludens simul ad nomen puellae: *Σοί με λάτριν γλυκύδωρος Ἔρως παρέδωκε, Βοῶπι, ταῦρον ὑποζεύξας ἐς πόθον αὐτόμολον.* — [*Aequare*] pari affectu ferre, ut:

Circa virentes est animus tuae
Campos iuvencae, nunc fluviis gravem
Solantis aestum, nunc in udo
Ludere cum vitulis salicto
Praegestientis. Tolle cupidinem
Immitis uvae: iam tibi lividos

v. 5. Graev. *virentis* et 11. *auctumnus*. Vid. ad I, 15, 15. 6. *iuventae* Helmstad. — 9. *pergestientis* Helmstad.

Aequatque Sichaeus amorem. *ACR.* — *ruentis in venerem*, *συνουσίαν*, amoris aestu correpti, libidinis explendae cupidi. *M.*

v. 5 — 8. Colorem duxit poeta ex Anacr. *νή: πῶλε Θρηϊκίη — νῦν δὲ λειμῶνάς τε βόσκεαι, κοῦφά τε σκιρτῶσα παίζεις.* qua eadem ratione Galateam *μόσχω γαυροτέραν* vocat Theocr. *ια'*, 21. cf. III, 11, 9. — *animus est circa campos*, unice delectatur pascuis, libere vagando, atque exsultando, *χλοεραῖς ἐμπαίζουσα λείμακος ἡδοναῖς*, Eurip. Bacch. 864. — *nunc solantis* minuentis, levantis *gravem*, molestum sibi *aestum*, nimium solis calorem, *fluvio*, h. e. nunc aquis innando, refrigerium quaerendo. *M.* — nunc *praegestit ludere*, oblectat se discurrendo, vagando, exsultando cum vitulis; est Gr. *παίζειν*. cf. III, 11, 10. et 18, 9. — *udo*, aquis irrigato, quod rivus praeterfluit, apposito epitheto.

v. 9 — 12. Exspecta, dum puella ad nubilem aetatem perveniat, dum adultior facta sit. — [*Tolle cup. Imm. uvae*] Transit in allegoriam immaturae uvae, comparans viriditatem eius adhuc puellae virginitati. *POR.* — Ne appetas, noli decerpere uvam *immitem*, immaturam adhuc, acerbam, *ὠμὴν ὄμφακα.* Simillime Eustath. de Ismin. et Ismenes Amorr. L. V. p. 182. ed. Gaulm. *μὴ τὸ ῥόδον τρυγήσῃς πρὸ τοῦ προκύψαι τῆς κάλυκος, μὴ τὴν σταφυλὴν ὀμφακίζουσαν· μήπως ἀντὶ νέκταρος ὄξος ἐκθλίψῃς ἐξ ὄμφακος:* et paucis interiectis, *σὺ τὴν σταφυλὴν τρυγήσεις, ἀλλ' ὅταν ἴδῃς τὸν βότρυν περκάσαντα.* Iam Philodemus XV. (Anal. Br. II, 86.) eadem suavitate: *οὔπω σοι καλύκων γυμνὸν θέρος, οὐδὲ μελαίνει βότρυς ὁ παρθενίους πρωτοβολῶν χάριτας.* Sic Aeschyl. E. ε. Θ. *νόμιμα ὠμοδρόπα* sunt *nuptiae puellae admodum tenerae.* Scilicet comparatur illa aetatis *ἀκμή*, quae amori aptissima est, maturis cuiuscunque generis fructibus, dicta inde simpliciter *ὀπώρα*. Quo exquisito sensu haud dubie accipienda illa Chaeremonis apud Athen. XIII, 9. p. 608. *πολλὴν ὀπώραν Κύπριδος εἰσορᾶν παρῆν ἀκράσι περκάζουσαν οἰνανθαῖς χρόνου.* Epigr. *ἀδεσπ.* LX. (Anal. Br. III, 162.) *οὐ γὰρ ἔγωγε, ἔκκαιρον μήλων ἐκδέχομαι ῥυτίδα, ἀλλ' αἰεὶ πεπόθηκα συνακμάζουσαν ὀπώρην.* Eodem spectat splendidissimus Pindari locus Nem. VIII, 1. et V, 11. adde Isthm. II, 8. Dictae inde puellae nubiles *πέπειροι*, veluti Aristoph. Eccles. 891. *πέπειροι καὶ ὀργῶσαι παρθένοι* Plut. Num. p. 309. Reisk. adde Stratonis c. VIII. (A. Br. II, 361.) immaturae contra, *ὄμφακες*. Ex istis vero loquendi formis, ut in viam revertar, enatae reliquae locutiones, *ἥβας καρπὸν ἀποδρέπειν*, et sim. de amoris fructu. Satis superque e locis, quos ex poetis Graecis desumpsimus, evinci potest, Horatium colores, quos hoc spirat carmen, e Graecis duxisse. Ceterum Mitscherlichii diligentia in hunc finem multo maiora collegit, quae tamen ab hac commentatione, in universum ex Mitscherlichii commentariis hausta, resecui. Quod facientes nullam fraudem committere nobis videmur, nam Vir ille Doctissimus omnium auctor a nobis agnoscitur, quae primus re vera invenit. — [*Imm. uvae*] quia omnes uvae donec sunt lividae, semper non sunt maturae, sed autumnus distinguet, dum incipiunt maturescere. *ACR.* — Brevi adolescet, matura erit viro puella. *Au-*

Distinguet Auctumnus racemos
Purpureo varius colore.
Iam te sequetur; currit enim ferox
Aetas, et illi, quos tibi demserit,

v. 11. *Purpureo varios colore* coni. Bentl. et iam ante eum sic Manuel y Faria in commentar. ad Lusiadem Camoënsianam; item unus Ms. ap. Cun. et duae editt. vett. 1485 et 1486 (Mediolanenses haud dubie). Movet impr. Bentl. hoc, male auctumnum dici „purpureo varium colore." Sed sic non esse iungenda verba, post alios, Ianius ostendit in Obss. Sed non celabo, inquit Lambinus, libros nonnullos veteres habere, *Purpureus vario colore*, quos non sequor; neque tamen damno, si quis forte hac lectione magis delectetur. — *Purpureo varius colore* Cod. Goth. et Cod. Guelf. — 12. Vand. D.: *Purpureus vario.* Sequente v. Vanderburgii codd. alii: *sequetur, curret;* alii: *sequitur, currit.* — 13. *curret* (sic Cod. Guelf.) Bentl. 1, 2, 6. Fran. Alt. 1, 2. a m. s. Sed ad sensum etiam praestat vulgata. *velox* Mentel. male. — 14. *ut illi* Dess. 2. *quod tibi demserit, Adponet annus,* vel: *quot t. d. A. annos* coni. Bentl. in vulgata ad nauseam argutatus. Bentleii correctionem *quid tibi demserit, apponet annus* refutavit Bauerus.

---

ctumnus varius, qui variat uvam, dum eius tempore nigrescit, *πεϱ-*
κάζει. *Variari* proprio voc. *uva* dicitur, quae *variis racemis ducit pur-*
pureum, nondum matura, colorem, ut Ovid. Met. III, 485. eloquitur.
αἰόλλειν pariter adhibuit Hesiod. Scut. 399. *ὅτ' ὄμφακες αἰόλλονται.*
Propert. IV, 2, 13. *Prima mihi variat liventibus uva racemis* Cato R. R.
LXXIII. *Vbi uvae variae coeperint fieri*, cett. Nisi absolute accipere
praestat, qui mutat colorem fructuum, flavo inducto; quo sensu *ὀπώϱα*
κηϱινὰ occurrit in Alcmanis fragmento apud Athen. XIV. p. 648. Pot-
est vero etiam iungi, *varius distinguet:* quod ornate dictum foret pro
simplici, variabit, distinguet, mutabit, inficiet *colore purpureo*, adeo-
que ad maturitatem perducet *racemos lividos*, iam nigrescentes. *M.* —
[*Disting.*] h. e. nigrorem maturitatis variabit. Videmus enim racemos,
cum primum nigrescere incipiunt, non omnes simul ac uvas colo-
rari. *POR.* — v. 13. Tum Lalage amplexus tuos, quos iam asper-
natur, ultro expetet. — *te*, quem nunc fugit, *sequetur*, expetet. cf.
Virg. Ecl. II, 65. — [*Iam te seq.*] non est longum exspectare aptam
puellae aetatem ad consentiendum faciliorem. — *aetas currit*, noto
phantasmate. Idem idearum nexus in Alcaei Mess. 1. (Anal. Br. I, 480.)
ϑελήσει ὕστεϱον· ἡ δ' Ὥϱη λαμπάδ' ἔχουσα τϱέχει. *Currit mortalibus*
aevum, Sil. XV, 63. v. ad II, 16, 1. Cic. Tusc. I, 31. *Veniet tempus, et*
quidem celeriter; volat enim aetas. Aetatis cursum indefessum, con-
citatum praeclare depingit epith. *ferox*, quae inhiberi nequit, equi
ferocis instar. Eadem comparatio est in Theognideis vv. 963, 4. *Αἶψα*
γάϱ, ὥστε νόημα, παϱέϱχεται ἀγλαὸς ἥβη, οὐδ' ἵππων ὁϱμὴ γίγνεται
ὠκυτέϱη. Haec fortasse simplicior fuerit ratio. Neque tamen spreve-
rim illam alteram, qua *aetati* tribuantur, quae in *puellam* proprie
cadant. Esset adeo *aetas ferox*, puellae adhuc ferocis viros fugientis,
uti fere *Pholoe fugax* v. 17. Tum vero aetas nimis stricto sensu (np.
de solius Lalages aetate) positum esset, quem omnino latissimum vo-
lunt sqq. *M.* — Aetas *apponet*, addet, adiiciet, tribuet *illi annos*,
h. e. puella eos aetatis annos attinget, *quos tibi demserit*, quos tibi
demi, subtrahi, decedere animadvertes, h. e. puella ad id aetatis per-
veniet, in quo anni nulla amplius incrementa capiunt, adeoque ad
summum pubertatis florem, *ἐπ' ἄκϱον ἥβης.* Ita *crescentes annos*, h. e.
pubescentes, dixit Ovid. Met. X, 24. Vbi vero aetas maxima incre-
menta nacta est, tum illa *ἥβης μέτϱον*, (v. c. Hom. Il. λ', 225. Hesiod.

Adponet annos: iam proterva
Fronte petet Lalage maritum,
Dilecta, quantum non Pholoe fugax,

v. 15. *an' mos* coni. ap. Iones. Vix Horatiana sint talia. — 16. *petit* unus Bersm. Helmst. — 16. Vand. *γ'*: *petit.* — 17. *Delecta* Helmst. sollenni varietate.

Ἔϱγ. 131.) *ἐπ' ἄκϱον ἥβης ἱκέσϑαι* dicitur. Inscript. apud Fabrett. p. 287. et Gor. Inscriptt. T. I. p. 421. *ὃν ἀφείλετο Μοῖϱα κϱαταιή, πϱὶν γλυκεϱοῦ βιότοιο ἐς ἡλικίης τέλος ἐλϑεῖν.* Simonid. CII, 2. (Anal. Br. I, 145.) *ἐνϑάδε Πυϑώνακτα — κεκεύϑει γαῖ' ἐϱατῆς ἥβης πϱὶν τέλος ἄκϱον ἰδεῖν.* Quo etiam sensu *plenos annos* dixit Virg. Aen. VII, 53. Hinc in altero vitae spatio, quod ad senium vergit, cum aetatis vigore et ipsi anni deficere, nobis decedere, adeoque, vi oppositionis, adimi dicuntur. In utraque hac loquendi ratione facile intelligitur, ad annos transferri, quae proprie hominis sint, illos agentis. Atque hoc equidem modo poetae mentem satis probabiliter mihi aperuisse videor. Cui tamen, nescio an praeferendus sit alter hic multo simplicior, quo anni, quos vixerimus, de admenso nobis vitae spatio decedere, adeoque nobis demi: ii contra, qui nobis ad vivendum supersunt, dari, transactis adiici, adponi recte dici possunt. *M.* — [*Adpon. annos*] Pro viribus et aetatis flore dixit annos, tanquam illi per senium minuerentur. — tum amari se a te patietur. Pro hoc, colore iterum a iuvencis ducto, *proterva fronte*, petulantia, lascivis motibus *petet*, ad amorem sollicitabit *maritum*, iuvencum, honesta voce, ut passim; ipsa adeo iuvenes sectabitur, amatores conquiret.

v. 17 sqq. Lalage tunc *dilecta* erit, expetetur, magis ab iuvenibus amabitur, quam nunc Pholoë, Chloris, Gyges expetuntur, h. e. adultior facta mira formae pulchritudine exsplendescet. Iunge autem: *maritum petet dilecta, quantum* cett. quod paullo durius dictum videtur, pro, petet, diligeturque, amabit, vicissimque amabitur; plures amatores habebit, quam nunc Pholoe cett. Possis etiam hunc verborum ordinem tenere: Lalage dilecta, amata tibi *petet maritum* s. maritos, amatores sectabitur, *quantum non* cett. aptissimo quidem sententiarum progressu; in quo tamen epith. *dilecta* admodum frigidum, et *fugax* e poetae mente alienissimum videtur; tum magis exspectes, Gygen ab omnibus amatum dici, quam omnium amores venari. Restat denique tertia haec ratio: Lalage dilecta a te magis, quam Pholoe, Chloris, Gyges: quae parum probabilis videtur. *M.* — *Dilecta, quantum* etc. Cruquius h. l. ita interpretatur: non tarda est aetas, currit, cito pede labitur: et ut sine molestia tantillo obdures tempore, ipsa aetas adponet annis illius tuos annos, quibus non obtemperavit votis tuis, i. e. fiet maturior et quidquid in voluptate tibi decesserit, id omne tibi reponet dilecta tua Lalage, i. e. iuvenca adamata, quae tantum proterva fronte, i. e. odiosa peneque lasciva te petet, i. e. sequetur maritum, quantum non Pholoe, non Chloris, petulantissimae puellae fugaces, i. e. quarum gratia cito fugit et interit. Quae interpretatio propterea hic adposita legitur, quod procul dubio reliquis praeferenda videtur. Tum pergit Cruquius: hic monitum velim doctum lectorem, ut dispiciat haec epitheta: *ferox* aetas et Pholoë *fugax*, num suis locis apte sint posita, num rectius commutari possint, ita ut *aetas fugax* et *Pholoe ferox* potius dici debeat. Quod si vidisset Clariss. Doeringus, Wakefieldii coniecturam, quae tantummodo repetit, quod iam Cruquius dixerat, valde sibi arridere vix dixisset, sed potius Cruquium auctorem huiusmodi doctae coniecturae commemorasset. — *Pholoe fugax*, superbe amatores tractans, aspera. Arrogantiam eius notat su-

Non Chloris, albo sic humero nitens,
Vt pura nocturno renidet
Luna mari, Gnidiusve Gyges,
Quem si puellarum insereres choro,
Mire sagaces falleret hospites
Discrimen obscurum solutis
Crinibus, ambiguoque vultu.

CARMEN VI.

AD SEPTIMIVM.

ARGUM. *Ex amicitia sincerrima, cuius vinculo Horatius cum Septimio, viro spectatae fidei, coniunctus fuisse videtur, poetae persuasum est, Septimium tanquam fidelissimum amicum omnia pericula una secum*

v. 18. Vand. O: *Doris.* — 19. 6 Vandd. *renitet*, partim cum v. l. *renidet.* — 20. *Gnidiusque* Venet. 1492. Locher. Ascens. ita quoque propter codd. optimorum consensum cum Fea edidit Iahnus. — *Gnidiusve* Cod. Goth. et Cod. Guelf. — etiam Graev. *Cnidiusve.* — 22. V Vand. *sagacem f. hospitem.* Ceterum Vandd. D E I pro inscriptione: *Ad Sodalem.*

---

pra I, 33, 6. — [*Phol. fug. Non Chloris*] Nomina pro exemplo posuit, quae dum ante viros vitassent, postea obscoenarum vitam elegere mulierum. — v. 18. *nitens*, resplendens, insignis *albo*, candido *humero*, candidos humeros habens, et hoc omnino pro, candida, pulchra; parte tantum pulchritudinis, quae veteribus magis ostenderetur, quaeque in Chloride forte speciosissima esset, pro universa posita.

v. 19. *Vt luna pura*, puro caelo, facie eius nulla nube obscurata *renidet*, resplendet, refulget in mari nocturno, noctu. Pervulgato vero loquendi more *renidere*, *ridere* dicuntur res, loca, quae laetam ostendunt faciem, quae vel suo vel mutuato nitore splendent.

v. 20. Quantum nec *Gyges*, a Gnido Cariae oriundus, in deliciis habetur, quot nec Gyges amatores habet. — [*Gnidiusque Gyges*] Nomen pueri pulchri, de Gnido insula, Veneri dicata, ut ipse superius: *O Venus regina Gnidi Paphique.* Huius pueri formam laudat Ovidius. *ACR.* — *Si insereres*, immisceres eum *choro*, turbae, multitudini puellarum, si inter plures puellas puellari habitu versaretur, *discrimen* sexus *obscurum*, admodum tenue, obscuratum *crinibus solutis*, per crines, quos solutos gerit, *et vultu ambiguo*, de quo ambiguum est, utrum pueri sit, an puellae, os puellare *falleret*, lateret, non deprehenderetur, non animadverterent *hospites*, homines, quibus plane ignotus esset, *mire sagaces* (ita iungere malim, quam *mire falleret*) etsi sagacissimi, etsi, ubi ipsis dixeris, puerum inter puellas versari, eius reperiundi omnem dent operam, quantumvis curiose oculos circumferant. *M.* — Doeringus cum Mitscherlichio verba *mire sagaces* ita coniungit, ut unum efficiant sensum, sed non video, quidni rectius coniungi liceat *mire falleret*, nam inprimis mirari debebant hospites sagaces, quam *mire* falleret vultus pueri ambiguus. Ceterum si cui altera ratio verborum inter se iungendorum magis arrideat, per me usque licebit. — Ita plane Hermaphroditum describit Lucian. D. D. XXIII. ὁ δὲ θῆλυς καὶ ἡμίανδρος καὶ ἀμφίβολος τὴν ὄψιν· οὐκ ἂν διακρίναις, εἴτ' ἔφηβός ἐστιν, εἴτε καὶ παρθένος. — [*Hosp.*] Suaviter hic hospites pro ignotis dicit, h. e. qui ipsum puerum nossent: sic enim falli possint obscuro sexus discrimine et ambiguo vultu. *POR.*

subiturum esse, rogatque eum, ut se in agrum Tiburtinum, ubi reliquum vitae spatium, ex pulvere ac sole in umbram receptus, peracturus sit, comitetur, supremaque officia sibi, scilicet vita defuncto, persolvat; unde facile intelligitur, amicitiam inter Septimium et Horatium perraram fuisse. Conf. Epist. I, 9. *in qua Septimii nomen redit.*

Septimi, Gades aditure mecum, et
Cantabrum indoctum iuga ferre nostra, et
Barbaras Syrtes, ubi Maura semper
Aestuat unda:

AD SEPTIMIVM DE TIBVRE ET TARENTO vett. editt.

v. 1. Priore *et* videtur careri posse. Singulos versus ea copula saepius Hor. finit in lyricis, sequentes nunquam. *aditure.* Si opus sit.

2. *Cantabrum.* Epist. I, 18, 55. — 3. *Malva* (*Malvāna* et *Malua*, *Μαλοῦα*, Ptolem.) coni. Cruqu. Est illud magnum Mauritaniae flumen.

---

v. 1—4. *Aditure mecum*, qui me comitaturus esses, si mihi remotissimae vel periculosissimae terrarum plagae adeundae forent, h. e. qui spectatissimae in amore es fidei, quocum summa mihi intercedit amicitiae coniunctionisque necessitudo. Cf. Epod. I, 11. Propert. I, 6, 3. 44. Ovid. Am. II, 16, 19. Martial. X, 20, 7. Stat. Silv. V, 1, 127. Iam pro ultimis terrarum locis sunt *Gades*, (nunc *Cadix*) extrema versus occidentem insula, v. ad II, 2, 11. — *Cantabri*, populus Hispaniae Tarraconensis bellicosissimus, iam semel ab Augusto V. C. DCCXXIX et iterum DCCXXXI victi, denique ab Agrippa DCCXXXIV perdomiti. — [Septimium equitem Romanum, amicum et commilitonem suum hac ode alloquitur, cui se tanta gratiae necessitudine fatetur adstrictum, ut si velit ad ultimas nationes ire, se cum eo promittat posse. Hortatur tamen ut gratissima sibi loca eligat Tiburis et Tarenti, quorum et amoenitatem laudat. [*Gades*] insulae sunt Hispaniae in ultima parte Oceani. *ACR.* — [*Gades*] Gades oppidum a Poenis conditum. — *indoctum ferre*, ἀδίδακτον φέρειν, qui assuefieri nequit iugo ferendo, qui detrectat imperii nostri iugum, qui perdomari nequit. Ceterum simili colore Flor. IV, 12. init. *necdum assuetae frenis servitutis tumidae gentium inflataeque cervices ab imposito nuper iugo resiliebant.* Similiter Iustin. XLIV, 5. de iisdem: *Nec prius iugum Hispani accipere potuerunt, quam Caesar Augustus, perdomito orbe, victricia ad eos arma transtulit, populumque barbarum ac ferum* (puta Cantabros) *legibus ad cultiorem vitae usum traductum in formam provinciae redegit.* — [*Cantabr.*] apparet Cantabros, quae est gens Galliae, illo adhuc tempore indomitos fuisse, cum dicit Cantabrum indoctum iuga ferre nostra. — v. 3. Tu sustineres mecum adire navibus *Syrtes*, eam Africae oram, cui Syrtes praetentae sunt, adeoque periculosissimam navigationem non recusares. Facile in hanc sententiam ducunt adposita, *ubi unda Maura aestuat*, ad quae vada continuo fluctus adliduntur, ubi mare est acerrimum; constanter extremam Africam per Syrtes Hor. designat. v. I, 22, 5. II, 20, 15. ut alios taceam. Nullam adeo vim habent, solique ornatui data existimanda sunt illa, *ubi Maura* (nunc *Marocco*) cett. pro vulgari, Syrtes Libycas, ut *Gaetulas S.* II, 20, 15. — [*Vbi Maura*] Maura hic pro Africa ἁπλῶς dicitur, scilicet quod tam Africa quam Mauritania generaliter Libya dicitur. *POR.* — *barbaras* accolarum feritatem declarat.

Tibur, Argeo positum colono,
Sit meae sedes utinam senectae;
Sit modus lasso maris et viarum
Militiaeque.
Vnde si Parcae prohibent iniquae,
Dulce pellitis ovibus Galaesi

v. 5. *Argaeo* multi scribunt. Sed est Ἀργείῳ. *Argivo* Bland. antiquiss. Cruqu. duo Torrent. unus Bersm. Pulm. 2. — 10. *pullatis*, h. e. nigris, legit Ge. Agricola; e Galaeso bibentes pecudes nigras esse factas, ut e Clitumno albas. Male. *Galaesi* scribendum, non *Galesi*. Est enim Γαλαῖσος. v. Marcil. et Heyn. Var. Lect. ad Virg. Georg. IV, 126. *Galaesum fl.* (ut „Metaurum flumen, Rhenum flumen") quid. Lamb. Cuning.

---

v. 5—8. Vtinam in Tiburtina regione extremam aetatem degere liceat! Ornate pro hoc, utinam Tibur *meae senectae*, mihi seni facto, *sedes*, locus requietis *sit*, aliquando contingat, utinam Tibure sedem figere, in senectute ibi requiescere liceat. Tiburis laudes habes I, 7, 12. — *Positum*, fundatum, conditum (ut Virgil. Aen. III, 8. IV, 212. et saepius) erat *colono*, a colono, *Argeo*, Ἀργείῳ, Argivo, a colonis Argivis, a Tiburno, Catillo et Cora, fratribus, eo deductis. Vide ad I, 18, 2. *Mea senecta*, ut Tibull. III, 3, 8. *Inque tuo caderet nostra senecta sinu. Mea aetas* Propert. II, 14, 7. *Sedes* exquisite de recessu, in quo otiamur, desidemus post longos errores, diuturnasque iactationes; ubi perpetuo commorari, in quo adeo *senium componere* (Stat. Silv. III, 6, 13.) constituimus, ut h. l. — v. 7—8. Pedestris ratio ita iungebat: sit sedes mihi, laboribus fesso, post tot exantlatos labores, militiae aerumnis confecto. Pro hoc disiuncte ac nova sententia: Tibur sit *modus*, finis, (ut Serm. I, 5, 104. *Brundusium longae finis chartaeque viaeque)* terminus mihi *lasso maris*, Graeca structura, pro lasso mari, itineribus maritimis *et viarum*, ac terrestribus, *militiaeque*, per militiam factis, defatigato, *peregrino labore fesso*; (ut Catull. XXXI, 8, 9.) sententia adeo plane eadem: respirare aliquando liceat a militiae laboribus in Tiburtino secessu, Tibur perfugium ac portus sit, in quo ex longa militia requiescam. Male alii iungunt, *sit modus maris* cett. Tibull. I, 1, 26. *Nec semper longae deditus esse viae;* et v. 52. *Quam fleat ob nostras ulla puella vias.* Id. II, 6, 3. *Et seu longa virum terrae via seu vaga ducent aequora, cum telis ad latus ire voles.* Ceterum *mare* ac *vias* de itinere maritimo et pedestri pariter dixit Epp. I, 11, 6. Respicit vero poeta militiam suam sub Bruto, (de qua v. c. seq. init.) sibi, homini molli ac *solibus apto*, (Epp. I, 20, 24.) satis gravem, qua adeo otium ac tranquillam senectutem sibi promeritus videbatur. — [*Sit modus*] *modum* finem dixit laborum, ut eadem domo et senectam ageret et vitam finiret. *ACR.* — Optat ergo sibi post laborem maris et viarum atque militiae in reliqua aetate Tiburis secessum. *POR.* — v. 9—12. Vel in agro Tarentino. *Vnde*, a quo np. Tibure *si Parcae* me *prohibent*, arcent, non sinunt, me ibi in senectute degere: hinc *iniquae*, adversae. Quod si hoc per fata non licet, utinam agrum Tarentinum saltem concedant, senectutis meae sedem esse velint. Pro hoc, variata oratione, *petam* aliquando, senex factus, regionem Tarentinam. — v. 10. *Galaesus*, (hodie *Galaso*) Calabriae fluvius (Martial. VIII, 28, 4.) in agrum Tarentinum influens ipsum Tarentum alluebat: cuius ab utraque ripa amoenissima ac fertilissima rura erant. *Vmbrosi pineta Galaesi* laudat Propert. II, 25, 67. *vineta Galaesi* Stat. Silv. II, 2, 111. cf. Virg. Georg. IV, 126. — *dulce ovibus*, quod *frigus amabile* iis *praebet*, ut de Digentia III,

Flumen et regnata petam Laconi
Rura Phalanto.
Ille terrarum mihi praeter omnes

v. 11. Ed. a Zurck in variis lectt. *Galesum*, eleganter: vidd. Fea et interpp. Ep. ad Pis. v. 18. — 12. *Phalantho, Palanto, Palantho,* errores. Est Φάλαντος.

13, 10. tum propter herbarum ad eius ripas nascentium ovibusque gratarum ubertatem. *Arva amica pecori* similiter Avien. D. O. 1095. Martial. l. l. *tibi floruit herba Phalanti, qua saturat Calabris culta Galaesus aquis.* Atque hanc quidem rationem tenere praestat, quam cum quibusdam ad fluvii lanae ovium inde bibentium candorem augentis virtutem referre. Martial. XII, 63, 3. *Albi quae superas oves Galaesi*, et Claudian. de VI. Cons. Hon. 506. *Clitumni — undas candida quae Latiis praebent armenta triumphis.* — *Oves pellitae*, pellibus tectae, simpliciter *tectae* appellatae Plinio VIII, 72. Colum. VII, 2. et aliis. Solebant vero oves, maxime Tarentinae, operiri pellibus, ne lana, quae pretiosissima esset (Colum. l. l. *Generis eximii Milesias, Calabras, Appulasque nostri existimabant, earumque optimas Tarentinas)* aëris iniuria corrumperetur (Varro R. R. II, 2. *similiter faciendum in ovibus pellitis, quae propter lanae bonitatem, ut sunt Tarentinae et Atticae, pellibus integuntur, ne lana inquinetur, quo minus vel infici recte possit, vel lavari ac parari)* aut rubis spinisque obnoxia esset; qua de causa in *liberos maxime campos et omni surculo ruboque vacantes ovem Graecam* pastum agebant, *ne et lana carperetur et tegumen*, quod et ipsum pretiosum erat, ex Arabia quippe petitum. Plin. l. l. *Operimenta ei ex Anabicis praecipua.* Tum *ex omnibus Tarentinum genus ovium erat mollissimum, frigorisque impatiens*, Colum. VII, 4. — [*Galesi*] Galesus fluvius est iuxta Tarentum, ubi pro pasturae copia vel dulcedine maiores ovibus lanae sunt, de quo Virg. Qua niger humectat flaventia culta Galesus. *ACR.* Pellitas autem oves dixit, quod Tarentinae oves pellibus teguntur. *POR.* — v. 11. *Rura regnata Phalanto*, possessa a Phalanto, quae aliquando tenuit Phal., nota poetarum ratione, populum ab antiquo aliquo eius rege designandi. v. III, 29, 27. Stat. Theb. I, 335. eadem orationis forma: *Scyllaeque rura purpureo regnata seni*, h. e. Niso. Phalantum vero memorat poeta cum delectu, nam is erat alter Tarenti conditor. Hoc enim duce Partheniae (ita enim per contumeliam ii Spartanorum dicti, qui e promiscuo omnium feminarum concubitu nati essent) metu inopiae, et ob notam materni pudoris domo profecti, tandemque in Italiam delati, occupata arce Tarentinorum, expugnatisque veteribus incolis sedem ibi constituerant. Iustin. III, 4. Strabo VI. p. 426. Hinc *Galaesus Lacedaemonius* Martial. II, 43, 3. *Phalantinus*, V, 37, 2. *Therapnaeus*, Stat. Silv. II, 2, 111. *Tarentum Phalanteum* Sil. X, 16. — [*Phalanto*] Phalantus Lacedaemonius fuit, eiectus patria hac culpa, quod absentibus Lacedaemoniis filiae eorum ex servis gravidatae natos ediderant, postea reversi patres tali culpa genitos expulerunt, quorum dux Phalantus fuit, qui Tarentinam condidit civitatem, ut fertur, octavus ab Hercule. — v. 13 sqq. Ista mihi regio prae omnibus (excepto Tibure) cum ob soli bonitatem, tum ob mitem aëris temperiem arridet. *Ridet,* arridet *mihi*, capit me laeta ac grata sua specie, tenet me, placet mihi ille *angulus terrarum*, terrae (ita iunge) recessus, ubi tranquille et in otio, quae amat senectus, vivere licet, *praeter omnes angulos* t., prae omnibus terrarum locis, ubi desidere volupe est. Ad rem Epp. I, 7, 44. *mihi iam non regia Roma, Sed vacuum Tibur placet aut imbelle Tarentum.* — [*Ille terr. ang.*] ordo est: ille angulus ridet mihi

Angulus ridet, ubi non Hymetto
Mella decedunt, viridique certat
Bacca Venafro.
Ver ubi longum tepidasque praebet
Iupiter brumas: et amicus Aulon

v. 17. *Ver tibi* Helmstad. a m. pr. *trepidasque* unus Bersm. Helmst. a m. pr. — 18. *amictus* eleganter coni. N. Heins. *amictus Verticem* coni. ap. Iones. *apricus* et mox *fertilis* emend. Bentl. Male, nam sic duo epitheta habebit Aulon; quod ingratum in latina poesi. — Vand. D. *Aloon.* Sequente v. *Fertilis* 5 codd. Vandd., et ita correctum in A. Sic etiam Ms. apud Canterum Nov. Lectt. 6, 14. Deinde *nimium* pro *minimum* aliquot Vandd., frequente lapsu. Cf. Fea ad Serm. I, 5, 6. Longe autem concinnior veriorque mihi videtur lectio antiqua *Fertili,* neque *Baccho*, id est vino, *fertili* magis offendor quam *segetibus feracibus* Carm. I, 31, 3 sqq. *Aulon* deus montis cognominis: cf. Ovid. Met. XI, 156. Senecae Thyest. 31 etc. E. Nic. Heinsii sententia Wak. reponens *amictus* conferri iubet Epist. I, 16, 3.; Virg. Georg. II, 38.; Ovid. Met. X, 100. Fast. IV, 707.; sed *amicus* aeque bonum, Horatioque satis usitatum: vide I, 26, 1; II, 17, 2; III, 4, 25; IV, 6, 41 etc.

---

praeter omnes, supple angulos terrarum, pro loco autem angulum posuit. — v. 14. Cuius mel praestantissimum habetur, est. Mel Tarentinum *non decedit Hymetto*, h. e. melli Hymettio, Attico, suaviter pro, eiusdem est notae, bonitatis, non inferiore habendum est loco. *Decedimus* enim, *adsurgimus* iis, qui nobis honore, dignitate, meritis superiores sunt. Simillime Virg. Georg. II, 97. *Amineae vites, firmissima vina; Tmolius adsurgit quibus et rex ipse Phanaeus.* v. Markl. ad Stat. Silv. I, 2, 150. Hymetti vero, montis Atticae, mel laudatissimum. Sil. XIV, 199. *nectareis vocat ad certamen Hymetton audax Hybla favis.* De melle Tarentino v. Varro apud Macrob. Sat. II, 12. cf. III, 16, 33. — *viridique certat* cett. Vbi oleum optimum provenit. Hoc iterum per comparationem extulit. *Bacca* olivae Tarentinae *certat*, de principatu contendit (ut in Silii loco modo laud. Stat. Silv. II, 7, 28. *Quae Tritonide fertiles Athenas unctis*, *Baetica*, provocas *trapetis*). *Venafro*, cum Venafro, Graeca structura, et hoc pro Venafrana bacca; oleum Tarentinum non cedit Venafrano. — Huiusmodi constructiones linguae Graecae proprias poeta linguae Latinae indoli conformes reddere studet, cuius rei exempla ubivis obvia, quod quin fieret, evitari vix poterat, quum Horatius, qui Graecorum poetarum opera legerat, eorum rationis loquendi persaepe memor esset. — Palmam huic defert ac praecipuam gloriam tribuit parti eius, Liciniae dictae, Plin. XV, 3. cf. Serm. II, 4, 69. Colum. V, 8. Martial. XIII, 101. — *viridi*, olivetis consito, apposito epitheto.

v. 17. Vbi per totum annum mitis est aëris temperies. Apte ea declaratur per *ver longum*, quod statim *bruma tepida*, hiems remissior excipit. Stat. Silv. III, 5, 83. *Quas et mollis hiems et frigida temperat aestas.* Hor. Epp. I, 10, 15. *Est, ubi plus tepeant hiemes, ubi gratior aura Leniat et rabiem Canis et momenta Leonis?* Iovi hoc temperamentum tribuitur; nam is *variis Horis mundum temperat* I, 12, 15. Vide omnino Epod. XVI, 53 sqq. et cf. ad II, 10, 15. — *et amicus Aulon* cett. h. e. vinique optimi ferax. *Aulonis* nomine haud dubie tractus (depressior, *αὐλών*) regionis Tarentinae, in quo vinum nobilissimum nascebatur, a poeta designatur. Laudant Martial. XIII, 125. *Nobilis et lanis et felix vitibus Aulon det pretiosa tibi vellera, vina mihi.* *Amicus Baccho*, quem amat Bacchus, vini feracissimus. Sil. XII, 526.

Fertili Baccho minimum Falernis
Invidet uvis.
Ille te mecum locus et beatae
Postulant arces: ibi tu calentem

v. 19. *Fertilis* emend. Passerat. et sic iam olim Serv. ad Virg. Aen. III, 553. unus Lamb. duo Cruqu. Pulm. 3, 4. Mentel. Bentl. 2, 8. Venet. 1492. Asc. Locher. Heins. Canter. nov. lectt. VI, 14. Klotz. lectt. Venus. p. 247. Sed plane languidum esset epitheton *fertilis*, cum semel dictus esset Aulon *amicus Baccho.* Tum a vulgata non est opus recedere, quae exquisitum ornatum habeat. — 21. *me tecum* Sax. Alt. 1. — 22. *ubi* unus Bersm. Fran. Dess. 2. Lips. 3, 4. a m. pr. Steph. Cun. — *ubi* 7 Vandd.

Allifanus Iaccho haud inamatus ager. Stat. Silv. III, 5, 107. *Caraque non molli iuga Surrentina Lyaeo.* Martial. IV, 43, 3. *Haec iuga, quam Nysae colles, plus Bacchus amavit,* et XII, 99, 3. *Baetis — quem Bromius, quem Pallas amat.* De arvis pomosis idem I, 50, 8. *dulce Botrodi nemus*, *Pomona quod felix amat.* — *fertili*, qui Aulona vitibus, uvis fertilem reddit, ut *palma nobilis* I, 1, 5. Diana *prospera frugum* IV, 6, 39. Est adeo *Bacchus fertilis*, *πολυστάφυλος* (Hom. H. in eundem 11.) *φερεστάφυλος* (Oppian. Cyneg. III, 59.) *εὐάμπελος*, *εὔκαρπος*, *πολυγηθέα καρπὸν ἀέξων*, quae Orphica sunt Bacchi epitheta. — *minimum*, non *invidet Aulon*, Aulonis uvae non invident *uvis Falernis*, agri Falerni, vinum Tarentinum Falerno haud deterius est, eiusdem est notae. Nam invidemus praestantiori. Simili acumine Stat. Silv. I, 2, 150. *rupesque nitent*, *quis purpura cedit Oebalis*, *et Tyrii moderator livet aheni.* Idem totum hunc locum expressit Silv. II, 2, 4. *Qua Bromio dilectus ager*, *collesque per altos uritur*, *et praelis non invidet uva Falernis.* Iam observa poetae copiam: *non decedere, certare*, *non invidere.* — [*Falernis Invid. uvis*] h. e. non est impar uvis Falernis. Invidere enim sibimet solent impares virtute. Hic Aulon mons est Calabriae et quia impar non est, ideo dixit non invidere. — v. 21—24. Ibi ego tecum lubentissime versarer, viverem. *Ille locus*, illa convallis (Aulon) *beata* (ad utrumque enim refer) amoena ac ferax, *et arces*, *τὰ ἄκρα*, editiora loca, colles *beati*, quod utrumque significantius et copia poetica pro universa regione Tarentina ponitur. *Turres arcis Oebaliae* vocat quidem *Tarentum* Virg. Georg. IV, 125. quod tamen quo minus h. l. intelligam, vetat vel oppos. *locus*, Aulon. — *te mecum*, me tecum, me et te *postulant*, vocant, invitant ad se; sed fortius alterum: cogunt nos illecebris suis ad se secedere. Satis vero frequentata poetis ratione *invitare, vocare* nos regio dicitur, quae gratum nobis hospitium praebet, in quam lubentes secedimus. — *Ibi* ego senium componam, moriar: pro hoc per consequens poeta: ista terra tegi, condi aliquando velim: et pro hoc cum tenerrimi amoris adfectu: ibi tu mihi iusta persolves. *Sparges*, consperges, *lacryma*, lacrymis *debitis*, iustis, quas mortuis debet humanitas, (fere ut *iusto comploratu prosequi mortuos* Liv. XXV, 26. Sic et *iusta facere*, *persolvere* de sepulturae officio) *ὃ γὰρ γέρας ἐστὶ θανόντων* Hom. Il. ψ', 9. Orph. Arg. 546. *λοιβὰς δοῦναι ἐπιχθονίοις, καὶ δάκρυα λειβέμεν ὄσσων*, h. l. cum vi, quae amici defuncti gratia profundas, *favillam* meam, cineres meos; sed alterum respicit sollennem illum fletum, dum ossa et cineres adhuc tepidi (quae est *favilla*) colligerentur (v. Tib. III, 2, 25.) in honorem mortui editum. Iam pro favillam *meam* quanto significantius, et *vatis* et *amici:* quo honorem istum facultate poetica se promeritum, amicitiaeque iure a Septimio sibi debitum pulchre innuit. *M.* — Cl. Mitsch. comparat Inscr. apud Fabrett. p. 64. et Fleetw. p. 320. sed vitiose scriptam. Emendatius hoc epigramma ex-

Debita sparges lacrima favillam
Vatis amici.

CARMEN VII.

AD POMPEIVM.

ARGUM. *Poeta in hoc carmine ostendit, quanta laetitia sibi parta sit, amico suo, Pompeio Grospho, qui rursus belli civilis periculis se exposuerat, praeter omnem exspectationem Romam revertente, quo apud se recepto, cuique oblectamento indulturus est. Horatius ipse post praelium ad Philippos commissum a. V. DCCXIII. Romam redierat. — De Pompeio Grospho, equite Romano, Pompeii Magni, ut videtur, liberto, copiose egit ad h. l. Sanadonius. — Videtur scriptum hoc carmen, cum Brutus inducias pepigisset cum (Sexto) Pompeio. — Addere placet argumentum ex Codice Gothano descriptum, quod ita sonat: gaudet de reditu Pompilii, [?] quem commilitonem in Bruti et Cassii castris fuisse commemorat et belli civilis pericula evasisse, Augusto victore, qua gratia libentius se convivium exhibere promittit.*

O saepe mecum tempus in ultimum
Deducte, Bruto militiae duce,

v. 24. *Vatis Horatî* Mentel. ex IV, 6, 44. — Vand. D.: *Vatis Horati*, quod petitum ex Carm. IV, 6.

AD POMPEIVM SODALEM ET COMMILITONEM Venet. 1492. AD POMPILIVM VARVM omnes Torr. et sic, item AD POMPEIVM VARVM, plurimae editt. Sed POMPILII nomen vel solus v. 5. reiicit. Tum, nescio quo errore, VARVM appellarunt eum librarii, cum nullum exstet exemplum, e gente Pompeia cuiquam id cognomen fuisse. Potius docte et eleganter adserit Sanadonus, esse intelligendum *Pompeium Grosphum*, ad quem est huius libri carmen XVI. et de quo Epist. I, 12, 22. — AD HORATIVM POMPILIVM COMMILITONEM Cod. Goth. AD POMPILIVM Cod. Guelf. In inscriptione haeret quoque Vanderbourgius, quem vide ad h. l. Tom. I. in notis pag. 365.

---

hibuit Iacobsius, Vir Illustris, in Anthol. Graec. DCCXV, 6, 7. T. IV. p. 273. sic: *Μέμνεο κὴν ζωοῖς ἐμέθεν, καὶ πολλάκι τύμβῳ Σπεῖσον ἀπὸ βλεφάρων δάκρυ ἀποιχομένῃ.* — [*Ibi tu cal.*] ordo est: ibi sparges tu calentem favillam vatis amici debita lacryma, i. e. naturali aut debita propter amicitiam. Antiquorum enim mos erat mortuorum cadavera concremare, ideo defuncti favillam dixit, ut est: Bibulam lavere favillam. *ACR.*

---

v. 1. Qui saepe mecum *in ultimum tempus deductus* es, summum vitae periculum subiisti, in extremum vitae discrimen adductus es, *Bruto militiae duce*, dum uterque sub Bruto militaremus, Bruti partes sequeremur. Forte nihil amplius poeta voluit, quam: qui mecum sub infaustis Bruti auspiciis militasti, commilito. *Tempus ultimum* est, ubi rerum nostrarum tam misera conditio est, ubi in tantum discrimen adducti sumus, ut salutem ac vitam desperemus. Ita *supremum tempus* dicitur Catullo LXIV, 151. *extremum tempus* ibd. v. 169. uti *extrema tempora* Cic. ad Div. X, 12. init. Similiter vero *in extremum casum deduci*, quod Hor. *in ult. tempus ded.*, dixit Hirt. B. Alex. 7.

Quis te redonavit Quiritem
Dîs patriis Italoque caelo,
Pompei, meorum prime sodalium?
Cum quo morantem saepe diem mero
Fregi, coronatus nitentes
Malobathro Syrio capillos.

v. 3. *Quiritum* emend. Heins. et sic Sivr. — 5. *Pompili* plerique Torrent. Mentel. Fran. Dess. 2. Lipss. tres, Venet. 1492. Asc. Locher. item quaedam exempla Scholiastarum. *Pompi* unus Torr. Cod. Guelf.
8. *Malabathro, malobrathro*, errores. *Corobatro* (sic) Cod. Guelf. ex errore.

— [*O saepe mecum* etc.] Ad Pompeium Varum scribit, gaudens ob eius in patriam reditum, quem commilitonem sibi in castris Bruti et Cassii fuisse commemorat et belli civilis evasisse pericula Augusto victore, qua gratia liberius se convivium exhibere promittit. Ordo est: *O Pompei, prime meorum sodalium, saepe deducte mecum in ultimum tempus, Bruto duce militiae, quis redonavit Quiritem te diis patriis et Italo caelo?* — [*O saepe*] Hanc oden ad Pompeium sodalem scribit, qua gratulatur ei, quod restitutus sit in patriam et testatur commilitonem sibi fuisse in castris M. Bruti. — v. 3. *Quis te redonavit*, reddidit, restituit, ecquo felici fato redditus es *Diis patriis*, solo patrio, *Italoque caelo*, Italiae. *Deos, Penates, Lares patrios* revisere, salutare, *adspicere* (Serm. II, 5, 4.) et *linquere* (III, 27, 49. Epod. XVI, 19.) sollennia poetis de abitu et in patriam reditu. *Redonatur* Grosphus *patriae*, facta ei in patriam redeundi potestate, donatoque iterum pleno civitatis iure. Hinc cum virtute adiectum, te *Quiritem*, te plenum civis Romani ius iterum adeptum, ab exsilio revocatum. *Caelum* saepius pro parte caeli: tum pro regione ei subiecta. Fortasse tamen simplicissimum fuerit, reddi caelo Italo accipere pro: iterum sub caelo Italiae vivere. — [*Redonavit*] Reddidit, redire fecit in patriam. — [*Quiritem*] Romanum. Notandum tamen quod singularem numerum posuit, cum plurali numero dicatur. *ACR.* — [*Quis te red.*] Quiritem civem Romanum significat. Attende singulari numero dictum, quod non facile apud veteres invenies. *POR.* — [*Ital. caelo*] caelum pro Itala regione posuit, ut idem alibi: *caelum, non animum mutant, qui trans mare currunt.* — v. 5. *prime sodalium*, quem sodalium omnium carissimum semper habui. — [*Prime*] Praecipue, h. i. cuius amor ante omnes sit. — *frangere diem* solidum *mero*, partem de die gravibus ac seriis rebus destinato demere, demptamque compotationi dare; decurtare diei spatium, noctique illud adiicere; fit hoc compotatione tempestivius instituta. Vide ad I, 1, 20. — Doeringus hanc Mitscherlichii explicationem, quae eadem Lambini est, paullo subtiliorem vocat, locum ipsum ita interpretatus: cum quo saepe tempus fefelli in compotationibus. — *morantem*, qui tardius ire videbatur convivaturis. — [*Mor. diem*] Pro longo dixit, h. e. aestivo, qui quasi cum mora spatium suum decurrat. *ACR.* — [*Cum quo*] *Morantem* pro longo posuit, quod quasi cum mora spatium suum decurrat. Fregi autem diem, videtur pro eo quod est, divisi dixisse, ut a sexta hora significet se saepe epulatos. Mero autem sive dativo casu sive ablativo accipias, habebit suam rationem. Sensus autem est: Illa re fregi diem aut illî rei fregi. *POR.* (Idem contendit *ACR.*)
v. 7—8. *coronatus capillos*, *ἐστεμμένος, στεφανωθεὶς κόμαν, ἔθειραν*, pro: gerens caput floribus redimitum, capillos serto ornatos, eosdemque *nitentes*, *λιπαρούς*, (v. ad I, 4, 9.) unctos, perfusos *Maloba-*

Tecum Philippos et celerem fugam
Sensi, relicta non bene parmula;
Quum fracta Virtus, et minaces
Turpe solum tetigere mento.

v. 11. *et minaces turmae Turpe* cett. Venet. 1492. Locher. error librarii, vitio fortasse dictantis. — 12. *turpe!* (ut sit exclamatio) post Ge. Fabricium Bersm. Bentl. Cun. San. Sivr. *minaci — mento* mallet Scaliger Poet. VI, 7. Totus ei locus displicet. Vide, si ridere voles, quomodo corrigat Horatium: *Cum fracta virtus insolenti* (s. *obstinato*) *Cedere non verita est furori.* Vel: *Oblita virtus cum vetustum Perdere non timuit pudorem.*

---

thro, unguento e malobathri folio. *Malobathrum* frutex in Indicis paludibus nascens, e cuius folio pretiosissimum oleum exprimebatur ad unguentum, *foliatum* inde dictum Martial. XI, 28. Locus class. apud Plin. XII, 26. unde Syriam quoque Malobathrum arborem habuisse discimus; sed *Syrium* h. l. dicitur, quod omnino Indiae merces a mercatoribus Romanis e Syria adveherentur. Sic *merx Syra* I, 31, 12. *nardus Assyria* II, 11. 16. *Amomum Assyrium* Martial. VIII, 77, 3. *myrrha Orontea* Propert. I, 2, 3. — Malobathrum est folium, quod ex India affertur, provenitque in ora Malabrorum et illis insulis, quae Maldiviae dicuntur. Vocatur ibi *Betre* et *Tamalobatra*, unde Graeci formarunt *Malobathrum*. — [*Malobathro*] Malobathrum genus unguenti est. — v. 9—12. Tecum pugnae Philippensi interfui. Disertius adeo nunc exponit poeta atque exemplo illustrat illud *tempus ultimum* v. 1. *Sensi*, graviter pro, expertus sum *Philippos*, fortunam pugnae ad Philippos, Macedoniae urbem, commissae; *et celerem fugam*, ubi fuga nobis consulere necesse haberemus; perspicuitatis causa *sensi* haec adiecta putanda. Nam *sentire* detrimenti, cladis acceptae notionem adiunctam habet. Cf. IV, 4, 25. et IV, 6, 3. Ovid. Met. XV, 823. eadem vi: *Pharsalia sentiet illum*, de Augusto. Fugae celeritatem ulterius declarat per *parmulam*, scutum, *non bene relictam*, parum decore, turpiter abiectum, quo expeditior ea esset. — [*Philipp.*] Macedoniae campus aut civitas, ubi ab Augusto Brutus victus occubuit, unde et Lucan.: Video iam, Phoebe, Philippos. *ACR.* [*Phil.*] est oppidum in Macedonia, ubi Brutus periit. *POR.* — [*Relicta n. b. parm.*] Parmula, i. e. scuto; non bene autem relicta, quia arma in fugam versi proiecerant. — v. 11—12. Quum fortissimi quique cecidissent, quum nulla prorsus rei bene gerendae spes superesset, ubi adeo pugna excedere minus ignominiosum esset. Quum *Virtus*, animi ferocia pugnantium *fracta*, contusa, perdomita repressa esset, h. e. quum ii, qui atrociter pugnassent, devicti essent, occubuissent, ut ipse statim explicative subiicit. Sil. VI, 14. eadem ratione: *Nec tamen adversis fuerat fracta Itala virtus.* Sic *fractas minas*, *fractam rabiem* dixit Claudian. XL, 28. et XXVI, 431. *fractos bello* Virgil. et alii. — *Non bene*] turpe enim est, clypeum abiicere. Notum illud de Epaminonda, tum denique sibi avelli spiculum iubente, posteaquam ei percontanti dictum esset, clypeum esse salvum, ut etiam in vulneris dolore aequo animo cum laude moreretur. *ῥιψάσπιδες* a Graecis appellantur, qui abiecto clypeo e praelio fugiunt. — Interpretum opiniones, easque perversas ac parum concinnas, vide apud Vanderbourgium enarratas. — Inepte plane ii facere nobis videntur, qui Horatio fugam, cuius mentio hic facta est, vitio vertunt. — Alii Horatium, nescio quam ob causam, excusare contendunt, dum eum tanquam poetam rem de abiecto scuto finxisse tantum existimant. Huiusmodi excusationem alii denique eo certiorem reddere volunt, quod Horatium hac in re Alcaeum

Sed me per hostes Mercurius celer
Denso paventem sustulit aëre:

---

et Archilochum, quorum uterque se arma in pugna amisisse fatetur, secutum dicant. De Alcaeo vid. Strabo XIII, p. 600. Herodot. V, 95. de Archilocho versus in hanc rem exstant apud Sext. Empir. Pyrrh. hypot. III, 24. — Sed ut paucis rem absolvam, omneque discrimen tollam, satis mirari non possum, tot tantosque viros doctos verum non vidisse, quod iis aliunde minime erat quaerendum, quum poeta luce clarius dicat, cur clypeum abiecerit. Doleo, inquit, istam fugam, quae subito exorta est, quum vel fortissimi propugnatores caesi, prostratique essent. Posteaquam enim omnes de salute sua desperare coeperunt, omnis virium contentio inanis mihi visa est. Non video igitur, num quid emolumenti libertati recuperandae paraturus fuissem, si usque ad ultimum spiritus tractum armis pugnassem; quapropter, quamvis fortis fortiter pugnans, tamen salutem in fuga, quae clypeum me abiicere coegit, quaerere debui. Haec sufficient ad opiniones eorum refutandas, qui h. l. reprehendere posse sibi videantur. — *et minaces* cett. Quod quidem non aliter fieri poterat, nisi subiecto abstracto in proprium mutato. Ita non intelligo, quo iure id vitio poetae a quibusdam vertatur. — *minaces*, qui fortissime dimicaverant, Bruti et Cassii milites. *Minae*, *ira*, oris truculentia, sollenni more virtutem bellicam designant apud poetas. Sic *Hannibalis minae* IV, 8, 16. *minax Porsennae manus* Epod. XVI, 4. Hinc *Minae* in comitatu Martis apud Stat. Theb. VII, 51. — [*Minaces*] Cassium et Brutum significat, qui se de virtute iactare consueverant; aut certe milites eorum. *ACR.* — [*Cum fracta Virt.*] qua virtute se Cassius et Brutus praecipue iactabant. [*Et Minaces*] Turpe solum aut cruore foedatum, ut: Sanguine foedantem quos ipse sacraverat ignes: aut nomen est loco adverbii positum, ut sit: Turpe solum tetigere, pro: turpiter tetigere. *POR.* — *tetigere solum mento*, proni in terram procubuere, Homerica fere loquendi ratione. Hom. Il. β', 418. *πρηνέες ἐν κονίησιν ὀδὰξ λαζοίατο γαῖαν*, et alibi. Vnde Latinis poetis *mordere humum*, *terram petere ore* et sim. pro cadere, occidi, frequentata. — Solum *turpe*, turpatum, foedatum sanguine, cruentatum. — [*Turpe solum*] Aut cruentum aut quo prostrati turpiter precarentur.

v. 13—16. Sed diversam uterque in fuga fortunam habuimus. Equidem feliciter ex isto belli naufragio enatavi, belloque deinceps abstinui, discessi inde: tu statim ei iterum implicitus es, in militia permansisti. Praeclare vero ac magnifice fugam suam adornavit poeta Homerica arte, qua heroes, in summum vitae discrimen adducti, nube a deo quopiam circumfusa tecti praelio incolumes excedunt; cuius rei exempla ubivis in Homero obvia. Mercurio id tribuit Horatius, nam in eius tutela poetae, *Mercuriales* ideo appellati II, 17, 29. ratione tamen vafritiae eius simul habita, cuius significandae causa se Priami exemplo (I, 10, 13.) *per medios hostes* a Mercurio ductum ait. Ad hanc Mercurii versutiam respexit Alciphro III, 72. *ἐγὼ δέ, οἷον ποδῶν εἶχον, ᾠχόμην· καὶ σώζομαι οὐχ ὑπὸ τοῦ τῆς Ἀτλαντίδος Μαίας παιδός, ἀλλ' ὑπὸ τῶν ποδῶν καὶ τοῦ τολμήματος.* — *Merc. celer*, *ὠκύς* (*Ἑρμῆς ὠκὺς ἐγὼ κικλήσκομαι* Xenocrates in Br. Anal. II. p. 59.) *ὠκύπους* (Eurip. Hel. 247.), *πτηνός*, apposito ad rem epitheto. *sustulit me denso aëre*, breviter pro, sepsit, circumdedit me *denso aëre*, *ἠέρι πολλῇ*, *κυανέῃ νεφέλῃ*, densa nube, sicque incolumem per hostes *sustulit*, abduxit, hostibus eripuit. *Paventem*, viribus diffisum, fugae intentum. — v. 13. *Sed Me Per Host.* etc.] Sic apud Hom. Il. γ', 381.: *ἐκάλυψε δ' ἄρ ἠέρι πολλῇ.* ibd. ε', 23. *ἀλλ' Ἥφαιστος ἔρυτο, σάωσε δὲ νυκτὶ καλύψας.* ibd. l. l. 343 sq. *ἡ δὲ μέγα ἰάχουσα ἀπὸ ἕο κάβ-*

Te rursus in bellum resorbens
Vnda fretis tulit aestuosis.
Ergo obligatam redde Iovi dapem,

βαλεν υἱόν· καὶ τὸν μὲν μετὰ χερσὶν ἐρύσσατο Φοῖβος Ἀπόλλων κυανέῃ νεφέλῃ. aliisque locis pluribus similis redit sententia. — *sol. tetig.* Virg. Aen. XI, 418. Sed Virgilius pariter atque Horatius in rebus huiusmodi adumbrandis sequuntur Homerum. Confer e. g. cum hoc loco Hom. Il. β', 417. *πολέες δ' ἀμφ' αὐτὸν ἑταῖροι πρηνέες ἐν κονίῃσιν ὀδὰξ λαζοίατο γαῖαν.* — ***turpe***, sanguine turpiter pollutum. — ***minaces*** ego quidem ita explico, ut simpliciter bellatorem fortiter pugnantem, mortemque hosti minitantem, significet. — [***Sed me*** cett.] Iucunde se dixit a Mercurio liberatum, vel quod furtim se fugisse et celerem ostenderet fugam; vel quod poetae ad Mercurium pertinere dicuntur. *ACR.* — [***Sed me*** etc.] saepe ostendit Horatius se in Bruti partibus militasse. Iucunde autem a Mercurio sublatum de illa caede dicit, signans clam et quasi furto quodam se inde fugisse; per celerem ergo Mercurium celeritatem fugae, per id quod ait ***denso aëre***, latebras ipsius fugae intelligi vult. *POR.*

v. 15—16. Tu fortunam belli iterum experiebaris, denuo te reliquis Bruti partibus adiungebas. Siciliam, quam Sex. Pompeius tum armis occupaverat, Grosphum petiisse, e Velleio II, 72. facile adsequaris; cf. Dio XLVII. Iam istam sententiam commoda allegoria explicuit Horatius. Bellum, pugna sollenni more comparatur mari tempestuoso poetis: sic *κῦμα μάχης* Tyrtaeo et aliis. Iam Grosphum e pugna Philippensi vixdum elapsum, profugum novisque se statim periculis obiectantem comparat ei, qui fluctibus, unde vix emerserat, iterum corripitur, ab iisque, cum litori iam proximus esset, in altum reiicitur. Eadem imagine usus est Euripid. Heracl. 428. *ἔοιγμεν ναυτιλοῖσιν, οἵτινες χειμῶνος ἐκφυγόντες ἄγριον μένος εἰς χεῖρα γῇ συνῆψαν,* (***in manibus terrae*** Virg. Georg. II, 45.) *εἶτα χερσόθεν πνοαῖσιν ἠλάθησαν εἰς πόντον πάλιν.* ***Te*** litori vicinum ***unda*** fluctus ***resorbens***, *κῦμα παλιρρόθιον* ***tulit***, abstulit ***rursus***, correptum retulit ***fretis aestuosis*** (tertio casu) in fretum aestuosum, aestuans fluctibus, in altum reiecit, h. e. quod declarative additur, ***in bellum***. Durior tamen haec ratio. Igitur malim: ***Vnda***, ***fretis aestuosis***, dum ***fretum***, mare ***aestuat***, commotum est, h. e. unda maris aestuantis ***resorbens rursus tulit***, copia poetica pro, resorbuit, iterum abripuit; iam sequi debebat, ***in altum:*** pro hoc, substituta statim, perspicuitatis causa, vera notione: ***in bellum***. Virg. Aen. XI, 624 sqq. ***Qualis ubi alterno procurrens gurgite pontus Nunc ruit ad terras — Nunc rapidus retro, atque aestu revoluta resorbens*** (retro secum volvens) ***Saxa***, ***fugit***, ***litusque vado labente relinquit***. — ***Fretis Aest.***] ***aestus marinos*** appellant boni scriptores maris accessus et recessus, maris fervorem. Cic. de Nat. Deor. lib. II, 53, 132: — ***aestus marini tum accedentes***, ***tum recedentes***. Id. de Divin. lib. II, 14, 34. ***Quid de fretis aut marinis aestibus dicam?*** ***undam*** autem ***resorbentem*** dixit, ut exprimeret vim nominis Graeci *ἄμπωτις;* est enim *ἄμπωτις* quasi *ὕδατος ἀνάποσις*, i. e. aquae resorptio aut repotio. Sic fere locutus est Cic. in Brut. 81, 282. ***sed hunc quoque absorbuit aestus quidam non insolitae adolescentibus gloriae***. Catull. ad Manlium LXVIII, 106. ***tanto te absorbens vortice amoris Aestus in abruptum detulerat barathrum***. — [***Aëre***] Nebula, ut nube cava eripiam et per hoc fugae latebras tutiores ostendit. — [***Resorbens***] Metaphora a Charybdi, qua cum impetu quodam significet mentis et furore correptum, ad Bruti partes reversum. *ACR.* — [***Te rursus***] Allegoricos signat Pompeium post fugam illam impetu quodam mentis petisse rursum partes Bruti. *POR.*

v. 17 sqq. Sed et haec nova effugisti pericula, ex his quoque

Longaque fessum militia latus
Depone sub lauru mea, nec
Parce cadis tibi destinatis.
Oblivioso levia Massico

v. 19. *lauro* (sic Cod. Guelf.) Pulm. 2. Lips. 1. a m. s. Venet. 1492. Locher. cett. Sed *lauru* ob antiquam formam praeferendum. Iam Serv. ita legit ad Virg. Ecl. II, 54. — *neu* Cun. ut solet.

---

servatus es; ***ergo Iovi*** *σωτῆρι* sacrum para. Augustiorem speciem comissationi in felici Grosphi reditu habendae obtendit sic poeta, ex more. v. I, 36. in. et I, 37, init. Prima libatio Graecis fiebat *Διὶ σωτῆρι*, (Athen. XV, 5. p. 675.) ***Redde***, offer, para ***dapem***, dapes, epulas sacras, sacrificium ***obligatum***, ex voto debitum, votivum. *Obligamur* Diis, votis nuncupatis; tum et ipsum, quod vovimus, obligari dicitur: ***reddimus*** adeo, solvimus id Diis, voto damnati. II, 17, 30. ***reddere victimas***, ***aedemque votivam memento***. Propert. II, 21, 60. ***Tu quoniam es***, ***mea lux***, ***magno demissa periclo***, ***munera Dianae debita redde choros; redde etiam excubias*** cett. cf. Burman. ad Propert. IV, 3, 61. — [***Obligat.***] Promissum ac debitum redde convivium et sciendum dapem singulari numero declinatum. *ACR.* — v. 18—19. ***Depone latus***, corpus (sed alterum *γραφικώτερον*. cf. Virg. Ecl. V, 53.) conside, reclina te, recumbe. Virg. Aen. VII, 107. ***Corpora sub ramis deponunt arboris altae***. — ***fessum***, ipse fessus ex ***longa militia;*** requiesce, refice corpus sub ***laurus*** umbra, post tam longam militiam. — ***mea***, suaviter innuit Horatius, apud se convivium istud celebratum iri, ad quod sic blande admodum Grosphum invitat. — ***nec parce cadis***, vino te largius invita. Fere ut I, 36, 11. ***neu promtae modus sit amphorae***. — ***tibi destinatis***, hac festa luce exsiccandis; ***tibi***, nam in Grosphi honorem convivium apparabatur. — [***Sub lauru***] ut est illud Virg.: Hic tamen hac mecum poteris requiescere nocte; vel certe sub Augusti victoria, aut tanquam poeta invitat amicum sub suo carmine. *ACR.* — v. 20. ***Destin.***] tibi reservatis, tibi addictis et quasi desponsis vel ad te tanquam ad scopum relatis; haec enim vis est verbi ***destinandi***. Ita quidem Lambinus sensum huius loci explicat, quod minus probatur Mitscherlichio, cuius interpretatio supra adposita legitur. Id quidem negari nequit, Lambinum multis locis e bonis scriptoribus Latinis allatis sententiam suam de h. l. stabilire conatum esse. — [***Obliv. Mass.***] h. e. vino, quo curae pelluntur et labor in oblivionem venit. *ACR.* — [***Obl. Massico***] i. e. vino obliviones curarum ac sollicitudinum faciente vel afferente. *POR.* — v. 21 sqq. Miram Horatii artem in depingendo effrenioris laetitiae affectu cum alibi, (cf. v. c. I, 36. II, 11. et III, 19.) tum hoc maxime loco insigniter ostensam facile sentias. Quam animo praecipit convivii futuri hilaritatem, in eam statim effunditur, et, quod animum laetitia perturbatum moraeque impatientem addecet, convivium instrui, coronas, unguenta afferri, sodales adcumbere, cett. iubet. — v. 21. Maioribus nos hodie poculis invitemus. ***Ciborium*** poculi genus, ore superius lato, inferius angusto, instar fabae Aegyptiae, quam colocasiam appellatam volunt, cuius calyx vasorum ac poculorum usum Aegyptiis praestaret. Dicta haec pocula ipsis ciboria. Vid. Intpp. ad Hesych. v. *Κιβώριον* et *κύαμος* et quos laudat Gesn. Th. L. L. h. v. Eadem ratione Graecis pocula calyces appellantur, similitudine a floribus petita. Grandius vero fuisse poculum illud ciborium, vel inde colligas, quod eius in liberiore comissatione, (*κώθωνι*) ubi maioribus poculis posceretur, mentio fiat apud Athen. XI, 7. p. 477. his verbis: *τοῦ δὲ κώθωνος εὖ μάλα προβεβηκότος, λαβὼν ἓν τῶν κιβωρίων, ὡς ἐξοινῶν καὶ μεθύων, ἐνεθύρησε. Δίδυμος*

Ciboria exple: funde capacibus
Vnguenta de conchis. Quis udo
Deproperare apio coronas

v. 22. *Ciberia, cibaria, cibotia, cihotia*, errores. *imple* unus Lamb. (de quo vid. adnot. ad h. v.)

δέ φησι ποτηρίου εἶδος εἶναι, καὶ τάχα ἂν εἴη τὰ λεγόμενα σκυφία, διὰ τὸ κάτωθεν εἰς στενὸν συνῆχθαι, ὡς τὰ Αἰγύπτια κιβώρια. Vide Dioscor. lib. II. de faba Aegyptia: appellantur quoque *κιβωτία*, vid. Adrian. Turneb. Anim. I, 10. Atque hac virtute h. l. a poeta puta positum. *Capaciores* enim *scyphos* poeta poscit in re, quae ex voto accidit, Epod. IX, 33. — *levia*, splendentia, affabre facta. *Exple Massico*, adimple vino Massico. v. I, 1, 19. *oblivioso*, quod curarum oblivionem inducit; est *οἶνος λαθικηδὴς* Alcaei apud Vrsin. p. 101. Similiter *λήθη ὀδύνης* audit in Epigr. *ἀδεσπ.* LXXIX, 8. (Anal. Br. III. 166.) *λοιπόν μοι τὸ κύπελλον ἀποστίλβωσον, ἑταῖρε, καὶ λήθην ὀδύνης τὸν Βρόμιον πάρεχε.* Vbi praeclare: *ἀποστίλβωσον τὸ κύπελλον*, fac, ut ardeat, resplendeat, impleatur poculum, sc. vino; uti fere *Setinum* in aureo poculo *ardere* dicitur Iuven. X, 27. — *Obliv.*] cum his consentanea sunt illa Euripidis in Bacchis v. 259 sqq. *ὁ Σεμέλης γόνος, Βότρυος ὑγρὸν πόμ' εὗρε, κ' εἰσηνέγκατο Θνητοῖς, ὃ παύει τοὺς ταλαιπώρους βροτοὺς Λύπης, ὅταν πλησθῶσιν ἀμπέλου ῥοῆς Ὕπνον τε λήθην τῶν καθ' ἡμέραν κακῶν, Δίδωσιν, οὐδ' ἔστ' ἄλλο φάρμακον πόνων.* — De vino *Massico* conf. Athen. I. C. 21. p. 27. sub lit. f. „*ὁ Μασσικός πάνυ αὐστηρός, εὐστόμαχος δέ.*“ *γίγνεται δὲ καὶ περὶ τὴν Καμπανίας Κύμην* et quae sequuntur de reliquis Italiae vinis. — [*Ciboria exple*] Aut Alexandrina poma, quae habent similia colocasiis folia, in quorum similitudinem facta pocula, eodem nomine appellantur: aut certe pro cibo posuit, tanquam cibum poculis compensaret. *ACR.* — [*Cib. expl.*] Ciboria proprie sunt folia colocasiorum, in quorum similitudinem pocula facta eodem nomine appellantur. *POR.* — v. 22. *Exple*] Faërn. lib. habet *imple*, fortasse recte, inquit Lambinus, qui tamen sequitur alteram lectionem, praesertim plurium codicum auctoritate confirmatam, interpretaturque ebibe, exhauri et (ut idem alibi loquitur) sicca vel, si quis malet, imple, ut Lucret. lib. VI, in princip. v. 20. Vt *nulla posset ratione explerier umquam.* — *exple levia*, h. e. exple ita, ut ciboriorum superficies levis sit, resplendeat, imple ad ora usque pocula. Sunt adeo *κρητῆρες οἴνοιο ἐπιστεφεῖς*, ut Hom. Il. *ϑ'*, 232. dicuntur. Sic vero vim habet epitheton et ad totam sententiam spectat. — *funde cap. ung.* cett. Vncti coronatique sint capilli. *Conchae*, vasa unguentaria ad concharum formam facta: *Capaces*, non simpliciter ornat, ut sit, quae continent ea, quod nonnulli volunt; sed sunt vasa, quae magnam unguentorum vim habent, quibus adeo copiose hoc die Grosphum ceterosque convivas uti iubet, ita ut capilli unguentis sint *βεβρεγμένοι, διάβροχοι*, (ut saepius Graeci hac de re) ut *unguenta stillent e nitido capillo*, ut Tib. I, 7, 57. Eadem vi *perfundi nardo* est Epod. XIII, 9. et *perfusis liquidis odoribus*, I, 5, 2. — [*De conchis*] de echinis concharum. *ACR.* — [*Quis udo*] *Quis* interrogative cum quodam hortamento dicitur. *Vdo* autem *apio* pro viridi vel quod in aqua nascitur. *Deproperare* autem valde properare signat. *POR.*

v. 23. sqq. Suaviter Horatius, qui sibi prae festinandi studio iam satis occupatus videbatur, coronarum nectendarum curam reliquis convivis (non *puero*, ut volunt quidam e II, 11, 19.) demandat. Cum *ἤθει* igitur variata oratio, pro, *coronas deproperemus*, propere conficiamus, contexamus *apii* vel *myrti* frondibus, prout quaeque magis ad manus est; suaviter in summa festinatione declaranda. Nisi *ve* h. l. ut et

Curatve myrto? quem Venus arbitrum
Dicet bibendi? Non ego sanius
Bacchabor Edonis: recepto
Dulce mihi furere est amico.

v. 25. *Curat ve myrto* (sic Cod. Goth.) scribi vult, post alios nonnullos, Baxt. hic et alias; pertinere enim non ad *curat* sed ad *myrto*. Verum, quod poetarum liberior usus encliticas *que* et *ve* saepe alieno vocabulo, non illi, cui debebat, adnectit, non ideo statim est talis novitas inducenda. — *curat de myrto* Lips. 4. a m. s. — 26. *dicit* coni. With.

27. *Hedonis, Aedonis*, errores. Sunt enim *Ἠδωνοί*. Quidam: *Edoniis*. *Bacchor* exhibet Cod. Goth. sed asterisco notatum. Idem *Edoniis* (cum glossa: *populis Thraciae*) praebet.

---

alibi apud Horatium, non disiungit et simpliciter est pro: *et*, ut *corollas* intelligamus *indistinctas*, (ut Catull. LXIV, 284. vocat) h. e. variis floribus ac frondibus, h. l. ex apio et myrto consertas. Apium *udum*, *δροσερόν*, recens, adeoque viride, *χλωρὸν σέλινον.* Nam illud genus apii, quod in humidis locis nascitur, a poeta, ut quidam volunt, hic respici vix putem. *Deproperare*, *σπεύδειν*, *festinare*, *urgere* (Virg. Ovidio, Statio, aliis) est, festinanter conficere. — Mitscherlichius ad h. l. conferre iubet Lambinum, apud quem fere haec leguntur: quis ex udo apio curat coronas deproperare? quod est valde properando efficere et nectere? est autem frequens huius verbi usus in voce agente, ut III, 24, 61 sq. *Indignoque pecuniam Heredi properet.* Epod. XII, 21 sq. *Muricibus Tyriis iteratae vellera lanae Cui properabantur?* Virg. Aen. IX, 401. et *pulchram properet per vulnera mortem.* Id. Georg. IV, 171. et sic centies alibi. Pindarus quoque Pyth. *γ'*, 109. verbum *σπεύδειν* iunxit cum quarto casu: *μή, φίλα ψυχά, βίον ἀθάνατον Σπεῦδε.* Quod si quis illud *deproperare apio* dictum velit, pro de apio properare, ut sit *ἀναστροφή*, non refellam: qualia sunt illa apud Hor. Serm. II, 2, 105.: *cur, improbe, carae Non aliquid patriae tanto emetiris acervo?* Epist. I, 4, 4.: *An tacitum silvas inter reptare salubres?* Epist. ad Pis. v. 194. *ne quid medios intercinat actus.* Quae tamen hic omittere debemus, vide apud ipsum Lambinum, qui sub finem explicationis suae ad h. l. addidit haec: Omnino verbo *deproperandi* composito utitur Plautus in Poenulo I, 2, 108. *deproperant sedulo sacrificare*, i. e. valde properant: ut hoc loco, *deproperare coronas* valde propere nectere et concinnare coronas interpretari possimus. Placet tamen altera explicatio, ut sit *ἀναστροφή* et ut *de* iungatur cum voce *apio*. — [*Deprop.*] festinanter afferre. *ACR.* — *quem Venus* cett. Regem convivii sortiamur. *Venus*, h. e. iactus talorum Venereus, (qui erat, ubi tali quatuor, quibus fere ludebatur, diversos numeros, puta I. III. IV. VI., ostenderent. Lucian. Amor. T. II. p. 415. *καὶ βαλὼν μὲν ἐπὶ σκοποῦ, μάλιστα δ' εἴ ποτε τὴν θεὸν αὐτὴν* (*Venerem*) *εὐβολήσειε, μηδενὸς ἀστραγάλου πεσόντος ἴσῳ σχήματι.* res nota. — [*Quem Venus* etc.] *ἀρχιποσίαν* significat et tesserarum iactum datum in bibendo primatum. Veneris autem iactus latissimus dicebatur, quod habebat tricenarium numerum. *ACR.*

v. 25. *Quem Venus* etc.] i. e. talorum iactus Venereus, qui tum erat, cum omnes tali iacti dissimiliter cadebant. Nam Veneris iactus regem seu magistrum convivii efficiebat. Supra dixit: *Nec regna vini sortiere talis* (I, 4, 17.). Cic. de Divin. lib. II, 21, 48. *dixisti multa de casu, ut, Venereum iaci posse casu, quatuor talis iactis; quadringentis, centum Venereos non posse casu consistere.* (aliter Lamb. h. l. attulit.) Huc pertinet illud Plutarchi de Catone maiore in eius vita: *ἐν δὲ τοῖς δείπνοις ἐκληροῦτο περὶ τῶν μερίδων. εἰ δὲ ἀπολάχοι πρῶτον αἵρειν τῶν φίλων κελευόντων, ἔλεγε μὴ καλῶς ἔχειν ἀκούσης τῆς*

CARMEN VIII.

AD BARINEN.

ARGUM. *Vt totius carminis color suaviter nobis arridet, ita singulae sententiae bene compositae sunt; nec non profitetur poeta se deceptum, quod Barine, amica — sive potius meretrix — mutuo amori parum satis fecerit, immo innuere mihi videtur, esse huiusmodi auram fallacem novum, ut ita dicam, amoris resuscitandi incitamentum. Quae ad finem huius carminis ab Horatio pronunciata sunt, pulchritudinem Barines in maius extollunt, qua illa omnibus fere antecelluisse videtur. Non temere vero facere nobis videntur, qui poetam totum carmen ex Graeco quodam poeta expressisse putant.*

Vlla si iuris tibi peierati
Poena, Barine, nocuisset unquam;

IN IVLIAM BARINEN ROMANAM Anhalt. Fabr.
AD IVLIAM BARINEN Blandd. Cruqu.
IVLIAE VARINAE MERETRICI RAPACI ET AVARAE tres Torr.
IN IVLIAM BARRINAM MERETRICEM Cod. Goth.
In *Varinem* vel *Varinae* codd. quidam Vandd.

v. 2. V Vand.: *Barrine.* Notae lites de hoc nomine. Cf. Vand. Non male facere videntur, qui reponunt *Iberine*, Ἰβηρίνη, ab Ἰβηρῖνος. Vid. Iuven. l. l. — *Baryne* Ascens. al. *Varine* Pulm. 1, 2, 3. Lips. 3, 4. unus Bersm. *Varina* Helmst. a m. pr. Mendum in hoc nomine latere visum

---

Ἀφροδίτης. Denique Veneris iactus felix erat atque optatus; cf. Plaut. in Asin. V, 2, 53 sq. Suet. in Vit. Aug. c. 71. — Est igitur haec horum verborum sententia: cui regnum bibendi obveniet Venereo iactu? quis regnum vini sortito capiet? — [*Non ego s. B. Edonis*] Edonii Thraces sunt, quos solet ebrietas fortiores reddere. *POR.* — v. 26. Totum me laetitiae tradam. *Non sanius*, insanius, magis *bacchabor*, insaniam instar *Edonorum*, Thracum; inter quos compotationes liberius atque immoderatius celebrari solitae. v. ad I, 27, 1. — *dulce*, volupe, iucundum est, (ut Propert. II, 9, 17.) lubet *furere*, exsultare, vino largius indulgere, (θέλω, θέλω μανῆναι, Anacr. λα.) *recepto*, reddito mihi *amico*, in amici desideratissimi reditu. (*M.*) — [*Furere*] aut ebrium esse, aut certe saltare. *ACR.* — [*Recepto* etc.] Percipiendum extrinsecus etiam, ut sit, etiam furere dulce mihi est recepto amico. *POR.*

---

v. 1. *Si ulla* vel minima *poena iuris peierati*, periurii *tibi unquam nocuisset*, noxam, damnum, detrimentum corpori tuo inflixisset, si vel levissimam inde notam traxisses. Damna enim, quibus corpus affligeretur, morbi, etiam mors praematura ex antiqua superstitione gravioris sceleris, maxime periurii, poena, a Diis vindicibus immissa, putabatur. Tibull. I, 3, 51. *Parce, pater, timidum non me periuria terrent, non dicta in sanctos impia verba deos.* Iuvenal. XIII, 230. *missum ad sua corpora morbum infesto credunt a numine.* Iam gravissima puellis poena, pulchritudinis iactura, cuius metu facile a periurio revocentur. Ovid.

ACR. [*Vlla si iur. t. p.*] scenicum principium in Barinen meretricem. Intelligitur enim per hanc invectionem aliquos praecessisse sermones, quibus noctem sibi eadem Barine iureiurando promiserit,

POR. [*Vlla si iur. t. p.*] scenicum principium, intelligendum enim aliquos sermones praecessisse, quibus Barine hoc noctem ei iureiu-

Dente si nigro fieres vel uno
Turpior ungui:
Crederem. Sed tu simul obligasti

est viro sagacissimo T. Fabro et post eum Bentleio, quia nec Graecum nec Latinum sit. Faber legebat *Earine*, quod nomen omnino in multis inscriptt. est ap. Bentl. Sed cum in *Earine* tres priores syllabae sint breves, turpiter lapsum esse Fabrum apparet. Bentl. suspicatur *Nerine*, *Larine*, vel aliud tale. Ingeniosissime omnium With. coni. *Iberine*, ex Iuvenal. VI, 53. unde et *I.* (ulia) *Barine* in inscriptt. huius c. orta sit; nam vix mereticulam tam augustum nomen gessisse. Sed hoc ultimum non vult defendere Ianius. Quid enim, inquit, si Barine liberta fuit, et pristinae dominae, quae Iulia vocaretur, ut mos erat, nomen assumpsit? (Nobis quidem videtur de vera huius nominis scriptura nihil plane certi statui posse, quae tamen res non tanti esse videtur, ut opus sit amplius in eam inquirere.) Est inscript. ap. Bentl. (e Grutero p. 875. 6.): DIS MANIBVS IVLIAE LARINAE, e qua fortasse *Larine* pro *Barine* arrideat. Sed quid? si *Barine* pro Graeco nomine haberi possit? Omnino (ut praeclare vidit Sivr.) ap. Aristot. hist. anim. l. IV. βαρῖνος est, piscis genus. Iam multa nomina propria Graecorum a piscibus sumpta: ut Phocas, Nauplius cett.

Amor. III, 3. *Esse deos credamne? fidem iurata fefellit: et facies illi, quae fuit ante, manet.* — *Ius peieratum* dixit poeta ad formam *iuris iurati* (*fide sacrati*, ut est apud Ennium) s. *iurisiurandi;* nam *iurare* est: fidem dare iuramento interposito; hinc *ius peierare*, fidem iuratam violare, adeoque *ius peieratum* est fide, ut ita dicam, profanatum, laesum, periurium. *M.* — Protagoras apud Platonem in Philebo ait dici solere, deos immortales iis ignoscere, qui in rebus amatoriis et Venereis peierant, quasi voluptates, ut pueri, minimum mentis habeant. Sic ille: ὡς δὲ λόγος καὶ ἐν ταῖς ἡδοναῖς ταῖς περὶ τὰ ἀφροδίσια (ἃ δὴ μέγιστα δοκοῦσιν εἶναι) καὶ τὸ ἐπιορκεῖν συγγνώμην εἴληφε παρὰ θεῶν, ὥσπερ, καθάπερ παίδων, τῶν ἡδονῶν νοῦν οὐδὲ τὸν ὀλιγοστὸν κεκτημένων. Callim. epigr. κϛ', 3 sq. Ὤμοσεν, ἀλλὰ λέγουσιν ἀληθέα, τοὺς ἐν ἔρωτι Ὅρκους μὴ δύνειν οὔατ' ἐς ἀθανάτων.

v. 3—4. Si tenue saltem poenae in te vestigium exstaret; si *turpior*, deformior *fieres uno* (ad utrumque enim refer) *dente nigro vel ungui*, si vel unus tibi dens nigresceret, si vel in uno ungui macula quaepiam s. nota appareret: tum sane facile adducerer, ut *crederem* tibi iuranti, asseveranti, te constanter me amaturam esse; quia tum religiose iusiurandum servatura esses, deos periurii vindices reverita, amittendae adeo pulchritudinis metu. *M.* — Nam secundum religionem, quae veterum animis insidebat, vitia, quae quis corpore traxisset, vel morbi vel alia repentina mala ad mendaciorum, periuriorum vel fraudis cuiusdam commissae poenas referebantur.

v. 5—8. *Sed tu* fidem verbis tuis a me vix impetraveris, quandoquidem e re tua esse videtur, peierasse; quum inter ipsa periuria pul-

---

dehinc postquam fefellit eum, in haec verba velut amantem erupisse. Vt enim dicitur iurisiurati, ita posuit iuris peierati, quod nulla fallens poena perculsa sit. [*Dente si n.*] maior poena est meretrici, si ob culpam corporis deformitate puniatur. [*Crederem*] aut tibi subaudiatur iuranti aut deos vindices esse periurii. [*Simul*] Postquam. [*Obligasti*] devovisti, non implendo promissa. E contrario enim solvi vota

rando interposito promiserit. Deinde postquam fefellerit, tum in haec verba hunc erupisse. [*Dente s. n.*] subaudiendum extrinsecus saltem, levissimam poenam ob periurium sensisses. [*Sed tu s. obl.*] ac periu-

Perfidum votis caput, enitescis
Pulchrior multo, iuvenumque prodis
Publica cura.
Expedit, matris cineres opertos
Fallere, et toto taciturna noctis

v. 10. *ac toto* Cun.

chrior evadas. *Simul* ac, quotiescunque *obligasti*, obstrictum, obnoxium fecisti *caput perfidum*, tuum, te perfidam, *votis*, exsecrationibus, diris, h. e. ubi peierasti, periurii rea facta es. *Obligamus* nos, caput nostrum *votis*, devovemus nos, imprecamur nobis inter iurandum mala ac poenas; iisdem nos *obligavimus* (observa temporis rationem) obnoxii facti sumus, peierando, iureiurando neglecto. Paullo tamen subtilior haec quibusdam ratio videri possit. Igitur fortasse praestat, obligare se votis cum eam dici, dum ea sibi imprecatur, dum iurat; tum eum, qui periurii reus, iisdem obnoxius sit, ut h. l. Ambiguitati cavit poeta epith. *perfidum*. *M.* — Veteres autem caput sacrum esse existimabant, cuius rei haec argumenta sunt, quod per caput iurare solebant, quod sternutamenta, quae e capite ortum habent, bonis ominibus et amicis apprecationibus prosequebantur, quod assensiones capitis nutu declarabant. — *enitescis pulchrior*, gratior fis, videris pulchrior. — *Cura* puella dicitur, quae curam, h. e. amorem pectori iniicit, pectus amore inflammat. Sic *μέλημα τοὐμὸν* amasium suum appellat Sappho, teste Iuliano, apud Vrsin. p. 19. Sic *παίδων μανίη* simili ratione Anacreon vocatur Antip. Sid. c. LXXVI, 2. (Anal. Br. II, 27.) Adde Pind. Pyth. *ί*, 90. ubi Hippocleas *ἐν παρθένοις μέλημα* audit. v. Scal. ad Virg. Cir. 75. et Stanl. ad Aeschyl. Choeph. v. 747. Iam Barine *prodit publica cura iuvenum*, h. e. omnes iuvenum oculos, dum in conspectum venit, allicit, in se convertit, quod simpliciter est pro, omnes in amorem sui rapit, *est* cura iuvenum: sed alterum decorum puellae incessum simul ob oculos ponit. *M.* — *cura*, notio huius vocis et activa et passiva dici potest: si active capias, sensus erit fere hic: curam procreas, efficis, sc. iuvenibus; si vero passive: omnes te curant, propter te in cura aliqua versantur. Vtrumque eodem redit. *Vossius* vernacule sic: *und erscheinest aller Jünglinge Sehnsucht.* — *iuv. publ. cura*, brevi gravitate, pro: tam pulchra et venusta appares, ut, quicunque te incedentem conspiciunt iuvenes, statim curam tui sive amoris flammam animo concipiant; scilicet *puellae* dicuntur *curae*, quia curas iniiciunt. *D.* Propert. II, 25, 1. Cynthiam suam *pulcherrimam curam, dolori suo natam*, appellat.

v. 9 sqq. Tantum igitur abest, ut periurii poena te sequatur, ut videatur adeo *expedire*, tibi utile esse, per sanctissimas res iurare. Iam res sanctissimae in specie declarantur per *opertos* urna reconditos *matris cineres*, per quos, uti omnino per eos, quos in vita habebant carissimos, iurare sollenne; et huius iurisiurandi magna erat religio. Propert. II, 16, 15. *Ossa tibi iuro per matris et ossa parentis, — me tibi ad extremas mansurum, vita, tenebras.* Vide ibi Burm. et Barth. ad Stat. Theb. V, 329. — *fallere cineres,* iurisiurandi fidem, per cineres datam, fallere, iusiurandum per cineres factum negligere, laedere, peierare. Nota formula iurisiurandi, *si fallo*, cett. de qua v. Livinei. ad Prop. l. l. — *signa noctis*, sidera, ut saepissime poetae post Lucretium. Suaviter haec memorata in iureiurando *ἀφροδισίῳ*; nam noctis tempore condicta amator hora, (ubi *sidera furtivos hominum vident amores*, Catull. VII, 8.) illud factum innuunt. Meleag. c. LXXI. (Anal. Br. I, 21.) *Νὺξ ἱερή, καὶ λύχνε, συνίστορας οὔτινας ἄλλους ὅρκοις, ἀλλ' ὑμεῖς εἰλόμεθ' ἀμφότεροι.* Cf. Epod. XV. init. — *taciturna*, quatenus ad noctem pertinent, cuius proprium est *silentium*. Sic *tacitae silentia lunae* Virg. Aen. II, 255. — *toto cum caelo*, et caelum. Similiter coniunxit Virg. Aen. IX, 429. *caelum hoc et conscia sidera testor*. v. Torrent. — *gelida morte car.*, immortales, ut *Dii magni* in eadem re vocantur Epod. XV, 3. mors *gelida*, frigida (Virg. Aen. IV, 385.) perpetuo epitheto. *M.* — v. 13. *ridet*, se in fraude amatori facienda ad partes vocari; quae imago tanto aptior videri debet, cum sit dea *δολόμητις*, quae proprio munere *ἐξαπάτας* (Hesiod. Θ. 205.) sortita sit. Nobilitatur vero sic a poeta communis sententia: periuria amantium impune fieri, non vindicari a Diis, *Ἀφροδίσιον ὅρκον οὐκ ἐμποίνιμον εἶναι*, ut est apud Stob. in Grot. Flor. p. 123. cf. Schotti Adag. p. 201. et 378. Nota Tibulliana (III, 6, 49.) *Periuria ridet amantum Iupiter, et ventos irrita ferre iubet.* et I, 4, 21. *Nec iurare time: Veneris periuria venti irrita per terras et freta summa ferunt.* Meleag. epigr. laud. v. 5. *νῦν δ' ὁ μὲν ὅρκιά φησιν ἐν ὕδατι κεῖνα (Ἀφροδίσια) φερέσθαι.* Plato in Phaedro, citante iam Lamb. ad v. 1. *ὡς δὲ λόγος καὶ ἐν ταῖς ἡδοναῖς ταῖς περὶ τὰ ἀφροδίσια, ἃ δὴ μέγιστα δοκοῦσιν εἶναι, καὶ τὸ ἐπιορκεῖν συγγνώμην εἴληφε παρὰ θεῶν*, addita ratione, *ὥσπερ, καθάπερ παίδων, τῶν ἡδονῶν νοῦν οὐδὲ τὸν ὀλιγοστὸν κεκτημένων.* Vnde fortasse tuearis *ineptum amorem*, qui, quam iniicit animo impotentiam amentiamque, *dum aliquid cupiens praegestit apisci, nil metuit iurare, nihil promittere parcit* (Catull. LXIV, 145.) in Tib. I, 4, 24. *vetuit Pater ipse valere, iurasset cupide quidquid ineptus amor.* Spectat etiam huc Callimachi epigr. supr. l. — *Inquam*, est enim superioris sententiae, si curate attendas, docta tantum variatio. Eodem enim fere redeunt: peierando pulchrior fis, expedit peierare, et, rident dii per-

dicuntur. [*Pulchrior*] auctio est data auctioni. [*Iuv. prod. publ. c.*] amatorum multitudinem significat, dicens, eam periuriis fieri pulchriorem. [*Expedit*] prope est, ut putem, dum videam non puniri periuria, in contrarium religionis ac pietatis verti rationem. Hanc enim vult videri sacrilegio promeritam deorum favorem. [*Tacit. n. s.*] durae sive secretae et silentis, ut Virg. Tacitae per amica silentia lunae, et: Sidera cuncta notat tacito labentia caelo. Ac si diceret: Fas est, omnem mundi maiestatem in sacramento vocare. [*Rid. simpl. Nymph.*] simplices enim aut perfidiae amoris cum risu indulgentes: aut quia Nymphae ad ignoscendum faciles sunt, ut: Et quo, sed faciles Nymphae risere, sacello. Comites enim Veneris sunt, ad quam pertinent

rio te devovisti. [*Enitesc. Pulchr. m.*] adeo multo pulchrior es post periuria, ut iuvenes te universi diligant, ergo *iuvenum publica cura* pro omnium iuvenum dictum est, ut apud Sallustium, publicam miserorum causam. [*Exp. m. cin. op. F.*] sensus est: cum hoc videatur, prope est, ut putem rationem pietatis ac religionem in contrarium esse versam, ut qui impii atque irreligiosi sint, magis deos promereantur. [*Gel. div. M. c.*] et hic et in eo quod ante haec, sensus est per zeugma, i. e. in coniunctione ex superiore accipiendum, *Expedit fallere.* [*Rid. h. inq. V. ipsa*] ridet periurium suum Venus, quae sci-

Signa cum caelo, gelidaque Divos
Morte carentes.
Ridet hoc, inquam, Venus ipsa, rident

v. 13. *Ridet haec* unus Bersm. Dess. 2. *inquis* coni. Klotz. lectt. Ven. p. 250.

Simplices Nymphae, ferus et Cupido,
Semper ardentes acuens sagittas
Cote cruenta.

---

iuria tua. Simplicius tamen ac, si quid iudico, magis poeticum videtur, accipere pro, certissime persuasus sum, res adeo satis manifesta videtur, cum pulchrior in dies fias, Venerem ipsam ridere cett. — *Nymphae*, ut Veneris comites. — ***simplices***, munditiis, (I, 5, 5.) simpliciter comtae, simplici cultu decorae, ut deae agrestes. Quo eodem respectu ***simplices*** dici possint, fraudum insciae, rudes; quandoquidem ***nescia fallere vita*** (Virg. Georg. II, 467.) proprie ad rus spectat. Vtrovis modo ad ornatum simpliciter spectat epitheton. Qui „mites, faciles ad ignoscendum quidvis" interpretantur, ii viderint, quo exemplo, quave ratione hunc loquendi usum suffulciant. Nam Virgilii locus Ecl. III, 9. a Schol. Cruq. iam ad partes vocatus, rem, non vero verba, illustrat. *M.* — ***simplices***, non ad externum Nympharum cultum, sed ad nativam earum animi simplicitatem retulerim, nos: *gutmüthig. D.* Rectius tamen ***Vossius*** sic: ***einfaltsvoll.*** — ***Cupido ferus***, *ἄγριος*, amantes excrucians, crudelis.

v. 15—16. Amor ***sagittas cote acuens*** quam suavis pictura! Eadem idea in gemma expressa. v. Lippert. Mill. I, 798. — ***sagittae ardentes***, *τόξα ἔμπυρα* (Meleag. XXVIII, 3. Anal. Br. I. II.) *πυρίπνοα* (Id. c. L, 1.) *πυριπνείοντες ὀϊστοί*, (Musae) *πυρόεντα βέλη* (Palladas XCIV, 2. Anal. Br. II, 426.) igne tincta, ut Moschus Id. III, extr. (*ἁπλᾶ πυρὶ πάντα βέβαπται*) eleganter fingit. *Αἰθομένην φαρέτρην* eodem phantasmate Amori tribuit Satyr. Thyillus IV, 2. (Anal. Br. II, 276.). Amoris, qui, ignis instar, cor, medullam, ossa depascit, exedit, torret, effectus hoc figmento designari, quis non sentit? Ex infinitis pene poetarum locis unum delibare liceat Senec. Hippol. 640 sqq. ***Pectus insanum vapor ardorque*** (ita corr.) ***torret; intimas saevus vorat penitus medullas, atque per venas meat visceribus ignis mersus, et venis latens, ut agilis altas flamma percurrit trabes.*** — ***Cos cruenta***, sanguine madefacta, perfusa, pro aqua vel oleo; exquisita et aptissima rei imagine. Auget enim impense feritatis, quam ***sanguine*** repraesentant poetae, notionem. Sic Tibull. I, 2, 39. Veneris truculentiam inde repetit, quod ***sanguine nata*** sit. Inde *αἱματόφυρτα βέλη* Amori tribuit Meleag. L. 8. (Anal. Br. I, 16.) eundemque ***assiduum cum sanguine suo bellum gerere*** s. ut clarius Theocritus II, 55. ait, sanguinem e corpore exsugere (*τί μευ μέλαν ἐκ χροὸς αἷμα — πέπωκας;*) queritur Propert. II, 9, 16. Nollem vero eo progressos esse viros doctos, ut quaererent, quonam sanguine cos ista perfusa cogitari debeat; e qua nodosa atque anxia quaestione mirum ni Horatius, si ei obiecta foret, risu se expediturus fuisset. Iani inde eo delapsus est, ut ***cotem cruentam*** explicaret, veneno tinctam; quatenus antiquis serpentum sanguis pro veneno ha-

---

meretrices. [*Simpl. Nymph.*] i. e. non iracundae, sed exorabiles. [*Fer. et Cup.*] numen Cupidinis demonstratur immite et implacabile et quod ignoscere nesciret, nisi voluntatem Veneris et iudicium sequeretur; ut Virg.: Iamque ibat dicto parens et dona Cupido Regia portabat. [*Semp. ard. ac.*] aut semper ardentes aut acuens semper. [*Sag.*] Incendium libidinis et iacula delectationis. [*Cote cr.*] non in cote cruenta, sed in qua acuit aut occidat, immoderatus enim amor maturat

licet amantibus facilis est. [*Rid. Nymph.*] Sic illud dicitur: Sed faciles Nymphae risere sacello. [*Semp. ard. ac. sag. Cote cr.*] Nimium *ἀμφίβολον*, utrum semper ardentes intelligendum, an semper acuens. Eleganti autem conceptione de amore dicitur et ardentes sagittas et semper acuens cruenta cote, i. e. Venerea delectatione et bene cruen-

beretur et venenatae sagittae Cupidini tribuerentur. Quod utrumque etsi verum sit, admodum tamen vereor, ne istaec per se satis docta ingeniosaque interpretandi ratio paulo longius h. l. petita sit: tum *cruor*, ***cruentus*** dubito an absolute de veneno usurpetur. — [Quam explicandi rationem quidem tentavit Ianius, sed non ut unice veram comprobavit. Recte itaque, inquit, elegantem conceptionem esse dicit Porphyrion: (cuius scholion infra adpositum legitur) licet, si severius eam resecare velis, facile aliquid monere possis. Sed non vult frigido supercilio legi poeta. Quod quidem recte animadvertit.] Semper enim est ***sanguis viperinus***, (I, 8, 9. Epod. III, 6.) ***cruor vipereus*** (Ovid. Pont. IV, 7, 36.) et sic porro. Sed propulsare simul atque diluere sic volebat vir elegantis iudicii, qui *ardere*, ***fervere*** itidem de veneno dici nosset, superciliosam Homii (Elem. crit. c. XX.), incongrua (***ardentes*** sagittas et cotem ***cruentam***) hic iungi clamantis, censuram. Sed res ad animi sensum revocari debet, ubi ardentes Amori sagittas poetae tribuunt, nec ita intelligendae, ut fulmen *πυρπάλαμον βέλος ὀρσικτύπου Διὸς* Pind. Ol. *ι'*, 98. et Aesch. Prom. 925. *πυρίπνοον βέλος* dicitur; qua etiam de causa Amor Moscho III, 7. *πυρὶ εἴκελος*, et Apollon. III, 286. eius telum, quod Medeae cor adurit, ab effectu adeo, vocatur *πυρὶ εἴκελον*. Sed ad hanc rationem ne confugere quidem necesse existimo: nam, si hoc pro norma statuere velis, ut imago poetica ne admixtos colores habeat, qui novam aliam animo obiiciant ideam, quot, quaeso, poetarum loca, fere pulcherrima, (maxime enim tum accidit poetis, ubi phantasmatum ubertate tument) ad hanc iudicii subtilitatem essent exigenda, obeloque transfigenda! Sic, ut eiusdem rei defungar exemplo, Dido apud Virg. Aen. IV, 2. in eodem versu et Amoris ***vulnere saucia*** et Amoris *igne uri* dicitur; quo utroque, etsi plane diverso (nam *ἰοῖς πυρφόροις* vulnus infligi cogitandum esse, haec quidem docta, sed paullo subtilior videtur ratio) modo amoris effecta poetis designantur, nota ratione. Mirum vero utique, ne unum quidem, quantum sciam, interpretum, quibus, quae Homius satis pro imperio pronuntiasset, satis probabilia viderentur, commoda, quaeque primo se loco offert, interpretatione illa elevasse; nimirum, ut sagittae dicantur ***ardentes***, quae, in cote subactae attritaeque, inardescunt, fervent; Amore ipso operis studio fervente, opus urgente. Possis etiam, doctiore dicam, an argutiore modo, sag. ***ardentes*** explicare, *αἵματι ζεούσας*, ut proprie sanguis agitatus coqui, ardere; tum et ipsae sagittae eo adspersae ardere dicerentur, eadem plane ratione, qua *δάπεδον αἵματι θύειν* Homero Od. *χ'*, 309. Quid? si cos ***cruenta*** ornatu poetico simpliciter sit, quae sanguine, e sagittis *αἱματοφύρτοις* stillante, adspersa est? Sed *ἐπέχω*, ne adnumerandis argutis his rationibus me mihi placere quibusdam videar. Iam de sensu totius loci, de quo primo loco quaerendum erat, ut pauca moneamus, minus recte agere intpp. videntur, qui sic universe Cupidinis mores depingi statuunt; quae satis languide apposita imago foret, sed, ratione Barines habita, est Amor novos usque amatores isti puellae inter ipsa eius periuria concilians: quam sententiam disertius expositam statim subiungit poeta. Ceterum idem phantasma est apud Philodemum, mellitissimum poetam, c. XV. (Anal. Br. II. p. 86.) *Οὔπω σοι καλύκων γυμνὸν θέρος, οὐδὲ μελαίνει βότρυς ὁ παρθενίους πρωτοβολῶν χάριτας· ἀλλ' ἤδη θοὰ τόξα νέοι θήγουσιν Ἔρωτες, Λυσιδίκη, καὶ πῦρ τύφεται ἐγκρύφιον.* *M.* — Parum, quemadmodum mihi quidem videtur, ex interpretationibus (nimis fortasse interpretantibus) a nobis allatis proficitur, quapropter rem per se spectatam simplicissimam ita explico: poetae animo obversabatur imago Cupidinis dei, qualem procul dubio in monumentis viderat antiquis. Statuarii enim pariter ac pictores Cupidinem deum ita repraesentare solebant, (quod satis notum est) ut eum sagittas cote acuentem facerent. Quae cum ita sint, interpretum dissensionis causa versatur in eo, quod epitheta ***ardentes*** et

Adde, quod pubes tibi crescit omnis,
Servitus crescit nova; nec priores
Impiae tectum dominae relinquunt
Saepe minati.

v. 20. *minaci* videtur legisse POR. quod mihi non liquet. Sic quoque Venet. 1492. Locher. Basil. 1531. Mancinell.

---

cruenta minus recte intelligunt. Vt vero persaepe adnotavimus, poeta non tam accuratus in epithetis eligendis, cumque suis verbis conjungendis est, ut ea ad unguem, ut ita dicam, adeo elimari possint. Quod igitur vocem *ardentes* attinet, *sagittae* bene ita nuncupantur, quia acuendo ardent s. fervent. *Cruenta* autem *cos* dicitur, quod pariter proprie accipi nequit. Quid ergo? Ego potius *cruenta* ad *sagittas* retulerim, quam ad *cotem*. Quum vero huiusmodi epithetorum reperiatur collocatio, suspicor poetam propterea dixisse *cruentam*, quod sagittis cruentis acuendis cruentam factam intelligeret. — Ceterum totum locum ex coniectura, in qua neque audacter nec temere facere mihi videor, ita corrigo:

Semper ardenti acuens sagittas
Cote cruentas.

(Sagitta nimirum cruenta atque obtusa inde facta cote acuitur, quae diutius circumacta ardere s. fervere incipit.) Videntur enim mihi grammatici sagaces, metro scilicet timentes, qui timor ob caesuram vanus, antiquitus hunc locum correxisse, qua de causa, ni fallor, locus a me correctus proprie vocari non potest, sed tantum a grammatica, ut hac voce utar, emendatione liberatus. Vide quae ad Carm. Lib. I, 2, 31. adnotavimus. De Cupidinis, sagittas acuentis, in gemmis expressa imagine laud. *Lippert. Dactyl.* Mill. I, 798. Adde *Winckelmann* in Opp. Tom. I. p. 71. VII. p. 499.

v. 17. *Adde quod*, quid? quod omnis *pubes*, iuventus, quidquid est iuvenum, *crescit*, succrescit, adolescit *tibi*, in tui gratiam, ut tuo se submittant imperio, omnes tua forma capiuntur; hinc ornate et perspicuitatis causa adiicitur, *servitus crescit*, *crescit nova*, novorum amatorum, qui tibi serviant, tibi crescit copia, nova servientium cohors paratur. *Servire*, *servitium* de amante; uti contra *regnum* amatae tribuitur; res notissima. Ad verba ac sensum Horatii plane Tibull. IV, 5, 3. *Te nascente novum Parcae cecinere puellis servitium et dederunt regna superba tibi.* — nec *priores*, veteres amatores te relinquunt. Pro hoc quanto ornatius ac ad declarandam Barines superbiam, pulchritudinisque eius vim, quae vel sic amatores sibi obstrictos retinere valeat, fortius: non relinquunt *tectum*, semper iacent ante fores (*exclusos* enim a puella cogita) puellae *impiae*, fraudulentae, periurae, quam vel sic *dominam* suam salutant, cuius imperio vel sic parent.

v. 20. Etsi iam *saepe minati* sint, se eam relicturos: suaviter ad naturam amoris et ad formae potentiam designandam! Eiusmodi minae amatorum inanes in eroticis poetis satis obviae. *M.*

---

exitium et declinatur haec cos, huius cotis. [*Adde*] adiunge his, quae tibi creverunt ex periurio. [*Pubes*] multitudo iuvenum. [*Tibi crescit*] tuae prostitutioni, i. e. subinde crescentes amatores. [*Serv. cr. nov.*] semper adiunguntur tibi novi, nec priores relinquunt te, quamvis relicturos minentur. [*Tectum*] lupanar. [*Saepe min.*] Vim amoris expres-

ta, quia cogitatur non sine sanguine. [*Nec prior. Imp. tect. dom. relinq. Saepe minati*] hoc ostendit, eam etiam illis amatoribus gratam esse,

Te suis matres metuunt iuvencis,
Te senes parci, miseraeque nuper
Virgines nuptae, tua ne retardet
Aura maritos.

v. 21. *Tunc suis* Lips. 3. *metuent* Lips. 4. — 22. *miseraeque*, *nuper virgines*, *nuptae* distinguit Iones. Sed quam languidum esset illud: *nuper virgines*. — 24. *Cura* coni. Bentl. et sic Lips. I. *Aula* coni. ap. Iones. Sunt apud eundem suspiciones: *Sura*, *Coena;* haud dubie ab irrisore quodam inepto. *aura*, splendor aut facilitas, quae explicatio nota marginalis Codicis Gothani est.

---

v. 21 sqq. *Matres te metuunt*, timent ne *iuvenci* nati *sui*, adultiores facti, pulchritudine tua irretiantur. *Iuvenci*, filii; *iuvencus* de adolescente, ut supra II, 5, 6. *iuvenca* de puella, in qua comparatione Horatius Graecos sequitur poetas. — *senes* metuunt, ne filii meretriciis tuis artibus ad bona profundenda inducantur, ne ipsi argento emungantur, cuius rei bene multa Comici exempla suppeditant. Suaviter vero, et ex rei natura mater pudori filii, pater senex patrimonio suo timet. Hinc *parcus*, adposito ad rem epitheto. — et *virgines nuper*, recens *nuptae*, *κόραι ἀρτίγαμοι*, *νεόνυμφοι*, vixdum maritatae, ubi adeo recens adhuc amor est, vel hae te metuunt suis maritis, timent, ne mariti sui illecebris tuis detineantur, a se abstrahantur. Hinc *miserae*, ob hanc anxietatem; nisi potius ad amoris vehementiam in novo coniugio referre praestat. — *tua ne ret. aura mar.* Mirus est dissensus Intpp. et VV. DD. qui hunc locum attigerunt, in constituenda *aurae*, unde sententia pendet, notione h. l. Servius ad Virg. Aen. VI, 204. de splendore s. pulchritudine capiebat; quo sensu et in Virg. l. l. et alibi (veluti Prisciano Perieg. 1020. *iaspis aura viridi splendere* dicitur) occurrit. Eodem sensu *ἀϋτμὴν* Graecis adhiberi, notavit ad Virg. l. l. Heynius, laudato Callim. H. in Dian. 117. cui adde luculentum Orphei locum Arg. 1219. de splendida Circes pulchritudine; *Στίλβε δὲ καλὰ πρόσωπα, φλογὸς δ᾽ ἀπέλαμπεν ἀϋτμή.* Durius tamen h. l. absolute sic positum videri debet, quandoquidem in omnibus locis adiectum aliquid deprehendas, quod ad hanc splendoris notionem manu quasi ducat. Sic in Callim. est *φάεος αὐτμή*, in Orph. *φλογὸς ἀπέλαμπεν ἀ.* in Virg. aura *refulsit*, Prisc. aura *splendet.* A Veneris vel Amoris aura impellimur, agimur, ferimur, *ἐρωτοπλοοῦμεν*, (Meleag. LXIX. Anal. Br. I, 21.

---

sit, ut, quod a servis fieri consuevit, hoc amatoribus non liceat, dum contempti se deserturos minentur et sic novi veniant, ut non abscedant priores. [*Iuvencis*] filiis iuvenibus, ne rapias eos, metaphora a tauris, ut supra: *Nec tauri ruentis in venerem tolerare pondus.* [*Te senes parci*] propter dilapidationem patrimonii, quae meretricum incitamentis saepe contingit. [*Mis. nup. Virg. nupt.*] timore repudii. Maior enim in recenti caritate dolor est sollicitati coniugis, maior vis meretricis animum affectione occupatum vicisse. [*Aura*] aut facilitas, qua in amorem trahuntur, aut unguentorum odor, ut ipse superius: *Aurae fallacis.* [*Ret. mar.*] ne cura amoris tui rapiantur novi illarum sponsi.

quibus fuerit iniuriosa. [*Te suis m. met. iuv.*] Iuvenci ergo non tantum boves dicuntur, sed homines, quamvis in usu sit, ut non nisi per diminutionem iuvenculos dicamus. [*Tua ne ret.*] amoris aura, quae ad te eos fert, sed utique hoc per allegoriam dicitur.

ἡ φίλερως χαροποῖς Ἀσκληπιάς, οἷα γαλήνης ὄμμασι συμπείθει πάντας ἐρωτοπλοεῖν) amori dediti: Amor adeo nobis *adspirat* (Tibull. II, 3, 71.) defert nos ad eum, cuius amore accensi sumus. Eurip. Iphig. A. 68. Tyndareus *δίδωσ᾽ ἑλέσθαι θυγατρὶ μνηστήρων ἕνα, ὅτου πνοαὶ φέροιεν Ἀφροδίτης φίλαι.* Disertius allegoricam hanc rationem exposuit Meleag. c. XLV. (Anal. Br. I, 14.) digno, quod et hic legatur: *Χειμέριον μὲν πνεῦμα· φέρει δ᾽ ἐπί σοί με, Μυΐσκε, ἁρπαστὸν κώμοις ὁ γλυκύδακρυς Ἔρως. Κυμαίνει δὲ βαρὺ πνεύσας Πόθος.* (contra *placidus leniter afflat Amor* apud Tibull. II, 1, 80.) *ἀλλά μ᾽ ἐς ὅρμον δέξαι τὸν ναύτην Κύπριδος ἐν πελάγει.* Iam mariti, quos Amoris aura, ut ita dicam, ad uxores suas ferre deberet, aliorsum feruntur, abripi se patiuntur a recto cursu, sicque *retardantur* detenti Barines aura, h. e. quae ad Barinen fert. Magnam sane probabilitatis hic explicandi modus prae se fert speciem; amplectendumque eum duxerim, nisi tertius superesset, isque, etsi ad nostrum sensum insuavis, e genio tamen istius aetatis haud indecens, et ex sermonis poetici indole, qua puella cum iuvenca comparatur (v. ad II, 5. init.) unice verus: ut *aura* accipiatur de odore, (nam *aura* generatim poetis est, quidquid sensu aliquo percipitur, uti recte censet Wernsdorf. Poet. min. V. I. p. 412. Sic de sono recte accipiebat Ruhnk. in Prop. II, 20, 72. *Si modo clamantis revocaverit aura puellae*, quod vel adi. *clamantis* docet) a iuvenca emisso, quo captato iuvencus in amorem furiose fertur. Virg. Georg. III, 250. *Nonne vides, ut tota tremor pertentet equorum Corpora, si tantum notas odor attulit auras?* quem locum et alii attulere. Nec eandem imaginem regio epithalamio adponere dubitavit Claudian. de Nupt. Hon. 287 sqq. qua vivide amoris aestum declararet: *calet obvius ire iam princeps. — — Nobilis haud aliter sonipes, quem primus amoris sollicitavit odor, tumidus* cett. Praeclare adeo, quod hac imagine unice expressum volebat Horatius, designatur sic efficacia ac vis pulchritudinis Barines, maritos *retardantis*, ab uxoribus avocantis, et ad se trahentis maximaque sui cupiditate incendentis. Ceterum Schraderus, iuvenis adhuc, Animadvv. ad Musae. p. 303. auram, suavem puellae halitum, *ἄσθμα ἡδύ*, intelligebat. — Haec leguntur apud Mitscherlichium, quem sequitur Clariss. Doeringus. Videtur uterque rem minus feliciter tractasse. *Vanderb.:* (Tom. I. pag. 367.) „Les nouvelles épouses craignent que *ton vent* (le vent qui pousse de ton côté) ne retarde leurs maris.“ Le mot *iuvencus* du v. 21. l'excuse (sc. le raisonnement de M. Mitscherlich) peut-être, mais ne peut le justifier.“ *Lamb.:* „novae nuptae te quoque metuunt, ne tua venustas et oris pulchritudo et flagrantia oculorum suos maritos efficiat in se tardiores aut etiam abs sese alienet. *Aura* hoc loco, ducta translatione a ventis, qui navem, quo lubet, impellunt, oris nitorem, venustatem, elegantiam significat. Virg. ad auri splendorem transtulit Aeneid. VI, 204. *Discolor unde auri per ramos aura refulsit.* Proprie dixit Lucret. lib. II, 848 sqq. *Cum primis quaerere par est, Quoad licet ac possis, reperire malentis olivi Naturam, nullam quae mittat naribus auram.*“ Ego Vossium sequor, qui hunc locum, memor eius elocutionis, qua nostri utuntur poetae „*deiner Lippen Hauch*“ puellae suaviloquentiam intelligentes, in versione sua vernacule sic vertit:

— — — ob nicht den Gemahl dein falsches
Lüftchen entschmeichle.

CARMEN IX.

AD VALGIVM.

ARGUM. *Horatius consolatur in hoc carmine T. Valgium Rufum, immensas de Myste, puero valde dilecto, morte sibi erepto, querelas repetentem. Quemadmodum fere semper facere solet, exemplis idoneis, rei scilicet ad persuadendum sibi propositae, utitur, quibus Valgium adeo permovere studet, ut luctui ac lamentationibus de pueri morte immatura conceptis tandem ponat modum. Primum ad naturam se convertit, quam neque usque malam tempestatem, nec pluvias, nec ventos neque hiemem procreare dicit; deinde Valgio Nestoris et Priami exemplum ante oculos ponit, qui quamvis vehementissimo dolore affecti, tamen non semper eundem secum nutriverint dolorem. Denique vero rei publicae memor, o Valgi, inquit, ne tempus quidem nunc est rebus tristibus, nam omnes de Augusti victoria nuper reportata cum maxime laetamur. Sume igitur potius, dicere pergit, mecum Augusti laudes lyra canendas, obliviscere autem tui doloris. — De T. Valgio Rufo, poeta epico, quo non alterum aeterno Homero propiorem fuisse Tibull. IV,* 1, 180. *ait, fusius ad h. l. Tibulli egit Broukhusius et Weichert in Opusc. Lips. ap. Teubner.* 1830. — *Ceterum multi Mysten Valgii filium fuisse, inde colligi posse putant, quod Valgii sors cum simili Nestoris et Priami sorte a poeta comparatur.*

Non semper imbres nubibus hispidos
Manant in agros: aut mare Caspium

AD VALGIVM DE FLETV MYSTAE PVERI Locher. Asc. Venet. 1492.
AD VALGIVM RVFVM, NE DIV DOLEAT libb. Torrent.
VALGVM RVFFVM *consularem amicum consolatur* Cod. Goth.
VALGIO RVFFO Cod. Guelf.
AD VALGIVM. *Rufum* additur in 5 Vandd. Glossa codicis A Vand.: *Valgium consularem amicum suum consolatur*, quae inscriptio proxime ei accedit, quam ex Codice Gothano descripsimus. Vid. ad Serm. I, 10, 82.

---

v. 1—8. Consolatio est, ut ita dicam, poetica ad *poetam* Valgium: e natura desumtis, quae modum luctui et lacrymis eius ponere iubeant, momentis. Naturam vices suas experiri; non semper tristem rerum esse faciem; aliquando succedere laetam. Similiter hunc locum tractatum vide I, 7, 15 sqq. sed II, 10, 15. huc non facit; ibi enim colores ad erigendum in adversa fortuna animum attemperati. Iam generalem sententiam: naturam non semper in luctu ac squalore esse, exquisite poeta specialibus exornatam dedit ideis. — v. 1. Praeclare una imagine duas rerum species repraesentat, caelum nubibus obductum et terram nimia pluvia squalidam. *Imbres* non semper *manant*, torrentium instar effundunt se e *nubibus in agros*, inde *hispidos* factos, horridos, continuis imbribus squalidos. Proprium enim *horrere* de

---

ACR. [*Non s. imbr. nub. hisp.*] Valgium hac ode consularem alloquitur amicum suum, quem consolatur, Mystis, pueri sui delicati, mortem graviter ferentem, indicans mala hominibus non esse continua. [*Mare Casp.*] Scythicum, species pro genere. – [*Inaequales*] iniquae,

POR. [*Non semp. imbr.*] hac ode Valgium consularem, amicum suum, solatur, morte delicati pueri graviter affectum, *Non sember imbres nubibus hispidos.* [*Man. in agr.*] latet sensus in hac elocutione, intelligi enim vult,

Vexant inaequales procellae
Vsque; nec Armeniis in oris,
Amice Valgi, stat glacies iners

v. 3. *Versant* Vr. A.: optime. FEA. Saepe in mss. confunduntur *vexare* et *versare.* — 4. *neque A.* Cun. *Aemoniis* (Thessalis) *in oris* emend. du Hamel, quia Armenia sit regio calidissima. Sed iure Sanadonus tam audacem correctorem, Parisiis in museo Armeniam se melius nosse putantem, quam, qui ibi fuerunt, viros doctos, acriter castigavit.
5. *O amice* Lips. 3. Omnino in multis codicibus, quoties vocativus in textu est, ei superadpositum est *o* a grammatico, quod postea ineptus librarius interdum in textum traxit.

---

squalore, inculto habitu, deformi adspectu. — Ad vim, quam particula *semper* in hoc carmine habet, praecipue advertendum est; poeta enim ideo tantum carpit Valgii luctum, quod assidue et *semper* ei hucusque indulserat; hinc *non semper*, *non usque*, *non menses per omnes*, *non omnes annos*, *tu semper*, sibi respondent. Placet tironum animos ad id attendere iubere, quod inter particulas *semper* et *usque*, quamvis interdum promiscue usurpentur, bene distinguendum est. *Semper* enim tempus tanquam spatium, *usque* vero tanquam lineam continuam significat, cuius aut initium est aut cogitari quidem potest. Particula *semper* igitur fere idem valet quod „*omni tempore*," *usque* contra „*nullo tempore intermisso* s. *continenter.*" *Vsque* temporis adeo progressum, *semper* statum temporis perpetuum s. sempiternum declarat. Cf. *Lateinische Synonyme und Etymologien von Ludw. Doederlein.* Tom. I. pag. 12. — v. 2. Nec mare semper procellosum est. *Aut* nec (ut v. 6.) *usque* continuo *procellae vexant*, turbant, agitant mare. *Vexare* fortiori hoc significatu adhibuit poeta exemplo Lucretii, qui *montes silvifragis venti flabris vexatos* similiter dixit L. I, 276. cf. ad IV, 14, 23. — Procellae *inaequales* dicuntur, quae mare inaequale reddunt. Nam mare fluctibus commotum poetis est *asperum.* Sic *aequora nigris ventis aspera* dixit I, 5, 6. uti *ἐκ δεινοῖ τρηχεῖα Νότου θάλασσα* est apud Statyll. in Anthol. Gr. III. p. 358. et *τετρηχυῖα θάλασσα* apud Leonid. Tar. XCVI. (Anal. Br. I, 246.) Idem tamen et alteram exquisitiorem rationem, quae h. l. est, adhibuit c. XC. (Anal. Br. I, 244.) *Εὔρου με τρηχεῖα καὶ αἰπήεσσα καταιγὶς — ἔβλαψε.* Mare *Caspium*, cum delectu, nam hoc inprimis procellosum putatur. Ad sententiam poetae Eurip. Herc. fur. 102. *Καὶ πνεύματ' ἀνέμων οὐκ ἀεὶ ῥώμην ἔχει — ἐξίσταται γὰρ πάντ' ἀπ' ἀλλήλων δίχα.*
v. 4. Nec glacies, hiems per totum annum durat. Aqua, frigore concreta *stat*, consistit, (ut I, 9, 4.) proprio vocabulo: quocum convenit epith. *iners*, motu suo destituta, cursu impedita. Nam *inertia* ea naturae poetis vocantur, quae motu carent. v. ad III, 4, 45. Vtrumque pariter coniunxit Lucan. V, 436. *Sic* stat iners *Scythicas adstringens Bosporos undas*, *quum*, glacie retinente, *fretum non impulit Hister.* Eidem *stagna iacentis aquae ignava* v. 443. et mox *inertia aequora*, *languor profundi*, et *torpentia stagna* dicuntur. Sic *gelu pi-*

---

periculosae. [*Arm. in oris*] Armenia regio est in septentrione plaga, frigore tabescens. [*Stat glac. in.*] aut quae cursum gelata non habet, ut, concrescunt subitae currenti in flumine crustae: aut quae nimietate frigoris pigros efficiat, ut: *Confertoque agmine cervi torpent mole*

nec semper pluere, nec semper agros hispidos esse, i. e. horridos, per quod intelligendum adversa hominibus non posse esse continua ac sempiterna. [*Nec Arm. in or. A. V. st. gl. in.*] nam et hic et in subiectis sensibus semper

Menses per omnes; aut Aquilonibus
Querceta Gargani laborant,
Et foliis viduantur orni.
Tu semper urgues flebilibus modis

v. 7. *Querceta* vulgo scribitur. Sed prisca et vetustissimorum codd. (ut h. l. Blandd. Cruqu.) scriptura est *querqueta.* Itaque exemplo Cuning. in contextu sic edidit Ianius. — 9. *urgues* Ms. Graev. h. l. et passim. Idem v. 11. *recedunt.*

---

grum I, 22, 17. — *orae Armeniae* h. l. de montosis Armeniae tractibus, puta Tauro, Niphate, aliisque intelligendae. Sed proprie *orae* accipi possunt de finibus Armeniae, Septentrioni oppositis; *quae pars Asiae iniuria sideris rigentis vastas solitudines habet*, ut Plin. H. N. VI, 13. — v. 6. Peregrinis, quas ipsa aliunde arcessere cogebat rei natura, succedit iam domestica, ut ita dicam, imago. Generale erat: venti non per totum annum vehementer spirant. Pro hoc specialius et significantius erat: Promontoria non continuo ventis turbantur; quandoquidem haec et crebrius et vehementiorem ventorum vim experiuntur. Iam pro quovis promontorio est *Garganus*, (nunc *Monte S. Angelo* in *Capitanata*) mons Apuliae, qui in mare Hadriaticum (versus insulas Diomedeas) exit. Lucan. V, 379. *Calabroque obnoxius Austro Appulus Hadriacas exit Garganus in undas.* Hinc *promontorium montis Gargani* vocat Plin. III, 11. quem apte laudat Wernsd. ad Prisciani Perieg. 94. *Hoc mare* (Siculum) *Gargani concludit Iapygis ora.* Infame erat tempestatibus, ut patet vel ex Epp. II, 1, 202. *Garganum mugire putes nemus.* Tum pro vulgari: Garganus infestatur Aquilonibus est, *querceta* Gargani *laborant*, convelluntur, vix resistere valent *Aquilonibus.* Garganum saltuosum demonstrat vel Horatii locus modo laudatus. *Frugifer* ideo dictus Lucan. V, 378. Cf. Sil. IV, 563. VII, 366. VIII, 630. Claudian. de IV. Cons. Hon. 107. *Laborant* arbores, quae ventis se deprimentibus aegre quasi obnituntur, iis labefactantur. Vide, quae de exquisito hoc vocabuli usu dedimus ad I, 9, 4. *Aquilones* memorat poeta, tanquam ventum vehementiorem. Nam proprius ac domesticus huius regionis est Iapyx, (v. ad I, 3, 4.) et, qui ex adverso spirat, Auster. Hinc *obnoxius Austro Garganus* in Lucan. l. l. Mare enim *Siculum tunditur Austro* Priscian. Perieg. 106.
v. 8. Orni *viduantur*, privantur, spoliantur *foliis*, v. I, 10, 11.
v. 9—12. Vulgaris modus erat: *Sicuti non semper* cett., *ita nec tu semper* cett. quem secutus est I, 7, 15 sqq. Tum oratio sic maiorem vim adquirit. Prodit enim Horatium leviter increpantem Valgium, ut qui naturae vicibus admonitus a luctus pertinacia non avocetur. *Vrges*, prosequeris *Mysten flebilibus modis*, carmine flebili, elegis. Sed quanto efficacius v. *urgere* de luctus ferocia ac doloris impatientia! Eadem vero loquendi forma dictum, ut *lacrymis prosequi mortuos*, veluti Liv. XXV, 26. — Dicimus autem Latine *urgere opus*, *urgere forum* pro

---

nova. [*Quercet. Garg.*] ut pineta, aesculeta, et sic querceta posuit. [*Labor.*] agitantur. [*Et fol. vid.*] non semper foliis viduantur arbores, h. e. dum in omnibus sint vices temporum, continuare luctum Valgium non debere. [*Fleb. mod.*] quia poeta erat Valgius et maerorem suum

ex superiore zeugma intelligendum. [*Quercet. Garg.*] Garganus mons est Apuliae, ubi magnae quercus habebantur, quae quanto altiores sunt, tanto amplius laborant, i. e. ventis agitantur. Querceta autem dicuntur, ut pineta et vineta, a querceis scilicet arboribus. [*Tu semp. urges fl. m. M. ad., nec t. vesp. Surg. dec. am.*] Mysten semper urges, i. e.

Mysten ademtum; nec tibi Vespero
Surgente decedunt amores,
Nec rapidum fugiente Solem.
At non ter aevo functus amabilem

eo, quod est, assidue in opere et in foro versari; sic dictum hoc loco ab Horatio *urges fleb. mod. Mysten*, puerum tibi ereptum, pro eo, quod est, Mysten mortuum assidue deploras ac defles. In cod. Donati scriptum est *urgues*, ut saepe alibi. — *Modi flebiles* possint simpliciter esse, lamenta, querelae; sed praestat de elegis accipere; erat enim elegiarum quoque scriptor Valgius, hocque unice volunt vv. 18. 19. *et* potius *nova* cantemus *Augusti tropaea* cett. *Miserabiles elegos* similiter dixit I, 33, 2. — *ademtum* tibi (uti plenius Catull. LXVIII, 20. *Heu misero frater ademte mihi:* et Virg. Cir. 313.) cuius deliciae, unicumque solatium esset, quam suaviter pro, mortuum. Sic *Hector ademtus* Troianis, quorum fulcrum fuisset II, 4, 10. et *Pompeius rebus ademtus* cum vi, quo mortuo libertas (ficta saltem) concidit, Lucan. IX, 205. — *nec tibi*, a te, *decedunt*, animo tuo non excedunt, obversantur tibi *amores*, puer tantopere tibi dilectus, Mystae desiderio excruciaris. *Amores* de amato, sensu castiore, etiam alibi occurrit. — *Vespero surgente* cett. *Vespero* stella Veneris *surgente*, *ἀνατελλομένου*, oriente, in conspectum veniente sub noctem: eademque *Solem* exorientem *fugiente*, praeeunte, ante solem constituta, primo mane. De poetica hac stellarum fuga vide disputantem Heyn. in Exc. ad Virg. Georg. IV, 232. Forte tamen Lucifer eadem hic ratione solem fugere dicitur, qua reliquae stellae; (v. c. Val. Fl. IV, 90. Ovid. Met. II, 114.) qui *caeli statione novissimus exit*, quia Soli proximus. Cf. Senec. Herc. fur. 128. Notissimum vero, *stellam Veneris*, *quae Φωσφόρος Graece, Luciferum Latine dici, quum antegrediatur solem: quum subsequatur autem, Hesperon*, ut verbis utar Cic. de Nat. D. II, 20. Quum adeo eadem stella sit, poeta diversos eius situs, unde diversa nomina traxit, uno tanquam communi nomine designare poterat. — Stella Veneris *ἑωσφόρος* seu *φωσφόρος* a Graecis, Lucifer a Latinis appellatur, cum solem antegreditur orientem; eadem *ἕσπερος*, i. e. Vesperus dicitur, cum solem occidentem subsequitur, quam *ἰσόδρομον ἡλίῳ τάχει*, ait esse Plato in Timaeo, i. e. cursum conficere Solis celeritati parem: idemque de Mercurio: sed eos vim quandam adeptos esse Soli contrariam, ex quo fieri, ut hi tres, Lucifer, Sol, Mercurius sua conversione alii alios superent, vicissimque superentur. Vid. Wernsdorf. ad Poett. Minor. T. III. Excurs. V. p. 508. 9. — *rapidum*, praeclare de novo sole. Ceterum eodem fere orationis colore in simili re Virg. Georg. IV, 465. de Orpheo: *Te, dulcis coniux, — te veniente die, te decedente canebat*, et Cinna apud Serv. laudante Lambino: *Te matutinus flentem conspexit Eous, et flentem vidit paullo post Hesperus idem.*

v. 13—16. Iam aliorum exemplis, qui, iisdem casibus etsi graviter afflicti, maerore tamen ac lacrymis non consenuerint, a perpetuo luctu amicum dehortari, ad eandemque animi fortitudinem excitare conatur. Similis sententiarum progressio I, 7, 21 sqq. *Senex ter aevo*, tribus

luctuosis solabatur carminibus. [*Adempt.*] Tanquam non mortuum fleret, sed solatio suo ademptum. [*Fug. Sol.*] subintelligitur vespero: ut duo eum tempora tenere monstraret. Haec stella oritur occidente Sole et occidit oriente; sed non uno et eodem modo. [*At non ter*

instanti querela quereris vespero surgente. [*Sol.*] i. e. Orientem, cum vesper stella resurgit, i. e. occidit. [*At n. ter. aev. funct.*] Nestorem significat, qui traditur tribus saeculis vixisse. Antilochum autem Ne-

Ploravit omnes Antilochum senex
Annos; nec impubem parentes
Troilon, aut Phrygiae sorores
Flevere semper. Desine mollium

v. 14. *plorabit* Lips. 4. — 15. *neque* Cun.

aevis, *γενεαῖς*, *functus*, qui tres hominum aetates vixit, Nestor; *trisaeclisenex* inde dictus Naevio apud Gell. XIX, 7. et *τριγέρων* Incerto in Anthol. Gr. I, 68. *Aevum* autem, de hominum aetate, *γενεᾷ*, quae triginta fere annorum spatio, medio quodam termino, circumscribitur, intelligendum. Omnino sic summam, ad quam homini pervenire licet, senectutem declarat priscus sermo poeticus. *Saeclis effetam senectutem* ita dictam puta Virg. Aen. VIII, 508. De Nestore v. Hom. Il. α', 250. *τῷ δ' ἤδη δύο μὲν γενεαὶ μερόπων ἀνθρώπων ἐφθίαθ', οἵ οἱ πρόσθεν ἅμα τράφεν ἠδ' ἐγένοντο ἐν Πύλῳ ἠγαθέῃ, μετὰ δὲ τριτάτοισιν ἄνασσεν. Fungi aevo*, vita, proprie est, tempora, quae fato nobis attributa sunt, vivendo explere. Proprie adeo Tib. III, 3, 9. *Tunc cum*, praemensae defunctus tempora lucis, *nudus Lethea cogerer ire rate.* — *non omnes* per *annos*, *πάντα ἔτη*, *πάντα χρόνον*, *ploravit Antilochum*, filium, a Memnone ad Troiam occisum, dum patrem servare cuperet. Pugna Antilochi cum Memnone est ex Homeri Paralipomenis: tractata adeo a Quint. Cal. II, 243 sqq. et reliquis, qui Posthomerica conderent, de quibus vide docte et curate disputata Heyn. ad Virg. Aen. II. Exc. I. et Wernsd. Poet. min. T. IV, 568 sqq. — *amabilem* pietate in parentem; vel omnino *φίλον υἱὸν* Homeri, *ἀγαπητόν*, *τηλύγετον*, vel natu minimum vel in extrema senectute natum et ita carissimum, vel dic unicum, ceteris exstinctis ac de medio sublatis. — Doeringi explicatio huius vocis haec est: filius enim, cui pater vitae suae salutem acceptam refert, profecto *amabilis* est. — Rem tangit Hom. Od. δ', 188. *τὸν ῥ' Ἠοῦς ἔκτεινε φαεινῆς ἀγλαὸς υἱός.* Pind. Pyth. ς', 28 sqq. *ἔγεντο καὶ πρότερον Ἀντίλοχος βιατὰς νόημα τοῦτο φέρων, ὃς ὑπερέφθιτο πατρός, ἐναρίμβροτον ἀναμείναις στράταρχον Αἰθιόπων Μέμνονα. Νεστόρειον γὰρ ἵππος ἅρμ' ἐπέδα Πάριος ἐκ βελέων δαϊχθείς. ὁ δ' ἔφεπεν κραταιὸν ἔγχος· Μεσσανίου δὲ γέροντος δοναθεῖσα φρὴν βόασε παῖδα ὅν· χαμαιπετὲς δ' ἄρ' ἔπος οὐκ ἀπέριψεν· αὐτοῦ μένων δ' ὁ θεῖος ἀνὴρ πρίατο μὲν θανάτοιο κομιδὰν πατρός* etc.

v. 15. *Troili*, Priami filii fatum, quod ad Antehomerica pertinet, vel e Virg. Aen. I, 474. satis notum. — *impubem*, erat enim *puer* admodum. Virg. Aen. I, 475. *Infelix puer atque impar congressus Achilli.* Cic. Tusc. I, 39, 93. *Quamquam non male ait Callimachus, multo saepius lacrymasse Priamum quam Troilum.* — *Sorores* eius Cassandram et reliquas finem aliquando lacrymis posuisse ait, forte cum vi, quo magis Valgium virum haud virilis eiulationis suae puderet. *Phrygiae*, Troianae, Cassandra, Creusa, Polyxena. — v. 17 sqq. *Desine quere-*

aev. funct.] argumentum ad illius consolationem de Nestore. [*Senex*] Nestor, qui nonaginta annis, h. e. tribus aetatibus vixisse firmatur; unam enim aetatem triginta annos ponebant. Non ergo eum dicit omni vita sua Antilochum filium flevisse. [*Nec imp. par. Troilon*] Troilus, Priami filius, aetate impar congressus Achilli, de quo Virg. Parte alia fugiens amissis Troilus armis, Infelix puer, atque impar congressus Achilli; tanquam nec ipse parentibus continue fletus sit. [*Phryg. sor.*] Quae nimium teneri sunt affectus. [*Desine moll. T.*

storis fuisse filium, notum est. [*Desin. moll. tand. quer.*] Desine querelarum, Graeca elocutione figuratum est, alioquin nos queri dicimus.

Tandem querelarum: et potius nova
Cantemus Augusti tropaea
Caesaris, et rigidum Niphaten,

v. 18. *ac p.* Cun. — 19. *tropaea* Mss. communiter tum hic, tum apud alios scriptores, et editiones vulgatae, in nostro saltem ante Lambinum, habent *trophaea*. Sed sine adspiratione scribendum monuerunt eruditiores editores, Cellarius, aliique critici, e Graeco *τροπαῖον*. TROPAEA etiam legitur in tabula aënea apud Marin. Arvali pag. 457., quae ibi dicuntur esse in Capitolio. — 20. *en rigidum* var. lect. Ion. *Niphatem* quidam.

---

larum, queri, Graeca forma, *λῆγε γόων*, *ὀδυρμῶν*, res nota. — Eurip. in Hippol. *λῆγε μὲν κακῶν φρενῶν*. Id. Phoeniss. v. 1086.: *ἔξελθ', ἄκουσον, Οἰδίπου κλεινὴ δάμαρ, λήξασ' ὀδυρμῶν πενθίμων τε δακρύων.* Theocr. *εἰδ. α'*, 126. 130. *λήγετε βωκολικᾶς, Μῶσαι, ἴτε, λήγετ' ἀοιδᾶς.* Hesiod. *ἔργ. καὶ ἡμερ.* v. 421. *Ὕλη φύλλα δ' ἔραζε χέει, πτόρθοιό τε λήγει.* Hom. Il. *α'*, 210. *ἀλλ' ἄγε, λῆγ' ἔριδος, μηδὲ ξίφος ἕλκεο χειρί.* — *Mollium*, quae ostendunt, te Mystae mortem nimis *molliter ferre*, (ut Senec. ep. XCIX ait) muliebrium. Fortasse tamen paullo acerbior haec castigatio: ideoque lenior ratio suadet, ut simpliciter accipiatur: quae desiderium tuum produnt. Sed et elegi *molles*, *queruli* dicuntur, quandoquidem his *querimonia* maxime *inclusa est* (Ep. ad Pis. 75.) Propert. I, 7, 19. *Et frustra cupies mollem componere versum;* ubi vide Burmanni notam. Hermesian. El. v. 36. apud Ruhnk. Ep. crit. II. p. 290. *Μίμνερμος δὲ τὸν ἡδὺν ὃς εὕρετο — ἦχον, καὶ μαλακοῦ πνεῦμ' ἀπὸ πενταμέτρου.* Atque doctiorem hanc rationem praeferam propter v. 9. maxime vero propter sententiam, quae statim subiicitur. In *tandem* totius sententiae vis ponenda. *M.* — v. 18. Exquisita conversione a maerore Valgium abducere studet poeta, dum eum ad canendos Augusti triumphos sicque ad publicam laetitiam exhortatur. — *nova tropaea*, victorias Augusti recentes, ab Armeniis, Parthis et Gelonis reportatas. Iam etsi Augustus nullum ex his populum armis perdomuerit, solent tamen hae res mirifice augeri amplificarique ab aetatis istius poetis, ac si vere istae gentes Romano imperio adiectae fuerint. Gloriosissimi adeo triumphi instar habebatur, quod Phraates, rex Parthorum, Augusto, quum a. V. DCCXXXIV. in Asia versaretur, nominis fama territus signa, clade Crassi amissa, cum captivis remitteret. v. Dio LIV, 8. et cf. III, 5. init. Ovationem ideo et arcum triumphalem Augusto a Senatu decretam refert idem Dio l. l. Armenia vero ab Augusto devicta dici poterat hactenus, quod ei, misso eo cum exercitu Tiberio, Tigranem, pulso Artaxia, regem imponeret. Vid. Dio LIV, 9. Suet. Tib. c. IX. Vellei. II, 94. Tacit. Ann. II. 3. a quibus hanc ipsam ob rem Armenia *recepta* et *in potestatem P. R. redacta* eodem elatiore spiritu dicitur. Iam pro Armenia universa est *Niphates*, mons eius terrae, iuxta Strab. XI. p. 801. Steph. Byz. Suid. h. v. et alios. *Rigidus* dicitur, vel communi montium epitheto, quatenus ii stant, horrent, propter altitudinem, vel quia saxosus. Ita vero *εὐσκόπελον Νιφάτην* dixit iam Pisander apud Suid. h. v. Nam hunc auctorem istius fr. designat Steph. v. *Νιφάτης*, monente iam Toup. Emend. ad Suid. T. II. p. 157. Ita Caucasum *cautibus horrentem* vocat

---

quer.] pro: desine queri, figura *ὑπαλλαγή*, et potius nova. [*Cant. Aug. tr.*] Tanquam si diceret: melius remoto luctu, Caesaris facta cantemus. [*Et rigidum Niphaten*] Scythiae fluvium, plerique Arme-

[*Et rigid. Niph.*] Niphates Armeniae mons est, in quo magna frigora

Virg. Aen. IV, 367. quem eundem *rigidum montem* eadem virtute simpliciter appellat Ovid. Met. VIII, 797. Potest etiam ad mores accolarum rigidos, feros trahi: qua notione IV, 5, 26. *Germania horrida* dicitur. Iam *Niphaten cantare* dictum esset pro, Armeniam edomitam, devictam (quod repetendum e sqq. *gentibus additum victis*, quod poetica ratione posteriori soli iungitur; nam, quod alii aiunt, *subactam* simpliciter intelligendum esse, hoc nimis durum foret) carminis argumentum facere. Satis commoda vero montis facta videri potest mentio, cum per se, tum quod in ferculis triumphalibus montium quoque, praeter urbium ac fluviorum, imagines circumferrentur. Claudian. de Cons. Stil. III, 23. in pompae triumphalis descriptione: *hi facta metallo* oppida, *vel* montes, *captivaque* flumina *ferrent*. Vel sic tamen nullus fere dubito, quin Horatius fluvium eiusdem nominis h. l. intellexerit. Cuius etsi ab antiquis Geographis nulla fiat mentio, hoc tamen non adeo mirandum videbitur ei, qui fluviorum nomina diversis aetatibus diversa, eundemque fluvium diversis terrae, saepe eiusdem regionis, tractibus, quos alluit, nomen variare meminerit. Poterat adeo Tigris ea Armeniae parte, qua Niphates mons situs erat, ipsum montis nomen induere, quo tanquam reconditiore, poeta h. l. eum universe designaret, quum Geographis et Historicis vulgare ac sollenne tantum in usu esset. Tantoque convenientius isti fluvio hoc nomen esse arbitror, cum Tigridis fontes in ipsis Niphatis montis radicibus quaerendi sint, iuxta Strab. XI. l. c. Quam ipsam causam esse suspicor, quod in multis regionibus eadem et montium et fluviorum et antiqua et nostra aetate reperiantur nomina. Diserte vero Niphaten fluvium seriores poetae tradunt, quos omnes aut Horatium male intellexisse, aut Niphatae fontes e suo capite derivasse, quis tandem hoc statuat? Ita vero Lucan. III, 245. *Armeniusque tenens volventem saxa Niphaten*, ubi Burmanni: *tollentem saxa*, molimina nihil moramur. Sil. XIII, 765. *Qui Gangen bibit, et Pellaeo ponte Niphaten adstrinxit.* Iuven. VI, 409. *isse Niphaten in populos, magnoque illic cuncta arva teneri diluvio.* In Virgilio III, 30. (*Addam urbes Asiae domitas, pulsumque Niphaten*) dubites utrum montem an fluvium cogitaverit; si tamen leniorem sequaris rationem, de fluvio utique ibi intelligas. Qua eadem *Aufidus retro fugere* dicitur Aen. XI, 405. Nam *montem pulsum* dici, quam durum hoc! Neque vero in unanimi fere poetarum consensu nihili facienda auctoritas Servii ad Virg. l. l. qui Niphaten et montem Armeniae et eiusdem regionis fluvium perhibet. Ita vero, si accipiatur, orationem concinniorem fieri, quis non sentit? At, instant clamantes, quis unquam *rigidum*, h. e. glacie adstrictum, fluvium vidit *volvere vertices?* Recte. Sed quid vetat, quo minus Niphaten *rigidum saxis*, saxosum interpretemur? quid vetat, quominus hunc ipsum fluvium a Pisandro *εὐσκόπελον* dictum, docteque ita (nam *rigere* dicuntur saxa, scopuli, noto loquendi usu) ab Horatio expressum opinemur? quominus vel ripas istius fluvii scopulosas vel rapidum eius cursum, saxa secum volventem cogitemus? Ita *Euphraten saxosum* vocat vel Plin. H. N. 5, 24. *lapidosas Aesaris undas* Ovid. Met. XV, 23. ut alios in re vulgari taceam. Magis tamen h. l. accommodata haec videtur altera ratio, qua fluvio mores, sensus, ingenium hominum, ad eum accolentium (v. c. *saevus Hydaspes* Petr. de Mut. R. 239. *Salo tetricus* Martial. XII, 3, 3.) tribuuntur, ut adeo Niphate rigido, feroci, tumido notetur Armeniorum ferocia ac superbia, a Tiberio necdum fracta et contusa. Quo eodem exquisito phantasmate Armenii et Parthi subacti ac perdomiti per ipsorum flumina leni ac moderato cursu fractum quasi animum prodentia declarantur. In populo enim rerum gestarum magnitudine tumido, feroci, eiusdem terrae fluvii exundant, *pontem indignantur* (Virg. Aen. VIII, 728.) et sic porro; alveo contra latent, (Sil. III, 599.) aquas submittunt, pontem patiuntur, domitis eius accolis. Notus Virgilii locus Aen. VIII, 726. *Eu-*

Medumque flumen, gentibus additum
Victis, minores volvere vertices;

v. 22. *tollere* Luctat. ad Stat. Th. XI, 508. *vertices* quidam codd. et editt. ut Lipss. Dessss. Helmst. Venet. 1590. Basil. 1580. Fabric. Rutg. Bentl. Sic etiam in aliis auctoribus variatur. *Vertex* sane et *vortex* sola scriptura differunt. Haec tamen forma haud dubie antiquior, ut *vorsus*, *vortere*. v. Drakenb. ad Sil. III, 475. *vertices* etiam Vandd. omnes, estque id in lectt. Zurck. Vand.: *Vortices*, que préfèrent certains éditeurs, est un mot bien suranné, puisque, selon Quintilien, ce fut le premier Scipion qui en fit tomber l'usage. — *vertices* V. A. B. *Fr.* A. B. C. Ch. A. C. Cr. A. An. A., alii mss. apud Ianium et Combe, edd. Venn. 1479, 1509. Flor. 1482. Iuntae 1503. Muret. Fabric. Rutg. Torr. Bentl. Al. [Bod.] *vortices*. *Vertex a vertendo dicitur, vortex a vorando: et vult Plinius verticem, immanem vim impetus habere, ut, Ingens a vertice pontus: vorticem vero circumactionem undae esse, ut, et rapidus vorat aequore vortex.* Ita Charis. lib. I. p. 85. ed. Basil. 1551. Summitas ergo aquarum fluminis seu undae in mare decurrentes, una semper aliam volvuntur, ut Ep. II, 2, 176. *unda supervenit undam.* Sen. N. Q. II, 35. Sil. Ital. XVII, 122. et passim apud alios; praesertim cum amnes exundant. Diversus itaque est hic aquarum motus a motu vorticis, de quo Seneca l. c. V, 13. Et de utroque III, 27. Allegorice ait poeta, Euphraten non amplius exundare, sed modestius et lenius fluere, domitum se sentientem et unitum Romano Imperio, pro, gentibus, quae flumen accolunt, devictis. FEA.

---

phrates ibat iam mollior undis, quem descripsit Gallus eleg. v. 53. (Poet. min. T. III, 191.) *Euphratis currentes mollius undas.* Sic idem Niphates Silio l. l. *Pellaeo ponte adstrictus* dicitur domita ab Alexandro Armenia. Petron. de Mut. Reip. v. 241. de Pompeio: *quem fracto gurgite Pontus, et veneratus erat submissa Bosporus unda.* Epigr. LXXXIII. Anthol. Lat. T. I. p. 230. *Ister pacatis lenior ibat aquis;* ubi v. Burm. Idem fluviis adfectus tribuitur in tristitiae sensu declarando. Sic *Sperchios aquis tenuis* Statio Ach. I, 239. in Achillis discessu: idem contra Silv. II, 7, 12. *doctos largius evagari amnes* iubet in *Lucani proprio die* celebrando. Clariss. Doeringus, (Cruquium secutus, ut videtur, inquit enim Cruqu. „Niphates mons est Solino, Melae et Straboni II lib. Quare non ausim dicere fluvium.") *Niphaten*, montem Armeniae, h. l. intelligit, cui explicationi quidem non repugno, quamquam benevolus lector, me Mitscherlichii rationes, quas integras hic repetivi, tanquam potiores sequi, perfacile animadvertet.
v. 20. *Et Rigid. Niph. Medumq.* etc.] hunc locum sic explicat Lambinus: et cantemus haec, videlicet Niphaten Armeniae et Medum, Mediae fluvios, quasi victos cum Armeniis et Medis, acceptaeque cladis sensu ac dolore affectos, angustius ac lenius fluere. Est autem Medus proprium fluvii nomen, non Araxes, aut Tigris aut Euphrates, ut alii

---

niae montem putant. [*Med. flum.*] poetice quasi et fluvium se victum sentiat, ut: Et pontem indignatus Araxes; et: Euphrates ibat iam mollior undis. Vnde gentes tum victas vult intelligi, quae circa flumina sunt. Euphraten autem Indorum amnem vult intelligi. Ordo est: *Cantemus Medum flumen volvere minores vertices, additum victis*

sunt. [*Med. flum. gent. add. vict.*] Videtur Euphraten Medorum significare. Quem ait gentibus victis additum esse, i. e. in numerum victarum gentium accessisse, et additum victis, poetice, quasi sit fracta ferocia impetus eius, postquam victus sit.

Intraque praescriptum Gelonos
Exiguis equitare campis.

v. 23. *Interque* Helmst.

---

arbitrantur, intelligendus, idque ex Strabone cognoscere licet lib. 15. ubi commemorat, quos fluvios traiecerit Alexander Magnus, cum Persidem peragraret ferroque vastaret. Eius verba sunt haec (c. 5. §. 6.) *πρὸς αὐτῇ δὲ Περσεπόλει τὸν Ἀράξην διέβη. ἦν δὲ ἡ Περσέπολις ἔχουσα βασίλεια ἐκπρεπῆ καὶ μάλιστα τῇ πολυτελείᾳ τῶν κειμένων. ῥεῖ δ᾽ ὁ Ἀράξης ἐκ τῶν Παραιτάκων· συμβάλλει δ᾽ ἐς αὐτὸν ὁ Μῆδος ἐκ Μηδείας ὁρμηθείς* etc. Neque vero est, quod quisquam miretur, Horatium ita locutum esse *Medum flumen*, si Medus proprium fluvii nomen est. Nam sic eum reperimus duobus locis esse locutum, uno Carm. Lib. IV, 4, 37.: *Quid debeas, o Roma, Neronibus, Testis Metaurum flumen;* altero in Epist. ad Pis. v. 18.: *Aut flumen Rhenum aut pluvius describitur arcus.* Licet etiam addere tertium, qui est supra Carm. 6. huius libri v. 10. *Dulce pellitis Galaesum Flumen.* Sic enim scriptum est in quibusdam libris calamo exaratis. Atqui Metaurus, Rhenus, Galesus propria sunt fluviorum nomina. — *Medum flumen*, Euphraten puta; *min. volv. vert.*, minus, ut domitum, se extollere, lenius et moderatius fluere; huc pertinet, quem laudant, locus Virg. Aen. VIII, 726. — *Euphrates ibat iam mollior undis. D.* — v. 22. *Volvere*] *κυλίνδειν.* Hom. Il. λ', 307. *πολλὸν δὲ τρόφι κῦμα κυλίνδεται.* — *cantemus tropaea et Niphaten*, *Medumque*, h. e. Parthicum *flumen*, Euphraten, *minores vertices volvere*, ut non amplius se aquis suis efferant, ut alveo conditi subsederint. Iam phantasmatis huius poetici notionem declaravit ipse, more ei familiari, adiectis magis perspicuis verbis: *gentibus additum*, addita (e vulgari ratione: nam ad utrumque fluvium referri debet) victis, in pop. R. potestatem redacta; nihil amplius. Ita *adiecti imperio* R. dicuntur *Britanni* ac *Persae* III, 5, 3. *M.*
v. 23 — 24. *Geloni* ad Istri gentes pertinent, quas communi Scytharum vel Sarmatarum nomine comprehendunt scriptores Romani. Qui cum Istrum transire et fines Romanos populari (hinc *gentes Istro non bene submotas* vocat Ovid. Trist. II, 203.) solerent; eodem hoc anno Augustus, misso Lentulo, ultra ulteriorem ripam eos cum Dacis repulit. Flor. IV, 12. Hinc *Massagetae Scythico Istro alligati* dicuntur Lucan. II, 50. et *Dahae vetiti errare* eidem VII, 429. Iam pro, cantemus Gelonos submotos, repressos, est, *equitare Gelonos*, ut iam equitent, ut coacti sint *equitare*, versari, se continere; sed alterum tangit morem istorum nomadum, vagandi in equis, quem diserte de Sarmatis tradit Flor. l. l. adde Ovid. Trist. V, 7, 14. — *intra praescriptum*, intra praescriptos ab Augusto limites. — *Campis*, tanquam nomades, quibus isti, per se satis ampli, *exigui* tamen videbantur, quod non amplius evagari latius liceret ipsis. *Amara* enim *lex Sarmatis* refugis, *sub uno vivere caelo*, Stat. Silv. IV, 7, 50.

---

gentibus. [*Intr. praescr.*] intra constitutum. Augustus enim fines Gelonis statuit, quos victi egredi non auderent, sed praescriptis limitibus tenerentur, cum ante, ubi libuisset, excurrerent. [*Exig. equit. camp.*] a Caesare determinatis.

CARMEN X.

AD LICINIVM.

Argum. *Scripsit Horatius hoc carmen ad Licinium Varronem Muraenam, Proculeii ac Terentiae fratrem, hominem varium, ambitiosum, seditiosum, et, quodcunque animi suaderet impetus, promptum ad temere arripiendum. Horatius qui recte intellexisset, huiusmodi morem se gerendi Licinio non tam commodo, quam potius incommodo futurum esse, appetebat nimirum Licinius altissimos honores in civitate, minime iis edoctus, quae bonorum proscriptione expertus erat, prudenter ac tanquam amicus ei suadet, ut istis temerariis consiliis tandem abstineat, nec res publicas civitatis tum adeo concussae curet, imo potius tranquillus pariter ac securus in otio sibimet ipsi vivat. Horatius igitur Licinio hoc carmine sedulo eam commendat animi moderationem atque temperantiam, quae periculi metu a conandis arduis facile abhorreat, neque tamen ad humilitatem se deprimi patiatur, sed ab invidia aeque atque contemtu tuta medium quoddam (aureum mediocritatem) sectetur; hocque maximum momentum ad bene beateque vivendum efficere ait. — Sed Licinius amicorum prudenter monitis non obsecutus, ut ex Dione LIV,* 3. *Vell. Pat. II,* 91. *constat, iisque detectis, quae in Augusti perniciem cum Fannio Caepione conflarat, temeritatis suae poenas dedit, ut par erat, gravissimas.*

Rectius vives, Licini, neque altum
Semper urguendo, neque, dum procellas

AD LICINIVM DE MEDIOCRITATE Venett. Asc. Locher.
AD LICINIVM MVRAENAM DE STATV VITAE libb. Marcil.
AD LICINIVM MVRAENAM, OPTIMVM ESSE MEDIVM VITAE STATVM tres Torrent. Mentel. ita quoque Cod. Goth. qui tantum vocem VITAE omisit.
AD VALGIVM LICINIVM quaedam editt. inepte.
AD LYCIDIVM MVRRHAENAM Cod. Guelf. ex errore.

v. 1. *Lycini, Licyni,* errores. *nec altum* unus Bersm. Dess. 2. Helmst.

---

v. 1—4. *Rectius*, recte, sapienter vitam institues, adeoque beate, tranquille deges. Iam quae e vulgari ratione sequi debuerat sententia: si semper mediocritatem secteris, si in omni vita in mediocri fortuna te contineas, neque honorum aut gloriae cupiditate efferaris, neve ad humilioris conditionis sordes deprimaris; hanc poeta involvit allegoria, a navigatione petita, cuius quidem simplicior enuntiatio erat: si semper medium cursum tenueris, media via navigaveris. Pro hoc ad allegoriae huius indolem magis apposite: si neque nimis longe in altum proveharis, neque cursum nimis prope litus dirigas; quandoquidem illud procellis infestatur, hoc ob cautes prominentes accedere periculosissimum est. Neminem vero Intpp. voce *semper* offensum, omnino mireris. Quid enim? num *interdum* expedit, altum tenere, interdum litus, h. e. mediocritatem aliquando deserere? Sed talibus argu-

---

ACR. [*Rect. viv.*] ad Licinium scribit monens, periculosum esse magna tentare, nec rursum si pericula timeantur, inter angustias hu-

POR. [*Rect. viv.*] hac ode Licinium Crassum alloquitur, monens, periculosum esse magna tentare, optimumque esse mediae vitae sta-

Cautus horrescis, nimium premendo
Litus iniquum.
Auream quisquis mediocritatem
Diligit, tutus caret obsoleti

v. 3. *horrescis, nimium.* Wakefield. comma ponit post *nimium,* adducens v. 28. ex Epist. ad Pis. Sed hic locus plane alio sensu discernitur ab illo. In hoc videre poterat impotens criticus, *nimium* pari passu ambulare cum praecedenti *semper*, ut qui semper urget altum, etiam nimium premat litus iniquum. — 4. *Litus* etiam Graev. — *diligit tutus, caret* Bentl. Iones. Sed docet elegantiae sensus, *tutus* ita iungendum cum tecto sordido, ut *sobrius* cum aula.

---

tiis facile occurras, si rationem poeticam ad prima eius stamina revoces. Scilicet exornavit poeta primariam hanc sententiam: Tu *semper* mediam viam insiste, *nunquam* ab ea recede, ut beatus vivas: unde adhaesisse variatae atque inversae orationi putandum est. *semper* refer ad ferventius, quo quis semper agitatur, studium. *Vrgere altum* (nos: *die hohe See halten*) brevitate dictum pro: urgere iter, cursum dirigere versus altum, velis remisque altum petere. Proprie *urgemus iter, viam*, cui acriter instamus, quam concitato gradu molimur, prosequimur, ut Ovid. Fast. VI, 520. de Hercule: *ad vocem concitus urget iter.* adde Val. Fl. II, 34. V, 400. Possit etiam simpliciter dictum videri, pro, impellere, promovere mare, undas, quatenus *navis labens prae se undas volvit, vertices vi suscitat*, ut in nobili fr. Attiano, et saepius alibi. — *neque* dum *procellas* alti maris *cautus horrescis*, ut tibi a procellis caveas, dum altum procellarum metu vitas, *nimium premendo*, nimis prope accedendo ad *litus*, quod aeque *iniquum*, *τρηχύ*, asperum, sc. saxis, scopulosum, adeoque infestum, periculosum est navigantibus. Eodem fere orationis colore Seneca Agam. 100 sqq. *Felix mediae quisquis turbae sorte quietus aura stringit litora tuta, timidusque mari credere cymbam remo terras propiore legit.* Id. Oedip. 890. *tuta me media vehat vita decurrens via.* — v. 5—8. Mediocritas enim sola vitam beatam iucundamque efficit; quandoquidem ea nec invidiae patet, nec egestatis malis laborat. *Quisquis mediocritatem*, mediocrem illam vitae fortunaeque conditionem *auream*, h. e. tanquam eam, quae vitam reddat iucundissimam, *diligit*, habet, sectatur, eam expetendam ducit, in ea acquiescit. *Aureum*, *χρυσοῦν*, de praestantissimo, optimo quoque, poetis adhibetur, noto loquendi usu. v. ad 1, 5, 9. Ad sententiam poetae Alexis *ἐν συντρόφοις* (apud Grot. Exc. Trag. 578.) *ὡς ἡδὺ πᾶν τὸ μέτριον οὐδ' ὑπέργεμον*: et magis, etiam ad orationis colorem, apposite Loll. Bassus c. VI. (Anal. Br. II. 161.) *αἱ μεσότητες ἄρισται, ὅπη δέ γε πρήξιες ἀνδρῶ·* (†) *καὶ μάλα μέτρον ἐγὼ τἄρκιον ἠσπασάμην. Τοῦτ' ἀγάπα, φίλε Λάμπι, κακὰς δ' ἔχθαιρε θυέλλας. Δώρημα κάλλιστον θεῶν* similiter *σωφροσύνην* vocat Eurip. Med. 637. *Diligere,*

---

milem vitam sordide continendam et per allegoriam navigantium, mediocritatem suadet esse sequendam. Ordo est: Licini, dum cautus horrescis procellas; rectius vives, neque semper urgendo, neque nimium premendo iniquum litus, i. e. navigantibus periculosum. [*Auream*] beatam. Virg.: Aurea quae perhibent, illo sub rege fuerunt se-

tum. [*Neq. alt. Semp. urg.*] allegoria, qua significat neque magna nimis appetenda, nec rursum dum pericula times, inter angustias humilis ac sordidae vitae continearis. [*Litus iniquum*] periculosum, propter humilitatem vadorum, sive propter saxa; sed et hoc, ut dixi, *ἀλ-*

Sordibus tecti, caret invidenda
Sobrius aula.
Saevius ventis agitatur ingens

v. 9. *Saevius* ex mss. Sorb. apud Valart. ita in edit. Rothomag. 1701. Cun. San. Sivrius, Burm. ad Ovid. Her. XIV, 39. Al. *Saepius*, pro qua lectione vulgari facere posset Sen. de Prov. 4.: *Non est arbor solida, nec fortis, nisi in quam frequens ventus incursat: ipsa enim vexatione constringitur et radices certius figit.* Sed hoc alio sensu de quercu dici potest, non de pinu, quae excelsa, radicibus parum firmis, facile a ventis subvertitur et eradicitur; ut passim videmus in agro Romano et in villis suburbanis. FEA. Bothius et Iahnus praeferunt *Saepius* propter codd. consensum, quam lectionem, quantumvis frigeat, in textum recepere. Lectio *Saevius* tam concinna, tamque sensui apta est, ut ego minime dubitassem, eam ex coniectura in textum recipere, consensum codd. hic nihili faciens, qui saepius sint corrigendi. Quum vero lectionem *Saevius* a VV. DD. in medium propositam, a Cuning. laudatam, a Burmanno confirmatam, et a Sanadono et a Sivrio in textum receptam viderem, eo lubentius eam hac in editione secutus sum. Lectionem *Saevius* Ianius defendit, eamque sequitur Doeringus. Omnino hic bene animadvertendum est, litteras *p* et *v* saepissime a librariis esse permutatas. Id quidem ex aliis scriptorum latinorum locis confici potest. Ceterum nota sunt *saeva tempestas, saevus ventus* etc. — Stoschius in *Museo critico* p. 505. v. 12. integram strophen excidisse putat, quod erat comprobandum.

ἀγαπᾷν, eligere, sequi. — v. 5. *Auream*] omnibus rebus anteponendam, maximi pretii. Sic Pindarus *ὑγίειαν χρυσῆν* appellat, i. e., ut Graeci interpretantur, *τιμίαν*. Idem Pindar. Pyth. *εἰδ. ια'*, 52 sq. ed. Boeck. ait, se, cum intelligat mediocres civium fortunas diutius florere stabilioresque permanere, tyrannidum sortem et exitum detestari:

τῶν γὰρ ἀμ πόλιν εὑρίσκων τὰ μέσα μακροτέρῳ
ὄλβῳ τεθαλότα, μέμφομ' αἶσαν τυραννίδων.

v. 7. Mediocritas tutum hunc praestat ab inopia aeque atque invidia. *Tutus*, sc. ab egestate. Res hominis mediocritatem sectantis in tuto, *ἐν ἀσφαλεῖ*, collocatae sunt. Ita in fragm. Apollodori: *ἡ δὲ μεσότης ἐν πᾶσιν ἀσφαλεστέρα, τῷ μήτε λίαν ἐν ταπεινῷ τῆς τύχης μέρει φέρεσθαι, μήτ' ἐν ὑψηλῷ πάλιν.* Egestatem, et quae ei propria sunt mala, v. c. ut despicatui habeatur (nam *πενία ἄτιμον καὶ τὸν εὐγενῆ ποιεῖ.* iuxta Menandreum) ut in misericordiam incidat cett. designat poeta per *sordes tecti obsoleti*, domum sordidam, squalidam, obsoletam. *Sordidam parvae domus fortunam* similiter dixit Senec. Herc. fur. 200. cf. ad II, 16, 28. — Idem *sobrius*, *νήφων*, *σώφρων*, sibi temperans, continens, (sic *sobriam* Curii et Fabricii *paupertatem* vocat Claudian. de IV. Cons. Hon. 413.) haud aegre *caret*, non expetit *aulam invidendam*, aedes splendidas, propter quas in hominum invidiam incurrat, adeoque contemnit opes nimis splendidas, invidiae obnoxias. Ad sententiam totius loci insigniter facit Sotades apud Stob. in Floril. Grot. p. 427.

---

cula. [*Obsol.*] squallidi, sordidi. [*Car. inv. sobr. aula*] invidia mediocritatem carere dicit, ex magnis autem aedibus solet oboriri invidia. [*Saepius vent. agit. ing. pin.*] metaphora ab arboribus et aedificiis, tanquam maiora et in alto posita periculis subiacere semper et casibus,

ἀλληγορικῶς accipiendum. [*Car. invid. Sobr. aula*] i. e. sapiens, quod careat invidenda aula, i. e. invidiosa bonorum sublimitate. [*Saep. vent. agit. ing. Pin.*] Per haec et quae subiecta sunt, *ἀλληγορικῶς* significat altiora quaeque hominum magis periculis esse subiecta.

Pinus: excelsae graviore casu
Decidunt turres: feriuntque summos
Fulgura montes.

v. 10. *et celsae* vulgata lectio. *et excelsae* unus Cun. Fran. *excelsae* Brod. Cun. San. Sivr. Apparet, hac postrema lectione et pulchriorem versum et fortiorem sententiam fieri; nam illud *et* valde languet: et quomodo orta sit inde vulgata, facile intelligitur. — 12. In omnibus fere libris manuscriptis, duob. Vatic. Tornes. Nicotianis, Russardinis, Cleric. *fulgura* legitur. Atque ita censeo reponendum, quamquam lectio vulgata ferri potest. *LAMB. Fulmina* apud Feam, et est fere a duobus seculis vulgata editt. lectio. Sic Venet. 1590. Basill. Fab. Rutg. Heins. Fabr. Despr. Dacer. Iones. Sivr. Sed *Fulgura* praeter Codd., quos apud Lamb. notavimus, omn. Cruqu. Bentl. Pulm. Lipss. 2, 3. Altt. Dessss. Fran. Mentel. tres Bersm. Sax. Gott. Venett. 1478. 1492. Asc. Locher. Florent. Cun. Baxt. Iani. Quamvis verum sit, (vid. Fea) *fulgur* idem saepe notare, quod *fulmen* apud optimos Latinitatis auctores; nihilominus in eo proprie distinguuntur, ut fulmen dicatur, si non tantum ignem coruscum indicare velis, sed simul naturam, corpus, ictum ipsius fulminis: contra fulgur, vel etiam si absque telo ignis se emiserit; quod non negat Bentl. et aperte evincitur ex Sen. N. Q. II, 21 sqq. Lucret. VI, ubi v. 297. ait: *Extemplo cadit igneus ille Vortex, quod patrio vocitamus nomine fulmen.* Plin. H. N. XXXV, 15. fulmina et fulgura distinguit. Hic autem mihi videtur *fulgura* ferri posse tanquam magis poetice sonans. Vandd. omnes: *Fulgura.*

Ὁ πένης ἐλεεῖται, ὁ δὲ πλούσιος φθονεῖται, ὁ μέσος δὲ βίος κεκραμένος δίκαιός ἐστιν. Αὐτάρκεια γὰρ πρὸς πᾶσιν ἡδονὴ δικαία. Vnde Palladas c. CXXIV. (Anal. Br. II, 433.) *Οἱ βασκαινόμενοι λαμπρὸν ἔχουσι βίον· τοὺς δὲ λίαν ἀτυχεῖς οἰκτείρομεν, ἀλλά τις εἴην μήτ' ἄγαν εὐδαίμων, μήτ' ἐλεεινὸς ἐγώ. ἡ μεσότης γὰρ ἄριστον, ἐπεὶ τὰ μὲν ἄκρα πεφύκει κινδύνους ἐπάγειν, (τὰ) ἔσχατα δ' ὕβριν ἔχει.* Adde Apollod. fr. init. — v. 9—12. Nec invidiae solum, (vv. 7—8.) sed et Fortunae iniuriis maxime obnoxia est magna fortuna; quo excelsiore constitutus es loco, tanto magis lubrica atque incerta est rerum tuarum conditio. Sententia trita, sed allegoricis imaginibus, etsi linea tantum, quo fortius animum percellant, adumbratis, mire nobilitata atque exornata a poeta. Quo magis mirandum, fuisse, qui orationem horum vv. nimis pedestrem culparent. *Pinus ingens*, alta, cum delectu, pro quavis procera arbore; *saevius*, vehementius, magis *agitatur*, vexatur, concutitur, ventis magis obnoxia est, quam humiles arbores, fruticeta. Lucian. in Anthol. Brod. L. I. p. 165. *οὐ θρύον οὐ μαλάχην ἄνεμός ποτε, τὰς δὲ μεγίστας ἢ δρύας ἢ πλατάνους οἶδε χαμαὶ κατάγειν.* ubi observa lusum poetae in oppos. *θρύον* et *δρύας*. Ovid. Rem. Am. 369. *Summa petit livor; perflant altissima venti.* Senec. Hippol. 1128. *Admota aethereis culmina sedibus Euros excipiunt, excipiunt Notos, insani Boreae minas, imbriferumque Corum.* Id. Oed. 8. *Vt alta ventos semper excipiunt iuga: imperia sic excelsa Fortunae obiacent.* Claudian. XXXIX, 36. *Non capit angustus Boreae certamina collis; Alpes ille quatit, Rhodopeia culmina lassat.* — v. 10. *Turres*, *πύργοι*, aedificia alta, quo *celsiora* sunt, eo *graviore casu decidunt*, tanto gravior ipso-

---

ut Iuvenal.: Numerosa parabat Excelsae turris tabulata, unde altior esset Casus et impulsae praeceps immane ruinae. [*Feriuntque summos*

[*Fer. summos Fulg. mon.*] Et hic et in superiori saepius *κατὰ ζεῦγμα* accipiendum, ut sit, saepius feriunt. [*Sper. inf.*] quod est adversum.

Sperat infestis, metuit secundis
Alteram sortem bene praeparatum
Pectus. Informes hiemes reducit
Iupiter, idem

v. 13. *Sperat adversis* Chabot. Bersm. e glossa. *FEA* et *IANI.*

---

rum ruina est. Ad sententiam Apollod. fr. 9. *κἂν γὰρ πέσῃ τις ἐξ ἐλάττονος μέτρου εὐπερικάλυπτον ἔσχε τὴν δυσπραξίαν· ὄγκου δὲ μεγάλου πτῶμα γίγνεται μέγα. πρὸς γὰρ τὸ λαμπρὸν ὁ φθόνος βιάζεται, σφάλλει δ' ἐκείνους, οὓς ἂν ὑψώσῃ Τύχη*, *tolluntur in altum, ut lapsu graviore ruant*, Claudian. in Ruf. I, 22. Facit etiam huc Iuven. X, 105. *numerosa parabat excelsae turris tabulata, unde altior esset casus et impulsae praeceps immane ruinae.* — v. 11—12. *fulg. feriunt*, impetunt, cadunt in *summos montes*, *τὰ ἄκρα*, cacumina montium. Seneca Hippol. 1132. *Humida vallis raros patitur fulminis ictus. Tremuit telo Iovis altisoni Caucasus ingens, Phrygiumque nemus.* Claudian. l. l. v. 38. *Incubuit numquam caelestis flamma salictis, nec parvi frutices iram meruere Tonantis; ingentes quercus, annosas fulminat ornos.* Totum vero tetrastichon adumbravit Senec. Agam. 93 sqq. *nubibus ipsis inserta caput turris pluvio vapulat Austro; densasque nemus spargens umbras annosa videt robora frangi; feriunt celsos fulmina colles.*

v. 13—14. Alterum vitae sapienter instituendae praeceptum: in utraque fortuna animus tibi constet, neve secunda efferatur, aut adversa deprimatur; memor, Fortunae easdem, quae Naturae, esse vices, *propriamque illam in ipsa sui mutabilitate servare constantiam*, (Boeth. Cons. Phil. II, 1.) seu ut pressius Seneca Quaestt. nat. III. praef. *in secundis nemo confidat, in adversis nemo deficiat: alternae sunt vices rerum.* — *Pectus bene praeparatum sperat* cett. pro, animus *bene*, sapienter, fortiter *praeparat*, obfirmat sese adversus quamcunque sortis mutationem; adeoque *sperat infestis* in adversa fortuna *alteram sortem*, melioris sortis spe erigitur; in *secundis* contra rebus *metuit alteram*, contrariam *sortem*, adeoque in re prospera non luxuriat, (Ovid. A. A. II, 437.) sed praecipit ac confirmat se adversus ingruentem adversam fortunam. Omnes fere Intpp. *p. bene praep.* explicant: studiis philosophicis, sapientia, usuque vitae munitum, parum apte h. l. Senec. Ep. XVIII. *In ipsa securitate animus ad difficilia se praeparet et contra iniurias fortunae inter beneficia firmetur. Quem in ipsa re trepidare nolueris, ante rem exerce.* Id. Ep. CVII. *Praeparetur animus contra omnia. — Nemo non fortius ad id, cui se diu composuerat, accessit, et duris quoque, si praemeditata erant, obstitit. At contra imparatus etiam levissima expavit*, cett. Adde Senec. Hippol. 994. Cum altero sententiae commate concinit fragm. Comici: (in Grotii Exc. p. 915.) *Πράττων καλῶς μέμνησο τῆς δυσπραξίας· καὶ γὰρ τὸ πραχθὲν ὡς τὸ πραττόμενον σκόπει.* — v. 15. *Natura hoc, quod vides, regnum mutationibus temperat. Nubilo serena succedunt; turbantur maria, cum quieverunt: flant invicem venti; noctem dies sequitur: pars caeli consurgit, pars mergitur: contrariis rerum aeternitas constat. Ad hanc legem animus noster aptandus est*, Senec. Ep. CVII. Etiam Boeth.

Fulg. mont.] Acroceraunia dicit, quibus a frequenti fulmine nomen est datum. [*Alt. sort.*] contrariam sortem. [*Pect. bene praep.*] bono instructum ingenio et forti doctrina formatum pectus praeparat se ad fortunam adversam contemnendam. [*Inform.*] turbidas, assiduis im-

[*Inf. hiem. red. Iupp. id.*] per haec vices esse bonarum et malarum rerum probare vult. [*Nec, si male nunc, et ol.*] nunc futuri temporis est

Submovet. Non, si male nunc, et olim
Sic erit: quondam cithara tacentem

v. 17. *Commovet* Lips. 3. — 18. Pro *quondam* Vand. Q, *quando*, cum glossa: aliquando. *Citharae* Graev. liber Mongez. et Vandd. 4, sed cum var. lect. *citharq.* Cithara etiam in Vanderb. libro B a manu correctoris et pro var. lect. in eiusd. *γ.* — *citharae* Bentl. 1, 19. unus Bersm. Lips. 2. Et sic Bentl. Sanad. ut *Musa citharae* (quemadmodum supr. I, 9. *Musa tragoediae*) sit pro cithara ipsa. — *citharae tacentis* Cun. — *citharae tacentem* var. lect. Iones.

Consol. Philos. II. pr. 2. ubi Fortunam ita loquentem inducit: *An ego sola meum ius exercere prohibebor? Licet caelo proferre lucidos dies, eosdem tenebrosis noctibus condere. Licet anno, terrae vultum nunc floribus frugibusque redimire, nunc nimbis frigoribusque confundere*, cett. Natura suas vices experitur, continuo immutatur eius facies. Pro hoc poeta: *Iupiter*, tanquam omnis tempestatis arbiter (v. ad I, 12, 15. adde Aristoph. Av. v. 1502. *τί γὰρ ὁ Ζεὺς ποιεῖ; ἀπαιθριάζει τὰς νεφέλας ἢ συννέφει;*) *reducit hiemes*, adducit *h.*; sed alterum non sine virtute positum videtur, utpote in re, quae iteratis vicibus accidit, designanda. Sic *Sol siccos dies refert* III, 29, 20. *bruma recurrit iners* IV, 7, 12. — *informes*, quae gratam naturae faciem deformant, squalidae, tristes. *Deformem hiemem* similiter dixit Sil. III, 489. et Iuven. IV, 58. — *idem summovet*, pellit, adeoque serenitatem reducit. Sententia satis expedita: laetis tristia, tristibus laeta invicem succedunt. Idem orationis color in fragm. Comici apud Grot. in Exc. p. 913. *Χειμὼν μεταβάλλει ῥᾳδίως εἰς εὐδίαν*; et Theocr. δ', 41. et 43. *Θαρσεῖν χρή, φίλε Βάττε· τάχ' αὔριον ἔσσετ' ἄμεινον. Χὠ Ζεὺς ἄλλοκα μὲν πέλει αἴθριος, ἄλλοκα δ' ὕει*, *Splendet saepe, ast idem nimbis interdum nigret*, ut fere ad verbum Attius, cuius fr. exstat apud Nonium: v. Fragm. poett. lat. Steph. p. 17. — v. 17 sqq. Posteriorem sententiam iam amplificat et exornat poeta. Aurea vero plane penitusque animo infigenda sententia, qua te, aerumnis miseriisque, quas ingenuus pudor proferre vetat, oneratum atque obrutum, erigas et confirmes: *Non, si male nunc*, si nunc pessima rerum tuarum est conditio, cuius molestissimus sensus te vel a iucundissimis studiis subinde avocet, *et olim sic erit*, eadem perdurabit; laetiora aliquando *his* tristissimis succedent tempora. — 18. Neque enim Dii semper irascuntur hominibus, h. e. iis calamitates infligunt, sed aliquando sunt laeti, h. e. propitii, recreant homines miseriis oppressos. Pro Diis in genere est Apollo; is laetus est, ubi citharam pulsat: tristis contra atque iratus, arcu adducto. Oratio in his ornatissima. *Apollo suscitat*, excitat *Musam*, elicit, edit sonos, pulsa *cithara*, tactis chordis, *ἐγείρει* (sic *Musaea mele per chordas expergefacta* Lucret. II, 413. contra *Μοῦσα ἄϋπνος ὑπ' ἄντυγι χορδᾶν* Eurip. Hippol. II, 1135.) *ἐρεθίζει* (v. c. Theocr. XXI, 21.) *Μοῦσαν*. Graecum loquendi usum facile observes. Sic Pan Hom. H. in eund. v. 15. *δονάκων ὕπο Μοῦσαν ἀθύρων*, idem Eurip.

---

bribus. [*Submovet*] Dat divinitatis exemplum per immutationes temporum, per quae sperare in adversis et semper fortes esse debeamus. [*Non, si male n., et ol. Sic er.*] generalis sententia: non semper eandem manere fortunam, ut Virg.: Nunc, olim quocunque dabunt se tempore vires. Et *olim* pro futuro tempore posuit, ut: Hunc tu olim

nonnunquam. Hic interdum aut nonnunquam significat. [*Rebus angustis animosus atq. Fort. app.*] hac allegoria praecipit, nec adversis rebus desperandum esse et secundis non nimis confidendum.

Suscitat Musam, neque semper arcum
Tendit Apollo.
Rebus angustis animosus atque
Fortis adpare: sapienter idem
Contrahes vento nimium secundo
Turgida vela.

v. 23. *contines* in uno vetere libro reperit Canter. unde emendabat *contine*. Lectio intolerabilis. — *appares* et *contrahes* Cod. Goth. *contrahes* Cod. Guelf.

El. 703. *Μοῦσαν ἡδύθροον ἐν καλάμοις πνέειν*, et Alcaeo Mess. c. XII. (Anal. Br. I. 489.) *Μοῦσαν ἐμπνεῖν χείλεσι* dicitur. *Μοῦσα βαρύβρομος αὐλῶν* eadem ratione dicitur Aristoph. Nub. 312. — *tacentem*, *σιωπηλήν* (Callim. H. Ap. 12.), ad citharam proprie spectat, quae aliquamdiu seposita fuerat, sed suaviter voci *Musam* adiectum. Ceterum Apollo *κιθαρίζων* in Monumm. antiquis satis obvius ubi *τὸ κεχηνός*, quod in eius ore animadvertitur, vultum eius laetitia diffusum designare videtur. — v. 19—20. Non semper pestem ac calamitates immittit, *arcu tento*, telis iactis. His enim illa infligi ab Apolline credita; res notissima vel ex Hom. Il. I, 59. Adde Stat. Th. I, 658. Hinc *mitis placidusque* idem *condito telo* dicitur Carm. Saec. 33. Ceterum eadem imagine Salei. Bass. ad Pison. 140. (Wernsdorf. Poet. min. IV, 262.) *Ignea quin etiam Superum pater arma recondit*, *et*, *Ganymedeae repetens convivia mensae*, *pocula sumit ea*, *qua gessit fulmina*, *dextra*. — v. 21—24. Quocirca *appare*, esto, praesta te *animosum*, *μεγαλόφρονα*, qui malis non succumbat, erectum ac *fortem* in *rebus angustis*, adversis; animi fortitudinem et constantiam rebus adversis oppone. *Res artae* similiter Sil. XIII, 773. *Pigra extulit artis haud unquam sese virtus*, fere ut Iuven. III, 164. *Haud facile emergunt*, *quorum virtutibus obstat* res angusta *domi*. — v. 21. *Rebus Ang. Anim.* etc.] in rebus tenuibus humilique et adversa fortuna fortem oportet animum praestare: in secundis animum contrahere et submittere. Isocr. ad Demon. *νόμιζε μηδὲν εἶναι τῶν ἀνθρωπίνων βέβαιον· οὕτω γὰρ οὔτ᾽ εὐτυχῶν ἔσῃ περιχαρής, οὔτε δυστυχῶν περίλυπος.* — Theognis (ed. Welck.) v. 587. (ed. Br.) 657 sq. *μηδὲ ἄγαν χαλεποῖσιν ἀσῶ φρένα, μηδ᾽ ἀγαθοῖσι χαῖρ᾽, ἐπεὶ ἔστ᾽ ἀνδρὸς φέρειν ἀγαθοῦ.* Idem (ed. Welck.) v. 585 sq. (ed. Br.) v. 593 sq. *μήτε κακοῖσι νοσῶν λυποῦ φρένα, μήτ᾽ ἀγαθοῖσι τερφθῇς ἐξαπίνης, πρὶν τέλος ἄκρον ἰδεῖν.*

v. 22. *idem* in secundis rebus ne animum tollas, moderato secundam fortunam fer animo. Senec. Ep. XCVIII. *rectus atque integer — dura atque aspera ferendi scientia mollit; idemque et secunda grate accipit modesteque, et adversa constanter atque fortiter.* Cf. III, 27, 74. et IV, 9, 35. 36. *Vela vento secundo nimium turgida* (ita iunge) *contrahes*, tempera, moderare cursum navis, vento secundo abreptae, adductis, demissis velis. Ovid. Trist. III, 4, 32. *formida nimium sublimia semper, propositique memor contrahe vela tui.* Senec. Ep. XIX. *Hic te exitus manet*, *nisi iam contrahas vela*, *nisi terram leges.* Propert. III, 7, 30. *in tenues humilem te colligis umbras*, *velorum plenos subtrahis ipse si-*

---

caelo spoliis Orientis onustum Accipies. [*Neq. semp. arc. Tend. Ap.*] aliud numinis posuit exemplum, quo eum dicat non semper bellorum tristibus occupari, sed miscere dulcia cantilenae. [*Idem*] quisquis es. [*Contrahes*] supprimes; metaphora a navigantibus, nam sicut de incerto pelagi nautis, ita sapienti nec in adversis desperandum, nec confidendum suadet in prosperis. [*Appare*] obtempera.

CARMEN XI.

AD QVINCTIVM.

ARGUM. *Hoc carmen, quod ad Quinctium Hirpinum Horatius scripsit, eum in finem compositum apparet, ut amico suo, tum temporis adeo tristi, variisque curis se crucianti, remedium huiusmodi morbi afferat. Videtur enim Quinctius anxie ac trepide curavisse, quae bellis externis barbari in gentem Romanam molirentur, tam de statu praesentis quam temporis futuri haud minus sollicitus. Horatius igitur ad illud praeceptum, quod saepius in eius carminibus invenimus repetitum, refugium quodammodo capit, quo vitae brevitatem amico ante oculos ponendo, animum eius hilariorem efficere studet. Describitur adeo locus amoenus, ubi cum amico laetitiae, hilaritati, amori, potationi, cantibus audiendis et reliquis indulturus est. Ad hunc locum ut veniat, amicum cum maxime adhortatur. — Ceterum de Quinctio Hirpino, ad quem praeter hoc carmen, quod a. V. DCCXXXIV, quo demum Augustus Cantabros, Lentulus Scythas vicere, scriptum vero similius putatur, Epistola decima sexta libri primi scripta est, nihil aliunde constat.* — Compara cum carminis ipsius argumento supr. Lib. I. carm. IV. IX. XI. Lib. II. carm. III. infr. Lib. IV. carm. VII. Epod. XIII.

Quid bellicosus Cantaber, et Scythes,
Hirpine Quincti, cogitet, Hadria

AD Q. HIRPINVM Lamb. Cruqu. et plur. editt. sed non est, ut Ianius animadvertit, praenomen *Quintus*.

AD QVINCTVM HIRPINVM duo Torr.

AD QVINCTVM, HIRPINVM Sivr. putans, sic dici ob praedium, quod in Hirpinis habuerit. Sed vereor, ut id probari possit. Vix putem, Romanos Ciceronem tali de causa Tusculanum, Horatium Sabinum appellare potuisse.

AD QVINCTIVM HIRPINVM DE LAETA VITA Venett. Locher. Asc.

AD QVINCTVM CRISPINVM vult. Cruqu.

AD EVINCTVM Q. HIRPINVM quaedam editt. corrupte.

B, E, φ, γ, H, AD QVINTIVM HIRPINVM. Vand.

AD QVINTIVM HYRQVINVM (sic) Cod. Guelf.

AD HIRPINVM QVINTVM *non esse cognitiones narrans in diversum mittendas et reliqua.* Cod. Goth.

v. 2. *Hyrpine*, *Hirpyne*, *Irpine* variett. *Herpine Quinti* Cod. Guelf. *Crispine* coni. Cruqu. quia nulli e Quinctiis Hirpini commemorarentur, et putat esse T. Quinctium Crispinum eum, qui a. V. DCCXLV Cos. fuit cum Druso Nerone. Sed nunquam fides habenda argumentis, a silentio scriptorum vel omissione petitis. Certe constanter Codd. exhibent *Hir-*

---

nus. Eadem a navigatione petita imagine Pind. Isthm. δ', 10. *ἄλλοτε δ᾽ ἀλλοῖος οὖρος πάντας ἀνθρώπους ἐπαΐσσων ἐλαύνει.* Epigr. ἀδέσπ. DCCXLIII. (Anal. Br. III, 313.) *Ζῆθι κάλων τείνας οὔριον εὐφροσύνᾳ*, uti emendavit hos vv. Valken. in Diatr. Eurip. p. 233. Paulo aliter Eurip. fr. Inus n. XIX. *μήτ᾽ εὐτυχοῦσα πᾶσαν ἡνίαν χάλα, κακῶς τε πράσσουσ᾽ ἐλπίδος κεδνῆς ἔχου·* et Seneca de Tranqu. IX. *Non potest, inquam, tanta varietas et iniquitas casuum ita depelli, ut non multum procellarum irruat magna armamenta pandentibus; cogendae in arctum res sunt, ut tela in vanum cadant.*

Divisus obiecto, remittas
Quaerere: nec trepides in usum

pine nostro loco, et vel ex eo solo Hirpinorum familia confirmatur. — Scribendum est *Hadria*, (sic Cod. Goth.) non *Adria* (sic Cod. Guelf.) Vide Var. Lect. ad Carm. I, 3, 15.

v. 4. *neu* Cun. *nec trepides*, *in usum p. aev. p. f. retro versi iuventas* With. Vandd. D, *γ*, *ne*. R, *usus*, quod placuit Wakefieldio.

---

v. 1—4. Nulla animum tuum conturbet sollicitudo, omnia, quorum sensus molestus est et iniucundus, a te aliena existimato. *Remittas*, mittas, omittas (ut I, 38, 3. III, 29, 11. Epod. XIII, 7.) noli *quaerere*, sollicitus esse, (v. ad I, 9, 13.) ne angaris animo, ne periculorum impendentium metu excrucieris. Pro periculis in genere specialiori notione poeta: quae bella nobis immineant; et pro hoc e temporum istorum ratione: *quid Cantaber et Scythes*, Cantabri et Scythae, gentes *bellicosae*, (ad utrumque enim refer) *cogitent*, minentur (ut Virgil. Georg. I, 462.) num Cantabri et Scythae novas res molituri sint, bello (quam notionem voci *bellicosus* indidit) nos aggressuri sint. Cantabri et Scythae, Istri accolae, ad partes vocantur, cum delectu, nam hi crebris incursionibus fines Romanorum fatigabant, (v. ad II, 9, 23.) illi autem *pertinaci in rebellando erant animo*. Flor. IV, 12. — *Hadria*, mari Hadriatico *obiecto*, opposito, (ut Virg. Aen. X, 377. *maris magna claudit nos obiice pontus*) interiecto *divisus*, ab Italia seiunctus, (ut *divisi toto orbe Britanni* Virg. Ecl. I, 67. adde Catull. LXIV, 179.) qui ultra mare Hadriaticum habitat, longe adeo a nobis dissitus est. Neque enim ita accipiendum, ac si Scythae litorales maris Hadriatici plagas tenuerint, cum Illyricum et Pannonia inter eas et Scythas intersit, sed illud potissimum nominat poeta, quo maior locorum longinquitas, difficultasque rei appareat. Fuere tamen, qui, forte his maxime inducti, Quinctium vere de his populis laborasse, ac, ne forte in Italiam descenderent, metuisse, satis perverse inde colligerent. Sed eadem est in his poetica ratio, quae I, 26, 3—5. — v. 4. Neve metu futuri, ne aliquando deficiat, unde vitam toleres, conturberis, sicque praesentis temporis fructum tibi auferri sinas, quum paucis opus sit ad vitam beate agendam. *trepides aevi*, sc. causa, sollicitus sis de eo, unde vivas; cum vita *pauca poscat*, paucis indigeat *in usum*, ut ea perfruaris. Mire alii novum hoc de vita iucunde transigenda praeceptum cum antecedentibus cohaerere, Quinctiumque, quem aliquam bonorum suorum ex istorum populorum incursionibus iacturam metuisse ponunt, eo consolari volunt Horatium, quod ad vitam sustentandam paucis natura opus habeat,

---

ACR. [*Quid bellic.*] hac ode Hirpinum alloquitur, ut omissa cura rerum publicarum, vel negotiis, quae aliena a nobis sunt, otium petat senectuti consulens, ut commodis vitae studeat celerius fugientis. Ordo est: *Quinti Hirpine, remittas quaerere, quid cogitet bellicosus Cantaber et quid cogitet Scythes, divisus obiecto Adria.* [*Bellic. Cantab.*] Hispaniarum gens pugnatrix. [*Et Scyth.*] Scythae gens septentrionalis. [*Adria div. obi.*] mare enim prospiciens. Figurate Adria genere neutro protulit. [*Divisus*] interfuso mari a nobis seiunctus. [*Nec trep.*] naturam dicit hominum, si usui sufficientia quaerat et bre-

POR. [*Quid bellic. Cant.*] hic Q. Hirpinum alloquitur hac ode, qua continetur, aliis negotiis non debere nos nimias sollicitudines adhibere, sed potius commodis vitae nostrae consulere. [*Adria div. obi.*] interfuso maria nobis remoto. [*Nec trepides in usum Poscentis aevi pauca*] nec satis agas, ut habeas vitae necessaria, cum pauca omnino

Poscentis aevi pauca. Fugit retro
Levis Iuventas et Decor; arida

v. 6. *laevis* multi exhibent. Sed etiamsi explicetur imberbis, tamen scribendum esse *levis* (sic Cod. Goth. et Cod. Guelf.) (a Gr. λεῖος), docet Drakenborch. ad Sil. II, 111. Ratio huiusmodi verborum scribendorum a grammaticis inventa nobis videtur, qui duo verba quod adtinet litteras sibi similia aliter scribenda censerent, quo minus eorum sensus fugeret lectorem. Sed fere semper contextus adeo docet, quo sensu utrumque accipi atque intelligi debeat. Idem valet de differentia, quam nonnulli, quibus adnumerandus Reisigius, vir quondam summi ingenii, inter *paene* et *pene* esse contendunt, cuius verbi vera scriptura est: *pēne*. *Levis Iuventas*, λεία Νεότης, vid. Fea ad Carm. IV, 11, 8. — *iuventus* Alt. 1. *Iuventas* Cod. Goth. et Cod. Guelf. sed sine maiuscula littera.

---

illudque adeo damnum aequo ferendum sit animo. Si quid omnino argutandum, mallem Quinctium augendae rei paulo intentiorem, qui adeo partis abstineret, vitaeque sibi ipse fructum interciperet, his a poeta leviter notatum dicere. *M.*

v. 5—8. *Aetas* enim iuvenilis, quae sola fruendis vitae deliciis apta est, *quam cito* (Tibull. I, 4, 27.) *transiit* etc. Dum in prima aetate constituti sumus, adest ad latus *Iuventas* dea cum comitatu suo, *Decore, Amoribus, Somno;* dum aetate provehimur, illa a *Senectute*, quae nos excipit, pulsa *retro fugit*, recedit, nos deserit. Hor. Ep. ad Pis. 175. *Multa ferunt anni venientes commoda secum, Multa recedentes adimunt.* Stat. Theb. III, 215. *Iuxta illi finis et aetas tota retro. Levem* Iuventam quo sensu h. l. Horatius dixerit, vix certo pronuntiare licet. Potest oppositum videri senectuti *gravi*, severae, ut apud Tib. I, 1, 73. *Nunc levis est tractanda Venus.* Esset adeo Iuventas in lusibus occupata, amori vacans, ut I, 6, 15. et alibi. Potest et iungi: *levis fugit*, h. e. celerrime aufugit. Cf. Virg. Aen. V, 819. VI, 17. Praestat tamen vel sic, meo quidem iudicio, pro perpetuo Iuventae epitheto accipere h. l., ut *Iuv. levis* sit imberbis, mollis, tenera, ut oppon. Senectuti *aridae*, rugosae. Sic *levis Agyieus*, λεῖος ὑπάναν, IV, 6, 28. quatenus *aeterna* est *Phoebo iuventas* Tibull. I, 4, 37. *M.* — Ob hanc huiusce verbi rectam explicationem Mitscherlichius suae doctrinae ostentator quodammodo videri possit, quum eandem Lambinus iam dudum proposuerit. Ex quo apparet Mitscherlichii esse non posse, quod ante eum alii recte interpretati sint. Adde Tibull. I, 8, 31. *Carior est auro iuvenis, cui l e v i a fulgent Ora.* Epist. ad Pis. v. 161. *Imberbis iuvenis tandem custode remoto Gaudet equis.* — *Decor*, pulchritudo, quae e concinno membrorum habitu elucet. Nota Tibulli: *Illam quidquid agit, quoquo vestigia movit, componit furtim subsequiturque Decor.* — *arida pellente* cett. Continuanda poetae sic erat oratio: fugit (fugiunt) Iuventas et Decor, a Senectute pulsi, accedente Senecta; sed istis Iu-

---

vitatis vitae sit memor, paucis posse esse contentam. [*Posc. aevi pauca*] i. e. non timeas paucis uti, quia pauca sufficiunt in usum aevi. [*Fug. retro*] Ordo est: *Fugit retro levis Iuventas et decor, arida canitie pellente lascivos amores et facilem somnum*, i. e. recedit a nobis procedente vita in senectutem; ut est: Optima quaeque dies miseris mortalibus aevi Prima fugit. [*Arida*] sicca, h. e. aut nihil in se impendente per nimiam parsimoniam, ut sunt senes: aut arida in Vene-

natura desideret. [*Fug. retr. lev. Iuv.*] i. e. decidit et remeat a nobis procedente vita in senectutem. [*Ar. Pell. lasc. am. Can. facil. s.*] canitie pro senecta, quam aridam dixit, quia senes parci ac tenaces

Pellente lascivos Amores
Canitie facilemque Somnum.
Non semper idem floribus est honor
Vernis; neque uno Luna rubens nitet
Vultu: quid aeternis minorem
Consiliis animum fatigas?

v. 7. *Perdente* Mentel. a m. pr. Recte *Iuventas, Amores, Somnus*, maiusculis litteris, edidere Sanad. Sivr. Sic etiam *Decor* typis excudi debebat. — 9. *honos* Lamb. Cruqu. Torrent. Venet. 1590. Basil. 1527. 1531. Heins. Fabr. T. Fab. R. et H. Steph. Iones. Baxt. Sivr. et est post Lambinum vulgata lectio. Sed *honor* (sic Cod. Goth. et Cod. Guelf.) Acr. omnes Bentl. et Pulm. Lipss. tres. Dessss. Alt. 1. Helmstad. duo Bersm. Venett. 1478. 1492. Asc. Locher. Ald. 1501. Cun. Sanad. — Graev. Vand. M, *honos*. et versu sequente γ, H, I, N, P, V, *nec*. — 10. *nec* Dess. 1. duo Bersm. Helmst. *luna nitens rubet* Lips. 4. *luna, rubens, nitet*, h. e. quippe interdum rubens, Sivr. Quod vix opus esse videtur. Vand. V, *voltu et quid*. — 12. Vand. T, *animam*, var. *animum*.

---

ventae comites substituit, Amores et Somnum. *Canities*, Senectus (ut I, 9, 17.) *arida*, sicca, macilenta, rugosa. v. ad I, 25, 19. adde Claudian. in Eutrop. I, 269. — *pellit Amores*, respuit, exstinguit amorem, το γῆρας τὴν Κύπριν χαίρειν ἐᾶ Eurip. fr. Aeol. n. XIX. — *lascivos*, τρυφῶντας, lusibus deditos, perpetuo Amoris et aetatis iuvenilis epitheto. — *facilis* Somnus, qui facile obrepit, oppos. senum insomniis, quem dormiturus facile capit. — v. 9. Sollennis fere a naturae vicissitudine iuventutis cito transeuntis ducta imago. Strato LXXIII, 3, 4. ἄνθος γὰρ καὶ κάλλος ἴσον χρόνον ἐστὶ λαχόντα, ταῦτα δ' ὁμοῦ φθονέων ἐξεμάρανε χρόνος. — Plura in hanc sententiam suppeditat Iacobs in Animadv. V. II. P. III. p. 114. Theocrit. εἰδ. κγ', 28.: καὶ τὸ ῥόδον καλόν ἐστι, καὶ ὁ χρόνος αὐτὸ μαραίνει· καὶ τὸ ἴον καλόν ἐστιν ἐν εἴαρι καὶ ταχὺ γηρᾷ. λευκὸν τὸ κρίνον ἐστί, μαραίνεται ἁνίκα πίπτει· ἁ δὲ χιὼν λευκὰ καὶ τάκεται, ἁνίκα παχθῇ· καὶ κάλλος καλόν ἐστι τὸ παιδικόν, ἀλλ' ὀλίγον ζῇ. — *Honor*, decus, pulchritudo (ut saepissime poetis) florum *non eadem semper est*, mutatur, non perdurat, perit, flores cito flaccescunt. — v. 10. Neque luna *uno* eodemque *vultu rubens nitet*, quod copia poetica dictum pro, rubet, nitet, resplendet; luna non eandem faciem servat, variat vultum, crescendo ac decrescendo; unde optime temporum decursio facta perspicitur. Cf. II, 18, 16.

v. 11—12. Quum igitur res omnes fluxae sint, in tanta aetatis iuvenilis brevitate, *quid fatigas*, exerces, affligis *animum consiliis*, quid consilia capis *aeterna*, quae vitae humanae spatium egrediuntur; tanquam immortalis sis; cur futuri temporis cogitatione perturbaris, curis animum obruis *minorem*, quibus par non est, quibus succumbit, quibus penitus affligitur. Fortasse tamen maior vis sententiae accedit, si expli-

---

rem iuvene minus calente. [*Facil. somn.*] eo quod facilem somnum iuvenibus pellat senectus, ut: Pendebat somno iam deteriore senectus. [*Non semp. id. flor. est honor*] naturalibus exemplis probat, nihil esse perpetuum. [*Quid aeter. min.*] ordo est: *quid fatigas animum, minorem aeternis consiliis*, i. e. qui non est capax aeternorum consiliorum.

sunt. [*Non s. id. flor. est honos Vern. nec un. Lun. rub. nit. vult.*] haec ad aetatem vult referri, quia nec ipsa semper in flore iuventae pernitet. [*Quid aet. min. Cons. anim. fat.*] diserte, Quid, inquit, animum porrigis in rerum aeternarum consultationem, cum is non sufficiat

Cur non sub alta vel platano, vel hac
Pinu iacentes sic temere, et rosa
Canos odorati capillos,
Dum licet, Assyriaque nardo

v. 13. *platanu* coni. Cun. — 15. *odorata* Ch. C. a 2 m. unus apud Oberlin. Ipsa rosa proprie odorata dicitur. Caius Pedo Albinov. el. I. in ob. Maec. 94.: *Victor odorata veniat inque rosa*. Plin. H. N. XXI, 4. Sed hic intelligendus esset Horatius de rosaceo unguento, propter sequens *uncti*: quod poetae esset insolens, qui semper de vera rosa naturali loquitur, quum de ea in conviviis agit; ut etiam alii poetae, inscriptiones Fratrum Arvalium et sepulcrales, quum de rosa loquuntur; et est de coronis roseis. Vid. Pasch. Coron. III, 5. *FEA*. — 16. *Assgrioque* Alt. 2.

---

ces: quid curis futuri tantopere te excrucias, tanquam aeternum victurus sis, cum *minor* sis, cum vitae tuae breve admodum sit spatium, ut animus *minor* opponatur *aeternis* consiliis, curis de vita sempiterna. *M.* — *aetern. min. consil. anim.*, h. e. animum ad brevioris temporis spatium tibi concessum, quam ut ille aequare vel ad exitum perducere possit consilia *aeterna*, h. e. in remotissima tempora, quasi aeternum victurus sis, praecepta. *D.* — *Quid Aetern. Min.* etc.] quid tu animum cogitationibus longissimis, ac pene dicam, sempiternis, i. e. quae ad longissimi temporis curam pertinent, conficis, quibus par esse nequeat? animi enim nostri cogitationes debent brevissimo tempore terminari, cum vitae nostrae spatium angustissimis finibus circumscribatur. Haec autem loquor ex Horatii sententia, cui animorum immortalitas non probatur. Eodem pertinet sententia illa, quam profert Arist. lib. 2. de arte dicendi, incerto auctore, Θνατὰ χρὴ τὸν θνατόν, οὐκ ἀθάνατα θνατὸν φρονεῖν. (*L.*) — *aeterna consilia* sunt, quae sine intermissione capimus modo de his, modo de aliis rebus, quas sumus suscepturi; *minorem animum*, qui non par est expediendis tot negotiis, quae meditaris. *G.* — v. 13 sqq. Sollennis Horatii ab angusto eodemque incerto vitae termino, ne praesentis temporis fructum deseramus aut in crastinum differamus, admonitio. Cf. I, 4, 15. et 9, 13. II, 3, 15. IV, 7, 7. et 12, 26. Epod. XIII, 3. Miram vero ἐνάργειαν habet, quod poeta, in aliis hilaritatis sensum excitaturus, ipse in voluptate quasi bacchatur, illicoque compotationem in amoena regione (qua fere Horatius vitae suavitates declarat, v. II, 3, 9. et ad I, 1, 19.) iubet instruere, instructamque iam animo praecipiens convivas ad bibendum exhortatur. Cf. II, 3, 9 sqq. Pro umbra arborum in genere cum delectu memorantur pinus et *platanus*, quandoquidem ista arbor *patulis diffusa ramis*, (Cic. de Orat. I, 7.) ἀμφιλαφής (Apoll. Rh. II, 735.) *potantibus umbras ministrat*, Virg. Georg. IV, 146. Facit huc Platonis locus in Phaedr. p. 338. ἥτε γὰρ πλάτανος αὐτὴ μάλα ἀμφιλαφής τε καὶ ὑψηλή, τοῦ τε ἄγνου τὸ ὕψος καὶ τὸ σύσκιον πάγκαλον. Cf. Wernsd. ad Poet. Min. III. p. 271. — Platanus et pinus arbores sunt ad umbram praebendam natae, ut supr. 3, 9.: *Qua pinus ingens*. infr. 15, 4.: *platanusque caelebs Evincet ulmos*. *Caelebs* sc. no-

---

Non enim semper subsistit in corpore, non minorem animum ad consilia, sed aeternis consiliis minorem, voluit intelligi, i. e. infinitis et diuturnis. [*Cur non*] ordo est: *cur non potamus, dum licet, sic temere iacentes, vel sub alta platano, vel sub hac alta pinu, et odorati canos capillos rosa et uncti Assyria nardo*. Quae nunc Syria, olim Assyria

brevitate vitae? [*Assyr. nard. Pot. uncti.*] ea, quae nunc Syria dicitur, olim, addita syllaba, Assyria nominabatur, et adnotandum hic quo-

Potamus uncti? Dissipat Evius
Curas edaces. Quis puer ocius

v. 17. *unctos* Dess. 2. unus Bersm. *dissipet* emend. N. Heins. *Euchius*, *Euhius*, *Euhyus*, *Aeuhius* cett. errores. *Evios* Cun. — 18. *Quis, puer, ocius* distinguit With.

---

minatur, quoniam vites cum platano copulari non solebant, quod satis notum e veterum more, de quo alibi copiosius dicturi sumus. — Ad sententiam poetae fortasse spectabat Philetae locus, cuius fragm. exstat apud Athen. V. p. 192. *Θρήσασθαι πλατάνῳ λασίῃ ὕπο.* — *Vel* — *vel* praeclare poetam morae impatientem designat. — *sic temere*, *ὡς ἂν τύχῃ*, ut fors tulerit, membris non ordine aut arte compositis, sed ita ut casus tulerit et qualibet stratis. Recte, inquam, haec Lambini explicatio habet, quapropter Mitscherlichii adnotationem ad h. l. plane delendam curavi. — *rosa odorati capillos*, pro rosis odoris, roseis sertis redimitos habentes capillos, caput roseis sertis coronantes. v. ad I, 5, 1. — *canos*, albescentes, qui adeo nos de senectute accedente admoneant. Forte Quinctius maior natu erat, forte etiam, hocque verius puto, Graecum Horatius ante oculos habuit exemplum. Anacr. XXXVI. *πολιαὶ στέφουσι κάρα· δὸς ὕδωρ, βάλ' οἶνον, ὦ παῖ·* qui locus mire quoque cum sqq. conspirat. *M.* — *rosa canos odor. cap.* Quid? an Horatius sui parum memor, velit Hirpinum in iuventa, in aetatis flore canescere et ad amores hortari, a quibus abhorret arida canities? an canos capillos interpretabimur unguento delibutos et candidos, resplendentesque? an per synchysin alludat ad *λευκόροδον*, i. e. canam seu albam rosam, qua capillos velit internecti, quemadmodum dicimus quoque *λευκὸν ἔαρ*, i. e. ver canum, ver album, propter flores? *Cruqu.* — *canos*, canescere certe incipientes, adeoque de fugientis aetatis usu utrumque eo gravius monentes. *D.* — Quod Cruquii dubitationes, minime frustra motas, adtinet, ego quidem id tantum ad h. l. adnotare velim, quod saepius in hominum natura animadverti, quorum capilli canescere incipiebant, quamquam nondum in ea constituti essent aetate, qua tale quid exspectaveris. Neque libidinose, nec luxuriantes isti vivebant. Quinctii autem capilli propterea fortasse canescere incipiebant, quod tanquam homo anxius ac sollicitus viveret, qui curis quam maxime variis se maceraret. Videtur Horatiu stale quid epitheto capillis adposito innuere: tu, Quincti, semper sollicitus es, immo capilli tui iam cani apparent, dum licet potationibus adhuc interesse atque amori et ioco indulgere. — *nardi* unguentum pretiosissimum veteribus habitum. v. Plin. XII, 12. *ναρδολιπεῖς πλοκάμους* dixit Myrin. II, 4. (Anal. Br. II, 107.) Eandem vocem Callimachi fr. CVI, 2. *ξανθὰ σὺν εὐόδμοις ἀκραλιπῆ στεφάνοις* (haud infeliciter ingerebat Toup. ad Suid. III, 55. legendo *ξανθὰ ναρδολιπῆ*.) — *Assyria* v. ad I, 31, 12. et II, 7, 8.

v. 17. *Evius*, Bacchus *dissipat*, abigit, pellit animo *curas*, *οἶνον τοι, Μενέλαε, θεοὶ ποίησαν ἄριστον θνητοῖς ἀνθρώποισιν ἀποσκεδάσαι μελε-*

---

vocabatur. Notandum autem, quod nardum genere feminino posuerit. [*Sic tem.*] passim, ut haberet licentiam ipsa lascivia. [*Can. odor. capill.*] absoluta locutio, canos capillos odorati, pro habentes odoratos capillos canos. [*Diss. Euhyus*] Liber pater dictus, eo quod cum dii bellum cum Gigantibus gererent primus in leonem conversus occidit Gigantem, ex quo facto eum Iupiter ita laudavit: *εὖ, υἱέ*, h. e. bene,

que, nardum feminino genere dici, sicuti supra. [*Diss. Euhius cur. ed.*] Evius voce bacchantium, Liber pater. [*Quis puer ocyus Rest.*] suaviter quasi in ipso iam convivio sit, sicut supra: *Quis udo Deprope-*

Restinguet ardentis Falerni
Pocula praetereunte lympha?
Quis devium scortum eliciet domo
Lyden? eburna, dic age, cum lyra

v. 19. *Restinguit* et mox *nympha*, Lips. 4. — 21. *Quis dulce tormentum* emend. With. inpr. ex III, 21, 13. qui tamen locus vix aptus, immo cum maxime alienus. *devium*, in devio loco urbis habitans, non obvium, nec vulgare.

δῶνας apud Athen. II, 1, p. 35. Nota Anacreontea (IV, 18.): *σκεδάσαι θέλω μερίμνας.* Theogn. 863. *τοῦ πίνων ἀπὸ μὲν χαλεπὰς σκεδάσεις μελεδῶνας* cett. Cf. I, 18, 4. II, 7, 21. — *edaces*, *γυιοκόρους μελεδῶνας* (Hesiod. *ἔργ.* 66.) aegritudinem, quae *lacerat*, *exest animum*, *planeque conficit*, ut Cic. Tuscul. III, 27. Sic *Tityum exest anxius angor* apud Lucret. III, 1008. *penitus maestas exedit cura medullas* Catull. LXVI, 23. cf. Ruhnken. Ep. Cr. I. p. 81. — Xenophon in sympos. II, 24. *Ὁ δ' αὖ Σωκράτης εἶπεν, ἀλλὰ πίνειν μέν, ὦ ἄνδρες, καὶ ἐμοὶ πανὺ δοκεῖ· τῷ γὰρ ὄντι ὁ οἶνος ἄρδων τὰς ψυχάς, τὰς μὲν λύπας, ὥσπερ ὁ μανδραγόρας τοὺς ἀνθρώπους, κοιμίζει, τὰς δὲ φιλοφροσύνας, ὥσπερ ἔλαιον φλόγα, ἐγείρει.* — Admonendus est lector nondum multa lectione perpolitus, nomen *Euius* scribendum sine adspirationis nota et *i* Latino. Sic enim Eurip. Bacch. *βαρυβρόμων ὑπὸ τυμπάνων Εὔια τὸν Εὔιον Ἀγαλλόμεναι θεόν.* *LAMB.* — v. 18—20. Misceatur, temperetur vinum aqua. Similiter increpat puerum Tibull. III, 6, 57. *Naida Bacchus amat; cessas, o lente minister? temperet annosum Marcia lympha merum.* et ibd. v. 5. *Larga puer*, (apage illud frigidum, quod libros obsedit, *care puer*) *madeant generoso pocula Baccho; i, nobis prona funde Falerna manu.* Pro vino est Falernum, tanquam praestantius, et pro Falerno sunt *pocula Falerni* (ut *pocula Massici* I, 1, 19.) *ardentis*, ab effectu, namque *φλὸξ οἴνου θερμαίνει* (Eurip. Alc. 761.) corpus. Hinc praeclare *restinguere* est pro, temperare merum *lympha praetereunte*, e proximo fonte petita, aqua admixta, miscere vinum. *M.* — *ardentis*, *αἴθοπος*, nos: *feurig*, quod modo de eius colore, modo de vi, qua bibentium animas inflammat, accipiendum. Huc pertinet locus Meleagr. Ep. CXIII, 3. in Anthol. Graec. T. I. p. 33. *τοὔνεκα σὺν Νύμφαις Βρόμιος φίλος. ἢν δέ νιν εἴργῃς Μίσγεσθαι, δέξῃ πῦρ ἔτι καιόμενον.* — v. 21—24. Adsit psaltria. Hae

---

fili; Graece enim *υἱός* filius dicitur. Haec vox etiam Bacchis in sacris tradebatur. Vt Virg.: Euhye Bacche fremens. [*Edaces*] eo quod comedant et attenuent et consumant. [*Quis p. ocyus*] velut in ipso iam convivio voluit videri. [*Praeter. lympha*] fonte decurrente aqua petita, tanquam potui levior, ut: Fontes liquidi atque exercita flumina cursu. [*Quis dev. scort. El. domo?*] quasi inscium plurium viarum et domuum, i. e. non ad publicas discurrens per domos, quae publice non omnino prostet. *Scortum* autem dictum putatur a calceamentorum solo, subiecto omnibus etiam vulgaribus. [*Lyden eburna dic age c. lyra*] ordo est: *Hirpine, age dic, Lyden cum eburna lyra, ut religata comas in*

rare apio coronas Curatve myrto? [*Ard. Falern.*] ardentis, austerissimi, calorem corporis et animi concitantis; et bene restinguet praeiecit, quia ardentis erat subiecturus. [*Quis dev. scort. elic.*] belle devium scortum Lyden ait, quae corpore quidem quaestum faciat, sed non publice. Devium enim est: a via remotum. Ceterum scortum meretrix metaphoricos dicitur a scorto, i. e. solo calceamentorum,

Maturet, in comtum, Lacaenae
More, comam religata nodum.

v. 23. *incomtum* Torrentii omnes praeter duo, omnes Palm. Mentel. Helmst. Lips. 1, 2, 3. Alt. 1. plures Bentl. plerique Lamb. (Cruquius nihil refert de suis.) Locher. Venet. 1492. Basill. Heins. Rutg. Dacer. Iones. Sivr. Ita qui legunt, explicant fere: „maturet nodum incomtum" h. e. propere nectat s. faciat. Sed, quod praeclare vidit Bentl., tunc absonum est illud „cum lyra." — *in comtum* Acr. („in nodum comtum") Porphyr. Comment. Cruqu. („*in* praepositio apposita est, non composita"), multi Bentl. unus Torrent. Fran. Lips. 4. Alt. 2. Asc. Venet. 1590. Cruqu. Fabr. T. Fab. Steph. Raxt. — *in comtam* unus Torr. *incomtae* var. lect. Iones. *incomtam* et mox *nodo* emend. Bentl. auctore Torrentio, quamquam iam ante eum sic Venet. 1549. et duae editt. Xylandri. Tum ita quoque Cun. et nuper I. F. Schmid. Bentleius non potest ferre „nodum comtum" quia is tardam requirat artem, quae aliena sit a „mature". Laudat Tibull. I, 8, 16. Sed ex ipso ibi adiecto: „tarda arte" videre poterat, verbum *comere* esse generale. — *in comtum, Lacaenae more, comas religata nodum* Ch. A. *In comtum*, Iani. *Incomtam* aliquae editiones recentiores, Bentl. Cun. Wakef. *comas* etiam Vr. B. D., tres Mus. Brit. apud Combe. *Nodo* aliquae edd. Bentl. Cun. Val. Wakef. *in comtum Lacaenae More comas religata nodum* Both. Sic etiam Iahn. Virginibus totius Graeciae fuit hic mos, comas in nodum colligendi versus occiput; quod Pausanias X, 25. animadvertit de Polyxena in pictura Polygnoti, quod et de puellis et Nymphis videmus in picturis Musei Herculanensis IV, 6, 41. 54. et aliis: quod in canonem constituit ex antiquis monumentis Winkelm. Stor. delle arti del dis. I, 296. II, 63. III, 222. Qui vel *incomtum nodum* (haud Latine sine praepositione *in*), vel *in comtam comam* praeferunt, supponant necesse est, omnes puellas incomto, neglecto crine, ut festinantes, prodisse in publicum; et harum exemplar proposuisse Horatium puellae, quae etiam ad lyram canere debebat in convivio. Bentleius insuper adserit, comtum

---

enim in commissationibus adhiberi solitae. v. I, 36, 13. *Scortum* vocat poeta, quod istarum pudor facile expugnari poterat. Quod vocabulum non tam abiectum fuisse apud Romanos, vel hic locus ostendit. — *devium*, quod in devia, remota urbis parte, in angiportu habitat. — *eliciet*, evocabit domo, adducet, arcesset. — v. 23—24. *religata*, ligata *comam*, comas colligens *in nodum*, ne comae eleganter pectendae disponendaeque studium moram afferat, *comtum*, quo satis comta videri debet. Nisi poetica ratione est pro: comam comtam habens, componens in nodum, crinibus in nodum collectis. Talis vero habitus in monumm. satis obvius. — *more Lacaenae*, puellae Spartanae. Quae res etsi aliunde non constet, ex hoc ipso tamen loco, feminas Spartanas ita comtas fuisse, abunde perspicitur. *M.* — *maturet*, sc. venire. Horatius iubet, ne diutius Lyde comis comendis immoretur, sed potius comas ita componat, ut puellarum Spartanarum morem imitetur. Quae tamen poetae adhortatio impedimento esse non pote-

---

nodum comptum more Lacaenae maturet, i. e. festinet. Vt: Maturate fugam. Festinantes enim mulieres pexum tantum capillum in nodum colligere consueverunt. [*in compt.*] in compositum. [*Lacaenae more*] in Helenae similitudinem. *Lacaena*, Helena. Vt Virg.: Non tibi Tyndaridis fratres invisa Lacaenae.

subiecto omnibus, etiam vulgaribus. [*Matur. in compt. Lacaenae More, comam relig. nod.*] grate, ut solent mulieres festinantes pexum tantum capillum in nodum colligere.

CARMEN XII.

AD MAECENATEM.

ARGUM. *Quod poetae ad canendum provocati haud raro facere solent, Horatius quoque in hoc carmine non sine laude fecit. Rogatus a Maecenate, ut Augusti laudes carmine epico celebraret, hanc sibi demandatam provinciam tanquam vir modestissimus denegat, rebus grandioribus dicendis se imparem dicens. Negat enim Musam lyricam rebus gravioris momenti pertractandis convenire, immo potius rebus ludicris vel amatoriis vel iis omnino, quae levioris sunt argumenti. Rem vero ipsam ut oratione pedestri (historia scilicet, quam Maecenatem de Augusto conscribere voluisse, tradit Plin. VII, 45.) describat, memoriaeque prodat, Maecenati persuasum it. Semet*

repugnare poetae menti, qui iubet Lyden maturare, neque moram facere in comendis capillis. Sed in hoc errat ipse et Ianius, qui *maturet* exponunt properet, quod falsum esse iam docuerat Macrob. Sat. VI, 8. ubi notat, *maturare* et *properare* tanquam plane contraria scitissime separari a Virgilio, et addit: *Mature est, quod neque citius: neque serius, sed medium quiddam et temperatum est.* Poterat ergo Lyde sine mora longa comas religare, colligere in nodum compositum, more puellarum Lacaenarum seu Spartanarum, quae in primis in palaestra et venatione agiliores comparebant: eodemque aliis puellis et Nymphis venustissimis grato, ab omnibus laudato et in monumentis expresso, modo simplici et omnium facillimo, qui Dianam ipsam venatricem decebat, ut de ea Ovid. Met. VIII, 319.: *Crinis erat simplex, nondum collectus in unum.* At in summo vertice, nodo diverso, ad modum Veneris et Apollinis religatas comas habet Diana, ut ex omnibus eius imaginibus notum. Quod si scivisset Bentleius, ne cogitasset quidem *Lacaenae* substituere *Dianae.* Id quidem Fea recte animadvertit in Bentleium. — A, B, D, E et undecim alii ap. Vanderb. *incomtum*, quam lectionem auctoritate plur. codd. nitentem ipse recepit. Q, T, *in comtum.* — A, E, *comae.* B, D, φ et al. octo *comam.* γ, I, N, P, *comas.* (Deest hoc carmen in Cod. C.) Vand. — *incomptum Lacaenae More comam religata nodum* Cod. Goth. Sic etiam Cod. Guelf. divise scripto verbo: *in comptum.* — Priusquam aliquid certi de variis de hoc loco interpretum sententiis a nobis afferri potest, accuratius, quam adhuc factum est, in illum Lacaenarum morem inquirendum esse videtur, quo explorato quisque ipse iudicabit, quaenam lectio h. l. praeferenda sit. Quae cum ita sint, Bentleii coniecturam, quamvis Doeringo pariter ac Vossio comprobatam, in textum ut reciperemus, a nobis impetrare non potuimus. Lectio enim, quam fere omnes Codices satis tuentur, eiusmodi est, ut rei naturae ac veritati proxime accedat. (Vide adnot. ad h. l.)

---

rat, quominus Lyde comis ita componendis, ut eas componere iussa erat, aliquod tempus impenderet. Procul dubio autem, ut nobis quidem videtur, ex more Lacaenarum comae in nodum religari solebant, qui omnino comtus esse deberet, quoniam incomtus comas, in ordinem quendam certe compositas, (quod ut fieret, pernecesse erat, in primis quum ad convivium venire invitata esset, quod honestum sane atque splendens dixeris,) vix servaturus fuisset. Sensum horum verborum vernacule ego sic vertam: *das Haupthaar — gleich der Lakonerin — rückwärts in einen Knoten geschleift.* Apparet nimirum nodum ita compositum s. comtum fuisse, quo facilius comas in ipsum puellae religare possent. Tale quid adeo vel nunc apud mulieres quas vocant elegantiores quodammodo videre licet.

ipsum Licymniae laudes canere Musam iubere ait, ita quidem ut aliis rebus nunc vacare plane non possit. Similis coloris atque argumenti est libri primi carmen sextum. Conf. Propert. II, 1. qui Horatium in Augusti laudibus celebrandis imitatus est.

Nolis longa ferae bella Numantiae,
Nec durum Hannibalem, nec Siculum mare

AD MAECENATEM non esse res magnas levi carmine pertractandas. Cod. Goth.

v. 1. *cuncta* in Cod. Guelf. est. Sed simul in eodem codice legitur: *longae*, quae verba in eodem stigmate scripta leguntur. — *Neu d. H.* *neu* Cun. *dirum* unus Cruqu. Lamb. Brut. Rutg. Steph. Heins. Fab. Fabric. Dacer. Iones. Sivr. Sed *durum* cum legisse videtur Acron, tum sic quatuor Blandd. et tres alii Cruqu. omnes Torr. et Pulm. quid. Lamb. tres Bersm. Mentel. Helmst. Altt. Dessss. Lipss. Gott. Brod. Sax. Bentl. 1, 2, 6. aliique, Zar. Flor. Venett. 1478. 1492. Locher. Bentl. Cun. Sanad. Baxt. — *dirum Hannibalem* V. D., alii mss. ap. Lamb. ita edidere Aldus 1501. Iunta 1503. Dionysius ab Harsio Lugd. 1538. Gryphius 1565. Mur. Torr. Steph. Fab. Dacer. Iones. Sivr. aliique. Al. *durum.* sic Cod. Goth. cum glossa supra adposita: „crudelem et fortem". Accedit quoque Cod. Guelf. Primam lectionem praefero, inquit Fea, quod hic non de laudibus ducis Carthaginiensis agebatur, ut celebraretur *durus* ab animi fortitudine et laborum patientia, ut placet Torrentio, sed potius *dirus* dici debebat, ut *ferae Numantiae;* quae vox efficacissima, ut bene Burm. ad Quinctil. I. O. VII, 2., notat animi quandam vehementiam cum furore, scelere, crudelitate et pernicie aliorum coniunctam; sicut *diritas* est feritas quaedam ingenii atque immanitas. P. Victor. Var. lect. II. c. ult. In hisce qualitatibus eminebat Hannibal, quippe qui *furia* et *fax belli Punici* dictus Liv. XXI, 3.: *praeceps ingenio in iram erat* XXIII, 4.; *cuius ma-*

v. 1 sqq. Ego canendis Augusti laudibus plane me imparem sentio, res eius gestas carmine lyrico digne describendi facultatem mihi vix arrogem; multo melius tu eas soluta oratione persequi poteris. *Nolis*, ne iubeas, ne poscas, ne iniungas mihi, *aptari* a me, ut aptem, accommodem gravia carminum argumenta *citharae modis*, citharae sonis *mollibus*, lyrae molli, leviori tantum argumento aptae, ut graviora argumenta ad lyram meam canam. *aptare*, aptos efficere *citharae modos* carmini, lyram ita temperare, ut eius soni respondeant cantui, referant carminis argumentum, fidibus vel fortius adductis vel remissis vel plane immutatis. Cf. Anacr. I, 5, 6. Propert. II, 8, 14. *Nunc aliam citharam me mea Musa docet.* Eadem exquisitiore ratione usus est Propert. III, 2, 35. *Haec hederas legit in thyrsos, haec carmina nervis aptat. Aptos citharae modos conciliare* ex imitatione Horatii dixit Vestrit. Spurinna I, 18. (Poet. min. III, 355.) Fortasse tamen *aptare* h. l. simpliciter est coniungere, sociare, ut IV, 9, 4. *verba socianda chordis.* cf. Ovid. Her. XV, 13. *Modi molles* de argumento carminum levi, amatorio, iocoso. Cf. Ovid. Trist. II, 349. Virg. Cul. 34. vid. ad II,

ACR. [*Nol. longa ferae*] ad Maecenatem scribit docens, non convenire historiam poetae, ut nec graves res carmini lyrico, sed remissas potius et iocis aptas. Facta enim Caesaris ipsum Maecenatem melius exsecuturum prosaica oratione dicit. Ordo est: Nolis aptari mollibus modis citharae longa bella ferae Numantiae, nec dirum Han-

POR. [*Nol. long. fer. bell. Num.*] haec ode ad Maecenatem scribitur, qua testatur, poetae non convenire historias et graves res lyrico

Poeno purpureum sanguine, mollibus
Aptari citharae modis:

iore ex parte virtus saevitia constabat, Val. Max. IX, 2. in extr.; Sil. Ital. I, 36 sqq. ap. A. Gell. II, 6. quem exscripsit Macrob. Sat. VI, 7. Hinc *dirus* et *perfidus* appellatur IV, 4, 42. 49. *dirus* aeque a Sid. Apollin. Carm. VII, 129. et II, 300. *Hannibal ille ferox* Carm. III, 6, 36. *Hannibalem*, non *Annibalem*, ex mss. et antiquis monumentis, quod iam monuerunt Cortius ad Sall. I, 5. Drakenb. Cellar. *FEA.* Iahnus quoque edidit: *dirum*, contra quam lectionem nihil plane erui potest, quod eam falsam evincat, immo recte habet. Sed haud minus recte *durus Hannibal* dicitur, quam lectionem a Bentleio defensam neminem facile refutatum ire, mihi persuasum est, in primis si oppositio bene animadvertatur, quae *durum* interque *mollibus* est.

v. 4. *Aptare* Dess. 2. Cod. Guelf. Lips. 1. Locher. Vandd. A, S, *aptare.*

9, 17. *Durus* contra *poeta* (Propert. II, 25, 45.) *durus versus* (Prop. II. 1, 41.) de gravi, epico carmine. Iam pro grandibus carminum argumentis talia nonnulla enumerantur a poeta, atque ea quidem, quae satis illustria virtutis Romanae documenta constituunt, bella Punica et Numantinum. *Numantia*, Hispaniae Tarraconensis urbs, obsidione Romanorum, quam per annos XIV (iuxta Flor. II, 18.) vel XX (iuxta Strab. III. p. 246.) insigni cum hostium clade sustinuerat, funestoque interitu celeberrima. Hoc enim nomine ὀνομαστοτάτην eam vocare videtur Strabo l. l. Hinc bella *longa* et Numantia *fera* dicta, cuius incolae, *in ultimam rabiem furoremque conversi, duces suos, seque, patriamque ferro et veneno subiectoque undique igne peremerunt*, Flor. I. l.

v. 2. Bella Punica declarat poeta per Hannibalem et pugnas navales ad Siciliam primo Punico bello gestas, cum virtute; nam Romani in his superiores discesserant. Hannibal *durus* dicitur, cuius *nullo labore aut corpus fatigari, aut animus vinci poterat; caloris ac frigoris patientia par* cett. Liv. XXI, 4. — *mare purpureum*, tinctum, infectum *sanguine Poeno*, Carthaginiensium, quod *totum inter Siciliam Sardiniamque laceratae Carthaginiensium rates naufragio suo operuerunt*, Flor. II, 2. Idem orationis color II, 1, 35. — *Nec Siculum mare*] primus Cn. Duilius Cos. Poenorum classem devicit, primusque omnium Rom. victoriae navalis triumphum egit. Scribit Liv. lib. XVII. et Cic. in Cat. mai. 13, 44. his verbis: *C. Duilium, M. F., qui primus Poenos classe devicerat, redeuntem a coena saepe videbam puer; delectabatur crebro funali et tibicine, quae sibi nullo exemplo privatus sumpserat: tantum licentiae dabat gloria.* Polybius hist. lib. I. scribit, bellum inter Romanos et Carthaginienses de Sicilia gestum anno XVIII denique esse finitum, omniumque bellorum, de quibus audierit, et longissimum fuisse et maximum.

nibalem, nec Siculum mare purpureum Poeno sanguine. [*Dirum Hannibalem*] fortem, qui summa difficultate victus sit. [*Fer. Numant.*] propter longa bella; decimo enim anno cum Numantinis depugnatum est, multa clade Romanorum. [*Nec Sicul. mar.*] quia ibi primum navali certamine Romani Carthaginienses duce Luctatio vicerant. [*Et nim. mero Hylaeum*] intolerabilem ebrietate. Hylaeus centaurus a Pirithoo invitatus ad nuptias, visa puella permotus est, dum violentus ei esse

carmini, sed magis res iocosas; ceterum acta Caesaris melius ipsum scribere. [*Et nim. mero Hyleum*] nimium pro intolerabili posuit. Hylaeus unus Centaurorum fuit. Notum est autem praelium, quod inter Lapithas et Centauros in convivio nuptiali Pirithoi et Hippodamiae

Nec saevos Lapithas, et nimium mero
Hylaeum: domitosve Herculea manu
Telluris iuvenes, unde periculum
Fulgens contremuit domus

v. 5. *Laphytas*, *Laphitas*, *Lapythas*, aberratt. sicut I, 18, 8. ubi similis scripturae diversitas a nobis ne adnotata quidem reperitur. Parum abest, quin Horatium, qui sermonem suum poeticum sic penitus e Graeco formasset, scripsisse Ianius suspicetur: *nimium meri.* — 6. *Hyleum*, *Hileum*, *Hilaeum*, *Ileum*, *Yleum*, variett. Est autem Ὑλαῖος. — *domitosque* lectio vulgata. Vandd. D, φ, H, I, V et al. septem idem exhibent. Sed in tali enumeratione semper *ve* vel *aut*, non *que*, ponere Horatio familiare. vid. II, 5, 20. ubi *ve* a nobis in textum legitur receptum. Quam saepe a librariis *ve* in *que* mutatum! Cun. San. Fea: *domitosve.* Recte. 8. *extremuit* Alt. 2. a m. pr.

v. 5—8. Similis sententiarum progressio in Virg. Cul. 26 sqq. *Canit non pagina bellum, Phlegra Giganteo sparsa est quo sanguine tellus; Nec Centaureos Lapithas compellit in enses, — Mollia sed tenui pede currere carmina versu — — gaudet.* adde Prop. II, 1, 19—40. — *Lapithas et Hylaeum*, Lapitharum cum Centauris pugnam, a poetis, qui Herculis et Thesei res gestas exponerent, pertractatam. Memoratur et Melisandri Λαπιθῶν καὶ Κενταύρων μάχη Aelian. XI, 2. De hac fabula v. ad Ovid. Met. XII, 220. et Heyn. ad Virg. Georg. II. 457. Cf. I, 18, 8. — ***saevos***, in furorem a Marte coniectos, unde pugnae originem quidam ducunt. Cf. Virgil. Aen. 304. Stat. Th. VII, 204. Simplicius tamen fuerit ***saevos*** accipere, ira incensos, furentes, pugnantes cum Centauris, quod verius puto, quum vulgarem narrationem, quae rixae et inde pugnae ortae causam a Centaurorum ebrietate, *libidine geminata* (Ovid. l. l.) repetit, Horatius h. l. sequi videatur. Ebrios enim Centauros designat per *Hylaeum nimium mero*, mero immoderate hausto incensum, cum delectu; is enim, Hippodamiam adortus, pugnae maxime auctor perhibetur. *Nimius mero* adeo non simpliciter est, vino inebriatus, sed, qui vino largius poto calefactus ad libidinem proclivior factus erat, ἀκρατὴς γενόμενος ἐπιθυμιῶν. — v. 6—8. ***Telluris iuvenes***, filios, γηγενεῖς, Gigantas, *Herculea manu*, ab Hercule ***domitos*** ac prostratos. Adi vel Apollod. I, 6, 1. cf. ad II, 19, 21.

v. 8. ***unde periculum*** cett. pro, caelum escendere conantes, iter caelo affectantes. ***Vnde***, ὅθεν, a quibus (plane ut I, 28, 28.) ***contremuit*** caelum, totum caelum ***tremuit periculum***, quorum incursu periclitatum est, extimuit, ne ab istis expugnaretur, caelum. Caelum contremiscit, diis, in eo versantibus, in terrorem coniectis. Claudian. de B. Get. 63. ***ipsumque Iovem, turbante Typhoeo, si fas est, tremuisse ferunt*** cett. Pro caelo est ***fulgens domus Saturni***, Ζανὸς πολύχρυσος οἶκος, (Eurip. Hippol. 69.) Διὸς οἶκον similiter caelum appellat Theocr. XVII, 17. et alii. ***Fulgorem*** non de caelo ***stellis fulgentibus apto*** (Virg.

conaretur, a Lapithis, qui simul nuptiis intererant, prohibitus est. Hinc in certamen itum est et usque ad pericula dimicatum. Ab Hercule sunt postea superati. De his superius etiam ipse commemorat: ***Centaurea monet cum Lapithis rixa super mero debellata.*** Virg.: Et magno Hylaeum Lapithis cratere minantem. [*Tell. iuv.*] Gigantes dicit, qui bellum numinibus indixerunt. [*Vnde*] a quibus. Terentius: E praedonibus, unde emerat, se audisse. [*Dom. Saturn. vet.*] regia

exarsit. [*Telluris iuv.*] Gigantes dicit. [*Vnde*] pro: a quibus, ut est illud Terentianum: E praedonibus, unde emerat, se audisse. [*Tuq.*

Saturni veteris. Tuque pedestribus
Dices historiis proelia Caesaris,
Maecenas, melius, ductaque per vias
Regum colla minantium.

v. 12. ***minacium*** sex Lamb. Pulm. omnes, Blandd. Cruqu. Bentl. 1, 2, 6. Lips. 2, 4. Alt. 2. Dess. 1. Helmst. Asc. Locher. Venett. 1478. 1492. Lamb. Cruqu. Fabr. Bentl. Cun. *minantium* duo Lamb. tres Cruqu. omnes Torr. praeter unum, duo Bersm. Lips. 1, 3, Alt. 1. Dess. 2. Venet. 1590. Basill. H. et R. Steph. Fab. Iones. Sanad. Baxt. Gesn. Dacer. Sivr. Facile potuit utraque harum lectionum ex altera oriri, quatenus *minatium* vel cum vel sine virgula, litterae *a* imposita, legebant librarii. Quod quidem satis notum est. Itaque cum vix e Codd. res constitui possit, praetuli *minantium* (sic Cod. Goth. et Cod. Guelf.) ut h. l. magis poeticum et γραφικώτερον. Iahno, Viro Doctissimo, de Horatio bene merito, qui Feae textum plerumque sua in editione sequitur, *minacium* placet; de qua re Viro Clarissimo non valde repugno. — Vandd. A, B, φ et recentiores quinque *minacium*. Est quoque var. lect. Zurck. et Graev. in litura. Manus prima dederat *minatium*, quod fuit fortasse sic exaratum: *minàtium*, (minantium sc.) quod habent Brod. Gott. Alterum eo rectius videtur, quo minus est ἐνεργητικόν, nam *minantium* rem praesentem designat, minasque regum eo ipso tempore, quo in triumpho duci finguntur, quibus minis quid ineptius excogitari potest? quid magis abhorrens a natura? Contra morem indicat *minax*, qui conversione rerum mutatus non fuerit et in vultibus istorum regum quasi invitorum insederit; idque voluit, ut opinatur Bothius, Hor. Carm. II, 7, 11. Tamen huiusmodi argumentationem non temere dixeris subtiliorem. Non tanti res mihi visa est, ut lectionem *minantium* delerem, immo potius retinerem.

Aen. XI, 202.) acceperim, sed quatenus omnia Deorum *aurea* poetis finguntur. Ita Homerus Deorum *sedes lucidas* (III, 3, 33.) vocat δώματα μαρμαίροντα, αἰγλήεντα. — ***veteris***, prisci (v. Markl. ad Stat. Silv. III, 4, 47.) πρεσβυτάτου μακάρων, (uti Cronum Orpheus vocat Lapid. 18, 31.) spectat enim eius (uti *Croni* Graec.) cultus ad antiquissima tempora. — v. 9—12. ***Tuque*** cett. Cl. Mitsch., inquit Clariss. Doer., haeret in subnexa particula *que*, eamque orationis nexum turbare putat; sed bene se res habet; *que* — *que*, ut saepe alibi, pro: *tam* — *quam*, ponuntur; iunge igitur: *Tu melius, Maecenas, historiis pedestribus t a m praelia Caesaris, q u a m colla regum minantium per vias ducta* (h. e. eius triumphos) ***dices.*** Virg. Aen. III, 91. *Liminaque, laurusque dei, totusque moveri* etc. Ovid. Met. V, 484. *Sideraque, ventique nocent* etc. atque sic centies alibi. Recte autem ex nostra quidem sententia faciunt, qui de nexu horum vv. plane nihil monent, quippe qui et simplex et aequabilis procedat, rationique poetarum loquendi satis frequentatus sit. — Melius tu ***dices***, expones, ***pedestribus hist.***, historia pedestri, h. e. soluta oratione conscripta, prosa oratione enarrabis historiam Augusti. — ***Pedestribus***] soluta et prosa oratione scriptis. Sic Graeci πεζὸν λόγον nominant. Plato in sophista, πεζῇ τε ὧδε ἑκάστοτε λέγων καὶ μετὰ μέτρων. Fuisse autem Maecenatem eruditum,

deorum, ut: Panditur interea domus omnipotentis Olympi. [*Tuq. pedestr. Dic. histor.*] veritate orationis solutae melius quam equestribus, i. e. metricis. [*Ductq. per vias*] victi enim reges in triumpho catenati

pedestr. Dic. histor. prael. Caes.] h. e. soluta et civili oratione. [*Lucid. Fulg. ocul.*] pro: lucide fulgentes. Vt Virg. ait: Horrendum stri-

Me dulces dominae Musa Licymniae
Cantus, me voluit dicere lucidum

v. 13. *dulcis*, quod exhibent libb. antiquiss., nunc iunxerunt cum *dominae*, nunc cum *Musa*, nunc cum *Cantus;* unde *dulceis* vel *dulces* plur. mss. et edd. Non e codd. definiri talia posse, sed ex iudicio, nemo non concedet. (cf. Var. Lect. ad I, 6, 7.) Haud dubie praestat iungere: *dulces cantus*. Sic coniungit haec verba Cod. Guelf. et Cod. Goth. Vandd. A, H et quatuor alii *dulcis*. I, φ, *dulcis*, var. *dulces*. D, *dulces*, var. *dulcis*, alii *dulces*. (Iani: *me voluit*, vult, iubet, Musa dicere *dulces cantus*, molle carmen, *dominae Licymniae*, (casu tertio) h. e. Licymniam meam dulci carmine celebrare. Quam subtiliorem rationem quo minus sequaris, vetant prope sequentia.) *Lycimniae* duo Lamb. Pulm. 2. quid. Bentl. duo Bersm. Fran. Dess. 1. Lips. 3. Gott. Zar. Gesn. *Lycymniae* ceteri Lamb. Pulm. 1. Bland. antiquiss. Cruqu. unus Torr. Heins. *Licimniae* Pulm. 3. *Lacimniae* Bentl. 7. *Liciniae* (sic Cod. Goth.) recent. Bentl. quatuor Cruqu. Pulm. 4. Alt. 2. Dess. 2. Lips. 4. Asc. Venet. 1590. Steph. Fab. Rutg. Glar. Sivr. male, nam in hoc nomine, ut in *Licinius*, secunda syllaba brevis. *Lycyniae* Alt. 2. versu 23 exhibet. *Lyciniae* Lips. 2. Locher. Venet. 1492. Basill. Ald. *Licinniae* unus Lamb. plur. Torr. *Lyciniae* Fabric. *Laciniae* Alt. 1. Sed *Licymniae* Bentl. ex optimis et antiquiss. suis: et sic duo Blandd., Cruqu. Lips. I. duae edd. Xylandri, Cun. Sanad. Iones. Notum ex Homer. Pindar. Pausan. nomen Λικύμνιος, et ex Virg. Aen. IX, 546. *Licymnia*, ubi vid. Heyn. — Vandd. A, *Licimniae*. B, *Lycymniae*. D, O, R, S, T, *Liciniae*. E, φ, *Licymniae*. Q, V, *Lyciniae*. (B, D, E, φ, glossam habent, qua innuitur *Licymniam* uxorem fuisse Maecenatis et ideo ab Horatio *Dominam* vocari.) *Licymniam* libertinam fuisse et Maecenatis amicam, hodie inter omnes constat. Festum Dianae privatum intelligendum, quod eiusdem conditionis puellae celebrarent cum Licymnia, non nisi clanculum rem habente cum Maecenate. Vide Torrent. et Vanderb. in notis.

14. Vand. P, *lucidum et. lucide* (quod interpretis esse videtur) Mentel. Zurck.

---

cum ex multis aliorum testimoniis cognoscere licet, tum accedit non levis testis Servius, qui ad Virg. Georg. II, 42.: *Non ego cuncta* etc. hunc locum profert et testatur, eum res gestas Augusti scripsisse. Accedat et Horatius et hic et III, 8, 5.: *Docte sermones utriusque linguae.* — *proelia Caes.*, bella ab eo gesta, actosque eius triumphos. Hos exornat, oculisque fere subiicit commemorando *regum colla ducta*, *c.* regum ductorum, reges catenis, collo circumdatis, ductos ante currum triumphalem. Eodem plane colore Propert. II, 1, 33. *Aut canerem regum auratis circumdata colla catenis.* Ovid. Trist. IV, 2, 45. *Collaque Romanae praebens animosa securi vincula fert illa, qua tulit arma, manu.* — *per vias* urbis, maxime per Sacram viam, (Epod. VII, 8.) quae triumphantes in Capitolium ducebat. — Pingitur enim his, quod in oculos in primis incurrebat, collum nudatum, demissum, catenis oneratum, mox ferro secandum aut laqueo frangendum. — *minantium*, quam lectionem Cl. Mitsch. in textu secutus, *minacium* in commentario interpretatus, qui in ipsa ea misera conditione minas adhuc furoremque feroci vultu oculisque ardentibus ostendunt vel adeo minitantur.

v. 13. Equidem levia tantum argumenta tractare possum, in lusibus

---

ducebantur. [*Me dulc. dom. Musa Lyciniae*] Lycinia aut uxor Maecenatis aut ipsius Horatii amica. *Dominae* autem ait adolescentum more,

dens, pro: horrende. [*Et bene mutuis Fid. pect. amor.*] ordo est: *Bene fidum*, i. e. valde fidum. [*Nec ferre ped.*] saltare. [*Nec dare*

Fulgentes oculos, et bene mutuis
Fidum pectus amoribus:
Quam nec ferre pedem dedecuit choris,
Nec certare ioco, nec dare brachia

v. 18. *loco* Dessss. et sic Cod. Goth. —

---

ac iocis unice Musa mea occupatur. *Me, me* cum vi repetitum ut I, 6, 17. *Nos convivia, nos* cett. *Musa voluit*, iubet, excitat me *dicere*, cantare, extollere *dulces cantus*, suavem vocem *Lic.*, quam scite ad lyram canat Licymnia. Erat adeo citharistria et psaltria, uti Chloe *dulces docta modos et citharae sciens* audit III, 9, 10. *Dominae*, amatae a me. — *Oculos lucidum*, lucide *fulgentes*, ὄμματα μαρμαίροντα, parte tantum pulchritudinis eius laudata. — v. 15—16. *Pectus fidum amoribus mutuis*, animus, qui fidem vicissim servat in amore, qui constanter redamat.

v. 17—20. Describitur Licymnia ut eximia saltatrix; nam in saltando gratiae et pulchritudinis triumphus. Fere, ut fit, negligi, aut in alia omnia trahi videas hoc tetrastichon ab Intpp. Nos omnia ad saltationem puellarum pertinere, eiusque *tres modos* (in primis elegantes) exprimi putamus. Si enim *certare ioco* ad argute dicta referre velis, indocte hoc inter duas sententias, haud dubie ad saltationem pertinentes, positum sit. Nec dignum fuisset Horatio, tribus phrasibus, iisque per *nec* iunctis, saltationem exprimere, nisi tres eius diversos modos cogitari voluisset. *Choris ferre pedem*, incedere, ingredi (ut *inferre gressum* ap. Virg.), ob oppositum *certare ioco*, referas ad choream compositam et mollem (qualis hodie est Gallorum *Menuet*), in qua pedum eleganter ponendorum in primis ars cerneretur. Forte ab hoc genere incipiebat saltatio. Deinde, cum *ludere* in sqq. haud dubie sit *saltare* (ut Virg. Ecl. VI, 28.), e Gr. παίζειν, Hom. Od. ζ', 106. ϑ', 251. cett. tum *iocus*, παίγνιον, designare videtur saltationem incitatiorem et hilariorem, quam multae pariter puellae, variis motibus ac recursibus miscentes se et implicantes, certatim exercerent et quasi configurarent; unde docte, *certare ioco* (nobis hodie: *figuriren*). Denique *dare* s. iungere *brachia* ludentem, per ludum, h. e. saltationem, exprimit choream in circulum, more veterum, agitatam, implexis inter se virginum manibus et brachiis; quo fortasse finiebatur saltatio. In quovis genere mira gratia et decora suavitate emicabat Licymnia; unde, *quam nec dedecuit* (ἀορίστως pro *dedecet*), h. e. per λιτότητα, eximie decet. Quid? si infr. 19, 25. *choreae*, ioci, ludus, eadem haec tria saltandi genera exprimere videantur? certe apte respondent h. l. *choris*, *ioco*, *ludentem*. Haecce coniectura Ianii est, de qua quid statuat, lector eruditus ipse videat. — *Non dedecuit*, dedecet (ἀορίστως) eam *ferre pedem*, incedere, (ut Tib. II, 1, 30.) h. e. decenter,

---

qui amatas dominas vocant. Ordo est: *Dulcis Musa dominae Lyciniae voluit me dicere cantus et oculos lucide fulgentes et pectus bene Fidum mutuis amoribus.* [*Mutuis*] i. e. alternis et iugalibus. [*Lucidum*] nomen pro adverbio, ut: *Sublime volantes*, pro sublimiter; et: *Horrendum stridens*, pro, horrende. [*Fidum*] fidele, ut: *Fidus Achates It comes.* [*Quam nec ferre ped. ded. chor.*] quam nec saltare dedecuit cum nitidis virginibus, i. e. non dedecuit illam iunctis brachiis cum nitidis virginibus saltare in sacro die celebris Dianae. Natalis enim

brach.] amplecti. [*Div. Achaemenes*] Achaemenes rex Parthorum fuit. [*Aut ping. Phryg. Mygdon. op.*] a Mygdone rege, qui Phrygiam te-

Ludentem nitidis virginibus, sacro
Dianae celebris die.
Num tu, quae tenuit dives Achaemenes,

v. 21. *quas* Alt. 2. ex emendatione. *Achemenes*, *Achimenes*, errores.

---

scite movet pedem choris, τίθησιν ἐς χορὸν ἴχνος σὺν ἀγλαΐᾳ (Eurip. Electr. 859.) Intellige autem de incessu chori ad gravitatem composito: cui opponitur *iocus*, saltatio ludicra, lasciva, forte mimica; quo in genere Licymniam non dedecebat *certare* cum aliis, cum virtute ea certare poterat, in quo adeo eminebat, primas tenebat. *Iocari* autem proprie de mimis, Ovid. Trist. II, 497. — nec dedecet *ludentem*, παίζουσαν (v. c. Homer. H. in Apoll. 201. Hesiod. Scut. Herc. 282.) saltantem, et hoc pro tenui, eam, *dare brachia*, brachia concinne movet atque implicat *virginibus*. In brachiorum motu inter saltandum molli et ad numeros facto omnino maxima virtus erat: unde frequentissima eius rei mentio apud veteres. Ovid. A. A. I, 595. *Si vox est, canta: si mollia brachia, salta.* Ibid. II, 305. *Brachia saltantis, vocem mirare canentis.* Et III, 349. *Quis dubitet quin scire velim saltare puellam, ut moveat posito brachia iussa mero.* Idem Remed. 334. *Fac saltet, nescit si qua movere manum* cf. et v. 754. Stat. Silv. III, 5, 66. *Candida seu molli diducit brachia motu.* — v. 20. Dianae erant plures dies festi per annum, ut Calendis Febr. VI Non. Mart. prid. Cal. April. Cal. April. Sed in primis memorabiles VIII Id. April. et Id. August. Ii dies modum sollenni laetitia, tam in urbe, quam in agris et silvis a virginibus agebantur, choreis etiam, quae cum omnibus festis communes essent, tum ipsos Dianae choros repraesentarent, de quibus vid. Heyn. Exc. XX. ad Aen. I. — Quum vero puellis libertinis publicis Dianae festis interesse non liceret, Licymnia autem procul dubio libertina esset, h. l. non tam de die quodam publice celebrato, quam potius privatim s. apud Maecenatem rite peracto cogitandum est. Ceterum, utrum Licymnia uxor Maecenatis, an eius an poetae fuerit amica, vehementer inter se discrepant interpretum opiniones se impugnantes. Nobis quidem recte de Licymnia statuere videntur, qui amicam Maecenatis eam intelligunt, quae sententia a totius carminis argumento atque colore pariter sustentari videtur. Vide quae fusius, docteque disputavit Vanderbourgius in notis pag. 367. e cuius argumentatione id tantum delibamus: „Il me semble qu'il suffit de se figurer un moment Horace lisant son Ode à Mécène, pour être persuadé que les baisers de Licymnie s'adressent à Mécène et non pas à lui. Ce que Sanadon avance pour réfuter en cela l'opinion de Dacier n'est d'aucune forte et j'avoue que je ne comprends pas comment M. M. Wetzel et Mitscherlich ne l'ont pas senti. Avant eux J. Bond avoit déjà suivi l'opinion de Cruquius. Le Fèvre me paroit l'avoir adoptée; je la trouve même dans Poinsenet de Sivry, et je n'ai pas besoin d'ajouter que *M.* Voss l'a reproduite dans sa traduction. Il a trop de tact et de goût pour se tromper en pareille matière. — *nitidae* eleganter comtae et ornatae, ut in die Dianae sacro.

v. 21 sqq. Vulgaris continuandae orationis ratio ferebat: Musa me voluit dicere crines Lic. pulcherrimos; pro hoc, ex amatoris affectu:

Dianae a virginibus celebrabatur, sicut Apollinis a pueris, ut ipse superius: *Dianam tenerae dicite virgines, Intonsum pueri dicite Cynthium.* [*Num tu*] ordo est: *numquid tu permutare velis crine Lyciniae*, supple regna vel bona, *quae tenuit dives Achaemenes*, *aut Mygdonias opes pin-*

nuit. [*Permut. vel. crine Lyciniae*] sensus est: num tu velis accipere Parthicas aut Phrygias divitias, ut Lyciniae fructum amittas? [*Plen.*

Aut pinguis Phrygiae Mygdonias opes,
Permutare velis crine Licymniae?
Plenas aut Arabum domos,
Dum flagrantia detorquet ad oscula

v. 22. *Aut p. Phr. aut M. o.* videtur legisse Serv. ad Virg. Aen. II, 4. 23. A, *Licimniae.* B, *Lycimniae.* D, Q, V, *Liciniae.* E, φ, *Licymniae.* H, *Lyciniae.* V, glossa „uxoris tuae." — 25. A, D, E et sex alii *Cum.* B et alii *Dum.* — *O, fragrantia.* — *Cum* Lamb. edd. poster. omnes Pulm. duo Bersm. Helmst. Lipss. tres, Dess. 1. Locher. Heins. Sed praestat *Dum* et auctoritate et vi. — *fragrantia* (sic Cod. Guelf.) h. e. bene olentia (ut Stat. Silv. II, 1, 46.: *oscula vernos redolentia flores*) unus Cruqu. Locher. Asc. Venet. 1492. Lamb. Brut. Fab. Heins. Sed *flagrantia* Acr. Por. omnes Torr. Cruqu. (praeter unum) Pulm. Mentel. Bentl. 1, 2, 6. omn. Bersm. Alt. 1. Dessss. Lipss. Brod. Gott. Zar. Venett. 1478. 1590. Basill. Rutg. Dacer. Bentl. Cun. Ion. Baxt. Sivr. Lamb. *flagrantia* non damnat, quod valet ardentia. *Flagrantia* Cod. Goth.

---

quos maximis opibus anteposuerim, auro mihi pretiosiores. *Num tu velis permutare?* permutares, sane tu, quo sensu pulchri contactus es, non permutares crinem Lic. maximis divitiis; pro hoc, exquisita constantique poetarum structurae huius verbi (ut Gr. ἀνταλλάσσεσθαι, ἀμείβεσθαι) inversione, *crine opes.* vid I, 17, 2. — *quae tenuit*, possedit *dives Achaemenes,* quas amplissimas habuit Ach. primus Persarum rex, omnino pro: opes regum Persarum. cf. III, 9, 4. et I, 38, 1. Ἀσιήτιδος τυραννίδος ὄλβον eadem virtute dixit Euripid. Herc. fur. 643. — *Phrygiae Mygdonias opes*, pro, opes Phrygiae Mygdoniae, Phrygum a Mygdonibus, Thraciae populo, oriundorum, cum Mygdonibus permixtorum. Hos enim relicta Europa Phrygiae partem insedisse, maxime probabile est. Phryges inde Mygdones poetis saepe dicti. Ad septentrionalem Phrygiae plagam Mygdonas collocat Strabo XII. p. 861. — *Pinguis*, opulentae, e solo pingui (*pingues Asiae campos* memorat Epp. I, 3, 5. Cic. pro Lege Manil. c. 14. *Asia tam opima est et fertilis, ut et ubertate agrorum — et multitudine earum rerum, quae exportantur, facile omnibus terris antecellat.*) — v. 24. *domos plenas*, opibus refertas, δώματα χρυσοῦ πλήρη, uti plenius Eurip. Herc. fur. 645. *Domum plenam* similiter dixit pro opulenta IV, 12, 24. δόμους πληρουμένους Eurip. fr. Dan. IV, 1. δόμους contra κενοὺς id. fr. Antiop. XXXIII, 6. Respectu divitiarum igitur poeta dixit *domos Ar.;* non vero, ut simpliciter regionem istorum ita designaret; ut alias facere solent poetae. Sic *Eoas domos Arabum* Virg. Georg. II, 115. recte laudat Burm. ad Prop. II, 8, 20. *Et domus intactae te tremit Arabiae.* De Arabum *beatis gazis* vide ad I, 29, 1. A talibus vero amantum deliciis Maecenatem haud alienum fuisse ex eius fragm. (apud Senec. ep. CXIV.) facile colligas: *Quid si quis feminae cirro crispatae, et labris*

---

guis Phrygiae aut plenas domos Arabum? cum detorquet cervicem ad flagrantia oscula, aut negat facili saevitia, quae magis interdum gaudet eripi, supple a poscente, interdum occupet rapere. [*Achaemenes*] nomen regis Persarum. Lucan.: *Achaemeneis decurrent Medica Susis.* [*Aut ping. Phryg.*] fertilis, ut: Pinguibus hae terris habiles. [*Mygd. opes*] Mygdon rex Phrygiae. [*Plenas*] divitiarum supple, i. e. divites. Et est hic sensus: Num potes tu regum opes Lyciniae amori praeponere? [*Detorq.*] inflectit; describit fastidium mulieris detorquentis se ab osculis amatoris, i. e. cum flagrantibus osculis tuis cervicem

aut Arab. dom.] plenas, pro: opulentis dictum est. [*Dum flagr. detorq. ad osc. Cerv.*] magnifice depinxit fastidium mulieris, avertentis ab eo,

Cervicem, aut facili saevitia negat,
Quae poscente magis gaudeat eripi,
Interdum rapere occupet?

CARMEN XIII.

AD ARBOREM.

ARGUM. *Loquitur poeta in hoc carmine de casu quodam fortuito, propter quem in mortis periculum prope adductus fuisset. Videtur res ita accidisse, ut arbor eo ceciderit momento, quo poeta sub eius umbra ambularet. Quid autem illo temporis momento senserit et cogitaverit, libere pariter ac suaviter exprimit. Primum in eum tanquam in hominem scelestissimum, omne nefas adeo perpetrantem, vehementer invehitur, qui primus istam arborem plantaverit. Deinde*

v. 27. *Quae a poscente* unus Torrent. haud dubie a grammatico inserta praepositione. — 28. *occupat* Comment. Cruqu. Bentl. 1, 3, 6, 9, 10, 13, 18, 19. Lips. 1. a m. pr. Fran. Sax. Zar. Muret. Brut. Rodel. Bentl. Cun. Iones. Vandd. H, N, T, *occupat*. A, *occupat* corr. O, *occupat*, var. *occupet*, alii *occupet*. Sensus docet, respondere inter *se gaudeat eripi* et *rapere occupet*, cui lectioni Codicum plur. opt. favet auctoritas. *Occupat* Cod. Goth. *Occupet* Cod. Guelf.

columbatur? Ceterum eandem hanc poetae sententiam exhibet Palladae ep. I, 1 sqq. *Ἴσιδι τούσδε θήκατο τοὺς λιπαροὺς Παμφίλιον πλοκάμους. Ἡ δὲ θεὸς τούτοις γάνυται πλέον ἤπερ Ἀπόλλων χρυσῷ, ὃν ἐκ Λυδῶν Κροῖσος ἔπεμψε θεῷ.* Ad rem ac verba apposite Aristaen. L. I. ep. X. p. 27. (ed. Abr.) *Ἀκόντιος οὐκ ἂν ἠλλάξατο τὸν Μίδου χρυσόν, οὐδὲ τὸν πάντα πλοῦτον ἰσοστάσιον ἡγεῖτο τῇ κόρῃ· καὶ σύμψηφοι πάντες ἐμοί, ὅσοι μὴ καθάπαξ τῶν ἐρωτικῶν ἀμαθεῖς.* — v. 25. *Me voluit dicere*, cantare mores puellae lepidos, nunc delicias in amore facientis, nunc procacis. *Detorquet cervicem*, molliter ac benigne reflectit caput, *ad oscula flagr.* ad osculandum; *flagrant.*, perdite amantis. — v. 26. *aut saevitia facili* (nos: *gefälliger Trotz*) quae exorari s. expugnari cupiat, quae facile expugnatur, simulata, *negat* oscula, *quae* tamen si sibi eripiantur, vel *magis* ipso *poscente* amatore *gaudeat*, quin adeo *interdum*, praeter illius spem, ipsa *occupet*, antevertat, *rapere*, (Graeca forma) h. e. prior amatori rapiat, *φθάνει ἁρπάζουσα, λαμβάνουσα*, prior osculetur nec poscentem. — A sententia haud recedit Stratonis c. XLV. (Anal. Br. II, 369.) *οὐκ ἐθέλων φιλέεις με, φιλῶ σ' ἐγὼ οὐκ ἐθέλοντα· εὔκολος ἢν φεύγω, δύσκολος ἢν ἐπάγω.*

detorquet avertens se, ut magis incitet, ut: Et fugit ad salices et se cupit ante videri. Aut illud magis volens intelligi, quod cervicem vertat ad oscula, designans quod aut facile irascatur aut facile blandiatur. [*Gaudeat eripi*] artem meretriciam designat, cum velut irata aut negat amatori oscula aut interdum ultro expetit, sic satis faciens indignanti, ut Terentius: *Nolunt, ubi velis: ubi nolis, cupiunt ultro.*

qui osculari se velit, quod ideo facere solent, ut irritent amantibus desiderium sui. Flagrantia ergo oscula maiora intelligamus, h. e. ex desiderio mulieris ardentia oscula, quae oscula scilicet velit sibi a poscente extorqueri. [*Aut fac. saev. negat*] quid est facilis saevitia, utrum quae facile irascitur, an quae facile mollitur? [*Interd. rap. occupet*] rapere occupet, irascenti amatori iam satis facere cupiens et totum hoc mira energia expressum est.

ostendit, hominem nunquam satis cavere sibi posse, inquiens, in rerum natura saepius fieri, ut, unde periculum vel mortem timemus, inde aeque securi ac tutati simus. Quam pene, dicere pergit, regna Proserpinae vidimus! Denique fingit Alcaeum et Sappho carmina meditantes, quibus et Cerberus et Eumenides, umbraeque omnes benignas praebeant aures, quo nihil profecto ad vtriusque gloriam, nihilque ad poeseos laudem celebrandum a poeta fingi potuit sublimius.

Ille et nefasto te posuit die,
Quicunque primum, et sacrilega manu

DE ARBORIS CASV ET INFERIS Asc. Locher. Venet. 1492.
IN ARBOREM, CVIVS CASV IN AGRO SABINO PROPE OPPRESSVS EST, vel tale quid, editt.
AD ARBOREM, cuius casu pene perierat. Cod. Goth. qui etiam hoc exhibet argumentum: *exsecratur arborem Sabini agelli sui, quae eum deambulantem pene oppressit.* — Apeuctice (*ἀπευκτιος*) Ad Arborem Cod. Guelf.

v. 1. *Illum, o, nefasto* emend. Bentl. ut referatur ad v. 5. *Illum, et nefasto* emend. N. Heins. et sic Cun. Sed vix probabile, librarios omnes statim ab initio carminis sic lapsos esse, ut pro *Illum* ponerent *Ille*. — *Sic est, nefasto* coni. With. *Ille at* var. lect. Ion. — 2. *Q. primum sacrilega* emend. Marcil. et sic Sivr.

v. 1. Structura orationis initio carminis minus quidem concinna atque elaborata, sed quae animum poetae hoc casu perturbatum, reique indignitate commotum apprime decet. Sententia verborum satis expedita: nefastus dies is fuit, quo ista arbor plantata fuit; tum hominem, qui hoc fecerit, sceleratissimum fuisse oportet. De verborum ordine laboratur. Sunt, qui orationis contexta ita explicent: *Ille, quicunque primum produxit te, et nefasto die et sacrilega manu te posuit;* portentosissima orationis structura. Paullo melius Sanadoni procedit ratio: *Quicunque ille et posuit te primum, et produxit: illum et parentis* cett. Vt *quicunque ille* simpliciter sit, *quisquis.* Quem quidem usum loquendi a VV. DD. in dubium vocatum nollem. Ita Propert. II, 9, 1. *Quicunque ille fuit, puerum qui pinxit Amorem*, et alii. Sed in hac verba improbe structa, negligenterque abiecta recte vituperes. Novam viam aperire conatus est Ouwens N. H. III, 3. pag. 373. verbis ita disiectis dicam, an ordinatis: *ille, quicunque primum posuit te et die nefasto, et manu sacrilega; produxit* (te), *arbos, in perniciem nep.* Tu tene hunc verborum ordinem: *Ille et nefasto*, inauspicato, infausto *die te posuit*, plantavit, sevit, *quicunque primum*, olim te posuit, *ὅστις γέ ποτ' ἦν. M.* — Quemadmodum mihi videtur, ne Mitscherlichius quidem rem feliciter tractavit, quod quidem ex eius interpretatione h. l. repetita colligi potest. Pariter quoque distinctio verborum, quam Bothius, Mervillius et Iahnus tuentur, inconcinna apparet. Profecto,

ACR. [*Ille et nef.*] exsecratur arborem, cuius casu in agro suo Sabino pene periclitatus est, funestam eam et insitorem eius dicens, et est ordo: *Arbor, ille quicunque produxit te, primum in nepotum*

POR. [*Ille et nefasto te pos. die*] hac ode exsecratur arborem in Sabino agello suo, quod super deambulantem se decidit ac pene oppressit. *Nefasto* autem non fasto et abominando. [*Et sacr. manu Prod. arb.*] vocativo casu accipe arbos, h. e. o arbos. Quasi ad illius regio-

Produxit, arbos, in nepotum
Perniciem, obprobriumque pagi.

v. 3. *Perduxit* Dess. 2. *et nepotum* unus Bersm. Dess. 2. *et nepotum in P.* Cuning.

---

ego, cum Ianio inquam, cur tam pertinaciter nolint post *quicunque primum* subaudire *te posuit*, quod tamen ante oculos est, id omnibus sensibus non capio. Placet Gesneri sententiam de h. l. hic repetere. „Non fit mihi probabile, inquit, in limine statim offendisse librarium eum, a quo omnes nostri libri fluxerunt, ut pro *illum* poneret *ille*. Nec difficile videtur post *primum* repetere *posuit:* ut Epod. V, 87. *valent* antrorsus et retrorsus valet. Vid. II, 19, 28 et 32. Serm. I, 3, 7. Si quid omnino mutandum, blandius fuerit, cum Marcilio *et* omittere ante *sacrilega*. Sed hoc etiam tuentur omnes libri, *et produxit* diversum est a *posuit*." Ex nostra sententia nihil hoc loco mutandum est, verba ipsa autem ita iungenda: *Quicunque te posuit primum, ille et nefasto die* (supple ex antecedentibus: *te posuit*) *et sacrilega manu Produxit* cett. [Clariss. Doering. eodem fere modo, quo nos, verba coniungit.] Quae verborum structura quamvis paullo insolentior, tamen ex sensu poetico videtur diiudicanda, ubi nimirum poeta animi impetu abreptus ac valde concussus, in arboris exsecrationem subito erumpit, non tam ad verborum rationem, (structuram, consecutionem) quam potius ad id attendens, quo pleniorem indignationis exprimat sensum. — *Nefasto Die*] *ἀποφράδι ἡμέρα*, dies nefastus, infelix, infaustus, ad omnes res gerendas ineptus habebatur. Quin nec eo die lege agere licebat, quod declarat vulgatissimus ille Ovidii Fast. I, 47. versus: *Ille nefastus erit, per quem tria verba silentur.* Tria verba sunt: *do, dico, addico*, quae sunt praetoris; eius enim est, addicere aut possessionem alteri ex litigatoribus dare. Plutarchus in Camillo scribit, ab Heraclito recte reprehensum esse Hesiodum, quod alios dies faustos, alios infaustos et infelices statuerit; tanquam ignorans, unam dierum omnium esse naturam, his verbis: *ὀρθῶς Ἡράκλειτος ἐπέπληξεν Ἡσιόδῳ τὰς μὲν ἀγαθὰς ποιουμένῳ, τὰς δὲ φαύλας ἡμέρας, ὡς ἀγνοοῦντι φύσιν ἡμέρας μίαν οὖσαν.* Ceterum Calendis Martiis ista arbor Horatium pene oppresserat, cuius rei mentio saepius fit: infr. II, 17, 27. et III, 4, 27. — *Arborem ponere* plane uti nos: *einen Baum setzen.* — Placet primos huius carminis versus e Vossii versione hic adponere:

Der hat am Unglückstage dich hingepflanzt,
Wer auch gepflanzt hat, und mit verruchter Hand
Dich aufgenaehrt, o Baum, den Enkeln
Noch zum Verderb, und zur Schmach des Dorfes!

Dies quosdam *nefastos*, h. e. quibus parum feliciter res succederent, habebat veterum superstitio, quam lubenter poetas sequi videas, quod ad legentium animos tenendos aliquam vim habet. Cf. Virg. Georg. I, 276. H. l. simpliciter ab eventu dies iste ita dictus. — *et produxit*, eduxit, aluit, coluit te *manu sacrilega*, impia, scelerata, h. e. sceleratissimus is fuit, qui te posuit, produxit, non, quae gratam *nepotibus umbram factura* esses, (Virg. Georg. II. 58.) sed *in nepotum perniciem*, in

---

perniciem et opprobrium pagi posuit nefasto die et sacrilega manu. [*In nep. pernic.*] nepotes pro posteris posuit. [*Opprobr. pagi*] tanquam ad totius pagi vel ad totius regionis pertineret infamiam, si famosus ager

nis infamiam, arborem suum dominum ait oppressisse. [*Et penetr. Spars. nocturn. cruor. Hosp.*] hospitis sui penetralia cruore sparsisse,

Illum et parentis crediderim sui
Fregisse cervicem, et penetralia
Sparsisse nocturno cruore
Hospitis; ille venena Colcha,

v. 8. *Colchica* (sic Cod. Goth. et Cod. Guelf.) s. *Cholchica* omnes Torrent. Lipss. Dess. 2. Pulm. 1, 3, 4. Altt. Venett. Locher. Ascens. Lamb. Steph. Rutg. Fab. Heins. Fabr. Dacer. Baxt. *Colchia* Bentl. 6. unus Bersm. *Colcha* s. *Cholca* duo Nicott. Russard. et quid. alii Lamb. libri Marcil. duo Blandd. antiquiss. item unus Bland. a m. s. Mald. a m. pr. Div. a m. s. ap. Cruqu. Mentel. Pulm. 2. Frau. unus Bersm. Dess. 1. Helmstad. codex Graevii vetust. ap. Brouckhus. ad Prop. I, 1, 30. Tum sic edit. Mediol. 1477. Cruqu. Bentl. Cun. San. Ion. Sivr. — Vandd.: E, φ, γ et alii duo *Colcha*. H, *Colcha* corr. A sec. man. *Colchica*. B, *Colcha*, glossa „pro Colchica." D, I, V et al. quat. *Colchica*. N, *ille et ven. Colchica.*

---

hunc finem, ut posteris exitio esses, ne morte scelerato isti omnis nocendi facultas praecideretur. Callimach. epigr. ζ. *στήλην μητρυιῆς, μικρὰν λίθον, ἔστεφε κοῦρος, ὡς βίον, ἠλλάχθαι καὶ τρόπον οἰόμενος. Ἡ δὲ τάφῳ κλινθεῖσα κατέκτανε παῖδα πεσοῦσα· φεύγετε μητρυιῆς καὶ τάφον οἱ πρόγονοι.* — *Producere* est vel in longum tempus vel foras et in locum publicum ac propatulum ducere. Sic dicimus *producere convivium in multam noctem* et *producere testes;* sic hoc loco *in nep. pern.* etc. *productam arborem* intellige satione et cultura e terra prolatam et propagatam in posterorum perniciem et totius vici infamiam. (*L.*) — *in opprobrium* (nos: *Schandfleck*) *pagi*, ut toti agro opprobrio esses, dedecus afferres, quod, a scelerato quippe sata ac producta, casu tuo hominem innocentem oppressura esses, damnum inflictura esses immerenti. Praeclarum vero et ex animi commotioris affectu ductum hoc, quod poeta non eum solum, qui arborem posuisset, tanquam ultimam istius infortunii causam, ad quam fere, calamitate quapiam affecti, animo progredi solemus, (v. ad I, 3, 9.) exsecratur, sed et ipsi arbori, rei inanimatae, quae, putredine resoluta, eum pene oppressisset, nocendi animum tribuit, eique irascitur.

v. 5 sqq. Atrocissima in eum cumulat poeta flagitia, quo detestabilius inde monstrum efformaret. Observa poetae artem in varianda oratione: *Ille te posuit, illum crediderim fr., ille ven. tractavit.* Pene persuadeor, ut credam illum parentis sui *cervicem* laqueo *fregisse*, iugulasse, strangulasse eum. Cf. Epod. III. init. *Frangere gulam laqueo* dixit Sallust. Cat. c. 55. *cervicem fr.* simpliciter apud Ciceronem.

v. 6. *penetralia*, domus, interiorem domus partem, domum *sparsisse*, conspersisse, commaculasse *nocturno cruore*, caede *hospitis* noctu patrata. Hospitii ius sanctissimum habebatur antiquis; eiusque violati vindex gravissimus Iupiter *ξένιος*. Vide Spanhem. ad Callim. H. Dian. 123. Auget rei atrocitatem, quod hospes noctu per somnum opprimitur, quod coram Diis Penatibus, in domus penetrali collocatis, scelus perpetratur, quod domus ipsa sanguine isto conscleratur, ut Catull.

---

morte domini fuisset. [*Fregisse*] novo verbo exsecratus est parricidam. [*Et penetr.*] domus secreta, in quibus hospes fuisset occisus et foedus hospitale violatum, tanquam minus esset, si homicidium diceret perpetratum. [*Venena Colchica*] specialem provinciam posuit pro generali crimine. Colchis enim Scythiae civitas est, ex qua Medea fuit,

h. e. hospitem in domo sua interfecisse. [*Ille ven. Colchica*] *Colchica*, inquit, quia Medea Colchis fuit, quam summam veneficam fuisse, historiae

Et quidquid usquam concipitur nefas,
Tractavit: agro qui statuit meo
  Te, triste lignum, te caducum
  In domini caput immerentis.
Quid quisque vitet, nunquam homini satis
Cautum est in horas. Navita Bosporum

v. 9. *umquam* Alt. 1. — 11. *casurum* Alt. 1. et quidam edd. teste Landin., sed contra metrum. Est e glossa. Corrector in Cod. Goth. scribit: *caducus*, i. e. aptus, ut caderet. Vand.: N, *Te triste o.*
13. *Quod quisque* duo Lamb. quid. Bersm. Lips. 4. Helmst. Brod. Asc. Locher. Venet. 1492. — 14. *oras* Cod. Guelf. lapsus videtur. *Bosphorum*, *Bosforum*, sollennes errores. *Bosporon* Cun. Vandd.: M, N et tres recent. *Bosforum*, al. omnes *Bosphorum*.

---

ait LXVIII, 23. — v. 8. *Venena Colcha*, Colchica, qualia Medea Colchica tractavit, adeoque praesentissima; ut Epod. V, 62. *dira Medeae venena* Canidia sua vocat. Adde Epod. XVII, 35. — Admonendi autem sunt adolescentes, tertiam syllabam nominis *Colchica* pertinere ad principium versus consequentis; sed tamen non dissimulabo, (quod recte fecit) me in aliquot libris manuscriptis, uno Russardino et duobus Nicotianis et nonnullis aliis reperisse scriptum *ille venena Colcha*, quae scriptura non est fortasse reiicienda (minime, inquam,) immo vero, ut Horatio usitata, receptae (certe) anteponenda. Talia enim sunt illa I, 22, 2.: *Mauris iaculis.* IV, 12, 18.: *Sulpiciis horreis.* Epist. I, 12, 20.: *Stertinium acumen*, et similia. — v. 9. *Et*, quid? quod iste, *quidquid nefas* quodcunque scelus animo *usquam concipitur*, per totum terrarum orbem fit, ab eo illud patratum crediderim; nil tam nefarium cogitari potest, quod non istud scelus hominis designaverit. *tractatur*, patratur, et venena, quae miscentur, tractari dicuntur. Vid. Epod. III, 8. et I, 37, 27. — *qui te statuit*, posuit, sevit in *agro meo*. Repetita adeo cum vi priorum vv. sententia, quod animo commoto plane convenit. Tum designatur simul locus, in quo defossa erat ista arbor. — *triste*, ob tristes effectus, damnosum, exitiosum; *lignum* vocat arborem per contemtum. — *cadurum*, quod casurum, oppressurum eras *caput domini*, dominum, possessorem huius agri, me, *immerentem*, innoxium, nullius culpae conscium. De v. *caducum* v. ad III, 4, 44.
v. 13 sqq. Degreditur ad sententiam generalem et universam, neminem sibi in posterum ita cavere posse, ut non improviso genere mortis exstinguatur, quam Pindarus quoque posuit Olymp. β', 55. *ἤτοι βροτῶν γε κέκριται πεῖρας οὔ τι θανάτου, οὐδ' ἁσύχιμον ἁμέραν ὁπότε,*

---

venenis et magica arte potens. [*Quid quisq. vit.*] sententia, qua dicit improvidas heminum mentes nulla fatis obiurare cautela, nec metuere periculum, nisi cui sit proximum, et tamen multos improvisis opprimi periculis. [*Nav. Bosp.*] aut Bosporum pro quolibet freto dixit aut Poenum pro quolibet nauta. Multum enim divisus est Poenus a Bosporo. Bosporus enim ponti sunt fauces, ubi propter angustias assi-

Graecorum tradunt. [*Nav. Bospor. Poenus perhorr.*] his et quae subiecta sunt, significat, unumquemque hominum non fere periculum timere, nisi cum ei proximus sit; verum tamen plerumque ex improviso mala inopinata intervenire atque opprimere. In horas enim Bosporum Poenus perhorrescit. Bospori autem fauces sunt Pontici maris, unde longissima in Africam navigatio fit, quod ita Poenus navita eum perhorrescat. Hunc

Poenus perhorrescit, neque ultra
  Caeca timet aliunde fata;
Miles sagittas et celerem fugam
Parthi; catenas Parthus et Italum

v. 16. *timet* producta posteriore syllaba legendum. Syllabam brevem in arsi positam produci posse, Vir Summus Hermannus docuit in elem. doctr. metr. Res nota. — 17. *celebrem* emend. Io. du Hamel, inepte. — *reducem* (vel *refugam*) coni. Bentl. nam fuisse fugam simulatam, ideoque non *celerem*. Bentleium vero castigavit Cuning. anim. c. IX. p. 81 sqq. *celeris* var. lect. Ion. — 18. *Italûm*, h. e. Italorum, voluerunt quidam.

παῖδ' ἀλίου, ἀτειρεῖ σὺν ἀγαθῷ τελευτάσομεν. — *Nunquam homini satis cautum est*, ab homine satis caveri potest, nunquam homines satis tuto praevident, *quid quisque vitet*, quae sibi vitanda sint, instent pericula, *in horas*, ἐς ὥρας, quovis temporis momento (v. I, 32, 2.); innumera sunt, quae vitae hominum continuo insidiantur, pericula, a quibus sibi cavere nequeunt. — v. 14. *Navita Poenus*, mercator Phoenicius *perhorrescit*, maxime, unice timet *Bosporum* Thracium, fretum aestuosissimum, per quod in Pontum Euxinum traiicitur. Hinc *Bosp. gemens* II, 20, 14. *insaniens* III, 4, 30. — *Bosporum*, non *Bosphorum* imprimendum curavit Lambinus, quod Graeci *βόσπορον* dicunt, a nominibus *βοῦς* et *πόρος*, non *βόσφορον*. Praeterea sic in libro Faerni scriptum est et in uno Vatic. De Bosporo haec habet interpres Apollon. Argonaut. lib. II. *Βόσπορος ὀνομάζεται διὰ τὸ δοκεῖν τὴν Ἰῶ βοῦν οὖσαν διαπορεύεσθαι τὸ ἀπὸ Βυζαντίου καὶ Καλχηδόνος διάστημα — — ἢ διὰ τὸ πάντας τοὺς στενοὺς Βοσπόρους καλεῖσθαι.* Quod verisimilius altero videtur. — *Neque ultra*, ulterius, traiecto Bosporo, *aliunde*, *ἄλλοθεν*, ab alio maris tractu; nisi potius est: sub alia specie occurrentia *fata caeca*, unde minime rebatur, mortem ex occulto venientem *timet*, sibi ab alio mortis periculo ac genere non metuit. Fata caeca disertius exponit Prop. II, 1, 76. *Quippe ubi nec causas, nec apertos cernimus ictus; unde tamen veniant tot mala, caeca via est.*
v. 17. *Miles* Romanus perhorrescit maxime Parthum; pro hoc significantius, notata simul Parthorum pugnandi ratione: *sag.* et *celerem fugam P.*, Parthum in fuga simulata fortissime depugnantem, sagittis petentem Romanum temere insequentem. Res notissima. Vid. ad I, 19, 11. Parthorum vero nomen Romanis maxime timebatur. Vid. III, 2, 3. IV, 5, 25. Ceterum de paradoxo, *timere fugam* Horatium cogitasse vix putem, cum talibus argutiis hic plane locus non esset.
v. 18. Parthus contra *catenas* Italas (ad utrumque enim referendum) Romanas, metuit, ne bello a Romanis capiatur, in triumpho ab ipsis catenatus ducatur; tum *robur*, carcerem roboreum, ne in carcere obtruncetur; captivitatem adeo et necem Parthus a Romanis timet. Praestat igitur *robur* h. l. de carcere roboreis textis communito intelligere. De mortis enim genere h. l. quaeritur. Alii de compedibus roboreis accipiunt, quae notio iam catenis inest. *M.* — *robur*, intellige locum in carcere trabibus roboreis contextum, ubi supplicium de captivis vel maleficis sumi solebat; unde postea *roboris* nomen carceri

---

dua naufragia fiunt. Nomen autem dicitur accepisse, quod inde in bovem Io mutata transierit, quasi βοοσφόρος. [*Et cel. fug.*] fugientes enim Parthi, sagittis vehementiores sunt. Virgilius: *Aut missam*

Bosporum pro quolibet freto posuit. Freta autem angusta maria et concitata sunt. Omnia autem freta a fervore dicta existimantur. [*Quam*

Robur: sed inprovisa leti
Vis rapuit rapietque gentes.
Quam pene furvae regna Proserpinae,
Et iudicantem vidimus Aeacum:
Sedesque discretas piorum, et
Aeoliis fidibus querentem

v. 20. *rapiet rapuitque* Venet. 1492. — 21. *fulvae* Mentel. Vand.: S, *fulve* in litura. — 22. *vindicantem* unus Bersm. *Aeacon* Cun. 23. *discriptas* septem Lamb. duo Cruqu. Et sic Lamb. Cruqu. *descriptas* quid. Lamb. Pulm. 1, 2, 3. duo Bersm. unus Cruqu. Bentl. 12. Helmst. Fran. Heins. Steph. Fab. Dacer. Sed *discretas* (sic Cod. Goth. et Cod. Guelf.) Acr. Por. quorum textum in versibus infra appositis, iis in locis in primis integrum exaravimus, quibus lectori critico differentia aliqua s. var. lect. animadvertenda est. Comm. Cruqu. omnes Cruqu. praeter duo, omnes Torrent. omnes Bentl. praeter unum, Pulm. 4. Mentel. Altt. Lipss. Dessss. Venett. Asc. Locher. Fabr. Bentl. Cun. San. Baxt. Ion. Sivr. — *priorum* var. lect. ap. Iones. — Vand.: D, *descriptas*, var. *discretas*. γ, I, P, *descriptas*. R, *desertas*, al. omnes *discretas*.

---

mansit. Liv. XXXVIII, 59. *ut in carcerem inter fures nocturnos et latrones vir clarissimus includatur et in robore et tenebris exspiret, deinde nudus ante carcerem proiiciatur.* — v. 19—20. Enimvero hos ipsos alius saepenumero manet exitus. *Leti vis*, cum virtute propter *rapuit;* Mors *improvisa*, ἀπροϊδής, *rapuit*, *rapietque*, improviso venit et ad Inferos deducit *gentes*, homines. — v. 21. Ita ipse pene occubuissem. *Vidimus regna*, subiimus regnum *Proserpinae*, loca infera; simplicitate Homerica, Il. ο', 251. *νέκυας καὶ δῶμ' Ἀΐδαο ὄψεσθαι*, *nigra videre Tartara* Virg. Aen. VI, 134. v. Burm. ad Prop. II, 20, 71. Aliter exornavit Stat. Silv. III, 5, 37. secutus Eurip. Alc. 252 sqq. — *furvae*, nigrae, perpetuo rerum inferarum epitheto. *Furvam caliginem* similiter umbris tribuit Auson. Cupid. 45. (Poet. min. II, 304.)
v. 22. *vidimus Aeacum iudicantem*, de tribunali ius dicentem. Simili colore Antipat. Sid. I, 4. (Anal. Br. II, 6.) *Μίνω θᾶσσον ἐποψόμεθα.*
v. 23. *sedes piorum*, campos Elysios. *Sedes* constanter de locis infe-

---

Parthi post terga sagittam. [*Vis*] violentia, inexorabilitas. Dum quisque timet hoc aut illud, rapitur saeva morte. [*Quam pene furvae regna Proserp.*] ac si diceret, parvo interstitio retenti sumus. *Furva* mystico nomine dicebatur Proserpina aut *furvae* flavae matronymicon, ut: *Flava Ceres.* Alii volunt *furvae* nigrae positum, unde et furta putant dicta, quia committuntur in obscuro. [*Et iud. vid. Aeac.*] Achillis avum, qui pro iustitiae bono etiam apud inferos iudicium meruisse perhibetur, unde et Iuvenal.: *Quas torqueat umbras Aeacus.* [*Sedesq. pior.*] Elysias, ut Virg.: *Sed amoena piorum Concilia, Elysiumque colo.* Vt ostenderet se pene inferos imminente vidisse periculo. [*Discr.*] i. e. separatas. [*Aeol. fid. quer. Sappho*] Sappho poetria de Aeolia fuit, et ea dialecto in carminibus suis usa, quam chordarum significatione commemorat. Querebatur autem Sappho de puellis suis civi-

pene furvae regna Pros.] *furva* nigra significat, unde furta putant dicta, quod per nigriores aëris tenebras maxime fiunt. [*Sedesq. discr. pior.*] *discretas*, i. e. separatas. Piorum autem sedes Elysios campos dicit, quos separatos aiunt a ceteris locis inferorum. [*Aeol. fid. quer. Sapph. puell. de popul.*] *Aeoliis fidibus*, inquit, quia Sappho Aeolica dialecto in suis carminibus usa est. Queritur autem Sappho de puel-

Sappho puellis de popularibus;
Et te sonantem plenius aureo,
Alcaee, plectro dura navis,
Dura fugae mala, dura belli.

v. 28. Vand.: A, γ et alii quatuor *Dura fugae*, *mala*.

---

ris apud Virgilium, Tibullum, alios. — *discretas*, seiunctas a reliquis regionibus, flumine interiecto. Sic simpliciter malim: quam „ab impiis disiunctas" ut vulgo volunt. Stat. Theb. IV, 524. *Et Styx discretis interflua Manibus errat. Secreti partem orbis, mundumque piorum* vocat Calpurn. VIII, 20. Ad hanc vero sententiam facilis poetae cum per se erat progressio, tum, quod ipsi, vati quippe, sedes in Elysio adsignanda erat; quandoquidem *pios vates et Phoebo digna locutos* (Virg. Aen. VI, 662.) in Elysio collocabat antiquitas. Proclive adeo erat, Horatium, poetam lyricum, Lyricorum Graecorum Sapphus et Alcaei, ibi degentium, mentionem iniicere; tantoque honorificentiorem, uberioremque eam facit poeta, quo magis ipsi eorum carmina probarentur, adeo quidem, ut hos potissimum, maxime Alcaeum (I, 32, 5.) ducem secutus sit. Iam, quum *eadem cura*, eadem studia, *quae vivis fuissent*, *tellure repostos sequi* (Virg. Aen. VI, 655.) putarentur, apertus iam poetae erat campus, in quo se iactare posset, et obiectae phantasiae eius imagines, quas felici ingenii sui ubertate tantum amplificaret atque exornaret. Similiter de Anacreonte Simonides LV, 9. 10. (Anal. Br. I, 136.) *μολπῆς δ' οὐ λήθει μελιτερπέος, ἀλλ' ἔτ' ἐκεῖνο βάρβιτον οὐδὲ θανὼν εὔνασεν εἰν Ἀΐδῃ.* — *Sappho querentem fidibus*, lyra, carmine *de puellis popularibus* suis, quas amaret; amores suos canentem; nihil amplius. Respicit autem poeta Sapphus *ᾄσματα* amatoria, in puellas, quas deperiret, composita. Fragmentum eius generis exstat apud Hephaest. p. 24. et inde apud Vrsin. p. 10. Eodem spectare videtur fr. quod est apud Athen. XIII. p. 571. D. *τάδε νῦν ἑταίραις ταῖς ἐμαῖς τερπνὰ καλῶς ἀείσω.* Atthidem, Telesillam, Megaram, *πρὸς ἃς διαβολὴν ἔσχεν αἰσχρᾶς φιλίας*, nominat Suidas voc. Sappho; Mnaida et Pyrino ipsa in fr. apud Heph. p. 37. et Ovid. cum aliis Her. XV, 15. *Queri* eleganter de carmine molli, tenero, quod Amorem *γλυκύπικρον, ἀλγεσίδωρον* (uti Sappho eundem dixisse tradit Max. Tyr. Diss. XXIV. p. 297.) refert. — Sunt, qui Sappho ideo de puellis popularibus nunc queri contendant, quod hae Phaonem ab illa misere amatum in amorem suum pellexerint, quod parum colori huius carminis, in primis quum sermo de inferis sit, aptum videtur. — *Aeoliis*, Lesbiis; Lesbos enim tota fere ad Aeoliam pertinebat. Strabo XIII. p. 916. et 924. Almel. Hinc *Aeolia puella* Sappho dicta IV, 9, 12. et eiusdem *lyra Aeolia* Ovid. Her. XV, 200. *Σαπφοῦς Αἰολίδες χάριτες* Epigr. *ἀδεσπ.* DXIX, 2. (Anal. Br. III, 260.) — v. 26. Alcaeus *sonat plenius mala*, plenioribus, gravioribus sonis, *plectro* fortius lyrae impresso,

---

bus, quod non amarent, quem ipsa diligebat. Ordo est: *Et quam pene vidimus Sappho Aeoliis fidibus querentem de popularibus puellis.* [*Et te sonant. plen. aur. Alcaee plect.*] Alcaeus nomen poetae est lyrici, a quo metrum Alcaicum dictum est. Ordo est: *Et pene vidimus te, Alcaee, plenius sonantem plectro aureo dura mala navis et dura*

lis civibus suis, quod oden non ament, quam ipsa diligebat amens. [*Et te son. plen. aur. Alcaee plect.*] *plenius*, inquit, *sonantem*, quia Alcaeus robustior est, i. e. bellicas res scripsit et navigationem suam, a tyrannis Mitylenensibus pulsus est. *Aureo* autem *plectro*, propter

Vtrumque sacro digna silentio
Mirantur Vmbrae dicere; sed magis

canit aerumnas, quas perpessus sit. Scilicet in grandi ac sublimi argumento lyra fortius pulsatur, voxque intenditur, in tenui contra atque humili illa leviter tantum perstringitur, haecque remittitur. *Sonare mala* pro, sonis referre, decantare, versibus exponere mala, labores. Cf. Epod. XVII, 39. Serm. I, 4, 44. et alibi. — *aureo*, translato ab Apollinis lyra epitheto. Sic *χρυσέαν φόρμιγγα* Pind. Pyth. α', 1. et *χρύσεον πλᾶκτρον* Apollini tribuit idem Nem. ε', 44. Loc. class. apud Callim. II. in Apoll. 32. (Cum virtute tamen h. l. dictum accipiebat Quinctilian. X, 1, 63.) — *dura*, aspera, gravia, ut saepe; v. c. Sil. I, 533. h. l. auget notionem *mal.* — *mala navis*, navigationis, tempestates, naufragia, cf. I, 32, 8. — *fugae*, *φυγῆς*, exsilii. A Myrsilo enim et Pittaco, civitatis suae tyrannis, eadem eiectus erat, quam postea cum reliqua exsulum manu, tyrannide exstirpata, recuperavit. Lesbios ad hanc rem Alcaei cantu audaciores factos tradit Max. Tyr. Diss. XXXVII. p. 439. *Σπαρτιάτας ἤγειρε τὰ Τυρταίου ἔπη. — Λεσβίους ἡ Ἀλκαίου ᾠδή.* — *belli dura mala*, *duros labores belli*, Sil. III, 89. *grave Martis opus* Virgil. Aen. VIII, 516. Respicit vero poeta bellum Mitylenaeorum cum Atheniensibus de obtinendo Sigeo (Herodot. V. p. 425. Wess.) e quo Alcaeus, pugna facta, proiectis armis aufugerat. Enarratam hanc rem ab Alcaeo carmine, diserte tradit Herodot. l. l. *ταῦτα δ' ἐν μέλεϊ ποιήσας* cett. Etiam bella civilia carmine complexus est. Vid. v. 31. Ceterum de Sapphus et Alcaei carminibus idem fert iudicium Ovid. Her. XV, 27 sqq. *Mihi* (loquitur Sappho) *Pegasides blandissima* (mollia s. omnino suavia, *κηλοῦντα καὶ καταθέλγοντα τοὺς ἀκροωμένους*, quo nomine *τὰ Σαπφικὰ μέλη* extollit Plutarch. Sympos. VII. p. 1266.) *carmina dictant; — Nec plus Alcaeus consors patriaeque lyraeque laudis habet, quamvis grandius ille sonet.* — *dura navis*, *Dura fugae mala*, *dura belli*, Vossius praeclare vertit sic: *Graun der Meerfahrt*, *Graun der Verbannung*, *und Graun des Krieges.* — v. 29 sqq. Abreptus phantasiae vi poeta, se plane ad Inferos delatum, Alcaeumque et Sappho in media umbrarum, maxima eos frequentia stipantium, audientiamque facientium, turba canentes audire se opinatur. *Vmbrae mirantur utrumque*, Sappho et Alcaeum, *dicere digna s. sil.*, auscultant eis admiratione defixae, *dicentibus*, canentibus, admirantur eorum cantum, *dignum sacro silentio*, cuius maxima dulcedo est, qua delenitae silentium tenent *sacrum*, quale in sacris obtinet, adeoque altissimum; maximam istis vatibus audientiam umbrae faciunt. De silentio in sacris res pervulgata, v. III, 1, 2. — Cur *sacro?* an quod in rebus divinis, quae publice fiebant, imperabatur, ut linguis faverent, i. e. vel bona verba loquerentur vel silerent! quod scribit Cic. de Div. lib. I. et item scribunt Graeci. Hinc III, 1, 2.: *favete linguis.* ibd. 14, 11.: *et male ominatis Parcite verbis*, an

---

mala fugae et dura mala belli. [*Vtrumque*] aut Sappho et Alcaeum aut fugam et pugnas aut certe carmina, quae sic sancta sunt, ut adyti alicuius putarentur digna secreto. [*Digna sil.*] i. e. et suae navigationis mala et fugae et belli, audivit eum plenius sonantem. Qui res bellicas et navigationem suam scripsit, dum a Pittaco, tyranno civitatis suae, pulsus esset, eo quod Mitylenensibus amorem libertatis suaderet, quos postea collecto exercitu superavit. [*Plenius*] fortius. [*Aureo*] meliore, aut aureo plectro propter celebritatem carminis dixit.

dignitatem carminis dixit. [*Vtrumq.*] ad Sappho et ad Alcaeum refert. [*Dens. hum. bibit aure vulgus*] multitudinem signat umbrarum ad au-

Pugnas et exactos tyrannos
Densum humeris bibit aure vulgus.
Quid mirum? ubi illis carminibus stupens
Demittit atras bellua centiceps

v. 31. Vand.: T, *exactos triumphos.* — 32. *D. avida* (vel *humili*) *bibit a. v.* coni. Bentl. non capiens vim vocis *humeris.* vid. Cun. anim. c. XIII. p. 218. Bos anim. ad Hor. p. 39. *D. hilari b.* coni. Heins. *tensā humilis* var. lect. Iones. — 34. *Dimittit* Lips. 4. *centiceps* Alt. 2. a m. s. Landin.

---

propter Bacchi et Cereris mysteria, quae religiosissimo silentio constabant? an quod Pythagorei silentium divinum quiddam esse existimabant atque ob eam causam eius usus in sacris erat maximus? Iam Servius ad Virgilii Aeneidem adnotavit, in sacris taciturnitatem, in ludis vero strepitum requiri solere. Saepius fit, ut Lambinus rem quandam nimis urgeat, quod etiam hic ab eo factum est, quum quisque facile intelligat, epith. *sacr.* h. l. recte convenire. Quis tale quid nesciat? — *Vulgus* omnino pro multitudine Vmbrarum, ut *exsangue vulgus Ditis* eaedem Senec. Oedip. 598. et Stat. Theb. 519. — *densum*, condensatum *humeris*, constipatum; graphice prorsus de auscultante atque inhiante Alcaei cantui multitudine. — *bibit aure*, haurit avide, intente audit. — *Pugnas* Alcaeum decantantem, *et exactos* eo duce *tyrannos.* Haec carmina *Alcaei minaces Camenas* vocat IV, 9, 7. De iisdem incerti epigr. DXIX, 7. (Anal. Br. III, 260.) *καὶ ξίφος Ἀλκαίοιο, τὸ πολλάκις αἷμα τυράννων ἔσπεισε, πάτρης θέσμια ῥυόμενον.* Strabo L. XIII. p. 917. C. *ἐτυραννήθη δὲ ἡ πόλις κατὰ τοὺς χρόνους τούτους ὑπὸ πλειόνων διὰ τὰς διχοστασίας· καὶ τὰ διχοστασιαστικὰ ποιήματα τοῦ Ἀλκαίου περὶ τούτων ἐστίν. — Ἀλκαῖος μὲν οὖν ὁμοίως ἐλοιδορεῖτο καὶ τούτῳ* (Pittaco) *καὶ τοῖς ἄλλοις, Μυρσίλῳ καὶ Μεγαλαγύρῳ καὶ τοῖς Κλεανακτίδαις καὶ ἄλλοις τισί.* — v. 33. *Quid mirum? ubi*, quid? quod ipsa Erebi monstra istis carminibus demulcentur. Certavit cum Horatio Virg. Georg. IV, 471 sqq. Ex utroque profecere Ovid. Met. X, 41 sqq. Senec. Herc. Oet. 1065 sqq. et Boeth. Cons. Philos. III. metr. 12. 29 sqq. — *Bellua centiceps*, *ἑκατοντακάρηνος*, Cerberus. In capitum numero admodum variant poetae. Hesiodus Theog. 312. Cerberum fingit *πεντηκοντακάρηνον*, Sophocl. Trachin. 1009. *Ἅιδου τρίκρανον σκύλακα*, quod fere, tanquam minus *τερατῶδες*, poetae Latini adoptarunt. Hor. Graecum h. l. exemplum secutus videri debet, quod vel e Tzetza colligas ad Lycophr. 678. *ὁ Κύων τοῦ Ἅιδου, ὃς ἔχει ἑκατὸν κεφαλάς.* Alii ad angues, quibus caput Cerberi munitum fingitur (III, 11, 17.) referunt, minus apte h. l. *M.* — *Bell. Cent*] Cerberum significat, fortasse propter centum angues, qui eius caput communiunt, ut ait III, 11, 17.: *quamvis furiale centum Muniant angues caput eius.* —

[*Densum hum.*] stipatum ad audiendum pugnas compositas, ut: *Haeret pede pes, densusque viro vir.* Ordo est: *Sed vulgus densum humeris magis bibit aure pugnas et exactos tyrannos.* [*Exactos*] aut amore libertatis expulsos tyrannos aut facilitatem Alcaei expressit, ut ille carmina dulcissima fudisse videretur. [*Bibit*] avide audit. [*Bell. centiceps*] Cerberum dixit, propter multitudinem anguium, qui in capite eius eminebant. Finitum numerum pro infinito posuit, ut: *Tibi nomina mille.* Ostendit autem non immerito populos delectatos, dum

diendum convenientium. *Bibit* autem *aure*, cupidissime audit, significat. [*Quid mir.*] sensus est: non mirandum, si illum umbrae libenter audiunt, cum Cerberus et angues Eumenidum stupeant admiratione carminis illius. [*Bellua cent.*] Cerberum dicit. Propter multitu-

Aures, et intorti capillis
Eumenidum recreantur angues;
Quin et Prometheus et Pelopis parens

v. 35. Vand.: P, *intortis.*

Pausanias autem in Laconicis scribit, Hecataeum Milesium probabilem quendam de Cerbero sermonem excogitasse, qui huiusmodi est: horribilem in Taenaro serpentem fuisse, eumque Orci canem ideo esse nominatum, quia, quemcunque ille momordisset, eum necesse esset interire: tanta erat veneni pernicies ac diritas, atque hunc serpentem ad Eurystheum ab Hercule esse deductum. Iam primus Homerus eum Ditis seu Orci canem appellavit, neque aliud ei nomen imposuit, neque ulla eum specie conformavit: posteriores autem Cerberum appellarunt, eique canis similitudinem ac figuram affinxerunt, triaque capita, nonnulli etiam quinquaginta attribuerunt, ut Hesiodus. (*L.*) *Centiceps* malim proprie accipere, quam contra usum loquendi cum aliis ad anguium, quibus Cerberi cervix horruisse dicitur, capita referre. *D.* Procul dubio *centiceps* h. l. proprie capiendum, h. e. Cerberus canis centum capitum; notatur enim sic significanter illud monstrum horrendum, ad rem scilicet augendam, quippe quod nihilominus Alcaei cantu demulceatur. — *stupens illis carminibus*, (ita iunge) audito Alcaei cantu stupore, torpore correptus *demittit aures*, speciali notione pro, mitescit exuta ferocia; sed illud exquisite prorsus de cane, *Orci ianitore* (Virg. Aen. VIII, 296.) *πυλωρῷ τοῦ Ἅιδου* (ep. *ἀδεσπ.* DCXXIV. Anal. Br. III. p. 283.) qui ad quemvis strepitum aures arrigit. — *atras*, communi rerum inferarum epitheto. *Cerberum nigrum* etiam Tibull. I, 3, 71. *atrum* Senec. Herc. Oet. 23. dixit. Praeclarum vero est poetarum phantasma, quo animalium corpora vi musices torpore alligari et somno resolvi dicuntur. Splendidissimus hanc in rem est locus Pindari Pyth. *α'*, 10 sqq. *εὕδει δ' ἀνὰ σκαπτῷ Διὸς αἰετός — τεαῖς* (lyrae) *ῥιπαῖσι κατασχόμενος.* — v. 35—36. ***Eumenides*** s. Furiae mitigantur, iram remittunt, ipsis propriam. Declaratur haec poetis per comam earum erectam et angues, quibus *intorti*, implexi sunt capilli (hinc *ὀφιοπλόκαμοι* Orph. H. 69. 10. *πεπλεκτανημέναι πυκνοῖς δρακοῦσιν* (Aeschyl. Choeph. 1049.) *implexae crinibus angues* (Virg. Georg. IV, 482.) dictae. Adde Catull. LXIV, 193. Tibull. I, 3, 69.) sibilos edentes. Sedata adeo Furiarum ira angues, sibilis continuis fessi, *recreantur*, dum silent, quiescunt, otiantur. — Appellatae autem sunt *Eumenides* ab Atheniensibus *εὐφημισμοῦ ἕνεκα*, vel ut praebeant se *εὐμενεῖς*. Deae sunt caedis et impietatis ultrices, eaedem dicuntur a Graecis *σεμναί, δειναί, δεινῶπες, ἔμφοβοι, ποίνιμοι, χαλκόποδες, ἄοινοι.*

v. 37. *Quin et* ii, qui Tartaro inclusi scelerum poenas luunt, lyrae suavitate permulcentur, dolores minus sentiunt, cantu deleniti. Ex his memorat Prometheum et Tantalum poeta. In Promethei fabula, toties à poetis tractata, magna narrationis diversitas esse debuit. —

Cerberus carminis potuerit amoenitate mulceri. [*Recr. ang.*] delectantur. Nam est animal anguis auditus capax mali et boni, ut: *Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis.* [*Quin et Prom.*] Prometheus raptor per ferulam ignis divini, vulturis pastum dum carminis oblectatione teneretur, oblitus est. Iapetus et Tantalus pro criminibus damnati, poenarum requiem apud inferos habuisse carminum delectatione, a poeta firmantur. Virg.: *Quin ipsae stupuere domus atque intima leti*

dinem anguium, qui ex eo emanant, centiceps recte dicitur. [*Et Pelop. par.*] Tantalus scilicet. [*Laborum decipitur sono*] audax figura, la-

Dulci laborum decipitur sono:
Nec curat Orion leones
Aut timidos agitare lyncas.

v. 38. *laborem* (h. e. quod ad laborem pertinet) quid. Lamb. duo libb. Turnebi Advers. X, 21. Pulm. 1. et duo alii quos inspexit, duo Torrent. Brod. Gott. Bentl. 18 et 23 pro var. lect. Et sic Lamb. Heins. Bentl. Cun. San. *labore* Bentl. 13. Sed *laborum* (sic Cod. Goth. et Cod. Guelf.) Acr. Por. Comment. Cruqu. quid. Lamb. tres Bersm. Pulm. 2, 3, 4. Bentl. omn. ceteri, Mentel. plures Torrent. omnes Cruqu. Dessss. Lipss. Alt. Fran. Venett. 1478. 1492. Asc. Locher. Muret. Cruqu. Torr. Fabr. Steph. Fab. Rutg. Baxt. Ion. Sivr. Probat etiam Enger commentar. p. 17. Mireris sane melius placuisse viris doctis *laborem;* cum *laborum* praeter tantam auctoritatem, audacius, eaque ipsa de causa tanto doctius et exquisitius sit, quam *laborem;* tum et fortius, ob multitudinem ac varietatem cruciatuum. *Iani.* Vand.: B, D, O, *laborem.* *φ*, id. var. *laborum.* — *somno* Mentel. a m. pr.

40. *timidas* Fab. Lamb. unus Bersm. var. lect. Zurck. Bentl. 1, 6, 8, 10, 13 a m. s. Sed *timidos* etiam Prisc. pag. 698. *tumidas* Alt. 1. sic etiam Cod. Goth. Cod. Guelf. contra praebet: *timidos.* Vand.: S, var. *damas.*

Vulgo eum Caucaso affixum, ubi aquila continuo cor ejus renascens exedat, sceleris, quo ignem caelo subduxerit, poenam luere tradunt. Cf. Aristot. Poet. c. 17. — Antiquiorem fabulae faciem repraesentat Pind. Ol. *α'*, 91. Isthm. *η'*, 20. Pausan. X, 31. p. 876. et Paul. Silent. ep. XXXIII. (Anal. Br. III, 81.) qui sua hausit ex Eurip. Orest. 6. ubi vide Schol. — ***Pr. et Pelopis parens***, Tantalus ***dulci*** Alcaei cantus ***sono*** deleniti ***decipiuntur laborum***, ita, ut sensus ipsorum a ***laboribus***, cruciatibus, avocetur, obliviscuntur miseriarum suarum, eas non sentiunt, *κλέπτονται καμάτων ᾠδῇ γλυκερῇ παραγόμενοι*, Graeca prorsus structura et loquendi ratione. — Lambinus, ut in Var. Lect. vidimus, tuetur lectionem: ***laborem decipitur***, ad quam confirmandam illud Graecorum „*κλέπτεται τὸν πόνον* s. *τὴν λύπην*“, i. e. non sentit laborem s. dolorem, affert, quamquam alteram: ***laborum***, minime condemnat, immo potius eam ita defendens: omnes libri vulgati et aliquot manuscripti ***laborum*** habent; existimo, ab Horatio dictum esse ***decipitur laborum***, exemplo Graecorum, qui ita loquuntur, *ἐπιλανθάνεται πόνων*, i. e. decipitur vel fallitur vel obliviscitur laborum. Vid. Lamb. ad h. l. —

v. 39—40. De Orione supra diximus ad Carm. Lib. I, 28, 21. ubi videantur adnotationes. — Ceterum Horatius praeter Homerum Pindarum aemulatus esse videtur. Cf. Pind. Pyth. *εἰδ. α'*, 10 sq. Quo magis autem Orion, magnus ille venator, venatione gaudebat, eo maior suavitas ac vis carminum esse debuit, quibus talis vir ita delectaretur, ut venationis studium intermitteret. — ***Orion non curat***,

Tartara. [*Dulci laborum decip. son.*] Figura „*decipitur laborum*“ pro eo, quod est fallitur in laboribus et sensum laboris amittit, dum carminibus delectatur. [*Nec cur. Orion leon.*] Orion venator fuisse narratur. Huius umbram dicit venationi carmina praeferre, vigentem ibi apud inferos studio, quod habuerat in vita, ut Virg.: ***Quae cura nitentes Pascere equos, eadem sequitur tellure repostos.*** [*Lyncas*] i. e. damas, ut: *Quid lynces Bacchi variae?*

borum decipere, vult enim intelligi audienti illi sensum laboris auferri. [*Nec cur. Orion*] iam dicit Orionem vocari a propriis venandi voluptatibus. ***Agitare*** ergo ***lyncas*** ac per hoc insequi significat.

CARMEN XIV.

AD POSTVMVM.

ARGUM. *Quantum ex huius carminis argumento colligi potest, Postumus, de quo quidem aliunde plane nihil constat, Horatii amicus, vir admodum trepidus, valdeque ad rem attentus fuisse videtur. Quamobrem poeta ei illud tam saepe iteratum praeceptum, vitae deliciis esse fruendum, dum liceat, quum vita nimis brevis sit, mors autem omnibus adeo communis, ut evitari omnino nequeat, impertit. Carmina eiusdem argumenti et coloris haud raro apud Horatium redeunt, v. c. supr. II, 3. ibd. 11. infr. IV, 7. etc. Videtur, ut iam supra diximus, ille Postumus fuisse dives atque opulentus, sed parcus idem et avarus, otiosam in terris suis vitam agens, agris hortisque colendis intentus, mortem timens, ac de sanitate sua tuenda nimis fortasse sollicitus. Ceterum lector eruditus elocutionem carminis elaboratissimam, excellentem adeo a venustate, ornatuque, facile sentiet. De Postumo conf. Index.*

Heu, heu fugaces, Postume, Postume,
Labuntur anni: nec Pietas moram

DE BREVITATE VITAE Mentel.
DE MORTE INEVITABILI Venet. 1492. Locher. Asc.
DE SVPERSTITIONE (h. e. metu mortis) membr. Marcil.
AD POSTVMIVMIVM (sic) *de brevi vita* Cod. Goth.
AD POSTVMVM Cod. Guelf.

v. 1. *Heu* item *Heu heu* variett. sollennes. *Postume*, non *Posthume*, vid. Cellar. orthogr. lat. ed. Harles. p. 318. — Vand.: omnes Codd. *Postumum*. — V, *Heu*. — Omnes Codd. *Postume*. — *Heu heu* Cod. Guelf. a m. s. sive correctoris.

---

ei curae non est, *agitare*, *διώκειν*, non agitat, persequitur *leones et lyncas*, Alcaeo unice vacivas aures praebens. Exornavit Horatius Homericam imaginem Od. λ', 572 sqq. *Τὸν δὲ μέτ' Ὠρίωνα πελώριον εἰσενόησα, θῆρας ὁμοῦ εἰλεῦντα κατ' ἀσφοδελὸν λειμῶνα, τοὺς αὐτὸς κατέπεφνεν ἐν οἰοπόλοισιν ὄρεσσιν, χερσὶν ἔχων ῥόπαλον παγχάλκεον.*

---

v. 1—4. *Anni fugaces labuntur* pro, fugiunt, labuntur, praetereunt; *labi* de veloci cursu dicitur. Ovid. A. A. III, 65. *cito pede labitur aetas.* Met. XV, 179. *adsiduo labuntur tempora motu. M.* — Videntur quae sequuntur ex Anacreonte expressa, si modo sunt Anacreontis *νδ': πολιοὶ μὲν ἡμῖν ἤδη κρόταφοι, κάρα δὲ λευκόν· χαρίεσσα δ' οὐκ ἔθ' ἥβη πάρα* etc. Figura, qua nomen bis repetitur, vocatur *ἀναδίπλωσις*, reduplicatio, ad maiorem acrimoniam comparata. Cf. supr. 17, 10. — v. 2. Nec a Diis precibus aut sacrificiis impetrare licet, ut tardius senescamus, ut vitam protrahamus. *Pietatem* in genere volunt esse, Virtutem, animi probitatem; in quam quidem sententiam satis apposite Ovid. Amor. III, 9, 37. *Vive pius; moriere pius, cole sacra; colentem Mors gravis a templis in cava busta trahet.* Stat.

ACR. [*Eheu fug.*] praemisso doloris affectu ad Postumum, queritur de vitae brevitate, quod nullus iustitia vel pietate mortem possit evadere nec imminentem horam mora quantacunque differre et dicit

POR. [*Eheu fug. Postume, Post. Labuntur anni*] ad Postumum hac ode loquitur de celeritate currentis vitae. [*Indom. morti*]

Rugis et instanti Senectae
Adferet, indomitaeque Morti;
Non, si trecenis, quotquot eunt dies,
Amice, places inlacrimabilem

v. 4. *Affert* mss. et edd. quidam. Male. — 5. *tricenis* omnes Cruqu. praeter duo, Lipss. tres, Altt. Dessss. Helmst. Venet. 1590. Basill. 1527. 1531. Fabr. Rutg. Steph. Falsam lectionem arguit vel prima syllaba longa. *trecentis* unus Cruqu. Mentel. Venet. 1492. Locher. *tricentis* Cod. Guelf. *trecenis* plurimi optimi. vid. Brod. miscell. II, 19. *erunt* Lips. 3. — Vand.: A, B, D, φ et sex alii *tricenis*. A, *erunt*.

Silv. V, 1, 154. *Quid probitas, quid casta fides, quid numina prosunt culta deum? furvae miseram circum undique leti vallavere plagae.* Sed constituenda h. l. eius notio e v. 5 sqq. Sunt adeo preces, sacrificia, quae Diis fiunt, pro avertenda aliqua re molesta, sacra averrunca. Haec neutiquam *moram adferent*, iniicient, morabuntur, retardabunt *rugas*, *Senectam* et *Mortem*, ut tardius istae ad te accedant, non efficient, ut vitae tuae vel minima fiat annorum accessio. Senectus ad nos accedere (*γῆρας ἐπερχόμενον*, Solon XIII, 10. Anal. Br. I, 70.) nobis adstare (Homer. H. in Ven. 245. *γῆρας — τό γ' ἔπειτα παρίσταται ἀνθρώποισι*) dicitur; sed suavior est imago Senectae ***instantis**, **a tergo prementis***, (Senec. Praef. ad Quaest. Nat. l. III.) quae adeo ***non intellecta obrepit***, (Iuven. IX, 129.) nos opprimit, expressa e Mimnermi IV, 4. (Anal. Br. I, 61.) *ὀλιγοχρόνιον γίγνεται ὥσπερ ὄναρ ἥβη τιμήεσσα· τὸ δ' ἀργαλέον καὶ ἄμορφον γῆρας ὑπὲρ κεφαλῆς αὐτίχ' ὑπερκρέμαται.* — ***indomitae***, *θανάτῳ ἀηττήτῳ*, (Crinag. XXV, 8. Anal. Br. II, 147.) cui resisti nequit, qui in homines imperium exercet. Eadem de causa *Ἀΐδης* dictus *ἀμείλιχος ἠδ' ἀδάμαστος* Hom. Il. ι', 158. *M.* —
v. 5. *Non* hoc efficies, neutiquam retardabis mortem, etiamsi *trecenis tauris*, tribus hecatombis, *places*, sacrum facias *Plutoni*, *quotquot eunt dies*, singulis diebus, si vel amplissima quotidie Plutoni appares sacra. *Placare* fere accipiunt pro, placare conari, exorare velle, tentare; quod uti non plane improbem, ita magis Horatianum duxerim, pro generali: sacrificare, positum censere. Ita vero est I, 36, 2. III, 23, 3. — ***inlacrimabilem***, *ἄδακρυν*, *ἄτεγκτον*, immisericordem, durum, inexorabilem, apposito epitheto. — Germanus Valens putabat, h. l. *illacrymabilem* *ἐνεργητικῶς* positum pro eo, qui non lacrymatur aut qui lacrymari non soleat, ut Graeci interdum *ἄκλαυστον* usurpant pro eo, qui non plorat. Res nota. — Ad sententiam loci facit Aeschyl. fr. Niob. p. 642. Stanl. *μόνος θεῶν γὰρ Θάνατος οὐ δώρων ἐρᾷ· οὔτ' ἄν τι θύων, οὔτ' ἐπισπένδων ναοῖς. Οὐ βωμός ἐστιν, οὐδὲ παιωνίζεται· μόνου δὲ Πειθὼ δαιμόνων ἀποστατεῖ*, quod traduxit Aristoph. Ran. 1439. Spectat etiam huc Solonis ep. XIII, 9, 10. (Anal. Br. I, 70.) *Οὐδ' ἂν ἄποινα διδοὺς θάνατον φύγοι, οὐδὲ βαρείας νούσους, οὐδὲ κακὸν γῆρας ἐπερχόμενον.* — ***eunt***, procedunt, illucescunt ***dies***, de praesenti temporis momento. Sic ***anni euntes***, quos ipsos vivimus, Epp. II, 2,

---

supervacue timeri, quod non potest evitari. [*Indom. morti*] quasi ferocissimae, a qua nemo exoret indulgentiam, sicut et *illacrymabilem* subiungit *Plutonem*. [*Tric. quotq. eunt dies*] per menses singulos, i. e. quotidie. Dixit autem *eunt*, pro mortalitatis dolore, quasi fluunt et pereunt. [*Illacrymabil.*] durum, implacabilem, qui nulla hostia, nec si diurna sit, placari possit. Dicit tamen praesentia pericula magnopere

indomitae quasi ferocissimae, quia nemo ab ea benevolentiam et indulgentiam exorat. Sic et *illacrymabilem Plutona* statim subiicit. [*Qui*

Plutona tauris, qui ter amplum
Geryonen Tityonque tristi
Compescit unda, scilicet omnibus,
Quicunque terrae munere vescimur,

v. 7. *qui tibi amplum* Lips. 4. — 8. *Geryonem* mss. et edd. multi. Sed praestat *Geryonen*, ex *Γηρυόνης*. — 10. pro *munere* Wakefieldius dedit: *munera*, quod Doeringo, V. Cl., haud displicet. Sane res non tanti est, ut aliquid mutandum sit. Retinendum libb. opt. lectio: *munere*.

55. *M.* — v. 7. *Geryon*, Chrysaoris et Callirhoes filius, vasti corporis vastarumque monstrum virium, tribus corporibus ideo ab antiquitate instructum. Fabulam eius eruere conatus est Iacobs in Bibliotheca philologica et antiquaria P. X. p. 48. Hinc *ter amplus*, *τρισώματος*, *τρικάρηνος*, (Eurip. Herc. fur. 423.) *tripectora tergemini vis Geryonai* Lucret. V, 28. *Monstrum Geryones immane tricorporis* Sil. XIII, 201. *triformis* Herc. fur. 232. *Bicorpor* autem dictus Attio in Trachin. apud Scriv. Coll. Trag. p. 148. — Hesiod. in Theog. v. 287. *Χρυσάωρ δ' ἔτεκε τρικάρηνον Γηρυονῆα, — τὸν μὲν ἄρ' ἐξενάριξε βίη Ἡρακλείη βουσὶ παρ' εἰλιπόδεσσι περιῤῥύτῳ εἰν Ἐρυθείῃ* etc. De Geryone Pausanias in Atticis ita scribit: *ἐνταῦθα περιῤῥαγέντος λόφου διὰ χειμῶνα. ὀστᾶ ἐφάνη τὸ σχῆμα περιέχοντα, ἕως πιστεύειν ἐστίν, ἀνθρώπου. ἐπεὶ διὰ μέγεθος οὐκ ἔστιν ὅπως Χρυσάορος εἶναι μὲν τὸν νεκρόν, εἶναι δὲ καὶ τὸν θρόνον.* Idem Eliacor. primo: *καὶ Ἡρακλέους ἐστὶν ὁ πρὸς Γηρυόνην ἀγών· τρεῖς δ' ἄνδρες Γηρυόνης εἰσὶν ἀλλήλοις προσεχόμενα.* — *Tityos*, *γηγενής*, *raptor Dianae* (IV, 6, 2.) ab Apolline ideo sagittis confossus. *M.* — Pindar. Pyth. δ', 160.: *καὶ μὰν Τιτυὸν βέλος Ἀρτέμιδος θήρευσε κραιπνόν, ἐξ ἀνικάτου φαρέτρας ὀρνύμενον, ὄφρα τις τᾶν ἐν δυνατῷ φιλοτάτων ἐπιψαύειν ἐρᾶται.* Virg. Aen. VI, 595.: *Nec non et Tityon, Terrae omniparentis alumnum, Cernere erat: per tota novem cui iugera corpus Porrigitur.* — Vtrumque Pluto *compescit*, inclusum tenet *unda* Stygis; quatenus fluvii inferi Tartarum ambiunt. Notus Virgilii locus Georg. IV, 478. *Quos circum limus niger et deformis arundo Cocyti tardaque palus inamabilis unda alligat, et novies Styx interfusa coercet.* Idem orationis color II, 18, 38. — *tristi* vel e natura fluvii, ut *palus inamabilis* Virg. l. l. *inamoenus Cocytos* Stat. Theb. I, 89. vel quia ad Infernum pertinet. — *scilicet* quippe quae omnibus est *enaviganda*, traiicienda, omnibus adeunda est regio infera, omnes morti sumus obnoxii. Hinc Charontis cymbam Aeschyl. Sept. adv. Theb. 862. *θεωρίδα πάνδοκον* et *λίμνην* Inferorum *πάγκοινον* vocat Sophocl. El. 137. — v. 10. *Quicunque terrae munere*, muneribus, quae illa ad vitam sustentandam profert, (unde *φερέσβιος*, *φυσίζοος* passim terra dicta) *vescimur*, iis alimur, quicunque in terra vivimus; Homerica loquendi simplicitate: *οἳ ἀρούρης καρπὸν ἔδουσι* Il. ζ', 142. et alibi. *Εὐρυόδου ὅσοι καρπὸν αἰνύμεθα χθονός*, Simonides apud Plat. T. I. p. 345. — *sive reges*, divites, potentes, sive *inopes coloni*, pauperes *erimus*,

homines vitare cupere, cum nulla ratione possint mortem vitare. [*Qui ter ampl. Geryon.*] h. e. trino corpore monstruosum, quem Hercules interemit. Virg.: *Laurentia postquam Geryone exstincto Tirynthius attigit arva.* et: *Tergemini nece Geryonis.* Ordo est: *Qui compescit ter amplum Geryonen et Tityon tristi unda*, i. e. inferna, omnibus sc. enaviganda, *quicunqne vescimur terrae munere*, *sive erimus reges*, *sive erimus inopes coloni.* [*Enaviganda*] i. e. moriendum est, ut: *Navita sed tristis nunc hos, nunc accipit illos.* [*Inopes*] pauperes, quasi praeter opes dicti. [*Coloni*] optime dixit, quasi nil proprium habentes, sed temporales terrae cultores. [*Frustra cruento M. car.*] h. e. frustra vitamus pugnas et navigationes et pestiferum timemus auctumnum, cum necesse sit omnibus mori. [*Fractisque*] tempestuosis. Virg.: *Quibus omnibus ab alto Frangitur, inque sinus scindit sese unda reductos.* Vnde et raucum sonum fracta reddit unda in scopulis. [*Rauci*] tempestuosi, sonori. ut Virg.: *Tum rauca assiduo longe sale saxa sonabant.* [*Mel. Austr.*] Austro enim flante morbi generantur auctumno. Vnde et Iuvenal.: *Iam letifero cedente pruinis auctumno.* [*Visendus ater*] i. e. videbimus ergo damnatorum umbras, quas videntes beati praetereunt

ter ampl. Geryon.] ter amplum pro trimembri dixit. Et accipiendum hic extrinsecus, quamvis, ut sit, *Quamvis ter amplum.* [*Quicunque terrae munere vescimur*] pro: quicunque vivimus. [*Frustra cruent. Mart. careb.*] praesentia pericula magnopere vitare cupimus, cum nulla ratione mortem effugere possimus. [*Fractisq. rauci fluct. Adriae*] *fractis*

Enaviganda, sive reges,
Sive inopes erimus coloni.
Frustra cruento Marte carebimus,
Fractisque rauci fluctibus Hadriae;
Frustra per auctumnos nocentem
Corporibus metuemus Austrum:
Visendus ater flumine languido

v. 13. *Frustra a cr. M. cavebimus* emend. Wadel. Animadv. crit. p. 44. quae correctio librariorum interpretamentum recte dicitur. — 14. Vand.: A, *raucis*. — 16. Post *Austrum* non est punctum ponendum; nam, quae sequuntur, apodosin faciunt. *IANI.* — 17. *V. autem* Helmst.

h. e. nullo discrimine. Eadem distributione utitur I, 4, 19. II, 18, 32. et alibi. *M.* — v. 13. Vana adeo est omnis hominum vitae valetudinisque tuendae cura ac sollicitudo, cum mors certissima nobis impendeat. *Frustra carebimus*, abstinebimus, vitabimus *Martem*, belli pericula. *Mars cruentus*, *αἵματι φοινικόεις*, (Hesiod. Scut. 194.) *αἱματόεις*, *φόνοις πεπαλαγμένος αἰεί* (Orph. H. 64, 3.) cruore adspersus, dum pugnas obit. cf. Stat. Theb. VII, 69. *M.* — *οὐδέ τί μιν θάνατον τρομέεσθαι ἄνωγα, ἔκ γε μνηστήρων· θεόθεν δ' οὐκ ἔστ' ἀλέασθαι.*

v. 14. Pro mari procelloso cum delectu sunt *fluctus Hadriae*, maris Hadriatici, *fracti*, ad scopulos adlisi, et inde relabentes; unde *raucum* illud murmur. Virg. Aen. 292. *Quo vada non spirant, nec fracta remurmurat unda.* cf. I, 11, 5. — v. 15—16. Frustra cavemus, ne corpus morbo tentetur, istoque opprimatur. *M.* — Bion. VII, 13. *οὐκ ἐθέλω φθινόπωρον, ἐπεὶ νόσον ὤρια τίκτει.* Serm. II, 6, 19. *Auctumnusque gravis, Libitinae quaestus acerbae.* *Letifer* inde dictus Iuven. IV, 56. Cuius rei causa quum in caeli intemperie, aërisque humiditate quaerenda sit, poeta eam designat per *Austrum* pluvias cientem, sicque *nocentem*, noxium, infestum *corporibus*, corpus morbo adfligentem. Sic *pluvios ventos* pro morborum causis posuit I, 17, 4. Possunt vero verba ita quoque iungi: *frustra corporibus metuemus A. noc.* quae exquisitior ratio videtur. *M.* — v. 17—20. Mortem enim nequaquam effugiemus; descendendum aliquando ad loca infera. Designat ea poeta per *Cocytum*, regionis inferae fluvium; tum per *Danaidas* et *Sisyphum*. Atque hos quidem, in *scelerata sede* s. Tartaro a poetis collocatos, memorat, totamque regionem inferam intelligi vult, tanquam poeta. De forma loquendi *videre* Tartarum, loca infera, v. II, 13, 21.

Cocytos errans, et Danai genus
Infame, damnatusque longi
Sisyphus Aeolides laboris,

v. 18. *Cocytus* vulgo. Sed *Cocytos* Mentel. duo Bersm. Lips. 1, 2, 3. Dess. 1. Bentl. 2, 3, 6, 8, 9, 10, 18. Bentl. Cun. Gesn. Recte.
20. *Sisyphos* Cun.

Acheronta, ut hic Cocytum, *videre* Sil. II, 367. — *ater*, quippe inferni fluvius; *flumine languido errans*, lente fluens, tardis flexibus labens. Senec. Herc. fur. 686. *Palus inertis foeda Cocyti iacet.* Idem eiusd. trag. v. 554. *Stat nigro pelagus gurgite languidum.* Causam a coeno, quo oppletus iste fluvius, (Virg. Georg. IV, 478.) fere repetunt; sed omnino languor, torpor, inertia rebus inferis tribuitur, hocque dignius poeta videtur. *Errans*, eleganter de fluvio flexuoso, Tartarum ambiente. Virg. Aen. VI, 132. *Cocytusque sinu labens circumvenit atro.* — *Danai genus*, *γένος*, filiae. — Hom. Odyss. *κ*', 513: *ἔνθα μὲν εἰς Ἀχέροντα Πυριφλεγέθων τε ῥέουσιν Κώκυτός θ', ὃς δὴ Στυγὸς ὕδατός ἐστιν ἀποῤῥώξ.* Pausanias in Atticis scribit, Cocytum et Phlegethontem fluvios esse Thesprotiae, cuius verba sunt haec, (I, 17, 3.) *πρὸς δὲ τῇ Κιχύρῳ λίμνη τέ ἐστιν Ἀχερουσία καλουμένη καὶ ποταμὸς Ἀχέρων. ῥεῖ δὲ καὶ Κώκυτος, ὕδωρ ἀπρεπέστατον.* — v. 19. *infame*, diffamatum scelerum portentis, adeoque detestabile, scelestum, sponsis necatis. Fabula fusius exposita III, 11, 23. *Infamem* Thesei *domum* similiter vocat Senec. Hippol. 142. — *Sisyphus Aeolides*, Aeoli filius, *ὁ κέρδιστος γένετ' ἀνδρῶν* (Hom. Il. *ζ*, 153.) apud inferos molem saxeam continuo provolvere iussus. Hom. Od. *λ*', 592 — 99. *Καὶ μὴν Σίσυφον εἰσεῖδον, κρατέρ' ἄλγε' ἔχοντα, λᾶαν βαστάζοντα πελώριον ἀμφοτέρῃσιν. ἤτοι ὁ μέν, σκηριπτόμενος χερσίν τε ποσίν τε, λᾶαν ἄνω ὤθεσκε ποτὶ λόφον· ἀλλ' ὅτε μέλλοι ἄκρον ὑπερβαλέειν, τότ' ἀποστρέψασκε κραταιΐς αὖτις· ἔπειτα πέδονδε κυλίνδετο λᾶας ἀναιδής. αὐτὰρ ὅγ' ἂψ ὤσασκε τιταινόμενος.* Lucret. lib. III. in extr. — Huius autem laboris talem causam afferunt. Cum Iupiter Aeginam, Asopi filiam, ex Phliunte in Oenonen per Corinthum transtulisset: Sisyphus Asopo filiam suam investiganti eam ab Iove esse raptam enunciavit, locumque, quo delata esset, indicavit, ex quo Iovis in se odium gravissimum concitavit. Quare Mortem in illum, ut eum exanimaret, immisit. Ille Mortem durissimis et solidissimis vinculis constrinxit. Morte a Sisypho vincta, eveniebat, ut nemo moreretur, donec Morte soluta Sisyphum ei vicissim

---

aut quibus scelerati iunguntur. [*Languido*] tristi vel deformi, pigro, ut: *Tristique palus innabilis unda.* [*Cocytus errans*] flexuosus, ut: *Cocytusque sinu labens circumfluit atro.* [*Infame*] Famosum a facti crimine. Danai enim filiae una nocte iussu patris occiderunt maritos; unde Virg.: *Vna sub nocte iugali Caesa manus iuvenum.* Vnde pro ultione commissi criminis apud inferos urnis fractis aquam indefessae perhibentur haurire. [*Damnat. long. Sis. Aeol. lab.*] damnatus laboris dixit, ut: Damnatus capitis vel iniuriarum. Haec autem manere poena apud inferos Sisyphum dicitur, ut saxum contra montis verticem volvat, quo semper relapso finem nunquam meretur laboris; de quo Virg.: *Saxum ingens volvunt alii.* Pro hoc tamen flagitio tali poena percussus est, quia Aeginam, Asopi filiam, Iupiter adamavit, eamque custodiae patris furtim surripuit et factum Sisypho confessus est, ille humana levitate quaerenti eam patri prodidit, hinc tali apud inferos

pro illisis dicitur. [*Damnat. longi Sisyphus Aeol. lab.*] *damnatus laboris* sic dicitur, ut capitis damnatus. [*Praeter inv. cupr.*] *invisas*, in-

Linquenda tellus, et domus, et placens
Vxor: neque harum, quas colis, arborum
Te, praeter invisas cupressus,
Vlla brevem dominum sequetur.

v. 23. *cupressus* duo Vat. Cod. Guelf. et Ian. Lamb. duo Torr. unus Bersm. Dess. 1. Cun. Exquisitiorem hanc formam praetulit Ianius. Vulgo *cupressos.* — *invisam cupressum* var. lect. Ion.

---

constringendum domandumque tradidit. Ille autem prius quam moritur, uxori mandat, ut sibi parentalia celebret, inferias ad inferos mittat: id non praestat uxor. Ille Orcum orat, ut sibi ad uxorem reverti liceat, hanc iniuriam expostulatum. Impetrat. Corinthum proficiscitur, cum uxore et suis, ut olim solebat, sese oblectat, neque iam de reditu ad inferos cogitat. Vix tandem senio confectus eo ingratiis retrahitur; ibi saxum volvere iubetur, ne se subducat iterumque ad superos profugiat. Haec Eustath. *ἰλ.* *ζ*, 153. Plato quoque seu Xenocrates potius in dial. *περὶ θανάτου* haec omnia atque etiam plura enumerat, quae hic Horat. Alii autem scribunt, iique boni auctores, Sisyphum multarum rerum cognitione praestitisse, eaque fretum immortalitatem sibi comparare studuisse; quod confirmat Theognis, cum ostendit, rebus omnibus divitias anteponi, ceteras res omnes prae divitiis pro nihilo putari, etiam si quis plura (inquit) Sisypho sciat: *πλείονα δ' εἰδείη Αἰολίου Σισύφου.* — *Damnatus* poena *longi laboris*, aerumnae, saxi aeternum volvendi. Homer. l. l. *κατὰ δ' ἱδρὼς ἔῤῥεεν ἐκ μελέων, κονίη δ' ἐκ κρατὸς ὀρώρει.* Senec. Hippol. 1230. *degravet fessas manus saxum, seni perennis Aeolio labor. M.*

v. 21 sqq. Omnibus iis, quae in hac vita iucunda fuere, aliquando carendum; omnia tibi erunt relinquenda; qua et mollissimos sensus in Postumo excitaret, sicque altius animo eius, quod de vita, dum liceret, fruenda subiuncturus esset, infixum iri praeceptum sperare posset. Cf. II, 3, 17 sqq. — *tellus*, terrae tractus, quem possides, adeoque agri, latifundia. — *domus*, quam fortasse magnifice exstructam splendideque exornatam possidebat Postumus, cuius adeo desiderio facile moveretur. — *placens* moribus, ingenio, forma; a cuius consortio adeo aegre divelleris. M. — v. 22. De Romanorum luxu atque insania in conserendis viridariis cum in impluvio, (de quo v. ad III, 10, 9.) tum in ipsorum fundis ostensa v. Carm. seq. et ad III, 10, 5. Nulla te, *brevem* istarum *dominum*, qui ne diu quidem istas possidebis, his deliciis tuis frui poteris, in discessu ex hac vita *sequetur*, comitabitur *praeter cupressum*, quatenus ista ad tumulum apud Romanos poni solebat. Hinc *invisa*, quatenus omnia, quae mortuo impendebantur, iam ad res inferas spectabant, uti *ignes* rogi *nigri* IV, 12, 26. Hinc *cupressus atra* Virg. Aen. III, 64. Res autem inferae poetis *invisae* obvia ratione appellatae. v. I, 34, 10. — Cur autem cupressus adhibebantur in funeribus, hanc vulgo causam afferunt, quod semel excisa nunquam renascitur: et ita Sex. Pompeius. Ego existimarim potius, initio idcirco adhiberi coeptam esse, ut corpus humanum ab anima animoque iam derelictum diutius servaretur ac maneret incorruptum. Varro quidem

---

poena damnatus est. [*Linquenda*] a morientibus sc. quia etiam dulces relinquunt affectus. [*Neque harum*] Ordo est: *Neque ulla arborum harum, quas colis, sequetur te brevem dominum, praeter invisas cupressos*, i. e. rogis et luctibus consecratas. Virg.: *Et ferales ante cupressos*

quit, quia funeribus cupressus adhibetur. [*Brevem dominum*] i. e. brevis vitae. [*Absumet haer. Caecub. dign. Serv. cent. clav.*] haec cum in-

Absumet haeres Caecuba dignior
Servata centum clavibus: et mero

v. 25. *Assumet* Land. Flor. *longior* (h. e. vivacior) emend. Io. du Hamel, inepte, ut Ianius dicit.

---

putat, idcirco cupressos in rogis adhiberi solitas esse, ne cadaverum, interea dum urerentur, odor nares offenderet. Plinius praeterea eam arborem Diti sacram esse scribit. Servius item notat, cupressum Proserpinae dicatam esse. Cod. Iann. et duo Vatic. habent *cupressus.* (*L.*) — *dominus brevis*, *ὀλιγοχρόνιος*, *μινυνθάδιος*, cuius dominium breve est, non diu durat. Sic *brevis hora* Lucret. IV, 179. *brevis rosa* II, 3, 13. *breve lilium* I, 36, 16. *M.*

v. 15—28. Vix poterat fortius animum Postumi impellere et ad sectandas vitae voluptates excitare poeta, quam haeredis in profundendis consumendisque iis, quibus ipse genium suum defraudasset, unice curiosi occupatique imagine animo eius repraesentata. Simillime Serm. II, 3, 122. *filius aut etiam haec libertus ut ebibat haeres, Diis inimice senex custodis?* Cf. II, 3, 20. et IV, 7, 10. — *Haeres dignior*, qui dignior est qui ista possideat, ad quem deferantur, quod iis fruiturus est; inest adeo gravis obiurgatio parsimoniae eius. Evenit autem hoc fere, ut quae summa cura omnique studio quaesierunt et custodierunt homines, ea effusissime largiantur et consumant haeredes. Serm. II, 3, 122. — *absumet Caecuba serv. cent. cl.*, epotabit cados vini Caecubi, tam diligenter a te servatos. — v. 26 sqq. Adiecta haec egregie ad profusissimam haeredis luxuriam ulterius declarandam. *mero tinguet pavimentum*, large effundet merum in triclinii solum, ut *natent pavimenta*, uti Cic. Phil. II, 41. in simili descriptione; aucta verbi vi, ut IV, 12, 22. — Cic. Philipp. II, 41, 105. *At vero te inquilino* (*non enim domino*) *personabant omnia vocibus ebriorum*, *natabant pavimenta vino*, *madebant parietes.* Athenaeus scribit lib. XV. Alexandrum M. solitum fuisse unguento praestantissimo vinoque fragrantissimo solum respergere. Potest quoque ad veterem conviviorum morem referri, in quibus solebant puerorum aut puellarum, quas amabant, aut amicorum suorum nominibus commemoratis ac prolatis vinum in humum fundere, quod declarat versus Theocr. *ιδ'*, 18. *ἤδη δὲ προϊόντος ἔδοξ' ἐπιχεῖσθαι ἄκρατον.* Neque vero mihi displiceat, si quis dicat, hic significari ab Horatio illum Graecorum morem, qui erat huiusmodi, ut is, qui prior bibebat, cum aliquantum hausisset, reliquum sic e poculo effunderet, ut id resonaret, quod dicebant *ἀποκοτταβίζειν.* Xenoph. *ἑλλην. βιβλ. β'.* de Theramene: *καὶ ἐπεί γε ἀποθνήσκειν ἀναγκαζόμενος τὸ κώνειον ἔπιε, τὸ λειπόμενον ἔφασαν ἀποκοτταβίσαντα εἰπεῖν αὐτόν, Κριτίᾳ τοῦτ' ἔστω τῷ καλῷ.* Docet autem Athenaeus lib. II. cottabum a Siculis primum introductum esse in convivio, tantumque studii in eo ludo veteres posuisse, ut etiam praemia, quae *κοττάβια* dicebantur, proponerent; et calices, inquit, qui ad eam rem maxime utiles et idonei esse viderentur, conficiebantur. Vide apud Suidam de *κοττάβῳ* plura. Tum rotunda domicilia aedificabantur, ut omnes cottabo in medio locato, ex aequo intervallo et locis similibus ac paribus, de victoria certarent. Non enim solum magno studio contendebant, ut ad signum propositum poculi reliquias eiicerent, sed etiam ut singula, quae in eo ludo intercedebant, venuste ac decenter efficerent. Oportebat enim laevo cubito innitentem et lataga, i. e. reliquum, quod eiiciebatur e calice, dextera manu circumagentem molliter eiicere. Lambinus tamen, cuius verba haec sunt, simpliciter de solo resperso hunc locum intelligendum esse putat. De *κοττάβῳ* plura, eaque ad eius naturam declarandam aptiora afferri possunt, quam quae ad h. l. Lambinus attulit. Sed talibus locus hic non esse videtur. Minime h. l. de cottabo vel de libatione cogitandum, quum sermo tantum de profusione heredis sit, qui bona (vinum dicit) a parente accepta pessumdat. — *Merum potius*, praestantius, generosius *cenis pontificum*, quam quod bibitur in c. p., forma poetis admodum frequentata. Iam cenas Pontificum, utpote epulas religiosas, opiparas pollucibilesque fuisse patet e Mocrob. II, 9. Martial. XII, 48, 12. *Non*

Constituunt. [*Brev. dom.*] i. e. parvi temporis. Vt: *Breve lilium.* [*Abs. haer.*] haec cum invectione dicuntur in eos, qui nimia parsimonia conservant, quae prodigi haeredes absumunt. Iuven: *Vt locuples moriatur egens.* [*Mero tinguet paviment. sup.*] solum promptuarii, h. e. perfundet pavimentum negligens haeres vino, deorum conviviis digno. [*Superbo*] pro ipse superbus. Hypallage figura.

vectione dicuntur corripienti eum, quod ad nimiam parsimoniam se constringat, adservans, quod haeres prodige sit absumpturus. [*Et mero Ting. pavim. superbo*] effusurum eum passim vina significat, quae hic magnopere servaverat reclusa. *Superbo* autem *pavimento* pro: ipse superbus.

Tinguet pavimentum superbum
Pontificum potiore cenis.

v. 27. *Stinguet* (*Signet* Cod. Guelf.) Mentel. *superbo* (h. e. pretioso vino) omnes Cruqu. Bentl. et Torrent. Lipss. Altt. Dessss. Venett. Locher. Asc. Fab. Steph. Dacer. Bentl. Baxt. Cod. Goth. et Cod. Guelf. Sed iure offendimur, inquit Ianius, tunc duobus epithetis vino datis, quod vitium a tanto poeta vix admissum putandum. — *superbum* haud dubie legit Por. qui aperte cum pavimento iungit, vid. infr. in Schol. Et sic nonnulli Lamb. et Fabr. Mentel. Fran. Tum ita Lamb. Cruqu. Brut. Fabr. Heins. Rutg. Cun. Klotz. lectt. Ven. p. 262. Quod clamant de homoeoteleuto ingrato in *pavimentum superbum pontificum*, id, ut recte Bentl. vidit, nihil valet; nam cum litteras *b* et *v* nullo discrimine elocuti sint Romani, unde in scribendo earum permutatione nil sollennius (vid. Cellar. orthogr. lat. ed. Harles. T. II. p. 66.): non est dubium, quin pronuntiarint *superbom.* Praeterea in legendo post *superbum* mora est, *pontificum* adhaeret sequentibus, ex quo multum illa querela perdit. Multi *superbum* pro adverbio habuerunt. — *superbûm* (h. e. superborum) vult vir doctus in Obss. Misc. T. II. p. 91. quod recte reiecit Burmann. — *superbus* coni. Barth. Advers. XXXVI, 14. Et sic Iones. — *superbe, sapore*, item *superbi pontificis* coni. ap. Ion. — *superbis* coni. Cun. quod recepit Sanad. et defendit Toup. ep. crit. p. 111. Sane hoc praeclarum foret, si modo sic scripsisse Horatium necesse esset. Licet enim non dissimulem, sensui poetico magis placere epitheton a suo vocabulo divisum, quam sic vicinum, *pavimentum superbum*, tamen hoc ud summum pro levi aliqua negligentia habendum, neque ideo textum mutandum putem. Et quid? si *coenae pontificum* sine epitheto magis arrideant? *pavimentum* eo vix carere possit, quin enargiae aliquid pereat? — Denique Sivr. sic medetur: *mero Tinguet pavimentum, superbo pontificum potiore, coenis*, h. e. tinget pav. in coenis mero potiore superbo illo mero pontificum. — *Superbis* V. A., *superbus* a 2. m. Prima est vera lectio: quis enim ignorat splendidissimas Pontificum cenas etiam in proverbio? ut apud Festum voce *Salio:* Quia amplae apponuntur cenae, si quae aliae magnae sunt, Saliares appellantur; et ap. Apulei. Met. IV. p. 78. edit. Pric.

CARMEN XV.

ARGUM. *Horatius quum animadverteret luxum Romae magis, magisque crescentem, in primis in illud sane perversum studium in hoc carmine invehitur, quod et in aedibus amplis exstruendis et in porticibus aedificandis et in piscinis magnis non sine multa pecuniae vi efficiendis, quae non tam ad utilitatem, quam potius ad adspectum pertinerent iucundiorem, quaeque nihil emolumenti rei publicae afferrent, tum temporis ponebant Romani. Ad veterum mores adtendere iubet, quorum communem rem magnam, privatam autem parvam fuisse dicit. Quantum vero Romani a veterum moribus probis pariter ac simplicibus degenerarint, exemplis ad id comprobandum idoneis propositis, frugalitate nempe et continentia veterum laudata, praeclare ostendit.*

In Calendario Verrii Flacci ap. Fogg. p. 43. *nobiles Pontificum cenae dicuntur*. De Saliarium cenis illis magnificis plura dabit Stuck. Ant. conv. I, 18., et Marin. Arvali p. 670. Sid. Apollin. IX. ep. 13. p. 598. col. 2. dixit etiam *epulas superbiores;* et Avienus Fab. XXX, 9. *mensis superbis. FEA.* Vulgo *superbo*, inquit Iahn, V. Cl., quod recte probasse videntur Bentl. et Iunianus Maius ap. Burm. ad Anthol. Lat. T. II. p. 636. Agitur enim, ut V. Cl. ad h. l. animadvertit, de vino a Postumo diligenter servato, sed profuso ab haerede, quantumvis superbum et pontificum coenis potius sit. — Vand.: A, *superbo* corr., alii omnes *superbo*. Vanderbourgius retinet *superbo*. Ego Lambinum secutus lectionem *superbum*, quam Mitscherlichius et Doeringus recte interpretati sunt, sensui h. l. aptissimam duco. Concedo hic de vino a Postumo diligenter servato agi, sed nihilo minus video, cur vocem *vinum* duobus epithetis, fortasse idem valentibus, poeta cumulaverit? Nonne satis fuerit, vinum Pontificum coenis potius appellare? Sin autem hoc recte ceperis, sponte intelliges, eiusmodi significationem aliunde accedentem nimis redundare, i. e. significationem s. notionem, quam epith. *superbo* involvit. — Lege cum Lamb. *superbum*, h. e. magnificum, splendidissimum. Virg. Aen. III. princ. *ceciditque superbum Ilium.* Si legatur *superbo*, addenda est copula. Mero, quod melius et praestabilius est illo vino, quo utuntur in epulis pontificiis, Saliaribus coenis. *GRAEV.*

v. 28. *Pontificis* (pro: pontificiis) coni. Cun. haud dubie inani homoeoteleuti metu. — *Cenis*. Haec vox et aliae *cenaculum*, *cenatio*, *cenatorium*, *cenaticum* sine *ae* vel *oe* scribenda tum ex optimis mss., tum ex marmoribus, tum ex laminis aëneis scriptis. Vid. Marin. l. c. p. 287. *FEA.* Qui tamen *coena* vel *caena* scribunt, verbum ipsum a Graecorum κοινῇ, communis, derivandum statuunt. Fortasse utraque scriptura apud Romanos erat in usu, quemadmodum apud omnes fere gentes haud raro fieri solet, ut unum idemque verbum duplici modo scribant. Cuius rei respectu habito, Germani in primis parum sibi (Mehercle!) constantes culpantur.

Albana mihi sit comissatio tanti, Nec Capitolinae, Pontificumque dapes. — *superbum*, magnificum, opere tessellato expolitum. Notus satis veterum in pavimentis e pretiosissima materia, ebore et marmore, maxime Numidico artificiosissime struendis luxus. Praeclare vero poeta hoc unico epitheto haeredem omnis generis luxuriae indulgentem designat. *M.*

Iam pauca aratro iugera regiae
Moles relinquent: undique latius

IN SVI SAECVLI LVXVRIAM plurimae editt.

DE RVSTICANIS AEDIFICIIS ET MAIORVM PARSIMONIA Venett. Locher. Ascens. Adhaeret haec ode superiori in Codd. Blandd. Cruquii, uno Torrent. et Helmst. pariter in codice Guelferbytano recentiore. In codice Guelferbytano vetustiore contra haec ode inscribitur: DE LVXVRIA. In codice Gothano demum haec legitur inscriptio huius carminis: SVORVM TEMPORVM LVXVS. In codice Lipsiensi I. haec ode cum antecedente arctissime cohaeret.

v. 2. *relinquunt* Alt. 2. a m. s. — Vand. M, *relinquunt*.

---

v. 1. *Iam*, brevi inde tempore, procedente sic luxurie fieri non potest, quin brevi agri arationi defuturi sint propter immanem hominum in aedificiis exstruendis insaniam. *regiae moles*, aedificia regali luxu educta, sumptuosa, splendida (ut *regum turres* I, 4, 14.) *pauca* admodum *iugera aratro*, arationi, *relinquent*, omnes fere Italiae agros occupabunt amplitudine sua. Turrim Maecenatianam *molem propinquam nubibus* appellat Horatius III, 29, 10. et *moliri*, h. e. alte educere, *atrium* III, 1, 46. Villas autem intelligendas esse h. l., quarum immensae structurae urbium speciem (Sallust. de B. Cat. 12.) referrent, quae adeo fundum (uti Cato de R. R. III, 1. ait) quaererent, facile perspicitur. Plin. Epp. II, 17. *Litus ornant nunc continua nunc intermissa tecta villarum, quae praestant multarum urbium faciem.* — Constat autem, villas, piscinas, hortos divitum, denique tantum agrorum occupasse, ut frumenta Romae deficerent, essentque ex Africa, (Aegypto sc.) Sicilia, Thracia, Asia minore advehenda. Vna sic tempestas Romam famis periculo exponebat. Tum et in tanto divitum luxu et immunita agricultura, eo miseriores erant pauperes, non habentes, unde vivere possent.

v. 2. Alterum luxus genus, quod villis exornandis gulaeque inserviret, piscinae; quae vel iniectis mari molibus, si villa litori praetenderetur, (de quibus v. ad III, 1, 33.) vel mari in terras recepto ac vel per montes suffossos ducto in continenti in hunc finem adornabantur, ut exquisitorum marinorum piscium quovis tempore suppeteret copia, *utque tempestatum* (ut Seneca ep. XC. ait) *pericula non adiret gula.* Vid. Tibull. II, 3, 45. Varro R. R. III, 17. Colum. VIII, 16. Senec. ep. 89. Erat lacus Lucrinus prope Baias, iuxta lacum Avernum, e quibus invicem coniunctis; immissoque mari per aggerem, qui illud a Lucrino lacu excludebat, portus factus ab Augusto, inde Iulius dictus. v. Strabo V. p. 374. Dio Cass. XLVIII, 50. Suet. Aug. 16. Virg. Georg. II, 161. Iam haec stagna *visentur undique*, passim per totam Italiam

---

ACR. [*Iam pauca*] antiquorum hic severitatem et continentiam laudat et queritur de praesentis luxuria seculi, quo tanta aedificandi invasit libido, ut aedificia latius porrigendo vel captando amoenitates adspectus, brevi agros dicat arationibus defuturos. [*Vndiq. lat.*] non latius extenta, sed latius visentur, tanquam non in latitudinem, sed in altitudinem potius extenderentur porrigendo fastigia, ut Lucrinus

POR. [*Iam pauc. aratr. iug.*] hac ode de luxuria praesentis seculi loquitur. Sensus est autem: tanta libido est hoc tempore latius porrigendi aedificia, ut brevi defuturi sint agri. [*Vndique latius visentur extenta Lucrino Stagna lacu*] non tantum in altitudinem, sed etiam in latitudinem student porrigere aedificia. Denique undique lacus Lucrinus prospicietur in Campania, non autem latius extenta stagna in-

Extenta visentur Lucrino
Stagna lacu: platanusque caelebs
Evincet ulmos, tum violaria, et
Myrtus, et omnis copia narium,

v. 3. *videntur* Cod. Goth. — 4. *caelebs.* Ita, non *coelebs,* ex antiquis monumentis. *FEA.* *caelebs* scriptum in Cod. Goth. et in Cod. Guelf.
5. *ulmum* Alt. 1. *ulmum* in Cod. Gothano eleganter legitur. *iam* (pro *tum*) emend. With. hic et v. 9. *violaria myrtusque et omnis* emend. Glarean. et sic unus Fabr. Ceteri omnes, inquit Bentleius, libri reclamant, summoque consensu exhibent lectionem, quam habes in textu (etiam in Cod. Goth. et in Cod. Guelf.), quaeque mutata ab iis, qui metuebant, ne versus pede claudicaret et Trochaeo, loco Spondaei, incederet. Versus autem mensura recte habet, si modo *myrtus* in numero plurali positum accipias. Cf. Bentl. — Vand. S, *tunc.* — 6. *naribus* var. lect. Ion.

---

cernere licebit, erunt *latius*, magis *extenta*, latiora, ampliora Lucrino lacu. Ceterum haec cum antecedentibus haud inepte ita coniungas, ut *moles* interpreteris aggeres, claustra, quibus piscinae communirentur; ut posteriora adeo per epexegesin, more Horatio admodum familiari, adiecta videri possint. Praeferam tamen priorem rationem hactenus, quod enumeratio singularum villae partium, quae profusioris luxuriae speciem prae se ferunt, maiorem *ἐνάργειαν* habet; plures vero a poeta adponi, docent vel sqq. *M.* — *Stagnum*, quod Graece *στεγνόν*, (sive *στέγανον*) inquit Varro. Festus: Stagnum, quod in eo aqua perpetuo stet: alii quod is locus a Graecis *στεγνὸς* dicitur, quia bene contineat aquam. *Lacus Lucrinus* ostreis nobilis, quem Augustus, publici commodi causa, magnis sumptibus, cum vicino lacu Averno et ipso mari coniunxit; unde *portus Iulius* vocatus. Virg. Georg. II, 161.: *An memorem portus, Lucrinoque addita claustra, Atque indignatum magnis stridoribus aequor, Iulia qua Ponto longe sonat unda refuso.* Sueton. in Vita August. c. XVI. *portum Iulium, apud Baias, immisso in Lucrinum et Avernum lacum mari, effecit.* vid. Epod. II, 49. Serm. II, 4, 32. Le tremblement de terre qui produisit, en 1538, le *Monte nuovo*, en combla la plus grande partie. *Vand.* — v. 4. *Platanus evincet*, cedere coget, loco suo demovebit, penitus expellet *ulmos*, h. e. platani ulmorum locum occupabunt; ubi ulmi steterant, ibi platani erunt. Platanus sterilis tantum propter umbram serviebat voluptati. Hinc Ovidio dicitur *genialis.* (Met. X, 95.) Appellatur *caelebs*, quia non maritatur vitibus, ut ulmus. Hinc etiam Martiali vocatur *vidua.* Locus platanis consitus dicitur *πλατανών*, platanetum. cf. ad II, 11, 13.
v. 6. *omnis copia narium*, quae naribus inservit, parata est, multitudo rerum odorarum, h. l. flores omnis generis suave olentes, cum virtute ita dicti, quod solus istorum fructus in odore est.

Baiarum lacus undique conspiceretur. [*Platan. cael. Evinc. ulm.*] plures erunt, inquit, platani quam ulmi. Platani, quae sine fructu sunt, magis ad amoenitatem deambulationis positae, quia ulmi utiles vitibus et necessariae sunt. Hinc notat luxum praesentis temporis, vel quod myrtus aut violaria anteferantur olivetis, plusque odorum copia, quam

telligendum, sed latius visentur. [*Plat. cael. Evinc. ulm.*] *caelibem platanum* ait eleganter, quoniam e contrario *maritari* arbores dicuntur, quibus vites iunguntur, per hoc autem significat, non nisi luxuriae et ambitiosis voluptatibus studeri. Platanus autem in umbraculis conseritur, unde fructus nullus est. [*Copia nar.*] odorem dixit. [*Olivetis*]

Spargent olivetis odorem
Fertilibus domino priori:
Tum spissa ramis laurea fervidos
Excludet ictus. Non ita Romuli
Praescriptum et intonsi Catonis
Auspiciis, veterumque norma.

v. 9. Vand. S, *tunc.* — 10. Vand. D, O, R, T, *aestus.* Q, S, *ictus*, var. *aestus.* P. n. l. Al. *ictus.* — *aestus* quid. Lamb. apud Lamb. autem *ictus.* Nam, inquit, quod in quibusdam legitur *Excludet aestus*, nata haec scriptura est ex adnotatione et declaratione verborum *fervidos ictus*, cum ad ea adscripsisset studiosus aliquis bonarum literarum, *id est: solis aestus.* *aestus* reperitur in Bentl. 3, 8, 10, 18 et 16. pro var. lect. item Alt. 1. in Cod. Goth. legitur *aestus.* Cod. Guelf. contra exhibet: *ictus.* *ignes* coni. ap. Sanad. — 12. *forma* Lips. 2 a m. pr.

---

v. 7. *spargent*, diffundent in *olivetis odorem*, occupabunt agros, qui olivis consiti fuerant; ubi oliveta fuerant, ibi erunt violaria, myrteta ac flores omnigenae. — v. 8. Horatium, ut iam observavit Cl. Mitsch., ante oculos habuit Quinct. Instit. Orat. VIII, 3. *An ego fundum cultiorem putem, in quo mihi quis ostenderit lilia et violas — quam ubi plena messis aut graves fructu vites erunt? Sterilem platanum, tonsasque myrtos, quam maritam ulmum et uberes oleas praeoptaverim?*
v. 9. Vbique daphnones erunt, laureta conserentur, quae opacas et amoenas ambulationes praebeant. *Laurea*, laurus, *spissa ramis*, *πυκνόφυλλος*, frondosa, *excludet*, arcebit ipsa hac ramorum densitate solem, adeoque densam umbram efficiet. Auson. Mos. 15. *consertis per mutua vincula ramis — exclusum viridi caligine caelum.* Pro sole sunt *fervidi ictus*, *θερμ' ἡλίου τοξεύματα*, *ἠελίου βολαί*, (incert. apud Stob. in Floril. Grot. p. 393.) quatenus res fulgore aliquo collustratae *feriri*, *perculti*, splendor adeo, qui refulget, *ἀμαρύγματα*, teli instar emitti dicuntur. — v. 10 sqq. Iam cuius ea vivendi est ratio, quam optimus quisque sequendam statuat, is *praescribit* quasi vitae recte instituendae rationem, tradit exemplo suo recte agendi *praecepta*. Tum idem, qui

---

fructus curentur. *Caelebs* autem *vitibus*, vidua. Ideo *olivetum* dixit *fertile* priori domino, quia praesenti solam posuerat sterilitatem placere. [*Tum spissa ram. laur.*] infructuosa etiam laurus aut ad excludendos umbra sua solis ardores posita aut certe quia ideo in viridariis instituebatur, quod fervidis ictibus fulminum credebatur esse contraria. [*Excl. ict.*] contra maiorum laboriosam, frugalemque vitam Romuli vel Catonis, dixit luxum praesentem. [*Praescript.*] praeceptum, a magistris ludi tractum, qui praescripta dant pueris, quae imitentur. *Intonsi* autem ideo, quia dicebant iniuriam naturae fieri, si, quod tegumento capitis datum fuerat, amputetur; unde et Lucan.: *Intonsos rigidam in frontem descendere canos, Passus erat.* [*Norma*] pro recta

h. e. ubi oliveta fuerunt. Significat autem futurum, ut oleae arbores vertantur ad conserendas ibi myrtos et violas et cetera, quae sunt odori et voluptati grata. [*Fertil. domin. pr.*] quae olim vera sub priore domino, i. e. sub prioribus temporibus colebantur et idcirco fertilia erant. [*Tum spissa ram. laur. ferv. Excl. ict.*] Et laurea arbos infructuosa est et tantum voluptuosis locis apta. [*Non ita Rom. Praescr.*] praescriptum, praeceptum dicitur a magistris ludi, qui scripta pueris dant, praecipiuntque imitari. [*Et intonsi Caton.*] *intonsum* Catonem ait, quia veteres propter severitatem hirsuti erant. [*Veter.*

Privatus illis census erat brevis,
Commune magnum; nulla decempedis
Metata privatis opacam
Porticus excipiebat Arcton:

v. 15. *opaca* Helmst.

exemplo suo praeit, *auspex*, h. e. dux et auctor rationis vivendi, agendi cett. dici potest. *Auspicia* adeo sunt exempla, pro norma habita, quae *praescribunt*, dant, suppeditant vitae regulas. *Non ita praescr. ausp. R. et Catonis*, aliter prorsus Romuli et Catonis nos agere iubent exempla; aliter isti vixere, quos sequi oportuerat, quorum vivendi ratio nobis pro norma esse debuerat. Atque haec simplicissima atque unice vera huius loci videtur explicatio, quam etiam, quae perspicuitatis causa adiecta sunt, *veterumque norma*, confirmant. *Catonem* autem maiorem nominat, quod is labentem disciplinam veterem luxuque diffluentem civitatem morum atque censurae asperitate continere conabatur. Prodita haec eius antiquae disciplinae severitas etiam corporis habitu, barbaque *intonsa;* unde *intonsus.* cf. I, 12, 41. — *veterum norma*, vivendi ratione, quae pro norma est, exemplo.

v. 13. Quorum *census*, divitiae, opes *privatae*, res familiaris cuiusque *brevis*, angusta, exigua erat, *commune* contra, *τὸ κοινόν*, quod ad omnes pertineret, opes reip. *magnae*, immensae. — Valer. Max. IV, 4, 10. *Patriae enim rem unusquisque, non suam, augere properabat, pauperque in divite, quam dives in paupere imperio versari malebat.* Cic. pro Flacco XII. *Haec ratio ac magnitudo animi in maioribus nostris fuit, ut cum in privatis rebus, suisque sumptibus, minimo contenti, tenuissimo cultu viverent, in imperio, atque in publica dignitate, omnia ad gloriam, splendoremque revocarent. Quaeritur enim in re domestica continentiae laus, in publica, dignitatis.* — v. 14. Domus privatae non magnifice exstructae erant, aut splendide exornatae. *porticus metata*, (passive) quae metata est, cuius dimensio facta est *privatis decempedis*, (regulis decem pedum), privatorum hominum decempedis, quae adeo a privatis hominibus exstructa est. Praeclare ita spatium porticus amplissimum, pluribus decempedis descriptum, a poeta declaratur. *M.* — *excipiebat Arcton*, h. e. patebat versus Septentrionem, quae adeo clausa versus meridiem submoto solis calore Boream admitteret, sicque media aestate frigus iucundum praeberet. Erant vero etiam, quae meridiem exciperent, h. e. quae versus meridiem apertae solem hiemis tempore tenerent; de quibus Iuven. VII, 183. — *opaca*, quae frigus inducit, gelida; translato a porticu ad Arcton epitheto. — *porticus*, h. e. columnarum series aperta, cui tectum impositum, umbrae per aestatem et ambulationis causa. Vid. Vitruv. V, 9. Non habebant autem veteres homines privati villarum tam ingentia et magnifica tecta, v. c. porticus cett. De verbi *excipere* usu exquisito conf. Lucan. II, 429. Id. VI, 359. Senec. ep. 55. Quonam in casu denique vox *privatis* posita capienda sit, hac de re multum inter se discrepant interpretum sententiae. Videtur autem contextus sermonis docere hanc vocem in tertio casu positam intelligi debere, in primis quum paullo antea *privatus* commemoretur, oppositio etiam magis sub oculos cadat. Cl. Doer. *privatis* non ad *decempedis*, in casu sexto, referendum, sed in casu tertio accipiendum existimat.

v. 17 sqq. Maiores enim nostri privatim frugalitatis continentiaeque maxime rationem habebant; quae autem ad dignitatem ac maiestatem imperii tuendam vim haberent, ea vero ut quam splendidissime apparerentur, sedulo curabant. Praeclare in hanc rem Cic. pro Flacc. 12. *Haec ratio ac magnitudo animi in maioribus nostris fuit*, et quae sequuntur, vide in pagina antecedente, in qua totus hic locus descriptus legitur. Idem pro Muraen. 36. *Odit populus Romanus pri- privatam luxuriam, publicam magnificentiam diligit.* Aliter adornabantur aedes privatae, aliter publicae. Hae quidem quam sumptuosissime, illae quam minimo. *Leges non sinebant*, legibus cautum erat, ne quis *sperneret*, iubebant leges domibus exstruendis adhiberi *cespitem*, quo et culmen tecti pararetur (*tuguri congestum cespite culmen* Virg. Ecl. I, 69.) et parietes inducerentur. — *fortuitum*, obvium, parabilem, vilem; oppos. materiae, quae magna cum difficultate atque impensa conquiritur. Petron. carm. min. IV, 8. (Wernsd. Poet. min. IV, 296.) *At paries circa palea satiatus inani fortuitoque luto.* Senec. ep. 90. *Philosophia haec, cum tanto habitantium periculo, imminentia tecta suspendit? Parum enim erat, fortuitis tegi, et sine arte et difficultate naturale sibi invenire aliquod receptaculum.* — *Ista nata sunt, iam nascente luxurie, in quadratum tigna decidere* cett. Exiguam autem casam, vile tugurium ita designari a poeta, patet vel ex oppositione aedificiorum publicorum. *Cespitem* simpliciter illud vocat Rutil. Itin. I, 555. *Exiguus rerum rectores cespes habebat, et Cincinnatos iugera pauca dabant.* Talem casam describit Seneca ep. laud. *Furcae utrimque suspensae fulciebant casam: spissatis ramalibus, ac fronde congesta et in proclive disposita decursus imbribus quamvis magnis erat.* (Errant adeo, qui

vitae via posuit. Methaphora a fabris, qui normam vocant, ad quam opus dirigunt. [*Commune magn.*] communis res magna erat illis; ut: *In commune bonus.* [*Nulla decemped.*] *decempeda* regula est decem pedum, ad quam ab artificibus fabricae mensura colligitur, i. e. nulla privata domus erat, quae porticum haberet tantae magnitudinis, ut posset sufficere umbrae sole vicino Septentrionali plagae, tunc enim parvissimae sunt umbrae. Nam hiemali tempore latissimas etiam porticus solis occupat radius. [*Metata*] mensurata, disposita; nam metari dicebantur castra, h. e. magna cura ducum, peritiaque constitui. Quod augmentum luxus aedificio privato dedit, ut metari porticum diceret. [*Excip. Arcton.*] quae tanta esset porticus, ut septentrionali plagae sufficeret sua magnitudine et ad hanc tantum pateret pro declinatione solis et aurae exceptione. Ad caeli enim clima seu porticus veteres seu aedificia constituebant, unde et Iuven. de aedificio hiemali: *Et algentem rapiat coenatio solem.* [*Nec fort. spern. cesp.*] i. e. non lice-

norm.] norma pro regula dixit. [*Privat. ill. cens. erat brev., Comm. magn.*] i. e. familiarem rem angustam habebant, rem publicam magnam. [*Nulla decempedis*] nemo, inquit, privatam domum aedificans decempedis porticum septentrioni obiectam metabatur. Septentrioni autem obiecta porticus aestate, delicatioribus grata est, quia solem non contingit. [*Nec fort. spern. cesp. leg. sin.*] Sensus et ordo est: *Hic nec sinebant leges spernere cespitem fortuitum*, i. e. non licebat irridere eum, qui super stipulam recumberet aut dormiret. Propter quod significat simplicem aut sine ambitione vitam veteribus Romanorum fuisse. [*Opp. publ. Sumpt. iub. et deor. Templ. nov. dec. Saxo*] h. e. opera templo-

Nec fortuitum spernere cespitem
Leges sinebant, oppida publico

v. 18. *publica* Dess. 2.

Sumptu iubentes et Deorum
Templa novo decorare saxo.

v. 19. *ac D.* Cun. — *Sumptu.* (sic in Cod. Goth. et Cod. Guelf.) Ad comprobandam hanc orthographiam, praeter notata apud Cellarium, inscriptiones apud Phil. a Turre Mon. vet. Ant. p. 240. De Vita Ant. Ben. p. VIII. XXVIII. 3., maxime facit Verrius Flaccus, in cuius Calendario apud Fogg. p. 63. legitur *sumpsit.* *FEA.*

---

post Cruquii Schol. simpliciter pro: in gramine recumbere, hocque simplicem ac sine ambitione vitam veterum Romanorum a poeta declaratum volunt. *M.*) — 18—20. Eaedem contra iubebant *oppida publico sumptu decorare,* urbem aedificiis, publico sumptu factis, exornari, aedificia, quae publico sumptu fierent, opera publica, ita exstrui, ut urbi decori, ornamento essent. — *et deorum templa decorare saxo*, exstruere saxis, quo decor, splendor iis accederet, templa splendide educere. — *novo,* cuius usus minus frequens esset, quod privatis aedibus non adhiberetur, quod inusitatam speciem decusque habet. Ceterum in eo haerendum non est, quod de talibus legibus, quae cespitem privatis aedificiis, saxa autem publicis adhiberi iuberent, nihil constet; nam poeta specialibus notionibus elocutus est, quod generalius erat: privatam luxuriam antiquitus cum legibus tum maxime censoriis animadversionibus (sic v. c. Rufinum Fabricius censor Senatu movit, ob luxuriae notam, quod decem pondo libras argenti facti haberet, Gell. IV, 8.) circumscriptam severeque coercitam fuisse. *M.* — Ad finem interpretationis huius carminis placet adponere extremos octo versus a Vossio vernacule ita versos:

Klein war bei jenen einzelnes Bürgergut,
Doch gross Gemeingut. Keine dem Einzelen
Mit Ruthen ausgemessene Halle
Streckte Geseul an des Nordes Kühlung;
Auch nicht ein Rasenfeld der Natur verschmühn
Liess alte Sazung: ordnend, der Städte Bau,
Durch Volksaufwand, und der Goetter
Tempel mit neuem Gestein zu schmücken.

---

bat aut neglectum horrere aut rideri eum, qui super herbam recumberet aut dormiret. Per quod significat simplicem ac sine ambitu vitam veteribus Romanis fuisse, nec magna cura privatas opes curasse, dum studium omne publico ornatui impenderetur et templis.

rum in oppidis publico sumptu iubentes aedificari. Est ergo hic figura schema, quod ἓν διὰ δυοῖν dicimus, unum in duos sensus divisit. Oppida enim et deorum templa, pro eo, quod est: oppidorum templa.

CARMEN XVI.

AD GROSPHVM.

ARGUM. *Satis multum laboratum est in huius carminis sententiis nectendis, de qua re videatur IANIVS in argumento h. c. Libri nempe carmen ad Grosphum, cuius nomen etiam carmini VII. libri II. inscribunt, scriptum affirmant, quod tamen negat Vanderbourgius in notis Tom. I. pag. 375. Huiusmodi autem inquisitio, de Grosphi persona scilicet instituta, ad finem nondum videtur perducta, quamobrem in Indice ad hunc librum et in coniecturas Vanderbourgii et in argumenta, quae historia suppeditabit, denuo inquisituri sumus. Fatendum praeterea Sanadonum, qui de Grospho fusius disputavit, nobis nunc quidem haud ad manus fuisse. Quod tamen sententias adtinet, earum connexus non tam difficilis nobis esse videtur, quam interpretes contendunt. Ponamus Horatium ad amicum eum in finem scripsisse, ut exemplis idoneis in h. c. adumbratis ostenderet, animi tranquillitatem esse summum bonum sive veram felicitatem. Quod si verum est, nullus ego video, quibus h. c. laboret difficultatibus. Sunt enim permulta carmina, in quibus sententiae pariter coniunctae ac dispositae legantur. Ne opus quidem est, unum alterumve ad id comprobandum laudare, quum lector eruditus perfacile intelligat, Horatium pariter in hoc carmine atque in permultis aliis tanquam poetam lyricum canere. Primum enim ostendit omnes homines otium sibi expetere. Nuncupat in primis nautam, militem, viros summis honoribus conspicuos. Sed his omnibus, quod appetunt et flagitant, haud contingere ait, quum animi tranquillitas nec purpura neque auro venalis sit. Quis igitur felix? Ille omnino, inquit, qui perpaucis contentus, integer vitae, scelerisque purus degat, nihilque demum curet, quod curare non adtineat. Carmen denique ipsum inter pulchra sane pulcherrimum dicitur.*

Otium Divos rogat in patenti
Prensus Aegaeo, simul atra nubes

AD GROSPHVM DE OTIO Asc. Locher. Venet. 1492. Vand. A, AD POMPEIVM GROSPHVM. γ, GROSPHO POMPEIO.
Hypotice AD GROSPHVM Cod. Goth.
AD GROSPHVM Cod. Guelf.

v. 1. *dives* Mentel. *impatenti* cod. vetust. Barth. et Ms. Argentor. et al. quod defendit Fischer. ad II, 2. (p. 15.) *inpatenti* coniuncte Lips. 1, 2. et multi alii, unde illa Barthiana lectio sine dubio orta. *impatienti* Zar. *impotenti* ex his erroribus emendarunt et ediderunt Sanad. et Iones. pro-

---

v. 1—8. Ordo sententiarum: Vnusquisque *otium*, h. e. vitam tranquillam curisque vacuam maximo studio expetit. *Prensus*, deprensus tempestate in medio, altissimo mari; pro hoc cum delectu, *in Aegaeo,* utpote procellosissimo mari. Cf. III, 29, 63. — *Otium* in latiore sensu, tam de securitate, pace et quiete, quam de animi tranquillitate

---

ACR. [*Ot. div. rog.*] hac ode indicat otium nemini non gratum esse atque optabile, asseritque a diis stulte homines otium precari, cum ipsi sibi id praestare possint, si cupiditatibus modus ponatur.

POR. [*Otium divos rog.*] hac ode Grosphum, equitem Romanum, alloquitur, Siciliensem, indicans, nemini non otium gratum esse at-

Condidit Lunam, neque certa fulgent
Sidera nautis:

batque Gesner. Laudant III, 30, 3. Epod. XVI, 54. Catull. IV, 18. et maxime urgent id, *Aegaeum* ob insularum frequentiam, scopulos, promontoria, angustias, minime *patens* dici posse. Virg. Aen. III, 127. Quae quidem argumentatio paullo subtilior est. Omnia enim maria sunt *patentia* et *Aegaeum* pro unoquoque mari dixit et locus e Virgilio depromptus tantum ad eam partem Aegaei pertinet, ubi sunt Sporades. — Vand. J, *dives*, var. *divos*. S, *divos* in litura. T, *divos* corr. H et alii quatuor *inpatenti*. — v. 2. *Pressus* (h. e. oppressus tempestate) quid. Lamb. Div. Cruqu. Sax. Zar. et placet Gesnero. Omnino pulchrum est, sed praestat et propter auctoritatem plur. et opt. codd. et propter id, quod librarii verba, qualia sunt *pressus*, *prensus*, quum scriberentur *prẽs̃us*, virgula s. lineola modo literae *e* modo *s* supra adposita, centies permutarunt, in primis quum sensus fere eodem rediret, quamquam *prensus* (sic Cod. Guelf. vetust.) magis poetice dictum procul dubio praeferendum. — Vand. H et alii quatuor *pressus*. Q, *prensus*, var. *pressus*. — *Prehensus* Cod. Goth. — 3. *lumen* Sax. Placet Gesnero. V. A. a 2 m. ap. Feam. Vand. O, *lumen*, var. *lunam*. — Q, *certa*, var. *clara*. — *Lumen*, lectio non spernenda, un. ap. Val. alius ap. Combe, sed nihilominus *lunam* magis poeticum. Huc accedit, quod nocturnum tempus adeo vel *sidera* designant, quorum mentio in sequentibus fit. — 4. Becher. scripsit *nauta*, ut *prensus* habeat, quo referatur. Scilicet tale quid curare debebat!

---

positum; hoc loco accipe vitam tranquillam, pacatam et quietam. — *patenti*, ubi latissime patet, alto, ubi nullum refugium est. *Prendi* dicuntur nautae tempestate subito ingruente, satis nota ratione. Liv. XXI, 58. *tandem effuso imbre, cum eo magis accensa vis venti esset, ipso illo*, quo deprehensi erant, *loco castra ponere necessarium visum est.* — *Prensus Aegaeo*] is, qui in medio mari Aegaeo navigat. *Aegaeum mare* ab insulis appellatum est, quae in eo mari caprarum similitudinem prae se ferunt, seu quod in eo Aegaea Amazonum regina perierit, sive quod eo Aegeus Thesei pater se praecipitaverit. Festus. (*L.*) *Prensus* s. *deprensus* egregium et poetis sollenne vocabulum, de procella nec opinata, subito irruente, quam effugere nauta se posse desperat. Virg. Georg. IV, 421.: *Deprensis olim statio tutissima nautis.* Aen. V, 52.: *Argolicove mari deprensus.* Vid. Bentl. ad I, 14, 10.: *quos iterum pressa voces malo*, quoque loco cf. Var. Lect. — Chariton III, 2. *Διονύσιος — κατείληπτο ὑπὸ χειμῶνος.* Statius Theb. I, 370. *velut hiberno deprensus navita ponto, cui neque temo piger, neque amico sidere monstrat luna vias, medio caeli pelagique tumultu stat rationis inops.* — *simulac*, ubi *nubes atra*, nubes atrae condidere, absconderunt, obduxerunt *lunam* et sidera, h. e. caelo nubibus obscurato. Posterius novo instruxit ornatu poeta. *Sidera fulgent*, apparent, in

---

Nullis praeterea divitiis aut praemiis emi posse. Ordo est: *Grosphe, simul atra nubes condidit lunam, neque sidera fulgent certa nautis, prensus in patenti Aegaeo rogat divos otium, non venale gemmis, neque auro, neque purpura.* [*Patenti Aegaeo*] lato mari et ubique diffuso sine litoris alicuius adspectu. Bene *prensus* tanquam furtum navigans faciat, insidiatus sereno. *Aegaeum* autem mare ab Aegaeo, Thesei patre, dictum. [*Certa sidera*] nota aut certe fidelia, quorum

que optabile. [*In pat. prensus Aeg.*] dicit omnes stulte a diis otium optare, cum ipsi illud sibi praestare possint, quippe cum nullis prae-

Otium bello furiosa Thrace,
Otium Medi pharetra decori,
Grosphe, non gemmis, neque purpura venale, neque auro.
Non enim gazae, neque consularis

v. 5. *bellis* Lips. 3. — 8. *nec auro* vulgo legitur. Sed *neque* Lamb. e suis, Pulm. omnes, Mentel. unus Bersm. Lipss. tres, Altt. Dessss. Helmst. Venett. Asc. Locher. Heins. Cun. Sanad. Tacent de suis Cruqu. Bentl. Torrent. Horatiano usui convenientius est *neque auro*, ut quidem Ianius ad h. l. animadvertit. *nec FEA.*

---

conspectu sunt, *certa nautis*, quae cursum certum faciunt nautis, ad quae nautae cursum dirigunt, quae duces sunt navigationis. Sic *Helice certa* Val. Fl. V, 71. Tibull. I, 9, 19. *Ducunt instabiles sidera certa rates.* Contra *fallentia sidera* Lucan. VIII, 173.

v. 5. Alii militiam sectantur, ut, opulentiores inde facti, otio aliquando indulgere possint. — *Thrace*, *Θράκη*, Thracia, quantumvis *furiosa*, *μαινομένη*, furens, effera *bello*, bellicosissima, etsi lubenter bello Thraces detineantur, in armis vitam degant, tamen aliquando *otium*, vacationem a militia, quietem praeoptant. Pervulgata satis immanis Thracum bellandi cupiditas; unde *Ἀρεϊ κάτοχον γένος* Thracas dixit Eurip. Hec. 1090. *Mavortiam Thracen* Stat. Ach. I, 201.

v. 6. *Medi*, Parthi *pharetra decori*, incincti, pharetram gestantes, sagittiferi; h. l. cum vi, qui semper in armis sunt, quos maxime bellum delectatur; propter crebras ipsorum in fines Romanorum incursiones ac bella et cum his et cum finitimis gesta. — v. 7. Enimvero illud nullis opibus redimas, obtineas. *non venale*, *οὐκ ὠνητὸν* (similis loquendi ratio in Epict. XII, 2. *τοσούτου πωλεῖται ἀπάθεια, τοσούτου ἀταραξία*) parari nequit *gemmis*, *purpura*, *auro*, rebus pretiosissimis, maxima opum affluentia animi tranquillitatem praestare nequit. *Purpuram* adeo pro divitiarum parte (v. ad II, 18, 8.) h. l. accipiendam suadere ipsa huius v. videtur collocatio; ob sqq. tamen, *gazae* et *consularis lictor* pene inducor, ut magistratus maiores, tum omnino maximas dignitates, imperia (I, 35, 12.) hoc vocabulo a poeta innui existimem. *M.* Esset adeo: neque divitiis, neque honoribus animi tibi compares tranquillitatem. — v. 9—12. Pro magnis opibus sunt *gazae*, ut I, 29, 2. et pro honoribus universis magistratus Romanus, consulatus. Iam pro vulgari: consulem dignitate sua neutiquam curis liberari, exsolvi, exquisitissimo ornatu ab insigni huius magistratus desumpto poeta: *lictor consularis*, qui praecedens viam consuli munit, summovendo populo, neutiquam *summovet*, summovere, arcere a con-

---

claritudo pernox sit, ut merito eis credatur, i. e. Septentrio, unde et Lucanus: *Miseros fallentia nautas Sidera non sequimur, sed quae non mergitur undis Arctos.* [*Ot. bello furiosa*] optabile etiam bellicosis nationibus otium dicit. [*Pharetra decori*] quia sagittarum usu et armorum splendore decori sunt Persae. Otium naturale animi affirmat bonum, quod nullis possit divitiis vel honorum potestate comparari. [*Gazae*] divitiae, ut: *Troia Gaza per undas.* Sensus vero est: quod non divitiae homines ab inquietudine excusent, sed quies et electa mediocritas. Ordo est: *Non enim gazae neque consularis lictor submovet miseros tumultus mentis et curas volantes circum laqueata tecta.*

miis ematur. Non enim, inquit, divitiae aut honor prosunt cuiquam, quo minus inquietam sollicitudinis mentem patiatur. [*Et cur. laq.*

Submovet lictor miseros tumultus
Mentis, et Curas laqueata circum
Tecta volantes.

v. 10. *Tumultus* maiusculo *T* edidit Sivr. minus recte quam alteram vocem *Curas*, praeeuntibus Cun. Sanad. Videtur enim epith. *volantes Curas* tanquam personas significare.

---

sule valet *tumultus mentis*, animi aegritudinem, curas *miseras*, quae eum in tanto splendore misere affligunt, angunt, excruciant. *Submovere* proprium vocabulum de lictore turbam populi dimovente, viamque consuli aperiente. Apposite, etiam ad sententiam, Senec. ep. 94. *Non est, quod tibi tranquillitatis tuae fastidium faciat ille, sub illis fascibus, purpura cultus: non est, quod feliciorem eum iudices, cui submovetur, quam quem lictor semita deiicit. — Consularis Lictor*] consulatus seu consularis potestas. Venuste autem *consularem lictorem* dixit potius, quam *consulatum*, significans, consulares lictores non habere potestatem summovendarum curarum et aliarum mentis perturbationum, quemadmodum turbam summovere solent ante incedentem consulem. Sic fere Plin. IX, 34. unionem dicit a feminis in publico lictorem dictitari, quia, quemadmodum lictor ante magistratus, ita unio ante feminas turbam summovet. Dicti autem *lictores* a ligando, ut docet Nonius. Hi ante praetorem et consulem fasces et secures praeferebant. *ῥαβδούχους* appellant Graeci scriptores. Habebat autem praetor suos lictores. Cic. in Rull. II, 34, 93. *Deinde anteibant lictores, non cum bacillis, sed ut hic praetoribus anteeunt, cum fascibus duobus. Consulatum* autem posuit pro quovis alio amplissimo magistratu. (*L.*) — *Tumultus*, lectissimum h. l. vocabulum; nam et de turba hominum, forum ac vias obsidente, a lictore adeo submovenda in usu est, et animus tumultuari dicitur, graviori aliquo adfectu commotus, perturbatus, seu, ut vulgarior fert loquendi forma, curae tumultuantur (*θορυβεῦσι μελεδῶναι* Theocr. XXI, 5.) in pectore. Naevius apud Nonium et inde in Scriv. Collect. vet. trag. pag. 45. *magni metus tumultus pectora possidet.* Ita *mentis tumultus* Lucan. VII, 183. et eiusd. libri v. 779. *animi tumultus* et *privatos tumultus*, affectus animi, ex oppos. *turbae populi*, dixit Vestr. Spurinna II, 7. (Wernsd. Poet. min. III, 362.) Adde Claudian. in Ruf. I, 20. Alia exempla suppeditat docta Ruhnkenii nota ad Vellei. II, 79. Seneca ep. 56. *Dum intus nihil tumultus sit, dum inter se non rixentur cupiditas et timor, dum avaritia luxuriaque non dissideant, nec altera alteram vexet. Nam quid prodest totius regionis silentium, si affectus fremunt? — Miseros Tumultus Mentis*] animi perturbationes, curas, angores, timores, aegritudines, quibus concitatus tumultuatur ac trepidat. — *Curae alatae* et alibi occurrunt; v. c. in Theognideis v. 707—708. *Φροντίδες ἀνθρώπων ἔλαχον πτερὰ ποικίλ' ἔχουσαι, μειρόμεναι ψυχῆς εἵνεκα καὶ βιότου.* Iam pro vulgari, opulentiores curis maxime excruciari, vividior erat imago: curae commorantur in beatiorum palatiis, insident aedes splendidas, et pro hoc, exquisitiore ornatu et pictura, volant circa *tecta* triclinii *laqueata*, adeoque capiti hominis opulenti, in triclinio suo in luxum atque epulas perdite effusi, imminent, instant.

[*Lictor*] *lictorem* pro dignitate posuit et honore, qui otia denegat. [*Miseros tumult. ment.*] non alibi graviores curas esse, quam ubi maiores sunt opes, demonstrat. [*Circum volantes*] *volantes curas* dixit discurrentes, sicut Virgilius: *Atque animum celerem nunc huc, nunc*

circ. tect. vol.] ostendit, non alibi graviores curas esse, quam ubi maiores opes sint. [*Cui pat. spl. in mens. ten. Sal.*] *in mensa tenui*, h. e.

Vivitur parvo bene, cui paternum
Splendet in mensa tenui salinum:
Nec leves somnos timor aut cupido
Sordidus aufert.

v. 13. Punctum post *bene* ponit Rutg. et sqq. usque ad *aufert* iungit, ante *nec* supplens *ei.* Fuit etiam qui pro *cui* coniiceret *cum.* — Becher. distinxit: *Vivitur parvo! — Bene cui . . . aufert!*

15. *Cupido*, maiore *C*, Asc. Rutg. Heins. male. *cupido* Cod. Guelf. idem exhibet *timor.* Recte.

Lucan. X, 112. *laqueataque tecta ferebant divitias, crassumque trabes absconderat aurum.* Triclinia enim quam sumptuosissime, maxime lacunari exornata erant. Iam *laquear* s. lacunar erat tectum contignatione quadrata, cuius interstitia vel auro inducta vel opere sectili vel picturis exornata erant. Senec. ep. 90. *Non tecta cenationi parabantur: nec in hunc usum pinus aut abies deferebatur longo vehiculorum ordine, vicis intrementibus*, (plane ut Tib. II, 3, 43. *urbique tumultus portatur validis mille columna iugis*) *ut ex illa lacunaria auro gravia penderent.* Ad sententiam III, 1. extr. — *tecta laq.*, intellige tricliniorum in primis tecta, quae *laqueata* vel *laquearia* et *lacunaria* dicuntur, quod eorum *lacus* vel *lacunae* (*die Füllungen der getäfelten Felder*) auro, opere caelato et picturis ornatae ac distinctae fuerunt; eiusmodi *tecti laqueati* vel *lacunaris* descriptio est apud Ioseph. A. VIII, 3, 2. ubi tabulae tecti dicuntur fuisse *ἐξεσμέναι εἰς φατνώματα καὶ προσκόλλησιν χρυσοῦ.* *D.* Ceterum de *Curis alatis* egit Clarissimus Doeringus in Comment. de *alatis Imaginibus.* p. 29.

v. 13—16. Is demum *bene*, beate ac tranquille vitam degit, qui sorte sua, etsi mediocri vel adeo tenui contentus est, quem nulla augendae rei cupiditas vexat. *Parvum* de re mediocri, fortuna tenui, ut saepe alibi, v. c. Lucret. V, 1117. *Divitiae grandes homini sunt, vivere parce aequo animo; neque enim est unquam penuria parvi.* Claudian. in Ruf. I, 215. *Vivitur exiguo melius.* cf. Serm. II, 2, 1. Iunge autem: vivitur bene *illi*, is bene vivit, *cui pat.* cett. Pessime alii: *vivitur parvo* (tertio casu) *cui* cett. Horat. Serm. I, 3, 13. *Sit mihi mensa tripes, et concha salis puri* cett. Leonid. Alex. XXX, 3. (Anal. Br. II, 196.) *Αὐτάρκης ὁ πρέσβυς ἔχειν ἅλα καὶ δύο κρῖμνα.* Pers. III, 25. *rure paterno est tibi far modicum, purum et sine labe salinum. — Vivitur Parvo Bene*] subaudi ab eo, *cui paternum* etc. i. e. vivit is parvo bene, qui contentus est re sua familiari et supellectili paterna, modicoque apparatu. Veteres salinorum apposit u mensas sacras faciebant, ut declarat illud Arnobii lib. 2. *in penetralibus Vestae ignis perpetuos fovetis focos? sacras facitis mensas salino-*

---

dividit illuc, In partesque rapit varias, perque omnia versat. [*Laqueata tecta*] lacunaria. Virg.: *Summique ferit laquearia tecti. Laquearia* autem dicuntur opera camerae in lacus collectae. Virg.: *Dependent lychni laquearibus aureis.* [*Vivitur parvo bene*] paupertate sola beate approbat vivi. Lucanus: *O vitae tuta facultas pauperis angustique lares.* [*Salinum*] pro quocunque vase posuit fictili mensae pauperis. Proprie tamen Salinum est patella, in qua diis primitiae cum sale offerebantur. [*Timor aut cupido*] *Cupido* pro avaritia dictus, ut et *timor* pro

in paupere. *Salinum*, patella, in qua primitiae diis cum sale dantur, sed nunc pro vasculo domestico salis dixit. Dicit autem bene vivi paupertate, quia paterna re familiari contentus victum non abhorret. [*Nec lev. somn. tim. aut cup. Sord. auf.*] Cupidinem hic non puto pro amore

Quid brevi fortes iaculamur aevo
Multa? quid terras alio calentes

v. 17. *sontes* Mentel. Bentl. 7, 18, 23. *arcu* mallet acumen Barthii Advers. XXXVI, 14. — Vand. S, var. *sontes*. Scilicet *f* et *s*, *r* et *n* commutari solent in codd.

18. *terris* emend. Cun. et recep. Sanad. Sed durissima esset tunc structura sententiae.

— quid terras alio calentes
Sole mutamus? patriae quis exsul
Se quoque fugit?

ita distinguit haec verba Cod. Goth. et Cod. Guelf. Verbis *quid terras — mutamus* ita distinctis non temere offensus Cuningamius reposuit *terris*, obtemperante Sanadono, qui sic in nota ad h. l.: „les copistes n'ont mis apparemment *terras*, que parce qu'ils ont cru que *calentes* demandoit un substantif de même cas. Ce n'est pas la seule fois qu'ils ont altéré le texte par le même principe dans la construction du verbe *mutare*." Aliam ingressus viam Wakefieldius ad Virg. Georg. IV, 511. Lucret. IV, 67. et in editione Horatii sic legendum existimavit: *quid terras alio calentes Sole mutamus patriā?* correctione quidem facillima minimeque inepta, quam, magis etiam variata forma orationis, adiuves scribendo *ecquis* pro *quis*, ut *patriaecquis* in *patriae quis* degenerasse videatur. Verum enim vero mutare ultimum debet esse critici remedium. Quid igitur faciendum? Nihilne omnino est novandum, dicendumque cum quibusdam interpretibus, *mutare* hic usurpari ut Graecorum *ἀλλάττειν* vel *ἀλλάττεσθαί τι* et similia, de quibus olim H. Stephan. diatr. p. 92., nuper Iacobsius et Schaeferus Anthol. Palat. vol. III. pagg. 256. et 973.? Nempe id vellem firmioribus nonnullis exemplis probassent viri eruditissimi. Quod dum fiat, interim distinctione succurrere licebit Horatio, ut ita rescribatur:

— quid terras alio calentes
Sole mutamus patriae? quis exsul
Se quoque fugit?

patriae, patriae sole, ellipsi usitatissima. cf. Plaut. Trin. v. 512. *BOTHE.* Vir Clar. Iahnus hanc Bothii distinctionem ingeniosam quidem dicit, tamen Bentleium sua in edit. sequitur. *Sole mutamus patriā?* coni. viri docti apud Bentl. Nec non Doering. hanc lectionem dedit in sua editione. Cui quidem lectioni quod sensum attinet proxime accedit Bothii coniectura.

---

rum et simulacrorum appositu? Praeterea sal condimentum est ciborum, immo vero obsonium tenuiorum. Nam cum praeter panem et salem nihil habeant, quod sibi apponant, pane et sale famem explere coguntur, ut Serm. II, 2, 14.: *Quum labor extuderit fastidia; siccus, inanis, Sperne cibum vilem, nisi Hymettia mella Falerno Ne biberis diluta.* Itaque per *salinum* (i. e. vas, quo sal continetur) salem, ut primum omnium, quae in mensa apponuntur, et per *salem* tenuem et communem omnium hominum apparatum minimeque sumptuosum victum significari puto. Adiuvat me quod vulgo dicitur, *multos modios salis simul edendos esse, ut amicitiae munus expletum sit.* Arist. lib. VIII. de mor. ad Nicom. *κατὰ τὴν παροιμίαν γὰρ οὐκ ἔστιν εἰδῆσαι ἀλλήλους πρὶν τοὺς λεγομένους ἅλας συναναλῶσαι.* — *Timor* et *cupido* ipsi non *auferunt*, intercipiunt, turbant *somnos leves*, somno leni ac

---

custodia census. Iuvenal.: *Misera est magni custodia census.* [*Iaculamur*] pro appetimus et dum brevis vita sit, maiora tentamus. [*Quis*

posuisse, sed pro cupiditate, quare miror masculino eum genere cupidinem dixisse, cum hac significatione haec cupiditas dicatur. [*Terras*

Sole mutamus patria? quis exsul
Se quoque fugit?

---

placido perfruitur, animo eius nulla sollicitudine perturbato. Cf. III, 1, 21. Senec. Herc. Oet. 644. *Cespes Tyrio mollior ostro solet impavidos ducere somnos: aurea rumpunt tecta quietem, vigilesque trahit purpura noctes.* Spectat etiam huc fragm. Menandri in Stob. Floril. Grot. pag. 391. (in Brunkii Gnom. pag. 193.) *ᾤμην ἐγὼ τοὺς πλουσίους — οὐ στένειν τὰς νύκτας, οὐδὲ στρεφομένους ἄνω κάτω οἴμοι λέγειν· ἡδὺν δὲ καὶ πρᾶόν τινα ὕπνον καθεύδειν, ἀλλὰ τῶν πτωχῶν τινα. νυνὶ δὲ καὶ τοὺς μακαρίους* cett. — *sordidus*, qui animum *sordidum*, avarum arguit. *Sordes* enim animo tribuuntur, avaritiae labe inquinato. — *Cupido Sordidus*] cupiditas sordida, i. e. amor seu cupiditas pecuniae, quae in hominem vere magni et excelsi animi cadere non solet. Et animadvertat harum literarum studiosus, *Cupidinis* nomen etiam pro cupiditate apud hunc poetam semper esse generis masculini. Carm. III, 16, 39. *Contracto melius parva Cupidine Vectigalia porrigam.* Epist. I, 1, 33.: *Fervet avaritia miseroque Cupidine pectus.* Serm. I, 1, 61.: *At bona pars hominum decepta Cupidine falso.* Carm. III, 24, 51: *Eradenda Cupidinis Pravi sunt elementa.*

v. 17. *Quid*, *διά τι*, cur *fortes*, tanto cum nisu, tantopere *iaculamur*, appetimus *multa*, cur magnis consiliis tanta cum intentione imminemus, cur cogitationes nostras, augendarumque opum studium longe ultra vitae nostrae terminum extendimus, quasi aeternum victuri simus, *brevi aevo*, cum tamen brevissima nostra vita sit, in tam brevi, exiguo vitae spatio. *Iaculari*, plane ut Gr. *τοξεύειν*, v. c. Eurip. Hec. 603. *καὶ ταῦτα μέν γε νοῦς ἐτόξευσεν μάτην.* Idem in Suppl. 745. *ὦ κενοὶ βροτῶν, οἳ τόξον ἐκτείνοντες ὡς καιροῦ πέρα.* — *Quid Brevi Fortes*] i. e. quid nos, qui ad breve tempus floremus, valemus et vivimus, multa nobis proponimus, multaque desideramus? *iaculamur*, i. e. quasi iaculando petimus, destinamus; est translatio a sagittariis. *σταχαζόμεθα.* Illa autem *brevi aevo fortes* coniuncte sunt legenda, i. e. *ὀλιγοχρόνιοι* et *μινυνθάδιοι*, (Homer.) i. e. brevis vitae s. brevi tempore morituri, exiguum tempus victuri. — v. 18. *Terrae calentes*, calefactae, illustratae *alio sole*, sub alio caeli cardine sitae adeoque remotae, dissitae. Scilicet ex antiqui sermonis simplicitate, quae cuique regioni caelum suum, adeoque et solem, sidera sua adsignat, ducta haec loquendi forma. Sic *Italum caelum* II, 7, 4. Sic Sarmatae, vagi antea, *sub uno caelo* a Domitiano *vivere* iussi apud Stat. Silv. IV, 7, 51. *Mutato evadere caelo* Sil. X, 420. Hinc *mutare diem*, h. e. aliud subire caelum, ubi dies aliter se habent (uti optime Grotius) Lucan. VIII, 217. et *alii Soles* Idem lib. IX, 872. *patriae non arva requiro, Europamque, alios soles, Asiamque calentem.* — Non dissimile est illud Pindari Pyth. γ', 21. ed. Boeckh. *ἔστι δὲ φῦλον ἐν ἀνθρώποισι ματαιότατον, ὅστις αἰσχύνων ἐπιχώρια παπταίνει τὰ πόρσω, μεταμώνια θηρεύων ἀκράντοις ἐλπίσιν.* — Iam Virg. Georg. II, 512. *alio patriam quaerunt sub sole iacentem.* Cf. ad I, 17, 2. Simplicius tamen et, si quid iudico, magis *ἐναργέστερον* videtur, *mutare terras* accipere pro, aliam ex alia adire terram, *ἄλλοτε ἄλλην γῆν ἀμείβειν* (Lucian. de Gymn. 18. T. II, p. 897.) terras remotissimas pererrare, animi inquieti

---

exsul Se quoq. fug.] quis a se quoque, i. e. a vitiis avaritiae suae poterit fugere, qui derelinquit patriam, divitias autem quaerit mutatione terrarum, ut est: *Atque alio patriam quaerunt sub sole iacentem.*

alio cal. Sole] sic et Virg.: *Atque alio quaerunt patriam sub sole iacentem.* [*Patriae quis exs. Se quoq. fug.?*] sensus est: *Qui se quoque*, i. e. aut vitium

Scandit aeratas vitiosa naves
Cura: nec turmas equitum relinquit;

v. 21. *puppes* (pro *naves*) Bentl. commemorat ex excerptis Bodleianis; item sic Mss. et edd. ap. Cun. Inepta lectio haud dubie ab argutulo grammatico. Attamen inde Cun. emend. *proras.* — 22. *relinquet* Lips. 3,

---

aestu continuo circumagente. Sic *urbes mutare* in Senecae l. l. Lucret. IV, 460. *caelum mare flumina, montes mutare et campos pedibus transire videmur;* et magis apposite III, 1070. Si nossent homines aegritudinis causas, *haud ita vitam agerent — quaerere semper commutare locum, quasi onus deponere possit* animus. *M.* — *Quid terras alio cal. Sole mutamus patria?* De qua lectione cf. Var. Lect. Cl. Mitscherl. sequitur lectionem vulgatam, sed a nobis impetrare non potuimus, quin dubitaremus, utrum recte hoc fecerit, an non? Primum enim nos offendit istud *patriae exsul,* quum inter omnes satis constet, quemque exsulem patria esse expulsum. Deinde recte Cl. Doer. monuit vix Latine dici posse *mutare terras* pro ex patria in alias terras discedere, quae ratio loquendi apud scriptores Latinos classicos, quantum ego quidem memini, nullibi redit. Denique quod sensum adtinet, qui semper est summi momenti, quod erui debet, is quidem et magis poetice exprimetur et verior evadet, si a lectione vulgata recesseris, quae difficultatibus sane non denegandis laborat. Horatius enim inquit: quid patria decedere iuvat? quid prodest patriam terram cum alia mutare? nonne animi vilissimi est quaestus faciendi sive lucrandi causa in remotissimas terras proficisci, patriam autem derelinquere? in primis quum nihil certius sit, quam curas patria secedentem insequi, eumque ubivis terrarum comitari? *mutare* autem *aliquid aliqua re* pro: cum aliqua re, saepe dicitur; vid. supr. I, 17, 1: *Velox amoenum saepe Lucretilem Mutat Lycaeo Faunus* cett. I, 16, 26.: *nunc ego mitibus Mutare quaero tristia.*

v. 21—24. *Scandit naves,* navem conscendit. Iam quaevis affectio, πάθος, vitium animi est, h. e. morbus; illa enim animus consumitur, exeditur. Hinc animus, ita affectus, vitiosus, et ipsae affectiones, quae animum vitiosum reddunt, conficiunt, ut amor, aegritudo, cupiditates cett. docte *vitiosae* dicuntur. Sic *vitiosa libido* est Epp. I, 1, 85. et h. l. *Cura vitiosa.* — *aeratas,* aere munitas, rostratas. *M.* — *Scand. aer.* etc. nemo, cui semel adhaeret cura, eam effugere potest; est enim velocissima et ubique homines comitatur; si quis aufugere vult navi, navem simul conscendit, si quis equo, sedet illa post equitem, verbo, curae ab homine vivente, h. e. usque dum vivit, nunquam recedunt, morte tantum auferuntur. — *vitios.,* cum curae ad vitia humana pertineant, *Cura* quoque, ut persona, per epitheton *vitiosa,* talis, qualis est apud homines, designatur; similiter supr. I, 35, 21. *Fides,* ut persona, *rara* dicitur, quae quidem ratio dicendi poetis satis frequentata.

v. 22. *Turmas,* catervas, *equitum,* equites *non relinquit,* eadem celeritate cum iis fugit, exaequat ipsorum cursum quamvis velocissimum, non defetiscendo. Iam *equites, equi* possunt simpliciter *navibus* videri

---

[*Scandit aer. vit. nav. Cur.*] ostendit, neque mari, neque terra sive militia posse quemquam curas fugere suas vel peccatum. [*Nec turmas equit. relinq.*] non deserit relictas turmas. *Relinquit* enim est pro, deserit. Sensus autem hic est: si equo quis velit curas fugere, non pot-

avaritiae suae aut impatientiam suam potuit fugere, qui patriam relinquit. [*Scand. aer. vit. nav. Cura*] per hoc ostendit, neque mari, neque terra posse curas suas effugere. [*Nec turm. equit. relinq.*] i. e.

Ocior cervis, et agente nimbos
Ocior Euro.
Laetus in praesens animus, quod ultra est,

v. 23. *Ocior nimbis* mallet Sanad. Esset id Ovidianum acumen, non Horatianum. — 25. *lentus* unus Bersm. *animi* et mox *oderis* et *temperes* coni. Bentl., quia melius sit, poetam loqui ad Grosphum, quam sententiose; melius, Grosphum ridere, quam animum. Vulgatam lectionem confirmat Cod. Goth. et Cod. Guelf. — Vand. B, H, deest *est.* Vir fortis criticus non cogitavit, Horatium Grosphum propterea sententiose, ut cum Ianio loquar, alloqui, quod huiusmodi admonitionem amici animum fortasse magis movere sciret altera ad ipsam personam directa. Sententiae autem, quas vocant generales, quaeque in hoc carmine leguntur, ita compositae sunt, ut earum argumentum in Grosphum perbelle quadret.

---

opponi; ut adeo illo iter maritimum, hoc terrestre declaretur; uti fere in loco simillimo III, 1, 39. *Timor et Minae scandunt eodem, quo dominus; neque decedit aerata triremi, et post equitem sedet atra Cura.* I, 6, 3. pariter opponuntur *naves* et *equi,* et inde apud Flor. II, 2. *ille terrester populus ostendit, nihil interesse virtutis, equis an navibus, terra an mari dimicaretur,* ubi expungendum illud glossema; *terra an mari.* Possunt et *turmae equitum* proprie accipi de equitatu, omninoque exercitu, cui se Cura audacter immiscet. Lucret. II, 47. *Metus hominum Curaeque sequaces nec metuunt sonitus armorum, nec fera tela.* Serm. I, 6, 101. *ducendus et unus et comes alter, uti ne solus rusve peregreve exirem; plures calones atque caballi pascendi.* Spectat huc Lucret. III, 1076. *Currit agens mannos ad villam hic praecipitanter, auxilium tectis quasi ferre ardentibus instans; oscitat extemplo, — aut etiam properans urbem petit atque revisit.* — *turmas equitum* de militia fere accipiunt; sed malim, inquit Ianius, exquisitius dictum putare pro numeroso comitatu equestri hominis divitis *terra* iter facientis; nam *turma* ap. poetas vocabulum generale est. Propius verae huius loci interpretationi accedit Cl. Doeringi ad h. l. adnotatio; „equidem per *navem* et *equites* simpliciter celerrime fugiendi modum designari existimo.“ Infr. III, 1, 40.: *atra Cura post equitem sedere* dicitur.

v. 23. *agente,* sc. prae se, dispellente vel excitante, cogente. Homer. Il. μ', 156. νιφάδες — ἅς τ' ἄνεμος ζαής, νέφεα σκιόεντα δονήσας, ταρφειὰς κατέχευεν ἐπὶ χθονί, h. e. *demissa tempestas ab Euro,* ut Horat. III, 17, 11. — v. 25—27. Animus ab omni cupiditate liber ac *laetus in praesens,* praesenti, quod vivendum datur, tempore hilariter fruens *oderit curare,* ne curet *quod ultra est,* τὰ πόῤῥω, (uti saepe Pindarus) quae nondum attigimus, ne sollicitus sit de futuro. Verae hoc tranquillitatis fundamentum saepius ab Horatio inculcatum; veluti I, 9, 13. III, 29, 32. *quod adest, memento componere aequus,* III, 8, 27. *dona praesentis cape laetus horae et linque severa* et alibi. — *Quod Vltra Est*] i. e. quod futurum est; nam praesentia dumtaxat nos attingunt, futura autem nondum ad nos pertinent. Quemadmodum hic futurum per id, quod ultra nos est, significatur, quia nondum ad illa pervenimus, ita (III, 29, 45.: *non tamen irritum, Quodcunque retro est, efficiet.*) per id, quod retro est, praeteritum, quia illa praeteriimus.

---

est, quae et cervis et ipsis ventis sunt velociores. [*Laetus in praesens*] plus praesenti laetitia quam spe futuri animum iuvari dicit, i. e.

etiam si equo velis curas effugere, sequentur illae te tamen, sunt enim cervis et ipsis ventis velociores. [*Laetus in praes.*] praesentibus, inquit,

Oderit curare, et amara lento
Temperet risu. Nihil est ab omni
Parte beatum.
Abstulit clarum cita mors Achillem,

v. 26. *lento*: sic omnes, praeter unum alterumve, Codd. et vett. editt. *laeto* quid. Lamb. (facile a librariis permutari potuisse *lentus* et *laetus* sponte apparet). Primus Muretus edidit. Tempore Lambini erat vulgata lectio. Deinceps ita Fab. Steph. Rutg. Dacer. Iones. Baxt. Sed quis ferre possit et *laetus animus* et *laetus risus*, quod sane languidum! Tum recte Gesn. „laeto risu amara temperare nemo sanus potest.“ *leni* coni. Bentl. et recep. Sanad. Ferre non possunt viri docti „lentum risum“ quo tamen nihil aptius h. l. dici poterat. Aiunt necessarium esse *leni* ob tropum in *amara* et *temperet*. Vide nos in adnotationibus ad h. l. — *amarulenta* coni. ap. Iones. — 27. *Temperat* Venet. 1492. Locher. Vand. V, *temperat*. 29. *Achillen* Cun. San.

---

v. 26. *amara*, *τὰ πικρά*, acerba, iniucunda, adversa animus *temperet*, comprimat, retundat, levet *risu*, ita ut frontem ne corruget, malis succumbat, adversa nimis molliter ferat, adeoque animus adversis, si quae incidunt, ne frangatur, ne contristetur. Exquisitior tamen ac doctior haec altera, quae omnes intpp. fugit, in Horatio etsi et alibi obvia, qua *temperare* est miscere, et *amara risu temperare* adeo, tristitiam hilaritate miscere, in dolore laetitiam prae se ferre, aequo iniquam fortunam pati animo. Ita plane, unde sua poeta hausisse putandus est, in epigr. *ἀδεσπ.* DXXXI. (Anal. Br. III, 263.) *Ὁ τὸν πολυστένακτον ἀνθρώπων βίον γέλωτι κεράσας Νικαεὺς Φιλιστίων.* cf. IV, 12, 27. — *lento*, qui animum lentum, amaris non perturbatum, adeoque quietum declarat. — v. 27. ***Nihil Est Ab Omn. Part. Beat.***] pulchre Pindarus (Pyth. *γ′*.) ostendens idem, quod hic Horatius, nihil esse ab omni parte beatum, ait, deos immortales uni bono hominibus dato duo mala admiscere solere; haec autem mala insipientes moderate ferre non posse, suamque adversam fortunam fronte et vultu declarare et prodere, et, si quid boni habeant, stultitia sua obruere atque exstinguere; sapientes contra dissimulando sua quidem mala occultare; bona autem semper in promptu habere et his suas molestias consolari ac levare. Nunc plures Pindari loci laudantur apud Lambinum, qui quoad sententiam in nostrum locum quadrant. Huc etiam pertinent tres Euripidis senarii (fr. Stenob. 1.) *οὐκ ἔστιν ὅστις πάντ᾽ ἀνὴρ εὐδαιμονεῖ· ἢ γὰρ πεφυκὼς ἐσθλὸς οὐκ ἔχει βίον· ἢ δυσγενὴς ὢν πλουσίαν ἀροῖ πλάκα.* Theognid. v. 1159.: *οὐδεὶς γὰρ πάντ᾽ ἐστὶ πανόλβιος.* — v. 29. ***Achillem mors cita***, cito, in ipso aetatis flore constitutum *abstulit*, sed *clarum*, ut qui maximam fortitudine sua gloriam adeptus esset; Achilli brevis, at gloriosissima obtigit vita.

---

non plus laetetur quam expedit. [*Et amara laeto* (*lento* leg. in textu) *temperet risu*] philosophicum praeceptum ad patientiam exhortans, ut adversa laetitia temperentur et non satis prosperis credatur, maxime cum varietate vitae, nec pro voluntate ad omnia felicitas constet, nec sint adversa continua. [*Abstulit clarum cita mors Achillem*] ostendit rerum humanarum duo inter se contraria, exemplo eorum, qui putati felices sunt.

delectemur ac fruamur, futura non quaeramus. [*Et amara laeto* (corr. *lento*) *Temperet risu*] amaritudinem vitae hilaritate interposita leniat. [*Nih. est ab omn. Parte beat.*] extrinsecus hic audiendum est, quatenus concessum omnibus non est, ut per omnia beati sint. [*Abstulit clar. cita mors Achill., Longa Tith. min. senect.*] ostendit diversitatem rerum humana-

Longa Tithonum minuit senectus:
Et mihi forsan, tibi quod negarit,
Porriget hora.

v. 31. *Et mihi fors et tibi* Fran. Vnde vir doct. ap. Cun. coni. *forsit*. Vand. B, *fors et*. *φ*, H, *fors et*, var. *forsàn*. al. omn. *forsan*. — *negavit* var. lect. Ion. — 32. *Horam* Spanhem. ad Callim. in Apoll. 81. T. II. p. 132. *Parcam* explicuit et maiore littera Gesner. exaravit. — *hora* (sic Cod. Guelf.) procul dubio h. l. simpliciter tempus tantum significat.

Respexit poeta Homer. Il. *ι′*, 410 sqq. Hinc *μινυνθάδιος*, *ὠκύμορος* eidem dictus Il. *α′*, 417. et 505. — v. 30. ***Tithonum minuit***, consumpsit, confecit vires eius, decrepitum fecit, ***longa senectus;*** Tithono quidem obtigit longissima vita, ipsa adeo immortalitas, ab Iove ipsi ab Aurora obtenta, (Hom. H. in Ven. 220 sqq.) sed hilaritatis expers, senio quippe obnoxia, quod Tithonum Iupiter *ἀθάνατον* quidem, non vero *ἀγήραον* fecisset; id quod Aurora petere oblita fuisset. Hinc ille, *ὅτε δὴ πάμπαν στυγερὸν κατὰ γῆρας ἔπειγεν, οὐδέ τι κινῆσαι μελέων δύνατ᾽ οὐδ᾽ ἀναεῖραι*, Hom. H. l. 233, 4. — *Longa Tith.*] immortalitatem quidem Tithonus, quam optaverat, consecutus est, sed eam senectus insuavem atque amaram reddidit, cum se omnibus prorsus voluptatibus atque oblectationibus, aetatis culpa, privatum esse sentiret; quem ob id in cicadam versum esse aiunt. Narrant, Tithonum ab Aurora immortalitatem quidem impetrasse, quam petiverat, sed non *ἀγηρασίαν*, i. e. vitam senectutis expertem et perpetuam iuventutem, quam petere eum fugerat. Ita factum est, ut in cicadam versus sit, animal aridissimum et siccissimum et canorum et garrulum; quae senectuti conveniunt. Senectus enim est natura loquacior, ut scribit Cicero in Catone mai., et sola vox fere in senibus remanet, quod notat Servius hunc versum proferens ad Virg. Aen. IV, 585. Admonet autem Eustathius ad primum versum Iliad. *λ′*. Tithoni nomen usurpari solere de senibus infelicibus et laboriosis. Ceterum cf. supr. I, 28, 8. — v. 31—32. ***Hora***, quae tempus futurum et fata futuri temporis subministrat, fortuna in horas varians, (Ruhnken. ad Vellei. II, 18. p. 127.) Fors, mihi ***porriget***, ultro deferet, non petenti dabit, ***quod tibi negarit***, quod tu frustra votis expetieris, flagitaveris; forte mihi nec cupienti nec speranti obtingent, quibus tu aegerrime careas, quae tu maxime desideres. — Mitsch. et Vand. ad h. l. laudant Ruhnkenium, et Vanderbourgius quidem his verbis: selon Ruhnk., n'est pris ici (sc. *hora*) ni pour les saisons ni pour les heures, mais pour la fortune ou pour le sort qui peut changer d'heure en heure. Peut-être, inquit Vanderb., suffiroit-il d'y voir une désignation générale du temps. — v. 33. Tu in summa opum affluentia vivis; ego vero pauper, at, quo me beatissimum praedico, facultate aliqua poetica polleo. — ***te circum mugiunt***, de magnis gregibus, late per agros pascen-

---

Achilles vero virtute praecipuus cita morte iuvenis periit. [*Longa Tithonum minuit senectus*] Tithonus maritus Aurorae tarde mortuus est, per damna deficientis aetatis. Vivendo enim in cicadam conversus dicitur. Et ideo dicit nihil certum esse homini, dum illum cita mors puniverit, alterum vero senem consumpserit ante vita quam fatum. [*Porriget hora*] *horam* pro tempore posuit, i. e. variabilis fortuna prosperabitur mihi, tibi amara, i. e. forsan tibi mors occurrendo me per-

rum, duo inter se contraria posuisse, brevem, scil. Achillis vitam, et Tithoni usque ad ultimam senectutem porrectam. [*Te greg. cent.*, *Si-*

Te greges centum Siculaeque circum
Mugiunt vaccae; tibi tollit hinnitum
Apta quadrigis equa; te bis Afro
Murice tinctae

v. 33. *circum — mugiunt* male nonnulli mss. et editt. Sed nihilominus Bothius inquit „malim cum editoribus quibusdam uno verbo *Circummugiunt*, quemadmodum *Circumsonare, Circumvolare*, aliaque eius generis dicuntur."
34. *hintum* Alt. 1. In Alt. 2. est scholion: „*hinntum syncope.*"

———

tibus. Eodem ornatu Theocr. ιϛ', 36. *Πολλοὶ δὲ — μόσχοι σὺν κεράοισιν ἐμυκήσαντο βόεσσι.* Stat. Silv. IV, 5, 17. *Non mille balant lanigeri greges, nec vacca dulci mugit adultero: unique, si quando, canenti mutus ager domino reclamat. Greges* puta ovium. De his adeo proprium erat, *balant te circum*, ut in Papiniano loco. Sed alii greges vaccarum intelligunt, et *Siculas vaccas* declarative a poeta subiici volunt. Praestat tamen prior ratio, altera doctior. Ovid. Met. IV, 634. *Mille greges illi, totidemque armenta per herbas errabant.*

v. 33—40. Tu es ditissimus, quod satis superque declaratur per „*Te greges centum*" etc. Antiquitus enim, ut inter omnes constat, in magnorum gregum, armentorumque possessione spectari in primis solebant magnae divitiae, unde homines beatiores dicuntur apud Homer. Il. ι', 154. *ἄνδρες — πολύῤῥηνες — πολυβοῦται. Te circum mugiunt*, vix necesse esse videtur admonere his verbis possessionem vaccarum innui, quas re vera Grosphus possidebat. — *Siculae*, tanquam praestantiores. Sicilia enim pascuis nobilissima. — *tibi*, in tui commodum equa *tollit*, edit *hinnitum* (ut *tollere clamorem, vocem* et similia) luxuriatur, pascitur in pratis, pro vulgari: tibi sunt equae armentales, adeoque armenta equorum. — *Apta quadrigis*, fortasse antiquo et primario vocabuli significatu, pro, iuncta, h. e. quae iungatur aliquando quadrigis in certamine curuli, per prolepsin. Simplicius tamen fuerit, *aptam*, idoneam *quadr.*, quae in certamine curuli adhibeatur, accipere. Ita *longis cursibus aptus equus* dicitur Ovid. ex P. I, 2, 86. — *Apta Quadrigis Equa*] etiam hoc loco refelli et coargui possunt ii, qui quadrigas quatuor equos esse sine curru putant. Nam si hoc ita sit, quomodo hic locus explicari possit, non video. Sed res ita est in promptu posita, ut silentio potius praetereunda aut risu eludenda, quam argumentis aut exemplis sit refellenda. *(L.)* Equarum usus in certaminibus curulibus erat admodum frequentatus, unde Virgilius in Georg. I, 59.; *Eliadum palmas Epiros equarum.* — v. 35. *Te lanae vestiunt*, lana vestit *bis tincta*, infecta *murice*, succo muricis, h. e. colore purpureo. Murex e genere testaceorum, qui ad Phoenices (hinc *Tyrius* Epod. XII, 21. Ovid. A. A. III, 170, *Sidonius* Tibull. III, 3, 18.) Africae (ut h. l. Adde Epp. II, 2, 181. Ovid. Fast. II, 318.) et Laconicae litora capiebatur. Bis eius succo lana tingebatur, quo ea colorem nigricantem traheret, qui, pretiosior quippe, veteribus maxime in deli-

———

transibit. [*Te greges centum*] finito (sc. numero) pro infinito usus est, ut: *Mille meae Siculis errant in montibus agnae.* [*Bis Afro*] pro Tyrio et inde pro Carthaginiensi. [*Mihi parva rura*] dicit ita plerumque diversa esse ingenia: ut fortunas in diversis studiis, ut sicut alii honoribus et di-

cul. circ. Mug. vaccae] alii, inquit, divitias insatiabili animo cupiunt, at mihi paupertatem cum animi aequitate opto, per quod ostendit sic ingenia diversa esse plerumque hominibus, ut fortunas. [*Te bis Afro Murice tinct. Vest. lanae*] *Afrum muricem* pro Tyrio dixit, videlicet quia Tyrii in Africam transierunt, i. e. Carthaginem condiderunt. *Bis*

Vestiunt lanae: mihi parva rura, et
Spiritum Graiae tenuem Camenae
Parca non mendax dedit, et malignum
Spernere vulgus.

v. 39. *ac m.* Cun. San.

———

ciis erat. — *Murex*, parvus piscis e conchyliorum genere, e cuius succo (quem *ostrum* vocarunt) fiebat color purpureus, qui ipse murex poetis dicitur. Capiebatur illa concha in primis ad litora Phoeniciae, Africae et Laconiae. vid. Plin. IX, 36. Lanas autem bis tinctas murice vel purpura Graeci *διβαφεῖς* vocant. De eiusmodi vestibus cf. *Ruben* de Lat. Clav. II, 14., quem Cl. Doering. ad h. l. laudat.

v. 37—40. Praeclare Musam suam immensis Grosphi divitiis opponit poeta, hacque virtute se eidem felicitate, si non superiorem, parem saltem haberi vult. Horatio hic et II, 18. init. ante oculos fuit carmen Bacchylidae, cuius fragm. servavit Athen. XI. p. 500. (Anal. Br. I, 152.) *Οὐ βοῶν πάρεστι σώματ᾽ οὔτε χρυσὸς οὔτε πορφύρεοι τάπητες, ἀλλὰ θυμὸς εὐμενής, Μοῦσα τε γλυκεῖα.* Parcae nascentis cuiusque sortem non tantum praedicere, sed ipsae cuique adsignare, dare, credebantur. Pind. Olymp. θ', 28. *εἰ σύν τινι μοιριδίῳ παλάμᾳ ἐξαίρετον Χαρίτων νέμομαι κᾶπον.* Magis tamen huc spectat Nem. δ', 41. *ἐμοὶ δ᾽ ὁποίαν ἀρετὰν ἔδωκε Πότμος ἄναξ, εὖ οἶδ᾽ ὅτι χρόνος ἕρπων πεπρωμέναν τελέσει.* quem locum Horat. obversatum h. l. pene crediderim. Iulian. Misop. 337. *Ἀνακρέοντι τῷ ποιητῇ πολλὰ ἐποιήθη μέλη χαρίεντα, τρυφᾷν γὰρ ἔλαχεν ἐκ Μοιρῶν.* — *non mendax*, verax, perpetuo Parcarum epitheto, quatenus ipsarum decreta mutari nequeunt. — *parva rura*, agellum Sabinum. — v. 38. *Spiritum tenuem Graiae Camenae*, aliquid facultatis poeticae, qua poetae lyrici Graeci exsplenduerunt, poesin lyricam, facultatem pangendi lyrica, ad Graecorum exempla facta. *Spirare, spiritus* sollennia de vi ingenii poetica, nisuque altiore. Horat. IV, 6, 29. 30. *Spiritum Phoebus mihi, Phoebus artem carminis nomenque dedit poetae.* cf. IV, 4, 24. Stat. Theb. I, 17. *quando Itala nondum signa nec Arctoos ausim spirare triumphos.* Idem Silv. V, 3, 10. *Ibam altum spirans.* Alcaeus Mess. V, 3. (Anal. Br. I, 487.) *Δωρόθεος γοεροὺς ἔννεπε Δαρδανίδας — ἔπνεε δ᾽ ἵππου ἔργματ᾽ ἀειζώων ἀψάμενος χαρίτων.* Dioscorid. XXV. (Anal. Br. I, 499.) *Σαπφώ, σὺν Μούσαις ἢ ῥά σε Πιερίσιν ἢ Ἑλίκων εὔκισσος, ἶσα πνείουσαν ἐκείναις, κοσμεῖ.* — *et malignum spernere vulgus*, sicque effecit, ut despicere possem turbam invidam, invidos, h. e. invidia me superiorem, *maiorem* (ut II, 20, 4.) constituit, maximam mihi e poesi lyrica famam

———

vitiis clari sunt, ita hic carmine illustret mediocritatem suam. [*Et spirit. Graiae tenuem Camenae*] dedit mihi tenue ingenium Graiae Musae, scilicet, ut possem lyra cantare primo a Graecis inventa. Ordo est: *Et Parca non mendax dedit mihi tenuem spiritum Graiae Camenae et spernere malignum vulgus.* [*Graiae Camenae*] i. e. Graecae Camenae, vel quia Graeci fuerunt poetae lyrici, quos Horatius imitatus est, Alcaeus et Sappho; vel quia primi Graeci carmina invenisse perhibentur. *Camenae* vero genitivus est singularis. [*Parca non mendax*] immutabilis. Vult enim fataliter sibi hoc attributum ingenium.

tinctam autem lanam dibapham purpuram dicit, quam scimus esse pretiosissimam. [*Et spirit. Graiae ten. Camen.*] *spiritum tenuem*, i. e. subtilem accipe. *Camenae* autem *Graiae* ideo dixit, quod haec carmina ad imitationem Graecorum scribat. *Graiae* genitivus singularis est.

CARMEN XVII.

AD MAECENATEM.

ARGUM. *Quum Maecenas, vir valetudinis admodum imbecillae, Horatio de morte, quam prope sibi instantem putasse videtur, saepius faceret querelas, poeta eum in hoc carmine consolari, animumque eius spe bona esse cupit, ita quidem ut dilucide appareat, quanto amore Horatius revera Maecenatem complexus fuerit, quod et versus tenerrimi sensus et verissimae amicitiae pleni produnt. Primum enim dicit in fatis minime esse, Maecenatem aetate nondum provectum diem obire supremum, prius quam ipse (sc. Horatius) mortuus sit, quod a se prolatum argumentum ita confirmat, ut utriusque stellas mirum in modum consentire demonstret, propter quem stellarum mirum consensum alterum sine altero mori posse denegat, immo potius utrumque eodem die vitam depositurum augurans. Deinde pergit, quae cum ita sint, fieri non potest, ut tu, Maecenas, me adhuc vivente moriaris, quum dii boni, iique tutelares, pariter te ac me incolumes servarint, h. e. mortis periculo benigniter liberarint. Te nimirum gravis morbus perdere minitabatur, me autem arbor caduca pene oppressisset. Denique — quemadmodum milites facere solebant Romani — se nunquam formidinis causa signa sua deserturos — pro sacramento indissolubili interposito, se una cum Maecenate iter ad Orcum suscepturum, quod dixerat, non tam de morte propinqua, quam potius de victimis pro utriusque salute, vitae servatae beneficio, diis reddendis cogitandum esse. Plinius VII, 52. memoriae prodidit, Maecenatem haud raro aegrotasse, perpetua nempe febri laborasse. Nec non idem affirmat Seneca de Providentia cap. III. Feliciorem ergo tu Maecenatem putas, cui amoribus anxio et morosae uxoris quotidiana repudia deflenti, somnus per symphoniarum cantum, ex longinquo resonantium, quaeritur? De veterum superstitione vitae exitum ex ea, quae sub hora cuiusque nascentis esset constellatio, sive ex horoscopo coniiciendi cf. supr. I, 11. Ceterum Babylonii in primis sive Chaldaei ex hora, qua quis natus esset, sive horoscopo, secundum constellationem sive stellarum, quarum cursum et coniunctiones in ephemeridibus suis vel tabulis astronomicis descriptas habebant computationes et numerum suae cuique vitae exitum praedicendi artem profiteri solebant.*

Cur me querelis exanimas tuis?
Nec Dîs amicum est, nec mihi, te prius

AD MAECENATEM aegrotantem Cod. Goth. AD MAECENATEM Cod. Guelf.

v. 1. *Quid me* Cuning. — 2. *amicum, nec* Cun. *nec tibi* unus Bersm.

---

conciliavit. — E poetarum notionibus *Parcae* eodem, quo quisque nascitur die, omnia ei per totam vitam fata, omnia interna, externaque dona, inter nendum canunt et statuunt; quod quidem h. l. *dare* exprimit. — Gloria autem ac felicitas, quam non amplius tangere possit invidia, sollennis Horatio idea. Res nota. Quum vero Grosphi animum invidia, qua splendor eius carere non poterat, perturbasse ac sollicitum reddidisse videatur, oppositio, quae inter eundem atque Horatium animadvertenda lectori est, eo suavior nobis apparet.

Obire, Maecenas, mearum
Grande decus columenque rerum.
Ah! te meae si partem animae rapit
Maturior vis, quid moror altera?

v. 6. *alteram*, antiqua nec spernenda lectio, de qua vid. Porphyr. Sic etiam Lips. 4. Dess. 2. Cun. San. Probat etiam Burm. ad Virg. Aen. II, 647. et ad Val. Flacc. VI, 733. Cf. Eichstad. ad Ommeren. Si quid mutandum, inquit Bothius, malim propemodum: *quid moror, alterâ Nec carus aeque nec superstes Integer? alterā*, altera parte animae, i. e. propter alteram eius partem, vel: quod ad illam partem adtinet, ut *altera* ad utrumque, *carus* et *superstes integer*, referatur. Vulgata videtur exquisitior.

---

v. 1. Cur me *exanimas*, occidis, enecas, h. e. excrucias, angis *querelis tuis*, de morte tibi instante, sensu mollissimo pro, vanae istaec tuae sunt querelae, quod morti proximus sis, quod vita nunc tibi excedendum sit. *Exanimare, enecare*, (Terent. Andr. IV, 1, 36.) *occidere*, (Epod. XIV, 5.) de iis, qui quocunque affectu animum alicuius penitus conturbant, ut sui amplius compos non sit; plane ut Gr. *ἀποκτείνειν, ἀποκναίειν*. V. Valken. ad Eurip. Hippol. 1064. *Animus* contra *redditur*, vanescente metu, sollicitudine cett. — v. 2. Quandoquidem *non amicum est Diis*, *οὐ φίλον ἐστὶ θεοῖς*, non placet Diis, Deorum e voluntate non est, in fatis non est, te prius obire. Adiecta adeo haec, quo vanum eius timorem argueret; tum Deos id nolle, miro acumine poeta inde ponit, quod eorum utriusque fata essent simillima, sibi adeo eodem tempore mors oppetenda sit, quam tamen nunc non videat, cur pertimescat sibi propinquam. — *Nec Diis Amicum est*] a Graecis sumpsit hoc loquendi genus. Hom. Il. η', 387.: *αἴ κέ περ ὔμμι φίλον καὶ ἡδὺ γένοιτο*. Ibd. ι', 23.: *Οὕτω που Διῒ μέλλει ὑπερμενέϊ φίλον εἶναι*. Ibd. α', 107.: *Ἀεί τοι τὰ κακ' ἐστὶ φίλα φρεσὶ μαντεύεσθαι*. Theogn. *Ζεῦ πάτερ, εἴθε γένοιτο θεοῖς φίλον*. Plato in Theaet. *ἀλλ' εἰ οὕτως, ὦ Θεόδωρε, σοὶ φίλον, οὐδ' ἐμοὶ ἐχθρόν, φασὶν οἱ παροιμιαζόμενοι*. Callim. *Ἥρη τοῦτό με ῥέξον, ὅ τοι φίλον*. Eurip. Phoeniss. 397. *ἃ γὰρ σὺ βούλει, ταῦτ' ἐμοί, μᾶτερ, φίλα*. Hesiod. *ἔργ. καὶ ἡμερ.* 306. *σοὶ δ' ἔργα φίλ' ἔστω μέτρια κοσμεῖν*. — *nec*, etiamsi Dii nolint, mihi *amicum*, statutum est, tibi superstitem esse. — v. 4. *decus* v. I, 1, 2. *Columen mearum rerum*, in quo omnes meae res ac fortunae repositae sunt, quo adeo mortuo nihil amplius est, cur vitam ulterius expetendam existimem. Causam adeo, praeter tenerrimi amoris testificationem, continet, cur ipsi secum mori constitutum sit.

ACR. [*Cur me querelis exanimas tuis*] Maecenatem aegrum velut assidens alloquitur, querentem de periculo suo et pro praesenti statu optantem mortem; pro cuius affectu vel amore dicit se ei esse nolle superstitem, sed quasi quodam sacramento devinctum sociandum morte, cui fuerat vita coniunctus. Ordo est: *Maecenas, grande decus et columen mearum rerum, cur me exanimas tuis querelis? nec diis, nec mihi amicum est, te prius obire.* [*Ah te meae si partem animae*] interiectio dolentis, hoc sensu, quo superius dixerat, amicorum animam

POR. [*Cur me quer. exan. tuis*] haec dicit Maecenati, assidens aegroto, graviter querenti de periculo salutis suae, negatque se velle superstitem ei vivere mutuae caritatis pignora commendans. [*Amicum*] hic pro grato posuit. [*Ah te meae part. anim.*] sensus conceptus est ex illa amicitiae definitione, quae dicit: amicitiam animam unam esse in duobus corporibus. Ergo ait, si te vis fatalis sustulerit amicum, qui

Nec carus aeque, nec superstes
Integer. Ille dies utramque
Ducet ruinam. Non ego perfidum
Dixi sacramentum: ibimus, ibimus,

v. 8. *illa dies* unus Bersm. Dess. 2. Cun. et apud poetas genus femininum verbi *dies* usitatius reperitur masculino. — 10. Ad vivum haec resecat Spence in libro anglico, qui inscriptus est: „Polymetis, or an Inquiry concerning the Agreement between the Works of the Roman Poets and the Remains of the ancient Artists“ etc. London 1747. fol. pag. 22.

---

v. 5. Si *vis* leti, (ut II, 13, 20.) *necessitas leti*, (I, 3, 33.) *mors indomita*, (II, 14, 4.) *maturior rapit*, pro, mors te maturius, citius quam me rapit, si maturius obieris, quam ego. — *maturior vis*, mors ante constitutum vitae terminum accelerata. Esset adeo mortis genus, quod naturae leges plane excederet, quippe quod non senex, sed vir moreretur. — *Partem*, dimidium *animae meae*, uti Virgilium suum Horatius vocat I, 3, 8. — v. 6. *Quid* ego, *altera*, cuius dimidia tantum animae pars restat, amissa altera, defuncto te, *moror*, amplius vivo, qui ego sine te amplius vivere possim? — v. 7. Siquidem *non aeque* ac antea, cum tu, pars mei melior, superesses, *carus* mihi futurus sim, vitam non amplius iucundam ducam. Sic Statius *partem animae suae meliorem* Metium vocat Silv. III, 2, 7. — Pro qua Mitscherlichii, aliorumque interpretatione malit Cl. Doer.: *Nec carus aeque*, cum nemo in vita restet, cui aeque ac tibi carus et dilectus sim; quae interpretatio habet, quo se commendet. — *non superstes integer*, amissa altera animae parte. Theocr. XXIX, 4. *οὐχ ὅλας φιλέειν μ᾽ ἐθέλησθ᾽ ἀπὸ καρδίας· γινώσκω. τὸ γὰρ ἥμισυ τᾶς ζοΐας ἔχω, ζᾷ τὰν σὰν ἰδέαν, τὸ δὲ λοιπὸν ἀπώλετο.* — v. 8. *Ille dies*, quo tu morieris, *utramque*, utriusque nostrum *ruinam*, casum *ducet*, uterque eodem die ruemus, occumbemus, moriemur. Virg. Aen. II. 465. *ea lapsa repente ruinam cum sonitu trahit.* Claudian. de R. P. III. 379. *pariter traxere ruinam — campoque recumbunt.* Id. in Phoen. 33. *pinus seram ponderibus pronis tractura ruinam.* — v. 9. *Dixi sacramentum*, iureiurando me obstrinxi, *perfidum*, quod fallerem, sancte adiuravi tibi, me numquam te deserturum. *Dicere sacramentum* verba sollennia de iuramento militari, satis accommodata h. l. Nam uti milites iurabant, se numquam deserturos militiam, ita iuraverat Horatius, se Maecenatem haud derelicturum. — v. 10. *ibimus, ibimus*, geminatum, graviter asseverantis est, pro vulgari, sequar te, *utcunque*, statim simul ac *praecedes.* Color orationis itidem petitus a sacramento militari. Nam ut militum erat, ducem et signa sequi, quocunque tenderent, ita Horatius Maecenatem praecedentem tamquam ducem illico secuturum se spondet. — v. 12. *parati*, *πρόθυμοι*, *carpere*, ad carpendum, haud cunctanter carpturi *iter comites* una, tecum, comitaturi te in *supremo itinere*, ad loca infera. *Ire ad inferos* pervulgata imagine dicitur pro: mori. Vide ad I, 4, 17. Nobilitavit eam poeta, dicendo, *supremum iter carpere.* Similiter Sophocles Antig. 818. *Ὁρᾶτέ μ᾽, ὦ γᾶς πατρίας πολῖται, τὰν νεάταν ὁδὸν στειχοῦσαν, νέατον δὲ φέγγος λεύσσουσαν ἀελίου.* Simmias Rhod. IV, 4. (Anal. Br. I, 204.) *ᾤχεο γὰρ πυμάταν εἰς Ἀχέροντος ὁδόν.* — v. 13. *Gygen* commemorat, in Orci vestibulo sedem adsignarunt poetae; etsi Hesiodus eos in Tartari faucibus collocet Theog. 734. *ἔνθα Γύγης, Κόττος τε καὶ ὁ Βριάρεως μεγάθυμος* (continues p. 289 footnote)

---

in duobus corporibus constitutam: *Et serves animae dimidium meae*, unde et unanimes dicti. Hoc autem dicit sine dubio, alteram partem non retinendam, una pereunte, h. e. se negare superstitem. [*Nec carus aeque, nec superstes Integer*] non ero, inquit, ita alteri futurus, sicut ipsi, nec integram vitam habiturus sum parte animae iam in illo exstincta. *Nec superstes integer*, quia tu es medietas meae animae. [*Vtramq. ducet ruin.*] i. e. unius casu dicit ambos perituros. [*Non ego perfid.*] falsum, tanquam non perfidum de ea re interposuerit iusiurandum, ne ei superviveret. Ordo est: *Ego non dixi perfidum, ibimus, parati carpere supremum iter, utcunque praecedes.* [*Vtcunq. praecedes*] seu aetate seu sorte praecederet, in supremo mortis die comitari se asserit Maecenatem. [*Me nec Chimaerae*] nullorum obiectione monstrorum societatem disiungi posse, quae nec mortis terrore separetur. [*Centim. Gigas*] Briareus, de quo Virg.: *Qualis centum cui bra-*

pars es altera animae meae, partem, quae apud me est, non retinebo. Quod significat non se ei supervicturum. [*Nec carus aeque, nec superstes Integ.*] nec carus, inquit, alii futurus sum sicuti tibi, nec integram vitam habiturus, parte scil. animae meae in te exstincta. [*Non ego perfid. Dix. sacr.*] i. e. non perfidum iusiurandum de hac re a me interpositum. [*Vtramq. duc. ruin.*] i. e. utrumque nostrum absumet. [*Supr. iter*] Supremum illud dicit, quo quasi ad inferos itur. [*Nec si resurg. centim. Gig. Divell. unquam*] a te scilicet, a proposito, de quo nunc

Vtcunque praecedes, supremum
Carpere iter comites parati.
Me nec Chimaerae spiritus igneae,
Nec, si resurgat centimanus Gyges,

v. 13. *nec me* Lips. 1. — 14. *gigas*, (sic Cod. Goth. Cod. Guelf.) vid. Acr., sic legisse videntur Comment. Cruqu. Cruqu. explicantes: „Briareus“. Et sic (vel *Gygas*) summo consensu omnes Cruquii, Pulm. Torrent. et Bentl. tres Bersm. Lipss. Dessss. Helmst. Fran. Venett. Locher. Asc. Cruqu. Torr. Rutg. cett. Sed recte viderunt viri docti h. l. nomen proprium potius posuisse putandum Horatium. *Gyges* quid. Lamb. et eius edit. prima, Altt. Priscian. l. VI. p. 718. (quamquam ibi quidam Mss. *gigas*) Venet. 1590. Basill. Fabr. Bentl. Baxt. Gesn. Sivr. Sic eum vocant *Γύγην* Hesiod. *ϑ'*, 149. 618. 714. 734. Schol. Apollon. et Aeschyl. Palaephatus, auctor Etymologici in *Τριτοπάτορες*, alii; *Gygen* Ovid. Am. II, 1, 12. Fast. IV, 593. Trist. IV, 7, 18. (quibus tamen locis nonnulli etiam exhibent *Gias*, *Gygas*) Senec. H. Oet. 167. (ubi Cod. Flor. *Gygas*) Hygin. praefat. — Sed *Gyas* posterior lectio Lamb. Sic in antiqq. libb. reperisse se ait Muret. qui in Hesiod. quosdam mss. *Γύην* testatur habere; cuius tamen utriusque rei penes ipsum solum fides. — Apollod. bibl. pr. *Γύην* appellat; unde esset *Gyes*, ut Scalig. vult, vel ex Dorica ratione *Gyas*. Ediderunt etiam *Gyas* Landin. Steph. Heins. Fab. Cun. Dacer. San. Iones. Sed recte Heins. ad Ovid. Am. II, 1. 12. Apollodorum potius ex ceteris pluribus, quam hos ex illo uno emendari oportere iudicat, et Graecorum igitur auctoritate dicendum *Gygen*. Neque nos perturbare debet, quod *Gyges* alias priorem syllabam longam habet. Nam ut *Thalia* Musa mediam producit, *Thalia* Gratia corripit, ita potuit *Gyges*, ubi nomen gigantis est, priorem brevem habere, alias longam. Lectio *Gygas* denique Ianio ex Dorica dialecto orta videtur. Cf. Iacobs. Anthol. Palat. Vol. III. p. 400. et in Addend. p. 41. „in *Γύγεω* prima corripitur, quae longa est in Od. Anacr. *ιε'*, v. 1. *οὔ μοι μέλει τὰ Γύγεω.* apud Bianor. in Palat. p. 430. nr. 423. Leonid. Tar. p. 324. nr. 740. Vid. ad p. 162. nr. 112. v. 3. *Γύγεω*, quod restituendum suspicor, bisyllab. est

---

chia — *(continued from p. 288)*

Divellet unquam. Sic potenti
Iustitiae placitumque Parcis.
Seu Libra, seu me Scorpius adspicit

etiam in Fragm. Archilochi ed. Liebel. Prima enim in hoc nomine, si ab uno loco discesseris Cap. VII. nr. 709. v. 6. producitur. — Vand. M, *Gigans*. R, *Gegas*. S, *Gigas*, glossa „recus" Al. omnes *Gigas*. Ipse in textu exaravit *Gyas*.
v. 16. *est placitumque* Cod. Goth. — 17. *Scorpios* Bentl. Cun.

θυμος ναίουσιν, φύλακες πιστοὶ Διὸς αἰγιόχοιο. quem alibi Virgilius (VI, 574. *Cernis, custodia qualis vestibulo sedeat?* sc. Centimanorum) in talibus figmentis sibi parum constans (ita et Hydrae diversam a priore v. 287. sedem dat v. 576.) secutus videri debet. Similiter de Hercule, Orcum ingresso, Virg. Aen. VIII, 298. *Nec te ullae facies, non terruit ipse Typhoeus arduus, arma tenens; non te rationis egentem Lernaeus turba capitum circumstetit anguis.* Iam pro vulgari, *Chimaera* ignem spirans, exquisitius ac fortius erat, Chimaerae spiritus igneus; pro quo doctiore ratione est *Chimaerae igneae spiritus*, *Χίμαιρα πῦρ πνείουσα*, *flammis armata*, ut Virg. Aen. VI, 288.
v. 14. *Gyges centimanus*, *ἑκατόγχειρ*. — Hesiodus Cottum, Briareum, Gygen fratres centimanos facit in Theogn. 147. *ἄλλοι δ' αὖ Γαίης τε καὶ Οὐρανοῦ ἐξεγένοντο τρεῖς παῖδες μεγάλοι καὶ ὄμβριμοι, οὐκ ὀνομαστοί, Κόττος τε Βριάρεώς τε Γύγης θ', ὑπερήφανα τέκνα. τῶν ἑκατὸν μὲν χεῖρες ἀπ' ὤμων ἀΐσσοντο.* — *si resurgat*, sese mihi obiiciat, manus intentet, vim paret. Sequitur adeo poeta eos, qui Centimanos fulmine in Tartarum detrusos perhibuerant. Iacebant adeo prostrati in Tartaro; uti fere *Titaniam pubem fulmine deiectam in imo fundo volvi*, h. e. exanimes iacere, narrat Virgil. Aen. VI, 581. Apte adeo *resurgat*, ut *Typhoeus arduus*, erectus, resurgens in simili loco Virg. Aen. VIII, 299. — v. 15—16. Similis forma Homerica, Il. β', 116. *οὕτω που Διῒ μέλλει ὑπερμενέϊ φίλον εἶναι.* *Sic placitum*, constitutum est *Iustitiae*, *Δίκῃ*, tanquam Deae; hinc *potenti*, cuius decreta, ut Parcarum, immutabilia sunt; *placitumque Parcis*, quod ipsum fata decreverunt. — Praeclare autem in Parcarum consiliis et societate, ut dea *πάρεδρος*, apparet *Iustitia*, *Δίκη*, quae a summa, qua res humanas moderatur, potestate *potens* dicitur. — v. 17. Ac de hoc (sc. quin uno eodemque tempore morituri simus) dubitationem plane eximit casuum atque eventorum, quae utrique nostrum acciderunt, similitudo; cuius quidem causas in consensu sideris nostri natalitii latere existimo. *Seu Libra me adspicit*, adfulget mihi, vim in me habet, utpote sidus, quod natali hora emerserit. Huius enim vis in horoscopo reliquis, certa aliqua caeli parte ab eo distantibus, aut e regione oppositis, praevalere credita. Est adeo: *seu Libra* sidus meum natalitium est *seu Scorpius*. — *formidolosus*, adspectu terribilis, formidabi-

---

chia dicunt, Centenasque manus. [*Si pot. iust. placit. Parc.*] ac si diceret, fataliter habeo, ut divelli a te non possim. [*Seu Libra*] Ordo est: *Vtrumque nostrum astrum consentit incredibili modo, seu adspicit me Libra, seu formidolosus Scorpius, pars violentior horae natalis, seu adspicit me Capricornus, tyrannus Hesperiae undae.* Per geniturae commemorationem, horoscopos suos similes esse et in se asserit convenire, in quibus vitae finis apparet. Vnde dicit quum tempore uno,

apud te loquor et ante iuravi. [*Seu Libra seu me Scorp. adsp.*] sensus est: in quocunque signo horoscopum nativitatis meae constitutum habeo, hoc intelligo tuo horoscopo convenire, ac per hoc unam genesin

Formidolosus, pars violentior
Natalis horae, seu tyrannus
Hesperiae Capricornus undae:
Vtrumque nostrum incredibili modo

v. 19. *Letalis* duo Blandd. Cruqu. Fran. Vand. B, *Loetalis*. φ, H, *Loetalis*, var. *Natalis*. O, P, *Letalis*, var. *Natalis*. I, *Natalis*, var. *Loetalis*. (*B, glossa ad verbum *formidolosus* „omine mortis, qui est, sicut dicunt, letale signum eo, quod qui in illo fuerint nati, citius moriantur.") Duo codd. Blandd. hab. *loetalis horae*, sed non glossam. Etiam apud Graev. var. lect. *Natalis* pro *Letalis*.
21. *Vtrimque* Lips. 3.

---

lis, Scorpii sidus *κακοποιόν*, ornatu a noxia huius animalis natura petito. — *Pars natalis horae* s. geniturae dicitur, quia plures stellae observabantur, earumque intervalla, quibus cum inter se tum ab astro primario distabant, notabantur; quae notatio horoscopus dicebatur. Iam quum Scorpius in noxiis haberetur, sidus autem, quod in ipsa natali hora emergeret, ceteris efficacius putaretur, poeta Scorpii sidus natalitium *partem* appellat *violentiorem*, quae vim reliquorum, quae genesin efficiunt, beneficam frangit ac hebetat.
v. 19—20. *Capricornus tyrannidem* exercet, dominatur *undae Hesperiae*, fluctibus maris occidentalis, quatenus ortus eius (qui incidit in a. d. XVI. Cal. Ian.) et occasus (a. d. VIII. Id. Iul.) maximas procellas excitare credebatur. Vid. ad I, 3, 15. Propert. IV, 1, 107. *Quid moveant Pisces, animosaque signa Leonis, lotus et Hesperia quid Capricornus aqua.*
v. 17—22. Mathematici et Astrologi ab adspiciendo, quo verbo hic utitur Horatius, adspectus appellant; sed ii adspectus intelliguntur stellarum errantium inter se, non ad homines referuntur, quo modo velle videtur Horatius. Cic. de Div. II, 42, 89. — Significat, se eo temporis momento natum esse, quo Mars in orbis signiferi parte sibi imminente et propinqua fuerit. Est autem Martis stella, ut etiam Saturni, malefica et inclemens astrologorum sententia. — Capricornus Saturno adscribitur. — Iupiter prosper et salutaris est, Saturnus maleficus, perniciosus, pestilens. Significat igitur, cum Maecenatis ortus diesque natalis Iovis et Saturni sit particeps, Iovis stellam prosperam ac salutarem Saturni inclementiam contudisse ac discussisse, a Maecenate denique perniciem ei imminentem ac praesentem avertisse.
v. 21. Quodcunque tandem sidus fuerit, quaecunque in hora mea natali

---

ille aegritudine, hic casu arboris, periclitatus sit. [*Formidolos.*] Timendus, qui naturaliter formidandus sit, ut Sallustius: *Etiam tum potentia Cn. Pompeii formidolosa erat.* [*Violent.*] prae omnibus iniquior natalis horae. Infestus enim fertur Scorpius geniturae iuxta mathesin. Tractat genituras amborum, dicens se seu horoscopum, i. e. horam, in qua natus est, in Libra habere seu in Scorpione, qui iuxta Libram est, contrarius illi Saturnus erat, seu in Capricorno horam habuit, in illis diameter ei erat hic quadratus, sicut et Maecenati, quem Iupiter illic positus temperavit. [*Horae*] dativus casus est. [*Seu tyrannus Hesperiae Capric. undae*] Capricornum tyrannum dixit, ideo quia hiemale signum est; oritur enim XVI Cal. Ianuarii et occidit XVII Cal.

nos morum aequitatem habere. [*Seu tyr. Hesper. Capr. undae*] tyrannum nunc ideo dixit hunc, quod hiemale signum oritur XVI Cal. Ianuarii, occidit autem XVIII Cal. Feb. quod tempus in undas quasi dominatur, i. e. saevit. *Hesperiae* autem *undae*, quare? nisi forte vult intelligi

Consentit astrum. Te Iovis impio
Tutela Saturno refulgens
Eripuit, volucrisque Fati

v. 22. *Cònsensit* var. lect. Ion. V. D. Va. B. ap. Feam.
24. *volucresque* quid. Lamb. unus Bersm. Lips. 1. cett. Venet. 1492. Locher. Asc. Sic etiam accipit Bentl. Sensus autem et elegantior et exquisitior evadet, si *volucris Fati* legeris. *alis* (sic) Cod. Guelf. lapsus videtur.

---

coniunctio, ea certe tuae genesi simillima fuerit, necesse est; quandoquidem par fere fatum uterque habuimus, et in discrimen mortis adducti et inde servati. — Aiunt fere, loqui poetam de gravi morbo, ex quo convaluerit Maecenas; sed intelligitur, ut Ianius quidem putat, ex toto nexu sententiarum, cogitandum periculum, simile illi, in quo Horatius fuisset, hinc casum repentinum, inopinatum, ab externis causis profectum, cum subitae mortis periculo coniunctum. Eum casum definire frustra coneris. Massonus ob ea, quae sequuntur v. 25—26. opinatur, eum in spectaculo periculum vitae subiisse et comparat Suet. in Vit. Aug. c. 43.; sed haec certe exempla plane aliena esse, facile apparet. Interpretes de hac re multa frustra scilicet tentarunt; casus enim, qui hic a poeta commemoratur eiusmodi est, ut nihil certi de eo statui possit. Doeringus locum ipsum ad Carm. I, 20, 3. revocat, contenditque Maecenatem a gravi morbo recreatum intelligi debere. — v. 22. In Maecenatis adeo genitura praesidebat Saturni sidus *impium*, pestiferum, exitiosum, *grave*, (Propert. IV, 1, 106. adde Apulei. Florid. p. 124. Bip.) cuius tamen vis *felicis* (Propert. l. l.) *Iovis stellae* radiationibus mitigabatur ac temperabatur. *Iovis* igitur *tutela*, sidus tutelare, salutare *refulgens*, ex adverso radians, opposita (Saturni stellae) *eripuit*, subtraxit te *Saturno impio*, periculo a Saturni sidere pernicioso tibi imminente. Pers. V, 45 sqq. *Non equidem hoc dubites, amborum foedere certo consentire dies et ab uno sidere duci. Nostra vel aequali suspendit tempora Libra Parca tenax veri, seu nata fidelibus hora dividit in Geminos concordia fata duorum: Saturnumve* (male legitur *que*) *gravem nostro Iove frangimus una.*
v. 24. Teque praesentissimo vitae periculo liberavit. Iupiter *tardavit*, inhibuit, repressit *alas Fati volucris*, alas volucres Fati, Fatum impetuose in te involans, irruens. Scilicet sollenni imagine, Homero potissimum frequentata, *Μοῖρα* homini ἐπισκήπτειν, ἐπιχράειν dicitur;

Februarii, et dum Sol in Capricornum venerit, tunc generat tempestates maxime in Italia. Aut ideo posuit *Hesperiae undae*, quia voluit intelligi occasum signi huius magis saevire tempestatibus, quam ortum; ut per *Hesperiam undam* occiduam partem Oceani et ex eo occasum eius voluisset intelligi. [*Te Iov. imp. Saturn. refulg. Erip.*] mortem dicit submovisse Iovis beneficam stellam, maleficam, respicientem Saturni. Ordo est: *Te eripuit tutela Iovis, refulgens impio Saturno et tardavit alas volucris fati, cum frequens populus ter crepuit laetum so-*

occasum signi huius magis saevire tempestatibus quam ortum, ut per Hesperiam undam, occiduam partem Oceani et ex ea occasum signi huius intelligamus. [*Te Iovis impio Tut. Saturn. refulg. Erip.*] aiunt Saturni stellam infestam esse hominibus, Iovis autem e contrario saluberrimam. Saturni pericula afferre, eaque tamen evinci superfulgente Iovis stella. Per haec significat periculo adversae valetudinis nuper Maecenatem liberatum, cui ob hanc gratulationem populus in theatro plausum edidit, eodemque similiter tempore et se periclitatum

Tardavit alas, quum populus frequens
Laetum theatris ter crepuit sonum:
Me truncus illapsus cerebro
Sustulerat, nisi Faunus ictum
Dextra levasset, Mercurialium
Custos virorum. Reddere victimas
Aedemque votivam memento:
Nos humilem feriemus agnam.

v. 25. *tum pop.* duo Torr. Cun. male. Vand. φ, *te populus.* H, M, P, *tum.* — 26. *Festum* pars scriptorum pro *Laetum*, testibus Cuningamio et Sanadone, quibus placet *Faustum.* Vand. S, *strepuit.* — 29. *Dexter* (ad dextram stans) emend. Cun. et sic San. — 32. *humiles* duo Blandd. Cruqu.

---

unde *alatam* eam effinxit Horatius. — v. 25. Quod accidit eo tempore, *quum populus*, quo die te primum, recuperata valetudine, in theatro adfuturum audierat, *frequens*, magna ideo frequentia in *theatris* congregatus *ter crepuit sonum*, edidit plausum, intranti tibi applaudit. — *laetum*, quo laetitiam suam ob receptam sanitatem testatam faceret.
v. 27. *Truncus* arboris *illapsus cerebro me sustulerat*, docte pro, arbor *cerebro*, capiti meo *illapsa* fuisset, *me*que adeo *sustulisset*, necasset, nisi *Faunus ictum*, ab arbore intentatum, *dextra* protenta *levasset*, sustinuisset, avertisset. Ad rem cf. c. 13. huius libri. Fauno acceptam hanc suam salutem refert poeta, utpote deo agresti, in primis Sabini sui, ubi res ista evenerat, (II, 13, 10.) custodi vigilantissimo. Cf. I, 17. init. Iam quum hoc sibi, tanquam poetae, cuius *pietas et Musa Diis curae* cordique esset (I, 17, 13. cf. I, 22.) accidisse persuasum haberet, satis proclive erat, eundem Faunum inter *custodes* s. Deos tutelares *Mercurialium virorum*, poetarum referre. — *sustulerat*, non pro coniunctivo, ut dicunt, ponitur indicativus plusquamperfecti, sed utuntur Latini scriptores indicativo plusquamperfecti, ubi rem aliquam (s. alicuius rei eventum) intelligunt, quae accidisse cogitatur. Exempla, quibus haec ratio loquendi illustratur, tironibus suppeditabit quaevis Grammatica Latina. Res nota. — v. 30. Quare *memento reddere*, redde, persolve, para *victimas votivas*, sacrum ex voto debitum, et *aedem votivam.* Ad utrumque enim referendum. *Reddere* proprium verbum de sacrificiis ac muneribus, quae ex voto diis persolvuntur. Propert. II, 21, 59. *Tu quoniam es, mea lux, magno demissa periclo, munera Dianae debita redde choros.* — v. 32. Nos agna caesa sacrum

---

num. In theatris ostendit populum pro gratia plausum dedisse. [*Cum popul. freq.*] ostendit populum per gratiam Maecenatis comperto, quod evasisset aegritudinis periculum, in theatro congratulantem saluti eius absenti et adhuc invalido plausum dedisse. [*Me truncus illaps. cerebro*] ad illud retulit, quod dixerat utriusque astrum certa ratione coniunctum. [*Faunus*] deus agrestium et silvarum. [*Mercur.*] doctorum, qui in tutela Mercurii sunt. Mercurius enim deus facundiae dictus est. [*Aedemq. votiv. memento*] ut memor sit voti solvendi hortatur, quia aedem, si evasisset, Saluti promiserat. [*Nos humil. fer. agnam*] non *humilem agnam*, sed humilium oblationi aptam. Maecenatis enim velut potentis votum fuerat.

repentino arboris ictu, de quo supra locutus. Ita autem idem attulit, ut illud probaret, quod supra dixit: *Vtrumque nostrum incredibili modo Consentit astrum.*

Consentit astrum. Te Iovis impio
 Tutela Saturno refulgens
  Eripuit, volucrisque Fati

v. 22. *Cònsensit* var. lect. Ion. V. D. Va. B. ap. Feam.
24. *volucresque* quid. Lamb. unus Bersm. Lips. 1. cett. Venet. 1492. Locher. Asc. Sic etiam accipit Bentl. Sensus autem et elegantior et exquisitior evadet, si *volucris Fati* legeris. *alis* (sic) Cod. Guelf. lapsus videtur.

---

coniunctio, ea certe tuae genesi simillima fuerit, necesse est; quandoquidem par fere fatum uterque habuimus, et in discrimen mortis adducti et inde servati. — Aiunt fere, loqui poetam de gravi morbo, ex quo convaluerit Maecenas; sed intelligitur, ut Ianius quidem putat, ex toto nexu sententiarum, cogitandum periculum, simile illi, in quo Horatius fuisset, hinc casum repentinum, inopinatum, ab externis causis profectum, cum subitae mortis periculo coniunctum. Eum casum definire frustra coneris. Massonus ob ea, quae sequuntur v. 25—26. opinatur, eum in spectaculo periculum vitae subiisse et comparat Suet. in Vit. Aug. c. 43.; sed haec certe exempla plane aliena esse, facile apparet. Interpretes de hac re multa frustra scilicet tentarunt; casus enim, qui hic a poeta commemoratur eiusmodi est, ut nihil certi de eo statui possit. Doeringus locum ipsum ad Carm. I, 20, 3. revocat, contenditque Maecenatem a gravi morbo recreatum intelligi debere. — v. 22. In Maecenatis adeo genitura praesidebat Saturni sidus *impium*, pestiferum, exitiosum, *grave*, (Propert. IV, 1, 106. adde Apulei. Florid. p. 124. Bip.) cuius tamen vis *felicis* (Propert. l. l.) *Iovis stellae* radiationibus mitigabatur ac temperabatur. *Iovis* igitur *tutela*, sidus tutelare, salutare *refulgens*, ex adverso radians, opposita (Saturni stellae) *eripuit*, subtraxit te *Saturno impio*, periculo a Saturni sidere pernicioso tibi imminente. Pers. V, 45 sqq. *Non equidem hoc dubites, amborum foedere certo consentire dies et ab uno sidere duci. Nostra vel aequali suspendit tempora Libra Parca tenax veri, seu nata fidelibus hora dividit in Geminos concordia fata duorum: Saturnumve* (male legitur *que*) *gravem nostro Iove frangimus una.*
v. 24. Teque praesentissimo vitae periculo liberavit. Iupiter *tardavit*, inhibuit, repressit *alas Fati volucris*, alas volucres Fati, Fatum impetuose in te involans, irruens. Scilicet sollenni imagine, Homero potissimum frequentata, *Μοῖρα* homini *ἐπισκήπτειν*, *ἐπιχράειν* dicitur;

Februarii, et dum Sol in Capricornum venerit, tunc generat tempestates maxime in Italia. Aut ideo posuit *Hesperiae undae*, quia voluit intelligi occasum signi huius magis saevire tempestatibus, quam ortum; ut per *Hesperiam undam* occiduam partem Oceani et ex eo occasum eius voluisset intelligi. [*Te Iov. imp. Saturn. refulg. Erip.*] mortem dicit submovisse Iovis beneficam stellam, maleficam, respicientem Saturni. Ordo est: *Te eripuit tutela Iovis, refulgens impio Saturno et tardavit alas volucris fati, cum frequens populus ter crepuit laetum so-*

occasum signi huius magis saevire tempestatibus quam ortum, ut per Hesperiam undam, occiduam partem Oceani et ex ea occasum signi huius intelligamus. [*Te Iovis impio Tut. Saturn. refulg. Erip.*] aiunt Saturni stellam infestam esse hominibus, Iovis autem e contrario saluberrimam. Saturni pericula afferre, eaque tamen evinci superfulgente Iovis stella. Per haec significat periculo adversae valetudinis nuper Maecenatem liberatum, cui ob hanc gratulationem populus in theatro plausum edidit, eodemque similiter tempore et se periclitatum

Tardavit alas, quum populus frequens
Laetum theatris ter crepuit sonum:
 Me truncus illapsus cerebro
  Sustulerat, nisi Faunus ictum
Dextra levasset, Mercurialium
Custos virorum. Reddere victimas
 Aedemque votivam memento:
  Nos humilem feriemus agnam.

v. 25. *tum pop.* duo Torr. Cun. male. Vand. φ, *te populus.* H, M, P, *tum.* — 26. *Festum* pars scriptorum pro *Laetum*, testibus Cuningamio et Sanadone, quibus placet *Faustum.* Vand. S, *strepuit.* — 29. *Dexter* (ad dextram stans) emend. Cun. et sic San. — 32. *humiles* duo Blandd. Cruqu.

---

unde *alatam* eam effinxit Horatius. — v. 25. Quod accidit eo tempore, *quum populus*, quo die te primum, recuperata valetudine, in theatro adfuturum audierat, *frequens*, magna ideo frequentia in *theatris* congregatus *ter crepuit sonum*, edidit plausum, intranti tibi applaudit. — *laetum*, quo laetitiam suam ob receptam sanitatem testatam faceret.
v. 27. *Truncus* arboris *illapsus cerebro me sustulerat*, docte pro, arbor *cerebro*, capiti meo *illapsa* fuisset, *me*que adeo *sustulisset*, necasset, nisi *Faunus ictum*, ab arbore intentatum, *dextra* protenta *levasset*, sustinuisset, avertisset. Ad rem cf. c. 13. huius libri. Fauno acceptam hanc suam salutem refert poeta, utpote deo agresti, in primis Sabini sui, ubi res ista evenerat, (II, 13, 10.) custodi vigilantissimo. Cf. I, 17. init. Iam quum hoc sibi, tanquam poetae, cuius *pietas et Musa Diis curae* cordique esset (I, 17, 13. cf. I, 22.) accidisse persuasum haberet, satis proclive erat, eundem Faunum inter *custodes* s. Deos tutelares *Mercurialium virorum*, poetarum referre. — *sustulerat*, non pro coniunctivo, ut dicunt, ponitur indicativus plusquamperfecti, sed utuntur Latini scriptores indicativo plusquamperfecti, ubi rem aliquam (s. alicuius rei eventum) intelligunt, quae accidisse cogitatur. Exempla, quibus haec ratio loquendi illustratur, tironibus suppeditabit quaevis Grammatica Latina. Res nota. — v. 30. Quare *memento reddere*, redde, persolve, para *victimas votivas*, sacrum ex voto debitum, et *aedem votivam.* Ad utrumque enim referendum. *Reddere* proprium verbum de sacrificiis ac muneribus, quae ex voto diis persolvuntur. Propert. II, 21, 59. *Tu quoniam es, mea lux, magno demissa periclo, munera Dianae debita redde choros.* — v. 32. Nos agna caesa sacrum

---

num. In theatris ostendit populum pro gratia plausum dedisse. [*Cum popul. freq.*] ostendit populum per gratiam Maecenatis comperto, quod evasisset aegritudinis periculum, in theatro congratulantem saluti eius absenti et adhuc invalido plausum dedisse. [*Me truncus illaps. cerebro*] ad illud retulit, quod dixerat utriusque astrum certa ratione coniunctum. [*Faunus*] deus agrestium et silvarum. [*Mercur.*] doctorum, qui in tutela Mercurii sunt. Mercurius enim deus facundiae dictus est. [*Aedemq. votiv. memento*] ut memor sit voti solvendi hortatur, quia aedem, si evasisset, Saluti promiserat. [*Nos humil. fer. agnam*] non *humilem agnam*, sed humilium oblationi aptam. Maecenatis enim velut potentis votum fuerat.

repentino arboris ictu, de quo supra locutus. Ita autem idem attulit, ut illud probaret, quod supra dixit: *Vtrumque nostrum incredibili modo Consentit astrum.*

CARMEN XVIII.

ARGUM. *Invehitur in hoc carmine Horatius in suae aetatis luxum ingravescentem, dicitque se in re tenui esse paucis contentum, neque unquam maiora deos orare. Luxus quidem iste in primis in aedificiis amplis exstruendis cernebatur, quod iam supra in carmine decimo quinto huius libri vidimus. Quemadmodum autem semper fieri solet, ut luxuria incrementa in dies capessente mores probi, virtutisque disciplina severior magis, magisque negligatur, absque hominibus nihili plane putetur, quod nostris temporibus animadvertitur, aetate etiam, qua vixit Horatius, non sine rei publicae detrimento accidit.*

Non ebur neque aureum
    Mea renidet in domo lacunar:
Non trabes Hymettiae
    Premunt columnas ultima recisas

VARO quid. Torrent. unde hic scriptum putat carmen ad istum Varum, ad quem erat I, 18. Sed recte vidit Dacer. ortam fuisse eam inscriptionem ex AVARO, unde prima littera perierit. Vand. A, AD AVARVM. γ, H, AD VARVM. DE CONTINENTIA Cod. Goth. PROTEMPTICE Cod. Guelf.

v. 2. *meis in aedibus nitet lacunar*, nova lectio ap. H. Steph. diatr. II. p. 135. — 3. *Hymettias* et mox *recisae* coni. Thom. Gale apud Bentl. (cui quidem non displicet); et sic Cun. San. Non putarunt viri docti esse potuisse trabes marmoreas, dum proprie acceperunt de trabibus lectorum, cubiculorum etc. *Trabes ultima recisas Africa* esse intelligendas citreas, ex arbore, quam *θύαν* Graeci, citrum Latini vocent, quaeque in Mauritania habitarit, columnas Hymettias satis celebres esse. Sed ita non est, quod haereamus, ut potius architectura antiqua vulgatam tueatur. Alteram tamen lectionem sensum aptum et elegantem praebere, negari nequit. De his autem var. lect. apud Feam leguntur, quae

Fauno faciemus *humile*, tenue, pro re tenui nostra. — *Faunus;* villa enim Sabina, ubi Horatius pene fuerat exstinctus arboris casu, in peculiari Fauni erat tutela. *Mercurius* supr. I, 10, 6. *curvae lyrae parens* dicitur. Ambo pertinent ad poetarum deos tutelares, quorum numerus minime parvus.

v. 1 — 8. In domo mea nihil pretiosum, quod oculos praestringat, neque eboris neque ulla auri lamina, conspicitur, est. Exquisitior autem forma, *ebur*, *aurum renidet in domo*, altera, *domus renidet*, re-

ACR. [*Non ebur neque aureum*] metrum Hipponactium et primus versus est trochaicus dimeter catalectus, una enim syllaba deest, ut sit plenus dimeter. Scanditur enim ita: *Non e | bur ne | qu'aure | um.* Secundus iambicus trimeter catalectus. Scanditur ita: *Mea | reni | det in | domo | lacu | nar.* Appellatur autem hoc metrum aliter Euripideum, non quod ipse sit inventor eius, sed quod frequenter eo sit usus. Trochaicum autem metrum recipit pedes imparibus locis trochaeum, tri-

POR. [*Non ebur*] haec ode in continentiam scribitur, per quam paupertatem suam omnibus divitiis praefert. [*Trab. Hymett.*] marmor Achaicum dicit, quod caeditur in Hymetto, monte Atticae regionis. [*Renidet*] fulget, significat. [*Vltim. recis. Afr.*] in Numidia, quae est

Africa: neque Attali
    Ignotus heres regiam occupavi:

hic exarare nobis haud displicet. Plane desipiunt in notione antiquitatum Gale, Cuning. et Sanadon, qui legunt: *trabes Hymettias premunt columnas ultima recisae Africa;* ut sint *trabes recisae Africa*, quae *premant columnas Hymettias;* nempe trabes citreae ex Africa pro tectis, lacunaribus et cubiculis. *Trabes Hymettiae* sunt epistylia, quae Ital. dicimus *architravi*, e marmore albicante montis Hymetti, prope Athenas, et *columnae recisae* ex ultima Africa, sunt columnae e marmore Numidico seu Libyco, quod vulgo appellamus *giallo antico;* de quibus passim mentio fit apud scriptores. Vid. Caryophil. de Antiq. marm. p. 4. et 43. Eas videmus Romae in Pantheo M. Agrippae, in Arcu triumphali Constantini M., in Ecclesia Lateranensi, et alibi.

splendet *ebore*, *auro*, qua usus est Bacchylides, cuius locum in animo fortasse habuit h. l. Horatius c. XI, 11, 12. (Anal. Br. I, 151.) *Χρυσῷ δ' ἐλέφαντι τε μαρμαίρουσιν οἶκοι.* et Lucret. II, 27. *Nec domus argento fulget, auroque renidet.* Nam *renidere* proprie de fulgore repercusso. vid. ad II, 5, 19. Iam *ebur* veteribus exornandae domui varie inserviebat. Nam et postes, parietes, pavimenta et varii generis supellex, sellae, vasa cett. isto inducta vel adeo ex eo dolata erant; quae generatim poeta ita complectitur. — *Lacunar aureum*, auro inductum, condecoratum. v. II, 15, 11. — v. 3 — 4. *Trabes* h. l. superiores columnae partes, epistylium, zophorum et coronam, *trabeationem* simpliciter dictam, complectuntur. Erant eae fere ligneae, auro, (Lucan. X, 114. *crassumque trabes absconderat aurum.*) anaglypho opere, maxime animalium sculpturis (unde et zophori appellatio derivatur. v. Vitruv. III, 2.) aliisque modis condecoratae. Sed etiam lapideas ac marmoreas eas fuisse, vel ex h. l. discitur. Cf. Bentl. h. l. *Trabes Hymettiae* adeo sunt, e marmore Hymetti, Atticae montis, excisae. De eo Strabo IX. p. 613. *μαρμάρου δ' ἐστὶ τῆς τε Ὑμηττείας καὶ τῆς Πεντελικῆς κάλλιστα μέταλλα πλησίον τῆς πόλεως*, *L. Crassum primum columnas habuisse Hymettias* tradit Plin. XXXVI, 3. eundemque a Cn. Domitio, collega suo, graviter notatum memorat Valer. Max. IX, 1. unde in maximo illud pretio fuisse, facile intelligitur. — *trabes*, intellige superiores columnae partes, (*das Gebaelk*) nempe *epistylium*, (*Unterbalken, Architrab*) *zophorum*, (*Friess*) *coronam*, (*Kranz, Karniess*) columnae scapo (*Schaft*) eiusque capitulo incumbentes. Has tres superiores columnationis partes (quas *trabeationem* uno vocabulo recentior usus vocavit) Horatius nomine *trabium* intelligit. — Trabes ex monte Hymetto petitae columnis e lapide Numidico ab ultima Africa devectis innituntur.

v. 4. *premunt*, impositae sunt, incumbunt columnis. — *recisas*

brachum et interdum dactylum; in paribus autem trochaeum, tribrachum, dactylum, spondeum, anapaestum, habet pentemimerin et heptemimerin. De continentia scribit et paupertatem suam omnibus divitiis praefert, culpans eos, qui obliti brevis vitae, cupiditatibus et divitiis student. [*Non ebur*] *ebur* pro derivativo, ut sit eburneum. Ordo est: *Non renidet in domo mea eburneum neque aureum lacunar.* [*Hymettiae*] i. e. de Hymetto monte marmora excisa, quae Thebaica dicuntur. [*Neque Attali Ignotus heres*] ostendere vult Romanos non

Africae pars interior. [*Neq. Attal. Ignot. her. reg. occup.*] Attalus, rex Asiae, Pergami regnavit, cuius hereditatem Pop. Rom. cepit. Dicendo autem *heres occupavi*, sibi suspicionem dat, quasi existimans here-

Nec Laconicas mihi
Trahunt honestae purpuras clientae.

v. 7. *Laconias* Pulm. 1. unus Cruqu. liber Gifanii, Dess. 2. Helmst. Cun. San. Vand. N, T, *Laconias*.

8. *clientes* Pulm. 1, 2, 4. unus Bland. Cruqu. a m. s. omn. Torr. quid. Lamb. duo Bersm. Alt. 1. (qui idem habet *honesti*) et 2. Dess. 1. a m. s. et 2. Lips. 1. a m. s. 2, 3, 4. Zar. Flor. Venet. 1492. Asc. Locher. Vand. A, *clientae*, at man. sec. *clientes*. γ, *clientae*, al. omn. *clientes*. Praestat procul dubio lectio: *clientae*, propter codd. plur. opt. auctoritatem. Verum quod ad hanc scripturam, inquit Lamb., attinet, eam in uno dumtaxat. libro vetere reperi, eoque Vaticano: quem tamen corruperat nescio quis imperitus literarum, adiecta *s*. Plautus quoque utitur hoc nomine in Rudente IV, 1, 1 sq.

---

ultima Africa, de marmore Numidico. Proprie marmor *reciditur*, dum ex omni parte acciditur et expolitur, donec columnae formam induit. Hinc ipsae *columnae recisae* dicuntur. *Vltimam Africam* dixit poeta simpliciter, remotam, longe dissitam, ut *ultimos Gelonos* II, 20, 18. *ultimos Britannos* I, 35, 29. *ultimam Hesperiam* I, 36, 4. Potest esse: ultimae Africae pars, quae sc. Romanis innotuit, Numidia. Nobilissimum autem marmor Numidicum, pavimentis maxime et columnis, ob duritiem, a veteribus adhibitum. In deliciis maxime erat subnigrum, et quod variis maculis distinctum esset. Vide omnino Plin. XXXVI, 8. — v. 5—6. Iam cum amplissima patrimonia sollenni istius temporis more Attali opibus designasset, facile exspectari poterat, ut reliquum orationis ornatum inde repeteret. Pro maximis opibus adeo est *regia Attali*, regiae opes Attali; has *occupat*, invadit, involat, sibi vindicat, *heres*, tanquam haeres scriptus, cum tamen sit *ignotus*, testatori ne de facie quidem, albus aterve sit, cognitus; qui adeo, cum nec suus sit, nec vere institutus, fraude haereditatem adquirit. Exquisito autem delectu poeta adhibuit v. *occupare;* nam *regia occupatur*, affectata iniusto modo dominatione (fere ut Phaedr. I, 2, 5. *arcem occupat Pisistratus*) et *hereditas*, fraude adita. Claudian. in Ruf. I, 191. *Laribus pellit, detrudit avitis finibus* (fere ut infra vv. 23—27.) *aut aufert vivis aut occupat heres.* — *neque occupavi*, exquisite pro, accepi, *regiam*, regnum et regias opes, *Attali*, tanquam *heres ignotus*, non suus, non legitimus s. institutus, sed alienus, artibus malis nactus haereditatem, qualem nos dicimus: *Erbschleicher*, (heredipeta). Iam Attalus ille regni sui haeredem populum Romanum, ut satis quidem inter omnes constat, scripserat. Sed illud admodum felici successu sibi vindicabat Aristonicus, Eumenis ex pellice filius, ferox iuvenis; donec M. Perperna Consul, illo domito et capto, Asiam subiecit populo Romano et immensas gazas Attalicas Romam deportavit. Liv. epit. LIX. Flor. II, 20. Iustin. XXXVI, 4. Sed Vellei. Pat. II. 4. Aristonicum regiae stirpis originem mentitum ait. Itaque cum Scholl. et multi post eos notari dicunt Romanorum avaritiam, qui non iure obtinuerint regnum Attali, tum alii, ut Dacer. Sanad. Aristonicum peti credunt. Ego neutrum voluisse putem Horatium, de qua re nobis adsentire videntur optimi commenta-

---

iure factos Attali heredes. [*Clientae*] familiares, vicinae. Ostendit votum clientum, quorum uxores, cum nobilibus togae praetextae fiunt, ad spem magistratuum gerendorum purpuras carpentes, iuvant matro-

ditatem vindicasse. [*Lacon. mihi Trah. hon. purp. client.*] hoc illo pertinet, quod praetextas togas cum sibi nobiles conficiunt, ad spem magistratuum agendorum, votum sit uxoribus clientum ad motronam con-

At fides et ingenî
Benigna vena est; pauperemque dives

v. 9. *ingenii* scribit Heins. post quosd. mss. *et ingenî* coni. Cuning.

---

tores, qui Horatii carmina interpretati sunt, v. c. Mitsch., Doer. aliique plures. Nam neque populus Romanus erat *ignotus heres*, neque Aristonicus *occuparat* s. obtinuerat regiam. Denique luxum et mores seculi sui descripturus poeta (hoc enim procul dubio est illi consilium) minus apte profecto rem ante amplius centum annos factam repraesentasset et perstrinxisset. Simpliciter potius usitatam eo tempore potentibus divitiarum comparandarum viam, testamenta subiecta et haereditates dolo adquisitas, petit, et *Attali* gazas, quae in proverbium, conf. I, 1, 12. ubi *Attalicae conditiones* pariter atque hoc loco *Attalus* ipse sive *Attali regia* commemorantur, abiissent, solius ornatus gratia commemorat.

v. 7—8. Duobus modis horum vv. constitui sententia potest, prouti vim verborum, quae vel sensui vel soli ornatui inserviant, definias. Potest esse: neque clientium multitudo mihi adest; ut adeo nobilitas universe designetur a turba clientium (cf. III, 1, 13.), quae tanto illustrior est, quo *honestiores* sunt, qui sese in fidem patrociniumque dediderunt. Tum quo magis nobilitatis notionem extolleret poeta, eidem viam ad summos magistratus capessendos munitam clientarum studiis in purpureo clavo, quorum insigne is esset, occupatis docte declarasse videri potest. Esset adeo generatim: neque nobilitate conspicuus sum. Ac hanc quidem rationem unanimi intpp. consensu comprobatam videas. Potest vero etiam simpliciter esse: non purpureis vestibus, stragulis utor, iis careo; ut divitiarum notio etiam hic sit primaria, purpura, more Horatio sollenni (cf. II, 16, 7. III, 1, 42.) in specie declarata. Quod quidem cum sententiarum series (etiam v. 10. *pauperem*que dives me petit) efflagitare, tum Bacchylidis locus, (*οὔτε πορφύρεοι τάπητες, ἀλλὰ θυμὸς εὐμενής*, cett.) quem totum planissime expressit, adtextisque Romanis ideis suum fecit, suadere videtur. — *trahunt purpuras*, ducunt fila lanea, nent lanam purpura tinctam. — *Laconicas*, tanquam nobilioris generis; erat enim lucidior reliquis. Vnde eandem poeta fortasse designavit III, 1, 42. Appellata autem sic a murice, unde ea fieret, ad Laconiae oram capi solito. — v. 9. *Fides* omnino h. l. potest esse animi integritas; ut opponatur avaritiae rapacitatique divitum pessimis artibus rem augentium (v. 6 et 23 sqq.); verius tamen existimem, ad exornandam t[illegible]ntum vatis ideam hic a poeta adiici. Vatibus enim ex antiqua ipsorum notione *pietas* (I, 17, 14.) *vitaeque integritas* (I, 22, 1.) propria. In Bacchylide tamen est: *ἀλλὰ θυμὸς εὐμενής, Μοῖσά τε γλυκεῖα*, quod priori rationi favere videtur. — *Vena ingenì benigna*, quae benigne, h. e. large (I, 9, 6.) fluit, ingenium fertile, fecundum, facultas poetica. Nam poetis in primis *flumen* tribuitur, quod rerum verborumque copia exuberans phantasmatumque mira varietate *immensum profundoque ore ruit*, IV, 2, 7. — *vena* passim pro: fonte; similiter infr. Ep. ad Pis. v. 409. *dives vena* appellatur.

v. 10. Potest iungi cum superioribus; ideoque *divites*, maximi in

---

nas. Vnde dicit, dum sibi ista desunt, fide se et ingenio divitem. [*Nec pot. am.*] Maecenatem significat, a quo se dicit maiora non quae-

ficientem convenire et purpuram causa ipsius carpere. [*At fides et ingenì Benig. vena est*] hic locus similis est illi Virgiliano: *Si non ingentem foribus domus alta superbis, Mane salutantum totis vomit aedibus undam.* [*Pauperemq. dives Me petit*] h. e. gratia me petit. [*Nih. supr.*

Me petit. Nihil supra
    Deos lacesso: nec potentem amicum
Largiora flagito,
    Satis beatus unicis Sabinis.
Truditur dies die,
    Novaeque pergunt interire Lunae:

v. 11. Vand. A, *nihil supra?* — 14. *in vicis Sabinis* Helmst. a m. s. 15. *T. die dies* Cun.

---

rep. viri, *me*, etsi *pauperem*, *petunt*, meam amicitiam ultro expetunt, iis placeo facultate mea poetica. Cf. IV, 3. extr. Multo tamen maior vis sententiae, per se acceptae, inest, hoc quidem inverso modo: Non adeo potentiorum limina, eorum gratiam non aucupor, ab iis contra expetitus. Praeclare sic animum ab omni opum ambitione honorumque contentione alienum et in sola Maecenatis gratia ac liberalitate adquiescentem profitetur atque explicat poeta. — v. 11. *nihil supra*, insuper, praeterea, *Deos lacesso*, a Diis expeto, in votis habeo, nihil ulterius concupisco. — v. 12. *Nec amicum potentem* divitiis, in amplissima fortuna constitutum, qui adeo et benigne dare posset et pro ea, qua me dignatur, *amicitia*, lubens mihi daturus esset, Maecenatem *largiora flagito*, ut mihi amplius quidquam largiatur, ut qui *satis* superque *beatus*, dives mihi videar, contentus sim *unicis Sabinis*, unico agello Sabino; fere ut Epod. I, 31. *Satis superque me benignitas tua ditavit.* Blanda autem admodum haec ad Maecenatem est conversio, eiusdemque liberalitatis commemoratio, nec studiose adquisita, nec ambitiose facta. Cf. III, 16, 29. — v. 15 sqq. Nexus sententiarum: Equidem in parva mea fortuna lubentissime adquiesco, de eaque amplianda tanto minus animum subit cogitatio, quo angustius vitae tempus est, quo frui ea licet. Quam stulte igitur faciunt ii, qui in tam praecipiti temporis fuga, tam certaque adeo vitae brevitate novas usque spes inchoant, qui, lineis admoti, de aedificiis quam splendidissime exstruendis exornandisque, quae ne intraturi quidem sunt, unice cogitant ac laborant. Quam insanos, quam flagitiose perditos putas eos, qui, insatiabili augendarum rerum cupiditate ducti, nullum rapacitati suae modum figunt? Scilicet ut tanto maiores opes sint, quibus aliquando exuantur. — *Dies diem trudit*, promovet, impellit, h. e. premit, sequitur; suavi phantasmate de continuo temporis lapsu. Epod. XVII, 25. *Vrget diem nox, et dies noctem*, seu, ut idem Seneca ep. XXIV. extulit, *diem nox premit, dies noctem.* Ammian. c. XXVI, 1, 2. (Anal. Br. II, 389. eadem sententia: *Ἠὼς ἐξ ἠοῦς παραπέμπεται. εἶτ᾽, ἀμελούντων ἡμῶν, ἐξαίφνης ἥξει ὁ Πορφύρεος.* Plura vide ad IV, 7, 9. — v. 16. *Lunae novae*, crescentes *pergunt interire*, continuo pereunt, *μῆνες φθίνουσι*, luna continuo crescit ac decrescit; proprie enim dicendum erat poetae: Lunae *pergunt novae* fieri atque *interire*,

---

rere, dum beatum se factum fatetur, fundo ab eo in Sabinis accepto. [*Trud. dies die*] tanquam parum esset, quod dixerat diem die excludi, addidit, integri menses transiliunt; nam per novas lunas recursus mensium intelligimus. [*Novaeq. pergunt inter. lunae*] desinunt decre-

deos lacesso] nihil, inquit, amplius deos, nec amplius Maecenatem opto, qui me satis beatum fecit donando me uno fundo Sabino, qua possessione contentus satis beatum me iudico. [*Trud. dies die*] in eos invehitur, qui intelligunt tempus vitae suae velociter currere, nihilo minus tamen non desinunt aedificia domorum ingentia ac preciosa

Tu secanda marmora
    Locas sub ipsum funus; et, sepulcri
Inmemor, struis domos;
    Marisque Baiis obstrepentis urgues
Submovere litora,
    Parum locuples continente ripa.

v. 18. *ac s.* Cun. San. — 19. Ms. Graev. *Inmemor.*

---

continua vicissitudine crescunt ac decrescunt. Praeclare autem speciali hac poeta usus est imagine, unde maxime levis temporis transitus velocitasque cognoscitur. Eadem imagine velocitatem temporis designavit II, 11, 10. — v. 17. *Tu* tamen, fuga temporis haud admonitus, et *sub ipsum funus*, *τυμβογέρων ὤν*, morti iam proximus, aedificia adhuc splendida et supra modum sumptuosa moliris. Pro hoc exquisite et e suae aetatis more poeta: tu *marmora secanda*, caedenda et advehenda; cum delectu pro, materiem universam locas, et hoc pro generali: tu aedes exstruendas locas; adiuncta tamen magnificentiae notione. Solebant autem apud Romanos in aedificiis exstruendis operae cum ipsa materie *locari* redemptoribus; ut in vulgus notum. Cf. III, 1, 34. 35. Alii *marm. secanda* nimis anguste accipiunt pro, dissecanda in crustas ac tabulas, ad pavimentorum, parietum et lacunarium usum. — v. 18. Eadem sententia, sed magis perspicue tradita, more Horatiano. Praeclare autem opponuntur *sepulcrum* et *domus*, de qua sola cogitat. — v. 20. *Vrges*, *σπεύδεις*, enixe hoc agis, in hoc totus es, ut *submoveas*, longius promoveas, propellas *litora maris*, *Baiis obstrepentis*, exquisite pro, Baias alluentis, litora sinus Baiani. Proprie *submovetur mare*, molium aggere exclusum ac propulsum; (uti est apud Senec. de Tranq. III. in eadem re: *incipiemus aedificia alia ponere*, *alia evertere et mare submovere* cett.) tum et litus, hoc modo protentum. — v. 22. *parum locuples* tanquam non satis loci, spatii domui aedificandae sit in *ripa continente* terrae continentis, in litore. *Ripa* s. litus *continens* suaviter opponitur litori, ut ita dicam, artificioso, molibus in mare immissis effecto, quod adeo pars continentis non est. Sensus igitur: Tu, quo latius possessiones tuas extendas, ipsi mari inaedificas, ipsum mare occupas. Res adeo a poeta h. l. adornata sic, ut non tam frigoris captandi aut prospectus gratia, aut denique, ut piscium maritimorum quavis tempestate copia esset (quae fere huius moliminis causae essent) quam, quo latius regnaret avaritia, villas in mari aedificatas declaret; id quod, praeter sententiarum seriem (opponit enim sibi, agello Sabino contento, divitem avarum, possessiones suas quovis modo amplificantem) et elocutionis ratio (*parum locuples cont. ripa*) et sqq., in quibus climax est,

---

scere, vel potius defectus pati. [*Tu secanda marm. loc.*] Ordo est: *Tu parum locuples continente ripa, et immemor sepulcri, locas secanda marmora sub ipsum funus, et struis domos et urges submovere Baiis litora obstrepentis maris.* [*Submovere lit.*] effusionem divitum culpat, ut Sallustius: *Qui divitias suas profundunt in exstruendo mari et montibus coaequandis.* [*Parum locupl.*] minus dives, nisi etiam alienum in-

construere, cum potius deberent, si memores mortalitatis essent, sepulcra sibi struere. [*Marisq. Baiis obstrep. urg.*] Ordo est: *Litora maris obstrepentis Baiis*, i. e. Baianis litoribus perstrepentibus. Hic autem corripit eos, qui in Campania affectant molibus in mare iactis

Quid? quod usque proximos
Revellis agri terminos, et ultra
Limites clientium
Salis avarus; pellitur paternos

v. 23. *Quid quod usque* Cod. Goth.
25. *Limitem* Brod. Lips. 2. Alt. 2. a m. pr. probante Gesn. — Vand. D, *limitem*, var. *limites*. H, M, O, V, *limitem*.

(*Quid? quod* cett.) abunde docent. Designat adeo non tam luxum nobiliorum Romanorum, sumptuosis his substructionibus proditum, quam insanam ipsorum, vel mare de iure suo decedere cogentium, avaritiam. Quod nec mirum videbitur ei, qui, quam spatiosae istiusmodi villae fuerint, meminerit. Talem *Triturritam* describit Rutil. Itin. I, 527. *sic villa vocatur*, *quae iacet* expulsis insula pene fretis. *Namque manu iunctis procedit in aequora saxis; quique domum posuit, condidit ante solum.* Neque vero in Campania tantum, eiusque amoenissima Baiarum ora maritima, (Epp. I, 1, 83.) sed et ad Thesprotiam (Prop. I, 11. 3. 4.) et alibi tales magnificae Romanorum villae conspiciebantur. Cf. Gronov. Diatr. Stat. c. XXXIX.

v. 23—28. Insurgit poetae affectus cum ipsa, quam repraesentat, rei atrocitate. Est haud dubie totus hic locus ex elaboratissimis maximamque ad animum vim habet cum mira colorum, quibus imaginem divitis avari ad vivum plane delineat, varietate et veritate, tum quod nos sensim contemplatione eius magis magisque commoveri, summoque tandem eius odio incendi ac miseratione eorum, quibus illa pestis incidit, impleri sentimus. — *Quid? quod* cett. Tu non tantum mari detrahendo, quod sane absque cuiuspiam iniuria facis, possessiones tuas dilatas, sed etiam vicinos pauperum agros scelestissima fraude invadis, occupas. *Revellis*, moves (quod proprium hac de re verbum. v. Gothofr. ad l. 1. D. de term. moto) effodis *proximos agri terminos*, proximorum agrorum lapides terminales, effossosque ulterius *usque* defigis, iteratis usque vicibus terminum moves. Praeclare *revellere* vi ac palam grassantem eum ostendit. — *salis ultra*, transgrederis *limites clientium*, quanto gravius pro: tenuiorum agros vicinos occupas, emoto termino. Exaggeratur enim sic sceleris exarato termino commissi atrocitas, quod isto *clienti* a patrono fraus innectatur, quem, in fidem suam receptum, ut omni modo tutaretur et ab iniquitate hominum prohiberet, iniuriaque affectum vindicaret, lege cautum erat. Hinc ultimae in patronos, qui clientes ipsi inique tractarent, poenae constitutae iam legg. XII. tabb. *Si patronus clienti fraudem faxit, sacer esto.* Eadem severitate animadvertebatur in eos, qui terminum loco movissent. Qua de re iam lex Numae exstat: *Qui terminum exarassit, ipsus et boves sacri sunto.* — *Salire* depingit hominem divitiis potentem factum, aliena, spe impunitatis, audacter invadentem. — *avarus*, cupidus agri proximi. — v. 26. Pedestris connectendae orationis modus erat: Tu eo usque limites clientium coarctas, donec victus inopia sedes suas

---

vadas elementum. [*Pellitur patern.*] Ordo est: *Pellitur et vir et uxor, ferens in sinu paternos deos.* [*Sordid. natos*] acerbitatem facti eviden-

praetoria superaedificare. [*Quid? quod usq. prox. Rev. agri term.*] accedit nunc, inquit, ad ambitionem tuam avaritiae scelus, quod vicinos tuos per impotentiam agris suis expellis. [*Pellitur patern. in sin. fer. deos uxor et vir*] hic ipsa rei acerbitas descripta est, homines pauperes a religiosis sedibus suis pulsos, etiam sacra deorum penatum

In sinu ferens Deos
Et uxor, et vir, sordidosque natos.
Nulla certior tamen
Rapacis Orci fine destinata

v. 27. *Deos ferens* Cun. — 28. Vand. R, *gnatos*.
30. *capacis* coni. Bentl. *fine:* sic scholl. magnoque consensu omnes, qui exstant, codd. quatuor exceptis et edd. priscae. *sede destinata* Serv. ad Virg. Aen. VI, 152. ubi editt. quidem exhibent *fine*, sed eum *sede* (quae lectio nobis videtur interpretatio, quae postea in textum irrepserit,) scripsisse apparet, quod probare vult, *sedem* de sepulcro dici. Tum sic Mart. Mald. Sil. ap. Cruqu. Bentl. 3. Edidere Bentl. Baxt. Cun. San. Iones. Sivr. Probant quoque Bos anim. ad Hor. p. 40. H. Steph. diatr. III. p. 64. Arridet quoque Lambino ac Torrentio. Sed neque Servii, quem ex memoria laudato loco lapsum esse probabile est, nec tam paucorum codd. fide quidquam mutandum. Denique lectio *fine* bene habet atque doctior (magis poetica) omnino existit. *fine destinato* Va. A. B. ap. Feam. Huc denique accedit, quod apud poetas pariter ac apud optimos quosque scriptores *finis* saepe in genere feminino ponitur.

---

relinquere cogantur. Apte ad rem laudant Sallust. B. Iug. c. XLI. *Interea parentes aut parvi liberi militum, ut quisque potentiori confinis erat, sedibus pellebantur.* Horatium respexit Quinctilian. Decl. XIII, 2. *Postquam proximos quosque revellendo terminos ager locupletis latius inundavit: aequatae solo villae et excisa patria sacra et cum coniugibus parvisque liberis, respectantes patrium larem, migraverunt veteres coloni:* et Apulei. Met. IX. p. 664. Oudend. *Fruere exitio totius nostrae familiae — dum scias*, licet privato suis possessionibus paupere, fines usque et usque proterminaveris, *habiturum te tamen vicinum aliquem.* Iam vulgaris ratio postulabat: *et uxor et vir* pelluntur, ferentes *in sinu* tanquam rem auro pretiosiorem *deos paternos*, *ἱδρύματα ἴδια πατρῴων θεῶν* (ut Plato de Legg. IV. p. 601. Lugd. disertius eloquitur) Larium, Penatium icunculas, et *natos*, parvulos *sordidos*, squalidos, utpote parentum ad summam paupertatem redactorum. Nam haec sollenni reique satis apto epitheto *immunda*, *sordida* poetis audit. Seneca Herc. fur. 200. *sordida parvae fortuna domus. Infans sordidus* Martial. I, 50, 28. *sordens alumnus rusticae genetricis* Claudian. de B. Get. 358. *Pauperies immunda domus* Horat. Epp. II, 2, 199. Senec. Ep. 86. *Pauper sibi videtur, ac sordidus, nisi parietes magnis et pretiosis orbibus refulserunt,* cett. — v. 29. Nexus: in re quidem admodum incerta, an scilicet aedificia, quae magnificentissimo apparatu moliris, unquam inhabitaturus sis, hoc *tamen* certissimum habeto, sedes inferas te certo aliquando esse intraturum. *Nulla aula*, nullum domicilium, nulla sedes

---

ter expressit, dum homines pauperes ac religiosos sedibus suis violenter expulsos, sacra deorum penatum secum ferre, cum discedant, et nihil amplius quam filios suos, demonstrat, quos sordidos ad graviorem pellentium invidiam dixit. [*Nulla certior tamen*] Ordo est: *Nulla aula manet divitem herum certior destinata fine rapacis Orci*, i. e. nulla domus exspectat divitem dominum, quae certior sit destinata fine rapacis Orci, eaque vi tollitur ac si diceret: Quamvis serius ocyusve cuncta fluant, sunt tamen quae semper mansura referantur, ut Roma;

secum ferre cum discedant, nec aliud amplius, quam filios suos, quos sordidos dicendo, graviorem invidiam expellentibus facit. [*Nulla certior tamen Rapacis Orci fine dest. Aul. div. man. Her.*] Licet, inquit, o dives, habeas, quod optas, scito tamen nihil tibi proprium esse ma-

Aula divitem manet
Herum. Quid ultra tendis? Aequa tellus
Pauperi recluditur
Regumque pueris: nec satelles Orci
Callidum Promethea
Revexit auro captus. Hic superbum

v. 32. *quid ultra? tendis*, Fabr. *quid? ultra tendis?* Cun.
34. *Regumque natis* sex Lamb. unus Bersm. liber vetus Canteri.
36. *Revinxit* quid. Lamb. plures Torrent. Mentel. Alt. 2. *revixit* Dess. 1. Locher. — Vand. B, φ, *revinxit*. M, *devexit*. P, *revinxit*, var. *revexit*, *resolvit*. Omn. al. *revexit*.

---

certior, certius *destinata manet*, copia poetica pro destinata est, manet *divitem herum*, vel maximarum possessionum dominum, *fine Orci*, quam fines, regnum Orci, regio infera. Possis quidem *finem* metam novissimam ab Hade constitutam interpretari; quandoquidem decurso vitae spatio *lineis admovemur* (ut Seneca ait) nota mortis, *ultimae rerum lineae*, (Epp. I, 16, 79.) imagine, iam in Pindaro (Nem. ς', 6. οὐκ εἰδότες οὐδὲ μετὰ νύκτας ἄμμε πότμος οἵαν τίν' ἔγραψε δραμεῖν ποτὶ στάθμαν) obvia. Sic quoque bene respondet sqq. *quid ultra tendis?* Altera tamen ratio ad *aulae* notionem, cui opponitur, magis apposita videtur. *Orcus rapax*, ἁρπακτὴρ Ἀΐδης (Callim. ep. II, 6.) perpetuo epitheto. *Manet* nos, quod subterfugere non licet, quod fato decretum est. I, 28, 15. *omnes una manet nox*. Res nota. — Ceterum in eandem sententiam exstat Ammiani Epigr. XIV. Anth. Gr. T. III. p. 95. ubi avarus quidam, vicinorum terminos movere ausus, de futura eius apud inferos paupertate admonetur: κἂν μέχρις Ἡρακλέους στηλῶν ἔλθῃς παρορίζων, (h. e. *proximos agri terminos revellens*) Γῆς μέρος ἀνθρώποις πᾶσιν ἴσον σε μένει.
v. 32. Quid *ultra*, ulterius, quam mortalem decet, in longinquum *tendis*, cogitationes tuas extendis, nullumque ideo cupiditatibus tuis modum statuis, tanquam aeternum victurus sis? Enimvero *tellus aequa*, aeque *pauperi regumque* ac regum *pueris*, παισί, filiis, potentibus, opulentis *recluditur*, patet, terra tam pauperes quam divites in se recondit. Nam hic de sepulcro solo cogitandum, plane ut in Pind. Nem. VII, 27. ἀφνεὸς πενιχρός τε θανάτου παρὰ σᾶμα νέονται.
v. 34. Vnde nulli, ne ditissimis quidem, reditus datur. *Satelles Orci*, Charon, ne dubita. Leonid. Tar. LIX, 1. (Anal. Br. I, 235.) Ἀΐδεω λυπηρὲ διήκονε, τοῦτ' Ἀχέροντος ὕδωρ ὃς πλώεις πορθμίδι κυανέῃ, ducta ab noto eius ministerio appellatione; unde ψυχοπομπός, νεκροπομπός Eurip. Alcest. 362 et 443. et νεκυοστόλος Antip. Tess. LV. (An. Br. II, 123.) audit. Sunt, qui Mercurium (etiam Stanl. ad Aeschyl. Choeph. init.) vel adeo Cerberum intelligendum statuant, invitis sqq.

---

sed nulla domus certior se credat rapiendam et dissipandam fine rapacis Orci, quam quae divitem continet dominum, domo abstracta proximi. [*Aeq. tellus*] supervacue dixit minoris fortunae hominum fines invadi, vel divitiarum moles congeri, dum par sit omnibus sepulcri mensura; unde et Iuven.: *Mors sola fatetur Quantula sint hominum corpuscula.* [*Pueris*] pro filiis, ut: *Ne pueri, ne tanta animis adsuescite bella.* [*Nec satelles Orci*] ostendit nullis muneribus flectendos manes, ut remeare

gis, quam mortem, illa enim, quae possidentur, temporalia sunt, at enim mors perpetua est. [*Regumq. puer.*] *pueris* pro filiis positum. *Regum* autem significat omnes et divites et pauperes pari mortalitatis conditioni subiectos esse et idcirco non magnopere appetendos esse

Tantalum, atque Tantali
Genus coercet; hic levare functum
Pauperem laboribus
Vocatus atque non vocatus audit.

v. 40. *adstat* emend. Cun. *audet* coni. ap. Cun. *odit* var. lect. Ion. Bothius praefert *audet* ex huiusmodi argumentatione: „quod neque homines neque dii fecerunt, id unus facere *audet* Charon s. Mors.“ Saepius, dicere pergit, vocabula *audit* et *audet* confusa; vid. ad Epist. I, 1, 48. Sed propter huiusmodi argumentationem plane negligitur, quod verbis: *Vocatus — atque non vocatus — audit*, poeta exprimere volebat, quodque lector eruditus eleganter pariter ac recte habere sentiet.

---

etiam ob *revexit*, quod diserte πορθμῆα καμόντων (Theocr. XVII. 49.)
innuit. Doctior autem structura: *non revexit auro captus* pro, auro capi
non potuit, ut reveheret Prometheum. *Callidum*, ποικίλον, αἰμυλομῆτιν,
perpetuo eius epitheto. — *Callid. Prometh.*] Erat Prometheus vir pru-
dentissimus et consultissimus. Quapropter etiam dictus est ἀπὸ τῆς
προμηθείας vel ἀπὸ τοῦ προμαθεῖν. Fabulam de hoc callido, quo Pro-
metheus Charontem, ut se reveheret, auro corrumpere tentavit, con-
silio, haud dubie tractavit poeta Graecus, quem Horatius secutus vi-
detur. — v. 36. Hic opulentissimos *coercet*, inclusos tenet, eos non
revehendo. Ad Charontem, a quo exorsus erat, haec et sqq. traduxit
poeta, quae Morti vel regi inferorum magis essent propria. *Tant.*
superbum, vel simpliciter divitem, vel, quo poenae simul causa decla-
retur, divitiis superbum, insolentem, ἀλλὰ γὰρ καταπέψαι μέγαν ὄλβον
οὐκ ἐδυνάσθη, κόρῳ δ' ἕλεν ἄταν — — καρτερὸν λίθον cett. apud Pind.
Ol. α', 56 sqq. — *Tant. genus*, γένος, filium, Pelopem, vel omnino
posteros, quod magis ad sententiam appositum videtur, etsi doctior
altera ratio. — v. 38. *Hic vocatus*, precibus expetitus, arcessitus (ut
I, 30, 3.) *levare*, Graece pro, ut *levet* onere suo, miseriis, *pauperem*
functum laboribus, aerumnas perpessum, egestatis malis oppressum,
κάμνοντα, *audit*, adest, levat onere, vehens eum in *portum aeterna*
placidum quiete (Senec. Agam. 592.) — *atque non vocatus*, κἄκλητος,
ἀκλητί, ad mortis necessitatem hoc refer. Expressit autem poeta
graeca: ἄκλητος ὁ θεὸς καὶ καλούμενος παρέσται, quae in proverbium
abiere. *Audit* in altero membro omnino est, deducit ad inferos, δια-
πορθμεῖ. — *hic pauperem laboribus*, miseriis functum, qui miserae
vitae cursum peregit, *audit*, ei praesto adest, *levare*, Graeca loq. for-
ma, ad eum levandum, ut eum levet np. aerumnis suis, dum transve-
hit ad aeternam quietem, εἰς ἀναπαύλας ἐκ κακῶν καὶ πραγμάτων, ut
ipse Charon apud Aristoph. Batrach. v. 187. Cum itaque cymbam Cha-
rontis (unde proprie quietis initium statuendum) tam gratam esse
oporteat pauperi ac misero ideam, potest in poesi excelsiore pauper,
dum mortem optat, Charontem Deum νεκροπομπόν *vocare* et hic eum
audire dici, quemadmodum Alcestis ap. Eurip. (252 sq.) videt scapham,
eamque νεκύων πορθμεὺς χάρων ἤδη καλεῖ. — *hic levare*, cett. iunge:
hic vocatus levare.

---

possit quilibet ab inferis. [*Hic levare functum*] Ordo est: *Hic vocatus atque non vocatus audit levare pauperem functum laboribus.* [*Audit*] bene *audit*, quia mors ut necessitas est, ita est perpetua requies laborum.

honores et divitias. [*Hic lev. fruct. Paup. labor. Voc. atq. non voc. audit*] ostendere velle videtur, quamquam mors necessitas est, ita tamen requies perpetua laborum fiat.

CARMEN XIX.

IN BACCHVM.

ARGUM. *Inter omnia Horatii carmina excelsissimum phantasiae et enthusiasmi poetici nisum habent hoc nostrum et III, 25. neque ullo alio maior ac vere divinior poeta proditur. Sed dici vix potest, quantum interpretes de charactere, ut hac voce utar, s. indole carminis hallucinati sint. Canit poeta Bacchi laudes, in quibus dicendis adeo sublimis ac re vera poeta ἔνθεος apparet, ut vix dubites, quin hoc carmen insigne ad hymnos, („carmina dithyrambica“ sc. Bacchi habito respectu,) quos veteres in deorum laudes canere solebant, referas. Notiones omnes Graecae poetam Graecum quoddam exemplar ante oculos habuisse produnt; ubique summus animi fervor et in rebus depingendis et in verborum delectu. Videmur nobis quasi in initio carminis Bacchi sacris rite celebrandis adesse. Primum enim poeta se ipsum in Bacchum incidisse fingit; videt enim atque audit Bacchum in remotis rupibus (h. e. in antro ex rupibus) Nymphis et Satyris praecinentem, cui adspectui stupet valde attonitus, sentit vel adeo deum praesentem, numine eius impletur, statimque in laudes eius dicendas prorumpit. Dicere pergit res gestas, triumphos splendidos, atque omnia, quorumcunque demum Bacchum non sine magna sui laude ferunt auctorem. — Iam Mitscherlichius, Vir Clarissimus, cum hoc carmine per partes comparavit Pratinae ὑπόρχημα, [nec non Mitscherlichium secutus est Cl. Doering, ut solet,] quod integrum hic exarare nobis perplacet. Legitur autem apud Athenaeum lib. XIV. Cap. 2. pag. 617. ed. Schweigh.* — — — *** ὃν οὖν εἶχε θυμὸν κατὰ τῶν ταῦτα ποιούντων ὁ Πρατίνας ἐμφανίζει διὰ τοῦδε τοῦ ὑπορχήματος·

Τίς ὁ θόρυβος ὅδε;
τί τάδε τά χορεύματα;
τίς ὕβρις ἔμολεν
ἐπὶ Διονυσιάδα
πολυπάταγα θυμέλαν;
Ἐμός, ἐμὸς ὁ Βρόμιος·
ἐμὲ δεῖ κελαδεῖν·
ἐμὲ δεῖ παταγεῖν,
ἀν' ὄρεα θύμενον
μετὰ Ναΐδων,
οἷά τε κύκνον, ἄγοντα
ποικιλόπτερον μέλος.
Τᾶν ἀοιδᾶν
κατέστας σὺ Πιερὶς βασίλεια·
ὁ δ' αὐλὸς ὕστερον χορευέτω.
καὶ γάρ ἔσθ' ὑπηρέτας κώμων μόνον
θυραμάχοις τε πυγμαχίαισιν
εων θεα), εἰς πάροινον ἔμμεναι στρατηλάτας.*
Παῖε τὸν Φρυναίου ποικίλου προανέχοντα,
φλέγε τὸν ὀλοσίαλον κάλαμον,
λαλοβαρυπαραμελορυθμοβάταν
θυπατρυπάνω δέμας πεπλασμένον ἠνιδοῦ
*ἅδε σοι δεξιά, καὶ πόλος διάρεφα **)*
θριαμβοδιθύραμβε κισσοχαῖτ' ἄναξ,
ἄκουε τὰν ἐμὰν Δώριον χορείαν.

---

*) Cf. Var. Lect. ap. Schweigh. *ἕων θέα* edd. *πυγμαχίαι σινέων θέα* ms. Ep. **) *διάροφα* edd. ut videri posset *διάφορα* oportuisse.

Bacchum in remotis carmina rupibus
Vidi docentem, (credite posteri!)
Nymphasque discentes, et aures
Capripedum Satyrorum acutas.

ENTHVSIASTICE LIBERO codd. Torrent.
DITHYRAMBVS Sanad.

Vand. A, AD LIBERVM PATREM. V, glossa: „*ostendit Oratius suam Apotheosin. i. deificationem. s. immortalitatem famae, quam sibi paravit duos libros carminum conscribendo, dicens se adeo iam affinem factum Diis, quod licuit sibi Deos videre, iam translato in consortio eorum, quod prius non licuit dum mortalis erat et est totum una Oda usque ad: Odi profanum vulgus.*“

DE LAVDIBVS LIBERI PATRIS Cod. Goth. ENTHVSIASTICE Cod. Guelf.

---

v. 1—4. Quod a poeta Bacchi laudes celebraturo facile exspectari poterat, ut se eius numine plenum in fronte statim carminis profiteretur, hoc, quo augustior rei esset species, egregie nobilitavit sic, ut se ab ipso Baccho ad laudes suas canendas mire commoveri vique impelli iactitet. In quo *Διθυραμβοποιῶν* Graecorum exempla praeivisse cum per se veri admodum simile est, tum ex Pratinae hyporchemate, quod exstat apud Athen. XIV, 2. p. 617. mox per partes laudando, abunde cognoscitur. Excelsiore igitur spiritu contactus incensusque poeta videtur sibi in abditos silvarum recessus agi, Bacchique ibi cum Maenadibus, Nymphis et Satyris versantis conspectui obiici, numine eius adflari, thyrsoque ab eo intentato in furorem cum reliquo comitatu agi, adeoque discurrere, *εὐάζειν*, ipsis adeo sacris et quae in iis repraesentarentur, interesse, et sic porro. Iam qui Bacchis e profundo somno, in quem longo discursu fessae prolapsae fuerant, experrectis habitus a poetis tribuitur, nimirum ut rerum, quae turbatae adhuc ipsarum phantasiae praetervehuntur, recens a se gestarum visarumque miratione defixae stupeant, novumque inde furorem animo persentiscant; ad eundem se in hoc carmine composuisse poetam satis manifestum est. Animo igitur sedatiore facto enarrat ac percenset poeta quae viderit, quaeque audierit, plane antiquissimorum vatum instar, qui remitti demum coepta rabie vaticinia eloquuntur, repraesentataque istorum apud animum suum imagine novo se furore tentari (v. 7.

ACR. [*Bacchum in remotis*] hac ode indicat a se visum Liberum patrem, in secretis sermonibus carmina docentem et quasi perturbatus his visis exclamat: *Evoe*, velut praesentiam numinis sentiens. Ordo est: *Vidi Bacchum docentem carmina in remotis rupibus et vidi Nymphas discentes et acutas aures capripedum Satyrorum.* [*Caprip. Sat.*] Panas dixit caprarum pedes habentes. [*Acut.*] et ad audiendum et ad ipsarum aurium figuram. [*Credite posteri*] i. e. etiam vos credite, qui venturi estis talia dicenti. [*Nymphas*] Musas, nam quidam volunt ipsum esse Solem, ipsum Apollinem, ipsum Dionysium. Nam ut illi novem sacratae sunt Musae, ita Soli novem circuli et Dionysio similiter chorus Baccharum. Modo tamen pro Musis Nymphas inducit carmina audientes. Virg. similiter *Nymphas* pro Musis: *Nymphae noster amor Libethrides, aut mihi carmen, Quale meo Codro, concedite.*

POR. [*Bacchum in rem. rup.*] hac ode incidat a se visum Liberum patrem in nemoribus carmina docentem et quasi perturbatus iis, quae audierat, exclamat: *evoe!* [*Aur. Capr. Satyr. acut.*] acutas Satyrorum aures non ad audiendum tantum referendas dixit, sed etiam

Evoe! recenti mens trepidat metu,
Plenoque Bacchi pectore turbidum

v. 5. *euhoe, euhohe, evohe, evoche, ehohe, heuhoe, hevohe, hevoe, heuhohe, heuoche,* errores librariorum. *heu ohe* Cod. Goth. quae exclamatio redit v. 7. *Heu hoe* Cod. Guelf. et sic v. 7. — *Evoe,* Gr. *εὐοῖ!* ut *εὖα, εὐάν.*
6. Vand. omn. Codd. *turbidum.*

8.) sentit. Aliter adornata res III, 25. — Baccho adeo Choragi personam induit poeta h. l.; nam is proprie chorum *docet* modos carminis ac motus leges. Maxime autem cyclios, qui dithyrambos decantarent, a poetis adeo dithyrambicis edoctos atque institutos respici crediderim. Hi enim sollenni appellatione dicti inde *διθυραμβοδιδάσκαλοι, κυκλιοδιδάσκαλοι.* Apposite igitur *docere* h. l. de Baccho *διθυράμβου καὶ χορείας ἐφευρετῇ.* v. ad v. 25. Pervulgato autem poetis phantasmate Dii sacris suis adesse, pompam sacram ipsi ducere, choros in ipsorum honorem institutos agere, praesultare, (*ἔξαρχος Βρόμιος* Eurip. Bacch. 141. de Diana Virgil. Aen. I, 499. Stat. Achill. II, 344. nam ibi legendum *lassata Therapnis.* Quo eodem figmento eandem deam *sacrificantium,* h. e. in eius honorem saltantium, *virginum choro mixtam* Apelles pinxerat iuxta Plin. XXXV, 36.) quid? quod hymnis suis accinere credebantur. Maxime haec opinio obtinebat in sacris cum furore peragi solitis, in quibus ipsa ista insania numinis praesentia excitari putabatur. De Baccho *ἐγερσιχόρῳ* res notissima. Canentem eum inducit Euripid. Bacch. 150 sqq. Adde Orph. H. LII, 5. *αὐτὸς δ᾽, ἡνίκα τὸν τριετῆ πάλι κῶμον ἐγείρῃ, εἰς ὕμνον τρέπεται σὺν ἐϋζώνοισι τιθήναις, εὐάζων κινῶν τε χοροὺς ἐνὶ κυκλάσιν ὥραις.* Ad Bacchum carminum auctorem Calpurnii Ecl. X, 16. refert Wernsdorf. Sed *debemus carmina Baccho* ibi est, Bacchi laudes dicendae sunt; quae etiam mox subiiciuntur. — *in remotis* a frequentia hominum, deviis *rupibus.* Amat enim Bacchus confragosa loca ac saltuosos recessus, (hinc *οἰοπολεῖν* dictus Eurip. Cycl. 74.) ob orgia ibi celebrari solita. Hinc *ὄρειος, ὀρειομανὴς φοιταλιεὺς* poetis frequenter appellatus. — *credite posteri!* Egregie haec animum poetae ostendunt rerum visarum miratione defixum, earundemque imagines tanquam praesentes complexum, adeo quidem, ut, de quo ipse, phantasiae vi abreptus, plane persuasus sit, eundem et in aliis sensum ac persuasionem excitare cupiat; id quod animi humani naturae mirifice convenit. Apage insulsam Lambini animadversionem, exclamantis: *credat Iudaeus Apella, non ego.*

v. 3. *Nymphae* et apud Horatium (v. I, 1, 31. III, 23, 14.) et alibi in Bacchi comitatu memoratae. Eurip. Cycl. 68. *Οὐ τάδε Βρόμιος — οὐ Νύσσα μετὰ Νυμφᾶν.* Orph. H. LII, 2. *Διόνυσον ἐγρόμενον κούραις ἅμα Νύμφαις ἐϋπλοκάμοισι.* Idem LIII, 6. de Sileno: *Ναΐσι καὶ Βακχαῖς ἡγούμενε κιττοφόροισι. Νύμφας Βρομίας* vocat auctor Schol. VIII. in Anal. Br. I. p. 156. Conf. etiam Pratinae c. l. Bacchi enim nutrices eae habitae. Hom. H. in Bacch. KE, 3. *Ὃν τρέφον ἠΰκομοι Νύμφαι — καὶ ἐνδυκέως ἀτίταλλον Νύσης ἐν γυάλοις.* Simpliciter inde *τιθῆναι* appellatae Sophocl. Oed. Col. 673. et Orph. H. LII, 6. — *discentes* modos carminum, ex oppositione *docentem,* pro vulgari, au-

---

[*Turbidum*] turbida mens laetatur. [*Parce gravi met. thyrso*] Fronde. Vt veluti turbatam ostenderet mentem, puto sibi infesto thyrso Deum

ad figuram eorum; nam sic videmus Satyros fingi oblongas aures, acutasque habentes. [*Laet. evoe*] metuit, trepidat, sacra sagitta se

Laetatur! Evoe! parce, Liber!
Parce, gravi metuende thyrso!

v. 9. *Lymphatur* emend. D. Heins.

---

dientes, adstantes Baccho canenti. — *et Satyros.* Pro hoc vivida imagine, *aures Satyrorum acutas,* arrectas, Satyros arrectis auribus adstantes, auscultantes. Oculorum adeo sensu quidni hoc percipi potuit? Mire tamen in hoc quosdam, qui ad Nymphas *discentes,* itidem oculis cognitas, non offenderant, argutari videas. — *Capripedes, αἰγίποδες,* e. g. in Anal. Br. T. III. c. 412. p. 238. — *Capriped. Satyr.*] Iubet, ad hunc locum ea adscribere, quae Pausanias in Atticis I, 23, 5. narrat se a quodam Euphemo Care de Satyris accepisse. Dicebat igitur Euphemus, (inquit Pausanias) cum in Italiam navigaret, se vi ventorum et tempestate abreptum a recto cursu longe admodum aberrasse atque in mare peregrinum et inauditum, in quo denique navigari non solet, delatum esse; in eo mari insulas esse multas desertas atque incultas, in quibus habitarent tamen homines feri et agrestes et rufi, — desunt non pauca — insulas autem illas appellari Satyridas. Haec Pausanias. Nonnulli scriptores Satyros dicunt esse tanquam Silenos et Panas, eosque ad libidinem et rem veneream admodum propensos esse, Satyrosque *ἀπὸ τῆς σάθης* esse appellatos, quae vel est inflammata rei venereae cupiditas, vel *πέος,* i. e. *τοῦ ἄῤῥενος μορίον.* Battus quidem ille apud Theocritum *εἰδ. δ᾽,* 62. caprarium quendam libidinosiorem dicit genere et cognatione cum Satyris aut Panibus esse coniunctum atque etiam cum illis libidine certare posse: *εὖ γ᾽, ὦ ̓νθρωπε φιλοῖφα· τό τοι γένος ἢ Σατυρίσκοις ἐγγύθεν ἢ Πάνεσσι κακοκνάμοισιν ἐρίσδει. Capripedes* autem etiam Lucretius appellat IV, 584 sq. Vterque expressit epith. Graec. *αἰγίποδες* s. *τραγόποδες* s. *τραγοσκελεῖς,* quamquam hoc postremum capricruros significat. — *acutas,* — *acuere* enim quasi aures (nos: *die Ohren spitzen*) dicuntur, qui cupide et magna cum adtentione aliquid auribus imbibunt. Similiter infr. Serm. II, 5, 95. *aures substringere.* Lucianus Satyros *ὀξεῖς τὰ ὦτα* nuncupat.

v. 5—8. Dum, quae mira sibi acciderint, quae viderit, quo modo, Baccho conspecto, in furorem actus sit, animo penitius perpendit poeta, iisque adstupet; ecce iterum Bacchum sibi adstare, thyrsoque commoto se denuo ad orgia celebranda exstimulari sentit. Thyrso adeo Bacchi percussi in furorem aguntur, discursitant, evoe adclamant, verbo, orgia simulant, dum virtutes Bacchi, in iisdem cantu ac symbolica repraesentatione expromi solitas, carmine describunt. Insigne huius rei exemplum praebet locus Pratinae supra laudatus, unde haec delibamus: *ἐμός, ἐμὸς ὁ Βρόμιος· ἐμὲ δεῖ* (fere ut v. 9. *fas est mihi cantare*) *κελαδεῖν· ἐμὲ δεῖ παταγεῖν ἀν᾽ ὄρεα ἐσσύμενον μετὰ Ναΐδων.* Bacchantis adeo, ut ita dicam, poetae h. l. exclamatio est: *evoe,* qua se deo correptum, h. e. *ἐνθουσιῶντα* prodit. Mire hunc locum in rem suam detorsit Iuven. VII, 62. *satur est cum dicit Horatius: Evoe!*

---

imminere. *Gravi* autem dixit pernicioso, ut ipse superius: *Gravesque Principum amicitias.* [*Fas*] non significat, nunc licet, sed possibile est. Vult enim probare, se deo non indignum esse mysteriisque eius,

perturbatum significat, et mira energia totus hic locus explicatur. Et est bonus sensus, viso enim deo quis non perturbetur, licet gaudeat, et bene repetitum *Evoe,* quasi incitamento mentis ad hanc exclamationem instigante. [*Parce gravi met. Thyrso*] Bene haec dicuntur ab eo, qui per ipsam mentis perturbationem putet sibi infesto thyrso deum

Fas pervicaces est mihi Thyiadas,
Vinique fontem, lactis et uberes

v. 9. *Fas p. sit* (liceat mihi canere) emend. Bentl. reclamantibus, ut ipse fatetur, Codd. et sic San. Sivr. Putant VV. DD. poetam timentem, ne Bacchus offendatur poetae audacia, qui invitum adspexerit, eiusque mysteria canat, veniam eius rei ab eo petere. Laudant Virg. Aen. VI, 266. — Vand. Al. *Thyadas*, al. *Thiadas*. — *fas p. et* var. lect. Ion. *Thyadas* vulgo scribitur, sed *Thyiadas* restituit ex Velio Longo et Hesychio Bentl. quem secuti Cun. San. item Pierius ad Virg. Aen. IV, 302. Vitiose etiam alii *Thiadas*, *Tiadas* cett. — 10. *fontes* Alt. 2. a m. s.

---

tanquam vino largius hausto, quod et Gesnerus statuere videtur, venae eius incensae fuissent, aut incensas ita simulasset poeta. — Pausanias in Messen. IV, 31, 4. scribit, montem quendam Ithoniae urbi vicinum *Εὐάν* appellatum ab ea voce Bacchica, quam Bacchus ipse et mulieres cum eo bacchantes illo primum loco ediderunt. Vnde facile colligi potest, quam falsa ac perversa sit huius acclamationis derivatio, secundum quam scribi iubent quidam interpretes: *εὖ οἱ*, bene illi. — *mens trepidat*, attonita stupet, perturbatur *metu recenti*, *ἐκπλήξει*, *μανίᾳ*, horrore a Deo recens incusso, sive, quod malim, quo denuo tentatur, furore novo. Trepidat, metuit sibi a Baccho poeta, quum furorem accedere sentit. Is enim, ab eo immissus, corpus graviter adfligit atque excruciat. Eurip. Bacch. 600. Bacchis *τρομερὰ σώματα* in adventu dei tribuit. — v. 5. Mens *turbidum*, cum perturbatione *laetatur*, laetitia simul atque horrore perfunditur *pectore pleno Bacchi*, Baccho pectus insidente, urgente, deo recepto. „*Voll seeliger Trunkenheit*" vernacule vertit Ramlerus. Pectus graviter commovetur, aestuat, deo illud subeunte: idemque exsultat, laetitia gestit, tanto hospite recepto. Pectus *plenum Bacchi*, ut III, 25, 2. Adde Ovid. Fast. VI, 538. *Fitque sui toto pectore plena dei*. Lucan. I, 675. *Edonis Ogygio decurrit plena Lyaeo*. et V, 166. *non unquam plenior artus Phoebados irrupit Paean*. — v. 7—8. Etsi plenus iam Baccho vates, novis tamen usque furoribus se incendi ac perturbari sentit; hoc adeo, ne iis plane succumbat, deprecatur. Totum enim numen vix capere credebatur humana natura. Recte Porphyrion. Sensus adeo: ne thyrsum mihi intentes, ne thyrso impacto graviorem mihi insaniam immittas. Haec enim isto effici credita. Vnde Bacchus *θυρσομανής*, *θυρσαχθής* Orpheo dictus H. XLIV, 5. XLIX, 3. Ad enthusiasmum poeticum, quo laudes Bacchi canerentur, similiter hanc imaginem traduxit Pratinas c. l.: *Παῖε* (thyrso percute) *τὸν Φρυναίου* (f. *φροιμίου*) *ποικίλου προανέχοντα*, h. e. inspira numine tuo choragum, *φλέγε τὸν ὀλοσίαλον κάλαμον λαλοβαρυπαραμελορυθμοβάταν* cett. Ex Horatio profecit Ovid. Amor. III, 1, 23. *Tempus erat thyrso pulsum graviore moveri; cessatum satis est, incipe maius opus:* et eiusd. lib. c. 15, 17. *Corniger increpuit thyrso graviore Lyaeus, pulsanda est magnis area maior equis*. Idem Trist. IV, 1, 43. *mota calent viridi mea tempora thyrso*. Possunt etiam verba: *gravi metuende thyrso* ornate tantum adiecta videri, ut declaretur Bacchus *θυρσοφόρος*, *θυρσοτινάκτης*, (Orph. H. LI, 4.) *θύρσῳ*

---

cum quae ad sacra pertinent, sufficiat cantandis. [*Pervicaces*] protervas, vagantes, propter bacchantium discursus et saltatus. [*Thyiadas*] Bacchas dixit a sacrificio, velut Theadas *θεὸν* Graeci Deum, ita et

imminere. [*Fas perv. est mihi Th.*] *fas est*, nunc non significat, licet, sed est possibile. Vult enim probare se deo non indignum esse et mysteriis eius, cum sufficiat cantandis his, quae ad sacra eius perti-

Cantare rivos, atque truncis
Lapsa cavis iterare mella.
Fas et beatae coniugis additum

δεινός, (Epigr. CCLI, 2. in Anal. Br. III, 201.) eadem fere ratione, qua Phoebus *ἑκηβόλος certa metuendus sagitta* I, 12, 23.

v. 9. Bacchum canam, ab ipso excitatus, plenus illo. *Fas est*, virtutes et sacra Bacchi celebrare; plane ut Pratinas l. l. *ἐμὲ δεῖ κελαδεῖν*, *ἐμὲ δεῖ παταγεῖν*. — *Thyiades* s. Bacchae *pervicaces*, indomitae, effrenes, furore correptae. Nisi linguae ratio obstare videretur, mallem equidem interpretari, colla iactantes, imagine a tauris iugum detrectantibus petita. Hoc enim pervicaces recte dici posse vix dubitem. Essent adeo Bacchae *ῥιψαύχενες*, *ὑψαύχενες*. ut saepius de iis poetae. Catull. LXIII, 23. *Vt capita Maenades vi iaciunt hederigerae*. Cf. eundem LXIV, 256. Quem earundem habitum etiam in monumentis antiquis admodum frequentari videas. — v. 10. Res in miraculum versa, qua Bacchi *ἐπιφάνειαν* priscus sermo simpliciter manifestabat. Scilicet Baccho, ceterisque numinibus, quae vegetae atque procreatricis naturae essent symbola, apparentibus, omnia statim eorum adspectu efflorescere, progerminare, terramque ubertate quasi intumescere, unde maxima omnium rerum promanaret copia, antiqua fingebat religio. Vide vel Hom. H. in Bacch. 35 sqq. Virg. Georg. II, 390. et Sil. Ital. VII, 192. Summam autem ubertatem plures antiquiores populi declarant per vini ac lactis fontes e terra scaturientes et mellis copiam in terram defluentem. Vnde et auream aetatem his fere coloribus a poetis depingi videas. Vide Tibull. I, 3, 45. et ibi Heyn. Traducta mox haec imago in primis ad sacra Bacchica, in iisque inter Bacchi miracula repraesentata ac celebrata. Notissimus locus Eurip. Bacch. 142 sqq. *Ῥεῖ δὲ γάλακτι πέδον, ῥεῖ δ' οἴνῳ, ῥεῖ δὲ μελισσᾶν νέκταρι*. Senec. Oed. 491. *Pumice sicco fluxit Nyctelius latex — combibit dulces humus alta succos* (puta mellis), *niveique lactis candida fontes, et mista odoro Lesbia cum thymo*. — Mella *lapsa*, defluentia in terram e *cavis* arborum *truncis*, *iterare*, canere. Iterat enim poeta, quae gesta describit. Asellio apud Gell. V, 18. extr. loco admodum luculento: *Scribere autem bellum, quo initum consule, et quomodo confectum sit, et quis triumphans introierit, et quae eo in bello gesta sint*, iterare; — *id fabulas pueris est narrare* cett. Non est igitur, post Bacchum vel Nymphas vel adeo alios poetas celebrare, quae quam ieiuna ratio sit, facile animo adsequaris, sed simpliciter referre, enarrare. Vel sic tamen exquisitiorem illam poetarum rationem huic loco accommodandam duxerim, qua sese rerum, quas contigisse exponunt, ipsi auctores ferunt. Vide omnino ad II, 1, 10. Adde Virg. Cul. 27 sqq. — *Iterat* adeo, elicit iterum mella poeta ex arboribus, unde ea fluxisse commemorat. — *Vinique Fontem, Lact. Et*] videtur plane Horatius, cum haec de fontibus vini, lactis, mellis scriberet, locum illum Euripidis in Bacchis habuisse sibi ante oculos propositum, ubi Baccharum alia saxum thyrso pulsante fons aquae prosilit, alia in terram thyrsum

---

sacrificium vocavere. [*Atq. truncis lapsa cavis iter. mella*] *iterare*, i. e. ex integro cantare et repetere. Virg.: *Et durae quercus sudabunt roscida mella*. Ideo autem sacra commemoravit poeta, quia in spelaeis Dionysio vino, melle et lacte sacrificabatur. [*Beatae coni. add. stell. hon.*] Ariadnen, in honorem Dionysii, commemorat inter sidera collocatam, quae corona dicitur, data ardens a Vulcano; ut: *Gnosiaque*

neant. [*Iterare*] ex integro cantare ac repetere fas est. [*Additum stell. hon.*] Ariadnes coronam significat, quam Liber inter sidera col-

Stellis honorem, tectaque Penthei
Disiecta non leni ruina,
Thracis et exitium Lycurgi.

v. 14. *Pentei*, *Phentei* errores.
15. *levi* (sic Cod. Guelf.) vulgo legitur. Iambus h. l. ferri non potest. Vera lectio est *leni:* sic quid. Lamb. Pulm. 2. duo Torrent. tres Blandd. Cruqu. Bentl. 1, 2, 6. Dess. 1. Lips. 1, 2. duo Bersm. Heins. Fab. Steph. diatr. II. p. 55. Dacer. Bentl. Cun. San. Sivr. Etiam mox versu 30 quid. mss. vitiose exhibent *leviter*. Vand. D, M et al. sept. *levi*.
16. *Licurgi* variet.

---

deiiciente fons vini promanat, aliae lactis cupidae summis digitis terram scindentes lactis copiam habebant, ex thyrsis autem hederaceis mellis rivi fluebant. (Bacch. 660. ed. Matth. al. 704.) *Θύρσον δέ τις λαβοῦσ' ἔπαισεν εἰς πέτραν, Ὅθεν δροσώδης ὕδατος ἐκπηδᾷ νοτίς· Ἄλλη δὲ νάρθηκ' ἐς πέδον καθῆκε γῆς, Καὶ τῇδε κρήνην ἐξανῆκ' οἴνου θεός· Ὅσαις δὲ λευκοῦ πώματος πόθος παρῆν, Ἄκροισι δακτύλοισι διαμῶσαι χθόνα Γάλακτος ἑσμοὺς εἶχον· ἐκ δὲ κισσίνων Θύρσων γλυκεῖαι μέλιτος ἔσταζον ῥοαί.* — Orta haec phantasmata ex aureae aetatis (quam repraesentabant sacra Bacchica) notione, qua quanta fuisset lactis, vini, mellis, in terram adeo defluens copia, talibus modis eloquebatur sermo vetustus.

v. 13. *Fas et* celebrare *honorem*, ornamentum, decus, *ἄγαλμα*, quo Ariadnes *coniugis* caput redimitum fuerat, coronam eius auream (ita *regius honos* de chlamyde purpurea Virg. Aen. VII, 815. et sic passim) *additam stellis*, inter sidera relatam. Possis etiam interpretari: coronam in coniugis honorem inter stellas repositam. Ita *honorem adolere*, *imponere aris*, de sacrificiis in deorum honorem factis saepius Virgilius et alii. Atque hac fere ratione eandem rem elocutus est Avien. Arat. 197 sqq. *Adspice ceu rutilis vibret lux Gnosia flammis, haec quondam Bacchi monumentum fulget amoris, haec Ariadnei capitis testatur honorem.* Praeferam tamen priorem rationem, tanquam paulo audaciorem, aptioremque adeo huic carmini. — *beatae*, *ἀποθεωθείσης*, Diis adscriptae; Dii enim *μάκαρες*, sollenni appellatione. Ariadne autem Bacchi *lyncibus in caelum vecta* (Propert. III, 15, 8.) interque deos relata. vid. loca a Broukh. ad Prop. l. l. congesta; et de Ariadnes corona Hygin. II, 5. — v. 14—15. Argumentum huius fabulae pete ex Euripidis Bacchis, Bacchus a Pentheo vinculis constrictus, in domo eius adservatur, unde se cum ipsa domus ruina expedit. *Tecta* adeo *disiecta*, compagibus solutis prostrata *non leni*, gravissima *ruina*, graviter in terram collapsa. Eurip. Bacch. 633. *Δῶμά τ' ἔῤῥηξεν (Βάκχος) χαμᾶζε· συντεθράνωται δ' ἅπαν.* — *Lycurgus*, Edonorum, Thraciae populi, rex, ob pulsas cum ipsarum deo e regno suo Bacchas ab Iove excaecatus, iuxta Homer. Il. ζ, 130—40. Iuxta alios, ob vites excisas a Baccho in furorem actus, quo et Dryantem filium interfecit, et sibi ipsi crura falce amputavit. Propert. III, 15, 23. *Vesanumque nova*

---

ardentis decedat stella coronae. [*Tectaq. Penth. disi.*] in quibus Pentheus captivum Liberum patrem vinctum recluserat, ob quam causam Baccharum furore discerptus est, vel certe notatur fabula eius et Agaves matris. [*Thraces et exit. Lycurgi*] Lycurgus legum lator cum videret per vini temulentiam in mores multa committi, abscidi iussit vineta, propter hoc iracundia Dionysii per furorem crura sua amputavit et ideo ad laudem numinis posuit sumptum de inimico supplicium.

locavit. [*Tectaq. Penthei*] Pentheus vinctum recluserat, qui ob hanc causam fulmine ictus est. [*Exitium Lycurgi*] hic quod vites excidis-

Tu flectis amnes, tu mare barbarum:
Tu separatis uvidus in iugis

v. 18. *invidus* unus Bersm. Alt. 1 et 2. a m. pr. Dess. 2. *vividus* Flor.

---

nequidquam in vite Lycurgum, ubi v. quos laudat Burmann. Adde Heyn. ad Apollod. III, 5. p. 576. Rem in gemma antiqua repraesentatam vide apud Gor. T. I. t. 92. — v. 13—14. Fabulae de Ariadne et Pentheo, quas breviter hic enarrare volumus. Ariadne, quemadmodum Thesei amore capta Minotauri fratris interficiendi rationem ac viam ei ostenderit, ab eoque postea Athenas revertente relicta sit, quas et quam lugubres querelas effuderit, postremo, ut eam sibi Bacchus uxorem adoptarit, elegantissimis versibus explicat venustissimus poeta Catullus; quamquam hoc ultimum de Baccho copiosius persequitur Ovid. Metam. et Eustath. ceterique Homeri interpretes. Hesiod. in Theogn. *Χρυσοκόμης δὲ Διόνυσος ξανθὴν Ἀριάδνην, κούρην Μίνωος, θαλερὴν ποιήσατ' ἄκοιτιν. Τὴν δέ οἱ ἀθάνατον καὶ ἀγήρω θῆκε Κρονίδης.* Hom. Odyss. λ', 321 sq. *Φαίδρην τε Πρόκριν τε ἴδον, καλήν τ' Ἀριάδνην, κούρην Μίνωος ὀλοόφρονος, ἥν ποτε Θησεὺς ἐκ Κρήτης ἐς γουνὸν Ἀθηνάων ἱεράων ἦγε μέν, οὐδ' ἀπόνητο· πάρος δέ μιν Ἄρτεμις ἔκτα Δίῃ ἐν ἀμφιρύτῃ, Διονύσου μαρτυρίῃσιν.* — *Addit. Stell. Hon.*] coronam, quam Bacchus Ariadnae a se captae donavit, quamque postea ceteri dii Baccho gratificari cupientes inter sidera collocarunt, de qua sic Aratus: *αὐτοῦ κἀκεῖνος στέφανος, τὸν ἀγαυὸς ἔθηκε Σῆμ' ἔμεναι Διόνυσος ἀποιχομένης Ἀριάδνης, Νώτῳ ἐπιστρέφεται κεκμηκότος εἰδώλοιο.* — *Tect. Penth.*] Pausanias haec de Pentheo scribit in Corinthiacis II, 2, 7. illum tum alia in Bacchum ausum esse atque admisisse per contumeliam, tum ad extremum in Cithaeronem adscendisse, ut mulieres bacchantes, in quibus erant mater, uxor et soror, spectaret; ita arbore conscensa, quae ab illis fiebant, prospexisse, illas autem, simulatque eum viderunt, Pentheum discerpsisse et viventis adhuc ac spirantis membra alia alio distraxisse. Argumentum Baccharum Euripidis. Dum Agave, Autonoe et Ino, Cadmi filiae, Bacchi materterae, cum choro Baccharum Orgia celebrant; prohibere ea sacra conatur Pentheus, Echionis et Agaves filius, Thebarum rex, contemptor Bacchi, consobrini fratris. Bacchas dat in publicum carcerem; sed illae sine mortali manu exeunt et per nemora discurrunt. Tum ipsum Bacchum in potestatem acceptum vinculis constringit et domo includit. Sed terrae tremore corruit domus et deus elabitur. Denique Pentheus, ipse in vesaniam actus, a furentibus Bacchis dilaniatur. — *Lycurgus*, Dryantis, Edonorum (Thraciae gentis) regis filius

---

[*Tu flectis*] domas sive superas, tanquam eorum cursus declinans, aut quia gentes multas subegit et per amnes voluit intelligi terras, aut flectis per gyros, quia et Dionysius Nili fontem, sicut Hercules, quaesivit, aut quia muneri eius immiscentur aquae et ad suaviorem usum flectuntur. [*Mare barb.*] Indicum, quia Indos Dionysius superavit. *Barbarum* autem pro saevo ac violento propter subitas tempestates. [*Separatis*] secretis ac remotis. [*Vvidus*] vino madidus. [*Bistonid.*] Bisto-

set, furore sibi a Libero iniecto, crura sibi falce amputavit. [*Tu flectis amnes*] pro eo, quod est, domas. *Flectis* autem positum est tanquam decursus eorum declinet, quo velit. An quia multas terras subegit. An vero quia vino aquae miscentur et in suaviorem usum flectuntur. [*Tu mare barbar.*] pro saevo ac violento propter subiectas tempestates dixit. *Flectis* autem ex superiore hic quoque subaudiendum. [*Vvidus in iugis*] madidus, sc. propter vinum. [*Nodo coerc. vip.*]

Nodo coerces viperino
Bistonidum sine fraude crines.

v. 20. *sine fronde* Mald. Cruqu. *sine fune* unus Bland. Cruqu.

(hinc *Thrax*) Baccho inimicissimus, dum omnes vites per regnum suum exscindi iubet, a Baccho in furorem actus, filium Dryantem interfecit et ipse sibi falce crura amputavit. Vide Scholl. Acr. et Por. et Plutarch. ap. Serv. ad Virg. Aen. III, 14. Homerus Il. ζ, 123 sq. Diomedem facit a Glauco quaerentem, qui sit, deusne aliquis e caelo delapsus an mortalis; nolle se cum diis immortalibus decertare; non enim Lycurgo Dryantis filio suam amentiam bene processisse, qui cum diis contenderit, eorumque inimicitias sibi conflaverit, Bacchi nutricibus in fugam versis, Bacchoque ipso perterrito atque in mare compulso. Lector benevolus legat Homerum et Eustathium ad h. l.

v. 17. Maximam vim habet subita orationis ad Bacchum conversae mutatio; plane ut apud Virg. Aen. VIII, 293 et 296. ad Herculem, et apud Claudian. Praef. ad L. II. de R. P. 34. ad eundem. — *flectis* retro cursus *amnium*, Hydaspis et Orontis. Hos enim, thyrso eius tactos, sicco pede transiisse prisca narratio erat, quam latius persequitur Nonn. Dionys. XIII, 123 sqq. — *mare barbarum*, Indicum, sedas, tranquillum reddis; hac enim notione *flectis* huic membro adaptandum videtur. Baccho enim mare intrante *tumidum Nereus posuit mare* apud Senec. Oedip. 450. Eidem Herc. fur. 409. Bacchus *domitor rubri maris* audit. Spectat autem hic locus omnino ad Bacchi expeditionem Indicam, miris antiquiorum poetarum figmentis famigeratissimam.

v. 18—20. Tu *uvidus*, madidus vino, *βεβρεγμένος*, *ὑγρός*, (uti idem audit in Anthol. Gr. I. p. 82.) vino furens, adeoque discurrens, versans in *separatis*, *ἐρήμοις*, remotis (v. 1.) montium *iugis coerces*, constringis *crines Bistonidum*, Baccharum, (Bistones enim Thraciae populus, a quo *τελεταὶ* traditae ac propagatae) *nodo viperino*, viperis, serpentes implicas Baccharum crinibus, *sine fraude*, sine noxa, impune: non, ut illis nil noceant viperae, ut fere volunt intpp., sed Bacchi respectu, sine noxa tractas manibus viperas, easque Baccharum crinibus innectis. Apud Euripidem Bacch. 101. sibi ipse comam serpentibus cingit, eumque sequuntur Bacchae: *στεφάνωσέν τε δρακόντων στεφάνοις· ἔνθεν ἄγραν θηροτρόφοι Μαινάδες ἀμφιβάλλονται πλοκάμοις*. Sed et nebridas Baccharum anguibus connexas fuisse tradit Eurip. trag. laud. v. 665. adde Catull. LXIV, 258. ubi vide Intpp. Designatur autem antiquo hoc figmento magna per naturam huius dei vis ac potentia, cui vel, quae eius efficacissima habentur, puta viperae venenum, subiecta sint, nihil noxae inferant. Ceterum *Medusae comas* anguibus innexis *nodosas* simili ornatu vocat Ovid. Pont. III, 1, 124. — Constat, Bacchas per Orgia discurrentes, cum alia multa mirabilia edidisse, tum serpentes manibus tractasse, iisque et corpus cinxisse et implicuisse comam. De more, quo bacchantes tam comam, quam corpus serpentibus incinxerint, vid. Voss. et Muret. ad Catull. LXIV, 259. ubi de bacchantibus: *Pars sese tortis serpentibus incingebant.*

v. 21—24. Bacchus *γιγαντολέτωρ*. Magnae sane Bacchi, quo antiquiores poetae vim naturae vegetam repraesentabant, partes esse de-

---

nides Thraces sunt mulieres, quae in Liberi patris sacris bacchari consueverunt, angues gestantes in capite. [*Sine fraude*] sine composi-

Bistonides Thraces sunt, quae cum in sacris Liberi patris, crinibus solutis, versantur, angues et in capite et in manibus gestant. [*Separatis*] secretis ac remotis nunc significat. [*Sine fraude*] aut sine noxa

Tu, quum parentis regna per arduum
Cohors Gigantum scanderet impia,
Rhoetum retorsisti leonis
Vnguibus horribilique mala:

v. 21. *Tum cum* editt. quaedam. Vand. R, *Tunc cum.*

23. *Rhoecum* Lamb. Cruqu. Turneb. Heins. Fab. Steph. Baxt. Dacer. Iones. Esse aiunt ex Graeco verbo Ῥοῖκος, qui commemoretur ap. Apollod. III, 9. Aelian. XIII, 1. Callim. H. Dian. 221. Sed cum obiici possit, hunc Centaurum esse non Gigantem, tum non solum ipsum illum Centaurum Latini summa constantia *Rhoetum* nominant, sed etiam tam h. l. quam infr. III, 4, 55. omnes Codd. Cruquii (praeter Bland. antiquiss. qui, at cum litura, *Rhoecum* exhibet), omnes Bentl. et Torrent. item Mentel. Fran. Dessss. Lipss. omnesque editt. ante annum 1530, constantissime habent *Rhoetum,* vel aberrando, *Rhoethum, Roethum, Roetum, Rhetum, Rethum, Raethum* cett. *Rhoetum* Cod. Goth. Vnde sic quoque Rutg. Bentl. San. Sivr. *Rhoeton* Cun. Vindicarunt quoque *Rhoetum* gigantem VV. DD. ad Sidon. Apoll. VI, 24. — Vand. omn. Codd. *Rhaetum*, sed orthographia sibi non constat. — φ, *leonum.* var. *leonis.*

24. *horribilisque* coni. Bentl. ex Acronis verbis „maxilla metuendus“ quae vid. infra adposita. Quamvis hoc sit debile, tamen ita Cun. et ante utrumque Bochart. hieroz. III, 2.

---

buere in fabulis physicis, in pugna deorum cum Titanibus, Centimanis et Gigantibus; translatae mox adfictaeque eae eiusdem nominis heroi Thebano a poetis serioribus, quum vel rerum, quae fabularum involucris proderentur, notiones diverso poetarum eas tractandi modo plane obliteratae essent, vel omnino fabulae pro meris ornamentis poeticis haberi coeptae essent. Idem factum in Hercule antiquiore ac Thebano, v. Heyn. ad Apollod. p. 325. Iam e quorundam narratione Bacchus sumpta leonis forma diis in hac pugna aderat, quos Hor. h. l. sequitur. Eadem specie occurrit piratis apud Homer. in eiusd. H. v. 44. Nam omnes deos mutatis formis contra Gigantas stetisse inde cum Gesnero ad Claudianum XXXVII, 51. vix statuerim, minime autem hoc ex Claudiani l. l. probaverim, quandoquidem ibi *Numina omnigenis formis* dicuntur, quatenus sunt diversae formae, generis ac loci, adeoque Dii marini, fluviatiles, agrestes, silvestres, inferi. Sed ipsorum mutatio in animalia, quae timorem arguebat, in Typhoei demum pugna locum habebat. Saepius autem hoc aut simili figmento invictum Bacchi robur declarasse veteres discas ex Eurip. Bacch. 1025. *Φάνηθι ταῦρος, ἢ πολύκρανός γ' ἰδεῖν δράκων, ἢ πυριφλέγων ὁρᾶσθαι λέων.* — Quum *cohors Gigantum*, gigantes *impii*, *ἀτάσθαλοι*, *ἄδικοι* (Callim. Lav. Pall. 8.) ob affectatum regnum caeleste, *regna*, regnum *parentis* tui, Iovis, caelum *scanderent*, in caelum eniterentur, Iovem inde deiecturi, *per arduum* tendentes, quum arduam viam in caelum molirentur. *Per arduum* volunt esse per montes exaggeratos; equidem copia poetica adiectum malim, *δι' αἰθέρος*, in sublime enisi. *M.*

v. 23—24. *Retorsisti* egregrie Rhoeti renitentis imaginem ob oculos ponit. Apud Apollodorum I, 6. Eurytum thyrso occidit Bacchus.

---

tione, qua comi non poterant, utpote viperini. [*Rhoetum retorsisti*] Rhoetum enim Gigantem in leonem conversus occiderat Dionysius. [*Horribiliq. mala*] maxilla metuendus, ut Virg.: *Et malae texere lupi*

aut sine iniuria intelligendum. [*Leonis unguibus*] sic dicitur illud apud Virg.: *Maculis quem Thracius albis Portat equus, bicolor maculis.* [*Sed*

Quamquam, choreis aptior et iocis
Ludoque dictus, non sat idoneus

v. 25—28. Sicque te egregium bellatorem ostendisti, quem imbellem ac mollitie diffluentem antea differebant, notabant. *Quamquam, choreis aptior dictus,* quum choreis unice aptus habereris, ideo *non sat idoneus pugnae ferebaris:* ac in hoc subsistere debebat Intpp. censura. Docte autem *sed* voc. *quamquam* subiicitur pro *tamen:* exempla exquisitioris huius formae pete a Markl. ad Stat. Silv. III, 3. p. 163. — *Aptior,* natus magis ad choreas ducendas ac serendos iocos, quam ad proelia obeunda et arma tractanda. Declaratur Bacchus *χορευτής* (Orph. *Εὐχ.* 9. *ἐγερσίγελως* (Paul. Silent. XL. Anal. Br. III, 83.) et *φιλοπαίγμων* (Anacr. XLII, 2.) satis obvia ratione. Tibull. I, 7, 43. *Non tibi sunt tristes curae nec luctus, Osiri, sed chorus et cantus et levis aptus amor.* — *sed* enimvero *idem eras,* eundem te esse ostendebas, te praestabas, sive *medius* esses *pacis,* sive versareris in pace, sive in bello, utrique aeque commodum te praestabas: in pace remissiorem, choreis indulgentem, luxuque diffluentem; in bello autem strenue pugnantem. Vtraque haec virtus Bacchi et pacis amantis et bello strenui passim celebratur poetis. Euripid. Bacch. 302. *Ἄρεώς τε μοῖραν μεταλαβὼν ἔχει τινὰ* et 417 sqq. *ὁ δαίμων ὁ Διὸς παῖς χαίρει μὲν θαλίαισιν, φιλεῖ δ᾽ ὀλβοδότειραν εἰρήνην.* Apprime autem huc facit epigr. CCL. (Anal. III, 201.) in Bacchi statuam, Minervae iunctam, dignum quod ex parte huc transferamus: *εἰπέ, τί σοι ξυνὸν καὶ Παλλάδι; τῇ γὰρ ἄκοντες καὶ πόλεμοι πάρα· σοὶ δ᾽ εὔαδεν εἰλαπίναι. Μὴ προπετῶς, ὦ ξεῖνε, θεῶν πέρι τοῖα μετάλλα· ἴσθι δ᾽ ὅσοις ἴκελος δαίμονι τῇδε πέλω. Καὶ γὰρ ἐμοὶ πολέμων φίλιον κλέος· οἶδεν ἅπας μοι ἠῴου δμηθεὶς Ἰνδὸς ἀπ᾽ Ὠκεανοῦ.* Cf. Lucian. D. D. XVIII. qui inscribitur *προσλαλιὰ ἢ Διόνυσος.* Scribit autem Lucianus, Bacchum, bello adversus Indos suscepto, exercitu iam in Indiam adducto, ab illis initio contemptum ac derisum esse, quia totus ille exercitus partim ex mulieribus bacchantibus, partim ex iuvenibus rusticis, nudis, cordaca saltantibus, (est vero *cordax* mollis et lascivae saltationis genus) hedera coronatis, furiosis atque insanis constare videretur, sed ad extremum illos vim et potentiam Baccho suo magno malo sensisse.

Interpretationem verborum *pacis eras mediusque belli,* quam supra adscripsimus, e Mitscherlichii commentario desumptam, quamque hac de causa tanquam nostram adeo defensuri sumus, non approbat Clariss. Doeringus. Leguntur apud eum fere haecce: „huiusmodi explicationi *eras* obstare videtur, quum *pacis eras medius* necessario quoque ad ea, quae Bacchus in illa pugna praestitit, referendum sit; itaque Bacchum ideo *medium pacis bellique* dictum esse arbitror, quod in medio quasi loco inter pacem et bellum stans aut huic aut illi favebat sive quod arbitrium pacis bellique, h. e. pugnae illius tam componendae quam continuandae, a solo eius auxilio et interventu pendebat; nisi Bacchus intervenisset, vult dicere, diutius illa pugna durasset; quo quidem nihil ad eius virtutem bellicam declarandam dici potuit gravius; *medius* igitur, ut apud Graecos *μεσίτης,* est arbiter, vel, ut hac voce utar, mediator.“ Haec Doeringi interpretatio quodammodo nova videri possit, sed nihilo minus eam huic loco valde inconcinnam habemus. Primum enim e toto quidem loco colligere non possumus, nec quomodo id ab aliis colligi possit, videmus, de illa una pugna tantum

cum dentibus albis. [*Insons Cerberus*] non semper, sed tunc *insons,* cum nocere non potuit. [*Cornu decorum*] Libero cornua nonnulli ad-

id. pac. er. med. belli] h. e. tam belli, quam pacis potens. [*Te vid. ins. Cerb.*] non semper *insons,* sed tibi *insons,* i. e. qui nocere non

Pugnae ferebaris; sed idem
  Pacis eras mediusque belli.
Te vidit insons Cerberus aureo
Cornu decorum, leniter adterens

v. 29. *Cerberos* Cun.

Horatio esse sermonem, quum, quod negari non potest, tanquam poeta Bacchum in universum ut fortem bellatorem, eumque cantibus indulgentem, qualis omnino in pace conspicitur, depicturus erat. Deinde quod maioris etiam momenti est, Doeringum offendit vox *eras,* quam quoad tempus praeteritum proprie capit. Sed Vir Clariss. animum minus advertisse videtur ad id, quod modus imperfecti eodem modo ab optimis quibusque scriptoribus, in primis autem poetis, usurpari solet, quo Graeci *τοῖς ἀορίστοις* utuntur. Denique ratio illorum verborum explicandorum, quam suadet Cl. D., nimis artificiose, ut ita dicam, constructa videtur, quam ut eius veritas nobis arrideat, in primis quum altera, eaque fere omnibus interpretibus comprobata, pariter sit simplex ac sensui huius loci poetico apta respondeat. — *Pacis Eras Medque. Belli*] i. e. utilis ad bellum et ad pacem, ad utrumque aptus, paratusque, sive pax colenda sive bellum gerendum esset: vel hoc significat, vinum modo homines ad arma et pugnam excitare, modo etiam feros et immites animos domare, lenire et mitigare. (*L.*)

v. 25—28. Fatendum, quod iam Sanadonus monuit, animadvertit ad hos versus Ianius, hoc tetrastichon mire abhorrere ab antecedentibus; nimis languidam et vulgarem videri amplificationem; nimis prosaica et protracta ista: *quamquam — ferebaris,* ut multo praeclarius vim suam tueatur carmen III, 25. Sed non ideo hos versus resecare debebat *Guietus;* nam cum labi et summus poeta possit, tum fortasse excusationis aliquid habeat locus, si fabula ante oculos fuisse Horatio putetur, quae narraret, et deos et gigantes Bacchum pugnaturum derisui habuisse ac petiisse crebris dicteriis, in primis ut *ἐφευρέτην χορείας,* cum potius ad choros ducendos, quam ad pugnandum natum esse. — v. 29—32. Quin et Tartari monstra submisere se tuo numini, remissa ferocia. Adiit autem Bacchus inferos, Semelen inde reducturus. Vid. Apollod. III, 5, 3. adde Pausan. II, 37. ubi per stagnum Alcyonium Bacchum ad inferos descendisse ab Argivis tradi memorat. Cf. et Hygin. f. 251. Iam prosaica forma erat: Vbi Cerberus te Orcum ingressum *vidit,* sensit, tantum abest, ut noxae inferendae cupidum se ostenderet (*insons*), ut potius blanda adulatione potentiam tuam veneraretur. — Bacchus *cornibus decorus: insignis cornu* (Ovid. A. A. III, 348. *κερασφόρος, ταυρόκερως,* antiquissimo roboris ac potentiae symbolo. Cf. Intpp. ad Nemes. III, 36. — *Aurea* habet cornua, ut deus. Vnde *χρυσώπης* Eurip. Bacch. 553. *χρυσόκερως* (Anthol. Gr. I. p. 82.) dictus. Idem capite cornuto in numis ac monumentis Etruscis obvius. vid. Spanhem. de Vsu et Pr. Num. T. I. p. 392. Burm. Sicula T. II. t. 12. Gori Mus. Etr. t. LIII. — *Cornu Decor.*] Baccho cornu tribuunt poetae, quod ii, qui liberalius biberint, ad vim et pugnam parati sunt atque instructi; ob eandemque rationem Bacchum tauro et pardalo similem faciunt, v. c. Athenaeus his fere verbis: *καὶ ταύρῳ*

signant, quoniam violentia protervitatem et contumaciam consuevit augere. [*Et recedentis*] Ordo est: *Et tetigit pedes et crura recedentis.*

potuit. [*Aur. corn. decor.*] cornua Libero patri et nonnullis aliis adsignantur, quoniam scil. violentia protervitatem et contumaciam

Caudam, et recedentis trilingui
Ore pedes tetigitque crura.

CARMEN XX.

AD MAECENATEM.

ARGUM. *Habemus duo carmina ab Horatio composita, quae fere idem tractant argumentum, quamquam sunt diversae indolis, hoc nempe et libri tertii ultimum. Vaticinatur Horatius immortalitatem suam, se nunquam moriturum, quamvis hac vita defunctum; fore enim, ut in cycnum, avem Apollini sacram, mutatus in caelum sublimis abeat, maior videlicet quam ut invidia hac in terra amplius sibi nocere possit. Nominis mei gloria, inquit, per totum terrarum orbem*

v. 31. *Caudam, recedentis* unus Bersm. Dess. 1. — *C. recedenti, et trilinguo* var. lect. Ion. Vand. V, *redeuntis*, var. *recedentis*.

παρεικάζουσι τὸν Διόνυσον καὶ παρδάλει, διὰ τὸ πρὸς βίαν τρέπεσθαι τοὺς ἐξοινωθέντας. εἰσὶ δ' οἳ καὶ θυμοικοὶ γίγνονται· τοιοῦτος δ' ὁ ταῦρος. Εὐριπίδης, ταῦροι δ' ὑβρισταί κ' ἐκ κέρως θυμούμενοι etc. — Parva *cornua* (h. l. *aurea* dicuntur) Baccho saepissime tribui a poetis, satis notum. Antiquissima idea ad maiestatem et potentiam significandam (quam Alexander M. in nummis renovavit); sed illa pulchrior in poesi, quam in pictura aut alio opere; quae ratio, cur in monumentis tam rara sit ea Bacchi species. Haud dubie in statuis Baccho dedicatis, quales paucas servatas esse constat, frequentior fuit cornuum sive diadematis cornuti usus, quo artifex vinculis liber, solam pulchritudinem sectans, abstinuit. Vid. Lessing. Laoc. c. VIII. p. 95. IX. p. 103. — *leniter adterens* tibi *caudam*, adblandiens tibi cauda mota, *σαίνων*, Hesiod. Theog. 770. de Cerbero: *ἐς μὲν ἰόντας σαίνει ὁμῶς οὐρῇ τε καὶ οὔασιν ἀμφοτέροισιν.* Fortasse tamen melius fuerit, ne bis eadem imago occurrat, explicare: applicans, subiiciens utero caudam, prae timore. Virgil. Aen. XI, 812. *caudamque remulcens* (*leniter* Horatii) *subiecit pavitantem utero.* Similiter se ab Oedipode victam testatur Sphinx apud Euripid. fr. Oed. XVI. (ed. Lips. p. 458.) *Οὐρὰν ὑπίλλουσ' ὑπὸ λεοντόπουν βάσιν ἐκαθέζετο.* — *recedentis*, quum revertereris ex inferis, in reditu tuo pedes *crura*que tua attigit *ore trilingui*, tribus linguis suis, ore exsertis, blandientium canum instar, qui alias reditum umbris negat, easque devorat. Hesiod. l. l. *ἐξελθεῖν δ' οὐκ αὖτις ἐᾷ πάλιν, ἀλλὰ δοκεύων ἐσθίει, ὅν κε λάβῃσι πυλέων ἔκτοσθεν ἰόντα.* Cerberus autem hic *τρίκρανος*, ut apud Sophocl. Trach. 1106. — Finitur carmen descensu Bacchi ad inferos, repetitum Semelen, vel, ut alii, Ariadnen suam. vid. Hygin. fab. 251. Apollod. III. Diod. Sic. IV. p. 232. — *Et Reced., Triling. Ore Pedes*] et ore suo trilingui tuos pedes tuaque crura redeuntis scil. ad superos demulsit; quod est in cane amoris et gratulationis argumentum, neque hoc nisi dominis aut certe notis facere solet. De Cerbero cf. quae ad Carm. II, 13, 34. adscripta leguntur.

[*Trilingui ore*] dicitur enim Dionysius et apud inferos regnasse, ut etiam ipsi, ita ut Dianae, triplex daretur potestas.

addere solet, quae per cornua significatur. [*Lenit. adter. Caud.*] suaviter, ut solent dominis canes facere blandientes.

celebrabitur, carmina mea in perpetuum vivent, neque unquam vatis Horatii obliviscentur homines poetarum opera pie colentes. Imaginem autem, qua se in alitem transformatum dicit, coloribus admodum vividioribus depingit, ita quidem ut nobis videamur non poetam, sed cycnum canorum videre. Quam ob rem honores, epitaphii causa scilicet faciendos, plane supervacuos et inanes vocat. — Ceterum distinguendum dicunt cycnum canorum ab olore muto, vid. not. ad Eclogg. Vett. Poett. p. 232. — Accedit, quod poetarum animas adeo migrare in cycnos crediderunt, vid. Plat. de Republ. X. Ipsi etiam poetae passim cycni appellantur, v. c. supr. I, 6, 2. Quae cum ita sint a vero non dissimile est, Horatio ante oculos Graecum quoddam exemplar, quod in hoc carmine expresserit, obversatum putari posse. — Denique non est quod perturbemur malevolorum quorundam vocibus, qui arrogantiae Horatii irascuntur, modestiam desiderant, quum aliunde satis constet, Horatium fuisse virum modestissimum, minime autem perversa tumidum arrogantia. Cum neminem oportet se viliorem ac peiorem habere, quam est, tum in primis virum magnum decet in se ipsum iustum esse et honestum, agnoscere et sentire virtutem suam, eius sibi conscium esse. — (Harduini ineptias super hoc carmine persequitur Gesnerus.)

Non usitata, non tenui ferar
Penna biformis per liquidum aethera

DE IMMORTALITATE Cod. Goth. ALLEGORICE AD MAECENATEM Cod. Guelf. — Vand. V, glossa man. rec. „*sunt qui iungant hanc oden cum superiore.*"

v. 1. *nec tenui* vulgo. *Sed non t.* Bentl. 6, 8. Cun. San. Sivr. Vand. H, T, *usitata, non.* Omn. al. *usitata, nec.*
2. *aëra* Alt. 2. Lips. 1. a m. s.

---

v. 1. Famam alicuius nominisque celebritatem ad remotiores terras pertinentem quum poetae fere ita efferant, ut eum vel Famae alis (v. II, 2, 7.) vel suismet ipsum levatum pennis totum terrarum or-orbem volatu lustrantem fingant (in quam rem commode laudant Theognid. 231.); exquisitius Horatii, quo simul, unde sibi illa gloria obtigerit, declaret, haberi debet phantasma, quo se cycni adsumpta forma omnes terrarum plagas pervolaturum omnesque populos cantu suo permulsurum generoso spiritu iactat. Nam non volatus solum, quo efferuntur poetae, (*ποτανὰν μηχανὰν* appellat Pind. Nem. ζ, 32. cf. ad I, 6, 2. et IV, 2, 25.) sed etiam cantus rationem in poetarum cum cycnis comparatione haberi, in promptu est intelligere. Eadem de causa *Sirenum* alas posuit Eurip. fr. CLIV. (p. 491. ed. Lips.) haud dubie eadem in re: *χρυσέαι δή μοι πτέρυγες περὶ νώτῳ καὶ τὰ Σειρήνων ἐρόεντα πέδιλα ἁρμόζεται· βάσομαί τ' εἰς αἰθέρα πολὺν ἀερθείς.* Et

---

ACR. [*Non usitat. nec ten. fer. Penna*] *ἀλληγορικῶς* significat se in cycni figuram mutandum et carmina sua totum orbem impletura, unde et se immortalem futurum promittit. Avis enim, in quam se transfigurandum dicit, canora est, ut poetae merito conveniat et Apollini consecrata. *Non usitata* autem propterea, quia non vulgaria, nec

POR. [*Non us. nec ten. fer. Penna*] poetice significat se in cycni formam transiturum et dulcedine cantus totum orbem impleturum. [*Non us.*] h. e. non vulgari, nec enim vulgaria scribit. [*Biformis*] bi-

Vates: neque in terris morabor
Longius: invidiaque maior

v. 3. *in terra* plur. Torr. Bentl. 1, 6, 9, 10, 18. unus Bersm. Dess. 2. Brod. Sed vulgatum magis poeticum. Vand. Codd. aliq. *nec*. — B, φ, H et al. quat. *terra*. D, *terra*, var. *terris*.

---

lusciniae formam Cinesiae poetae adfinxit Aristoph. Avv. 1372. *ἀναπέτομαι δὴ πρὸς Ὄλυμπον πτερύγεσσιν κούφαις.* — *Non Vsitata*] significat Horatius, sibi suos versus suaque poemata nomen immortale peperisse, seseque exteris atque adeo barbaris nationibus nobilem et clarum futurum, nomen denique suum toto orbe terrarum celebre et gloriosum fore. Sic Theognis significans suis versibus Cyrno nominis immortalitatem esse comparatam, dicit, se tales ei alas dedisse, quibus avium in morem sublimis totum orbem terrarum peragrare et mare immensum atque infinitum pervolare possit etc. (v. 865 sqq. Welck. 247 sqq. Br.)

Σοὶ μὲν ἐγὼ πτέρ' ἔδωκα, σὺν οἷς ἐπ' ἀπείρονα πόντον
Πωτήσῃ κατὰ γῆν πᾶσαν ἀειρόμενος
Ῥηιδίως, θοιναῖς δὲ καὶ εἰλαπίνῃσι παρέσσῃ
Ἐν πάσαις, πολλῶν κείμενος ἐν στόμασιν.

i. e.

Donavi tibi ego pennas, quibus aequora vectus
Et terras omnes pervolitare queas,
Et cunctis epulis intersis perpete fama
Multorum assidue postus in ore virum.

Pro tenui *ego* cum vi est: *vates*, quo mutationis causa declaratur facultas eius poetica. — *biformis*, respectu prioris *humanae* ac novae *cycni* formae, in quam nondum plane abierat. cf. v. 9 sqq. Vel quatenus *vatis* imaginem ac sensum in cycni formam transfundit, animo utrumque simul complectitur. Ridicule alii ad lyrica et satiras, diversa poematum genera, Horatii referunt. — *Penna*, alis, volatu *non usitato*, quo pauci mecum certaturi sint, altissimo. Nisi simpliciter est: novo plane more, sc. cycni specie, evolabo. — *non tenui*, *πυκνῇ πτέρυγι*, densa, valida, quae adeo alte enititur et satis virium habet ad se sustentandum. Omnino ad gloriae magnitudinem ac perennitatem refer, quam sibi poeta auguratur. — v. 4. *invidia maior*, excelsior, cuius gloriae invidia nihil amplius detrahere valeat; *ἄφθονος*, *φθόνου κρείττων*, (quamquam hoc fere de iis, qui invidia non ducuntur, veluti Lucian. Hermot. c. 76. p. 820.) h. l. summam facultate poetica laudem, famam adeptus. Callim. ep. XXII, 4. *ὁ δ' ἤεισεν κρείσσονα βασκανίης.* Ita de se IV, 3, 16. *Et iam dente* cett. Simmias Rhod. II, 3. (Anal. Br. I. p. 204.) *εἰ δέ τις ἐκ πάντων σοφίης μέγαν ἔσχεν ἔπαινον, οὗτος ἔχει πλεῖστον, καὶ φθόνος οὐχ ἕπεται,* Similia sibi spondet Propert. III, 1, 21. *At mihi quod vivo detraxerit invida turba, post obitum duplici foenore reddet honos.* et Stat. Theb. XII. extr. *Mox tibi, si quis adhuc praetendit nubila livor, occidet, et meriti post me referentur honores.* — *Invid. Mai.*] superior. Sic IV, 3, 16.: *Et iam dente minus mordeor invido.* Nam invidia in eos, qui multo ceteris antecellunt ac praestant, imbecilla est; et intellige,

---

communia scripsit. Ordo est: *Ego biformis vates ferar per liquidum aethera non usitata, nec tenui penna.* [*Invidiaq. mai.*] ego, qui maior sum invidia, relinquam urbes. *Invidia* enim *maiorem* se dicit, quia ma-

formem autem se dicit, quod et Lyrica scribat et hexametros. [*Non ego paup. sang. par.*] h. e. non ego ignobilis, quem putatis humilibus

Vrbes relinquam. Non ego pauperum
Sanguis parentum, non ego, quem vocas:
„Dilecte," Maecenas, obibo,
Nec Stygia cohibebor unda.

v. 5. *Vrbem* Alt. 2.

6. *quam vocas* Mentel. *quem vocas dilecte*, Acr. Comment. Cruqu. Lamb. Asc. Marcil. Cruqu. Heins. Dacer. Cun. — *non ego quem* (h. e. quemquam) *vocans*, sequi me poscens, emend. Sivr. Maecenatem idem, quod supra 17, 10. Horatius, sacramentum dixisse, quo eum h. l. solvat poeta. *quem vocant* (obtrectatores np. *sanguinem p. p.*) coni. Bentl. et recep. San. *quem notant*, h. e. vituperant, coni. Klotzii lect. Venus. p. 227. — Quidquid, Bothius inquit, moliuntur interpretes tam veteres quam recentiores, friget aeternumque frigebit istud: *quem vocas*, de cuius depravatione dubitari me iudice non potest. Atqui Bentl. et San. coniecere legendum esse *quem vocant*, quem ita vocant rivales atque inimici, sed frigide et vix latine. Reponendum censeo *quem vetas*, quem vetas *obire*, quod verbum repetendum *ἀπὸ τοῦ obibo* in proximis, figura minime inusitata. Scimus autem Bothium coniecturas tentando sibi haud raro placere, quamvis fere omnia quaecumque demum tentarit ingenii excellant acumine. Verba ita iungenda censeo: *non ego, quem vocas „Dilecte" Maecenas, obibo.* Ita quoque Iahnus V. Cl. verba coniungit. Ianius *Dilecte Maecenas* unam efficere putat sententiam. Prior autem ratio horum verborum coniungendorum altera exquisitior ac doctior videtur. — Vand. interpunctio varia; optima mihi videtur in E, φ, M, *quem vocas Dilecte, Maecenas.* (Vides, Vanderburgium nobis hac in re adsentire.) O, *quem vocas; Dilecte:* S, *Dilectum.*

---

tum demum invidia maiorem futurum, cum excesserit e vita, ut Epist. II, 1, 12.: *Comperit invidiam supremo fine domari*, quod etiam Plutarchus ostendit in libro *περὶ φθόνου καὶ μίσους* his verbis: *αἱ δὲ τῶν εὐτυχημάτων ὑπεροχαὶ καὶ λαμπρότητες πολλάκις τὸν φθόνον κατασβεννύουσιν· οὐδὲ γὰρ εἰκὸς Ἀλεξάνδρῳ τινὰ φθονεῖν, οὐδὲ Κύρῳ, κρατήσασι καὶ γενομένοις κυρίοις ἁπάντων· ἀλλ' ὥσπερ ὁ ἥλιος, ὧν ἂν ὑπὲρ κορυφῆς γένηται καταχεόμενος τὸ φώς, ἢ παντάπασι τὴν σκιὰν ἀνεῖλεν ἢ μικρὰν ἐποίησεν, οὕτω πολὺ τῶν εὐτυχημάτων ὕψος λαβόντων καὶ γενομένων κατὰ κεφαλὴν τοῦ φθόνου, συστέλλεται καὶ ἀναχωρεῖ καταλαμπόμενος.*

v. 5. *Ego* etsi *sanguis*, filius (ut III, 27, 63. Tibull. I, 6, 66. Ovid. Fast. VI, 488. cf. Schrad. ad Mus. p. 136.) *paup. parentum*, utpote libertino patre natus, ob humilitatem generis vulgo despectus, *non obibo*, si sententiam spectes, est: summam nominis claritatem consequar, in ore omnium ero, quem nunc libertino patre natum rodunt. Immortalem ego gloriam, famam adipiscar, qui nunc vix ullo in honore sum, quippe paupertate atque humili genere depressus, a te tamen, optime Maecenas, aliquo loco habitus, expetitus, qui tamen tui gratia floreo, qui tua me amicitia dignaris, qua facile et paupertatem meam, imperitorumque iudicia fero. Ita fere sententiam verbis, *quem vocas, dilecte Maecenas*, continuatam existimaverim. *M.*

---

ioribus invidetur. [*Non ego paup. sang. par.*] i. e. non ero ignobilis, qui putor humilibus parentibus natus. [*Non ego quem voc.*] Ordo est: *Maecenas, non obibo ego, quem vocas dilecte, nec cohibebor Stygia unda.* Significat carmina non obire, quae per aeternitatem ipse mereatur.

parentibus natum. [*Non ego ob.*] negat se obiturum, quod per allegoriam intelligi vult carmina sua semper floritura. [*Iam iam resid.*]

Iam iam residunt cruribus asperae
Pelles: et album mutor in alitem
Superna: nascunturque leves
Per digitos humerosque plumae.
Iam Daedaleo ocior Icaro

v. 9. Vand. D, Q, *resident.*

11. *Superne* (Cod. Guelf.) omnes Lamb. Cruqu. Torr. et Pulm. Mentel. Lipss. Altt. cett. item vett. editt. Fabr. Bentl. Sivr. Sed cum nolo monere, ultimam in *superne* plane contra aureae aetatis poetarum consuetudinem corripi (licet antiquior usus in eo liberior fuerit, ut Lucret. VI, 543. 596.): tum *superne* prorsus humile et prosaicum est. Multo aptius et doctius (ex eleganti Graecismo) *superna* Muret. ex libb. antt. Bentl. 3. Heins. Fabr. Rutg. Steph. Dacer. Cun. San. Iani, Oberlin, Zeune, Fea. Recte, est enim in parte superna corporis. Propert. I. el. ult. 9.: *Proxima supposito contingens Vmbria campo,* pro, proxime. Apud Claudian. de Raptu Proserp. II, 22.: *Qui, summa peremptus, Ima parte viget, moriens, et parte superstes.* — Vand. omn. Codd. *superne*, quod ipse exaravit in textu.

13. *ociorque* quid. libb. vett. teste Lamb. unde quosdam coniecisse dicit *Daedaleoque ocior.* — *notior* (*nocior*) Bentl. 2. Mentel. Lips. 1. Dess. 1. unde *tutior* fecit Bentl. probantibus San. Wakef. Koeppen., Eichstad. ad Ommeren. *laetior* s. *cautior* coni. Withof. *ornatior* coni. ap. Iones. Offensi sunt VV. DD. cum hiatu *Daedaleo ocior,* cuius tamen exempla satis multa in Horatio et Virgilio, tum quia ominis non boni sit exemplum Icari, illudque augurium celeritatis notione non tollatur. Sed vel *ocior* ferendum vel admittendum *notior*, quemadmodum Bothius censet. — Vand. E, γ, *notior.* R, *nocior.* H, I, *otior,* al. *ocior.*

---

v. 8. Stygem non traiiciam, Tartara non videbo. Similiter in Lucceii epitaph. 19. (Poet. min. III, 209.) *Non ego Tartareas penetrabo tristis ad undas — atris non errabo locis, nec cohibebor aquis.*

v. 9 sqq. In cycnum enim mutatus pervolabo totum terrarum orbem. Animatur haec imago poetica vivida metamorphoseos repraesentatione per partes facta. *Pelles asperae,* pellis aspera residit cruribus, dictum pro: pellis aspera fit, residit; dum enim crura humana extenuantur, cycni formam exilem induunt, necesse est, ut cutis, quae mollibus ante ac succulentis partibus inducta fuerat, his evanescentibus *subsidat*, ossibus propius admoveatur, quaeque antea pleniore corpore extensa erat, nunc contrahatur, adeoque *aspera,* h. e. rugosa, evadat. In ornatu tam perspicuo mirum utique, Intpp. adeo hallucinari potuisse. Nunc pellem cycni vel natura asperam vel ex emicantibus plumis ita dictam volunt, nunc *residunt* accipiunt de pelle cuti humanae superinducta, contra receptam poetis immutandae formae rationem, qua corpus tantum diffingitur, nulla re extrinsecus illata. — *album alitem,* cycnum. — v. 11. *Superna,* superiore corporis parte, τὰ ἄνω, ἄνωθεν. Sequentia perspicuitatis causa voci *superna* adiecta. — *Plumae leves nascuntur*, emicant, prodeunt e digitis et humeris, h. e. alatus fio. — *leves* praeclare de pennis olorinis, levore ac candore refulgentibus, *purpureis*, IV, 1, 10. — v. 13. Ad remotissimas terrae oras *ales canorus*, in alitem canorum, cycnum mutatus, penetrabo, eas sub cycni

---

[*Iam iam resid.*] iam se dicit in formam cycni transire. [*Syrtesq. Gaet.*] Libycas. Virg.: *Nunc promittite vires, Nunc animos, quibus in*

iam dicit se in cycnum transfigurari. [*Iam Daed. oc. Icar. Vis. gement. litor. Bospor.*] hoc significat carmina sua ad extrema usque orbis

Visam gementis litora Bospori,
Syrtesque Gaetulas canorus
Ales Hyperboreosque campos.
Me Colchus, et qui dissimulat metum

v. 14. *dementis* Brod. contra metrum. Ceterum *gemens mare* recte pariter atque exquisite appellatur. — Vand. I, M, N, Q, *Bosfori*, al. omn. *Bosphori.* — 15. *Gaetulas.* Vid. I, 23, 10.

17. *Colchis* Brod. non apte satis ob sequentia. *et qui — cohortis*, Dacer. et San. de Parthis accipiunt et distinguunt a Daco.

---

specie adibo. — *ocior*, celerior, quippe *penna haud tenui* instructus, quam volatus fuit *Icari Daedalei*, Daedali filii. Comparaturus suum volatum cum simili conatu, in Daedalum et Icarum incidere debuit, e quibus alterum ponit, tanquam poeta.

v. 14. *litora Bospori*, populos Bosporo Thracio adiacentes. (Forte cum delectu *litora* memorantur a poeta, nam ad ea fere cycni cantum ponunt poetae. Moschus III, 14. Στρυμόνιοι μύρεσθε παρ᾽ ὕδασιν αἴλινα Κύκνοι. Loll. Bass. I, 2. (Anal. Br. II, 160.) μελιθροῦς κύκνος ἐπ᾽ ἠϊόνος. cf. Eurip. Iphig. in Taur. 1104. Ovid. Trist. V, 1, 11.) — *gementis*, sonori, rauci, undis isto freto coarctatis et fractis. Cf. II, 13, 14. III, 4, 30. — v. 15. *Syrtes Gaetulae*, ora Africae Gaetulis habitata, omnino pro Africae regione. — v. 16. *campos Hyperboreos*, extremas versus Septentrionem terras, necdum cognitas. De certo adeo populo vix cogitandum h. l. quod vix erat monendum. — v. 13—16. Sensus: iam summa velocitate in terras longissime a nobis distantes volabo. — Quod in multis aliis comparationibus tenendum est, ut ex re comparata id tantum, quod unice spectatum est, eliciamus, id quoque de hac cum Icaro instituta comparatione valet. Scilicet Horatius, ut se, in verum alitem conversum, multo velocius Icaro volaturum esse ostenderet, iam in illo, secum comparato, non tam ad infelicem eius casum, quam ad eius alas facticias, longe nativis postponendas, respexisse putandus est. Sic Doeringo, Viro Doctissimo, Praenobilissimo, hic locus nec reprehendendus, neque emendandus cum Bentleio aliisque esse videtur. — *Hyperb. Camp.*] campos supra Aquilonem et Rhipaeos montes, ubi sol non quotidie, ut nobis, sed aequinoctio verno exortus auctumnali occidit, ideoque sex mensium dies et totidem nox una perpetua est apud eos. Herodotus videtur negare, esse Hyperboreos, quia, si essent, inquit, Hyperborei, essent etiam Hypernotei. Posidonius ait esse, et Alpes, Italiae montes, incolere. Festus Hyperboreos supra Aquilonis flatum habitare scribit, dictos, quod humanae vitae modum superent, vivendo ultra centesimum annum, ὑπερβαίνοντες ὅρον, sc. seculi humani. — v. 17. Observa varietatem et copiam poetae in: *visam, me noscent, discent;* tum antea *terras* posuit, quibus nunc *populos* substituit. *Dacus dissimulans*, celans *metum Marsae cohortis*, Mar-

---

Gaetulis Syrtibus usi. [*Visam gementis litora Bospori*] toto orbe se vulgandum promittit, ut etiam perveniat ad barbaras nationes, nam per commemorationem gentium omnes terrae partes designat. [*Hyperb. camp.*] Thracios. Hi ultra Aquilonis flatus, Septentrioni subiacent, ut est: *Quin et Hyperboreo septem subiecta trioni Gens effrena virûm.* [*Marsae coh.*] pro Italiae militibus dixit, ut ostenderet solos Romanos

terrarum et ad barbaras etiam gentes perventura. *Gementis* autem *Bospori*, h. e. perstrepentis ac sonantis. [*Hyperb. camp.*] qui ultra flatus Aquilonis Septentrioni subiacent. [*Marsae cohortis*] Italorum

Marsae cohortis Dacus, et ultimi
Noscent Geloni: me peritus
Discet Hiber, Rhodanique potor.

v. 19. *perustus* emend. Brouckhus. ap. Cun. *petitus* con. ap. Ion.
20. *Yber, Hyber, Hiber* variett. Bentl. edidit *Hiber*. Sic (cum adspiratione) ex marmoribus apud Grut. p. 690. flumen *Hiberus*, et apud Bonad. II. p. 372. Passion. p. 100. 11. Cf. Fea ad h. l. qui *Hiber* exaravit in sua editione. — 21. *inanes* coni. With. — *neniae* multi scribunt, iique recte. *naeniae* Iani VV. DD. maiorem secutus partem, laud. Cellar. l. l. T. I. p. 297. Vid. ad II, 1, 38.

---

sorum tanquam fortissimorum militum in exercitu Romano, omnino pro, exercitus Romani. Daci metuunt Romanos, ab iis victi ac in fines suos repulsi; sed dissimulant hunc metum, armis iterum contra Romanos sumptis, in rebellando pervicaces. — *Geloni*, Scytharum gens, Istri accola. Vid. II, 9. extr. — *ultimi*, qui Romanis innotuerant versus Septentrionem, remotissimi. — v. 19. *Hiber*, Hispani ab Ibero fluvio, qui iam Horatii aetate aliquam literarum Romanarum notitiam e commercio, quod ipsis cum Romanis intercedebat, traxerant; unde *peritus*, excultus artibus. — *discet*, audiet meum cantum. Ita II, 19, 5. Statius, qui hunc locum in animo fortasse habuit, accepit pro, ediscet. Theb. XII, 814. *Iam te magnanimus dignatur noscere Caesar, Itala iam studio discit, memoratque iuventus.* — *Rhodani potor*, Galliae populus, sollenni poetarum loquendi usu, quo *fluvium bibere* est, ad eum habitare, v. c. IV, 15, 21. Virg. Aen. VII, 715. et centies alibi. — Sed cur ab Horatio Hiber *peritus* dicitur? Fortasse usu peritus intelligendus, idque propter longas et assiduas navigationes, his enim multorum morum multarumque rerum cognitio comparatur. — v. 21. Quocirca, ubi inter homines esse desiero, ne lugeas me, ut mortuum. Iam Ennius apud Cic. Tusc. I, 15. *Nemo me lacrimis decoret, neque funera fletu faxit: Cur? volito vivu' per ora virum.* Ad sententiam facit quoque egregie locus in Phalaridis ep. XCVI. de Stesichoro: *τὸν δὲ ἄνδρα μὴ στένετε, μήτ᾽ ὀλοφύρεσθε, κινοῦντές τι τῆς ἐπ᾽ αὐτῷ τύχης. Τέθνηκε μὲν γὰρ τὸ σῶμα τὸ Στησιχόρου, τοὔνομα δὲ παραλαβὼν ὁ ἀνήνυτος αἰών, εὐκλεὲς μὲν ἐν βίῳ, μακάριον δὲ ἐν μνήμαις ἀναθήσεται.* — *Absint neniae*, cesset, ne canatur carmen lugubre ad tibiam in funere *inani*, quandoquidem *funeri*, exsequiis, pompae, corpus deest, utpote in cycnum mutatum. — v. 22. *luctus turpis*, qui vultum deformat; ad fletum enim sollennem, ardente rogo, *luctum* potius retulerim, quam ad vestem lugubrem, squalidam. Ad pompam autem exsequialem pertinent etiam *querimoniae* et *clamor*, lamenta et eiulatus in funere instituti. — *Compesce*, reprime, contine, ut Lucret. III, 967. *Aufer abhinc lacrimas — et compesce querelas.* — *Mitte*, omitte *honores*, ne impertiaris honores sepulcro. *Honores sepulcri* possunt esse generatim, qui mortuo impenduntur, exsequiae, pompa funebris, et quae ad eam pertinent, nenia, fletus cett. ut adeo antecedentia poeta ita complexus videri debeat. *Extremos honores* hoc sensu dixit Sil. It. VI, 670. *ferale decus* idem X, 535. Ovid. ex Pont. I, 9, 61. *Ille tibi exsequias et magni funus honoris fecit.* Ita *lacrimae* sunt *γέρας*

Dacis esse terrori. [*Rhodaniq. pot.*] Hispani et Galli. [*Neniae*] carmen funebre. [*Luctusq. turp.*] propter habitum lugentium dixit. [*Su-*

militum accipe. Marsi enim Itali sunt. [*Inani fun. neniae*] *neniae* enim sunt cantus funerum. [*Luctusq. turp.*] *turpem* autem ipsum luctum

Absint inani funere neniae,
Luctusque turpes et querimoniae:
Compesce clamorem, ac sepulcri
Mitte supervacuos honores.

v. 22. *Luctusque, turpes et qu.* Sivr. Sed *turpes luctus* rectius iungas. Iani. Fea. *L. turpes; et querimoniae Comp. cl.* Sanad. — Vand. A, *luctusque, turpes et.* B, D, E, *luctusque turpes, et.*

θανόντων Hom. Il. ψ', 9. Aeschyl. Suppl. 120. *ἰηλεμοῖσιν ἀμπρεπῆ θρεομένη μέλη ζῶσα γόοις με τιμῶ.* *lacrimae, qui maior honos* Stat. Silv. III, 3, 213. Ita lacrimis *decorari* se vetat Ennius l. l. Praestat tamen honores sepulcri proprie accipere de tumulo in mortui honorem erecto (Hom. Il. π', 455. *Ἔνθα ἑ ταρχύσουσι κασίγνητοί τε ἔται τε τύμβῳ τε στήλῃ τε· τὸ γὰρ γέρας ἐστὶ θανόντων.* Ita *τιμᾶν* de sepulcri honore adhibuit Hesiod. Sc. Herc. 476.) cupressis ornando, tum de inferiis ad eum quotannis faciendis. — *supervacuos*, quibus plane locus non est; ut qui mortuus non ero. Alias honores isti ita dicuntur, quod mortuis eorum nullus sensus est. Ita *vanum* hunc *honorem* appellat Virgil. Aen. XI, 52. *κενεὰν χάριν* Meleag. CIX, 6. (Anal. Br. I, 31.) *δαπάνας κενὰς* Eurip. in Polyd. fr. VI. p. 470. ed. Lips.

v. 21—24. Primum vult, abesse nenias a suo funere, deinde funus, i. e. omnem pompam et sumptum funebrem inanem fore dicit, quia scilicet non sit moriturus nec sepulcro possit contineri, sed immortalis sit futurus et in cycnum canorum mutandus, qui cantu totum terrarum orbem completurus est. — *Nenia*, (ita quidem recte scribitur) carmina lugubria, cf. Carm. II, 1, 38. — Quod tamen Horatius h. l. per *inanis* vocabulum significat, Virgilius pariter *inanem tumulum* dicit et Graeci *κενοτάφιον* vocant. — v. 23. Omitte, mihi sepulcrum sumptuosum et magnificum exstruere, nam sine sepulcro satis honoratus sum gloria ingenio parta. — Pausan. Arcad. VIII, 16, 4. 5. duo sepulcra admirabili pulchritudine et magnificentia commemorat, unum Mausoli in urbe Halicarnasso, structura et magnitudine visendum, alterum mulieris cuiusdam, Helenae nominis, Solymis. — Ceterum sunt, qui festive moneant, quaestionem scilicet moventes, quid nunc fiat de Carm. II, 6, 22. sed de eiusmodi ineptiis plane nihil dicendum, quum quisque sponte intelligat, quomodo se res habeat. — Vossius versus quatuor extremos vernacule *felicissime* vertit:

Der Scheinbestattung schweige die Nenie,
Und niedre Wehklag', Ächzen und Jammerton!
Hemm' allen Zuruf, und entferne
Mir die vergebliche Pracht des Grabmals!

---

pervacuos hon.] supervacue enim honorari mortuos multi dixerunt; maxime Horatius, qui immortalitatem se videri vult per carmina consecutum: nam et Virg.: *Vano maesti comitamur honore.*

ait squalore lugentium. [*Supervac. hon.*] *supervacua* est enim sepultura iis, qui immortalitatem videntur per carmina consequi.

LIPSIAE
EX OFFICINA CAR. PHIL. MELZERI.

ADDENDA.

M. = Mitscherlich.
G. = Graevius.
L. = Lambin.
D. = Doering.
Vand. = Vanderbourg.

quorum nominum propriorum litterae initiales, eaeque unciales, quas vocant, saepissime redeunt, in primis iis in locis, quibus interpretum discrepantia et similia notanda erant.

CORRIGENDA.

Errores levioris momenti etiam in hac editione reperiuntur, quos benevolus lector ut emendet et nobis haud maiam in partem vertat, enixe rogamus. Quibusdam in locis, v. c. pag. 93, vox *recudo* legitur, corrige: *excudo;* pariter verba *qui*, *quae*, *quod* ter quaterve cum *vero* minus recte coniuncta corrige: *tamen.* Carm. I, 3, 14.: lege: *Hyadas.* pag. 304. v. 2. *τά* corr.: *τὰ.* Reliqua errata autem a nobis emendata ad totius operis finem notaturi sumus.

VOLUME 2

Q. HORATII FLACCI
OPERA OMNIA.

TEXTVM DENVO RECENSVIT,
VARIETATE LECTIONIS INTEGRA INSTRVXIT,
OPTIMORVM INTERPRETVM COMMENTARIOS
SVBIECIT,
SVAS ADNOTATIONES CVM CRITICAS TVM
EXEGETICAS ADSPERSIT,
SCHOLIASTARVM VETERVM ACRONIS ET PORPHYRIONIS
SCHOLIA TYPIS EXCVDENDA CVRAVIT, ETC.

GVILIELMVS BRAVNHARDVS
THVRINGVS.

SECT. II.

LIPSIAE
PROSTAT IN LIBRARIA GVILIELMI NAVCKII.
MDCCCXXXIII.

VIRO

DOCTISSIMO. PERILLVSTRI.

SVMMEQVE VENERANDO.

IO. CASP. ORELLIO

TVRICENSI

D.

GVILIELMVS BRAVNHARDVS

THVRINGVS.

VIRO

DOCTISSIMO. CLARISSIMO.

PIEQVE COLENDO.

FR. CAR. KRAFTIO

HAMBVRGENSI

D.

GVILIELMVS BRAVNHARDVS

THVRINGVS.

Q. HORATII FLACCI

CARMINVM

LIBER TERTIVS.

CARMEN I.

ARGUM. *Stoica philosophia praecipit: „veram hominum felicitatem neque in potentia et honorum splendore, neque in magnarum divitiarum possessione, sed in animo tranquillo et in eo, quod satis est, adquiescente, ponendam metiendamque esse.“ His fere verbis Clarissimus Doeringus utitur in argumenti huius carminis initio. Sententia ipsa multo brevius pronunciari potest, ita: Summum bonum mens sana in corpore sano, quod tamen nemo nisi philosophus, vir rationi ac naturae convenienter vivens, adsequitur. Redit etiam in hoc carmine illa sententia tam saepe ab Horatio repetita, nec divitiis neque honoribus potentes esse felices, sed nova rerum ac verborum indole descripta. Primum vulgus, tanquam sacerdos carmen gravioris argumenti cantaturus, admonet, ne altum silentium rumpat, imo potius adtente percipiat, quae dicturus sit. Deinde ostendit, quam falso reges, divites, nobiliores, aliique vel gloria vel populi gratia eminentes, felices perhibeantur; manere enim omnes moriendi necessitatem, inquiens, atque miseris curis agitatos minime feliciter vivere. Propter curas autem naturae suavitate, eiusque deliciis haud delectari solent, neque avium citharaeque cantu ad levem somnum invitantur, sed — quamvis maxime beata videatur eorum vita externa, ut ita dicam, tamen animo ac pectore haud raro valde percusso vitam tristem degunt. Cui igitur, quod satis est, sufficit, is nulla animi perturbatione commovetur, neque anxius de rebus futuris alicunde extimescit calamitatem. Tales fere sententias, quales hic breviter innuimus, exemplis idoneis amplificat, dum ita pergit: Romanorum luxuria adeo procrevit, ut homines pecuniae vi praepollentes in maris litoribus magna aedificia immensis sumptibus exstruentes videre possis; sed frustra, nam curae eodem, ubicunque quis praecesserit, subsequuntur. Quod si igitur nihil reperitur, sive maximi sive minimi momenti, cuius ope curas ex animo extrudas, nullus video, inquit, sibimet ipsi respondens, cur tam perverse agam, ut agrum meum Sabinum cum divitum latifundiis insignis pretii, vitae tranquillitatem cum eorum curis ac sollicitudinibus, permutem? —*

Maxime vero haerere, inquit Ianius, videas Intpp. in primo tetrasticho, eiusque cum sqq. nexu. Multi (ut Gesnerus) habent pro praefatione totius libri tertii, ob severiora, quae insunt, carmina. Alii, v. c. Torrentius, ad sex priores tantum odas et gravioris argumenti et alcaicas, referunt. Altius rem repetit Dacerius, Horatium, cum hanc primam oden et plures libri tertii fecisset post carmen seculare, se ipsum, cum superbia quadam, atque ut auditio-

nem sibi faceret, hoc prooemio vatem eiusdem carminis secularis designare voluisse. Igitur inter primum et alterum tetrastichon maius spatium reliquit. Hoc vero quam durum atque abhorrens sit, vix opus est dicere. Sed audacius etiam Sanadonus eos quatuor versus plane hinc resecuit et prologum carminis secularis fecit, permotus primum formulis religiosis, tum mentione puerorum et virginum, item carminum non prius auditorum, denique eo maxime, quod tam ardua morum praecepta ab aetate provectis potius possint quam a pueris intelligi; quo nomine etiam Iul. Scaligerus hoc tetrastichon tanquam ab re alienum reprehendebat. O interpretum ingenium sagacissimum! Ohe! Nescio quid tantis viris respondeam, nisi forte poetae verba proferam:

Odi profanum vulgus et arceo: Favete linguis!

Vanderbourgius et praeclare et ingeniose huius carminis argumentum his fere verbis describit: „Si l'on considère cette ode dans son ensemble, on n'aura pas de peine à en saisir l'intention. Le poète veut montrer que la puissance, la grandeur, les richesses, le luxe, ne donnent point le vrai bonheur; qu'il faut le chercher dans cette sage philosophie qui nous apprend à borner nos désirs. Il observe donc que, si les rois sont redoutés de leurs sujets, Jupiter est à craindre pour eux-mêmes. Il passe en revue les divers avantages de la richesse, de la naissance, de la reputation, dont les hommes sont si fiers, mais qui ne peuvent les exempter de la mort, les affranchir de la loi commune. Il parle des craintes, des inquiétudes qui troublent les jouissances des riches, de la sécurité qui accompagne le pauvre, l'homme satisfait de son sort, et finit par se demander pourquoi il chercheroit à augmenter sa fortune, puisqu'il en auroit plus de soucis et n'en seroit pas plus heureux." Ceterum Vanderbourgius interpretum opiniones et hallucinationes, quas de hoc carmine satis ridicule protulere, recenset; sed in eiusmodi perscrutationes veritatis constituendae gratia, quae tamen luce meridiana clarior est, altius descendere, nobis perparum placet.

Odi profanum volgus et arceo,
Favete linguis: carmina non prius

DE HOMINVM VARIIS CVRIS, VARIAQVE FORTVNA ET AEQVA MORTE: Asc. Locher. Venett. Alii: AD INDOCTOS. item: AD CHORVM VIRGINVM ET PVERORVM.

Vand. A, AD CHORVM VIRGINVM ET PVERORVM. E, addit: *pragmatice ad indoctos.* B, D, φ, O, PRAGMATICE AD INDOCTOS. Q, CONTRA DIVITIARVM PETITORES. (*Q, *habet codex hic ad marginem glossam longiusculam quam propter frequentia scripturae compendia et tenuitatem literarum perlegere nequivi, ut tamen intellexi, innuit scholiastes Horatium post duos primos carminum libros, lyram deponere voluisse, rogatu autem Maecenatis et aliorum Lib. III. adiecisse quem hac praesenti oda quasi a principio incipit. Sic everteretur, si opus esset, sententia Sanadonis qui primam strophen Carmini seculari praefigit, confirmaretur vero abb. Galiani opinio de Libro primo et secundo seorsim ab Horatio editis.* — V, *Glossa ait Horatium iam deificatum docere et praedicare eaque divina sunt, dehortari a seculari cupiditate*, etc.)

Vir Doctissimus Jahnus in sua editione ad huius carminis inscriptionem adnotavit quae sequuntur: hanc oden inter carmina secularia male edidit Anchersen. p. 193 sqq. et p. 36 sqq. Gesnerus autem et Schirach. p. 133. primam strophen totius libri tertii praefationem esse voluerunt.

v. 2. Vand. V, *linguis favete.*

Audita Musarum sacerdos
Virginibus puerisque canto.

---

v. 1—4. Saluberrima ad vitam bene instituendam praecepta hoc carmine traditurus poeta, quo fortius efficaciusque iis lectorum alligaret animos, iustamque argumenti gravitati dignitatem adiungeret, ista tanquam ex adytis Musarum, quarum se sacerdotem fert, profatur, adhibitis, quae in antiquis mysteriis praefari mystes solebat, religiosis formulis. Primum igitur *ἀμυήτους* a sacris suis excludit hoc pronuntiato praeconio: *Odi et arceo*, procul hinc facessere iubeo *profanum vulgus*, profanos, *βεβήλους*. Sollennis formula: *ἑκάς, βέβηλοι! ἑκάς, ἑκάς, ὅστις ἀλιτρός*, Callim. H. Ap. 2. *Procul o, procul este, profani*, Virg. Aen. VI, 258. *gressus removete profani* Claudian. R. P. I. init.
Odi Prof. Vulg.] Plato *Θεαιτήτῳ*, (p. 155. E.) *ἄθρει δὴ περισκοπῶν, μή τις τῶν ἀμυήτων ἐπακούῃ*, i. e. contemplare igitur circumspiciens, ne quis profanorum et non initiatorum exaudiat. Theocr. in Amarillide III, 50.: *ζαλῶ δέ, φίλα γύναι, Ἰασίωνα, Ὃς τόσσων ἐκύρησεν, ὅσ' οὐ πευσεῖσθε βέβαλοι*, i. e. fortunatum Iasionem existimo, qui ea consecutus est, quae non audietis vos profani. Res graves et serias atque e media philosophia petitas, mysteriorum denique quodammodo similes, non ludicras, neque amatorias cantaturus, homines pravis opinionibus imbutos et corruptos atque idcirco utilissima ad vitam bene instituendam praecepta respuentes, ab his carminibus, tanquam profanos a sacris et mysteriis, arcet. — Dicuntur enim *profani, ἀτέλεστοι*, quia pro fano stantes ad *ἐποψίαν*, intuitum, non solent intromitti. Primum tetrastichon, de cuius nexu permulta eaque varia satis ridicule disputarunt Intpp., Vossius vernacule ita vertit:

Verhasste Meng' Unheiliger, fern hinweg!
Seid still in Andacht. Frommen Gesang, wie vor
Nie scholl, ein Musenpriester, sing' ich
Blühenden Knaben zugleich und Jungfraun.

In animo habuit Orphei initium, quo itidem sublimioris sapientiae praeceptis praefatur, apud Wintert. p. 459. *φθέγξομαι, οἷς θέμις ἐστί, θύρας δ' ἐπίθεσθε βεβήλοις πᾶσιν ὁμῶς.* — *Fav. Ling.*] *εὐφημεῖτε*, bona verba dicite. Tibull. II, 2, 1. *Dicamus bona verba* (*venit natalis*) *ad aras. Quisquis ades, lingua, vir mulierque, fave.* Virg. Aen. V, 71.: *Ore favete omnes et cingite tempora ramis.* Eurip. Iphig. in Aul. 1563.: *στὰς δ' ἐν μέσῳ Ταλθύβιος, ᾧ τόδ' ἦν μέλον, εὐφημίαν ἀνεῖπε καὶ σιγὴν στρατῷ*, i. e. cum autem in medio stetisset Talthybius, cui hoc erat curae, bona verba et silentium exercitui praedicavit. *Faventia* (inquit Festus) *bonam ominationem significant. Nam praecones clamantes populum sacrificiis favere iubebant. Favere enim est bona fari.* Prop.

ACR. [*Odi prof.*] haec vox in sacrificiis frequentabatur, qua significarent, ut bona omina haberentur, quod opportune hic poeta posuit, qui sacerdotem Musarum se dicturus erat inferius, ut praedicendo profanos sacrorum se meminisse monstraret. Virg.: *Procul o, procul este, profani!* Profani dicebantur sacris non initiati, qui fanum intrare non poterant. Hic tamen per allegoriam profanos imperitos dixit, qui merito doctis exosi sunt. *Odi* modo praesentis est temporis, aliquando tamen pro praeterito ponitur. [*Fav. ling.*] cantate me-

POR. [*Odi prof. vulg. et arceo*] indoctos detestatur. Haec autem ode multipliciter per varios deducta est sensus. Profanum vulgus *ἀλληγορικῶς* indoctos dicit. Certe *profani* proprie dicuntur sacris non initiati, ergo quasi Musarum profanos dixit. [*Favete ling.*] hic mos

Regum timendorum in proprios greges,
Reges in ipsos imperium est Iovis,

v. 6. *est* deest in uno Bersm. Dess. 1. *Iovi* unus Fabr. unus Bersm. *Iovis est* Cod. Guelf.

---

lib. IV, 6, 1. de pugna Actiaca: *Sacra facit vates, sint ora faventia sacris*, et *bene ominari* dicuntur, qui bona verba loquuntur. Cic. in Bruto, 96, 328. *Hortensii vox exstincta fato suo est, nostra publico. Melius, quaeso, ominare, inquit Brutus.* Idem lib. I. de Divinatione, 45, 102. *hominum voces vocant omina, quae maiores nostri quia valere censebant, idcirco omnibus rebus agendis, quod bonum, faustum, fortunatumque esset, praefabantur, rebusque divinis, quae publice fierent, ut faverent linguis, imperabatur, inque feriis imperandis ut litibus et iurgiis se abstinerent.* — Eurip. Bacch. 58. *τίς ὁδῷ; τίς δὲ μελάθροις; ἔκτοπος ἔστω; στόμα δ' εὔφημον ἅπας ὁσιούσθω.* Aristoph. Θεσμοφ. 39. *εὔφημος πᾶς ἔστω λεὼς στόμα συγκλείσας.* Cf. infra III, 14, 11, 12. Sunt tamen, qui poetam in ordinem redigant, profanosque, pravis opinionibus imbutos, initiatos contra, generosiores, sublimiumque praeceptorum suorum capaces, intelligi statuant; vel, ut ipsorum verbis exponam: „imperiosa quadam cum arrogantia statuit, quibus lectoribus tam philosophicum et *παράδοξον* carmen scripserit, quibus non.“ — v. 2. *carmina non prius audita*, carmen novum, singulare, ob nobilissima, quae eius argumentum faciunt, vitae praecepta, ad quae penitius haurienda mire sic acuitur atque praeparatur legentis animus. Similiter in celebrando Augusto, tanquam excellentiore carminis materie, III, 25, 8. *Dicam insigne, recens, adhuc indictum ore alio.* — *Musarum sacerdos*, augusta atque valde adposita h. l. poetarum appellatio. *Μωσάων ἱεροὺς ὑποφήτας* eosdem vocat Theocr. XVI, 29. *Πιερίδων πρόπολον* Pindarum Plato XXVIII. (A. Br. I, 174.) Lucanum *Romani chori sacerdotem* Stat. Silv. II, 7, 21. cf. eund. Silv. V, 1, 17. Propert. III, 1. — *Mus. Sac.*] ego Horatius vates et qui Musarum sacra tracto. Sic Virg. Georg. II, 475.: *Me vero primum dulces ante omnia Musae, Quarum sacra fero ingenti perculsus amore, Accipiant* etc.

v. 4. *canto*, praecino, praeeo verba *virginibus puerisque*, virginum atque puerorum choro, tanquam *χοροδιδάσκαλος*. Huius enim est *praecipere* (I, 24, 2.), *docere* (II, 19, 2.) modos ac verba, a choro virginum et puerorum ediscenda atque decantanda.

---

cum. Virg.: *Ore favete omnes et cingite tempora ramis.* Ore favete apto sermone usus est et sacrificio et ludis. Nam in sacris taciturnitas, in ludis necessarius favor est. Favet autem ore etiam is, qui per taciturnitatem. Horat.: *Favete linguis.* [*Carmina non prius aud.*] Ordo est: *Ego sacerdos Musarum canto virginibus et pueris carmina non prius audita, a Romanis* supple, quamvis Bebius lyrica carmina ante Horatium scripserit, ut illa non plenum et exacte facta monstraret. [*Canto*] promittit se carmen prolaturum, quo teneras aetates ad utilia instituat, quibus ad vitam beatam pervenire possint. [*Reg. timend.*] Ordo est: *Imperium regum timendorum est in proprios greges;*

in sacrificiis usurpatur et significat bona omina habere, quod opportune hic poeta intulit, qui et profanos praecedendo et Musarum sacerdotes subiiciendo, sacrorum meminerat. [*Virg. puer. canto*] dicit se carmen proditurum, quod teneras aetates instituat, quibus ad beatam vitam pervenire possint. [*Reg. timend. in propr. greg.*] *ζεῦγμα* est et hic intelligendum imperium, ut ad superiorem sensum referamus, quia totum tale est: *Regum timendorum in proprios greges im*

Clari Giganteo triumpho,
Cuncta supercilio moventis.

v. 7. *triumpho, et* Cun.

---

v. 5—16. Homines, quocunque sive potentiae (*reges* vv. 5—8.) sive divitiarum (v. 9.) sive denique honorum, ad quos vel nobilitas generis vel propria ipsos virtus evexit (vv. 10—13.), fastigio atque amplitudine *insignes*, eadem, quae *imae* sortis homines, mortalitatis manet conditio; ne splendidissima quidem fortuna quemquam a fati necessitate immunem praestat. — *Regum*, regibus *imperium est*, reges imperium exercent, habent *in greges*, homines, populos *proprios* sibi subiectos, h. e. regum suprema in terris est maiestas, potentia. Pindari Ol. I, 181. *τὸ ἔσχατον κορυφοῦται βασιλεῦσι*, laudarunt iam alii. *Greges*, homines, qui alteri parent, subditi sunt, prisca loquendi simplicitate dicti: reges enim *ποιμένες λαῶν* Homerico loquendi usu, et *ἀγελατῆσαι* pro *βασιλεῦσαι* occurrit apud Sophocl. Oedip. Tyr. 410. — *timendorum*, auget imperii notionem. — v. 6. At Iupiter regibus imperat. Eadem sententiarum progressio apud Philiscum in Thebanis apud Stob. floril. Grot. p. 233. *ἐμοῦ γάρ ἐστι κύριος μὲν εἷς ἀνήρ· τούτων δὲ καὶ σοῦ μυρίων τ' ἄλλων νόμος, ἑτέρων τύραννος· τῶν τυραννούντων φόβος. δοῦλοι βασιλέων εἰσίν· ὁ δὲ βασιλεὺς θεῶν.* Iam Callim. H. in Iov. 75 et 79—80. *ὧν* (*πτολιάρχων*) *πάντα· τί δ' οὐ κρατέοντος ὑπ' ἰσχύν; ἐκ δὲ Διὸς βασιλῆες· ἐπεὶ Διὸς οὐδὲν ἀνάκτων θειότερον. τῷ καί σφι τεὴν ἐκρίναο λᾶξιν.* — v. 7—8. **Dei Exsuperantissimi**, uti passim in numis audit, (cf. Spanh. ad Callim. H. in Iov. 91.) *Ζηνὸς πανυπερτάτου.* Iam summam Iovis potentiam magnifice declarat *triumphus* eius *Giganteus*, victoria de Gigantibus reportata. Ornatum a sua gente quod poeta repetiit, hoc tanto magis consentaneum videri debet, quo propius victoria ista triumphi Romani speciem attingeret. Curru enim in Gigantum strage Iovem invectum refert antiquitas, itaque in monumm. antiquis repraesentatur. Vide Winkelm. monum. ined. p. 9. n. X. Ad Horatium Claudian. de R. P. I, 153. *Aetna Giganteos numquam tacitura triumphos.* — v. 8. *Cuncta*, universam rerum naturam *moventis*, commoventis, concutientis solo *supercilio* moto, nutu. Hom. Il. α', 528—30. *Ἦ καὶ κυανέῃσιν ἐπ' ὀφρύσι νεῦσε Κρονίων — μέγαν δ' ἐλέλιξεν Ὄλυμπον.* Catull. Epith. Pel. 204—206. *Annuit invicto caelestum numine rector, quo tunc et tellus atque horrida contremuerunt sidera concussitque micantia sidera mundus.* cf. Virgil. Aen. X, 115. Ovid. Met. I, 179. Stat. Theb. VIII, 82—83.

---

imperium Iovis, clari Giganteo triumpho et cuncta moventis supercilio, est in ipsos reges. Vnde etiam Virg.: *O pater, o hominum divumque aeterna potestas*, ut philosophice ostendat, neminem hominum esse a metu immunem, omnesque vindictae numinum subiacere. [*Cuncta sup. mov.*] Virg.: *Annuit et totum nutu tremefecit Olympum.* [*Lat. ord. Arb.*] digerat in ordinem, vinearum satorem dicit. [*Hic gener. Desc. in camp.*] in campo enim Martio comitia erant populi Romani, qui honorem petere voluissent. [*Contend.*] nonnulli autem distinguunt, ut hic melior fama et moribus contendat, cum supradicto scilicet, qui generosior petitor descendit in campum. Potest autem et sic dici:

perium est, et per hoc ostendit neminem hominum a metu mortis immunem esse, ac per hoc, et infimos et maximos iisdem conditionibus subiectos esse. [*Carm. non pr. aud.*] Romanis utique non prius audita, quamvis Bebius lyrica ante Horatium scripserit, sed videtur non illa Graecorum lege ad lyricum characterem exacta. [*Est, ut et viro*

Est, ut viro vir latius ordinet
Arbusta sulcis; hic generosior
Descendat in Campum petitor;
Moribus hic meliorque fama

v. 9. Wadius vv. *est, ut* — *sit maior* interrogandi signum adposuit. Sed *est ut*, Graecorum ἔστιν ὅπως, recte defendit Schirach. p. 115. Eurip. Alc. 53. ἔστ' οὖν ὅπως Ἄλκηστις ἐς γῆρας μόλοι. cf. Plat. Rep. 5. p. 453. B. exprimit: fieri potest, ut etc. — *esto* — h. e. concedamus, *ut* coni. Bentl. nam vulgare *est ut* frigere et apud Schol. Cruqu. esse: „*Est* pro *sit*“ ubi legendum esse appareat: „*Esto* pro *sit.*“ Adsentit Bentleio With. laudans Serm. I, 6, 19.: *Namque esto, populus Laevino mallet honorem* etc. Stat. Theb. VII, 158. Sed bene habet *Est, ut*, quemadmodum Ianius ad h. l. animadvertit docens ap. Schol. Cruqu. legi: *Est* pro *fit*, quod tamen propter typographiae vitium nobis videtur ambiguum, nam pro certo constitui nequit, utrum littera *f* an *s* dicatur. — Vand. H, O, *vir viro*.

10. *A. silvis* Lips. 4. punctum ponit Cod. Guelf. post *sulcis*.

11—12. *petitor Moribus: hic melior fama* Locher.

---

v. 9 sqq. Alius plures colat arbores in fundo suo, plura in agris suis arbusta disponat. *Est, ut*, ἔστιν ὡς, ἔστιν ὅπως, pro, fieri assolet, accidit, ut *vir viro*, itidem Graece pro, alius alio. — *latius sulcis ord.* potest dictum videri pro, sulcis per latiora intervalla factis, adeoque latiori intervallo ordinet; sed maiorem vim habet, si latius ad totam ῥῆσιν trahas, ut sit: per latiorem terrae tractum, per latissimum fundum *ordinet*, ordine digerat, certo intervallo disponat *sulcis*, defigat, plantet atque colat *arbusta*, arbores. Designantur cuiuscunque generis arboreta (non, quod fere volunt, novellae arbores, e seminariis in agrum transferendae; vide vel Iuven. XIV, 144.) maxime oliveta, vineta; atque his tribuuntur στίχοι, ὄρχατοι (Hom. Il. ξ, 23.) *ordines*, quibus vites atque oleae defigebantur. Ita *ordinare vineam* dixit Colum. III, 13. *arborum ordines* Cic. Sen. 16. *villam myrtetis ordinatam* Martial. III, 58, 2. Per quincuncem fere dirigebantur sulci (Colum. l. l.) quo, in quamcunque partem spectantibus recto nihil erat speciosius (Quinctil. I. O. VIII, 3.). Sulcos autem proprie posuit poeta, nam *aut scrobibus, aut sulcis vineae conserebantur*, Colum. c. l.

v. 10 sqq. *Hic*, alter *petitor*, petiturus summos magistratus, candidatus, (adhibuit sic Sueton. Iul. 23.) *descendat*, prodeat *in Campum* Martium, populique, creandis magistratibus ibi convocati, suffragiis sese committat *generosior*, nobilitate generis fretus, ceteris competitoribus generosa prosapia praestans. *Descendere* e situ regionis dictum; campus enim Martius erat depressior. — v. 12. Alter, ignobili quidem genere ortus, homo novus, at *moribus*, sua virtute, et, quam inde consecutus est, *fama*, bona existimatione *melior*, praestans, gratiosus apud populum, *contendat* cum reliquis de suffragiis auferendis s. de magistratu obtinendo, h. e. praestet aliis. *Contendere nobilitate* similiter Lucret. II, 11. *Civiliter* autem *contendere* dicebantur *competitores in certamine honoris ac dignitatis*, Cic. Off. 1, 38.

Hic contendat, i. e. vivat melior fama et moribus, ut ostendat varios actus hominum una necessitate perire. [*Necess.*] i. e. mors et per hoc ostendit studia quidem diversa esse hominibus et morum et honorum

vir] per hoc ostendit, studia quidem et gradus honorum et mores diversa esse hominibus, conditionem tamen mortalitatis unam esse. [*In*

Contendat; illi turba clientium
Sit maior: aequa lege Necessitas
Sortitur insignes et imos,
Omne capax movet urna nomen.
Destrictus ensis cui super impia
Cervice pendet, non Siculae dapes

v. 17. *Districtus* Mentel. Alt. Lips. 2, 3. Pulm. 3, 4, 5. aliique multi; item sic Venett. Asc. Locher. Basill. Fabr. Cruqu. Torrent. Baxt. San. Ion. etc. Est lectio vulgaris. Sed praestat, ut exquisitius et aptius, *destrictus* (strictus de vagina), uti est in Pulm. 1, 2. Fran. Dessss. Lipss. 1, 4. Helmst. duobus Bersm. et in pluribus aliis haud dubie, non animadversum editoribus. Sic Heins. Bentl. Cun. — Vand. A, γ, Q, *Destrictus*. D, *Districtus*, corr. in *Destrictus*. Al. omn. *Districtus*. *Destrictus* Vr. H. Ch. A. Cr. A. Va. A. B., alii ap. Pulm. Val. vid. supr. Combe, ed. Princ. Fea ad Virg. Georg. II, 300. *Districtus* Cod. Guelf.

---

v. 13. Ille magna clientum manu stipatus magistratum in concione petat. Valebat is adeo auctoritate et gratia apud populum, quem beneficiis sibi obstrinxerat. Res notissima. — v. 14—16. Hos tamen neutiquam ipsorum magnitudo ac splendor a naturae debito absolvit; aeque morti obnoxii sunt ac infimi. Cogitanda *Necessitas* dea, Ἀνάγκη, Εἱμαρμένη, Μοῖρα, in locis inferis collocata, (etiam Platoni de Rep. X. p. 621. Steph.) quae urnam, in quam omnium hominum nomina coniecta sunt, perpetuo movet. Iam cuius sors inter commovendum excidit, hic ad inferos citatur, hunc fatale est mori. Stat. Silv. II, 1, 218. *Ibimus omnes, ibimus, immensis urnam quatit Aeacus umbris.* Cf. II, 3, 26. — *sortitur insignes et imos*, sortes s. nomina tam *insignium*, illustrium, quam *imorum*, infimae sortis hominum in urna coniecta habet *aequa* moriendi *lege*, conditione, h. e. eadem lex, eadem moriendi conditio proposita est et claris et obscuris hominibus. — v. 16. *Vrna movet omne nomen*, omnium nomina, dum ipsa concutitur, versatur, (eodem ornatu Claudian. R. Pros. II, 332. *Vrna nec incertas versat Minoia sortes*) et hoc pro vulgari: omnium nomina continentur hac urna; hinc *capax*, πάνδοκος, πανδέγμων, epitheto locis ac rebus inferis communi. Vid. ad Hom. H. in Cer. 9.

v. 17 sqq. Homines vel amplissimae dignitatis cett. neutiquam morti exemti sunt. Quid? quod ne beatos quidem istos, dum vivunt, in isto fastigio facile dixeris, quandoquidem omnes lautioris istius splendidiorisque conditionis fructus curis ac sollicitudine, quae illam continuo comitantur, plane intercipiuntur, regibus, ne regno; locupletibus, ne divitiis calamitatum aliquo genere exuantur, timentibus. Quo vividius

---

gradibus, conditionem tamen mortalitatis unam esse. [*Omne cap. mov. urna*] aut quia in urnam omnium nomina, qui honores petebant, mitti consueverant, ut qui sorte egressi fuissent, de ipsis iudicaretur aut secundum opinionem illam vulgarem, qua affirmabant sorte singulos ab Orco ad mortem trahi, ut est: *Et vana versat in urna.* Movet autem est, voluit ad sortiendum fatum. [*Cui super*] desuper, ut: *Ligna super foco Large reponens*, et per allegoriam significat neminem deli-

camp.] campum magistratuum petendorum locum significat. [*Aeq. lege nec.*] necessitatem mortem dixit, quia necesse sit mori. [*Omne cap. mov. urna nom.*] haec secundum illam opinionem vulgarem dicuntur, qua affirmatur sorte ductos ad mortem ab Orco trahi. [*Destrictus ens. cui sup. imp. Cerv. pend.*] per allegoriam significat, neminem libenter

Dulcem elaborabunt saporem,
Non avium citharaeque cantus

v. 19. *elaborarunt* quid. Lamb. aliique codd. Haud dubie, quod librarius putaret, ad Damoclem omnia pertinere. Vnde sic vulgo editt. sec. XVI ante Lambinum. Sed *elaborabunt* quatuor Lamb. omnes Cruqn. Pulm. Torr. Bentl. et nostri etc. item editt. priscae, Venett. Asc. Locher. etc. et post Lamb. vulgata lectio. — *elaborarint* Cun. — *soporem* librariorum error.

---

ostenderet poeta, nihil ei esse beatum, cui semper aliquis terror impendeat, colores orationi adspersit e nota Damoclis historia, quam lege sis apud Cic. Quaest. Tusc. V, 21. — Respicit notissimam de Damocle Dionysii adsentatore historiam, *qui cum in sermone copias, opes, maiestatem illius dominatus commemoraret ac praedicaret, negaretque, umquam quemquam beatiorem fuisse: iussit eum Dionysius fortunam experiri suam: collocandum curavit hominem in aureo lecto, strato pulcherrimo textili stragulo, magnificis operibus picto, abacosque complures ornavit argento auroque caelato. Tum ad mensam eximia forma pueros delectos iussit consistere. Aderant unguenta, coronae, incendebantur odores; mensae conquisitissimis epulis exstruebantur. Fortunatus sibi Damocles videbatur. In hoc medio apparatu fulgentem gladium e lacunari seta equina appensum demitti iussit, ut impenderet illius beati cervicibus. Ita nec pulchros illos administratores adspiciebat, nec plenum artis argentum, nec manum porrigebat in mensam: iam ipsae defluebant coronae; denique exoravit tyrannum, ut abire liceret, quod iam beatus nollet esse.* — Macrob. in Somn. Scip. I, 10. Sidon. Apoll. Epp. II, 13. et Boeth. Consol. Phil. III, 5. (cf. Wyttenb. ad Plut. de S. N. V. p. 51.) — Homini *impio* (docte accommodatur *cervici* epitheton) *cui ensis* vagina *destrictus*, nudatus *pendet*, imminet *super cervice*, quem adeo perpetua animi versat anxietas, illi cett. Simili colore Seneca Herc. Oet. 656. *Pectora pauper secura gerit — sed non strictos respicit enses.* — v. 19. *Dapes Siculae*, vel conquisitissimae epulae non *elaborabunt*, efficient, praebebunt *dulcem*, gratum ac iucundum *saporem*, insipidae ipsi erunt. Dapes *elaborant* saporem, in quibus deligendis condiendisque curiosa adhibita est diligentia; quales erant Siculae, unde eae in proverbium abiere. Plato Epist. VII. p. 326. B. *βίος εὐδαίμων — Συρακουσίων τραπεζῶν πλήρης.* Cf. eundem de Rep. III. p. 404. D. Cratini et Antiphanis loca apud Athen. XIV, 23. p. 661. E. F. — *Συρακουσίαν δέ, ὦ φίλε, τράπεζαν καὶ Σικελικὴν ποικιλίαν ὄψων, ὡς ἔοικας, αἰνεῖς.* — Lucian. Dial. Mort. IX. p. 360. ibique Hemsterh. Adde Adag. Schott. p. 149. 175. et 249.

v. 20. Cantus somnum *reducit*, arcessit, conciliat, suadet, adiuvat somnum. Praepositio enim hanc vim habet, ut, quae per vices ac

---

ciose et libenter vivere sub metu. Sumpsit exemplum a Dionysio, Siculorum tyranno, magnae saevitiae, cuius dum potentia et copiae a Damocle quodam philosopho laudarentur, quod ad luxum ei cuncta suppeterent, rogato eodem philosopho ad prandium, destrictum gladium super ipsum tyrannus a culmine iussit ligatum seta pendere, quo metu perculsus philosophus regalibus et apparatis copiis uti non potuit. Tunc Dionysius timenti respondit „hoc modo tyrannos vivere et

posse vivere sub metu et sumpsit exemplum Damoclis, super quem Dionysius, Siciliae tyrannus, seta gladium suspendit, antepositis epulis quam amplissimis et ceteris, quae ad voluptatem animos advocare possunt, per quem ostendit similiter regiam vitam splendore rerum

Somnum reducent. Somnus agrestium
Lenis virorum non humiles domos
Fastidit, umbrosamve ripam,
Non Zephyris agitata Tempe.
Desiderantem, quod satis est, neque
Tumultuosum sollicitat mare,

v. 21. *reducet* quid. ap. Lamb. quod esset prosaicum. *reducat* Muret. *reducunt* var. lect. ap. Cun. unde *reducant* ille emend. nulla necessitate. — *reducens* lectio Codicis Gothani.

23. *umbrosamque* omnium librorum lectio, sed Horatianae rationi convenientius est *umbrosam v e.* Cod. Goth. praebet etiam *— q u e,* satis frequentata permutatione atque errore.

24. *animata T.* coni. Francius ap. Cun.

---

certo temporis intervallo fiunt, significet. Cf. II, 10, 15. Alii de somno interrupto, sicque reconciliando capiunt; quod neutiquam damnaverim. Prior tamen ratio simplicior videtur. Ad rem Seneca de Provid. c. III. *Feliciorem tu Maecenatem putas, cui amoribus anxio, et morosae uxoris quotidiana repudia deflenti, somnus per symphoniarum cantum, ex longinquo leve resonantium, quaeritur?* Spectant etiam huc Menandrea apud Stob. Floril. Grot. p. 391. *ᾤμην ἐγὼ τοὺς πλουσίους — — οὐ στένειν τὰς νύκτας, οὐδὲ στρεφομένους ἄνω κάτω οἴμοι λέγειν· ἡ δ ὺ ν δὲ καὶ π ρ ᾶ ό ν τινα ὕπνον καθεύδειν, ἀλλὰ τῶν πτωχῶν τινα. νυνὶ δὲ* cett.

v. 21. *Agrestes viros* s. agricolas speciatim posuit, quo maior vis toti loco accederet ex oppositione. Tyrannidi enim comes impietas, metus; securitas contra atque innocentia vitae rusticae propria. *Somnus lenis*, *ἡδύς*. *μαλακός*, *non fastidit*, aspernatur, frequentat adeo *domos hum. agr. vir.* casas rusticas. — *Somnus non fast.* etc. Vossius vernacule ita vertit:

Ruhiger Schlaf verschmaeht
Die niedre Wohnung ländlicher Männer nicht
Vornehm, und grünumwölbtes Ufer,
Oder ein Tempe, geregt vom Westhauch.

v. 23. *umbrosamve ripam* aquae leniter strepentis. Cf. Epod. II, 27. Ovid. Fast. III, 17. Virg. Georg. II, 470. eadem de re: *mollesque sub arbore somni non absunt.* — v. 24. *Tempe*, pro quavis valle amoena. — *Zephyris agitata*, quae Zephyri perflant; nemoribus consita poetam cogitasse, haud inepte ex orationis ornatu cogas. Virgil. l. l. similiter habet: *frigida Tempe.* Ad sententiam Senec. Herc. Oet. 644—47. *Cespes Tyrio mollior ostro solet impavidos ducere somnos. Aurea rumpunt tecta quidem, vigilesque trahit purpura noctes.* Idem ep. 90. *Sollicitudo nos in nostra purpura versat, et acerrimis excitat stimulis; at quam mollem somnum illis dura tellus dabat!*

v. 25. Scilicet is demum beate vivit, cui, quantum satis est, sufficit. Modicis enim facultatibus contentum neque augendi distorquet

---

inter summos apparatus imminentibus urgeri periculis.“ [*Non av. cith. cant.*] propter illos Siculorum reges, qui aut pro deliciis sine avium cantu et sine citharae sono dormire non poterant. [*Somn. agr. len. vir.*] lenis i. e. altus, quo rustici aut lassitudine laboris utuntur aut animi securitate. Virg.: *At secura quies et nescia fallere vita.* Ordo

suarum uti non posse, quia semper insidiarum metu suspecta sit. [*Non av. cith. cant. Somn. reduc.*] hoc ideo dixit, quoniam quidam regum Siculorum per nimias delicias ad citharae et ad avium cantum

Nec saevus Arcturi cadentis
Inpetus aut orientis Haedi:
Non verberatae grandine vineae,
Fundusve mendax, arbore nunc aquas

v. 28. *Nec verb.* unus Bersm. — 30. *Fundusque* vulgo. *Fundusve* emend. Cun. Iones. Sanad. Etiam sic noster Lips. 4. Vid. vv. 23 et 44.

---

cupiditas, neque periculorum, quae lucro inhiantibus continuo imminet, conturbat metus. *Desiderantem*, expetentem nihil ultra, quam, *quod satis est*, *τὰ ἀρκοῦντα*, quae ad vitam commode sustentandam sufficiunt, non angit metus naufragii, ut mercatorem. — Hesiod. *ἔργ. καὶ ἡμέρ.* de iis, qui iustitiam colunt: *θάλλουσιν δ' ἀγαθοῖσι διαμπερές· οὐδ' ἐπὶ νειῶν Νείσσονται, καρπὸν δὲ φέρει ζείδωρος ἄρουρα.* — Illum non *sollicitat*, sollicitum de vita ac mercibus suis reddit mare *tumultuosum*, procellosum, tanquam mercatorem, ubi tempestatem ingruentem videt. Simillime Epod. II, 6. de rustico: *neque horret iratum mare.* Cf. I, 1, 11. et III, 29, 57. *Tumultus*, *seditio* cett. sollennia poetis de mari tempestuoso. — v. 27—28. Exornat tempestatis notionem poeticis coloribus. *Saevus Arcturi impetus*, *κακὴ δύσις ὑετίοιο Ἀρκτούρου* Perses Theb. V, 1. in Annal. Br. II. p. 5. *Impetus Arcturi cadentis* esse potest: saeva procellae vis, tempestas ab Arcturo occidente excitata, fere ut *Ἀρκτούρου λαίλαπα* dixit Leonid. XCII, 4. Annal. Br. I, 244. Exquisitius tamen videtur, si impetum de rapido eius motu, qui sideribus omninoque caelo ab antiquis adseritur, accipias. Notus Ovidii locus Metam. II, 70. *Adde quod assidua rapitur vertigine caelum — Nitor in adversum, nec me, qui cetera, vincit impetus.* Esset adeo: nec Arcturus *saevus*, *δεινός*, (Arat. Dios. 13.) perniciosus, dum rapido motu deorsum fertur, dum occidit. De eo Plaut. Rud. 69 sqq. *Increpui hibernum et fluctus movi maritimos. Nam Arcturus signum sum omnium acerrumum. Vehemens sum exoriens, cum occido vehementior.* Occidit autem Arcturus IV. Cal. Nov. — *Haedi orientis*, haedorum orientium *impetus*, quo in altum enituntur, pro vulgari adeo: Haedorum ortus. Oriuntur autem haedi pridie Non. Octobr. vespere, (Colum. XI, 2, 73.) unde *ἑσπέριοι ἔριφοι* Theocrit. ζ, 53. Iidem occasu suo tempestates excitare crediti. — Oriuntur Haedi statim post Capram, sole Sagittarium permetiente. Virg. Georg. I, 204.: *Praeterea tam sunt Arcturi sidera nobis Haedorumque dies servandi et lucidus Anguis, Quam quibus in patriam ventosa per aequora vectis Pontus ostriferi fauces tentantur Abydi.* Interpres Theocriti inquit: *ὅταν ἀνατέλλωσιν οἱ ἔριφοι, ἀγριαίνεται ἡ θάλασσα.* — Cf. Callim. Epigr. XIX, 5, 6. Nicaen. Sam. V, 4. in Annal. Br. I, 417. Schol. Arat. Phaen. 158. Vide ad I, 28, 21.

v. 29—31. Neque ista sollicitudo animum eius subit, quae latifundiorum dominum continuo premit, ne proventus ex agris calamitate

---

est: *Lenis somnus agrestium virorum non fastidit humiles domos et umbrosam ripam et non fastidit desiderantem quod satis, tempe agitata Zephyris*, i. e. loca nemorosa et amoena ruris. [*Quod sat. est*] quod sufficit ad victum cultumque agri, non ad ambitum divitiarum. Hic autem convertenda est oratio, ut tumultuosum mare et saevus impe-

dormiebant. [*Somn. agrest. Lenis vir. non hum. dom. Fast.*] Ordo est: *Ideo fastidit humiles domos* et ideo *humilis* a *non* particula subdistinguendum. [*Nec saev. arct. cadent. imp. aut orient. haed.*] e contrario est antitheton, cadenti orientem opposuit. Vult autem arctu-

Culpante, nunc torrentia agros
Sidera, nunc hiemes iniquas.

v. 31. *agro* eleganter coni. Gesn. putans *s* adhaesisse e sqq., ut sit, *aut agro culpante* etc. — *Culpantem* Cod. Guelf.

---

aliqua intercipiatur. Iam ex pluribus unum tantum posuit proventus genus, at pluribus hoc calamitatis generibus oneravit, quo planius ac vividius iustas metuendi causas ob oculos poneret. — Vineae grandine *verberatae*, pulsatae, fructu decusso. — v. 30. *fundus mendax*, ager, qui spem domini eludit, destituit, proventu, quem pollicebatur, negato. Opponitur *fides segetis* III, 16, 30. — *arbore nunc aquas culp.* cett. Propter caeli intemperiem. *Arbores*, h. e. vites et oleae *culpant*, culpam s. causas mendacii, h. e. sterilitatis, transferunt, sterilitatis causas praetexunt, quasi se purgent fundi domino. Sed eosdem colores deprehendas iam in fragm. Philemonis apud Stob. floril. Grot. p. 403. *Καὶ τοῖς μὲν ἄλλοις πᾶσιν ἡ γῆ θηρίοις ἑκοῦσα παρέχει τὴν καθ' ἡμέραν τροφὴν αὐτὴ πορίζουσ', οὐ λαβοῦσα. πάνυ μόλις, ὥσπερ τὸ κατὰ χρέος κεφάλαιον, ἐκτίει τὸ σπέρμα, τοὺς τόκους, ἀνευρίσκουσ' ἀεὶ πρόφασίν τιν' αὐχμὸν ἢ πάχνην, ἵν' ἀποστερῇ.* Ex Horatio fluxit pulcherrimum poemation, quod legitur in Catal. Scal. p. 76. de malo, dignum quod ex parte huc transferatur: *Quid frustra quereris, colone, mecum, quod quondam bene fructuosa malus Auctumnis sterilis duobus adstem? Non me praegravat, ut putas, senectus, nec sum grandine verberata dura, nec gemmas modo germine exeuntes seri frigoris ustulavit aura, nec venti, pluviaeve, siccitasve, quod de se quererer, malum dederunt: — — Sed quod carmina pessimi poetae ramis sustineo laboriosis.* — *aquas* nimias, nimiam pluviam. — *Fundusq. Mend.*] *γῆ ἄπιστος*, fundus infidelis, fundus, qui non respondet votis aut exspectationi agricolae. Videtur autem hoc loco sterilitatis agrorum causas enumerasse, nimiam siccitatem, imbres immoderatos, incendium, hiemis praeter modum frigidae iniuriam, quae omnia ponit et Xenocr. in Axiocho his verbis: *νυνὶ μὲν αὐχμόν, νυνὶ δὲ ἐπομβρίας, νυνὶ δὲ ἐπίκαυσιν, νυνὶ δ' ἐρυσίβην, νυνὶ δὲ θάλπος ἄκαιρον ἢ κρύος.* Id. in Oeconom. 5, 18. *Ἔτι δὲ τῆς γεωργικῆς τὰ πλεῖστά ἐστιν ἀνθρώπῳ ἀδύνατα προνοῆσαι· καὶ γὰρ χάλαζαι καὶ πάχναι ἐνίοτε καὶ αὐχμοὶ καὶ ὄμβροι ἐξαίσιοι καὶ ἐρυσίβαι καὶ ἄλλα πολλάκις τὰ καλῶς ἐγνωσμένα καὶ πεποιημένα ἀφαιροῦνται.* — In verbo *culpare* dulcis est metaphora, quasi arbor domino minaci se excuset, sterilitatis causam ad aquarum inopiam transferens. *Mendax* autem *ἀλληγορικῶς* appellatur *arbor*, quae tanquam malus debitor, quae accepit, non reddit, dominum per mendacium fallit; supple, fructus illam domino promisisse.

v. 31. Nunc nimiam siccitatem. Pro hoc, *sidera torrentia*, exurentia, exsiccantia *agros*. Nam a sideribus, maxime Sirio (hinc *Σείριος ἀζαλέος* Hesiod. Scut. 153.) qui *κατ' ἐξοχὴν* astrum audit, (Alcaeus II, 1. p. 100. Vrs.) aestus gravior derivabatur. Horat. Epod. XVI, 53—54.

---

tus cadentis arcturi, aut orientis haedi, non sollicitat somnum et cetera similiter *ἀντίθετα*, haedi cadentis et orientis, qui aut in ortu aut in occasu faciunt tempestates, ut: *Praeterea tam sunt arcturi sidera nobis, Haedorumque dies signandi et lucidus anguis.* Et alibi: *Pluvialibus haedis.* [*Fundusq. mend.*] qui agricolae spem nihil ferendo dece-

rum occasu suo maiores tempestates concitare. [*Non verb. grand. vin., Fund. mend.*] per *ζεῦγμα* ex superiore et hic accipiendum. *Fundus* autem *mendax* merito dicitur, quia plerumque cultoris sui spem fallit, non perferens ad maturitatem fructus, quos ostenderat. [*Arb. nunc*

Contracta pisces aequora sentiunt
Iactis in altum molibus; huc frequens

(uti reponendi sunt isti vv.) *nullius astri gregem aestuosa torret impotentia.* *Sideratio* inde (ἀστροβολία) morbus dictus, quo germina arborum aduruntur et exarescunt. Plin. XVII, 24. *Proprium siderationis est, sub ortu canis siccitatum vapor, cum insitae ac novellae arbores moriuntur.* Comparant cum Horatio Philemon. apud Stob. Florileg. Grot. p. 403. locum ipsum propterea hic delendum curavimus, quod supra in pagina antecedente legitur. — Ἀστροβολισμὸν et σφακελισμὸν putabat significari Germ. Valens, i. e. siderationem, quae tum evenit, quum arbores pestifero aliquo sidere afflantur atque adeo percutiuntur; ex quo ἀστροβόλητοι s. ἀστρόβλητοι dicuntur. Ego putabam, inquit Lambinus, vel ἐπίκαυσιν describi, i. e. incendium s. aestum immoderatum, ex quo rubigo oritur, vel uredinem. Tale fere illud est Epod. Carm. XVI, 57. *nullius astri Gregem aestuosa torret impotentia.* — *hiemes*, hiemem *iniquam*, noxiam, infestam arboribus, vel nimio, vel nimis protracto frigore, κρῦος ἄκαιρον.

v. 33 — 40. *Nunc vobiscum loquor, quorum aeque spatiose luxuria, quam illorum avaritia diffunditur. Vobis dico, quousque nullus erit lacus, cui non villarum vestrarum fastigia immineant? nullum flumen, cuius non ripas aedificia vestra praetexant? Vbicunque in aliquem sinum litus curvabitur, vos protinus fundamenta iacietis, nec contenti solo, nisi quod manu feceritis, maria agetis introrsus:* Senec. Ep. 89. Nexus adeo: neque vero divites ideo beatos dixeris, quod deliciarum atque voluptatum omnium divitiae usum ipsis atque copiam largiantur: etenim quae voluptas sincera esse potest, animo intus tumultuante, atque cupiditatibus districto. Nonne hoc ipso animum inquietum produnt, quod, prioribus in fastidium adductis, novis usque sese immergant deliciarum generibus? Iam, quibus opes suas explicarent, animique aegritudinem et faterentur et expellere conarentur divites Romani, plura poeta adnumerat genera. Ac primo quidem loco tangit seculi sui insaniam, villas in mari aedificandi; tum peregrinationes memorat mari terraque recreandi animi causa susceptas; denique, quae orationis variandae causa conclusioni (vv. 41 sqq.) demum adiiciuntur, aedificia splendida, pretiosam supellectilem, atque oblectamenta convivalia. — *Pisces sentiunt* aequor *contractum*, coarctatum, angustiori mari includuntur. Praeclare sic piscinarum maritimarum amplitudo oculis subiicitur. Quam eandem alia imagine repraesentavit Senec. Thyest. 459. *Non* classibus piscamur *et retro mare iacta fugamus mole.* — *Contr.*

---

perit. Ordo est: *Et non sollicitat illum fundus mendax, arbore culpante nunc aquas, nunc sidera torrentia, nunc agros, nunc iniquas*, i. e. nimias et graves, *hiemes.* [*Arbore*] quae florum ubertatem non proferat, ad fructum pomorum, ut Virg. cum de fructifera loquitur: *Quotque in flore novo pomis se fertilis arbos Induerat, totidem auctumno matura tenebat.* [*Contr. pisc. aeq. sent.*] bene dixit pisces, non belluas, ut augeret brevitatem angustiati maris, quam exiguitas tanta sentiret. [*Iact. in alt. mol.*] verbo ipso usus est fabricantium. *Iaci* enim in mare moles dicuntur, quoties excluditur aqua. [*Caementa*] fundamenta, ubi aedificium consistit. [*Redemptor*] fabricae susceptor aut certe qui redimat

aquas Culpant., nunc torrentia agros Sidera, nunc hiem. iniq.] hic illud ostendit, quod dixerat: *fundusque mendax.* Plerumque autem sterilitas arboribus evenit per nimias aquas, interdum per siccitates, aliquando per violentiam frigorum. [*Contr. pisc. aeq. sent.*] transit ad eos, qui

Caementa demittit redemptor
Cum famulis, dominusque terrae

v. 35. *dimittit* Lamb. edit. sec. Pulm. 1, 5. 2 Blandd. Cruqu. com. al. Fran. Lips. 4. Locher. Heins. Sed *demittit* (quod aptius) omnes Torrent. et Bentl. Mentel. Dessss. Lipss. tres, Pulm. 2, 3, 4. 2 Blandd. et Mald. Cruqu. Sic Venett. Basill. Asc. Steph. Lamb. ed. pr. Cruqu. Torr. Fabr. Fab. Dacer. Cun. Bentl. Sanad. Baxt. *remittit* legitur in Cod. Goth. Vand. M, R, V, *dimittit.* S, *dimisit.* — *redemptor* ex marmoribus scriptis apud Grut. 642, 2. Mazoch. Amph. Camp. pag. 158. (sic — *redemptor* — etiam Cod. Goth.)

Pisc. Aeq.] posteaquam immodicum pecuniae quaerendae studium reprehendit atque insectatus est, incipit nunc suae aetatis hominum luxuriam atque aedificandi insolentiam exagitare, qui terra continente non contenti in mari adificant. Eleganter autem et venuste pisces ait sentire, maria fieri contractiora aedificiorum magnitudine et fundamentorum, quae in mare iaciuntur, molibus. vid. II, 15, 1.: *Iam pauca aratro iugera regiae Moles relinquent.* II, 18, 20.: *Marisque Baiis obstrepentis urges Submovere litora.* — *sentiunt*, Epist. I, 1, 84.: *lacus et mare sentit amorem Festinantis heri* etc. — *Contracta,* angustiora facta ob summota litora. Sic vulgo; et admirantur fere post scholl. eam ideam ut nobilem, elegantem, πάθους plenam. Sed mihi, inquit Ianius, inesse frigus potius ac tumor, indignus tam elegantis iudicii poeta, videri solet. v. S. V. Ernesti init. rhet. 395. Melius sit, (etiam ob sq. *huc*) cogitare de piscibus, molium ambitu fortasse comprehensis, antequam spatium inclusum caementis expleatur; ut sit pro generali: pars maris (quod erat laboris initium) abscinditur et includitur, *iactis* etc. *Moles* haud dubie ingentia saxa in mare iacta, alteque aggesta, mari excludendo pro aggere opposita. Definiebatur sic ambitus aedificii. Verbo ipso usus est fabricantium; *iaci* enim in mare moles dicuntur, quoties excluditur aqua. — *caementa*, (dicta quasi pro: *caedimenta*, a caedendo, ut *ramenta*, a radendo) rudia saxa, saxorum fragmenta, informis et minuta materies, ad explendum istud spatium iniecta, nobis: *Schutt*, *Bruchsteine.* Male Dacerius *caementa demittere* et *moles iacere* pro eodem habet.

v. 34. *Iactis* immissis *in altum* saxorum *molibus*, quibus mare excludatur. Verbis propriis poeta usus est, (*iaci* enim in mare *moles* dicuntur, quoties excluditur aqua,) notante Acron. Cf. Torrent. h. l. Sidonius II, 57. *Itur in aequor* molibus *et veteres tellus nova* contrahit *undas.* — *huc frequens* cett. ἐνάργειαν in exornanda hac pictura facile sentias. Opus laboriosa operariorum contentione, instigante redemptore maturatur; dominus adstat atque instat ferventi operi, cuius mox absoluti ipsum pertaesum est. *Redemptor,* qui opus faciendum certa mercede conduxit, *frequens cum famulis*, pro, cum frequentibus, multis servis operariis, *demittit caementa,* struem lapideam, Puteolano pulvere coagmentatam, compagem saxeam, qua structurae soliditas efficitur. Cf. Heyn. ad Virg. Aen. IX, 711. Partem adeo munimenti nunc posuit poeta, quum antea generaliori vocabulo (*moles*) usus esset. — *Re-*

---

terras cum famulis et easdem fastidiat maria struens. Ordo est: *Frequens redemptor et dominus fastidiosus terrae cum famulis demittit hic caementa.* [*Sed tim. et min. Scand. eod.*] ad illa redit, quae beatam vitam adimant, ostendens, nec mari nec terra quemquam posse avaritiae

per nimiam luxuriam elaborant sibi aedificia in mari ponere. [*Sed tim. et min. Scand. eod., quo dom.*] redit ad illa, quae beatam vitam adi-

Fastidiosus: sed Timor et Minae
Scandunt eodem, quo dominus: neque
Decedit aerata triremi et
Post equitem sedet atra Cura.
Quod si dolentem nec Phrygius lapis,
Nec purpurarum sidere clarior

v. 37. *Timor*, *Minae*, *Cura*, litteris uncialibus, quas vocant, Cun. San. Iones. Sivr. Recte, ut iam Faber viderat, falso igitur in Cod. Goth. leguntur: *timor*, *minae*, *curae*; sed in codicibus eiusmodi res minoris sunt momenti. — 38. *Scandent* unus Bersm. Dess. 1. — 39. *Decedit ex acta trir.* Lips. 4. Post *triremi* deerat *et* (quod factum reperitur in Cod. Guelf. et in Cod. Goth.) in Pulm. 1, 2, 3, 4, 5. omnibus Bentl. Fran. Alt. Dessss. Lipss. 1, 4. Gott. Helmst. fortasse etiam (ut Bentl. suspicatur) in aliis; item in ed. Locher. Vnde Bentl. coni. *Postque equitem*. Sufficit vocem *et* in aliis plurimis adesse, (ut e nostris, in Mentel. Lipss. 2, 3. Venett.) et facile a librariis negligi potuisse. Vand. S, *decidit*. Deest *et* in omnibus praeter O, Q.

40. *alta cura* Dess. 2. „altior equite" s. super illum eminens.

41. *Phrygius lapis*. Est marmor Docimenum sive Synnadicum, e Phrygia, vulgo *paonazzetto*, inter pulchriora et pretiosiora; et ex quo praesertim columnae fiebant, quales sunt excelsae in Pantheo M. Agrippae et in ecclesia S. Pauli extramuranei. De eo vide Caryophil. de Ant. marm. p. 15. seq.

---

demptor] redemptores dicuntur, qui opus aliquod faciendum suo periculo certa mercede pacta conduxerunt; ἐϱγολάβοι dicuntur a Graecis. Epist. II, 2, 72. *Festinat calidus mulis gerulisque redemptor. Redimere* enim interdum idem valet, quod conducere, ex quo *redemptor* idem, quod conductor. Francogallice *redemptor* dicitur *entrepreneur*, *Werkmann*, ut Vossius quamvis recte, tamen minus praeclare vertit. — *terrae fastidiosus*, quem pertaesum est in terra habitare, quem aegritudo terra expellit. — v. 37—38. Sed nec hic ipsi contingit esse tranquillo. Pro hoc: *Timor* et *Minae*, (personas cogita) quae terrent animum scelerum conscium, Furiarum instar, *scandunt eodem*, *quo dominus*, conscendunt cum domino praetorium, comitantur eum.

v. 39. *Neque*, si mari iter relaxandi animi causa faciat, *Cura*, aegritudo, *decedit* ab *aerata* s. rostrata *triremi*, una cum eo navem conscendit, peregrinatur. Navem h. l. *aeratam* cum delectu dictam puta, quasi Cura aeris fulgore haud deterreatur. — v. 40. Et, si equum conscendit, iter voluptarium facturus, sedet, imminet tergo eius. Cf. omnino II, 16, 21 sqq. et ibi Not. Aeschylus Prom. 276. homini *Πημονὴν προσιζάνειν* et Theocr. XXI, 5. *μελεδῶνας ἐφίστασθαι*, item Lucret. II, 47. *Curas sequaces* dixit.

v. 41 sqq. *Dolentem*, aegrum animo, curis maceratum vel splendidissimus divitiarum usus haud quaquam *delenit*, permulcet,

---

aut animi sui vitia effugere. [*Post eq. sed. atr. cur.*] i. e. quocunque iverit avarus, sive in mare sive in aëra sive per terram, semper sequitur illum atra cura. [*Quod si dol.*] superfluum dicit ambitum fabricandi et divitiarum appetitum, dum dolores et moerorem auferre non

munt. [*Neq. Dec. aer. trir. et Post eq. sed. atr. cur.*] hic ostendit, neque terra neque mari quemquam posse effugere insita animi vitia. [*Quod si dol. nec Phryg. lap., Nec purp. sid. clar.*] sensus est: si dolorem corporis animique nulli divitiarum apparatus excludere pos-

Delenit usus, nec Falerna
Vitis, Achaemeniumve costum:

v. 43. *Delinit* 2 Vatt. et Torn. Lamb. Pulm. 1, 4, 5. unus Bland. Mald. Mart. Sil. Div. Cruqu. Dessss. Alt. 1. Lipss. Fran. Gott. Venett. Asc. Locher. Fabr. Cruqu. Bentl. Ion. Baxt. Contra *Delenit* Lambin. e reliquis suis, Torrent. e suis, Pulm. 2, 3. duo antiquiss. Cruqu. Mentel. Alt. 2. Henr. et Rob. Steph. Fab. Heins. Dacer. Cun. Sanad. Non multum interest; recte tamen Ianius scripturam *Delenit* ut antiquiorem in contextu praetulit. — Vand. A, *delenit*, corr. *delinit*. — *Falernae Vitis* (ut pendeat ab *usus*) quidam Lamb. et Cruqu. Pulm. 1, 3, 4. Mentel. Lips. 3. Basill. Fabr. Rutg. etc. Vulgata lectio ante Lambinum, quam praebent duo codices ex nostris, nempe Cod. Goth. et Guelf. Vnde porro in multis mendose *Falernae vites*, ut in Lips. 1. a m. s. 2 Fran. Dessss. Helmst. Venett. Asc. Locher. Vulgata, sensui apta, auctoritate praestat. — Vand. P, T, V, *falernae vites*. A, *vites*, corr. *vitis*.

44. *Achamenium*, *Achamerium*, *Achemonium*, aberratt. Vulgo etiam *Achaemeniumque*. Sed recte Bentl. in edit. poster. *Achaemeniumve*, quem sequuti Cun. Sanad. Ion. Est enim cum aliis poetis, tum in primis Horatio sollenne, in distributione pro *nec* s. *non* repetendo ponere *aut* s. *ve* (non *que*), cf. II, 5, 20.: *Gnidiusve Gyges*. III, 23, 5; 30, 4. IV, 9, 17. Librarii autem persaepe *ve* et *que* invicem permutarunt, parum animum ad sensum advertentes.

---

erigit, exhilarat. Divitiarum usum specialibus, quas aetas sua ipsi suggereret, notionibus exposuit poeta. Primo loco memoratur *Phrygius lapis*, s. marmor Synnadicum, ad Synnada, Phrygiae oppidum, caesum. Candidum erat, maculisque distinctum purpureis. Statius Silv. I, 5, 37. *Purpura sola cavo Phrygiae quam Synnados antro ipse cruentavit maculis lucentibus Attis*, et inde Sidon. XXII, 137. *Puniceo pretiosus livor in antro Synnados.* Cf. omnino Plin. XXXV, 1. et Strabo L. IX. p. 437. et XII. p. 865. unde discitur, in maximo Romanis habitum fuisse pretio. Declaratur adeo a poeta aedium magnificentia, columnis Phrygiis distinctarum. Nota Tibulli III, 3, 13. *Quidve domus prodest Phrygiis innixa columnis.* Congruit cum hoc loco ille Epist. I, 2, 47. *Non domus et fundus, non aeris acervus et auri Aegroto domini deduxit corpore febres, Non animo curas.* — v. 42. *Purpurarum*, purpurae *usus sidere clarior*, inversa ratione dictum pro, usus purpurae clarioris sidere. Iam *purpurae usum* Graeca elegantia (de qua v. Valken. ad Eurip. Phoen. p. 71. et ad Theocr. XXII. 4.) hic positum censent, *χρῆμα πορφυρᾶς*, pro simpl. *purpura;* quidni purpuram usui accommodatam, adeoque vestes, stragulas purpureas simpliciter intelligas? eoque aperte ducit locus Lucret. II, 47. quem in animo habuit poeta: *Metus hominum curaeque sequaces — neque fulgorem reverentur ab auro, nec clarum* vestis *splendorem* purpureai. Etiam in Virg. Georg. II, 466. *Nec casia liquidi corrumpitur* usus olivi, est: oleo utuntur, casia haud corrupto. Purpura *sidere clarior*, est resplendens, lucida. *Sidus formae* ita dixit Stat. Silv. III, 4, 26. et *sidereos artus* hoc sensu tribuit

---

possunt. [*Nec Phrygius lap.*] Synnadicus. In Synnada enim Phrygiae civitate marmora ipsa caeduntur. [*Achaem. cost.*] Persicum. Achaeme-

sunt, cur laboremus in adquirenda re? [*Phryg. lap.*] marmor est Synnadicum. Synnadi enim esse dicuntur Phrygiae, iuxta quam hoc marmor caeditur. [*Nec. purp. sid. clar.*] non enim omnem purpuram sidere clariorem intelligi vult. [*Achaem. cost.*] odoramentum est quod-

Cur invidendis postibus et novo
Sublime ritu moliar atrium?
Cur valle permutem Sabina
Divitias operosiores?

v. 48. *onerosiores* coni. Bentl. Verum eodem fere redit, sive *operosas* sive *onerosas* opes dixeris; proinde nihil necesse est, ut a recepta lectione recedamus. Vides, quomodo vir sagacissimus semet ipsum correxerit.

Veneri Claudian. XXXI, 3. Purpurae autem, maxime Laconicae, (v. ad II, 18, 7.) splendor proprius; unde fulgoris notionem simpliciter habet IV, 1, 10. Conf. omnino Dorv. ad Charit. VI, 4. et Gesner. Th. LL. v. *purpureus.* — *Falerna vitis*, vina agri Falerni Campaniae, adeoque nobilissima. — v. 44. *Costum* et *costus*, unguentum e radice fruticis, eiusdem nominis, qui in Patale, Indiae insula, provenit. De eo Plin. XII, 12. Cf. Salm. de Homonym. H. I. p. 128. — *Achaemenium*, Parthicum, ab Achaemene, Persarum rege, dicitur, quod illud ex India, per Parthorum regionem Romam adveheretur. Sic *nardum*, quae erat folium costi, *Achaemeniam* vocat Hor. Epod. XIII, 12. Vnguenta autem vino adposuit poeta, ex more convivantium. Vide v. c. II, 3, 13. II, 7, 21. Atrium *sublime* et per se erat et totius aedificii altitudinem animo obiicit. Quo et spectat *moliar*, pro tenui, exstruam. Similiter Seneca Ep. LXXXIX. extr. ubi divitum insaniam perstringit, ipsorum *tecta ex plano in altitudinem montium educta* memorat. Atrii splendor designatur per postes *invidendos*, superbos, maximi pretii. Quod divitias invidiae obnoxias atque etiam hoc nomine possessori molestas simul innuit. *Invidendam aulam* eadem virtute dixit II, 10, 7. Ceterum eadem in re Virg. Georg. II, 462. memorat *varios pulchra testudine postes* — *novo ritu*, ad novas architectonicas regulas descriptum; exprimit fere idem, quod nos vulgo dicere solemus: *nach dem neuesten Geschmack.* Vossius h. l. vertit sic: *in neuem Prunke.*

v. 47. *Cur valle permutem divitias*, docta ac perpetua h. v. inversa structura (v. I, 17, 2. II, 12, 23.) pro, vallem divitiis, h. e. cur divitias praeoptem, anteponam agello meo Sabino *operosiores*, quae mihi multo magis molestae sint, quae animum curis exerceant. Si curiosius ornatus rationem, oppositionisque vim perpendas, eandem quidem, sed specialiori eademque exquisitiori adumbratam imagine deprehendes. Scilicet generalem divitiarum notionem posuit poeta, adstrictam tamen ad certam, qua eae ostenduntur, speciem, opposita *valle* et adi.

---

nii enim Persae dicti ab Achaemene rege, unde costum venit. [*Inv. post.*] ambitiosis ianuis, ut est: *Nec varios inhiant pulchra testudine postes.* [*Sublime*] aut altum aut marmoribus ornatum intelligitur. [*Moliar*] exstruam, ut: *Molirique arcem et manibus subvolvere saxa.* [*Cur valle permut. Sabin. Div.*] si sollicitudine carere non potest, nec commutationibus debent augeri divitiae. [*Operos.*] cum magno opere adquisitas, ac si diceret: laboriosiores.

dam gratissimum. Achaemenii autem Persae dicuntur ab Achaemene rege, qui quondam totum orbem tenuit. [*Cur invid. post.*] i. e. magnificis ac nobilibus. [*Et novo Subl. rit. mol. atr.*] Ordo est: *Ritu novo sublime atrium cur moliar?* Sublimitatem autem et ad multitudinem referre possumus et ad magnificentiam. [*Cur vall. perm. Sab. Div. operos.*] cur, inquit, relicto Sabino agro, sub quo securam vitam ago contentus, appetam amplissimas domuum fundorumque possessiones, quae mihi oneri et molestiae sunt?

CARMEN II.

Argum. *Vexatum ab Intpp. et Criticis carmen, dum vel in consilio illius caecutiunt (ut iam scholiastae), vel haerent in eius descriptione omnino paulo difficiliori. V. c. Lambinus ad v. 25. „decedit, inquit, et, pene dicam, aberrat ad laudem silentii, neque postea „iterum revertitur ad sermonem institutum. Est enim poetarum, „tamquam spiritu divino adflatorum, non semper in proposito sermone haerere, sed ad alia nonnumquam aberrare, sententiaque „longe a principio diversa carmen concludere.“ Torrentius poetam ait, divino numine adflatum, diversas sententias in unum carmen coniecisse. Georg. Fabricius oden esse dicit contextam ex sententiis Homericis. Sed male sic consulunt Horatio VV. DD. neque satis nosse videntur rationem lyricam. Alii poetam graviter reprehendunt, quod nulla omnino carminis dispositio sit, nulla simplicitas; tres illud partes habere, laudes fortitudinis, virtutis et silentii, inter quas nullus praeterea sit nexus. Sic Ill. Hom. el. crit. c. 1. T. I. p. 34. It. ipse Sanad. „La forme de cette ode est un peu singulière. Je „doute que les amateurs de la poésie lyrique puissent gouter une „pièce composée de trois parties aussi dépareillées. Un peu plus „d'unité dans le dessein n'auroit, ce me semble, rien gâté.“ Et sic fere ceteri. Cl. Sivrius autem, quod facile praevidi, eo adeo progressus est, ut in tres odas carmen dissecaret.*

Ianio de carminis consilio et descriptione sic videtur. E corrupti seculi sui et calamitatum publicarum adspectu nobili indignatione accensus Horatius, intime sentire solet, fluere illam corruptelam et in dies augeri ex perversa iuventutis Romanae, in primis generosioris, educatione. Diffluebant adolescentes luxu et deliciis; vivebant in otio omniumque rerum abundantia; et sic ad mollem inertiam ignaviamque effeminati, magnis rebus agendis inepti fiebant: vid. infr. 6, 21 sqq. 24, 34 sqq. instituebantur ad nequitiam, avaritiam, cupiditatem, malasque ac humiles in petendis magistratibus artes: fingebantur ad impietatem et religionis contemptum; vid. infr. 6 pr. Solet etiam poeta, dum haec cernit, repetere animo et comparare priscam illam venerandamque morum severitatem, qua ad tam timendam potentiam, tam immensam gloriam, solidamque felicitatem Romanum olim crevisset imperium (cf. II, 15, 10. infr. 6, 33 sqq.): quo non poterat non augeri enthusiasmus. His ex fontibus profluxit nobilissi-

---

operosiores. Vnde recte cogas, aedes in altum eductas h. l. intelligi debere. Est adeo: cur alta palatia praeferam valli meae Sabinae cum humili tecto? Ac ne de usu loquendi dubites, adi not. ad II, 3, 20. ubi eadem notione *divitias in altum exstructas* poni vides; et *aedes operosae* sunt, multa opera, magno molimine exstructae. Quo plane sensu Ovid. Met. XV, 667. *operosa dei templa* et Sueton. Octav. LXXII. *operosa praetoria* dicuntur. Ceterum ad mentem poetae plane adposita sunt Menandrea apud Stob. Flor. Grot. p. 389. *Κρεῖττον γάρ ἐστι — μὴ πόλλ' ἀηδῶς, ὀλίγα δ' ἡδέως ἔχειν, πενίαν δ' ἄλυπον μᾶλλον ἢ πλοῦτον πικρόν.* — *Divit. Operos.*] i. e. laboriosiores vel maiores et ampliores, vel in quibus et parandis magno labore magnaque opera et custodiendis magna cura opus est. Carm. lib. IV, 2, 31.: *operosa parvus Carmina fingo.* — Ad finem nostrae interpretationis ultimos duos versus ab Vossio germanice redditos adponere nobis placet, qui ita sonant:

Warum für mein Sabinerthal mir
Tauschen gemühtere Pracht des Reichthums?

mum et vere aureum carmen de educandis pueris, *ad Romanos, in primis principes viros. Si vultis, cives, nos ad maiorum nostrorum magnitudinem reverti, istorum disciplinam in educandis filiis sequimini; istorum exemplo hos ad* fortitudinem bellicam *(v. 1—16.), ad* virtutem *(v. 17—24.) ac* pietatem adversus deos *(v. 25—32.) formate! His enim tribus, quod obscurum esse non potest, absolvebatur prisca morum disciplina, his continebatur ex antiquis ideis* magni viri *notio. Insunt tria felicitatis publicae capita, artes belli, artes pacis (virtus militaris et civilis) et religio. Similem in modum rem expediunt, qui rectissime omnium h. l. viderunt, Dacer. et iam ante eum Th. Marcilius. Addidit poeta cuivis parti sua praemia ac momenta, quibus uti parentes ad incendendos pueros deberent, v. 13. 21. 25. quod et in primis convenit animo iuvenili, et elegantem quemdam commensum partibus carminis tribuit. Sic, cuicumque erit sensus lyricus, praeclare nexas aptasque inter se carminis partes, praeclare inchoatam illius descriptionem, arbitror, agnoscet. — Deinde ipsum eius argumentum gravissimum ac nobilissimum, ut hic etiam venerari nos oporteat sacerdotem Musarum, populi sui magistrum, priscae disciplinae,* cuius consummata pictura hoc carmen est, *amore, patriaeque et eius succrescentis spei caritate penitus perfusum, plenum spiritu Curii, Fabricii, Catonis. Elocutio nobilissima, conversiones ac transitiones vere lyricae et sic subinde abstrusiores, ornatus poeticus splendidissimus, imagines vividissimae, numerus versuum in primis elaboratus. In multis Graeca exempla secutum esse Horatium, facile intelligas. — Comparentur, quae iam laudavimus, infr. 6 et 24 quibus oppositam* sui seculi *imaginem exhibet. — Ceterum nostrum, ob v. 3. ante a. V. c. DCCXXXIV factum esse oportet. vid. Ind. ad Hor. sub voce „*Horatius.*“*

*Ne cui mirum videatur, quod nos plerumque carminum argumenta brevius exponere soliti huius carminis argumentum fere integrum ad Ianii exemplar hic adposuimus, causam, qua permoti id ipsum tentavimus, addere, consentaneum esse nobis videtur. Quamvis enim res ipsa non tanti videatur, ut interpretum opiniones, hallucinationesque copiosius quam Ianius commemoremus, tamen tirones animum advertere iubemus ad id, quod emendandi, aliquid novi in medium proferendi, cupidi vel adeo in rebus minoris momenti, ad quas recte intelligendas sufficiebat animus integer, doctrina in simplicitate veritatem agnoscens, peccarint. Ex nostra quidem sententia perpauca verba, quibus argumentum huius carminis exponamus, sufficiunt: Horatius seculi sui morum pravitatem animadvertens, tanquam vates suae gentis (*National-Dichter*) priscam Romanorum virtutem revocat,* patriae amorem et fortitudinem, sapientiam et fidem, *ad quas virtutes recolendas puerorum animos mature adsuefacere iubet, ne quid detrimenti respublica capiat, admonens, puerorum educatione, ad veterum normam severioris notae instituta, tum temporis neglecta.*

Angustam amice pauperiem pati
Robustus acri militia puer

AD AMICOS libri Torr. Venet. 1478. DE INSTITVTIONE AD AMICOS LOQVITVR Bentl. 1, 2.

DE INSTRVCTIONE AD A. L. Bentl. 6. DE INSTITVTIONE PVERORVM cod. Barth. Advers. XXXVII, 18.

SVBEVNDAM ESSE MILITIAM, VIRTVTEMQVE IMMORTALEM ESSE DOCET Venet. 1492. Locher. Ascens.

Vand. A, Ad AMICOS. B, D, E, φ, addunt: *de institutione.*

AD AMICOS DE INSTITVTIONE PVERORVM Cod. Goth. qui addit: *paranetice tricolos.*

Groebel. in Observ. in script. Rom. class. Spec. II. hoc carmen in diem tirocinii, quo togam virilem pueri sumebant, scriptum esse suspicatur.

v. 1. *amice* omnes codd. Cruqu. Torrent. Bersm. Fabr. (ut videtur) Bentl. et nostri. Item cod. Barth. l. l. Pulm. 1, 4, 5. Sax. Brod. Manc. Venet. 1478, 1492. Locher. Ascens. (omninoque omnes edd. Sec. XV.) Basil. 1531. Heins. Ion. Talbot. Gesn. Probat etiam H. Steph. diatr. sec. II. pr. Male pro vocativo plurimi acceperunt, ut Asc. Ion. (commate utrinque posito). Contra in uno Torr. et cod. Barth. adscripta glossa: „adverbium est“ et in codd. Bersm. „amicabiliter“ — *amici* Pulm. 2, 3. Lamb. (qui de codicibus suis nihil refert) Basil. 1527. (et plures editt. sec. XVI.) Fabric. T. Fab. Rutg. Dacer. Bentl. Cun. San. Sivr. et hodie vulgati fere. Praefert Bentl. hanc lectionem, quia nusquam occurrat alias „amice pati“ et satis sit „pati“: sed hoc argumento in poeta lyrico nil efficitur tum ob inscriptt. codd. (v. supr.); denique, quod sic legerint Acr. et Comment. Cruqu. Nam ille: „hanc oden generaliter ad amicos scribit,“ hic vero: „Romanos omnes commonet.“ Sed ex inscriptionibus quidem, quae recentioris aetatis et fere a seriore manu sunt, nil sequitur; cum et ipsi illi codd. qui eas habeant, in contextu plane exhibeant *amice.* Commentatoris Cruquii nota ita nil decernit, ut facile, si velis, alteram inde lectionem defendere possis. Acron autem quid? si potuit ante oculos habere *amice*, et tamen, cum pro vocativo haberet, illam notam adscribere? ne quis ad unum certum amicum pertinere carmen putaret. Vel quid? si omnino illud „ad amicos“ aut a seriore grammatico adsutum sit, aut (quod facile erat) corruptum ex „ad cives“? Certe in hoc populari carmine, quod (ut Acron) *generaliter*, h. e. patriae, populo, seculo suo scripsit Horatius, cives potius aut Romani alloquendi erant, quam amici: ut III, 6. *Romane;* III, 24. *o Plebs.* Saepius vero neminem omnino alloquitur in talibus, ut II, 15 et 18. III, 1, 15 et 24. Epod. XVI. Itaque in tam constanti omnium Codd. et vett. edd. consensu et cum *amice* ita non sit inculcatum et ab hellenismo pulchram sententiam efficiat, non impediit sola Acronis nota, quo minus sic ederem. Potuit facile inde error oboriri, quod *amice* pro vocativo acciperetur et cum metro timeretur, inde fieret *amici*, quam rationem diserte affert Fabr. — Lambin. Bentl. Cuning. et Bothius ex nonnullis codd. *amici* praetulerunt. Vulgatam lectionem cum Schirachio p. 17. et Fea retinuit Iahnus, V. D., quoniam *pati* hoc loco fere necessario eiusmodi praedicatum postulat. Monet quidem Bothius, *amice pati* non significari posse *patienter*, *aequo animo ferre, φίλως, ἀγαπητῶς φέρειν*, sed causam non videmus. Etenim *pauperiem amice pati* et *pauperiem ferre amico in eam animo*, ita ut non gravis et molesta, sed amica, grata tibi esse videatur. Quae explicatio non solum ex Graecis satis excusationem habet, sed etiam analogia adiectivi *amicus*, quod haud raro activa vi pro benevolo, faventi, non aegre ferenti ponitur, abunde comprobatur. — Vand. omn. codd. *amice.* Al. interpretantur *familiariter*, al. *patienter.*

2. Bene Acron ad h. l. „Suadens, ita adolescentes institui debere, ut paupertate et exercitio ad *militiam* firmentur.“ Quod Ianio legenti in mentem venit, fortasse, si non legisse Acronem, at Horatium scripsisse *acri militiae*, casu commodi s. scopi, qui certe aptior sententiae videri queat.

---

v. 1 sqq. Praestat ratio, qua duo commata copulantur, quamque etiam ipsa verborum suadet collocatio: puer condiscat paupertatem pati, robustusque fiat, induretur acri militia, ut sufficiat tolerandis

Condiscat, et Parthos feroces
Vexet eques metuendus hasta:
Vitamque sub divo [et] trepidis agat
In rebus. Illum ex moenibus hosticis

v. 3. *ut P.* Ascens. ex emend. Bonfin. — 5. *sub divo* meliores libri; velut omnes Cruqu. et Pulm. plerique Lamb. etc. Al. *sub dio.* — Vand. A, B, *sub dio*, corr. *divo.* Al. omn. *sub divo.* — 6. *ullum* Cod. Goth.

---

militiae aerumnis. Scilicet vulgaris forma erat: Iuventus Romana severa disciplina contineatur, unde corpus ad tolerandos militiae labores induretur, corroboretur. Iam severam disciplinam paupertatis notioni subiecit poeta, quae adeo victu modico ac duro, vigiliis, caloris ac frigoris patientia, tolerandisque laboribus corpus atque animum confirmat atque ad fortitudinem acuit, uti contra luxus atque ignavia enervat ac deprimit. Eurip. fr. Alex. apud Stob. Flor. Grot. 389. *Κακόν τι βούλευμ' ἦν ἄρ' εἰς εὐανδρίαν ὁ πλοῦτος ἀνθρώποισιν αἵ τ' ἄγαν τρυφαί. Πενία δύστηνον μέν, ἀλλ' ὅμως τρέφει μοχθοῦντ' ἀμείνω τέκνα καὶ δραστήρια.* Vnde et *ἀγαθὴ κουροτρόφος* audit *πενία* Arcesilao apud Stob. Tit. XCV. Cf. ad I, 12, 43. — *Angusta*, ut *res arcta*, *angusta* (Iuven. III, 165.); opponuntur *res amplae.* — *amice pati*, *ἀγαπητῶς φέρειν*, *ἀγαπᾶν*, aequo animo eam ferre, lubenter in ea adquiescere, noto Graecismo. — *robustus*, robusta aetas viginti annorum fere putatur. Puer autem hic adolescentiae proximus et militiae rudimentis aptus dicitur. — *acri*, dura, laboriosa, ut grave *Martis opus* Virgil. Aen. VIII, 516. — v. 3. Iam acrem militiam exponit, exornatque ulterius poeta, memoratis speciatim, quibuscum congrediatur miles Romanus, Parthis, ferocissima, eademque Romano nomini infestissima gente. — *vexet*, conturbet, affligat, adsidue instando. *Vexare turmas hostium* fortiori hoc significatu habes IV, 14, 23. — *eques*, utpote in pugna adversus Parthos equites. — *metuendus hasta*, ornatius quam, hastatus, seu protentis vel coniectis in eos hastis. — v. 5. Moretur *sub divo*, sub aëre, in castris, (nam haec ad aerumnas militiae referenda) ut soli ac frigori corpus assuefiat; et versetur *in rebus trepidis*, *φοβεροῖς*, periculosis, in summo discrimine, ne animus ad subita belli expavescat. Hoc igitur ad animum, illud ad corpus confirmandum spectat. *Res trepidae* in bello adeo sunt, ubi res in summum discrimen adductae sunt, maxime, quae nec opinantes opprimunt ac percellunt.

Vit. sub div. etc. in omnibus Libb. Mss. et Editt. legitur: *Vitamque sub divo et trepidis agat In rebus*, nec ullus interpretum particulam *et* ante *trepidis* superfluam plane esse et orationis simplicitatem turbare, animadvertit. Verum enim vero, cum extrusa particula *et* sensus exeat multo concinnior: „*et vitam in rebus trepidis* (h. e. quando rei

---

ACR. [*Ang.*] hanc oden generaliter ad amicos scribit, commonens, beatiorem vitam feliciorem̄que esse pauperi; suadens, ita adolescentes institui debere, ut paupertate et exercitio ad militiam firmentur. [*Ang.*] difficilem, arduam. [*Parthos*] pro quibuslibet hostibus. Species pro genere. [*Sub dio*] in campo, ut: *In ripa gelidique*

POR. [*Angustam, amici, paup. pati*] suadet breviorem viam faciliorem̄que esse pauperi ad beatam vitam, si ita instituatur, ut in subiectis ostendet. [*Rob. acr. milit. puer*] h. e. cum ita robustus est ac per hoc, cum adolescens est. *Acri* autem *militia* aut in acri militia accipe aut per acrem militiam. [*Et Parth. fer.*] Parthos pro quibus-

Matrona bellantis tyranni
Prospiciens et adulta virgo
Suspiret: heu, heu! ne rudis agminum
Sponsus lacessat regius asperum
Tactu leonem, quem cruenta
Per medias rapit ira caedes.

v. 9. *heu, heu*, sollennis varietas, inquit Ianius, vid. quae adnotavimus ad Carm. Lib. I, 15, 9. sic etiam Cod. Goth. et Guelf. — Vand. V, *heu, heu.* N, S, Q, *he heu.* — 10. *lacesset* tres Blandd. Cruqu. *lacescat* Locher.

---

publicae periculum imminet) *sub divo agat*," haud mihi (inquit Doeringus) religioni duxi eam delere, nec ea deleta me vim fecisse poetae putavi. Ceterum qua hic versus mensura usus est poeta: *Vitamque sub di | vo trepidis agat*, eadem alibi quoque utitur; sic infr. IV, 14, 17.: *Spectandus in cer | tamine Martio.* Sententia, quam poeta hic pronuntiat, utroque modo cogitari potest: sive: *et sub caelo vivit et trepidis in rebus*, sive: *et trepidus vivit sub caelo*, quemadmodum Doeringus sensum horum verborum capit. Lectio vulgata mihi non videtur spernenda, quam tamen uncis inclusi.

v. 6—12. Sequitur pictura ad sensuum et affectuum naturam ac veritatem summa cum *ἐναργείᾳ* a poeta adornata, qua quidem vulgarem sententiam „timendus sit hostibus, audacter hostes invadat," vivide adumbratam facile cognoscas. Iam Hesiod. Scut. Herc. 241. *πλέονες ἔτι δῆριν ἔχοντες μάρναντ'. αἱ δὲ γυναῖκες ἐϋδμήτων ἐπὶ πύργων χάλκεον ὀξὺ βόων, κατὰ δ' ἐδρύπτοντο παρειάς.* Exquisitum autem artificium poetae agnosce in revocata ad certam speciem generali imagine atque ad eam quidem, qua mirifice legentis animum affectum iri intelligeret. — *Illum* pugnantem *prospiciens e moenibus hosticis*, hostilibus, *matrona tyranni*, uxor regis *bellantis*, bellum cum pop. Romano gerentis, *et virgo adulta*, nubilis, *suspiret*, suspirent, h. e. suspiriis timorem prodant, metuant, *ne* cett. — v. 9. *rudis agminum*, pugnandi, imbellis, cum tali scilicet adversario commissus.

v. 10. *sponsus regius*, iuvenis regiae virgini desponsus. Sed et ipsum filium recte statuas. — *lacessat*, irritet, impetat, adgrediatur *leonem*, iuvenem Romanum leonis instar ferocientem, fortissime pugnantem. — Viri fortis cum leone comparatio frequentatissima; sic apud Diotimum Ep. IX. in Anthol. Gr. T. I. p. 186. *Οὐδὲ λέων ὡς δεινὸς ἐν οὔρεσιν, ὡς ὁ Μίκωνος κ. τ. λ.* Mitsch. laudat Sil. Ital. VII, 401. ubi de Hannibale: *Iam cernes Libycum hunc vallo adsultare leonem.* — *cruenta ira*, saevus impetus; *ira* de rabie, qua furunt leones, passim; cf. I, 16, 15. Lucret. III, 297.: *Sed calidi plus et illis, quibus acria corda Ira-*

---

sub aetheris axe. [*Et trepid.*] aut in bellis, in quibus semper trepidatur, aut in periculosis laboribus. Sic educatum, inquit, adolescentem, ita clarum esse debere gloria bellicarum rerum, ut etiam mulieribus et puellis hostium notus sit, ipsa assiduitate bellandi. [*Suspir.*] cum illum prospexerit, timore suspiret, ne aut maritus eius aut sponsus militem Romanum provocans, nescius bellicae artis intereat. Ordo

libet hostibus accipe. [*Illum ex moen. host.*] tam clarus sit, inquit, in gloria bellicarum rerum adolescens, ut vulgo etiam mulieribus et puellis hostium notus sit, quae utique nisi frequentes in bello non prospiciunt. [*Asp. Tact. leon.*] h. e. qui *asper* est, ut leo. *Asperum tactu*

Dulce et decorum est pro patria mori:
Mors et fugacem persequitur virum,

v. 13. *est* abundare coni. Cun. *Dulce et decorum est pro patria mori* Cod. Guelf.

14. *prosequitur* Iann. et 2 Vatt. Lamb. unus Cruqu. Bentl. 1, 8. Alt. I. vulgari permutatione. *consequitur* emend. Bentl. (quod etiam Cun. reperit in cod. ms. peioris notae) nam in Simonidis l. esse ἔκιχε, quod sit „adsequitur"; contra „persequi" tantum significare „sequi" quod non sufficiat ad sententiam; librarios frequenter lapsos esse in praepositionibus compositis. Laudat Curt. IV, 55. Sed cum haud facile confuderint librarii *per* et *con*, tum ob id ipsum exquisitius „persequi" quod pro usitatiori „adsequi" est. — Vand. P, *prosequitur*.

---

cundaque mens facile effervescit in ira: *Quo genere in primis mens et violenta leonum, Pectora qui fremitu rumpunt plerumque gementes, Nec capere irarum fluctus in pectore possunt.* — Tirones in animum revocare iubemus, quae de adiectivorum formis vetustioribus, quales sunt *hosticus*, *civicus*, *genticus*, passim in hac editione adnotata leguntur. — *asperum tactu*, ad quem si accedas, ubi eum provoces, *asperatur*, furit. Redditur Graecorum ἄπλητος, h. e. ἀπρόσμαχος, ἀπρόσιτος. Iratum *asperum* dici, res nota. *Asper et improbus ira* de lupo Virg. Aen. IX, 62. τραχὺς λύκος Theocr. ep. 6, 3. Atque a vultu aspero, h. e. truculento, irato (*Asper*, *acerba tuens*, Virg. Aen. IX, 794.) metaphoram potius petitam duxerim, quam a mari aspero.

v. 11. Quem *ira*, ardor, cupiditas pugnandi *cruenta*, cruoris cupida, (proprie ipse *cruentus*, truculentus, caedis cupidus) effera *rapit*, praecipitem agit, fert, h. e. qui ira percitus fertur, (ἰθὺς φέρεται μένει de leone Hom. Il. υ', 172.) grassatur per mediam hostium aciem, per confertos hostes; pro hoc multo gravius est *per medias caedes*, per hostium confertim a se caesorum agmina, qui late stragem edit. Eadem vi Achilles *in caedem* Lyciorum e Scyro proreptus dicitur I, 8, 16.

v. 13. Notissima Tyrtaei: τεθνάμεναι γὰρ καλὸν ἐπὶ προμάχοισι πεσόντα ἄνδρ' ἀγαθὸν περὶ ᾗ πατρίδι μαρνάμενον, et Callini (Annal. Br. I, 39.) τιμῆέν τε γάρ ἐστι καὶ ἀγλαὸν ἀνδρὶ μάχεσθαι γῆς πέρι καὶ παίδων, κουριδίης τ' ἀλόχου δυσμενέσι cett. — Pind. Isthm. VII, 37 sq. Ἴστω γὰρ σαφές, ὅστις ἐν ταύτᾳ νεφέλᾳ χάλαζαν αἵματος πρὸ φίλας πάτρας ἀμύνεται, λοιγὸν ἀντιτίνων ἐναντίῳ στρατῷ, ἀστῶν γενεᾷ μέγιστον κλέος αὔξων ζώων τ' ἀπὸ καὶ θανών. Sciat enim, qui in hac nube grandinem sanguinis pro patria pugnans et exsilium propulsat adversario civium exercitu, se suis posteris suoque generi maximam gloriam relinquere et viventem et mortuum. Lucianus in encomio patriae scribit, hanc in praeliis cohortationem plurimum valere, si quis dicat, bellum esse pro patria susceptum; neminemque esse, qui hac voce audita, mortem extimescat aut periculum metuat. Efficit enim (inquit) nomen et commemoratio ipsa patriae, ut, qui est alioqui timidissimus ignavissimusque natura, fortissimus existat.

---

est: *Prospiciens illum ex hosticis moenibus matrona bellantis tyranni et adulta virgo suspiret: Eheu! ne regius sponsus, rudis agminum, lacessat leonem asperum tactu, quem rapit cruenta ira per medias caedes.* Servavit metaphoram, ut qui Romanum militem leoni comparaverat, adderet impetum. Vt: *Contra tela furit.* [*Mors et fug.*] fugacem, qui

autem, qui si tactus, i. e. laesus est, asperatur. [*Mors et fug. pers. vir.*] hic ostendit eos maxime periclitari, qui fugiunt. [*Virt. repuls.*

Nec parcit inbellis iuventae
Poplitibus timidove tergo.

v. 16. *timidove* Farn. Torn. un. Vat. Lamb. Pulm. 2. Helmst. Altt. Lips. 1, 3. Bentl. 8, 10. Acr. (etiam ms. in bibl. reg. soc. ap. Bentl.) et sic Bentl. (qui ait, non opus esse, ut duobus locis mors eum percutiat; quod sane argutius) Cun. San. Ion. Baxt. Vid. supr. ad I, 44. Vulgo *timidoque* — — *nitidove* lectum olim fuisse ait Fabr. — Vand. B, E, φ, Il et tres recentiores: *timidoque*; al.: *timidove*.

---

v. 14. Etiam ignavos mors opprimit, milites in fuga caeduntur. Hoc imagine Simonidea descripsit poeta: ὁ δ' αὖ Θάνατος ἔκιχε καὶ τὸν φυγόμαχον. Scilicet antiquo phantasmate Mors, Πότμος, Μοῖραι, Κῆρες inter acies errare (Hesiod. Scut. 249.), militi morti addicto adstare (Κῆρες ἐφεστᾶσι θανάτοιο Il. μ', 326. ἄγχι παρίσταται οὐλόμενος Κὴρ Q. Cal. VI, 427.) eum adsequi ac rapere; nota Homerica, ἔλλαβε πορφύρεος Θάνατος, ἕλε Μοῖρα, Πότμος) dicuntur. — *fugacem persequitur*, fugienti instat, donec adsequatur; pertinaciam enim in sequendo declarat hoc verbum, estque ornatius quam consequitur. — *tergo timido*, timidi, militis fugientis.

Mors Et Fug. Pers.] immo vero saepius servantur e praelio, qui fortiter pugnant, quam qui in fuga spem salutis constituunt, quod declarat Hom. Iliad. ε', 31. Αἰδομένων τ' ἀνδρῶν πλέονες σόοι ἠὲ πέφανται· φευγόντων δ' οὐκ ἄρ κλέος ὄρνυται οὔτε τις ἀλκή. Haec igitur huius loci sententia est: si immortales essent futuri, qui pro patria cum vitae periculo armis decertare nolunt, turpis esset quidem illa, sed esset aliqua tamen ignavorum causa ac defensio, cum dicerent, se fugiendo saluti consulere maluisse, quam contra nitendo et repugnando occumbere. Nunc autem cum belli periculo vitato, sexcenta nobis alia mortis genera impendeant, longe pulchrius ac laudabilius est, pro patria fortiter pugnantem mortem oppetere, quam vitam naturae aut necessitati reservare, quod item Cic. Philipp. X, 10. ornatissimis verbis persequitur. *Ita praeclara est recuperatio libertatis, ut ne mors quidem sit in repetenda libertate fugienda. Quod si immortalitas sequeretur periculi fugam, tamen eo magis ea non fugienda videretur, quod diuturnior esset servitus. Cum vero dies et noctes omnia nos undique fata circumstent, non est vestri Romanique nominis, dubitare, eum spiritum, quem naturae quis debeat, patriae reddere.* In illis autem verbis Ciceronis ea *non fugienda videretur* subaudiendum est *mors*, nam si sine negatione legas, ut in vulgatis, subintelligitur *immortalitas*. Priorem lectionem praefert Lambinus. — Theopompus: εἰ μὲν γὰρ ἦν τὸν κίνδυνον τὸν παρόντα διαφυγόντας ἀδεῶς διάγειν τὸν ἐπίλοιπον χρόνον, οὐκ ἂν ἦν θαυμαστὸν φιλοψυχεῖν· νῦν δὲ τοσαῦται κῆρες τῷ βίῳ παραπεφύκασιν, ὥστε τὸν ἐν ταῖς μάχαις θάνατον αἱρετώτερον εἶναι δοκεῖν. — Hic eodem pertinet illud Aeschyli: Ἀλλ' οὔτε πολλὰ τραύματ' ἐν στέρνοις λαβὼν Θνήσκει τις, εἰ μὴ τέρμα συντρέχοι βίου, Οὔτ' ἐν στέγῃ τις ἥμενος παρ' ἑστίᾳ φεύγει τι μᾶλλον τὸν πεπρωμένον μόρον. — Demosthenes item in oratione περὶ στεφάνου eandem

---

fugat, agentis est et non patientis. Ostendit eos magis periclitari, qui fugiunt. [*Iuventae*] genitivus est. Ab eo enim, quod est iuventa, iuventae declinatur. [*Timid. terg.*] h. e. fugientium: ut est: *Et in tergum fugientibus ingerit hastas. Tergum* autem pro quibuscunque

nesc. sord.] haec de Stoicorum secta sunt, qui dicunt virtutem solam sufficere ad beatam vitam. *Repulsam* autem generaliter accipit pro

Virtus, repulsae nescia sordidae,
Intaminatis fulget honoribus:

v. 17. Novam oden hic orditur Sivr.
18. *in — contaminatis*, diviso inter duo vv. vocabulo, un. Lamb. Pulm. 1, 5. Fran. cod. Ob. Gifanii ind. Lucret. v. Hyperm. p. 432. (collect. ad Lucr. p. 252. ed. Haverk.) Sic ediderunt Pulm. Heins. Cun. San. Probant etiam H. Steph. diatr. sec. I. extr. (qui dicit, quam plurimos codd. habere, cuius rei penes ipsum fides) Klotz. lect. Ven. p. 280. Bos anim. ad Hor. c. VIII. item magis placet Lamb. Bentl. et, ut videtur, Gesnero. Monet inpr. Bentl. vocab. „*intaminatus*“ esse ambiguum et accipi posse ut „infucatus, inauratus“ quin et diserte in Glossar. Cyrilli legi: „intaminatus, *μιανθείς*“, contra „incontaminatus“ (sic Cod. Guelf.) reperiri ap. Liv. IV, 2. Varro. R. R. III, 9. Dedit tamen *intaminatis*, quod sane cum longe praestat auctoritate, tum eo ipso, quia insplentius est quam „incontaminatis“ quod vulgarius. De ambiguitate non trepidandum, nam plura verba sunt cum *in* composita, quorum queat anceps sensus esse, ut „impotens.“ Probabile, lectionem *incontaminatis* ortam esse e glossa grammatici ambiguitatem tollere volentis. — *interminatis* coni. With. etiam var. lect. Ion. — Vand. *incontaminatis*. S, id., corr.

---

fere sententiam ponit: *πέρας μὲν γάρ ἐστιν ἅπασιν ἀνθρώποις τοῦ βίου θάνατος, κἂν ἐν οἰκίσκῳ τις αὐτὸν καθείρξας τηρῇ. δεῖ δὲ τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας ἐγχειρεῖν μὲν ἅπασιν ἀεὶ τοῖς καλοῖς, φέρειν δ', ὅτι ἂν ὁ θεὸς διδῷ, γενναίως.* — Lysias *ἐπιταφίῳ* in extremo: *εἰ μὲν γὰρ οἷόν τε τοῖς τοὺς ἐν τῷ πολέμῳ κινδύνους διαφυγοῦσιν ἀθανάτους εἶναι τὸν λοιπὸν χρόνον, ἄξιον τοῖς ζῶσι, τὸν ἅπαντα χρόνον πενθεῖν τοὺς τεθνεῶτας· νῦν δὲ ἥτε φύσις καὶ νόσων ἥττων καὶ γήρως, ὅτε δαίμων ὁ τὴν ἡμετέραν μοῖραν εἰληχώς, ἀπαραίτητος.* Accedat ad superiores illos oratores et poetas lyricorum princeps Pindarus, cuius sunt haec (Olymp. ά, 131.) *θανεῖν δ' οἷσιν ἀνάγκα, Τί κέ τις ἀνώνυμον γῆρας ἐν σκότῳ Καθήμενος ἕψοι μάταν, ἁπάντων καλῶν ἄμμορος;* —

Süss ist und ehrenvoll sterben für Vaterland.
Der Tod ereilet flüchtige Männer auch,
Und schonet nicht wehrloser Jugend
Bebendes Knie und verzagten Rücken.

(Voss.)

Quae verba sexcenties ab recentioribus haud iniuria repetita praeclarum poeseos lyricae, cuius auctor Horatius, documentum exhibent. Quare iuvenes huius sententiae semper sint memores, adhortamur.

v. 17 sqq. Laudata tolerantia ac fortitudine generatim nunc poeta virtutem commendat, momentis, quae ad amplectendam eam invitent ac perducant, ex ipsa deductis. *Virtutem* nimirum (Plautinis uti liceat, Amphitr. II, 2, 17.) *praemium esse optimum, virtutem omnibus rebus anteire profecto, virtutem omnia in se habere, omnia adesse bona, quem penes sit virtus.* Hanc igitur sectari oportere, ut vere beatum te intelligas, quod quidem divitiarum, honorum, ceterarumque rerum externarum possessione etsi amplissima neutiquam adsequare. — *nescia repulsae*, quae repulsam numquam fert, non, quod virtute praestantes

---

membris posuit posterioribus, quae vulnerari solent his, qui in praelio fugiunt. [*Intamin.*] incorruptis aut sine macula repulsae. [*Secur.*]

infamia ac turpitudine. Hoc enim ait: *Virtus infamis ac sordida numquam esse potest.* [*Nec sum. aut pon. secur. Arbitr. pop. aurae*] i. e.

Nec sumit aut ponit secures
Arbitrio popularis aurae.

v. 19. *sumet aut ponet* lectio nova ap. Steph. diatr. sec. II. *ponit aut sumit* Bentl. 6, 13, 20. Lips. 2.

---

viri a populo aut a regibus honores non petant, neque se ei periculo committant, ut repulsam ferre possint, ut quidem Lambinus expedit; quandoquidem honores, ceteraque, quae in *ἀδιαφόροις*, quae secundum naturam sunt, *προηγμένων* nomine veniunt, sumenda utique ac quadam aestimatione dignanda censebant Stoici: neque verior, etsi multo speciosior, altera haec explicandi est ratio: quae repulsam ignominiosam pati nequit, cui non turpe est, repulsam ferre, quum virtus haud ulli obnoxia iniuriae sit. Quam in rem apte laudant illustre Catonis exemplum, in praeturae petitione praeteriti, huncque populi contemptum magnifice contemnentis, de quo Seneca ep. 104. *Vides honorem et notam posse contemni? eodem, quo repulsus est, die in comitio pila lusit.*

v. 18. *fulget honoribus*, magistratum gerit; nam est magistratus sapientis, qui soli virtuti innititur, nullis sordibus obscuratae, cuius adeo summus fulgor est. Cic. de Fin. III, 14. *Vt obscuratur et offunditur luce solis lumen lucernae; — sic quum sit is bonorum finis, quem Stoici dicunt, omnis ista rerum in corpore sitarum aestimatio* (*τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν*, adeoque honorum, divitiarum cett.) *splendore virtutis et magnitudine obscuretur, obruatur atque intereat, necesse est.* Id. pro Sex. XXVIII. *Virtus lucet in tenebris, splendetque per se semper, neque alienis unquam sordibus obsolescit.* Hinc honores eius *intaminati*, puri, nulla, ut populares, labe polluti, quibus dignitatem ac splendorem hominum demum fallax adnectit opinio. Hi adeo *per se* sordidi, abiecti, quod propria vi carent, qua exsplendescant, non, ut fere volunt, quod pravis ambitus artibus quaeruntur; illi naturali splendore conspicui.

v. 19—20. Etiam in his vv. turbatum est ab Intpp. Est simpliciter: virtutis possessio perpetua est, *ἀναφαίρετος*, stabilis, immutabilis; honores adeo eius itidem stabiles ac perpetui, *non unius anni* (IV, 9, 39.); populares contra sumuntur ac ponuntur alieno arbitrio. — *Secures*, fasces, insigne imperii, pro ipso imperio, magistratu. — *Aura popularis*, favor populi instabilis, iudicium, quod nulla certa ratione ducitur, quod levissimis de causis impellitur. Ad verba ac sententiam poetae Stat. Silv. II, 2, 121. *Midae gazis et Lydo ditior auro, Troica et Euphrataea supra diademata felix, quem non ambigui fasces, non mobile vulgus, non leges, non castra tenent, qui pectore magno spemque metumque domas vitio sublimior omni* cett. in quibus consummatam Stoicae virtutis imaginem facile agnoscas. — Praeter virtutem bellicam est alia, qua imbuendi sunt pueri, ea nempe, quae *repulsae nescia sordidae Intaminatis fulget honoribus*, ad hanc virtutem, quam civilem dixeris, refer vitae honestatem, integritatem, prudentiam, sapientiam et rerum civilium administrandarum scientiam; in quibus omnibus si quis factus est conspectior, is numquam in petendis hono-

---

pro fascibus posuit aut pro potestate, ut: *Saevumque securi Adspice Torquatum.* Hic itaque talis dum in se habet honorem, nec ex populi potestate sumit, nec ab alio dignatur accipere. [*Arbitr. pop. aur.*] populi favore, ut Lucan.: *Popularibus auris impelli, plausuque sui gau-*

haec potestate propria coronatur, quia non alius illi auferre potest, quod in ipsa positum est. [*Neg. tent. ire via*] negata scilicet omnibus.

Virtus, recludens inmeritis mori
Caelum, negata tentat iter via:
Coetusque vulgares et udam
Spernit humum fugiente penna.

v. 22. *ire* (pro *iter*) Lipss. Dessss. Helmst. Fran. lapsu librarii. — Vand. A, D, E, J et quatuor recent.: *ire;* al. omn.: *iter.*
24. *pinna* Bland. antiquiss. Cruqu. Dess. 1 a m. pr.

---

ribus contumeliosam repulsam fert, in fungendis autem semper dignitatem suam tuetur, (*intaminatis fulget honoribus*), quia neutiquam aurae popularis arbitrio, sed virtutis suae praesidio nixus tam suscipit quam deponit magistratus. Sic mihi quidem, inquit V. Cl. Doeringus, hic locus, in cuius sensu explanando adeo laboratum est, satis expeditus videtur.

v. 21 — 24. Alterum virtutis incitamentum, immortalitas. Possit quidem tetrasticho poetice declaratus videri sapientis animus *erectus ad supera, sectator caelestium, devius caducorum* (ut Macrob. in Somn. Scip. c. XVII. eloqnitur) qui exercitio virtutis deo assimilatur; de quo eodem colore Plato in Philebo 173. *πειρᾶσθαι χρὴ ἐνθένδε ἐκεῖσε φεύγειν ὅτι τάχιστα. φυγὴ δὲ ὁμοίωσις τῷ θεῷ κατὰ τὸ δυνατόν. Ὁμοίωσις δέ, δίκαιον καὶ ὅσιον μετὰ φρονήσεως γενέσθαι.* Senec. ep. 65. *Philosophia animum a terrenis demittit ad divina. Haec libertas eius est, haec evagatio: subducit interim se custodiae, qua tenetur, et caelo reficitur.* Idem ep. 75. *Ex hac faece evadamus in illud sublime et excelsum, ubi tranquillitas nos manet* cett. Etiam vv. 23 et 24. ad animum ab omni labe humana purum et intactum, *τέλεον, καθαρόν, ἐξηρτημένον ἀπὸ τῆς ἀνθρωπίνης ζωῆς*, ut Stoici loquuntur, satis commode transferri possunt. Sed interposita *recludens .... caelum* dissuadent hanc rationem et v. 25. ***Est** et fideli tuta sil. merces*, manifesto docet, etiam hic de virtutis mercede accipi debere. — *recludens*, patefaciens *caelum immeritis mori*, mori haud sinit viros immortalitate dignos, in caelum subvehit sui amantes. Parum opportune haec interiecta esse, facile apparebit, si seqq. consideres. In hoc enim membro est Virtus dea, in altero abstracte ponitur pro homine virtute praedito. Deberet esse: recludens immeritae mori sc. sibi caelum, quamquam, si sensum tuum consulas, parum placeat. Ad sententiam poetae Seneca Herc. Oet. 1961 et 1983. *Virtus in astra tendit*, et: *numquam Stygias fertur ad undas inclyta Virtus.* — *tentat iter via*, copia poetica pro, iter molitur, via ingreditur, *negata,* inaccessa multitudini insipidae. Nam soli

---

dere theatri. Et Virg.: *Nunc quoque iam nimium gaudens popularibus auris.* [*Reclud. cael.*] aperiens etiam caelum, ut: *Ardens evexit ad aethera virtus.* [*Negat. via*] ut Virg.: *Insuetum per iter.* [*Coetusque vulg.*] vilium hominum consortia. [*Spern. hum.*] ut Virg.: *Terrenique hebetant artus.* Et alibi: *Qua me quoque possim Tollere humo.* [*Virtus*] virtutem per se claram ornare honores, non ornari dicit ab honoribus. *Repulsam* vero meruisse dicebantur, qui honorem petentes repudiati fuissent. Quod cum evenisset Catoni, viro claro, virtutis suae conscius corruptum populi iudicium contempsit, et hoc tamen iuxta Stoicorum sectam, qui dicunt virtutem solam sufficere ad beatam vitam. Modo vero generaliter repulsa accipienda est virtutem infamem ac sordidam nunquam esse posse. [*Fug. pen.*] tanquam ipsius virtutis fama

Hic autem intelligi vult per virtutem adquirere posse homines immortalitatem, qui mortali conditione sunt. [*Est et fid. tuta sil. Merces*]

Est et fideli tuta silentio
Merces; vetabo, qui Cereris sacrum

v. 25. ***Est*** emend. Sivr. Scilicet ut novam hinc oden ordiri posset. *cuncta* (pro *tuta*) Alt. I. cum glossa *al. tuta.* Sic etiam Cod. Goth.
26. *vitabo* Mentel. — Vand. R, *vitabo.* male. — *sacra* Fa. Lamb.

---

virtuti via nulla invia est, Ovid. Metam. XIV, 113. Sic *negatas vias*, reditum ex inferis locis, paucis concessum (Virg. Aen. VI, 129.) vocat Senec. Hippol. 224. *Tentare* sollenne de arduo ac difficili conatu. Sic *aërias tentasse domos* I, 28, 5. *caelestia tentare* Epp. I, 17, 34. ut alios omittam. — v. 23 — 24. *Spernit fugiente penna*, fugit, evolat in caelum, spernens, deserens, relinquens *coetus vulgares*, vulgus virtutis expers, cui adeo inaccessa haec via; et humum *udam*, nebulosam, humidam, ob crassum aërem, qui terrae proximus est. Opponitur *aether. liquidus* II, 20, 2. Laudant Val. Flacc. I, 10. *Eripe me populis et habenti nubila terrae.*

v. 25 sqq. In constituendo horum vv. cum antecedentibus nexu, ipsaque eruenda inde sententia magnopere turbare atque aestuare videas interpretes. Cuius quidem discidii causas in operosiore cultu, abstrusioreque ornatu, quo sententiam involvit ac, pene dícam, obruit poeta, quaerendas esse facile deprehendas. Esse hoc poetarum tamquam spiritu divino adflatorum, inquit Lambinus, non semper in proposito sermone haerere, sed ad alia nonnumquam aberrare, sententiaque longe a principio diversa carmen concludere. Igitur et hic poetam aberrare ad laudem silentii, neque postea reverti ad sermonem institutum. Cruquius de taciturnitate militari, h. e. de tacendis arcanis consiliis, nominibus deorum patriorum, ne ab hoste evocentur cett. loqui poetam autumat. Iani denique pietatem adversus deos opinatur inculcari his vv. a poeta. Quibus omnibus refragantur verba ac bona ratio, quae poetae enthusiasmo (qui tamen hic nullus est) correpto constare debet. Vnus omnium verum, quamquam ex parte tantum vidit Torrentius, qui „poetam nunc fidem, quae silentio probetur, collaudare et perfidiae poenam comminari" rectissime pronuntiat; falsus tamen in hoc, quod subiicit veluti divino numine adflatum vatem diversas in unum carmen coniecisse sententias. Vide argum. Scilicet Virtute in genere laudata, speciatim nunc poeta commemorat Fidem, utque huic sua constet merces, suum praemium, ita perfidiae contra poenam manere ait certissimam. Fidem autem etsi designet una potissimum parte, atque ea quidem, qua maxime spectetur, silentio; (uti contra *Fides arcani prodiga* est I, 18. extr.) latiore tamen sensu h. l. accipiendam, omninoque intelligendam esse eam, qua pactis cuiuscunque generis religiose servandis obstringimur, e sqq., ubi violatae fidei s. perfidiae poenae a Iove *ὁρκίῳ* infligi dicuntur, satis liquidum fit. Atque ita demum de verborum sensu tuto pronuntiare licet, qui, reiecto poetico velamine, hoc ordine procedere debet: etiam Fidei servandae intenta sit iuventus Romana; quae uti cultorem suum am-

---

terras fugiens caelum petat. [*Est et fid. tut. sil.*] ostendit virtutem etiam secreti tenacem. [*Vetabo*] Ordo est: *Vetabo, sit mecum sub îsdem trabibus et solvat mecum fragilem phaselum, qui vulgavit sacrum Cereris.* ***Sacra Cereris*** mystica erant, nec vulgari licebat propter hoc, quod

inter virtutes scilicet. [*Vetabo, qui Cerer. sacr. Vulg. arc.*] absit, inquit, ut sub eodem tecto mecum sint et cum his navigem, qui linguam suam usque ad proditionem mysteriorum Cereris producunt.

Volgarit arcanae, sub îsdem
Sit trabibus, fragilemve mecum

v. 27. *vulgavit* Pulm. 1, 2. Cod. Guelf. Mentel. Brod. unus Bersm. Alt. 1. Helmst. Lips. 1. superadscripto *r.* — Vand. A, γ, M, N, *vulgavit*; B, φ, *volgarit*; D, E et al. omn. *vulgarit.* — *arcanum* quid. ap. Fabric. Sed hoc vulgare et haud dubie ex interpretamento. — *hisdem* quid. Cod. Goth. — 28. *fragilemve* emend. Bentl. et sic Helmst. noster; it. Baxt. Ion. Cun. San. Sivr. et Broukhus. ad Tib. III, 5, 8. Vulgo contra legitur *fragilemque.* Per librariorum errorem sexcenties permutata et *ve* et *que.*

---

plissimis atque certissimis ornat praemiis, ita is, qui eam prodit ac deserit, scelere se obligat gravissimo, adeo quidem, ut plane ei aequiparandus sit, qui mysteria Cereris evulgaverit. Poenam igitur manere talem hominem certissimam (vv. 31—32.) gravissimamque, quippe quae vel ad eos pertineat, qui, ipsi quamvis integri purique sint, cum isto consortium habent. Iam quum sententiae v. 25. elocutionem ad Augusti dictum, *ἀλλ᾽ ἔστι καὶ σιγῆς ἀκίνδυνον γέρας*, quod in eius Apophth. ad Athenodorum Plutarchus (T. II. p. 207. Fr.) refert, conformasset poeta, prona satis erat periuri cum sacrilego, qui sanctissima mysteria eloquitur, h. e. cum scelestissimo homine comparatio. Hanc autem Graecis ideis amplificatam dedit poeta, ut statim videbimus.

Merces tuta, *μισθὸς ἀσφαλής*, *γέρας ἀκίνδυνον*, praemium certum constitutum est *fideli silentio*, fidei, quae silentio praestatur, tum omnino fidei in genere. Proprium hoc habet fides, tamquam virtus, quae sibi ipsa merces est. Vide ad v. 17. Omnis vis igitur ponenda in epitheto, ut fidele silentium idem sit, quod Senecae Thyest. 317. *fides tacita* et Herc. fur. 301. *fides muta* dicitur. Plane ita *aestuosam impotentiam*, pro aestu impotenti posuit Hor. Epod. XVI, 62. — Pind. Nem. ε′, 30 sq. *οὔ τοι ἅπασα κερδίων φαίνοισα πρόσωπον ἀλάθει᾽ ἀτρεκής. καὶ τὸ σιγᾶν πολλάκις ἐστὶ σοφώτατον ἀνθρώπῳ νοῆσαι.*

v. 26. Sequitur oppositio: periurio contra statuta est poena gravissima. Iam hoc ita convertit poeta: periurus haud minus nocens est, quam qui mysteria Eleusinia divulgat. At maiorem *ἐνάργειαν* indignatio habet, qua conversionem hanc acuit poeta: detestor, aversor tam scelerati hominis consortium. Pro scelerato est, qui *sacrum Cereris arcanae*, h. e. sacra arcana Cereris, mysteria Eleusinia *vulgat*, prodit; et pro consortio speciatim est: ne sit mecum *sub isdem trabibus*, *ὁμωρόφιος*, (v. Valken. Diatr. p. 189.) sub eodem tecto, domo, aut *solvat phaselum*, h. e. funes, quibus litori adligatus est, ornate pro, paret mecum navigationem, mecum naviget. Phaselum pro quocunque navigio poeta posuit, cum delectu; auget enim propter exiguam formam et materiam fragilem, e qua compactus est, sc. fictili, (unde *fictiles phaselos* vocat Iuven. XV, 127.) periculi metum. Hinc *fragilis* audit Horatio et Ovid. ex Pont. I, 10, 39. Ceterum idem sententiae color est in Eurip. Electr. 1334. *ἀδικεῖν μηθεὶς θελέτω, μηδ᾽ ἐπιόρκων μέτα συμπλείτω.* Propius tamen ad orationis formam Callim. H. Cer. 118. *Δάματερ, μὴ τῆνος ἐμοὶ φίλος, ὅς τοι ἀπεχθὴς εἴη, μηδ᾽ ὁμότοιχος.*

---

occulte consiliis usa est, donec filiam suam reperiret. Vnde et Virg.: *Et fida silentia sacris.* Et dicit se cum sacrilego nec navigare, nec

[*Raro anteced. scel. Descr. pede poen. claudo*] hoc proximum est illi, quod dicitur „deos iratos pedes laneos habere", quia nonnunquam tarde

Solvat phaselon. Saepe Diespiter
Neglectus incesto addidit integrum:

v. 29. *phaselon* Bentl. 1, 2, 13. Acr. Lips. 1, 4. Helmst. Land. Venet. 1509. Bentl. Cun. Vulgo legitur *phaselum* item *faselum.* — Vand. Al. *phaselon*, al. *phaselum.* ** In codice C, finis huius carminis cum initio sequentis iungitur, sed in glossa divisio carminum agnoscitur.

Qui Cereris Sacr.] quod religiosissimo silentio continebatur; cum cymbalis autem et tympanis etiam fiebat, quasi ea, cum filiam suam Proserpinam ab Orco raptam quaereret, ab omnibus sciri vellet, quid quaereret. Quam cum investigare et conquirere vellet, dicitur inflammasse taedas iis ignibus, qui ex Aetnae vertice erumpunt: quas sibi cum ipsa praeferret, orbem omnium peragrasse terrarum, ut scribit M. Tull. actione in Verrem IV. de signis. Act. II. I, 4, 48, 106. Hesiod. in Theog. paucissimis verbis hanc fabulam tangit, (913.) *Ἡ* (sc. Ceres) *τέκε Περσεφόνην λευκώλενον, ἣν Ἀϊδωνεὺς Ἥρπασεν ἧς παρὰ μητρός.* Interpres Theocriti adnotat ad illum locum *εἰδ.* γ′, 50. *ζαλῶ δέ, φίλα γύναι, Ἰασίωνα, Ὃς τόσσων ἐκύρησεν, ὅσ᾽ οὐ πευσεῖσθε βέβαλοι,* amorem et concubitum Cereris cum Iasione, Minois filio, etiam ad mysteria Cereris pertinuisse. M. Tull. eadem orat. (45, 99.) narrat, ad sacrarium Cereris aditum non patuisse viris; sacra autem per mulieres et virgines administrari et confici solita. Per eum igitur, qui Cereris sacrum vulgarit, intellige hominem linguae incontinentis, futilem ac rimarum plenum, qui consilia arcana et recondita tacere aut non possit aut non velit. — *phaselus*, navicula velox, oblonga, angustior, qua Aegyptii in primis utebantur, a *phaselo, (Schwertbohne)* cuius formam fere referebat, ita dictus.

Cer. arc. sacr., sacra Eleusina, in quibus cum summa religione reticenda essent arcana, hominem temere res arcanas effutientem comparat poeta cum isto scelesto, qui aliquid ex illis sacris vulgaverit. *D.*

v. 29. *Diespiter* (v. ad I, 34, 5.) *neglectus*, cuius numen, vindictam haud veritus est homo iureiurando obstrictus, quem adeo periurio violavit. Hoc plane sensu Catullus LXIV, 133. de Theseo: *siccine discedens*, neglecto numine divum, *immemor ah devota domum periuria portas.* — *Addidit*, *ἀορίστως*, (ut mox *deseruit*) addit *incesto*, perfido, *integrum*, intactum, purum a periurio, cum isto degentem; periurum ulturus, interdum ne insonti quidem, cum isto viventi, parcit, sc. ne noxius elabatur. Communis haec antiquorum populorum opinio de vindicta divina, qua et scelerum contagioni obviam iri, aliosque a perpetrandis iis, metu deorum iniecto, absterreri credebant. Adpositus hanc in rem est locus Aeschyl. VII. adv. Theb. 605 sqq. *ἐν παντὶ πράγει ἔσθ᾽ ὁμιλίας κακῆς κάκιον οὐδὲν — ἢ γὰρ ξυνεισβὰς πλοῖον εὐσεβὴς ἀνὴρ ναύτῃσι θερμοῖς καὶ πανουργίᾳ τινί, ὄλωλεν ἀνδρῶν σὺν θεοπτύστῳ γένει· ἢ ξὺν πολίταις ἀνδράσι, δίκαιος ὢν ἐχθροξένοις τε καὶ θεῶν ἀμνήμοσι, ταυτοῦ κυρήσας ἐνδίκως ἀγρεύματος πληγεὶς θεοῦ μάστιγι παγκοίνῳ δάμη.* Laudant Hesiod. *Ἔργ.* 240. Eurip. Suppl. 226.

---

manere velle, ne involvatur illius poena et periculis. [*Solvat*] *solvere* dixit in pelagus navem demittere. *Solvite vela citi.* [*Phas.*] phaselus velox et oblonga navis est, ut Virg.: *Et circum picto vehitur sua rura phaselo.* [*Negl.*] i. e. ad supplicium incesti, i. e. noxii. [*Integrum*]

veniunt nocentibus. Secundum haec ergo *poena pede claudo* dicta est, quam raro deseruisse antecedentem scelestum ait. Significat difficile non esse persequi eum, qui ob meritum aliquod poena debetur.

Raro antecedentem scelestum
Deseruit pede Poena claudo.

v. 32. *Poena*, maiusculo P, recte. Zurck. Bentl. Cun. San. Ion. Baxt. Sivr. Vltimos duos versus, quod attinet verborum ordinem ac seriem, ita exhibet Cod. Goth.: *Raro scelestum antecedentem Deseruit Poena pede claudo.*

Saepe diesp. Negl.] saepe deus unius impii scelus piorum et innocentium poenis luit, saepe casti et integri viri cum sceleratis et incestis plectuntur. Valuit haec de poenis divinis iam apud antiquissimos populos opinio, ideo in primis, ut homines ob detestabile, quod scelesti apud alios sibi contrahunt, odium a sceleribus committendis deterrerentur, propagata; locus classicus de communi illa veterum opinione est apud Aeschyl. Sept. contr. Thebas v. 606 sqq. Id. ἱκετίδ. 237. κοινὰς γὰρ ὁ θεὸς τὰς τύχας ἡγούμενος τοῖς τοῦ νοσοῦντος πήμασι διώλεσε τὸν οὐ νοσοῦντα κ' οὐδὲν ἠδικηκότα. Hesiod. ἔργ. καὶ ἡμ. 240. πολλάκι δὴ ξύμπασα πόλις κακοῦ ἀνδρὸς ἐπαυρεῖ, ὅστις ἀλιτραίνει καὶ ἀτάσθαλα μηχάναται. Τοῖσιν δ' οὐρανόθεν μέγ' ἐπήγαγε πῆμα Κρονίων, λιμὸν ὁμοῦ καὶ λοιμόν· ἀποφθινύθουσι δὲ λαοί. Οὐδὲ γυναῖκες τίκτουσιν· μινύθουσι δὲ οἶκοι, Ζηνὸς φραδμοσύνῃσιν Ὀλυμπίου· ἄλλοτε δ' αὖτε Ἢ τόν γε στρατὸν εὐρὺν ἀπώλεσεν ἢ ὅ γε τεῖχος etc. — **Diespiter**, Iupiter, cf. supr. I, 34, 5.

v. 31 — 32. Excellentiam picturae Horatianae et insignem vim ad abstrahendos ab impietate impiorumque societate animos, facile est sentire. — Graviter claudit generalis sententia: Sceleri vindictam divinam imminere, raro sceleratum poenam effugere; quae vivida pictura a poeta adumbratur. Cogitanda Poena dea, scelerum vindex, quae antecedentem scelestum insequitur, Νέμεσις ὑστερόπους μετερχομένη, (Strato ep. LXXI, 2, 3. Annal. Br. II, 375.) ἰχναίη (Diod. Sard. V, 1. Annal. Br. II, p. 186.) Ἐριννὺς ὑστερόπους (Orph. Argon. 1162. αἰὲν Ἐριννὺς ὑστερόπους ἕπεται) ὑστερόποινος (Aeschyl. Ag. 58.) ὑστεροφθόρος (Soph. Antig. 1088.). Nota quoque Platonis: ἀκόλουθος τῆς ἀδικίας ἡ τιμωρία. Iam quum *lento gradu* nonnumquam *ad vindictam sui divina procedat ira*, (Valer. Max. I, 1. fin.) eadem dea *clauda* fingitur h. l. Alias est *tardigrada*, ut in notissimo Eurip. fragm. apud Plut. S. N. V. p. 6. ed. Wyttenb. σῖγα καὶ βραδεῖ ποδὶ στείχουσα (Δίκη) μάρψει τοὺς κακούς, ὅταν τύχῃ. *Lentoque irrepunt agmine Poenae*, Stat. Theb. V, 60. Ad Horat. Tib. I, 9, 4. *Sera tamen tacitis Poena venit pedibus.* Incertus apud Stob. Ecl. physs. VII. p. 119. Grot. ἡμέρας ἢ νυκτὸς ἡ Δίκη ποτὲ τῷ δυσσεβοῦντι σῖγ' ἔχουσ' ἐνήλατο. *Tacitos pedes* elegantius ἁπαλοὺς πόδας vocat Rhian. I, 17. ἡ δ' Ἄτη ἁπαλοῖσι μετατρωχῶσα πόδεσσιν ἄκρης ἐν κεφαλῇσιν ἀνώϊστος καὶ ἄφαντος — ἐφίσταται. Quo eodem respectu diis iratis laneos pedes tribui potius censuerim, quam quod tarde veniant nocentibus, ut existimat Porphyr. h. l. — — (L'image contenue dans ces deux vers est très-belle en poésie. Je l'ai vue réalisée en sculpture à l'hôtel de ville d'Amsterdam. Le châtiment y est representé avec une jambe de bois. Si *Lessing* en avoit eu connaissance, il ne l'auroit point oubliée dans son *Laocoon*, où il montre si bien que ce qui est beau dans les arts du dessin ne l'est pas toujours en poésie, et réciproquement. (*Vanderbourg.*)

---

innocentem, ut: *Integer vitae scelerisque purus.* [*Antecedentem*] praeeuntem, tanquam raro poena deserat scelestum et quamvis tarde, tamen puniat meritum, nec ab eo possit evadi nec effugi. Virg.: *Distulit in seram commissa piacula mortem.*

CARMEN III.

ARGUM. *Cum inter perfectissima ingenii Horatiani opera hanc oden intelligentissimus quisque referat, tum super eius descriptione, in eaque componenda poetae consilio nugarum, ineptiarum, disceptationum nullus est finis. Cuius rei causa primaria est Iunonis illa (inde a v. 18.) de apotheosi Romuli habita in deorum concilio oratio. Eam sunt qui audacissimam digressionem, liberrimam* παρέκβασιν, *fictionem altius repetitam, alienoque loco allatam, et quid non? appellent; qui conquerantur, poetam, propositi ipsum minime tenacem, caeco enthusiasmi impetu ingeniive luxuria temere abreptum esse ad alius neque hoc loco exspectatae rei tractionem. Cf. Ill. Hom. el. crit. c. 1. T. I.p. 34. Aliam viam ingressi sunt, qui tantum non in omni Horatii carmine certum quoddam poetae consilium, ad eius temporis statum politicum spectans, subodorari atque investigare solent; quod principium dici non potest, quam innumerabiles in interpretando Horatio argutias protulerit (vid. e. g. argum. I, 28.): tamquam nullos alios, unde accendi possit, ignes habeat enthusiasmus poetarum. Itaque, ne dicam de Harduini ineptiis (v. Gesn.), Baxterus, ut solet, pulcherrimam hic etiam dilogiam reperit, qua declaret poeta Divum Augustum ob iustitiam invictamque animi magnitudinem in deorum numerum receptum, M. Antonium contra mollitie et perfidia infamem diisque invisum perisse, deosque omnes, composito civili bello, ad stabiliendum imperium Romanum consensisse. Glareanus videt obliquam purgationem impietatis Romanorum in Ilium nuper a Fimbria eversum (vid. infr.). Ascensius excusatum iri Romanos putat, quod Troiam non repararint. Massonus (vit. Hor. p. 267. ad a. V. DCCXXXIII.) laudari contendit constantiam Augusti, qui, cum e Sicilia, unde tunc iter in Asiam pararet, Romam evocarent ipsum cordati viri, ob turbas occasione comitiorum consularium ortas, nec tamen reversus sit, sed in suscepto consilio manserit. Dio LIV, 6. p. 524. Recte dubitabat Gesn., an hic iustum et tenacem propositi se non admodum Augustus praebuisset. Et levius, quam pro carminis ingenti spiritu, videri illud argumentum possit. Denique magno virorum doctorum applausu excepta, et si verum dicendum, sane ingeniosa coniectura est Tanaquilli Fabri, quam exponit Epist. II, 43. et in notis ad Horat. Scilicet, cum referat de Iulio Caesare Sueton. c. 79. „Valida fama percrebuit, migraturum Alexandriam vel Ilium, translatis simul opibus imperii, exhaustaque delectibus Italia"; id iam ita coniiciendo prosequitur vir sagax: probabilius fuisse Romanis, Caesarem praelaturum Ilium, ob ortam inde gentem Iuliam; et Horatii aetate timore perculsam fuisse civitatem, ne Augustus transferendae Ilium sedis imperii consilium, haereditate quasi a divo parente acceptum, exsequeretur, quod (ut post usus docuit) exitium imperio esset allaturum. Itaque Horatium hoc carmine, idque delicatissima urbanitate arteque mirabili, auctoritate Iunonis interposita, dissuadere Augusto id consilii voluisse; auctoribus forte Agrippa, Maecenate, aliisque optimatibus, qui mollem poeseos et fictionis vim plurimum apud principem valituram confiderent, effecturamque id, quod nemo mortalium diserte expromere auderet. Hinc in exitu ita subito abrumpi orationem, quia satis Augusto dictum esse viderit poeta, nec posse se sine illius offensione plura dicere. Amplexi sunt et, quantum potuere, ornarunt hanc sententiam Dacer. et Sanad., quos secuti etiam Gesn. Klotz. et nuper I. F. Schmid. et Sivrius VV. Cl. Sed omnium doctissime atque elegantissime eam exornavit nuperrime elegantissimus ipse Seybold programm. super Horat. III, 3. Grünstad. 1778. — Iam, licet constet, Ilion s. Troada, postquam a C. (vel, ut Porphyr., Flavio) Fimbria, bello Mithridatico, deleta esset (Liv. Epit. 83.), non*

solum a Sulla, omninoque deinceps a pop. Rom., qui semper pius esset in origines suas, recreatam multisque modis exornatam esse, sed etiam a I. Caesare ipsoque Augusto plurimis beneficiis et immunitatibus donatam floruisse; ab hoc etiam eo deductam fuisse coloniam (Strab. XIII. p. 593—94.); unde in numis eius oppidi frequens inscr. Col. Aug. Troad. it. equus libere pascens (Vaillant. num. colon. T. II. p. 91. 127 cett.): tamen neque ullum usquam indicium est, de transferendo illuc imperio Augustum cogitasse vel cogitare creditum esse Romanis, neque potuisse quidem facile ab his talis suspicio concipi videtur. Nam cum Iulio Romae commorari multis de caussis ingratum esse oporteret, tum vero Augusto, Romanis suis carissimo, pacato terrarum orbe, nil iam, quod exoptaret amplius, supererat; neque igitur, cur et quomodo tam exosam populo rem in animum sumere potuisset, satis apparet. Et, si vel ponamus, ei tale quid fuisse propositum, profecto primi octo vv. non ad revocandum inde, sed obfirmandum potius eius animum valebant; quo non mediocris exsisteret in descriptione carminis contradictio. Mitto igitur equidem has tales coniecturas, quae in tanto historicorum, qui sane rem tam memorabilem non praeterituri erant silentio, praestari vix possint: et, quod primum occurrit nondum occupato ab Intpp. animo, agnosco in hoc carmine l a u d e m c o n s t a n t i a e a c p e r s e v e r a n t i a e, lyrica ratione tractatam. Nobilis locus: „constantia pervenitur ad perficiendum et sic ad caelum et immortalitatem“ exemplis heroum, eam viam ingressorum, illustratur, de quorum delectu vid. ad v. 9. Tum inhaeret (quod proclive erat) poetae enthusiasmus in Romulo, Vrbis conditore, cuius virtus et constantia ipsius reginae Divûm, Iunonis, acerrimum in Troianorum nepotes odium denique expugnasset, illamque eo adegisset, ut oratione, quam in deorum senatu habuisse fingitur, ipsi non solum immortalitatem et apotheosin, sed etiam futuram imperii a se fundati magnitudinem aeternitatemque concederet et vero polliceretur. In hoc ultimo tractando cum sibi indulgere ac placere necesse esset incensum poetae spiritum, non poterat fieri, quin et splendidissimos in Augusti laudem ac gratiam colores exquisito iudicio inferret; tamquam ad Illius inprimis tempora Iunonis de maiestate Romani imperii vaticinium pertineret: tum et, quod ipsi tam sollenne est, priscorum Romanorum mores artesque, quibus Roma rerum domina esset facta, celebraret, suoque seculo tacite commendaret. IANI.

Doeringus Iunonem ita loquentem inducit: „Troia, cuius perfidiam ulciscendi mihi atque Minervae partes datae sunt, versa est per Paridem et Helenam in pulverem, nec periura domus Priami amplius Graecis resistit; ipsum bellum denique, tam diu dissensu nostro protractum, compositum est; iam non amplius graves iras in Troianorum nepotes exercebo; iam in Martis gratiam concedam, ut Romulus, quem ille e Troianae originis sacerdote, Ilia, procreavit, deorum ordinibus adscribatur; imo concedam, ut Romani, dum modo eorum imperium per longum mare a terra Troiana seiunctum maneat et loca illa circa Priami et Paridis bustum vasta et inculta iaceant, in quacunque alia regione beati regnent, floreant, de victis populis triumphent et nominis sui gloriam ad remotissimas terras extendant. Multo fortiores tamen illi se praebebunt, dum spretis divitiis paupertati et parsimoniae apud eos honor fuerit. Ne multa! totus terrarum orbis Romanorum subiiciatur imperio, modo illi in aeternum veterem Troiam reparandi abiiciant consilium! Troiam enim recidivam vel denuo surgentem iterum bello petam, eamque vel munitissimam funditus iterum evertam.“

Ex nostra quidem sententia poeta nihil aliud in hoc carmine monere voluit, nisi pristinam veterum virtutem esse revocandam. Exstitit autem, ut satis notum est, tum temporis Augustus, qui populum Romanum deorum cultum omnemque virtutem pio animo colere iuberet. Horatius tanquam poeta lyricus ad Iunonem se convertit, cuius dictis ad lectoris animum delectandum studiose utitur, dum quae ipse dicturus erat Iunonem pronunciantem inducit. Quae quum ita sint, facile fieri potuit, ut, quod palam professurus erat, breviter tantum et obiter quasi tangeret, laudes patris patriae, divi imperatoris Augusti, qui inter deos immortales recumbens, Purpureo bibens ore nectar dicitur. Ita nimirum, ut mihi quidem videtur, poeta in hoc carmine et virtutes in universum, earumque summum pretium, et Augusti laudes, priscae virtutis recolendae auctoris, speciatim celebrat, quae sententia aeque plana ac totius carminis indoli apta esse videtur.

Iustum ac tenacem propositi virum
Non civium ardor prava iubentium,

„Non est alia haec ode quam superior, sed illi adhaeret; quare falluntur, qui eam separant, quippe quae manifeste cohaereat“ Porph. quem vide. — Item in antiquiss. Bland. Cruqu. neque inscriptione nec littera maiore hoc carmen ab antecedente distinctum erat. Neque id temere, ait Cruqu. nam aeternum praemium proponi illi viro forti et fideli. Sed docet et res et sensus lyricus, aliud esse odes secundae, aliud huius nostrae argumentum atque consilium; licet ob affinitatem argumenti et idem metrum facile iste error suboriri potuerit. Tum in codd. antt. Horatianis saepius neglecta odarum distinctio. Interim fuerunt, teste Sanadono, qui quatuor priora nostri carminis tetrasticha praecedenti adnecterent. Quid? quod du Hamel ea non solum h. l. ut separatam oden exhibuit, sed eadem carmini I, 29. adtexuit. Ceterum inscriptiones in libris sunt variae, ut

AD MVSAS DE AVGVSTO Mentel.

IN LAVDEM AVGVSTI Lips. 2.

AD MVSAS DE AVGVSTO: STOICE IVSTITIAM LAVDAT Locher.

(DOCENS) VIRTVTE ASCENDI CAELVM ET DE ROMVLI NVMINE (LOQVENS). Venet. 1492. Asc.

AD MVSAS DE AVGVSTO Cod. Guelf. et Cod. Goth.

Inter varias de huius carminis consilio sententias plurimis placuit Ian. Fabri Epist. II, 42. suspicio, qua statuit, poetam his dehortatum esse Augustum, ne de sede imperii Ilium transferenda cogitaret. Conf. Schirach. p. 194. Contra Wiedeburg in diatribe de nexu in odis Horatii p. 27. monuit, iustitiam et animi constantiam laudari et his virtutibus quomodo via ad immortalitatem pateat indicari; quam cum Romulus etiam adeptus sit, declarari, eum nec ipsa Iunone invita concilio deorum adscriptum esse atque inde occasionem, licet altius repetitam, arripi verbosam Iunonis orationem intexendi. Immo haec oratio propterea addita videtur, ut inveteratum Iunonis odium ab illo tempore solutum esse indicaret atque sic sententiae suae de Iunonis in Romuli apotheosi favore probabilitatem pararet. Praeterea Gtfr. Chr. Haberland. in progr. de consilio Horatii Od. lib. III, 3. coniectura cum specim. animadv. in Virg. Bucolica. Ienae 1777. 4. edito dicit, Horatium celebrasse Augusti Caesaris in regendo, quod multis laboribus paraverat, imperio Romano iustitiam, in tuendo constantiam, animi magnitudinem, fortitudinem, finiumque orbis Romani vi armorum victrice ac fortitudine in dies propagandorum amplitudinem; sed hac lege celebrasse, ut iustitiam cives magis, quam factum adhuc esset, colerent, luxuriei avaritiaeque moderarentur, deos nunquam venerari et colere negligerent, eorumque adeo cultus religionumque sanctitates exsisterent in dies maiores melioresque.

v. 1. *Iustum ac t.* Porphyr. Cun. San. Recte. Vulgo legitur *et*, quam particulam Cod. Goth. praebet.

Non voltus instantis tyranni
Mente quatit solida, neque Auster,

v. 3. *Nec v.* Lips. 1.

---

v. I—8. Virum *iustum*, eundemque *propositi tenacem*, in proposito suo, h. e. in iusto sectando perseverantem, (*iustitiae pertinacem* vocat Apul. Apol. p. 338.) *semper in proposito susceptoque consilio permanentem* (quod de Catone praedicat Cic. Off. I, 31.), nihil a virtute sua abstrahit. — v. 2. *ardor civium*, concitata atque factiosorum hominum studiis exasperata civium multitudo, *prava*, civitati exitiosa *iubentium*, volentium, vi ad obtinenda ea grassantium. Ad conciones turbulentas in libera civitate referunt fere intpp. et *iubere* sensu Romano accipiunt, ut in nota formula: *velitis*, *iubeatis*, *Quirites;* ut adeo *prava iubere* simpliciter esset: iniquas leges ferre, uti scholl. expediunt; haud incommode utique. Maiorem tamen *δεινότητα* sententia habet, si de seditione populi, ubi ardet s. *saevit animis ignobile vulgus* (Virg. Aen. I, 149. de eadem re) et prava *iubet*, imperat, imperiose postulat, quibus sese vir recti amans audacter opponit, accipias.

v. 3. *Vultus instantis tyranni*, pro, tyrannus vultu truculento instans, terribilium apparatu ad prava compellens. Seneca de Const. Sap. c. IV. *Etiam cum potentes et imperio editi et consensu servientium validi nocere ei intendent, citra sapientem omnes eorum impetus deficient.* Iuven. VIII, 79. *Phalaris licet imperet, ut sis falsus et admoto dictet periuria tauro* cett. — *quatit*, concutit, labefactat, deturbat eum de *mente solida*, conturbat animi eius constantiam, adversus omnia confirmatam. Boettigerus comparat Simonideam sententiam, quae est apud Plat. Protag. T. I. p. 339. Steph. *λέγει που Σιμωνίδης — ὅτι ἄνδρα ἀγαθὸν μὲν ἀληθέως γενέσθαι χαλεπόν, χερσί τε καὶ ποσὶ καὶ νόῳ τετράγωνον ἄνευ ψόγου τετυγμένον.* Idem Simonidis respexit Aristot. l. I. de Mor. c. 11. *Καὶ τὰς τύχας οἴσει κάλλιστα καὶ πάντη πάντως ἐμμελῶς ὅγ' ὡς ἀγαθὸς ἀληθῶς καὶ τετράγωνος ἄνευ ψόγου.* Diog. Laert. in Pittaco L. I. c. 76. *οὗ καὶ Σιμωνίδης μέμνηται, ἄνδρα ἀγαθὸν ἀλαθέως γενέσθαι χαλεπόν.* Vid. Heyn. Opusc. Acad. T. I. p. 160 sqq. Ad rem ac verba Seneca de Const. Sap. c. III. *Quomodo quorundam lapidum inexpugnabilis ferro duritia est, nec secari adamas aut caedi vel deteri potest, sed incurrentia ultro retundit; — quemadmodum proiecti in altum scopuli mare frangunt, ita* sapientis animus solidus *est.* Idem c. VI. *Non est quod dubites, an tollere se homo natus supra humana possit, an dolores, damna, ulcerationes, vulnera, magnos motus rerum circa se frementium securus adspiciat — — En adsum hoc vobis probaturus, munimenta incussu arietis labefieri et turrium altitudinem cuniculis et latentibus fossis repente residere; at nulla machinamenta posse reperiri, quae* bene fundatum animum agitent. — *neque Auster* cett. Neque rerum, quas formidabiles natura habet, timor sapientis animum percellit. Ad physicos terrores transit poeta, Pindari exemplo. Vide ad III, 30. init. Pro mari tempestuoso est *Auster dux Hadriae*, qui imperium exercet in mare Hadriaticum, qui adeo procellas excitat in mari. De eodem I, 3, 15.: *Quo non arbiter Hadriae maior, tollere seu ponere vult freta.* Cf. II, 17, 19. III, 17, 9. *Turbidus*, ad saevitiam orisque truculentiam refer, qua mare impetit, lacessit. — v. 6. Cum magna manus augustiori deorum heroumque speciei satis accommoda sit, tum ea maxime memoratur a poetis in re non nisi magnarum virium impendio perficienda. Ita vel Iunoni *χεῖρα παχείην*, qua terram adusque Tartara commoveret, tribuit auctor Hymni in Apoll. v. 340. Nec in Virg. Aen. V, 485. *Ingentique manu malum de nave Seresti erigit*, dubitat Mitsch., quin ingentem Aeneae manum cogitaverit poeta, hocque epitheton cum virtute posuerit, quum de malo erigendo sermo sit. De Domitiano tamquam deo Martialis IV, 8, 9. 10. *bonus aetherio laxatur nectare Caesar, ingentique tenet pocula parca manu*, etsi parum suavi oppositione. Sil. VII, 371. *Caelone exciderint et magna fulmina dextra torserit Omnipotens.*

v. 7—8. Si *orbis* caeli, caelum *fractum illabatur*, frangatur, dissiliat, atque irruat in ipsum. Scilicet rudiori aevo quum homines tonitrus fragorem a caelo aereo, per quod Iupiter curru itidem aereo inveheretur, repeterent, proclive sane fuit, ut graviore sono perterriti ipsam caeli ruinam aliquando extimescerent. Hinc in Theognideis v. 849. *Ἔν μοι ἔπειτα πέσοι μέγας οὐρανὸς εὐρὺς ὕπερθε χάλκεος, ἀνθρώπων δεῖμα παλαιγενέων.* — *Ruinae*, caelum ruens *feriet*, opprimet quidem eum sed *impavidum*, imperterritum.

Non defuerunt, adnotat ad h. l. Lambinus, qui caelum ex lapidibus constare atque aliquando collapsurum dicerent, quorum princeps fuit Anaxagoras, de quo vid. ap. Diog. Laert.

ACR. [*Iust. et ten.*] in secta Stoica hoc dicitur: „Iustum virum honestique propositi non terreri civium opinionibus vel minis, exigentium, ut aliquid forte rationi contrarium fiat.“ Ordo est: *Iustum virum solida mente et tenacem propositi non quatit ardor civium iubentium prava.* [*Ardor prav. iub.*] seditio iniqua sperantium. [*Vult.*] severitas. [*Instant. tyranni*] imminentis, terrentis. [*Mente solida*] dicit iusti et constantis viri solidam mentem, quae minis non quatitur tyranni, aut certe mentem pro consilio intelligi voluit. Vt Virg.: *Hic mentem Aeneae genitrix pulcherrima misit.* Et: *Qua facere id possis, nostram nunc accipe mentem.* Et hoc auget per *ἔκβασιν* et gradus, nam a populo ad regem, a rege ad elementum, ab elemento ad deum, a deo ad mundum labitur. [*Inquieti*] scilicet Austro duce, cuius commotionem mare sequatur. Vnum pendet ab altero. [*Hadriae*] masculini generis est. [*Si fract. illab. orbis*] ad *ἔμφασιν* animi constantis retu-

POR. [*Iust. ac ten. prop. vir.*] non est alia haec ode, quam superior, sed illi adhaeret. Quare falluntur, qui eas separant, quippe quae manifeste cohaereat. In secta Stoica et hoc dicitur, iustum virum honesti propositi non terreri civium opinionibus exigentium, ut aliquid contra rationem faciat. [*Non vult. instant. tyr. Mente quatit solida*] i. e. eum, quem *iustum* et *tenacem propositi* ait. Ergo sensus est: Sapientem virum non quatit, i. e. non conturbat minax vultus tyranni, ideo scilicet, quia *solida mente* est, i. e. firma et constanti.

Dux inquieti turbidus Hadriae,
Nec fulminantis magna manus Iovis:
Si fractus inlabatur orbis,
Inpavidum ferient ruinae.

v. 6. *magna Iovis manus* Vulgo. Sed codd. auctoritate praestat *magna manus Iovis:* ita enim omn. Cruqu. et Bentl. Pulm. I, 3, 4, 5. Lipss. Dess. 2. Mentel. Helmstad. duo Bersm. Item sic Venet. 1478. Aldin. 1501. Bentl. Cun. Positus etiam, inquit Ianius, verborum sic elegantior, inprimis quod *Iovis* versum claudit. — *magna domus Iovis* Pulm. 2. — Vand. codd. omn. *magna man. Iov.* in P, tantum non liquet. Ita etiam in codd. nostr. — 7. *illabetur* Bentl. 2, 8. Mentel. Lips. 1. a m. pr. — Vand. S, *illabetur;* T, *illabitur.*

Non voltus instantis tyranni
Mente quatit solida, neque Auster,

v. 3. *Nec v.* Lips. 1.

---

v. I—8. Virum *iustum*, eundemque *propositi tenacem*, in proposito suo, h. e. in iusto sectando perseverantem, (*iustitiae pertinacem* vocat Apul. Apol. p. 338.) *semper in proposito susceptoque consilio permanentem* (quod de Catone praedicat Cic. Off. I, 31.), nihil a virtute sua abstrahit. — v. 2. *ardor civium*, concitata atque factiosorum hominum studiis exasperata civium multitudo, *prava*, civitati exitiosa *iubentium*, volentium, vi ad obtinenda ea grassantium. Ad conciones turbulentas in libera civitate referunt fere intpp. et *iubere* sensu Romano accipiunt, ut in nota formula: *velitis*, *iubeatis*, *Quirites;* ut adeo *prava iubere* simpliciter esset: iniquas leges ferre, uti scholl. expediunt; haud incommode utique. Maiorem tamen δεινότητα sententia habet, si de seditione populi, ubi ardet s. *saevit animis ignobile vulgus* (Virg. Aen. I, 149. de eadem re) et prava *iubet*, imperat, imperiose postulat, quibus sese vir recti amans audacter opponit, accipias.

v. 3. *Vultus instantis tyranni*, pro, tyrannus vultu truculento instans, terribilium apparatu ad prava compellens. Seneca de Const. Sap. c. IV. *Etiam cum potentes et imperio editi et consensu servientium validi nocere ei intendent, citra sapientem omnes eorum impetus deficient.* Iuven. VIII, 79. *Phalaris licet imperet, ut sis falsus et admoto dictet periuria tauro* cett. — *quatit*, concutit, labefactat, deturbat eum de *mente solida*, conturbat animi eius constantiam, adversus omnia confirmatam. Boettigerus comparat Simonideam sententiam, quae est apud Plat. Protag. T. I. p. 339. Steph. *λέγει που Σιμωνίδης — ὅτι ἄνδρα ἀγαθὸν μὲν ἀληθέως γενέσθαι χαλεπόν, χερσί τε καὶ ποσὶ καὶ νόῳ τετράγωνον ἄνευ ψόγου τετυγμένον.* Idem Simonidis respexit Aristot. l. I. de Mor. c. 11. *Καὶ τὰς τύχας οἴσει κάλλιστα καὶ πάντη πάντως ἐμμελῶς ὅγ' ὡς ἀγαθὸς ἀληθῶς καὶ τετράγωνος ἄνευ ψόγου.* Diog. Laert. in Pittaco L. I. c. 76. *οὗ καὶ Σιμωνίδης μέμνηται, ἄνδρα ἀγαθὸν ἀλαθέως γενέσθαι χαλεπόν.* Vid. Heyn. Opusc. Acad. T. I. p. 160 sqq. Ad rem ac verba Seneca de Const. Sap. c. III. *Quomodo quorundam lapidum inexpugnabilis ferro duritia est, nec secari adamas aut caedi vel deteri potest, sed incurrentia ultro retundit; — quemadmodum proiecti in altum scopuli mare frangunt, ita* sapientis animus solidus *est.* Idem c. VI. *Non est quod dubites, an tollere se homo natus supra humana possit, an dolores, damna, ulcerationes, vulnera, magnos motus rerum circa se frementium securus adspiciat — — En adsum hoc vobis probaturus, munimenta incussu arietis labefieri et turrium altitudinem cuniculis et latentibus fossis repente residere; at nulla machina-*

ACR. [*Iust. et ten.*] in secta Stoica hoc dicitur: „Iustum virum honestique propositi non terreri civium opinionibus vel minis, exigentium, ut aliquid forte rationi contrarium fiat.“ Ordo est: *Iustum virum solida mente et tenacem propositi non quatit ardor civium iubentium prava.* [*Ardor prav. iub.*] seditio iniqua sperantium. [*Vult.*] severitas. [*Instant. tyranni*] imminentis, terrentis. [*Mente solida*] dicit

POR. [*Iust. ac ten. prop. vir.*] non est alia haec ode, quam superior, sed illi adhaeret. Quare falluntur, qui eas separant, quippe quae manifeste cohaereat. In secta Stoica et hoc dicitur, iustum virum honesti propositi non terreri civium opinionibus exigentium, ut aliquid contra rationem faciat. [*Non vult. instant. tyr. Mente quatit*

Dux inquieti turbidus Hadriae,
Nec fulminantis magna manus Iovis:
Si fractus inlabatur orbis,
Inpavidum ferient ruinae.

v. 6. *magna Iovis manus* Vulgo. Sed codd. auctoritate praestat *magna manus Iovis:* ita enim omn. Cruqu. et Bentl. Pulm. I, 3, 4, 5. Lipss. Dess. 2. Mentel. Helmstad. duo Bersm. Item sic Venet. 1478. Aldin. 1501. Bentl. Cun. Positus etiam, inquit Ianius, verborum sic elegantior, inprimis quod *Iovis* versum claudit. — *magna domus Iovis* Pulm. 2. — Vand. codd. omn. *magna man. Iov.* in P, tantum non liquet. Ita etiam in codd. nostr. — 7. *illabetur* Bentl. 2, 8. Mentel. Lips. 1. a m. pr. — Vand. S, *illabetur;* T, *illabitur.*

---

menta posse reperiri, quae bene fundatum animum agitent. — *neque Auster* cett. Neque rerum, quas formidabiles natura habet, timor sapientis animum percellit. Ad physicos terrores transit poeta, Pindari exemplo. Vide ad III, 30. init. Pro mari tempestuoso est *Auster dux Hadriae*, qui imperium exercet in mare Hadriaticum, qui adeo procellas excitat in mari. De eodem I, 3, 15.: *Quo non arbiter Hadriae maior, tollere seu ponere vult freta.* Cf. II, 17, 19. III, 17, 9. *Turbidus*, ad saevitiam orisque truculentiam refer, qua mare impetit, lacessit. — v. 6. Cum magna manus augustiori deorum heroumque speciei satis accommoda sit, tum ea maxime memoratur a poetis in re non nisi magnarum virium impendio perficienda. Ita vel Iunoni *χεῖρα παχεῖην*, qua terram adusque Tartara commoveret, tribuit auctor Hymni in Apoll. v. 340. Nec in Virg. Aen. V, 485. *Ingentique manu malum de nave Seresti erigit*, dubitat Mitsch., quin ingentem Aeneae manum cogitaverit poeta, hocque epitheton cum virtute posuerit, quum de malo erigendo sermo sit. De Domitiano tamquam deo Martialis IV, 8, 9. 10. *bonus aetherio laxatur nectare Caesar, ingentique tenet pocula parca manu*, etsi parum suavi oppositione. Sil. VII, 371. *Caelone exciderint et magna fulmina dextra torserit Omnipotens.*

v. 7—8. Si *orbis* caeli, caelum *fractum illabatur*, frangatur, dissiliat, atque irruat in ipsum. Scilicet rudiori aevo quum homines tonitrus fragorem a caelo aereo, per quod Iupiter curru itidem aereo inveheretur, repeterent, proclive sane fuit, ut graviore sono perterriti ipsam caeli ruinam aliquando extimescerent. Hinc in Theognideis v. 849. *Ἐν μοι ἔπειτα πέσοι μέγας οὐρανὸς εὐρὺς ὕπερθε χάλκεος, ἀνθρώπων δεῖμα παλαιγενέων.* — *Ruinae*, caelum ruens *feriet*, opprimet quidem eum sed *impavidum*, imperterritum.

Non defuerunt, adnotat ad h. l. Lambinus, qui caelum ex lapidibus constare atque aliquando collapsurum dicerent, quorum princeps fuit Anaxagoras, de quo vid. ap. Diog. Laert.

---

iusti et constantis viri solidam mentem, quae minis non quatitur tyranni, aut certe mentem pro consilio intelligi voluit. Vt Virg.: *Hic mentem Aeneae genitrix pulcherrima misit.* Et: *Qua facere id possis, nostram nunc accipe mentem.* Et hoc auget per ἔκβασιν et gradus, nam a populo ad regem, a rege ad elementum, ab elemento ad deum, a deo ad mundum labitur. [*Inquieti*] scilicet Austro duce, cuius commotionem mare sequatur. Vnum pendet ab altero. [*Hadriae*] masculini generis est. [*Si fract. illab. orbis*] ad ἔμφασιν animi constantis retu-

solida] i. e. eum, quem *iustum* et *tenacem propositi* ait. Ergo sensus est: Sapientem virum non quatit, i. e. non conturbat minax vultus tyranni, ideo scilicet, quia *solida mente* est, i. e. firma et constanti.

Hac arte Pollux et vagus Hercules
Enisus arces adtigit igneas:

v. 10. *Innixus* quid. Cruqu. Alt. 2. et Helmst. a m. s. Venett. Locher. Asc. Basill. Lamb. Fabr. Steph. Rutg. Fab. Heins. Dacer. Sivr. et vulgati. *Innisus* Bentl. 1, 6. tres Torr. plures Lamb. Lips. 2, 3. Dess. 2. duo Bersm. Vascos. *Invisus*, errore, quid. Cruqu. Alt. 2. a m. pr. Lips. 4. Zarot. *Enisus* quid. Lamb. Bland. antiquiss. et alii Cruqu. unus Torr. Bentl. 1, 7, 8, 20. Brod. Lips. 1. Mentel. Fran. et sic Cruqu. Marcil. Bentl. Cun. Sanad. Ion. Baxt. Recte. „*Eniti*“ eorum proprium est, qui adscendere in altum conantur; cum *inniti* sit fulcro incumbere, quod huic loco minus aptum. — Vand. B, C, φ, N, Q, V, *innisus;* M, T, *innixus;* P, *enixus* (minus bene); H, *innisus*, var. *enisus;* A, D, *E*, γ, I et al. tres, *enisus*. — Accedunt Cod. Goth. et Guelf., in quibus legitur *enisus*.

Ad animae contemptum totum locum transtulit Seneca Quaest. Nat. VI, 32. *Hanc qui contempserit, securus videbit maria turbari: etiamsi illa omnes excitaverint venti. Securus adspiciet fulminantis caeli trucem et horridam faciem. Frangatur licet caelum et ignes suos in exitium omnium inprimis suum misceat. Securus adspiciet ruptis compagibus solum* etc. De sapiente Seneca Thyest. 358. eadem fere imaginum progressione: *Quem non concutiet cadens obliqui via fulminis, non Eurus rapiens mare, aut saevo rabidus freto ventosi tumor Adriae, quem non lancea militis aut strictus domuit chalybs.*

v. 9 sqq. *Hac arte*, hac certa agendi norma, sc. ut in iusto perseverarent, huius propositi tenaces, adeoque, hac invicta animi in sectando iusto constantia. Alii *artem* ἀρετὴν simpliciter esse volunt, et vel inde per syncopen ductum cum Donato ad Ter. Andr. I, 1, 4. statuunt. Iam quum heroas istos non propter divinam ipsorum originem, sed sola virtute sua caelum promeruisse, *utilitatumque magnitudine* (Cic. de Nat. D. II, 23.) *constitutos fuisse deos* constanter tradat antiquitas, aptiora his atque illustriora a poeta vix poni potuisse exempla, facile intelligitur. Facit huc divinum Aristotelis in Hermiam ᾆσμα (in Anal. Br. I, 177.) unde haec delibamus: *Ἀρετὰ πολύμοχθε γένει βροτείῳ, — — τοῖον ἐπὶ φρέν' ἔρωτα βάλλεις, καρπὸν φέρεις τ' ἀθάνατον. Σεῦ δ' ἕνεχ' οὐ 'κ Διὸς Ἡρακλῆς, Λήδας τε κοῦροι πολλ' ἀνέτλασαν, ἔργοις σὰν ἀγρεύοντες δύναμιν.* Sil. XV, 77 sqq. *Quibus aetherei servatur seminis ortus*, (h. e. quibus divinam animae originem virtute adserere datum est) *caeli porta patet. Referam quid cuncta domantem Amphitryoniaden? quid, cui, post Seras et Indos captivo Liber quum signa referret ab Euro, Caucaseae currum duxere per oppida tigres? Quid suspiratos magno in discrimine nautas Ledaeos referam fratres, vestrumque Quirinum?* Cf. Epist. II, 1, 5—12. Lucan. IX, 9.

Hac Arte] his artibus, i. e. his virtutibus vel his viis ac rationibus, iustitia, scil. propositi constantia, dicit Pollucem, Herculem, Bacchum, Romulum ex mortalibus immortales esse factos. Congruunt cum his ea, quae scribit Pausan. Arcad. IX, 2, 4 sqq. Catullus quoque in carmine illo pulcherrimo de Pelei et Thet. nupt. Deos immortales olim cum hominibus versatos et congressos esse fatetur his verbis: *Prae-*

---

lit, ut Lucan.: *Sic cum ruit arduus aether, Terra labat.* [*Vagus Hercules*] qui orbem omnem peragravit. Vt Virg.: *Nec vero Alcides tantum telluris obivit.* [*Innixus*] recumbens, incumbens. Semidei diceban-

[*Vag. Herc.*] *vagus* dictus est, quia orbem terrarum peragravit. [*Arc. ign.*] i. e. sidereas ac per hoc caelestes. [*Quos inter Aug.*] bene,

Quos inter Augustus recumbens
Purpureo bibit ore nectar.

v. 12. *bibet* Iannoct. et unus Vat. Lamb. Pulm. 2, 4. quid. Cruqu. et Bentl. Lips. 1 et 3. a m. pr. Dess. 2. Helmstad. Brod. Venett. Asc. Heins. Sivr. Probant Masson. vit. Hor. pag. 168. Klotz. lectt. Venus. p. 284. Negant VV. DD. posse Augustum, si vel maxime iam Deus sit, simul in terra praesentem versari, eodemque tempore in caelo accumbere; quod Harduinus male ferebat. Praestat, inquit Ianius, qui in textum recepit, *bibit* et sensus elegantia et auctoritate. Sic enim Porphyr. optimi plur. apud Lambin. et Cruqu. omnes Torrent. Bentl. 6, 13, 18, 19. Pulm. 1, 3, 5. Helmstad. Mentel. Fran. Lips. 2, 4. it. 1 et 3. a m. s. Altt. Locher. Basill. it. Lamb. Cruqu. Torrent. Fabr. Tan. Fab. Rutg. Steph. Bentl. Baxt. Ion. Cun. Sanad. — Vand. D, *E*, γ, I, V et alii quatuor *bibet;* corr. *bibit;* B, C, φ, H et alii tres *bibit*. „Mes Mss. se partagent entre *bibet* et *bibit*. Il me semble qu'on doit préférer le dernier et qu'Horace parle au présent de l'apotheose d'Auguste dans cet endroit, comme dans la première strophe de l'Ode cinquième.“ — *bibit*, quod plurimi libri mss. exhibent, ut longe elegantius praetulit Haberland. Non promittitur heroi inter hos locus, quae est Barthii sententia, sed hunc iam tenentem facit. Nam cum is ab anno inde aetatis suae XXVIII per singula oppida in deorum tutelarium numerum receptus esset, non aliena ab hoc loco eius rei licet haud aperta commemoratio erat. Ceterum quisque, qua sensu poetico est, facile sibi habebit persuasum, rectius lectionem *bibit* habere altera *bibet*. Fea non est audiendus! — *bibit* Codd. Goth. et Guelferbyt.

---

sentes namque ante domos invisere castas Saepius et sese mortali ostendere coetu Caelicolae, nondum spreta pietate, solebant. Saepe pater Divum fulgentia templa revisens, Annua cum festis venissent *sacra diebus, Conspexit terra Cretum procurrere currus* etc. Ne illa quidem, quae scribit Themist. iunior, Euphrades ab eloquentia cognomento dictus, ab his aliena sunt, his verbis: *δίκαια μὲν δὴ καὶ οἱ πάλαι ἔπραξαν ἄνθρωποι ἐφ' Ἡρακλεῖ τῷ Διὸς καὶ Ἀλκμήνης, ἀποθειάσαντές τε αὐτόν, καὶ ἱερὰ ἴδια κατασκευάσαντες καὶ θυσίας θύοντες, οὐ μόνον ὅσας ἥρωι θύειν καλὸν ἦν, ἀλλὰ ὅσας δαίμονι ἤδη, ἀλλὰ καὶ ὅσας θεῷ· ὅτι Ἡρακλῆς παράδειγμα ἐγένετο ἀρετῆς καὶ τὴν γῆν ἅπασαν ἐπιφοιτήσας τυράννων τε ὠμότητα καὶ θηρίων ἐκάθηρεν ἀλλοκότων* etc. Strabo autem Geograph. Lib. I. ostendens, veteres longius ac latius navigasse, pluresque terrarum regiones pedibus peragrasse, quam posteriores, scribit, Castorem et Pollucem idcirco maris procuratores ac tutores quosdam navigantiumque servatores ac liberatores esse dictos, quod longissime latissimeque navigarint et mari longinquo ac remoto bella gesserint: Bacchum vero, Herculem, Theseum, Pirithoum, propter eandem causam ad inferos descendisse creditos. [*L.*]

Pollux cum fratre *Castore.* — Hercules *vagus*, qui totum terrarum orbem pervagatus ubique virtutis suae monumenta reliquit. Eurip. Herc. fur. 1196. *Οὐκ ἂν γ' εἰδείης ἕτερον πολυμοχθότερον, πολυπλαγκτότερόν τε θνατῶν.* Adde Pind. Isthm. IV, 94. Apud Theb. VIII, 512. de Hercule: *duris famulus cum casibus omnes lustro vagus terras.* Cf.

---

tur, qui ob merita deorum adhibebantur conviviis, quod Horatius modo Augusto dedit, sicut Virg. Aeolo: *Tu das epulis adcumbere divum.* [*Purp.*] pulchro, ut est: *Roseoque haec insuper addidit ore.* [*Nectar*] potus numinum. [*Hac te mer.*] utcunque ad hoc meritum

quia et ipse virtutis cultor est. [*Purpur. bibit ore nect.*] *purpureo ore* claro et splendido, ut Virg.: *Lumenque iuventae Purpureum.* [*Hac*]

Hac arte Pollux et vagus Hercules
Enisus arces adtigit igneas:

v. 10. *Innixus* quid. Cruqu. Alt. 2. et Helmst. a m. s. Venett. Locher. Asc. Basill. Lamb. Fabr. Steph. Rutg. Fab. Heins. Dacer. Sivr. et vulgati. *Innisus* Bentl. 1, 6. tres Torr. plures Lamb. Lips. 2, 3. Dess. 2. duo Bersm. Vascos. *Invisus*, errore, quid. Cruqu. Alt. 2. a m. pr. Lips. 4. Zarot. *Enisus* quid. Lamb. Bland. antiquiss. et alii Cruqu. unus Torr. Bentl. 1, 7, 8, 20. Brod. Lips. 1. Mentel. Fran. et sic Cruqu. Marcil. Bentl. Cun. Sanad. Ion. Baxt. Recte. „*Eniti*" eorum proprium est, qui adscendere in altum conantur; cum *inniti* sit fulcro incumbere, quod huic loco minus aptum. — Vand. B, C, φ, N, Q, V, *innisus;* M, T, *innixus;* P, *enixus* (minus bene); H, *innisus*, var. *enisus;* A, D, *E*, γ, I et al. tres, *enisus*. — Accedunt Cod. Goth. et Guelf., in quibus legitur *enisus*.

Ad animae contemptum totum locum transtulit Seneca Quaest. Nat. VI, 32. *Hanc qui contempserit, securus videbit maria turbari: etiamsi illa omnes excitaverint venti. Securus adspiciet fulminantis caeli trucem et horridam faciem. Frangatur licet caelum et ignes suos in exitium omnium inprimis suum misceat. Securus adspiciet ruptis compagibus solum* etc. De sapiente Seneca Thyest. 358. eadem fere imaginum progressione: *Quem non concutiet cadens obliqui via fulminis, non Eurus rapiens mare, aut saevo rabidus freto ventosi tumor Adriae, quem non lancea militis aut strictus domuit chalybs.*

v. 9 sqq. *Hac arte*, hac certa agendi norma, sc. ut in iusto perseverarent, huius propositi tenaces, adeoque, hac invicta animi in sectando iusto constantia. Alii *artem* ἀρετὴν simpliciter esse volunt, et vel inde per syncopen ductum cum Donato ad Ter. Andr. I, 1, 4. statuunt. Iam quum heroas istos non propter divinam ipsorum originem, sed sola virtute sua caelum promeruisse, *utilitatumque magnitudine* (Cic. de Nat. D. II, 23.) *constitutos fuisse deos* constanter tradat antiquitas, aptiora his atque illustriora a poeta vix poni potuisse exempla, facile intelligitur. Facit huc divinum Aristotelis in Hermiam ᾆσμα (in Anal. Br. I, 177.) unde haec delibamus: *Ἀρετὰ πολύμοχθε γένει βροτείῳ, — — τοῖον ἐπὶ φρέν' ἔρωτα βάλλεις, καρπὸν φέρεις τ' ἀθάνατον. Σεῦ δ' ἕνεχ' οὐ 'κ Διὸς Ἡρακλῆς, Λήδας τε κοῦροι πολλ' ἀνέτλασαν, ἔργοις σὰν ἀγρεύοντες δύναμιν.* Sil. XV, 77 sqq. *Quibus aetherei servatur seminis ortus*, (h. e. quibus divinam animae originem virtute adserere datum est) *caeli porta patet. Referam quid cuncta domantem Amphitryoniaden? quid, cui, post Seras et Indos captivo Liber quum signa referret ab Euro, Caucaseae currum duxere per oppida tigres? Quid suspiratos magno in discrimine nautas Ledaeos referam fratres, vestrumque Quirinum?* Cf. Epist. II, 1, 5—12. Lucan. IX, 9.

Hac Arte] his artibus, i. e. his virtutibus vel his viis ac rationibus, iustitia, scil. propositi constantia, dicit Pollucem, Herculem, Bacchum, Romulum ex mortalibus immortales esse factos. Congruunt cum his ea, quae scribit Pausan. Arcad. IX, 2, 4 sqq. Catullus quoque in carmine illo pulcherrimo de Pelei et Thet. nupt. Deos immortales olim cum hominibus versatos et congressos esse fatetur his verbis: *Praesentes namque ante domos invisere castas Saepius et sese mortali ostendere coetu Caelicolae, nondum spreta pietate, solebant. Saepe* pater Divum fulgentia templa revisens, Annua cum festis venissent *sacra diebus, Conspexit terra Cretum procurrere currus* etc. Ne illa quidem, quae scribit Themist. iunior, Euphrades ab eloquentia cognomento dictus, ab his aliena sunt, his verbis: *δίκαια μὲν δὴ καὶ οἱ πάλαι ἔπραξαν ἄνθρωποι ἐφ' Ἡρακλεῖ τῷ Διὸς καὶ Ἀλκμήνης, ἀποθειάσαντές τε αὐτόν, καὶ ἱερὰ ἴδια κατασκευάσαντες καὶ θυσίας θύοντες, οὐ μόνον ὅσας ἥρωι θύειν καλὸν ἦν, ἀλλὰ ὅσας δαίμονι ἤδη, ἀλλὰ καὶ ὅσας θεῷ· ὅτι Ἡρακλῆς παράδειγμα ἐγένετο ἀρετῆς καὶ τὴν γῆν ἅπασαν ἐπιφοιτήσας τυράννων τε ὠμότητα καὶ θηρίων ἐκάθηρεν ἀλλοκότων* etc. Strabo autem Geograph. Lib. I. ostendens, veteres longius ac latius navigasse, pluresque terrarum regiones pedibus peragrasse, quam posteriores, scribit, Castorem et Pollucem idcirco maris procuratores ac tutores quosdam navigantiumque servatores ac liberatores esse dictos, quod longissime latissimeque navigarint et mari longinquo ac remoto bella gesserint: Bacchum vero, Herculem, Theseum, Pirithoum, propter eandem causam ad inferos descendisse creditos. [*L.*]

Pollux cum fratre *Castore*. — Hercules *vagus*, qui totum terrarum orbem pervagatus ubique virtutis suae monumenta reliquit. Eurip. Herc. fur. 1196. *Οὐκ ἂν γ' εἰδείης ἕτερον πολυμοχθότερον, πολυπλαγκτότερόν τε θνατῶν.* Adde Pind. Isthm. IV, 94. Apud Theb. VIII, 512. de Hercule: *duris famulus cum casibus omnes lustro vagus terras.* Cf.

---

lit, ut Lucan.: *Sic cum ruit arduus aether, Terra labat.* [*Vagus Hercules*] qui orbem omnem peragravit. Vt Virg.: *Nec vero Alcides tantum telluris obivit.* [*Innixus*] recumbens, incumbens. Semidei dicebantur, qui ob merita deorum adhibebantur conviviis, quod Horatius modo Augusto dedit, sicut Virg. Aeolo: *Tu das epulis adcumbere divum.* [*Purp.*] pulchro, ut est: *Roseoque haec insuper addidit ore.* [*Nectar*] potus numinum. [*Hac te mer.*] utcunque ad hoc meritum

[*Vag. Herc.*] *vagus* dictus est, quia orbem terrarum peragravit. [*Arc. ign.*] i. e. sidereas ac per hoc caelestes. [*Quos inter Aug.*] bene, quia et ipse virtutis cultor est. [*Purpur. bibit ore nect.*] *purpureo ore* claro et splendido, ut Virg.: *Lumenque iuventae Purpureum.* [*Hac*]

Quos inter Augustus recumbens
Purpureo bibit ore nectar.

v. 12. *bibet* Iannoct. et unus Vat. Lamb. Pulm. 2, 4. quid. Cruqu. et Bentl. Lips. 1 et 3. a m. pr. Dess. 2. Helmstad. Brod. Venett. Asc. Heins. Sivr. Probant Masson. vit. Hor. pag. 168. Klotz. lectt. Venus. p. 284. Negant VV. DD. posse Augustum, si vel maxime iam Deus sit, simul in terra praesentem versari, eodemque tempore in caelo accumbere; quod Harduinus male ferebat. Praestat, inquit Ianius, qui in textum recepit, *bibit* et sensus elegantia et auctoritate. Sic enim Porphyr. optimi plur. apud Lambin. et Cruqu. omnes Torrent. Bentl. 6, 13, 18, 19. Pulm. 1, 3, 5. Helmstad. Mentel. Fran. Lips. 2, 4. it. 1 et 3. a m. s. Altt. Locher. Basill. it. Lamb. Cruqu. Torrent. Fabr. Tan. Fab. Rutg. Steph. Bentl. Baxt. Ion. Cun. Sanad. — Vand. D, *E*, γ, I, V et alii quatuor *bibet;* corr. *bibit;* B, C, φ, H et alii tres *bibit*. „Mes Mss. se partagent entre *bibet* et *bibit*. Il me semble qu'on doit préférer le dernier et qu'Horace parle au présent de l'apotheose d'Auguste dans cet endroit, comme dans la première strophe de l'Ode cinquième." — *bibit*, quod plurimi libri mss. exhibent, ut longe elegantius praetulit Haberland. Non promittitur heroi inter hos locus, quae est Barthii sententia, sed hunc iam tenentem facit. Nam cum is ab anno inde aetatis suae XXVIII per singula oppida in deorum tutelarium numerum receptus esset, non aliena ab hoc loco eius rei licet haud aperta commemoratio erat. Ceterum quisque, qua sensu poetico est, facile sibi habebit persuasum, rectius lectionem *bibit* habere altera *bibet*. Fea non est audiendus! — *bibit* Codd. Goth. et Guelferbyt.

Hac te merentem, Bacche pater, tuae
Vexere tigres, indocili iugum

---

quoque Virg. Aen. VI, 802. Cf. Hesiod. Theog. 950 sqq. Sophocl. Philoct. 1415 sqq. Pind. Nem. I, 105 sqq. Lucian. Concil. Deor. 6. p. 531. T. III. *οὐκ ὀλίγων πόνων ἐπρίατο (ὁ Ἡρακλῆς) ἀθανασίαν.* Incertus apud Brunk. Anal. III. p. 142. *Σῆς ἀρετῆς ἱδρῶτι καλὴν ἀπέδωκεν ἀμοιβὴν σὸς γενέτης, Ἥρακλες, ἐπεὶ πόνος ἄσπετον εὖχος ἀνδράσιν οἶδεν ἄγειν μετ' ἀπείρονα κύκλον ἀέθλων.* Ibid. p. 209. c. 281. *οὐ γάρ σοι κρητὴρ χαλκήλατος, οὐδὲ λέβητες, ἀλλ' ὁδὸς εἰς αὐλὴν Ζηνὸς ἔπαθλον ἔφυ.* Stat. Silv. III, 1, 23. *tui solium Iovis* et virtute parata astra *tenes haustumque tibi succincta beati nectaris excluso melior Phryge, porrigit Hebe.* Herculis apotheosin exhibet anaglyphum, a Corsinio et aliis illustratum; de quo v. Heyn. Antiqu. Aufss. T. I. p. 29.

v. 10. *Enisus*, enisi in altum, viam in caelum moliti, *attigere*, penetravere, pervenere ad *arces igneas*, ardentes stellis, (ut Virg. Aen. IV, 482.) caelum stellatum, h. e. Dii facti sunt, immortalitatem consecuti sunt. *Eniti* praeclare de difficili atque ardua via. Val. Flacc. I, 563 sqq. ubi Iupiter Herculem et Dioscuros ita alloquitur: *Tendite in astra, viri:* — durum vobis iter et grave caeli institui. *Sic ecce meus, sic orbe peracto Liber et expertus terras remeavit Apollo.*

v. 11—12. Quem igitur in terris adhuc morantem populus Romanus divinis prosequebatur honoribus, hunc poeta *εὐφαντασίωτος* in caelo cum Diis convivantem, nectarisque haustu se proluentem exhibet. Notissima Virgilii Aen. I, 78. *tu das epulis accumbere Divum*, ubi v. Heyn. *ἀθανασίας πίνειν*, h. e. *ducere nectaris succos* (v. 34.) Lucian. Dialog. D. IV. p. 212. et ibi Hemsterh. Theocrit. XV, 106. *Κύπρι Διωναία, τὺ μὲν ἀθανάταν ἀπὸ θνατᾶς — ἐποίησας Βερενίκαν, ἀμβροσίαν ἐς στῆθος ἀποστάξασα γυναικός*, (coll. Ovid. Met. XIV, 606. 7.) Apulei. Met. VI. p. 134. Bip. *Porrecto ambrosiae poculo, sume, inquit* (Iupiter), *Psyche, et immortalis esto.* Ita quoque Hercules *ἀποθεωθεὶς* cum patera est apud Spenc. Polym. XIX, 4. Quod autem Augustum cum istis heroibus *σύνθακον* facit poeta, in hoc tacitam huius cum istorum meritis comparationem facile observes; quam similiter in hanc rem inter Ptolemaeum, Alexandrum et Herculem adornavit Theocrit. XVII, 16 sq. *Τῆνον (Πτολεμαῖον) καὶ μακάρεσσι Πατὴρ ὁμότιμον ἔθηκεν ἀθανάτοις, παρὰ δ' αὐτὸν Ἀλέξανδρος φίλα εἰδὼς ἑδριάει· — ἀντία δ' Ἡρακλῆος ἕδρα σφιν ταυροφόνοιο ἵδρυται.* Quum purpura a splendore maxime commendata veteribus fuerit, poetae simpliciter purpureum dixerunt, quod esset splendidum, pulchrum, nulla coloris habita ratione. Vid. ad IV, 1, 10. Atque hoc quidem satis appositum videtur ad declarandam divinam Augusti speciem, quam et grandiorem et pulchriorem humana poetae fingunt. Certatim laudant Virg. Aen. I, 590. *lumen iuventae purpureum* in eadem re. Ovid. Met. XIV, 827. de Romulo inter deos recepto: *pulchra subit facies et pulvinaribus altis dignior.* Vividior tamen pictura exsistit, si Augustum nectaris poculum dextra tenentem, unde ei vultus refulgeat, (nectar enim statuebant *ἐρυθρὸν* antiqui) cogites.

Os Purpureum] Mitsch. explicationem praefert, qua os nectaris purpurei colore refulgere dicit, sed magis argute quam vere. Placet hic apponere, quae Lambinus ad Carm. Lib. IV, 1, 10. disseruit: Nunc

---

pervenerit, an virtutis via, an merentem quasi militantem. [*Collo trah.*] potentiae numinis dedit, iugo feras subdere. Ideo quantum ad

virtute scilicet. [*Mer.*] merentem quomodo accipimus, utrum simpliciter dignum, an ut mereri stipendia milites dicimus? [*Ind. iug. collo*

Collo trahentes. Hac Quirinus
Martis equis Acheronta fugit,

v. 16. *Patris* ant. cod. Barth. Advers. XXXIX, 9. cui valde arridet, nec minus Bentleio et Gesnero. Commentat. Cruqu. sic legisse, putat Bentl. quod tamen dubitari potest.

---

autem retrorsum vela dare atque iterare cursus cogor relictos! Movet me, Lambinus inquit, primum omnium librorum manuscr. consensus, qui habent sine ulla varietate *purpureis*. Neque dissentiunt vulgati. Deinde hanc scripturam agnoscunt veteres grammatici, in his Servius, qui ad illum Virg. locum Aen. Lib. I, 590. *lumenque iuventae Purpureum* notat, *purpureum*, i. e. *pulchrum.* - Praeterea Albinovanus ad Liv. II, 62. *nivem purpuream* dixit, pro *pulchram* et *candidam*, ut Docti interpretantur. Sic enim ille: *Purpurea sub nive terra latet.* Hinc apparet, ut nobis quidem videtur, *purpureus*, ex usu Graeci *πορφύρεος*, de rebus vel personis valde splendentibus adhiberi. Augusto igitur tanquam deo facto *os purpureum* tribuitur, quippe quod pariter splendeat ac sit purpureo colore. In his duobus versibus Augusti, cuius *ἀποθέωσιν* innuit, maiestas divina praeclare cernitur, nec minus Horatii ars, qua tribus, quatuorve verbis summam, quae cogitari potest, laudem Divi Imperatoris depingit.

v. 13. *Hac* arte s. virtute etiam Bacchus meruit immortalitatem. Sed nova hanc Bacchi *ἀποθέωσιν* poeta repraesentat imagine: *vexere te tigres tuae*, quod dictum pro, curru tigribus iuncto caelum invectus es. Ita enim orationem supplendam esse, praeter vocc. *merentem* et *pater*, ipsa contextus ratio manifesto docet. — *merentem*, promeritum divinos honores. Militantem exponunt et de expeditione eius Indica cogitant scholl. Male. *Patrem* appellat Bacchum, tamquam deum; res notissima. Tigres *iugum trahunt*, graphice prorsus, pro, currum trahunt *collo* s. cervice iugo alligata. — *indocili*, ob feritatem natura insitam, quae perdomanda Baccho erat. Cultiorem vitae rationem, quam propter caelo allegi meruit Bacchus, ita declarari, in promptu est videre.

v. 15—16. Romulus, *Quirini* appellatione inter deos Romanorum *ἐγχωρίους* s. indigetes receptus, Martis *equis*, curru, (pessime nonnulli: patria s. bellica virtute) *Acheronta fugit*, superos petiit, *Ἀχέροντα πολύστονον οὐκ ἐπέρασεν*, Theocr. XVII, 47. laudante Boettig. Adde Consol. ad Liv. 241. *Vt Remus Iliades, et frater, conditor orbis, effugerent aliqua stagna profunda via.* In repraesentanda Romuli apotheosi a vulgari narratione discessionem facere poetam equidem vix putem; nam quum totam persequi satis alienum ab h. l. fuisset, decerpsit inde, quibus ad rem, quam vellet, exprimendam opus haberet. Ovid. Met. XIV, 816. *Adnuit Omnipotens et nubibus aera caecis occuluit, tonitruque et fulgure terruit urbem.* Tum *conscendit equos Gradivus — pronumque per aera lapsus constitit in summo nemorosi colle Palati, reddentemque suo iam regia iura Quiriti abstulit Iliadem.* Idem brevius Fast. II, 496. *Hinc tonat, hinc missis abrumpitur ignibus aether: Fit fuga, rex patriis astra petebat equis.* Romuli consecrationem

---

mortales indociles, quantum ad potentiam Dionysii ex more doctas. [*Hac*] virtute animi. Quirinum sive Romulum in honorem Augusti laudat et ipsum ut Martis filium, deum pro virtute factum, Acheron tem mortuis deputatum vitasse confirmat. Equos vero Martis pro pu-

trah.] alioqui indocili. Non utique etiam sub Libero, qui eas docuerit iugum suum trahere. [*Consiliantibus div.*] consiliantibus, nunc in con-

Gratum eloquuta consiliantibus
Iunone Divis: Ilion, Ilion
Fatalis incestusque iudex
Et mulier peregrina vertit
In pulverem, ex quo destituit Deos
Mercede pacta Laomedon, mihi

v. 17. *conciliantibus*, h. e. conciliare conantibus np. Romulum Iunoni, coni. Withof. quia „consiliari" sit consilium dare, quod huic loco non conveniat. *Consiliantibus*, quam lectionem fere omnes codd. mss. et edd. tum vetustiores tum recentiores tuentur, bene habet.
21. *deseruit* Lips. 4. *ex quo — Laomedon* parenthesi inclusit San.
22. *Laumedon* aberrat.

---

exhibet diptychon eburneum, in quo idem quadrigas agens conspicitur, apud Buonarott. in Osserv. sopra alcuni frammenti di vasi antichi p. 236.
v. 17. Conf. argum. — *Gratum elocuta cons. I. Divis*, ubi Iuno in Deorum consessu hanc orationem habuisset, *gratam* auditu ceteris Diis, quoniam Iunonem haud amplius sua de Romulo inter Deos recipiendo consilia moraturam intelligerent. Paullo impeditiorem orationis structuram ita explica: *Fatalis incestusque iudex et mulier peregrina Ilion in pulv. vertit, damnatum mihi et castae Min. ex quo destituit* cett. — *Consiliantibus Divis*, nos: *im Rathe der Goetter*. — *Ilii* nomen cum vi repetiit poeta, (fere ut Eurip. Or. 1381.) *Ilion*, illud splendidum atque opulentum *Ilion* corruit; inest adeo amara pristinae eius urbis potentiae recordatio cum intimo voluptatis ex eadem subversa sensu. — *Iudex*, cum delectu pro inviso nomine Paridis, cuius iniquum de forma sua iudicium alte Iunonis animo insideret. *Fatalis*, in gentis suae exitium natus, perniciem patriae afferens, *Δύσπαρις, Αἰνόπαρις*. Seneca Agam. 730 *fatalis sedet inter potentes arbiter pastor deos*. — *incestus*, gravius quam adulter, raptor Helenae.
v. 20. *mulier peregrina, γυνὴ βάρβαρος, ξένη*, per contemptum Helena dicta (ut Andromache captiva apud Eurip. Andr. 650. 671.) quae parentes ac coniugem Menelaum deseruit, (*λειποπάτωρ, λειπόγαμος*, Eurip. Or. 1305.) Paridem secuta. — *in pulv. vertit*, in cinerem redegit, evertit. Eurip. Andr. 113. *ἔλειπον ἄστυ — ἐν κονίαις*. Eidem Troia subversa *Ἰδαία κόνις* dicta Hec. 325. De Helena Pallad. XII, 3. *ἐκ γὰρ τῆς Ἑλένης μοιχευσαμένης φόνος ἀνδρῶν*. — *Damnatum* poenae,

---

gnandi insigni posuit. [*Consil. divis*] consilium habentibus diis de recipiendo Romulo in numerum deorum. [*Ilion, Ilion*] repetitio nominis interdum iracundiam, interdum laudem significat, ut: *Ah Corydon, Corydon, quae te dementia cepit?* Et: *Ex illo Corydon, Corydon est tempore nobis.* Ordo est: *Fatalis et incestus iudex et peregrina mulier vertit in pulverem Ilion, Ilion*, inquam, *damnatum mihi et castae Minervae, cum populo et fraudulento duce, ex quo Laomedon destituit deos pacta mercede.* [*Fatalis*] Alexander, per quem deleretur Ilion, ut: *Cum fatalis equus saltu super ardua venit Pergama.* [*Et mul. pegr.*] Peregrinam Helenam dixit ad exaggerationem, ut Virg.: *Femina qua nostris errans in finibus urbem constituit.* [*Ex quo destituit deos*]

silio agentibus intelligendum. Est autem sensus: Iunone elocuta, quae erat cum diis, apud quos consilio loquebatur, gratum elocuta consiliantibus. Significat hoc, Romulum in caelum receptum Iunone mitigata Romanis, quibus aliquamdiu propter iram, quam in Troianos habuit, irata fuit. [*Ilion, Ilion*] haec iam Iunonis verba sunt in con-

Castaeque damnatum Minervae
Cum populo et duce fraudulento.
Iam nec Lacaenae splendet adulterae
Famosus hospes, nec Priami domus
Periura pugnaces Achivos
Hectoreis opibus refringit:

v. 24. *damnatam* emend. Glarean. quia etiam „*Ilios*" dicitur. Et sic Cun. San. Malit quoque sic Bentl., quia ambiguum alias sit, utrum ad „pulverem" an ad „Ilion" pertineat. Sed adnotandum est, Bentleii acumen tale quid contendens in ambiguo fuisse! *Damnatum* ad *Ilion*, quod genere neutro dictum est, referendum esse, recte iudicavit Vir Doctus *Iahnus* in Edit. s. adnott. ad h. l. — Bothius Ianium latrans risum debet eruditis! — 25. *Lacenae, Laconae* errores. — 27. *pugnantes* Lips. 3.

---

exitio addictum, *κατάδικον*, (ita *damnata bello Pallene* Val. Fl. II, 16. *damnatus taurus* id. I, 787. etiam Virg. Aen. IV, 699. *caput damnaverat Orco*, et passim alibi) quod delendum statueratis et cuius sumendi supplicii curam *mihi* et *Minervae* iniunxeratis, *ex quo*, postquam Laomedon *destituit*, fraudavit Neptunum et Apollinem *mercede* pro muris instaurandis *pacta*, pacto non stetit; ob Laomedontis periurium. *Μισθὸν* generatim Homerus (Il. φ', 442.) posuit in tradenda hac fabula; nata inde in constituenda mercede narrationis diversitas. Vid. Hygin. f. 89. et ibi Intpp. Burm. ad Ovid. Met. XI, 204.
v. 24. *Cum pop. et duce fraud.*, cum universa gente Troiana. Nam periurii infamia universae deinceps genti, eiusque regibus inhaerebat. Virg. Aen. IV, 541. — v. 25. Non amplius *splendet*, cultu regali ac forma conspicuus est, comit, iactat sese *Lacaenae adulterae*, Helenae; vel inversa ratione: Helena haud amplius cultum Paridis et formam miratur, pulchritudinis eius splendore capitur, ut IV, 9, 13.: *Non sola comptos arsit adulteri crines* cett. — Hospes *famosus* Paris dicitur non tam ob laesum hospitium, quam adulterio: Ita *famosos labores* dixit Hor. III, 15, 3. *infamem Helenam* Epod. XVII, 42. *corruptelis adulteriisque famosum* Sueton. Claud. 16. — *Famosus* semper in vitio locum habet, nos: *berüchtigt*.
v. 26. *nec Priami domus...refringit*, pro: Hector, e domo s. gente Priami, non amplius sustentat, defendit Ilium, occubuit. — *refringit*, exquisite pro, retundit, reprimit cum clade Achivorum *pugnacium*, fortiter oppugnantium aciem, sustentat Troiam. — *Hectoreis opibus*, ope,

---

Laomedon enim pro murorum Troiae perfectione non solverat votum numinibus promissum, ut Virg.: *Nec dum Laomedonteae sentis periuria gentis?* [*Damnatum*] traditum et destinatum ad perdendum. Virg.: *Hic Iuno Scaeas saevissima portas Prima tenet.* Bene autem *castae*, quia incestus iudex dixerat. [*Lacenae*] adulterae Helenae, Menelai uxoris, quam Alexander pulchritudine sua et ornatu persuasam rapuit. Virg.: *At non sic Phrygius penetrat Lacedaemona pastor, Ledeamque Helenam Troianas vexit ad urbes.* [*Famos. hosp.*] infamis, qui fidem violaverit hospitii, hospitis coniugem rapiendo. [*Nec Priami domus*] domum pro genere posuit. Paris enim Priami filius fuit. Virg.: *Da propriam Thymbrae domum, da moenia fessis.* [*Hector. op.*] ut: *Decimum quos distulit Hector in annum. Opes* autem pro auxiliis ponun-

silio. [*Mihi cast. damn. Minervae*] pro a me damnatum Ilion scilicet, incestusque. [*Iam nec Lacenae splendet adult. Famos. hosp.*] eleganter haec dicuntur, quasi ostendat Iuno se ad satisfactionem usque ultionem

Nostrisque ductum seditionibus
Bellum resedit. Protenus et graves
Iras et invisum nepotem,
Troïa quem peperit sacerdos,
Marti redonabo. Illum ego lucidas
Inire sedes, ducere nectaris

v. 29. *Auctumque nostris* quid. ap. Steph. diatrib. sec. II. — *produ-*
ctum Cod. Guelf. fortasse e glossemate.
30. *residit* membranae Marcil. qui praefert. *protinus* scribendum alii
contendunt. Nil sane interest, nisi quod antiquior scriptura est *protenus.*
Distinguendum, ut recte Glarean. aliique viderunt, ante „*Protenus*",
non post, ut Ascens. Basill. Fabr. cett. — 32. *Troica* omnes Codd. Van-
derbourgii. Ianius recepit in textum *Troïa*, tanquam formam exquisitio-
rem. *Troica* legitur tum in Cod. Gothano tum Guelferbytano.
34. *ducere*, vulgata lectio, satis per se bona. Sed prisca lectio, in-
quit Ianius, haud dubie *discere*, quam iam ante oculos habuit Porphyr.
quem vide. Item sic Bentl. 1, 6, 9. a m. pr. 10, 13, 19, 20, et 23. pro
var. lect. duo Torr. Mentel. Helmst. Alt. 2. Lips. 3. Venet. 1478. Locher.
Discere et *ducere* ab librariis saepe permutata etc. Plures codd. ap. Vand.
discere. Nihilominus nobis falli videntur, qui *discere* priscam lectionem
habent, quod pro illo haud raro substitutum. *Ducere* apud Horatium
aliis duobus locis redit, significans idem quod *bibere*, *haurire.* Carm. I,
17, 21.: *Ducere pocula Lesbii innocentis.* coll. Serm. II, 6, 62.: *ducere sol-*
licitae iucunda oblivia vitae. Nos: *in vollen Zügen trinken* od. *schlürfen.*
Quae cum ita sint, satis superque apparet, sensui huius loci *ducere* magis
aptum esse quam *discere;* nam verbo *ducere* recepto imago sive potius
descriptio, quae hoc in loco inest, multo vividior evadet.

---

fortitudine Hectoris, noto Graecismo. — v. 29. Bellum adversus Tro-
ianos *ductum*, productum in decem annos *nostris seditionibus*, dissidiis,
dum alii nostrum pro Troianis, alii pro Achivis staremus, tandem
resedit, compositum, finitum est; imagine a subsidentibus maris pro-
cellis desumpta. — *Nostrisque Duct. Sedit.*] notum est ex Homeri Iliade *υ′*,
deos inter se dissidentes alios Troianis alios Graecis favisse et consu-
luisse, Apollinem, Martem, Dianam, Latonam, Venerem, Xanthum Tro-
ianis; Neptunum, Minervam, Iunonem, Mercurium, Vulcanum Graecis.
— Inversa ratione mari procelloso *seditio* tributa a Stat. Theb. IX, 142.
— *Protenus*, inde a Troia excisa, *Marti* pro Romulo filio deprecanti,
in eius adeo gratiam *iras graves*, funestas reliquiis Troianorum, Ro-

---

tur, tanquam sint auxilio vitae, ut Terent.: *Iuno Lucina fer opem,*
serva me, obsecro. [*Nostrisq. duct. sed. bell.*] i. e. quod tantum fuerat,
ut deorum seditionibus, h. e. discordiis et dissensionibus decennium
traheretur. [*Resedit*] finitum est, ut: *Omnisque repente resedit Flatus.*
[*Protinus*] dehinc, ut Virg.: *Mos erat Hesperio in Latio, quem proti-*
nus urbes Albanae coluere sacrum. [*Et invis. nepot.*] odiosum sibi Ro-
mulum dixit. Nepos enim Iunonis fuit per Martem, quem Iovis et Iu-
nonis filium Homerus affirmat. Per genus autem Romuli Carthago
deleta est. [*Troica*] pro Troiana. Ilia enim Troiano genere fuit, ut
Virg.: *Donec regina sacerdos Marte gravis geminam partu dabit Ilia*
prolem. [*Marti redonab.*] quamvis sit de Troiano genere, patri suo
Romulum regnare concedam. [*Inire sedes*] aedificare permittam, in-
quit, vel indigetem fieri. [*Ducere*] propinare, potare, i. e. deorum

percepisse de Troianis. [*Ducere nectar. succos*] i. e. adsuescere sapo-
ribus nectaris. Dum longe sit, inquit, ab Ilio Roma, in qualibet

Succos et adscribi quietis
Ordinibus patiar Deorum:
Dum longus inter saeviat Ilion
Romamque pontus, qualibet exsules
In parte regnanto beati:
Dum Priami Paridisque busto
Insultet armentum et catulos ferae
Celent inultae; stet Capitolium

v. 37. *intersaeviat* coniuncte Lips. 3. et quid. alii.
41. *ut catulos* Helmst.

---

manis, et *invisum nepotem*, odium erga nepotem, Romulum *redonabo*, donabo, missum faciam, deponam; exquisito huius verbi usu. Ita Livius apud Sil. XV, 603. *patriae donaverat iram*, h. e. reip. causa iniurias sibi factas haud ultus est. Plura congessit Ruperti ad Sil. I, 487. Dicitur autem donare aliquid alicui, h. e. in alterius gratiam remittere aliquid, ut Cic. ad Div. V, 4. *inimicitias reip. donare*, et donare aliquem alicui, h. e. in alterius gratiam alicui ignoscere. Iustin. XXXII, 2, 5. *ut appareret, — donatum filio patrem*, h. e. filium Demetrium Philippo patri veniam obtinuisse. — v. 32. *Troïa sacerdos*, Ilia, sed alterum cum vi, ut causa statim, ob quam nepos Iunoni invisus esset, appareat. — v. 35. *Sedes* Deorum *lucidas*, *δώματα μαρμαίροντα*, *αἰγλήεντα*, Olympum. — *succos nectaris*, nectar *ducere*, *ἕλκειν*, bibere. cf. Var. Lect. Adde Eurip. Cycl. 416. *ἔσπασέν τ' ἄμυστιν ἑλκύσας.*

v. 35. *et adscribi*, referri inter *ordines quietos Deorum*, pro, in ordinem Deorum quietorum. — Dii *quieti*, securum agentes aevum, (Serm. I, 5, 101.) beati, *μάκαρες*, ex antiqua de Deorum vita notione. Vnde *ἀφρόντιδες εὐωχεῖσθαι* dicuntur Lucian. DD. Déor. XXIV. T. I. p. 276. Eadem *ἡσυχίας* notio est apud Pind. Nem. I, 107. de Hercule inter Deos relato. — v. 37. *Dummodo longus pontus*, vastum mare, dum mare longe *saeviat*, pro, interiectum sit, disiungat Romam ab Ilio; et hoc pro: dum ne terram hanc incolant, Iliumque instaurent Romani. — *Exsules*, Romani, ab Aenea profugo oriundi; — *in qualibet* terrarum *parte regnanto*, regnent, ad quasvis terrarum oras imperii sui fines proferant, ubicunque imperent. — *beati* hoc ipso, quod late regnent.

v. 40. Alpheus IX, 5. (Anal. Br. II, 130.) *ἀλλ' ἡ μὲν κρείσσων ἐστὶ πτόλις· αἱ δὲ πεσοῦσαι δείκνυσθ' εὐμύκων αὔλια βουκολίων.* Antonius

---

conviviis etiam interesse permittam. [*Quietis ord. deor.*] Philosophi enim hanc beatudinem diis dederunt, qua eos occisos esse et nihil curare, nec alicuius rei sollicitudine teneri dicant: semel mundo lege disposito, unde Virg.: *Scilicet is superis labor est, ea cura quietos sollicitat.* [*Dum long. inter saev. Ilion*] tolerabilius se ferre confirmat, ut longo spatio maris interiecto Romae regnent potius Troianorum nepotes, quam ut Ilium fruatur imperio. [*Ins. arment.*] libere supervagetur, conculcet, ut: *Insultare solo et gressus glomerare superbos.* [*Inultae*] illaesae, securae. Silvosis enim et desertis locis ferae catulos tuto celant, ut: *Silvas et lustra ferarum.* [*Stet Capitol.*] dum

parte orbis Romani, quantum in me est, regnet. Eleganter hic pervicacia iratae in Troianos deae exprimitur. [*Regnanto*] pro: regnent. Secunda pro tertia persona est, ut et illud Virgilianum: *Tertius Argolica galea hac contentus abito.* [*Dum Priami, Parid. busto Insult. arm.*] h. e. pascendo supergrediatur. [*Et cat. ferae cel. inult.*] perite

Fulgens, triumphatisque possit
Roma ferox dare iura Medis:
Horrenda late nomen in ultimas
Extendat oras, qua medius liquor

v. 43. *Ingens*, non male, Alt. 1.
46. *Extendit* Brod. *qui* Dess. 2. unus Bersm.

(Anal. Br. II, 240.) de Mycenis: *αἰπολίοισιν ἔναυλον ἐρημαίοισιν ἀνεῖμαι.* De iisdem Munatius v. 5. (A. B. I. l.) *μηλόβοτος κεῖμαι καὶ βούνομος ἔνθα Μυκήνη.* Isocrates in Plataico p. 302. C. *τήν τε πόλιν ἐξανδραποδισθῆναι, καὶ τὴν χώραν ἀνεῖναι μηλόβοτον*, laudante Valken. ad Eurip. Hippol. 683. Troiani agri vastitatem ita describit Lucan. IX, 966. *Iam silvae steriles et putres robore trunci Assaraci pressere domos, et templa deorum iam lassa* (qui etsi alte sese terrae immiserint, vix tamen templorum ruinas attigere) *radice tenent; ac tota teguntur Pergama dumetis: etiam periere ruinae.* Iam pro Troiae urbis ruinis, quod generalius erat, speciatim *Priami Paridisque busta*, tumulos poeta magna cum *ἐνεργείᾳ* commemorat; quibus armenta *insultant*, *ἐπιθρώσκουσι*, in quo summa contumeliae atque irrisionis significatio est. Colorem poeta duxisse videtur ex Hom. Il. δ', 177. *τύμβῳ ἐπιθρώσκων Μενελάου κυδαλίμοιο.* Lambin. laudat Eurip. Electr. 327. de Aegistho: *ἐνθρώσκει τάφῳ* sc. Agamemnonis. Epod. XVI, 11.: *Barbarus heu! cineres insistet victor.* — *ferae catulos* ibi *celent*, parturiant, latibulum ferarum Troiae solum sit. — *inultae*, ita ut nemo existat, qui iniuriam, manibus Troianorum illatam, ulciscatur, eos proturbet.

v. 42. Cf. I, 37, 6. *stet fulgens*, inconcussum, statu integro. Ad gloriam autem *fulgens*, et, qua ista nititur, potentiam Romanam potius retulerim, quam ad templa et monimenta Capitolii splendida; in quo nulla vis est h. l. — v. 43. Roma hostes vel ferocissimos domet, sibique subiiciat. Parthos in specie poeta ponit, tanquam infensissimos Romano nomini atque gravissimos hostes, et quo insignior Augusti victoria esset, de gente ista reportata, Iunonis praedictione. — Roma *ferox* bello, bellicosa, vel si ad totam ῥῆσιν trahas, successu, victoriis elata, superba; utrumque satis commode. — *Medis* s. Parthis *triumphatis possit dare iura*, pro, triumphet de Parthis, iisque det iura, leges victoris iure imponat, in provinciam Romanam redigat. — v. 45—48. Illa *horrenda extendat*, h. e. horribilis fiat, terribilis sit gentibus *extendendo late*, dilatando atque proferendo *nomen* suum, imperii fines *ad ultimas* extremas terrarum *oras*.

v. 46. *qua medius liquor .... rigat arva Nilus*, versus Occidentem et Orientem. Vtrumque designavit h. l. poeta per Gades et Nilum. *Qua* parte *liquor*, mare, *ποντία νοτίς*, (veluti Eurip. Hec. 1250.) *medium secernit*, medium est (unde Mediterraneum dictum) interfluit, disiungit *Europen ab Afro*, Africa, h. e. ad fretum usque Gaditanum. De Hesperia, terrarum Romanis tum cognitarum versus Occidentem *ultima*,

---

modo Ilium ruat. [*Triumph. Medis*] species participii est, ut: *Quondam regnata Lycurgo.* Et: *Bacchatamque iugis Naxon.* Et: *Triumphata Corintho.* Et: *Regnata per arva.* [*Dare iura Medis*] Medos hic pro omnibus gentibus posuit, ac si diceret per triumphum subditis hostibus leges imponat. [*Qua med. liq.*] Gaditanum mare dicit, inde

quasi desertam esse velit Troiam. [*Horr. late nom. in ult.*] non perpetuo epitheto horrendam Romam dicit, sed barbaris horrendam. [*Qua medius liq. secern. Europen ab Afro*] Gaditanum fretum signi-

Secernit Europen ab Afro,
Qua tumidus rigat arva Nilus:
Aurum inrepertum, et sic melius situm,
Quum terra celat, spernere fortior
Quam cogere, humanos in usus
Omne sacrum rapiente dextra.

v. 47. *Secernet* unus Bersm. Vand. V, *decernit.*
50. *celet* Cod. Guelf.
51. Distinguendum post *cogere*, non post *usus*, ut vulgo, Ianius inquit.

(I, 36, 4.) res nota. — v. 48. Vltimam Orientis plagam Aegyptum ponit poeta, eamque a Nilo designat, qui *tumidus*, exundans, exuberans, *rigat* atque fecundat *arva.*

v. 49—52. Nexus sententiarum atque ordo hic est: *Roma* quaquaversum extendat imperium suum, consecutura hoc, enisura in tantum fastigium, dum *fortior* erit, fortem et excelsum animum ostendendo, dum sustinebit *spernere*, dum alto animo *spernat* potius, contemnat *aurum*, divitias, quam *cogat*, congerat, coacervet; paupertatem, spretis divitiis, amplexa. — *irrepertum*, quod reperire haud laborant, quod non rimantur, quod terra abscondi haud gravantur; et *sic*, *cum terra celat*, occultat, multo *melius situm*, quippe ab usu hominum ita remotum, quod adeo haud erui debuerat, ob innumera, quae inde in genus humanum redundarunt, mala atque calamitates. Sil. I, 231. *scelerum causas operit Deus.* Senec. ep. 94. *Aurum et argentum et propter ista nunquam pacem agens ferrum, quasi male nobis committerentur, abscondit.* Eadem ideo *illis, in quibus iacuere tenebris dignissima* idem vocat Ep. 92. Conf. eundem de Benef. VII, 10. Boeth. Cons. Philos. II. metr. V. *Heu primus quis fuit ille, auri qui pondera tecti gemmasque latere volentes pretiosa pericula fodit.*

v. 51—52. *dextra* avari, avarus *rapit*, convertit *in usus humanos*, h. e. suos, profanat, *omne sacrum*, vel sanctissima quaevis, h. e. vel sacrilegio sese polluit, dum cupiditates suas expleat. *Humanos* s. profanos usus dixit, cum vi, et ex oppositione *sacrum.* Simillime, si quid video, Euripid. in Danaë (apud Stob. flor. Grot. p. 91.) de divite

---

enim incipit Europa secerni a Libya. [*Ab Afro*] ab Africa, *συνεκδοχικῶς*, i. e. per quae loca dividuntur Europa et Africa, duae partes mundi. [*Aur. inr.*] etiam Roma aurum contemnet, quod multo utilius est hominibus, cum latet adhuc sub terra: minus enim causas avaritiae praestat. Fortiorem ergo dicit Romam contemnendo aurum fore, quam in usus cogendo. Veteres enim Romani in hoc plurimum potuerunt, quod amatores paupertatis divitias posthabebant, ut: *Parvoque potentem Fabricium.* Et: *Te sulco, Serrane, serentem.* Ordo est: *Fortior spernere aurum irrepertum et sic melius situm, cum terra celat, quam cogere in usus humanos, omne sacrum rapiente dextra.* Sacra enim omnium gentium rapuere Romani, non modo aurum. Dextram autem aut pro avaritia aut pro bello posuit, ut Virg.: *Quid non mortalia pectora cogis Auri sacra fames?* Iuven.: *Atque omni ex crimine*

ficat, inde enim incipit discerni Europa a Libya. [*Qua tum. rig. arva Nil.*] non semper tumidus, sed *tumidus* tum, cum *rigat.* [*Aur. irrep.*] bene aurum utilius ait esse prius quam de metallis, cum effodiatur, quoniam effossum causam praestat avaritiae ac sceleribus. Populum autem Romanum ait constantissimum, aurum contemnere merito, quoniam apud veteres paupertas magis in honore erat, quam divitiae. [*Omn. sacr. rap. dextra*] non Romanorum, scilicet, dextra, sed deo-

Quicunque mundo terminus obstitit,
Hunc tangat armis, visere gestiens,
Qua parte debacchentur ignes,
Qua nebulae pluviique rores.
Sed bellicosis fata Quiritibus
Hac lege dico, ne nimium pii —

v. 53. *Quacunque* coni. Bentl. quia unus tantum sit terminus mundi. Sed ipse sentit se nugari. *mundi* Lamb. e quibusd. suis, Mald. Cruqu. Lips. 3. Steph. Cruqu. Fab. Dacer. Heins. Baxt. Sivr. Sed *mundo* omnes Cruqu. praeter unum, omnes Bentl. praeter nonnullos recentt. tres Torr. nostri omnes praeter unum, Venet. 1478. 1492. Asc. Locher. Basill. Torrent. Bentl. Ion. Cun. Gesn. San. Multo etiam exquisitior lectio. Illam *mundi* recte pro recentiori, a Lamb. primum in editt. inducta, habet Bentl. *exstitit* liber Basil. a Ge. Fabr. inspectus. Vand.: T, *mundi*; A, *mundo*, corr. *mundi*; I, *mundo*, var. *mundi*; al. omn. *mundo*, recte quidem. 54. *tanget* (sic Cod. Guelf.) omn. Pulm. plures Torrent. et Bentl. duo Bersm. Mentel. Fran. Lipss. Helmst. Alt. 2. Dess. 2. Locher. Asc. Venett. Brod. *tangit* liber Fabr. Sed sponte apparet legendum, quod in aliis codd. est, *tangat*. — 56. Vand. D, *pluviaeque et rores*. T, videtur idem habere. — *debacchantur* Cod. Guelf.

---

avaro, suum ipsius defraudante genium: *ὅστις δόμους μὲν ἥδεται πληρούμενος, γαστρὸς δ' ἀφαιρῶν σῶμα δύστηνον κακοῖ, τοῦτον νομίζω καὶ θεῶν συλᾶν βρέτη, τοῖς φιλτάτοις τε πολέμιον πεφυκέναι.*
v. 53 — 60. *Quicunque* quantumvis remotus *terminus obstitit*, obiicitur, praetenditur, est *mundo*, orbi terrarum, utcunque dissiti sint terrarum fines. Terminus *obstat*, tanquam obex, qui impedit, quominus ulterius pervenire liceat. — v. 54. *Hunc tangat*, attingat *armis*, ad hunc arma proferat, eo usque imperium extendat. — *visere gestiens... rores*, et vel ad inhabitabiles terrae plagas bellando perveniat, eo usque victorias continuet. *Gestiens* et bellicosum Romanorum animum et vero etiam difficultates ad ista loca penetrandi designat. — v. 55. Eam terrae plagam *visendi*, adeundi cupida, qua *ignes* solis *debacchentur*, insano more saeviant, furant, qua sol ferventissimus est, Zonam torridam. *Bacchari*, *furere*, *insanire*, verba sollennia de rebus, quae modum excedunt, maxime physicis. Virg. Cir. 480. *Afer et hiberno bacchatur in aequore turbo*. Vide ad I, 25, 11.
v. 56. *qua* perpetuaè *nebulae*, caligo densa, spissus aer et *rores pluvii*, pluviae, imbres debacchantur, nimii sunt, h. e. utramque Zonam frigidam. Virg. Georg. I, 235. *circum extremae dextra laevaque tra-*

---

lucrum Quaesitum. [*Terminus*] finis naturae, quo mundi spatia terminantur, ad quem adhuc armis dicit perveniri ambitu gloriae sive auri cupidine. [*Qua parte debacch. ign.*] *κεραυνουμένην* dixit inhabitabilem, ut Virg.: *Semper sole rubens et torrida semper ab igni est.* In qua incendium ita semper est, ut furor Bacchantibus dominatur, ideoque dicit: *Debacchentur.* [*Qua nebul. pluv. rores*] septentrionalem significat cardinem, h. e. nivalem, ut item Virg.: *Caerulea glaciȩ concretae atque imbribus atris.* [*Sed bellic. fata Quirit. Hac lege dico*] constituo, sancio Romanis hoc ius fatorum, ut perniciosum habeant per se reparare Troiam. [*Ne nim. pii*] qui velint praestare parentibus,

rum, qui cogunt aurum in usus Romanos. Extrinsecus autem hic accipienda vox est, ut sit: *Etiam sacrum sapiente dextra.* [*Visere gest. qua vel parte debacchentur ignes*] Australem cardinem significat,

Rebusque fidentes — avitae
Tecta velint reparare Troiae.
Troiae renascens alite lugubri
Fortuna tristi clade iterabitur,
Ducente victrices catervas
Coniuge me Iovis et sorore.
Ter si resurgat murus aëneus,
Auctore Phoebo: ter pereat meis

v. 66. *Ductore* Pulm. 5. Mald. Cruqu. lib. ant. Ach. Stat. teste Mureto; unde in editt. quasdam venit. Probat et Broukhus. ad Prop. I, 7, 1. Burm. ad Virg. Aen. V, 633. Non inelegans lectio; dicitur enim *ducere muros*, *ἐλαύνειν*, ut IV, 6, 23. Virg. Aen. I, 423. Sed bene habet *auctore*, lectio omnium ceterorum codd. nec forte, ut Bentl. vidit, negligendum, quod paullo ante adfuit *ducente*. — *structore* coni. Bentl. qui coniecturas varii generis construere amat!

---

huntur caerulea glacie concretae atque imbribus atris. Tibull. IV, 1, 154. *duae gelido vastantur frigore semper, illic et densa tellus absconditur umbra.* Cf. I, 22, 17 — 24. — v. 57 — 60. Hanc tamen ipsis fatorum legem *dico*, constituo hac tantum lege *fata*, quae de immenso Romanorum imperio portendi, rata esse iubeo. *Bellicosis*, cum vi, quatenus armis sibi imperium istud quaesituri sint. — *nimium pii*, nimia in metropolin pietate ducti. Metropolin enim, eodem, quo liberi parentes, affectu colere, opibus iuvare, attritam deletamve instaurare pro necessitudine, quae ipsis intercedebat, coloniae tenebantur. Sacro id *pietatis* nomine sancitum erat. Vide omnino Heyn. Prolus. II. de veterum Coloniarum iure atque causis, insertam eiusdem Opusc. T. I. p. 312. et Boettig. h. l. — v. 59. *Rebus* nimium (hoc enim repetendum) *fidentes*, potentia freti, opibus confisi, rerum successu elati. — *ne velint*, ne in animum inducant, ne libido ipsos incessat, *tecta Troiae*, Troiam *avitam*, *μητρόπολιν* suam, *reparare*, instaurare, *ἀνοικίζειν*. — v. 61 — 62. *Troiae renascentis fortuna*, h. e. fatum, sors Troiae, ubi forte *renascatur*, resurgat, iterum exstruatur, *iterabitur*, eadem erit, idem fatum Troia, quod olim habuit, experietur, idque *tristi clade*, funestissimo interitu. *Troia renascens*, *resurgens* alias poetis de Roma a Troianis condita frequentatur. Vid. Burm. ad Prop. IV, 1, 47. — *alite lugubri*, infausto augurio, pessimis auspiciis. Auspicato enim coloniae deducebantur, urbesque condebantur cf. IV, 6, 24. — v. 63 — 64. *victrices*, quippe a Iunone, at quali dea, ductas. Hinc, quanta *ἐνάργεια* in v. *Coniuge me Iovis et sorore*, insit, facile perspicitur. Notissima Virgilii: *Ast ego quae Divûm incedo regina Iovisque et soror et coniux* cett. Cf. Aen. VII, 308.

---

contra voluntatem deorum. [*Tristi clade iterab.*] hoc ideo quidam dictum volunt, quod Fimbria, legatus Cinnae, Ilium temporibus Syllanis oppugnaverit ac diruerit, qui mox seditione militum peremptus est. Ordo est: *Fortuna Troiae renascens lugubri alite iterabitur tristi clade, me coniuge et sorore Iovis, ducente victrices catervas.* [*Coniuge et soror.*] sic Virg.: *Ast ego quae divum incedo regina Iovisque Et soror et coniux.* [*Ter si resurg. mur. ahen.*] hic aut quoties reparata fuerit,

qui est torrentissimus. [*Troiae renascens alit. lugubri Fort. tristi clade iterabitur*] Ordo et sensus est: *Fortuna Troiae alite lugubri*, i. e. malo auspicio renascenti iterata excidio cadet. Hic autem sensus inde conceptus est, quod Flavius Fimbria, legatus Cinnae, Ilium temporibus

Excisus Argivis; ter uxor
Capta virum puerosque ploret.
Non haec iocosae conveniunt lyrae:
Quo Musa tendis? Desine pervicax
Referre sermones Deorum et
Magna modis tenuare parvis.

v. 69. Vand. S, corr. *haec....conveniunt;* H, P, O, *hoc....conveniat;* T, *hoc convenit* (sic etiam Cod. Guelf.). Al. omn. *hoc....conveniet.* Mira, ut verbo totam rem absolvam, varietas libb. in h. v. ,In textum recepimus *Non haec....conveniunt*, quae lectio aptissima ad sententiam; eaque, quod grave illi auctoritatis pondus addit, ante oculos Scholiastis fuit, quorum scholia in hunc locum lectorem conferre iubemus.'
70. Vand. A, *tendes*, corr. *tendis.*

---

v. 65—68. Mira *δεινότης* est in *ter-ter*, pro vulgari: quoties resurgat, toties pereat. — *resurgat murus auctore Phoebo*, ab Apolline iterum exstruatur, isque *aeneus*, validissimus, si Troia firmissimo munimento circumdata restituatur. Aere aut ferro eductos muros pro solidissimis efferebat antiquus sermo. Ita *Cyclopum educta caminis moenia* Virgil. Aen. VI, 630. ubi vide Heyn. Tirynthem a Cyclopibus munitam plures tradidere. Vid. Strabo VIII. p. 572. Apollod. II, 2.

v. 66. *pereat excisus*, deiiciatur, excidatur cum tota urbe. Seqq. *ter uxor...ploret*, egregie speciali imagine captam dirutamque urbem repraesentant: *Vxor capta*, in servitutem abducta, *plorat*, luget *virum*, maritum et *pueros* insolentia victoris occisos. — v. 69. Idem plane exitus est II, 1, 37. *Haec*, gravioris argumenti, parum apta sunt *lyrae* meae *iocosae*, iocis, lusibus, referendis tantum accommodatae. Cf. ad II, 1, 37. — v. 70. *Quo tendis*, evagaris, fines tuos excedendo, sublimia tractando. — *Desine*, noli, *pervicax*, pervicaci ausu, arroganter *referre*, ne arroges, sumas tibi referre *serm. Deorum*, Iunonis, atque ita *magna*, quae maioris sunt moliminis, quae vires tuas excedunt, quibus par non es, *tenuare*, extenuare, imminuere, deprimere *modis parvis*, tenuioribus, quam argumenti dignitas ac gravitas postulat. Nam sonus parvus seu tenuis, de argumento tenui, carmine humili; ut saepius poetae. Prop. IV, 1, 58. *Hei mihi quod nostro parvus in ore sonus.* In prosa oratio ita connecti debuerat: Desine magna modis parvis tenuare, referendo cett.

---

diruendam dicit, ut finitum pro infinito ponat, aut tertio Troiam significat perisse semel ab Hercule, secundo a Graecis pro Helena, tertio a Fimbria. [*Ter uxor*] quidam Andromachen intelligi volunt propter Hectorem et Astyanacten. [*Non haec ioc. conv. lyrae*] i. e. non talia ,conveniunt' nostrae propositioni. A Iunonis verbis in se poeta convertitur. [*Pervicax*] licentiosa vel reprehensibilis. [*Modis*] modulationis metrorum.

Syllanis oppugnavit ac diruit, quem mox seditio militum occidit. [*Non haec iocosae conveniet lyrae, quo Musa tendis*] nunc his verbis poeta ad se conversus ait: Non se recte facere, quod lyrico carmine, cui iocosa conveniant, severiora loquatur. [*Desine perv.*] *Pervicax* nunc pro licentiore dicitur. [*Et magna modis tenuare parvis*] Sensus est: Desine magnas res, quae heroico magis carmini conveniunt, extenuare humilitate lyrici carminis.

CARMEN IV.

ARGUM. *Optime de huius carminis argumento meruit Janius, cuius doctam descriptionem quemvis placido animo perlecturum putamus. Habemus, quodcunque contradicant interpretes hallucinantes, ELOGIVM MVSARVM, cum respectu ad AVGVSTVM CAESAREM eiusque imperium. Pariter fere ac nos Doeringus cardinem totius carminis facile versari dicit in eo, quod poeta Augusti laudes celebret, quantumvis hoc simulare videatur. Iam vero, inquit, cum poetae Musas doctrinae magistras faciant, adeoque earum laus cum laude doctrinae arcto vinculo coniuncta sit, Horatius, Augusti doctrinam et sapientiam laudaturus, hanc opportunam in laudes Musarum excurrendi occasionem cupide amplexus est. Tanquam poeta entheus incipit Calliopen Musam initio carminis invocare, ab qua quidem omnem et doctrinae et humanitatis fontem derivare videtur. — Pergit plenus phantasmatum enarrare, quomodo Musae se ab periculis tutum praestiterint, quod variis iisque aptis exemplis, e more poetarum, satis quidem, sed perbelle exponit: quomodo in Vulture monte, adversus bestias defensus, securus ac tranquillus dormiverit, Philippis e praelio valde cruento incolumis evaserit, ictum istius arboris fatalem devitaverit, in promontorio Palinuro, in Lucaniae ora, non procul a Velia, naufragus ipse servatus, — immo quamquam ter, quaterque adeo iam rapacis Orci praeda, — tamen diem nondum obierit supremum.*

Quibus lyrice, ut ita dicam, adumbratis, ubivis terrarum ab omni periculo, Musarum praesidio, se munitum fore praedicat. — Deinde Augusti, qui nunquam destitit acerrimo studio tum literas tum artes liberales tueri et ornare, eas alere, floremque illarum augere, mentionem non sine magna cum laude facit, et ad carminis finem ostendit: robur ac vires quas vocant naturales omnino nihil valere contra ingenii animique bene exculti facultates, Gigantum, qui graves audaciae poenas dedere, proponens exempla, vividioribus coloribus pulcherrime depicta.

Descende caelo, dic age tibia
Regina longum Calliope melos,

MUSIS DEDITVM POETAM OSTENDIT Venet. 1492. Locher.
M. D. SE POETA OSTENDIT Asc.
AD MVSAM CALLIOPEN Cod. Goth.
HYMNVS IN MVSAS Cod. Guelf.
Vand. A, B, C, φ, γ, H, AD CALLIOPEN MVSAM; V, AD LYRAM VEL POTIVS AD MVSAM.

v. 1. *et dic* vulgo. Sed aberrat *et* a vetusto cod. Cuning. Itaque is eiecit, secutis San. Ion. Sivr. Recte! in hac sensus vehementia nimium languet illud *et.* Vand. S, *caelo, dic, age;* T, *caelo, dic et age.* — *et dic* legitur in Cod. Goth. et Guelf. Doeringus retinet, aliique plures. 'Sed quum plane abundet h. l. particula coniunct. delenda videtur.'

---

v. 1. Sollennis Horatio Musarum invocatio in argumento gravi ac sublimi. Vid. I, 12 et eiusd. libri c. 24. Laudant Alcmanis fr. apud Hephaest. p. 22. *Μῶσ' ἄγε Καλλιόπα, θύγατερ Διός, ἄρχ' ἐρατῶν ἐπέων, ἐπὶ δ' ἵμερον ὕμνῳ καὶ χαρίεντα τίθει χορόν.* Stesichori apud Vrsin. p. 79. *Δεῦρ' ἄγε Καλλιόπεια λιγεῖα.* *Calliopen* cum delectu huc advocari, quandoquidem ei Musarum principatus deferatur, (Hesiod. Theog.

Seu voce nunc mavis acuta,
Seu fidibus citharaque Phoebi.
Auditis? an me ludit amabilis
Insania? Audire et videor pios

v. 5. *Audistis* Lips. 1. a m. pr. — *Audiris?* vulgata lectio *Auditis?* ut sit ad sodales, de quibus nihil in carmine. Acron, Landinus et Ascensius *auditis* referunt ad Calliopen et Musas. — *Audiri* emend. Barth. Advers. XXXIX, 9. quia *audiri* se velit, Musae succinentem. Sed *audiris?* est eius, qui applicat aurem tanquam auditurus responsionem. Loquerisne? Audione te? et sibi respondet: audire mihi videor. Ita dedimus in editione Parmensi Bodoniana. FEA, cuius argumentatio plane nihil probat; vult enim persuadere, lectionem *Auditis* propterea minus recte habere, quod nullibi in hoc carmine sodales commemorarit. Vix ego crediderim tale quid Virum Doctum cogitare potuisse, quasi poeta lyricus ex huiusmodi regulis iisque ab interprete recentiore, qualis Fea est, fictis diiudicari posset.

Ingeniosum *Audiris*, sed nec vulgata lectio digna, quae conjecturae cedat indictâ causâ. Non sibi poetae canere solent, sed omnibus, quos nonnunquam compellant, tanquam praesentes. Cf. Carm. I, 37, 4.; II, 19, 2; III, 2, 1; 6, 2; 14, 1; Epod. 16, 16; Serm. II, 2, 4; Art. poet. 5. Hoc quidem loco Horatius, invocatae Musae visus sibi audire vocem, quaerit ex sodalibus, an ipsi quoque eam audiant; neque exspectata eorum responsione, ut quos adesse poëtico tantum finxerit *ἐνθουσιασμῷ*, statim sic pergit: *Audire et videor pios errare per lucos*, et quae sequuntur. Quod istorum sodalium nulla praeterea fiat mentio in carmine, quis miretur, cum materia, quam tractat, totus quasi occupatus poeta nihil cogitare nec velit nec possit, nisi quod ad eam pertineat? Nec fere aliter est in locis reliquis, quos laudavi, recteque id appelletur vatum commune omnium *δραματικόν*. *Bothius.*

piorum coni. vir doct. ap. Bentl. cuius molesta doctrina, ut solet, multitudinem locorum adfert, ut ostendat „*pios*" dici posse incolas Elysii. Et sic exhibet edit. Sandb. 1749. Tamquam vel tum, si intelligendi essent campi Elysii, non exquisitius „*luci pii*" dicerentur.

sabulosae coni. N. Heins. ap. Bentl. cf. Var. Lect. ad Carm. Lib. I, 22, 7. — *fabuloso*, ut ad Vulturem pertineat, coni. Torrent. et defendit I. F. Schmid, quia vix exstet mons, de quo non miracula narrentur; et credendum sit, Horatium, ambiguitatis vitandae gratia, positurum fuisse „*fabulosi*" si ad palumbes referri voluisset. Bene habet *fabulosae*.

---

79. *Καλλιόπη θ' ἡ γὰρ προφερεστάτη ἐστὶν ἁπασέων*) quod volunt plerique intpp. promiscue fere Horatio Musarum nomina poni, patet vel ex I, 12, 2. quod carmen argumenti dignitate haud nostro inferius est. *Caelo* eam devocat, quod et ipsa Musarum sedes est Olympus, unde Homero Il. β', 491. *Ὀλυμπιάδες* audiunt. Laudant et Ennianum versum: *Musae, quae pedibus magnum pulsatis Olympum.* Insulse autem antiqui interpretes huic cum superiori carmine nexum intercedere commenti sunt, ita quidem, ut Musam *caelo descendere*, h. e. „de Diis loqui desinere et a Iunonis sermonibus, quos in caelo habuisse eam ostenderat, transire" iubeat poeta. — *Regina*, *ἄνασσα*, communi Dea-

---

ACR. [*Desc. caelo*] i. e. desine loqui de iis. Propterea dixit *descende caelo*, tanquam iam velit Musam transire a verbis Iunonis, quae eam velut in caelo habuisse ostenderat. Ordo est: *Tibia, de-*

POR. [*Descende cael., dic age tibia*] invocat Musam, ut se iuvet in carminibus; sed quod ait: *Descende caelo*, ad illud pertinet, quod

Errare per lucos, amoenae
Quos et aquae subeunt et aurae.

---

rum epitheto. Hoc enim munus habet, tanquam heroici carminis praeses. — *Dic melos*, cane carmen, *longum*, longe duraturum, perenne; quod quidem nihil arrogantiae habet, cum illud carmen a Calliope dici cupiat. *Tibiam* et *citharam* cumulat poeta (ut I, 1, 32. et I, 12, 1.) quoniam ad utramque carmina lyrica canebantur.

E consilio, quo hanc Horatii editionem edendam suscepimus, nullam interpretum observationem praeterire debemus, quae notatu digna est, quamvis huiusmodi officium nobis impositum multis laboret difficultatibus, nobisque haud raro plus incommodi quam commodi praebeat: v. c. nihil impedit, inquit *Doeringus*, quominus *longum melos* de carmine ampliore et copiosiore explicetur; quo longius enim et uberius Musa canebat carmen, eo maior poetae illud audientis debebat esse delectatio. — v. 3. *voce acuta*, *ὀπὶ λιγυρᾷ*, *λιγείῃ*, clara, arguta; unde *λιγαίνειν* Anacr. XXX, 3. — *fidibus citharaque*, pro, fidibus citharae; nam alterum declarative subiicitur. — *Phoebi*, conf. I, 21, 12. et 32, 13.

v. 5—8. *Auditis*, sc. Musarum cantum? Alii adventantem cum cantu Calliopen, quae adeo poetae invocanti praesto sit, significari autumant, nescio quam commode (Mitsch. adnotat ad h. l.); quum poeta ipse statim in loca, Musis frequentari solita, sese abreptum fingat. Pessime autem post Acronem quidam ad Calliopen et ceteras Musas referunt: „auditisne me vocantem?" — *an* enthusiasmo correptum deludit vana imago? an decipior falsa specie? *Insania* praeclare de animo sublimium phantasmatum vi ac copia conturbato, qui excelsiore spiritu incensus, expulso humano sensu, (Claudian. R. P. I, 5.) furentis instar, extra se rapitur. Iam *amabilem*, dulcem, iucundam, istam insaniam profitentur poetae, cum quod divinitus ea afflari credatur, (II, 19, 6. *plenoque Bacchi pectore* turbidum laetatur) tum quod homines Deorum consortio admoveat, ut h. l. Cf. I, 1, 30.

De insania poetica Plato in Phaedro haec dicit: *τρίτη δὲ ἡ ἀπὸ Μουσῶν κατοχή τε καὶ μανία λαβοῦσα ἁπαλὴν καὶ ἄβατον ψυχὴν ἐγείρασα καὶ ἐκβακχεύουσα κατά τ' ᾠδὰς καὶ κατὰ τὴν ἄλλην ποίησιν, μυρία τῶν παλαιῶν ἔργα κοσμοῦσα, τοὺς ἐπιγινομένους παιδεύει. ὃς δ' ἂν ἄνευ μανίας μουσῶν ἐπὶ ποιητικὰς θύρας ἀφίκηται πεισθεὶς, ὡς ἄρα ἐκ τέχνης ἱκανὸς ποιητὴς ἐσόμενος, ἀτελὴς αὐτός τε καὶ ἡ ποίησις ὑπὸ τῆς τῶν μαινομένων ἡ τοῦ σωφρονοῦντος ἠφανίσθη.*

Videor mihi *errare per lucos*, in Musarum nemora abreptus, ibique *audire* Musas canentes. Nemorum autem Musis per Heliconem et cetera loca, ipsis consecratorum satis frequens apud poetas mentio, cuius

---

scende caelo et Calliope regina, age, dic longum melos. *Melos* autem specialiter dici volunt cantum pastoralem, est autem indeclinabile neutrius generis. [*Acuta*] sonora, liquida, conveniente melodiis. [*Auditis*] dum ad solam Calliopen loqueretur, dixit *auditis*: Vos, o Calliope, precor, adspirare canenti et quasi deae praesentiam se sentire ait, tanquam venerit invocata, quod appellabatur *ἐνθουσιασμός*. [*An me lud.*] velut interrogans sodales suos posuit, i. e. an dum spero me audiri a te, erro et non audior, i. e. decipior dulci amore poetico? Ordo est: *Videor audire et videor errare per pios lucos*, i. e. videor mihi audire, sc. cantus vestros. Tanquam diceret, vere audio cantus

velit iam transire a Iunonis sermonibus, quos in caelo habuisse eam ostenderat. [*Auditis*] hic distinguendum et pronunciandum interrogativa figura. Dicit autem audire se vocem Musae cantus, aut numquid hoc imaginor errore mentis, quem nimio poeticae studio concepi. [*Audire et videor pios*] hic pios dixit pro diis et hoc pro Musis dictum

Me fabulosae Volture in Appulo
Altricis extra limen Apuliae

v. 10. *Nutricis* Acr. Por. Comment. Cruq. tres Lamb. Pulm. 1, 2, 3, 5. duo Blandd. et Mart. Cruqu. Torrentii omnes praeter unum, unus Bersm. multi Bentl. Sax. Gott. Brod. Lips. 1, 3, 4. Helmst. Altt. Zar. Flor. 1482. Venett. 1478. 1486. 1492. Locher. Ascens. Baxt. Magis etiam probant, licet non ediderint, Lamb. Cruq. Torr. Sed *Altricis* Bentl. 1, 2, 6. et multi alii, antiquiss. Bland. et (praeter tres) reliqui omnes Cruquii, unus Torrentii, Lambin. omnes praeter tres, Pulm. 4. omnes Fabric. Mentel. Fran. Lips. 2. Dess. 2. Mediol. 1477. 1486. 1502. Venet. 1495. 1590. Basill. Lamb. Cruqu. Torr. Steph. Fab. Rutg. Fabr. Heins. Dacer. Bentl. Cun. San. Ion. Sivr. Prior lectio haud dubie ex interpretamento est, inductaque ab iis, qui de femina acciperent; licet vel sic „*altricis*“ bene habeat. Probabilius est „*nutricis*“ esse factum ex „*altricis*“ quam contra.

Vand. A, *Nutricis extra limina* (corr. *limen*) *Apuliae* (in interstitio legitur *Puliae*); H, Q, O, *Altricis*; B, M, *Nutricis*, var. *Altricis*; al. omn. *Nutricis*. V. * — Cod. Goth. *nutricis*. Cod. Guelf. *altricis*.

Bothius corr. *Vulture in abdito*. Pro *abdito*, litteris versis, scriptum forte *appito* ita, nisi fallor, degeneravit; quo genere corruptionis scatent libri. Aptissimum autem sententiae *abdito*, siquidem in solis vulgoque incognitis locis versari et miracula sua promere amant poetae. Horat. Carm. II, 3, 5.:

Seu moestus omni tempore vixeris,
Seu te *in remoto gramine* per dies
Festos reclinatum beâris
Interiore notâ Falerni.

et similiter 19, 1.:

Bacchum *in remotis* carmina *rupibus*
Vidi docentem.

et III, 25, 12.: Ut mihi *devio* Ripas et *vacuum* nemus Mirari libet. Sallustius Iug. 12.: scrutari *loca abdita*, et 38.: *abditas regiones*. Cic. ad Att. 15, 16.: Loca venusta sunt, certe, et, si quid scribere velis, ab arbitris libera. Seneca Hippolyt. 778.: *Te nemore abdito* — Cinget turba licens etc. Plinius de elephantis 8, 5.: Pudore nunquam nisi *in abdito* coëunt.

Inter lineas autem supra *Apuliae* legitur *Puliae*, de quo sic Vanderbourgius: „*Pulia* seroit-il le nom de la nourrice d'Horace? (Quid autem hoc nominis? an voluit fortasse *Publia?*) Je le croirois sans les observations très-judicieuses qui ne permettent guère de supposer qu'il a voulu nous transmettre ce nom. Toutes les autres circonstances de l'avanture et en particulier l'*animosus infans* du v. 20. semblent en effect présenter le poète comme échappé à la garde de sa nourrice, lorsque cette aventure lui arriva, et c'étoit l'opinion des vieux scholiastes.“

Apulliae Lamb. Torr. Brut. timentes scilicet metro. In „*Apulia*“ secunda semper ab poetis producitur, cum in „*Apulus*“ corripiatur. Hoc tamen certissimum, corruptelam esse in *Apuliae*. Non, quo minus conveniant „*Vulture in Appulo*“ et: „*extra limen Apuliae*“: sed quia fieri non potuisse sentio, ut poeta tam elegans statim post „*Appulus*“ poneret iterum „*Apuliae*.“ Bentl., qui mulierculam intelligit altricem, nec tamen putat „*Apuliam*“ esse posse nomen proprium, coni. *limina sedulae*. Audacissima — Mediusfidius! emendatio.

limina villulae coniect. ap. Iones. Credere possis fortasse poetam scripsisse: *Altricis extra limina patriae*, ut altrix patria (sicut Virg. Aen. III, 273. *terra altrix*) sit vel *Apulia*, vel, quod magis placere possit, ager Venusinus (ubi natus et altus esset), extra cuius limen, h. e. territorium (quale cuivis coloniae esset) exerrasset puer. Facile *a* e *limina* voci sequenti adhaerere et ex *apatriae* fieri potuit *Apuliae*. Facile etiam potuit quis ad patriae adscribere scholion „*Apuliae*“ et hoc post in tex-

Ludo fatigatumque somno
Fronde nova puerum palumbes

tum inferre librarius; cui etiam in oculis et animo esset praecedens Appulo. Triplici difficultate hic locus laborare visus est. Primum enim offendit vv. *Apulo* et *Apuliae* vicinitas, de qua vid. ad I, 3, 28. Porro in metro variato: Appŭlus et Apūlia haerent, quod tamen aliis exemplis defendi potest. Sic *Sīcānus*, *Sĭcănus*, *Sīcănus*, *Sīcānia*, *Ĭtalus*, *Ītalus* etc. vid. Grotef. Gr. lat. II. p. 58. Denique addunt, si *Apulus* ille mons sit, rem in eo gestam *extra limen Apuliae* accidisse dici non posse; quod tamen bene removit Mitscherl. *Vultur* enim mons est *Apuliae*, cuius tamen iugum in Lucaniam porrigitur. Hinc recte mons *Apulus* dicitur, in quo tamen nimis progressus fines Apuliae exire potuit.

v. 12. *palumbae* Cun. ex Venet. 1478. in qua est *palumbe*.

---

quidem figmenti origo a secessu, ut ita dicam, poetico videtur repetenda; quo magis mireris, Elysii lucos a quibusdam hic intelligi. — *pios*, profanis inaccessos, quos pios tantum vates intrare licet; vel simpliciter sacros, Musis ἀνειμένους. Ita *sacras* earundem *silvas* vocat Sil. XIV, 29. — *quos aquae amoenae subeunt*, intrant, praeterfluunt, et *aurae amoenae*, lenes, Zephyri mulcent, perflant. Ita secessum suum Tiburtinum adumbrat IV, 2, 10. 11. Ceterum ad hunc locum respexisse putandus est Auctor dial. de causs. corruptae eloqu. c. 12. *Nemora vero et luci et secretum ipsum tantam mihi afferunt voluptatem, ut inter praecipuos carminum fructus numerem, quod nec in strepitu — componuntur; sed secedit animus in loca pura atque innocentia; fruiturque sedibus sacris.*

v. 9. Praeclaro artificio argumenti tractatio ita exordio adnectitur, ut transitus ludibundum potius poetam quam in certo quodam argumento occupatum defixumque prodere videatur. Quum enim Musas sibi invocanti praesto esse intelligeret, vivide huius rei sensu percussus inflammatusque pristinorum, quae sibi ab iisdem inde a tenerrima aetate obtigerint, beneficiorum memoriam grata mente recolit, atque ita suo ipsius exemplo sententiam, quae huius carminis primaria est, luculentissime comprobat, illos, qui Musarum sese addixerint patrocinio, imperturbata securitate frui. Ordinem verborum hunc tene: *Me puerum* aliquando *in Vulture Appulo ludo somnoque fatigatum fabulosae palumbes n. fr. texere.* — *Palumbes fabulosae*, quarum plura in fabulis ministeria occurrunt, quae narrationi mirationem faciunt, prodigiosae; apposito h. l. epitheto. vid. ad I, 22, 7. — *Vultur* s. *Vulturnus*, mons in finibus Apuliae, cuius iugum in Lucaniam porrigebatur. In hoc igitur, quod *extra limen*, fines *Apuliae*, *altricis suae*, h. e. quae patria ipsi esset, protenditur, ferocioribus animalibus infestum (vid. ad v. 18.) Horatium puerum evagatum cogita.

Iam cur *palumbes fabulosas* dicat, si quis ex me quaerat, responderem, eadem ratione dici *fabulosas palumbes*, qua ratione *fabulosus*

---

et lucis intersum aut errore mentis imaginor, quem studio concepi poetico aut certe per amoenos lucos Elysii vere video Musas errare. [*Vulture*] Vultur mons Apuliae. *Fabulosam* vero *nutricem* appellavit, quod hae fere alumnis suis narrare fabulas solent. Ordo est: *Me puerum fatigatum somno et ludo texere palumbes nova fronde in Vulture Apulo, extra limen fabulosae Apuliae, meae nutricis.* Provinciae no-

est. [*Me fabul. Vult. in Ap. Nutr. extr. limen Apul.*] Vultur mons in Apulia, ubi dicit se poeta educatum a nutrice, quam fabulosam appellavit, quod nutrices alumnis suis fere fabulas narrare soleant. [*Ludo fatig.*] Ordo est: *Me puerum fatigatum ludo et somno texere*

Texere, (mirum quod foret omnibus,
Quicunque celsae nidum Acherontiae,
Saltusque Bantinos, et arvum
Pingue tenent humilis Forenti)

v. 13. *mirum quod — Forenti* parenthesi inclusit Sanad.
14. *Acheruneiae*, *Acheruntiae*, aberr. — 15. *Batinos* quid. mss. ut Helmst. Lips. 1. a m. pr. et ipsi Scholl. oppidum Batinam vocantes ac derivantes a Bato (vel Batino) flumine, ut aiunt, Lucaniae. Sed *Batum* flumen est in Bruttiis, Batinum in Picenis. Interim Batinos scribunt et Venett. Ascens. Locher. Basill. Fabr. Rutg. etc. *Bathinos, Balthinos, Palthinos*, errores. Recte optimi *Bantinos* (sic esse legendum, inquit Lambinus, et veteres codices pervincunt et Plinius confirmat Lib. III. c. 11.) — Quin et in monumentis Ecclesiasticis occurrit *Bantinum Monasterium* Ordinis S. Benedicti, aedificatum a Normannis in Acheruntino Archiepiscopatu; *ut ex privilegio Rogerii Ducis apud Baron. ad ann.* 1090. n. 23., cuius Basilicam S. Mariae dicavit anno 1088. Urbanus II, teste Mabillon. Ann. Bened. Tom. V. lib. 67. p. 249.: et cuius in alio diplomate Urbani II. apud Baron. l. c. n. 2. nominatur Urso *Bantinus Abbas*. Aliud privilegium Paschalis II. anni 1103. ap. Ughell. Ital. Sacra, Tom. VII. col. 30. ed. Ven. 1721. et Bullar. Rom. ed. Rom. 1739. Tom. II. pag. 123. datum est *Abbati Coenobii S. Mariae, quod apud Bantium situm est.*

Bantia, autre ville d'Apulie, sur les confins de la Lucanie, étoit célèbre par ses bois et ses pâturages. L'abbé Chaupy reconnoit sa situation dans celle de l'abbaye de *Vanzo*. (Découverte de la maison de campagne d'Horace, III, 541.)

16. *Ferenti* vulgo. Sed *Forenti* quid. mss. et edd. vett. ap. Cun. Mentel. Lips. 1, 2, 4. Dessss. et sic Cun. San. Recte, cf. Plin. III, 11. — Vand. A, γ, I, M, P, *Forenti;* C, idem, corr.; V, *Ferenti*, corr.; O, *Ferenti*, corr. in *Tarenti*. Al. decem *Terenti*.

Vulgo legitur *Ferenti*. Hodie dicitur *Forenzo:* oppidum longe diversum et dissitum a *Ferento* in Etruria, de quo Vitruvius II, 7.; et a *Ferentino*, de quo Epist. I, 17, 8. ibique cf. *Sicklerus* in triginta tabularum aeri incisarum descriptione pag. 33. (*von C. Frommel:* Karlsruhe im Kunstverlag.) — *Florenti* Fran. — *Tarenti* Cod. Guelf.

Hydaspes appellatur et *fabulae Manes*, nempe quia de iis multa fabulantur poetae. Quamobrem vero se dicat lauro et myrto palumbis esse tectum, ne obscura quidem causa est: Primum enim laurus, quae Apollinis est, significabat, eum poetam futurum, deinde myrtus, quae Veneris, res amatorias et proelia virginum et iuvenum curas cantaturum.

v. 11. *somno*, cui diu reluctatus fuerat, *fatigatum*, oppressum, victum. Notissima Homeri (Il. κ', 98.) καμάτῳ ἀδδηκότες ἠδὲ καὶ ὕπνῳ. Ita Hercules ὕπνῳ βεβαρημένος, *somno gravatus* (Virg. Aen. VI, 520.) audit in epigr. ἀδεσπ. 285. (Anal. Br. III, 210.)

v. 12. *fronde nova*, recentibus lauri et myrti ramis. Qui *altricem* nutricem Horatii intelligunt, *Apuliam* vel pro nomine illius nutricis habent, vel accipiunt pro *Appula*, sicut dicatur *terra Graecia*. De nu-

---

men posuit pro nutricis, quia inde Horatius fuit. [*Fronde nova*] viridi, non antiqua, nec arida, quae odore et umbra somnos nutriret. Sic Virgilius: *Floribus et dulci adspirans complectitur umbra.* [*Acherontiae*] *Acherontia* civitas est Apuliae contermina Lucaniae, quam ob hoc ni-

palumbes nova fronde in Vulture Apulo extra limen Apuliae fabulosae nutricis: provinciae nomen pro nutrice posuit. [*Quicunq., celsae nid. Acheront.*] *Acherontia* oppidum est Lucaniae, quam *nidum* appellat,

Vt tuto ab atris corpore viperis
Dormirem et ursis; ut premerer sacra
Lauroque conlataque myrto,
Non sine Dîs animosus infans.

v. 19. *Lauruque* Cun. *collectaque* quid. ex interpr. — 20. Post *myrto* punctum ponit Acr. et iungit: ego qui eram *non sine — infans*, nunc *vester*, vid. ipse in scholiis h. l. adpositis. — *Non sine Dîs animosus. Infans vester* etc. Landin.

---

trice, quam poeta h. l. commemorarit, plane ne cogitandum quidem; sane etiam extra domum nutricis fuit, cum esset in Vulture. Et cur memoretur *nutricis* domus, nec potius patris? — *Altrix Apulia* procul dubio patriam terram designat. Sed quomodo *Vultur Appulus* est idem *extra limen Apuliae?* Respondent, fuisse quidem Vulturem montem Apuliae, ad quam potior eius pars pertineret, sed parte sui aliqua procurrisse in Lucaniam, cuius in confinio situs esset; in hac parte dormivisse puerum. Nobis poeta declarare velle videtur, se lusum exisse in *Vulturem Appulum* ac ibi denique *extra limen*, fines, Apuliae, in eos montes clivos, qui in Lucaniam porrigerentur, *evagatum*, ad dormiendum ibi recubuisse. Cf. I, 22, 11.: *ultra terminum vagor.*

v. 13—16. Iam quod generatim erat: quod mirum videretur Vulturni accolis, pro hoc, quo res vero esset propior, speciatim percenset, qui illud viderint, regionis istius incolas. *Acherontia*, *Bantia* et *Forentum*, (nunc *Forenza*) oppida in confinio Apuliae et Lucaniae sita; unde alii huic, alteri regioni alii ea adsignant. *Nidum Acherontiam* (hodie *Acerenza)* vocat, nidi instar in declivi montis (forte ipsius Vulturni) haerentem, excelsam. *Ithacam in asperrimis saxulis affixum* nidulum eadem ratione vocat Cic. Orat. I, 44. — For. *humile*, depressum, in valle situm.

v. 17. Mirabantur, *ut*, quomodo in regione saevissimis feris infestata tam confidenter somno indulgerem. — *corpore tuto*, tutus, nihil timens *a viperis et ursis.* — *atris*, venenatis. Perpetuum veneni epitheton. — v. 18. *Vrsos* Lucaniae tribuit etiam Ovid. Halieut. 57.

---

dum appellavit, quia parva est et in montis constituta summitate, sicut nidi avium in summis arboribus. [*Saltusq. Bat.*] *Batina* civitas est Apuliae, contermina Venusinae civitati. Huius territorium pascuis amoenatur, cui campi subiecti sive vicini sunt, qui Matini appellantur nunc abusive. [*Humilis Ferenti*] *Ferentum* oppidum est Apuliae, Venusinae civitati vicinum, quod humile appellavit, quia in valle situm est, sed nunc sine habitatore est. [*Premerer*] tegerer, defensarer. [*Sacra lauro, collataq. myrto*] Laurum sacram ait non propter solum Apollinem, sed etiam propter se, eo quod parvus extra limen Apuliae expositus, lauro et myrto columbis deferentibus tectus sit, in omen futuri poetae. Laurus enim dicata Apollini est et myrtus Veneri, quae lyrae erat et luxurioso futura, dum lyrico carmine res Venereas describeret. [*Non sine diis animosus*] impavidus, ut: *Animosum pectus*,

quod parva est et in summo monte constituta, sicut nidi avium in summis arboribus solent esse. [*Saltusque Batin.*] *Batina* oppidum est in Apulia. [*Et arv. Ping. tenent humil. Ferenti*] *Ferentum* oppidum est et ipsum in Lucania, quod ideo humile appellavit, quod in valle est positum. [*Vt prem. sacra Lauroq. collataque myrto*] *sacram laurum* non ideo tantum dixit, quod sit in tutela Apollinis, sed etiam quod velit se divinitus ea coopertum a columbis intelligi. [*Non sine Diis anim. infans*] ideo quia solitudinem nemoris non expaverat, cum esset

Vester, Camenae, vester in arduos
Tollor Sabinos; seu mihi frigidum
Praeneste, seu Tibur supinum,
Seu liquidae placuere Baiae.

v. 24. *placidae* Porph.

Foedus Lucanis provolvitur ursus ab antris; ut vel inde colligas, Vulturnum in Lucanos exiisse. — *premerer*, multo significantius, quam tegerer, magnum enim frondium in eum *collatarum* s. congestarum copiam animo subiicit. Factum autem hoc in omen futuri poetae, uti optime Scholl. expediunt. *Non sine Diis*, *οὐκ ἀθεεί.* (v. c. Od. σ', 352.) Musarum praesidio *animosus*, fretus, audax.

v. 21. *Vester tollor*, pro, vestrae tutelae confido, vos me tutamini, dum proficiscor, eo, peto *Sabinos*, agrum meum in Sabinis. Pro hoc magis proprie est *tollor*, ad naturam Sabinae regionis, quae montosa est (Strabo V. p. 348. C. unde et *ardui S.* h. l.) et Roma illuc proficiscentibus per adclivia enitendum erat. — *seu mihi placuit*, lubet proficisci, seu petam. — v. 23. *Praeneste*, (hodie *Palestrina)* Latii oppidum in monte situm, *(altum* inde Virg. Aen. VII, 682. cf. Strabo V. p. 365.) quo aestate secedere solebant Romani, frigoris captandi gratia. — v. 24. *Tibur supinum*, in declivi collis parte positum. Cf. infra 29, 7. et de Tiburtinae regionis amoenitate I, 7, 12 sqq. et II, 6, 5 sqq.

v. 24. *Baiarum* sinus in amoenissima Campaniae ora, miti aëris temperie, aquarumque salubritate (unde *liquidae* h. l. dictae) celebratissimus. Epp. I, 1, 83. *Nullus in orbe sinus Baiis praelucet amoenis. Principes* ideo dictae Martial. VI, 42, 7. *vaporiferae*, (ob aquas calidas, Cf. Strabon. V. p. 373.) *blandissima litora*, *Baiae*, Stat. Silv. III, 5, 96. Hieme atque ineunte vere Romani ibi desidebant. Ceterum totius loci sententiam pervertit Gesnerus, dum Horatium secessus illos frigidos aestate, hieme tepidos, quaerere se non voluptatis et ignobilis otii causa, sed ut cum Musis et in literis versari sine interpellatione possit, ostendere putat, prave utique accepto *vester* pro, in vestro (Musarum) otio, vestris deditus studiis.

v. 25. *Amicum*, addictum, gaudentem *vestris fontibus et choris*, vestro sodalitio, consortio, pro, me poetam. Musas enim ad fontes ipsis sacros choreas indefesso studio agitantes exquisitum poetarum exhibet phantasma. Hesiod. Theog. 2 sqq. *αἵ θ' Ἑλικῶνος ἔχουσιν ὄρος — καί τε περὶ κρήνην ἰοειδέα πόσσ' ἁπαλοῖσιν ὀρχεῦνται — καί τε λοεσσάμεναι*

---

honesti Spadices. Ordo est: *Camenae*, *ego infans animosus*, *non sine diis*, *vester*, *tollor in arduos Sabinos* etc. Prodigium autem favore divinitatis et securitatis suae fuisse confirmat, tanquam si numen sibi inesse velit intelligi. Ubicunque sum, inquit, vester sum, o Musae, cuius infantiam vos custodisse manifestum est, significans quod ubique nihil aliud, quam studia, scribendo carmina, Musarum colat, ut est: *Me vero primum dulces ante omnia Musae*, *Quarum sacra fero*, *ingenti perculsus amore*, *Accipiant.* [*Supinum*] montuosum, ut: *Collesque supinos.* Situm autem civitatis descripsit, quia in adscensu montis est constituta. [*Seu liquidae*] Aut in aquis constitutae, aut deliciosae sive

et solus et infans, quod ipsum prodigium dicit divinitatis cuiusdam, quam in se esse intelligi vult. [*Vester*, *Cam.*, *vester in ard. Toll. Sab.*] ubicunque, inquit, sum, vester sum, o Musae, cuius infantiam manifestum est vos custodisse. Per hoc autem significat, se, ubicunque fuerit, nihil aliud quam studia Musica colere. [*Seu Tib. sup. Seu placid. plac. Baiae*] supinum, inquit, Tibur, ad situm eius montes adspiciens, nam

Vestris amicum fontibus et choris,
Non me Philippis versa acies retro,
Devota non exstinxit arbor,
Nec Sicula Palinurus unda.

v. 27. *arbos* omnes prope editt. inprimis recentt. invasit. Putare solent editores, se sic ornare poetam. Sed *arbor* omnes Lamb. Bentl. Pulm. et nostri; haud dubie et ceteri inveniebant in suis. Item sic plurimae editt. vett. ut Venett. Locher. Asc. prima Ald. aliaeque ap. Cun. it. Lamb. Heins. Bentl. Ion. Cun. San. Sivr.

28. *Non* S. Helmst. Lips. 4. Cod. Guelf.

τέρενα χρόα Περμησσοῖο ἀκροτάτῳ Ἑλικῶνι χοροὺς ἐνεποιήσαντο καλούς, ἱμερόεντας, ἐπεῤῥώσαντο δὲ ποσσίν. Vnde pro vulgato, inter Musas versari est, choros cum Musis celebrare, ut h. l. Similiter Propert. II, 10, 1. *Iam tempus lustrare aliis Helicona choreis.* Eidem *Graii chori*, Graecorum poetarum carmina dicta III, 1, 4.

v. 26. *Acies retro versa*, inclinata, in fugam conversa, omnino pro, clades apud Philippos accepta me non exstinxit, salvus ex ista clade evasi, idque Musarum beneficio. A Mercurio se exemptum isti cladi memorat II, 7, 13. — *Philippi*, urbs ab Philippo, rege Macedoniae, exstructa, in cuius vicinitate Octavianus et Antonius cum Bruto et Cassio dimicarunt, omne discrimen de summo imperio obtinendo motum armis dirempturi. Imperatores pro patriae salute pugnantes in praelio cruentissimo cecidere, atque una cum iis occidit rei publicae libertas, mox severiores mores, amor patriae, omnis virtus, quibus in animo humano exstinctis vita hominis interna moritur. Nostris temporibus Polonia pariter ac Roma tum temporis non sine gloria diem obiit supremum! — Horatius memor illius sententiae: *dulce ac decorum pro patria mori*, a Bruto legionis princeps (tribunus militum vid. Sat. I, 6, 48.) creatus fortiter Octaviano resistere, nec sibimet ipsi parcere, imo potius periculum vitae periclitari. Quum vero intelligeret, fusis legionibus, adeoque militibus in fugam datis, frustra se pugnare, diutius stare non posse, salutem in fuga petivit. Ceterum satis ridicule ab nonnullis interpretibus culpatur tanquam vir mollis sive potius homo nullius virtutis bellicae, utrumque falsum, ut quisque facile intelliget: cf. Epist. I, 20, 23. coll. Epist. II, 2, 49 sqq.

v. 27. *Arbor devota*, exsecrabilis, diris devovenda, utpote quae dominum suum oppressura esset. Casum istum celebravit II, 13.

v. 28. *Palinurus*, promontorium ad extremum sinum Veliensem in Lucaniae ora, naufragiorum periculis infame. Nomen ei a Palinuro, Aeneae gubernatore, obtigisse, notum vel e Virg. Aen. VI, 381. Iam

---

puri aëris. [*Vestris amicum fontibus*] Ordo est: *Me amicum vestris fontibus et choris non exstinxit Philippis acies*, *versa retro: non devota arbor*, *nec Palinurus Sicula unda.* Philippis enim a Bruto et Cassio dimicatum est, in quorum parte Horatius fuit. [*Palinurus*] promontorium est Siciliae, non a Palinuro Aeneae gubernatore dictum, sed ab Hannibale, ubi redeuntem se Horatius de Macedonia periclitatum

in latere montis constitutum est. [*Vestr. amic. fontib. et choris*] sub Bruto se militasse Horatius saepe ostendit et periclitatum, cum ab Augusto partes eius fusae sunt. Quod periculum nunc ait praesidio Musarum se evasisse, [*Devota non exstinx. arbos*] devota, nunc evitanda ac per hoc exsecrabilis et detestabilis. [*Nec Sicul. Palin. unda*] Ostendit se etiam in mari circa Palinurum promontorium periclitatum.

Vtcunque mecum vos eritis, libens
Insanientem navita Bosporum
Tentabo et arentes arenas
Litoris Assyrii viator.

v. 30. *Bosphorum* multi, sollenni errore. *Bosporon* Cun. — Vand. M, Q, *Bosforum;* al. omn. *Bosphorum.* — 31. *urentes* (viatoris vestigia, fervidas, ardentes) quid. Lamb. Pulm. 1, 2, 3, 4. unus Bland. et Mald. Cruqu. duo Bersm. Bentl. 2, 6. libri Fabr. Gott. Lips. 1, 2, 4. Helmst. Alt. 2. Dess. 1. Bentl. quidam, ut 2, 6. Locher. Fabr. et praefert Barth. Advers. XXXIX, 9. Sed *arentes* (sic Cod. Guelf.) et auctoritate superat et est gravius. — *ardentes* coni. With. — Vand. A, γ, *urentes*, confirm. glossa. E, M, R, *urentes;* I, V, O, *urentes*, var. *arentes;* al. omnes *arentes.* — Fea quidem lectionem *arentes* frigidam dicit, eamque, indicta causa, repudiat, collata Virg. Ecl. I, 65 sqq.

Palinurus pene *exstinxit* Horatium, tempestate ad illud coorta et nave inde ad eos scopulos allisa. Cuius periculi cum nullibi poeta meminerit, frustra eos agere arbitror, qui de tempore, quo Horatius ibi periclitatus sit, dispiciendo anxie laborant. Factum illud esse, quum e Macedonia Italiam redierit, plurimi post Acronem statuunt. Sanad. illam tempestatem intelligit, quae Octaviani Siciliam a. u. DCCXXVI. petituri classem ad Lucaniae oram repulerit. Sane, si Horatium expeditioni isti interfuisse constaret, simul omnis, quam *Siculae undae* mentio infert, expedita foret difficultas, maxime si statuas, classem istam a Siculo inde mari tempestate reiectam fuisse. Quod tamen uti temere ponitur, ita multo melius cum poeta agi arbitror, si eum geographicarum subtilitatum incuriosum, fines maris Siculi paulo longius extendisse dicas.

v. 29. *Vtcunque*, dummodo, quandocunque *vos mecum eritis*, vos viae comites habebo, *libens*, audacter, *navita* ac *viator*, terra marique periculosissima loca ferissimasque gentes adibo. Eadem sententiarum progressio I, 22, 17 sqq. Iam, quo acrior ac vividior istorum periculorum feriret sensus animum, specialibus rem exornatam dedit notionibus poeta. Maris pericula designat a *Bosporo* Thracio, *insaniente* fluctuum ac ventorum aestu, procelloso. Conf. II, 18, 14. et 20, 13.

v. 31. *tentabo*, delectum verbum ad declarandam audaciam, (v. ad I, 28, 5. adde Catull. XI, 12.) qua navigatio illa periculosissima instituitur. — *arentes aren. lit. Ass. viator*, iunge, tentabo *arentes arenas*, arenosa deserta, *viator lit. Ass.* iter faciens per *littora*, *θῖνας*, areno-

---

dixit, quia est navibus periculosus locus. [*Vtcunque*] Ubicunque. Saepe enim veteres *ut* pro *ubi* ponebant, ut Virgilius: *Caesis ut forte iuvencis.* [*Navita*] nusquam hic pro navigante posuit. [*Bosphorum*] mare, sic a natatu bovis dictum. [*Et arentes arenas*] calentes. In Assyria enim, regione Persarum, vehementior est Sol, ubi et Antonius, dum ad Cleopatram vult reverti, morbo exercitum perdidit. [*Litoris Assyrii viat.*] Ordo est: *Et ego viator libens visam arentes arenas Assyrii litoris et Britannos feros hospitibus et Concanum laetum equino sanguine.* Litus etiam camporum extremitatem veteres dicebant. Virgilius: *Iacet ingens litore truncus.* Et: *Cui litus arandum, Cuique loci leges dedimus.*

[*Vtcunq. mec. vos eritis*] utcunque pro ubicunque accipe. *Vt* enim veteres nonnunquam pro tali particula ponebant, ut Virg. in quinto: *Caesis ut forte iuvencis*, pro: *ubi caesis.* Et Ovidius: *Quaque fuit tellus illic et pontus et aer.* [*Navit.*] i. e. navigans. [*Et laet. equin. sang.*

Visam Britannos hospitibus feros,
Et laetum equino sanguine Concanum;
Visam pharetratos Gelonos
Et Scythicum inviolatus amnem.

v. 34. *Conchanum*, error. *Caucasum* coni. Nic. Montan. ap. Lamb. ob difficultates in *Concanis* motas. — Vand. S, T, *Caucanum.*

36. In codice Gothano pro var. lect. haud incommode legitur: *agmen*, ita ut sermo sit de Scytharum exercitu s. manu, quae lectio sane multum habet, quo se commendet; sed quantumvis placeat, tamen vulgata retinenda; saepe enim confunduntur ex errore librariorum *agmen* et *amnem.*

---

sos cumulos Assyriae, quod copiose et ornate dictum pro, tentabo arenas seu litora Assyriae, h. e. Syriae. *Litus* enim h. l. graeco *θινὸς* significatu primario, qui est, *ὁ τῆς ψάμμου σωρός*, *arenae cumulus*, (v. Schol. ad Apollonii *Λιβύης θῖνας ἐρήμους* IV, 1384. et quem laudat doctiss. Boettiger Stanl. ad Aesch. Pers. 820.) *Assyriam*que pro Syria (uti II, 11, 16. et saepissime alibi) a poeta adhiberi, vix dubitandum videtur. Designantur adeo *Syriae Palmyrenae solitudines, quae usque ad Petram urbem et regionem Arabiae felicis appellatae pertinent*, Plin. H. N. V, 24. Has easdem vel similes alii innui quidem a poeta statuunt interpretes, sed rem longius repetunt, litore Assyrio vel pro Syria universa accepto, quatenus ea mare attingat, vel, quod arenae illae ingenti planitie undique porrectae potius litoris vel aequoris quam terrestris regionis speciem ostentent, ut Bentl., qui in hanc rem laudat Plutarch. Vit. Crass. p. 556. *οὐ φυτὸν ὁρῶσιν, οὐ προβολὴν ὄρους καθιέντος, ἀλλ' ἀτεχνῶς πελάγιόν τι χεῦμα, θινῶν τινῶν ἐρήμων περιεχόντων τὸν στρατόν.*

v. 33 sqq. *Britannos hospitibus*, in hospites, *feros*, truces, cruentos; hospites enim, si Acroni fides habenda, Britanni immolare ferebantur. Sed fortasse nihil amplius voluit poeta quam Britannos *ἀξένους*, inhospitales, gentem asperam, trucem, bellicosam. Qua eadem ratione Massagetas vocat Priscian. Perieg. 719. *Hospitibus saevos cunctis, belloque feroces. Horribiles Britannos* Catull. XI, 11. — v. 34. *Concani*, notus Cantabriae in Hispania Tarraconensi populus, a Concana urbe sic dictus Ptolem. II, 6. Ad declarandam istius gentis feritatem *laetum*, h. e. satiari Concanum ait *equino sanguine.* De quo Concanorum more, si Silii locum excipias (III, 360. *nec qui Massageten monstrans feritate parentem cornipedis fusa satiaris, Concane, vena*, in populorum Hispaniae recensu) aliunde quidem haud constat; quo minus tamen Horatio fidem detrahas, vetat Strabo III. p. 165. qui Cantabris multa cum Scythis communia esse diserte tradit. Iam vero de hoc lactis equini inter

---

[*Feros*] inhospitales. Britanni enim immolare hospites dicebantur. [*Et laetum equino sanguine Concanum*] *Concani* gens Hispaniae dicebantur, vel, ut quidam volunt, Thraciae, quibus dum vinum deesset, lacte et sanguine utebantur, de quibus ait Virgilius: *Et lac concretum cum sanguine potat equino.* [*Visam*] in omnibus subaudiendum est: *utcunque mecum eritis.* [*Pharetr. Gelonos*] Geloni Scythiae sagittis potens. Virgilius: *Et gens illa quidem sumptis haud tarda pharetris.* [*Inviolatus*] intactus Musarum tuitione. [*Amnem*] Tanain aut Istrum, de quo Virgilius: *Qua Scythicae gentes, Moeoticaque unda, Turbidus*

Concanum] Concani Hispaniae gens vel, ut alii dicunt, Scythiae, quos ostendit equino vesci sanguine, de qua Virg. sic ait: *Et lac concretum cum sanguine potat equino.* [*Et Scyth. inviol. amn.*] Scythicum amnem Tanain significare videtur. Inviolatus autem ad superiores sensus per

Vos Caesarem altum, militia simul
Fessas cohortes abdidit oppidis,

v. 37. *Caesarem altum militia*, iungit Acron et post eum Asc. Mancin. i. e. inclytum, sublimem triumphis. *Vos Caesarem, altum militia, simul.* Ita interpungendum est, quemadmodum Carolus Fea putat; non cum Aldo in editione anni 1501, quem deinde sequutum esse anno 1503. Iuntam et inde alios omnes editores vere miror scribentes: *Caesarem altum, militia simul fessas cohortes;* ut *altus* cum Acrone, Mancinello et Ascensio sit *inclytus*, *sublimis;* cum aliis magnus, excelsus: et cohortes sint fessae militia: quod quidem eleganter, quamvis elegantia Feae haud satis probare posse videatur; credit enim Ianium tale quid stupere! cui, ex more suo, „inepte“ adiecit, propriae nempe ineptiae documentum. Quid enim opus est addere, sic ille pergit, quo laborum genere cohortes sint fessae? Satisne erat dicere labores cohortium, ut labores militiae intelligerentur? Aliis scriptoribus et vulgo etiam sufficiebat. Quidni etiam Caesari laus deberetur, ut et ipse fessus militia quaereret suos simul et cohortium finire labores? Et quare Musae recreabant Caesarem, si fessus et ipse non erat? Forte quia ipse excelsus, quia Deus? Hoc Gesnerus non curavit, divina ubique eructans: quod liberalior sensus sit, Caesarem Deum fessas cohortes otio tradere, quam ipsum esse fessum. Cui responderet Horatius, ut de Arte Poet. v. 191. *Altus militia est educatus*, innutritus militia: quia a teneris annis Augustus militiae fuit addictus; vix toga virili sumpta, militaribus donis triumpho Caesaris Africano donatus est; quamquam expers belli propter aetatem, ut scribit Suetonius in vita cap. VIII. et ut Augustus ipse ait in inscriptione Ancyrana, princ.: ANNOS UNDEVIGINTI NATUS EXERCITUM PRIVATO CONSILIO ET PRIVATA IMPENSA COMPARAVI: quod Tacitus confirmat A. I, 10.: deinde fere toto vitae tempore bellis occupatus fuit; ut fuse Suetonius aliique et passim Horatius. Non aliter de Traiano loquitur Plinius in Paneg. 14 et 15. ubi postquam dixit: *Nonne incunabula haec tibi, Caesar, et rudimenta, quum puer admodum Parthica lauro gloriam patris augens, nomenque Germanici iam tum merere? — Tribunus vero disiunctissimas terras, teneris adhuc annis, viri firmitate lustrati.* addit: *Sed tanto magis praedicanda moderatio tua, quod innutritus bellicis laudibus pacem amas.* Quae tamen de interpunctione h. l. recte constituenda ab interpretibus ad h. l. adnotata leguntur, nimis pendere videntur ex cuiusvis arbitrio sive arte ratiocinandi; lectio, quam Vossius in versione sua Germanica secutus est, haud videtur spernenda.

38. *fessus* coni. Lamb. et recep. Cun. Eximie etiam placet Bentleio, ob seq. „*finire quaerentem* et *recreatis.*“ Sed, ut recte Gesn., liberalior sensus est, Caesarem Deum *fessas cohortes* otio tradere, quam ipsum esse *fessum*. Sed iam vereor, ne quis huiusmodi varietatem legendo fatigetur! — *reddidit* Iann. Farn. Lamb. cod. Achill. Stat. Pulm. 1, 5. unus Bland. et Mald. Cruqu. quatuor Torr. Bentl. 10, 13, 18, 19, 23. pro var. lect. Zar. Flor. Venet. 1486. et 1495. Probant Brut. et Barth. Adv. XXXIX, 9. et edidit Bentl. quem sequitur Sanad. Fea, Bothe. — *addidit* Sivr. et sic mei Alt. 1. Dess. 2. Cod. Goth. — *abdidit* in Cod. Guelf.

abdidit, quod multi defendunt, inquit Fea, et Iani aliique plures, quos tamen tacet, inter recentiores, tanquam aptius et doctius: ut sit ad hiemandum cohortes in oppidis collocavit. Sed quomodo, ita quidem pergit sublimis Fea, milites *fessi militia*, i. e., ut Sat. I, 1. 4. *graves annis et multo iam fracti membra labore*, dici possunt finire labores, per oppida in hiberna divisi, ut inde paucos post menses iterum in campum prodeant? Quomodo et hoc de Augusto dici poterat militia innutrito? et cur Augustus *abdidit* cohortes, quae de more in hiberna collocabantur? Haene latere tunc temporis dici poterant, ut gladiator rude donatus, *abditus agris*, Epist. I, 1, 5. quem locum ridicule huc trahunt interpretes? — Vand. A, E, γ, et quatuor al. *abdidit*; V, I, *abdidit*, var. *reddidit*; O, *reddidit*; N,

Finire quaerentem labores,
Pierio recreatis antro:

redidit; C, in litura et rec. man. *abdidit;* H, *redditis*, at. in interstitio, *addidit;* B, D, φ, S, T, *addidit*. — Bothius haud contentus Feae emendatione, alteram lectionem *addidit* praefert.

Sensus verborum eodem fere redit, sive legeris *abdidit*, sive *reddidit*. Sed quis non vehementer miretur perversum interpretum studium, quod omnia cupide amplectitur, quaecunque aliter ac lectio vulgata eaque optima ad aures sonant. Temere facit, qui scriptorem veterem classicum edendum curans magis doctrinam suam ostentare, quam scriptoris ingenium fidelis custos servare profitetur. — v. 39. *laborem* Dess. 2.

Scythas usu nihil sane pervulgatius. Quo ipso Silium l. l. inductum existimo, ut Concanos Massagetarum coloniam haberet.

v. 35. *Gelonos*, Sarmatiae populum, Borysthenis accolam. — *pharetratos*, sagittiferos, (Virg. Aen. VIII, 725.) qui nunquam sine armis vagantur, adeoque truculentos, efferos. — v. 36. *Scythicum amnem*, Tanain, adeoque Scythas, eius accolas. *Inviolatus*, tuto, secure.

Fateor mihi Codicem Gothanum conferenti lectionem *agmen* loco *amnem* valde adrisisse; vid. Var. Lect. — Priusquam tamen haec lectio in codice obvia mihi facta est, de sententia huius loci aptioribus fortasse verbis exprimenda cogitaveram. Nihilominus locum mutare audebam. Lectione autem varia in melioris notae codice reperta, altius in perscrutationem, quod adtinet verborum nexum, descendere placet. Omnes interpretes in huius loci commentatione consentiunt, *Scythicum amnem* pro fluvii accolis positum esse accipiendum. Quod si negari nequit, quidni potius accolas ipsos i. e. Scythas commemorarit? Respondes: magis poetice aut exquisitius aut tale quidquam. Minime, inquam. Ecce horum quatuor versuum ordinem in sermone pedestri hic adpositum: a) Britannos visere gestit, quamvis hospitibus feri perhibeantur; b) Item Concanum, qui sanguine equino laetatur; c) Item Gelonos, qui fere nunquam sine pharetris esse solent vel qui fere semper prompti paratique sunt ad pugnandum: d) Item Scythas, pro quibus tamen *amnis* legitur, a quibus se tutum, Musarum praesidio, fore sperat. Totius sententiae, ut quisque perfacile intelliget, cardo versatur in his: Omnes gentes sive ferociores sive cum maxime bellicosas se inviolatum visere velle. Inducit versu tricesimo quinto *Gelonos pharetratos*, h. e. milites armatura indutos. Debemus igitur de acie instructa cogitare, quod memoria teneamus, necesse esse videtur, si recte de sensu verborum iudicare volumus. Ego quidem vix crediderim, poetam eiusmodi saltus mortales facere, ut ab uno ad alterum idque antecedenti minus conforme, ut ita dicam, sine cogitationum s. idearum copula transeat. Sed iam te respondere audio: lyrice s. licentia poetica, ut videtur. Videatur. Quid igitur melius? —

---

et torquens flaventes Ister arenas. [*Vos Caesarem alt. milit.*] magnum, fortem, sive triumpho sublimem. Ordo est: *Vos recreatis Pierio antro Caesarem, altum militia, quaerentem finire labores*, simul abdidit oppidis fessas cohortes. *Fessas* hic non lassas, sed a labore quiescentes. Ad hiemandum enim de castris in oppida ducebatur exercitus. [*Abdidit*] interius recondidit. [*Finire quaerentem labores*] necessitates bellorum ad praesens relevare. [*Pierio antro*] musico secreto, ut osten-

ζεῦγμα referendum. [*Vos Caesarem alt. milit. simul Fess. coh. abd. oppidis*] etiam Caesarem altum, inquit, vos recreatis, cum in hibernis constituit exercitum; per quod etiam Caesarem studiosum fuisse poe-

Vos lene consilium et datis, et dato
Gaudetis, almae. Scimus ut impios

Eandem, inquam, ideam (cogitationem s. sententiam) de acie instructa continuare, quam ex improviso eam abrumpere, quod — re ipsa integra — fieri poterit, si *agmen*, *σύνταγμα*, acies instructa, qualis hostem aggreditur, pro *amne* legitur. Vernacule ego versum sic vertam: *Gefahrlos schau' ich Scythia's Heer, geordnet zum Kampf.*

v. 37. *altum*, in amplissimo dignitatis gradu positum, egregium, magnum; ut Ovid. Pont. 3, 63. — *simul* ac *abdidit*, disposuit, collocavit in oppidis *cohortes*, ubi veteranos per colonias distribuit, iisque agros, militiae praemia, adsignavit; et hoc pro, simulac ab armis cessatum est, compositis bellis civilibus. Ita iam Torrentius optime h. l. explicuit. Ceteri fere omnes de militibus ad hiemandum per oppida distributis cogitant; quae ratio a totius carminis consilio aliena videtur, (Vid. Argum.) tum *fessae militia cohortes* non tam unius aestatis, quam potius multorum annorum militiam, (ut II, 7, 18. *longa fessum militia latus*) a qua tandem requies datur, haud obscure innuunt. — *abdere* quietis otiique adiunctam notionem habet. *Latet abditus agro*, Epp. I, 1, 5. de gladiatore, rude donato.

Fessas Cohortes Abdidit Oppidis] fessas militia cohortes abdidit in oppida propter anni tempus ad bellum gerendum et ad castra ineptum, in hibernis collocavit. Atque hanc scripturam, inquit Lambinus, ita probo, ut tamen illa altera, quae reperitur in codice Achillis Statii, Donati atque etiam Rainutii Card., mihi non displiceat, quae est *reddidit.* Vid. Var. Lect. ad h. l. — *abdidit* suave verbum ad designandum *otium*, cui se dant e campo et conspectu summoti bellatores. Non de finitis bellis, Iano clauso, ac distributis per colonias veteranis cogitandum; sed declaratur quaevis armorum cessatio, sic etiam hiberna. Quodcunque datur otium, Augustus literis reddidit.

v. 39. *quaerentem* laborum solamina, sese ex iis reficere cupientem, *recreatis*, exhilaratis, *Pierio antro*, in vestris recessibus. *Eloquentiam studiaque liberalia* Augustum *cupide et laboriosissime exercuisse*, *poeticen* quoque *summatim attigisse* diserte tradit Sueton. Oct. c. 84. 85. *Antra* s. amoeni recessus pervulgato poetarum phantasmate, ab eorundem secessu, quem carmina facturi petere videri volunt, ducto, tribuuntur montibus *Pieriis*, h. e. Musis consecratis, in quae se conferunt poetae, Musis litaturi. Laudant Pind. Pyth. VI, 48. 49. de Thrasybulo, *σοφίαν δρέπων ἐν μυχοῖσι Πιερίδων.* Frequentiora apud Latinos poetas *antra Pimplea* (Martial. XII, 11, 4.) *Aonia* (Stat. Silv. IV, 6, 31.) *Pieria* (ut h. l. et Iuven. VII, 60.) et similia.

v. 41. *Vos lene consilium datis*, vos lenitatem suadetis, vos virium prudenter moderandarum instillatis praecepta, quae quidem, poeticis figmentis exornata, antiquissimorum poetarum intexuistis carminibus. *Consilium* adeo *lene* ab eo proficiscitur, qui animum literarum studiis ad humanitatem finxit, qui leniter, h. e. sine omni animi perturbatione agit. Ceterum sententia generaliter, more Pindarico, expressa, insigniter Horatianam urbanitatem ostendit. Nam Augustum post bella demum civilia mitiora in regenda civitate secutum consilia ita decla-

---

deret Caesarem poetices quoque artis studiosum. [*Vos lene consil.*] per Musas, i. e. per studia literarum, intelligi vult mentem sapientia roborari. *Lene* enim consilium sapientium ad philosophiae moderationem dicit. [*Scimus ut impios Titanas*] Ordo est: *Scimus ut sustulerit im-*

ticae ostendit. [*Vos lene consil. et datis et dato Gaud. almae*] per Musas, i. e. per studium literarum ad sapientiam corroborari mentem intelligi vult. *Lene* enim consilium sapientiam dicit. [*Scim. ut imp.*

Titanas inmanemque turmam
Fulmine sustulerit caduco,
Qui terram inertem, qui mare temperat
Ventosum et urbes regnaque tristia,

v. 43. *turbam* Pulm. 2, 3, 5. Mart. Cruqu. duo Bersm. Lips. 1, 3, 4. Altt. Dess. 1. Brod. Venet. 1492. Locher. Asc. *turmam*, quod est in ceteris, aptius etiam est, e Ianii sententia, qui in textum recepit. — Vand. Al. *turmam*, al. *turbam.* — Cod. Goth. et Guelf. inversa serie v. 43. *turbam* et v. 47. *turmas* exhibent. — 44. *corusco* emend. Bentl. quia nemo unquam dixerit fulmen „*caducum*" (bellum vero argumentum!); neque omnino Latine „*caducum*" dicatur, nisi quod debile et infirmum sit. Adpositis XVIII locis, ubi fulmen „*coruscum*" dicitur, illud h. l. etiam „*coruscum*" esse vult sive potius iubet. Plane nemo dubitat, quin recte *fulmen coruscum* dicatur, sed hic quaeritur, num Horatius sic dixerit, an non? Codicibus vero constanter *caducum* praebentibus, de ingenuitate huius lectionis dubitare non possumus. Praeterea scimus Bentleium pronum in emendationes etc. — 46. *Ventorum* Lips. 4. *et umbras* emend. Bentl. et sic Sanad. Sivr. Tautologiam esse ait Bentl. in „*urbes*" et „*mortales turbas*" — *orbes* emend. Cun. *Ventosque et imbres* coni. ap. Ion. *umbrarum regnaque* emend. Ion. Recte habet vulgata.

---

rari, quis non videt? — *gaudetis dato consilio*, monita ista eventu, successu haud destitui, saluberrima ea esse in remp. *Gaudent Musae*, dum hominum utilitati prospiciunt, eorum commoda a se promoveri intelligunt; quo sane gaudio nullum cogitari potest honestius, quod adeo deas istas apprime decet. — *almae*, propitiae, beneficae. — Atque ita *scimus*, poetarum carminibus edocemur, sapientiam, h. e. potentiam prudenter temperatam dispensatamque, immanibus viribus, inconsulte adhibitis, praepollere. Quam sententiam subiecto statim Gigantum exemplo exponit atque illustrat poeta, ducem lyricae huius formae secutus Pindarum, qui in punienda *ὕβρει* itidem Gigantum exemplo utitur, Pyth. VIII. init. cuius locum cum Horatio comparasse iuvabit. Titanum et Gigantum pugnam quum antiquiores poetae iisdem fere coloribus adumbrarent, et pleraque fere e Titanomachiis in Gigantomachias transferrent, (vid. egregium Heyn. ad Apollod. I, 2, 1.) enata inde utriusque fabularum generis confusio, adeo quidem, ut promiscua essent Titanum ac Gigantum nomina, ut h. l. — *impios*, *ἀτασθάλους*, *ὑπερφιάλους*, *ἀδίκους*, quae sollennia sunt Gigantum epitheta, v. c. Callim. Lav. Pall. 8. — *immanemque turmam*, immanium virium robore stolide ferocem; *ἐπεξηγητικῶς* haec apposita, more Horatio familiari. — v. 44. *caduco*, desuper irruente, cum impetu deiecto, rapido; aucta huius v. potestate, ut II, 13, 11.

---

pios Titanas caduco fulmine et immanem turbam, unus, qui temperat inertem terram et ventosum mare et qui aequo imperio regit tristia regna et urbes et divos et mortales turbas. [*Titanas*] hic per Titanas ostendit vires sine prudentia non solum vanas esse, sed etiam adversas sibi. Vnde et Gigantum posuit exemplum, qui irrationabili furore adversus deos arma sustulerunt. [*Inertem*] aut quae eos genuerit, qui victi sunt, aut quae iacet semper nec agitatur aut fertur motu, ut alia elementa, ut Virgilius: *Despiciens mare velivolum, terrasque ia-*

Tit. imman. turb.] hac parte quasi ostendit, vires sine prudentia non tantum vanas esse, verum etiam sibi adversarias. Per quod probat istud, quod supra dixerat: *Vos lene consilium datis et dato gaudetis.*

Divosque mortalesque turbas
Imperio regit unus aequo.
Magnum illa terrorem intulerat Iovi
Fidens iuventus horrida brachiis,

v. 47. *turmas* vulgata lectio tempore Lamb. Sic omnes Pulm. et Torr. it. Cruquii, praeter unum, Lips. Alt. 1. Dess. 2. Bentl. 8, 13. Venet. 1478. Rutg. *turbas* Acr. omnes Lamb. Mart. Cruqu. Pulm. 2. pro var. lect. Bentl. 1, 2, 6. Mentel. Fran. Dess. 1. Helmst. duo Bersm. Venet. 1492. 1590. Asc. Locher. Basill. Fabr. Heins. Steph. Fab. Bentl. Cun. Baxt. San. Ion. Sivr. Sunt, qui v. 43. *turmam*, hic etiam habeant *turmas;* item, qui ibi *turbam*, hic *turbas*, quod sane non ferendum. Facilis erat in *turma* et *turba* permutatio! Praestat, inquit Ianius, haud dubie v. 43. *turma*, h. l. *turba.* — 50. *Fidens, iuventus horrida, brachiis.* Sic recte distinguitur, non, ut multi, etiam Baxt. *fidens iuventus, horrida brachiis.* Contra quam argumentationem Fea haec profert: *Fidens iuventus, horrida brachiis.* Qui aliter locum interpungunt: *Fidens, iuventus horrida, brachiis*, et cum Ianio exponunt: immani corpore et adspectu; *brachiis*, virium robore etc. poetam non intelligunt, nec quid *horrere. Horrere* vel *horrescere* dicuntur animalia, quum pilos setasve erigunt, ut Epod. V, 27. 28. Eodem modo Lucret. VI.: *Ferreus hastis Horret ager.* De Titanis autem scimus, tres ex illis multis brachiis fuisse praeditos, ut hic *centimanus Gyges.* Ovid. Fast. V, 37. (quamquam de Gigantibus loquitur): *Mille manus illis dedit et pro cruribus angues.* Metamorph. I, 183.: *Centum quisque parabat Iniicere anguipedum captivo brachia caelo.* Sidon. Apollin. carm. XV, 27 sq. *Plurimus hic Briareus populoso corpore pugnat, Cognatam portans aciem, cui vertice ab uno Cernas ramosis palmas fruticare lacertis.* Tot brachiis pugnando erectis, iuventus illa horrebat, ut exercitus hastis; ideoque magis audax et fidentior.

---

v. 45—48. Iupiter *πανυπέρτατος*, qui unus omnia regit, *πάνταρχος* (Sophocl. Oed. Col. 1080.) *παγκρατής* (Aeschyl. Suppl. 823.) Illud *omnia* specialibus notionibus exposuit poeta, quo magis Iovis maiestas exsplendesceret; ut adeo tota haecce Iovis *ὑπάτου* designatio non tam ingenii redundantiae, quod quidem nonnulli crepant, deberi, quam summo potius cum iudicio facta esse videatur. — *Terram inertem*, brutam, (I, 34, 9.) crassam terrae molem. — *mare ventosum*, ventis turbatum, procellosum. Ad rem I, 12, 15. *qui mare ac terras variisque mundum temperat Horis.* — *urbium* specialem ideam generalioribus immiscet poeta lyricus, suo iure; vid. ad I, 35, 10. — *Regna tristia*, Tartara, sollenni ac perpetuo rerum inferarum epitheto.

v. 47. Declaratur Iupiter *ἄναξ ἀνδρῶν τε θεῶν τε. mortales turbas*, *φῦλ' ἀνθρώπων*, homines. — v. 48. *imperio aequo*, sapienter, moderate viribus utens suis; *unus* graviter claudit sententiam.

v. 49—52. *Iuventus horrida*, truci adspectu et vasto corpore, *πελώρια, immania monstra*, Ovid. Fast. V, 35., etiam novo armorum genere, arborum truncis ac saxis, quibus Deos impeterent, terribilia

---

centes. [*Tristia*] de statu suo semper sollicita. [*Magn. illa terr. int. Iovi*] Ordo est: *Illa horrida iuventus, fidens brachiis: et fratres tendentes imposuisse Pelion Olympo, intulerant magnum terrorem Iovi.* Melius intelligitur horrida iuventus, quam horrida brachiis, ut: *Hic et Aloidas geminos, immania vidi Corpora.* Aut brachia pro viribus

[*Fidens iuventus horrid. brach.*] Ordo est: *Fidens brachiis iuventus horrida.* Melius enim intelligitur *horrida iuventus* quam horrida bra-

Fratresque tendentes opaco
Pelion inposuisse Olympo.
Sed quid Typhoeus et validus Mimas,
Aut quid minaci Porphyrion statu,
Quid Rhoetus, evolsisque truncis
Enceladus iaculator audax,

v. 51. *intendentes* unus Bland. Cr. *Contendentes* Lips. 4.
53. *Sed quod* Dess. 1. a m. pr. Venet. 1492. *Typhaeus, Typheus, Typhoeeus.* Est *Typhoeus*, ut recte Lamb. Brut. Heins. Fabric. ut *eu* in diphthongum iungatur, non *oe;* est enim *Τυφωεύς.* — 55. Recte legitur *Rhoetus*, cf. Var. Lect. Carm. Lib. II, 19, 23.

---

monstra. — *Fidens brachiis*, brachiorum multitudine vasti roboris symbolo. Erant enim *πολυπηχέες, ἑκατογχεῖρες; mille manibus* armat eos Ovid. Fast. V, 37. Expressit autem poeta Homerica, (Il. XII, 135.) *ὡς ἄρα τὼ χείρεσσι πεποιθότες ἠδὲ βίηφι.* — v. 51. Otum et Ephialten, Aloidas, *fratrum* appellatione a poeta designari, docent seqq. Nam hi *tendebant*, nitebantur *Pelium* montem *Olympo imposuisse*, imponere. Homer. Od. *λ'*, 314. *Ὄσσαν ἐπ' Οὐλύμπῳ μέμασαν θέμεν, αὐτὰρ ἐπ' Ὄσσῃ Πήλιον εἰνοσίφυλλον, ἵν' οὐρανὸς ἀμβατὸς εἴη. Coniuratos caelum rescindere fratres* de iisdem Virg. Georg. I, 280. Etiam apud Apollod. I, 6, 2. Ephialtes occurrit inter Gigantas. — *opaco*, saltuoso. — v. 53 sqq. De *Typhoëo* sive Typhone vid. Hesiod. Theog. 821. Apollod. I, 6, 3. ibique Heyn. Vulgarior quidem narratio diversum a Gigantibus monstrum facit Typhoëa, quod post devictos demum Gigantas in eorum ultionem a Terra procreatum, itidemque a Iove fulmine prostratum est, ut apud Apollod. l. l.; sed et Pindarus Pyth. VIII, 20. inter Gigantas recenset, quem Hor. sequitur h. l. Adde Virg. Cir. 32. qui plane cum Horatio facit, Typhonem a Minerva deletum memorans: *Additur aurata deiectus cuspide Typho, qui prius Ossaeis consternens aethera saxis Emathio celsum duplicabat vertice Olympum.* Imposita ei Sicilia, secundum Pind. Pyth. I, 29. Aeschyl. Prom. 365. et alios; iuxta Homerum autem (Il. *β'*, 783.) et inde Virgil. Aen. IX, 716. Vid. Stanl. ad Aeschyl. l. l. et Heyn. ad Virg. Aen. III, 578. — *Mimanta* Gigantem commemorant Eurip. Ion. 215. Seneca Herc. fur. 981. (*saevit horrendum Mimas.*) *Φλεγραῖον* appellat Apollon. Rh. III, 1227. *Telluris alumnum* Sil. IV, 278. qui idem Prochyten insulam ei iniectam ait XII, 147. Claudian. R. P. III, 347.

v. 54. *Porphyrion statu minaci*, pro, Porphyrion *minax*, truculentus, atrox. Ad altitudinem eius plerique referunt, *minaci* poetarum usu, minus apposito h. l. Alterum enim multo *ἐναργέστερον. Porphyrionem* vastissimae molis et roboris gigantem refert Apollod. loco saepius laud. cf. Pind. Pyth. *η'*, 15 et 22. ubi *βασιλεὺς Γιγάντων*

---

accipienda sunt. [*Tendentes*] contendentes montibus montes imponere, ut Virgilius: *Ter sunt conati imponere Pelio Ossam, scilicet atque Ossae frondosum involvere Olympum.* [*Typhaeus et validus Mimas*] nomina gigantum recenset. [*Minaci*] sublimi, eminenti, ut: *Mediaeque minans illabitur urbi.* [*Evulsisque truncis*] tantae enim erat virtutis,

chiis. [*Fratresq. tend. opac. Pelion imp. Olymp.*] *tendentes* pro contendentes. De hoc autem et Virg. sic loquitur: *Ter sunt conati imponere Pelio Ossam, scilicet atque Ossae frondosum involvere Olympum: Ter pater exstructos deiecit fulmine montes.* [*Aut quid minaci Porphyr. stat.*] Sic et Virg.: *Mediaeque minans illabitur urbi.* Nisi quod et in

Contra sonantem Palladis aegida
Possent ruentes? Hinc avidus stetit
Volcanus, hinc matrona Iuno et,
Nunquam humeris positurus arcum,

v. 58. Vand. T, *pollent.* S, *hic.* — 59. *et* abest a Lips. 4.

---

appellatur. De *Rhoeto* cf. II, 19, 23. — *Enceladus* diversum a Typhoëo monstrum, cui Aetna secundum Virg. Aen. III, 578. (quocum facit Quint. Cal. XIV, 582. et Lucil. Aetn. 70.) imposita. A Minerva eum prostratum memorat Eurip. Herc. fur. 908. Quint. Cal. l. l. Apollod. I, 6, 2. — *evulsis truncis iaculator audax*, pro, truncos arborum radicitus evulsos ad caelum audacter iaculans. — Quod paulo durius Doeringo videtur; malit equidem iungere *audax evolsis truncis*, h. e. ferox novo arborum truncis. Quid hoc sibi vult, lector dispiciat. Ceterum Vir doctus idem dicere solet, quod alii quoque, sed aliis verbis, ut ubique satis superque apparet. *Δρῦς ἡμμένας* adversus Deos iactas memorat Apollod. l. l.

v. 57. *ruentes*, irruentes, temeraria audacia (nam *ruentes* temeritatis adiunctam notionem habet; bene Schol. inconsiderate venientes) adgressi Pallada; pro quo significantius poeta *aegida Pall.* posuit, quo insignitior esset Gigantum temeritas, propter Gorgonis caput, aegidi insertum. Iam aegis, utrum de thorace an de clypeo h. l. sit accipienda admodum difficile arbitror, pro explorato statuere. In reliquis tamen poetarum locis, quae de ista pugna agunt, praestat de clypeo capere. De quo hoc quoque loco cogitandum, si, quod magis poeticum sit, sequaris. Scilicet nota imagine poetica Pallas intentat, quatit (Homer. Il. ρ', 595. *τὴν δ' ἐτίναξεν* sc. aegida) clypeum alte sublatum, (cf. Val. Flacc. VI, 396 sqq.) ad terrorem incutiendum. Iam intentatum Gigantibus clypeum poeta designat a sonitu, qui e clypeo impetuose protento eliditur. Sic apud Hesiod. Scut. 343. Minerva *αἰγίδ' ἀνασείει*, unde tellus contremiscit, et Aegaeon apud Virg. Aen. X, 568. *strepit clypeis*, non invicem collisis, sed fortiter Iovi obiectis. — *hinc avidus stetit* cett. variavit orationem poeta, quae vulgari modo ita procedebat: quid efficerent isti adversus Palladem, Vulcanum, Iunonem, Apollinem? *Vulcani* quoque magnas in Gigantomachia partes fuisse, apparet ex Apoll. Rhod. III, 234. ubi eum *Φλεγραίῃ κεκμηότα δηιότητι* Sol curru excepisse narratur. Apud Apollod. I, 6, 2. Clytium *μυδροῖς* ferit; unde Boettig. satis acute *avidus* ad candentes istas ferri massas, corpora depascentes, refert. Vel sic tamen de Vulcani ardore pugnandi (ut sit, *avidus* pugnae, *λιλαιόμενος πολέμοιο* v. c. Hom. Il. γ', 133.) accipere praestat. — *matrona*, *πότνια*, cum vi, quasi sola sua maiestate opposita Gigantas represserit.

v. 60. *Arcus* perpetuum gestamen Phoebi. Eurip. Alc. 41. *Σύνηθες αἰεὶ ταῦτα βαστάζειν ἐμοί.* Vnde *Ἀργυρότοξος* simpliciter dictus; veluti Hym. Merc. 318. Cf. I, 21, 11. Porphyriona ab Apolline confossum me-

---

ut truncos arborum iaceret in hostes. [*Aegida*] clipeum Minervae. Similiter Virgilius: *Contra Neptunum et Venerem, contraque Minervam Tela tenens.* *Aegis* est pellis caprae Amaltheae, a qua nutritus est Iupiter. [*Ruentes*] inconsiderate venientes. [*Hinc*] i. e. ex parte Iovis. [*Avidus*] propter ignis rapacitatem, ut: *Ilicet ignis edax summa ad*

ipsa corporis altutidine minae quaedam videntur esse atque horror, ut: *Minaeque Murorum ingentes.* [*Hinc avid. stet. Vulcan.*] avidum Vulcanum dixit propter ignis aviditatem. [*Nunquam hum. posit. arc.*] po-

Qui rore puro Castaliae lavit
Crines solutos, qui Lyciae tenet
Dumeta natalemque silvam,
Delius et Patareus Apollo.
Vis consilî expers mole ruit sua:
Vim temperatam Dî quoque provehunt

v. 61. *Quod* Lips. 3. — 64. *Delios* Bentl. 20. cui arridet. Sic Cuning. *Pataraeus*, *Patereus* atque sim. aberr. Est *Παταρεύς*. In Feae adnotationibus leguntur, quae h. l. adposuimus: „Quum ex hoc loco (scil. Horatii) et ex aliis auctoribus constet, Titanas deorum omnium armis confossos fuisse; videre est in fragmento anaglyphi marmorei, olim villae Matthaeiorum in Caelio monte, nunc, me curante, in Museo Vaticano, Dianam arcu, Hecaten face in utraque manu, quas forte ex Aetnae ignibus inflammaverat, eorum impietatem castigare. Verisimile est in hoc integro anaglypho Divinitates omnes exsculptas fuisse. Eius imaginem habes apud Amadutium Monum. Matthaeior. III. tab. 19. fig. I. Gigantes, qui licet diversi a Titanis, vid. Banier tom. III. l. 1. c. 1. p. 275. hic, ab Ovidio citato, aliisque, usu veterum, permutantur, sculpti pariter visuntur in sarcophago eiusd. Musei Vaticani, apud Visconti Tom. IV. tab. X. ubi ipsi saxis et truncis pugnant.

65. *consilii* quid. mss. Vand. P, *ruit mole sua.*

---

morat Pind. Pyth. VIII, 24. — v. 61. Apollinem Delphicum ornatius exhibuit Hor. quam Pindarus l. l. *Castalia*, fons in iugis Parnassi Apollini sacer. Iam pro, qui Parnassum sive Delphos tenet, suavior imago est: qui *rore puro*, fonte Cast. limpido lavatur, et pro hoc specialiori idea, *crines solutos*, promissos, fluentes, lavit, ut declaretur Apollinis iuventas. Infra IV, 6, 26. *Phoebe, qui Xantho lavis amne crines.* — v. 62. Qui Lyciam et Delon tenet. Coniunxit haec utraque poeta, quoniam Apollo hinc inde commeare fingebatur. Serv. ad Virg. Aen. IV, 144. „Constat Apollinem sex mensibus hiemalibus apud Pataram, Lyciae civitatem dare responsa, unde Patareus Apollo (cf. Lycophr. 920.) dicitur, et sex mensibus aestivis apud Delum.“ *Dumeta* non tam ad nemora, Apollini sacra, quam potius ad naturam istius regionis, quae saltuosa est atque adclivis, adcommodate memorata existimem. — *natalem silvam* in Cyntho, monte Deli. *Natalem Delon* habes I, 21, 10.

v. 64. Haec sunt subiecta, ita ut *Delius* ad natalem silvam et

---

fastigia tecti volvitur. [*Qui rore puro Castaliae*] *Castalia* fons est Lyciae, ubi Apollo armentum dicitur pavisse: sive in monte Parnasso, ut Virg.: *Castaliae molli devertitur orbita clivo*, cum Parnassum significaret. [*Crines solutos*] Solutos crines dixit, significans studium capillorum, ut crinem fingens. [*Dumeta*] nemora, sed propter asperitatem loci Dumeta dixit. [*Natalemq. silv.*] Deli insulae, in qua natus memoratur. [*Patareus*] Patara civitas Lyciae, in qua Apollo maxime colitur, ut Statius: *Seu Lyciae Pataraeis Exercent Dumeta iugis.* [*Vis consili expers*] ignara generalis sententia est, nec specialiter pertinens ad Gi-

siturus, pro qui nunquam ponet. [*Qui rore puro Castaliae lavit Crines*] Castalia fons est in monte Parnasso. [*Natal. silvam*] *natalem silvam* nunc, in qua natus est Apollo. Aliter diem natalem dicimus, quo quis natus est. [*Delius et Pat. Ap.*] *Delius* e Delio insula dicitur; *Patareus* autem a Patara urbe, quae est in Lycia. [*Vis consili exp. mole ruit sua*] haec et generalis sententia et specialiter praeterea nunc

In maius, idem odere vires
Omne nefas animo moventes.
Testis mearum centimanus Gyges
Sententiarum, notus et integrae
Tentator Orion Dianae
Virginea domitus sagitta.

v. 68. Vand. A, R, *moventis;* al. omn. *moventes.* — 69. *Gyges*, cf. Var. Lect. Carm. Lib. II, 17, 14. — 70. *Sententiarum notus*, *et* Lamb. Cruqu. Fab. R. et H. Stephh. Heins. Fabr. Dacer. Sed si iungas cum *Gyges*, accipiat hic duo epitheta, quod non fert poesis Latina; sin cum *Testis*, admodum frigeat. Rectius *Sententiarum*, *notus et* Bentl. 1, 6, 8, 13. Venet. 1478. 1492. Locher. Ascens. Bentl. Cun. San. Baxt. Ion. Sivr. Bentleius quidem argutatur, tamen ex vero dicit, elegantiorem existere ordinem verborum, si *notus* ad sqq. sumatur. Similis ille locus est I, 37, 26.

Patareus ad Lyciae dumeta referatur. De Patara videndi Strabo XIV. p. 458. et Mela I, 15. — v. 65. *mole sua,* magnitudine sua *ruere*, praecipites dari, corruere, aegre sustentari, *Ῥώμη ἀμαθὴς πολλάκις τίκτει βλάβην* Eurip. apud Stob. Flor. Grot. p. 207. Laudant et Pindari Pyth. VIII, 19. *Βία δὲ καὶ μεγάλαυχον ἔσφαλεν ἐν χρόνῳ.*

v. 66. Contra *vim* prudentia *temperatam*, hominem potentia, qua pollet, sapienter, moderate utentem, Dii *in maius provehunt*, augent, extollunt, successum eius conatus habere iubent. *Peragit tranquilla potestas, quod violenta nequit*, Claudian. Cons. Mall. 239. — *Vires*, paullo durius positum pro, homines violentos, propter apposita *animo mov.* — *odere*, graviter in eos animadvertunt, puniunt eos, qui animo *movent*, moliuntur, concipiunt, atque exsequuntur adeo *omne nefas*; nefaria quaevis, nihil non ex animi lubidine, agentes; verbo, *ὑβρίζοντας.* Egregie in hanc rem Eurip. Orest. 705. *Καὶ ναῦς γὰρ ἐνταθεῖσα πρὸς βίαν ποδὶ ἔβαψεν· ἔστη δ' αὖθις, ἢν χαλᾷ πόδα. Μισεῖ γὰρ ὁ θεὸς τὰς ἄγαν προθυμίας, μισοῦσι δ' ἀστοί.* Brevius idem Hel. 909. *μισεῖ γὰρ ὁ θεὸς τὴν βίαν.* — v. 65—68. Quos versus Vossius praeclare vertit:

Kraft sonder Klugheit stürzet durch eigne Last:
Kraft, die sich maessigt, schwingen die Goetter auch
Zum Groessern; doch sie hassen Kraefte,
Die nach Verbrechen nur stehn und Graeul.

v. 69. *testis centim. Gyges*, expertus est, novit, *μάθεν* (Pind. Pyth. 8, 16. in eadem sententia) satis gravitatis erat ex enuntiationis brevitate in transitu; sed extenuavit eam adiectis, *mearum sententiarum*,

---

gantes, quod robur corporis sine prudentia periculosum sit et inefficax. [*Vix temperatam*] virtutem moderatam et ideo dicit eam iuvari, quod vult ad Augustum reverti, qui et fortis erat et sapiens, per quae ad culmen pervenit imperii. [*Iidem odere vires*] i. e. exsecrabiles diis sunt vires, quae omnem iniquitatem animo meditantur. [*Testis*] superiorem sententiam personarum confirmat exemplis. [*Centimanus gigas*] Briareus, ut Virg.: *Et centum geminus Briareus.* [*Tentat. Orion Dianae*] Orion venator fuit, qui stuprare conatus Dianam, eius sagittis

ad Gigantes pertinet. [*Vim temp. dî quoq. prov. in mai.*] hoc ad Augustum vult referri, quem scil. fortem intelligi vult et doctum, per quae ad sublimitatem imperii fama pervenerit. [*Notus et integrae tentator Orion Dianae*] et hic testis est mearum sententiarum, accipe. Orion autem Dianam stuprare cum tentasset, sagitta eius occisus est.

Iniecta monstris Terra dolet suis,
Maeretque partus fulmine luridum
Missos ad Orcum: nec peredit
Impositam celer ignis Aetnen;
Incontinentis nec Tityi iecur
Relinquit ales, nequitiae additus
Custos: amatorem trecentae
Pirithoum cohibent catenae.

v. 73. *Terra* maiusculo *T* recte Bentl. — 76. *Aetnen* Bersm. Lips. 1. Dess. 1. Cuning. Vulgo *Aetnam.* Placet scribere *Aetnen*, exquisitior forma. — 78. Vand. B, *E*, *φ*, *γ*, N, Q, *reliquit;* H, *reliquid;* I, *relinquid;* alii *relinquit.*

---

quibus nimis pedestrem orationi formam induxit. *Gyges*, *Cottus* et *Briareus*, Centimani, Caeli et Terrae filii, a patre in Tartara detrusi, indeque a Iove ad debellandos Titanas reducti, bisque in Tartarum coniectis custodes adpositi. Vid. Hesiod. Theog. inde a v. 617. Sed h. l. iterum satis manifestam cosmogonicarum istarum fabularum deprehendere licet confusionem, qua Centimani, qui multo antiquiores sunt et quos a partibus Deorum stetisse perhibent, cum Gigantibus rebellibus permiscentur. Similiter Briareum inter Gigantas retulit Virg. Aen. X, 565 sqq. — *Orion notus tentator Dianae*, famosus, infamis ob tentatam a se Dianam. *Tentare*, ut graecum *πειρᾶν*, verbum nequitiae, ut Tibull. I, 3, 73. cf. Abresch. Lectt. Aristaenet. p. 18. Diana *integra*, illaesa pudicitia, perpetua virginitate gaudens, *ἁγνή*, ut in eadem fabula Homero audit Odyss. *ε'*, 120.; delectum adeo h. l. epitheton. — v. 71. *sagitta virginea*, virginis, et hoc pro tenui, *eius sag. domitus*, *δαμεὶς*, confossus. *Τοξόδαμνος* eadem virtute dicta Diana Eurip. Hippol. 1451. et *Ἄρης τοξόδαμνος* Aeschyl. Pers. 85.

v. 73. *Terra* mater *dolet iniecta*, graece pro, se iniectam, imposi-

---

occisus est. [*Iniecta monstris terra dolet suis*] *dolet*, inquit, *terra*, quod ita iniecta est super Gigantes, ut eos, quos filios eius volunt, suis montibus premat. Vt Iuven.: *Vnde fit, ut malim fraterculus esse Gigantum.* [*Maeretq. partus*] Ita Virg.: *Hic genus antiquum terrae, Titania pubes.* [*Luridum*] squalidum et inferno colore foedatum. [*Nec peredit Impositum celer ignis Aetnam*] Aetna mons Siciliae, Encelado suppositus, quem ad poenae perpetuitatem semper ardere commemorat, sicut et Tityi iecur a vulture indefesso pastu non posse consumi, ut Virg.: *Rostroque immanis vultur adunco, Immortale iecur tondens, fecundaque poenis Viscera nec fibris requies datur ulla renatis.* [*Incontinentis*] libidinosi, qui Latonam voluerit stuprare. Tityus gigas fuit, in novem terrae iugeribus cubans. Sic Virg.: *Per tota novem cui iugera corpus Porrigitur.* [*Pirithoum cohib. catenae*] cohibent, reprimunt, restringunt. Pirithous enim conatus Proserpinam rapere, catenis dicitur innodatus, ut: *Hi dominam Ditis thalamo deducere adorti.*

[*Iniecta monstris terra dol. suis*] *Terra*, inquit, *mater* dolet filios suos gigantes montibus suis se premere. [*Nec pered. imp. celer ign. Aetn.*] Aetna mons Encelado suppositus est, quem ait, quamvis ardeat, non tamen absumi, ut semper eum premat. [*Incont. nec Tityi iecur Relinquit ales*] *incontinentis*, libidinosi. Hic autem adortus est Proserpinam vel (ut alii aiunt) Latonam, ob quod iecur eius semper renascens a vulture consumitur. [*Amator. trec. Pirith. cohib. cat.*] atque hic Proserpinam rapere tentavit, ob quod dicitur catenis innodatus esse apud inferos.

CARMEN V.

ARGUM. *Phraates, rex Parthorum, quum filium, Romae detentum, ea conditione recepisset, ut captivos et signa militaria, Crassi et Antonii cladibus amissa, Romanis restitueret, ipsi pacto haud prius satis fecit, quam nuntius de Augusti, A. V. DCCXXXIV. in Asia cum exercitu versantis, gloria bellique fortuna allatus esset; quo quidem vehementer perterritus quae debebat statim remisit; extimescebat enim Romanos sub Augusti auspiciis usque triumphantes. Nulla res magis celebrata et poetarum laudibus et inscriptionum numorumque testimoniis; vid. Fabric. ad Dion. LIV, 8.*

Quod Persas adtinet, quorum initio carminis mentio fit, ii, imperio Romano tum temporis nondum subiecti, propterea a poeta tanquam victi inque provinciam Romanam redacti finguntur, quod Augusti mens divina orbem terrarum moderari dicitur.

Quod tamen Britanniam ab Augusto perdomitam ait, hoc optime illustratur Strabonis loco IV. p. 138.: *Νυνὶ μέν τοι τῶν δυναστῶν τινες τῶν αὐτόθι πρεσβεύσεσι καὶ θεραπείαις κατασκευασάμενοι τὴν πρὸς Καίσαρα τὸν Σεβαστὸν φιλίαν, ἀναθήματά τε ἀνέθηκαν ἐν τῷ Καπιτωλίῳ καὶ οἰκείαν σχεδὸν παρεσκεύασαν τοῖς Ῥωμαίοις ὅλην τὴν νῆσον.*

Post memoratum captivorum dedecus, transit ad venerandum exemplum M. A. Reguli, qui imperator bello Punico primo cum exercitus parte, quae similem ignominiam in se admiserat, a Carthaginiensibus captus, cum de captivis commutandis Romam missus esset, iurassetque se rediturum, captivos redimendos in senatu non censuit, deinde ad exquisita supplicia reverti maluit, quam fidem hosti datam fallere. Cuius si disciplinam severiorem semper secuti essent Romani, non tantam turpitudinem rei publicae inflixissent Crassi milites. — Carmen est e nobilissimis Horatii: nil in illo Graecum, omnia Romana.

Caelo tonantem credidimus Iovem
Regnare: praesens divus habebitur
Augustus, adiectis Britannis
Imperio gravibusque Persis.
Milesne Crassi coniuge barbara
Turpis maritus vixit? et hostium —

tam, *monstris*, filiis *suis*, Gigantibus, et hoc cum *πάθει* pro, terra a Diis iniecta est Gigantibus. Nam Typhoëus premitur Aetna, Co Polyboetes, Otus Creta et sic porro. — v. 74. *partus missi ad Orcum*, sunt Titanes, qui et ipsi Terra procreati, a Iove *καταταρταρωθέντες*. — *luridum*, pallidum, perpetuum Orci epitheton.

v. 75. *Ignis haud peredit*, exussit, absumsit *Aetnen impositam* Typhoëo, pro: Typhoëus nunquam Aetnae mole levatur, adhuc sub Aetna laborat. *Celer*, e natura ignis. — v. 77. *Tityus* aeternas incontinentiae suae poenas apud inferos luit. De Tityo vide ad II, 14, 9. IV, 6, 2. *Incontinentis*, libidinosi, quod Latonae vim inferre conaretur, ideo eius *iecur*, libidinis sedem, *haud relinquit*, adedit usque, continuo laniat *ales*, vultur. — *custos additus nequitiae*, datus ei propter nequitiam suam, et hoc pro vulgari, adsidens ei, adhaerendo eius iecori poenas nequititiae eius irrogatas exigens. *Custodire*, ut *φρουρεῖν* Graecorum, h. l. simpliciter est, adesse, lateri adstare, custodis instar. Vid. ad III, 26, 6. Iam custodes *addi* dicuntur proprio vocabulo, adiuncta molestiae, quam custodia creat, notione. Vid. Drakenb. ad Sil. II, 595. Tacit. Ann. IV, 67. *Nequitia* de libidinosa intemperantia h. l. ut passim apud poetas. Vid. Burm. ad Prop. II, 4, 2. — *Pirithous* comite Theseo ad inferos descendit, Proserpinam inde rapturus (unde *amator* invidiose h. l. dictus); sed a Plutone prehensus, saxoque alligatus. Vid. Heyn. ad Apollod. II, 5, 12. p. 434. Cf. IV, 7, 28. *Cohibent*, constrictum tenent *catenae*. — *trecentae* firmitatem vinculorum designant; ex quibus adeo sese Pirithous nunquam expediat.

AVGVSTI LAVDES: AVGVSTVM CELEBRAT: A. C. ET REGVLI VIRTVTEM. PHILLIDEM ALLOQVITVR Cod. Goth.

Vand. A, B, E, φ, H, AD DIVVM AVGVSTVM: C, V, AD AVGVSTVM.

v. 6. *P. patria* vet. cod. ap. Iones. quod receperunt Du Hamel, Sanad. et nuper Cl. Schmid. *P. tempora* quaed. edit. teste Fabr.

v. 1. *Iovem tonantem*, e tonitru ac fulmine *credidimus*, *ἀορίστως*, persuademur, ut in *caelo* eum *regnare* credamus. Eadem argumentatione Lucan. III, 319, 20. *sortisque Deorum ignarum mortale genus per fulmina tantum sciret adhuc caelo solum regnare Tonantem.*

v. 2. Augusti contra numen certius utpote *praesens*, in terris versans, quod oculis contingere datur, *θεὸς ἐπιφανής*, *tutela praesens Italiae*, ut de eodem IV, 14, 43. Sollennis haecce poetarum Augustei aevi adulatio. Ovid. Fast. II, 130. *Iam pridem tu pater orbis eras. Hoc tu per terras, quod in aethere Iupiter alto, nomen habes; hominum tu pater, ille Deûm.* Idem Trist. IV, 4, 19. eodem plane orationis colore et sententia: *Causa tua exemplo superorum tuta duorum est; quorum hic conspicitur, creditur ille Deus.* Valer. Max. Praef. extr. *Quo cetera divinitas opinione colligitur, tua praesenti fide paterno avitoque sideri par videtur.* Carmen Ithyphallicum apud Athen. VI. p. 253. in Demetrium Poliorcetam ined. a v. 15. *ἄλλοι μὲν ἢ μακρὰν γὰρ ἀπέχουσιν θεοὶ ἢ οὐκ εἰσιν ἢ οὐκ προσέχουσιν ἡμῖν οὐδὲ ἕν· σὲ δὲ παρόντ' ὁρῶμεν.* — *Praesens*] ambigue dictum, vel ut praesens intelligatur, qui cernitur oculis et qui adest, cum Iupiter contra ex tonitru et ceteris similibus credatur in caelo esse, vel ut *praesens* significet eum, qui vim ac potentiam suam expromit ac declarat. Nam ut tonitrua et fulmina Iovem praesentem ac potentem esse docent atque admonent: sic victoriae Caesaris potentiam et divinitatem eius arguunt. Nobis prior ratio praeferenda esse videtur.

Iam divinam potentiam suam Augustus adseruit, deusque *habebitur*, postquam solo nominis sui terrore *Britannos*, *Parthos*que, qui soli defuerant, *imperio* Romano *adiecit*, eos devicit, sicque totum terrarum orbem subegit. Ad rem Ovid. A. A. I, 177. *Ecce parat Caesar domito quod defuit orbi addere: nunc, Oriens ultime, noster eris. Parthe, dabis poenas: Crassi gaudete sepulti.* Ceterum rem Horatius mirum in modum auxit, magnificeque exornavit, ex aetatis suae more. *Persae*

ACR. [*Caelo tonant.*] Lucanus: *Per fulmina tantum Sciret adhuc solum caelo regnare tonantem.* Ergo si famae, inquit, tantum magnitudine deos credimus, quanto magis de Augusti divinitate credendum est, cuius virtutem et potentiam non audiri adserit, sed videri. Ordo est: *Augustus, adiectis Britannis imperio et gravibus Persis, habebitur praesens divus.* Per has gentes ab ultimo occidente usque ad orientem continuasse imperium, provincias adquirendo, confirmat Augustum. [*Gravibusque Persis*] perniciosis, propter mortem Crassi et caedem

POR. [*Caelo tonantem cred. Iovem Regnare*] famae, inquit, de Iovis magnitudine credimus, quanto magis de Augusti magnitudine [†] credendum est, cuius virtutem et potentiam non audimus, sed videmus. [*Adiectis Brit. Imperio gravibusq. Persis*] per has gentes, ab ultima occidentis plaga usque ad orientalem, per continuationem adiunxisse imperio suo terras Augustum intelligi vult. [*Miles ne Crassi coniuge barbara*] cum

Pro Curia, inversique mores! —
Consenuit socerorum in arvis,

v. 7. *Pro*, non *proh*, ut hic et alias plurimi. — 8. *armis* (sic Cod. Goth. et Guelf.) vulgata omnium libb. lectio. Sed *arvis* emend. T. Fab. N. Heins. ap. Bentl. et recep. Bentl. Cun. San. Gesn. Haud dubie (quod iam Bentl. vidit) prisca lectio est, quae ante oculos fuit scholiastis. Nam nemo docet, quomodo consenuerint in „*armis socerorum*“ at in *arvis* optimum sensum praebet. — Saepius fit, ut lectio aliqua nobis cum maxime arrideat, de cuius ingenuitate haud satis constat; inprimis cavendum est, ne, quae ex librariorum errore confunduntur, in textum recipiantur; quod tamen hunc locum adtinet, adnotare debemus, in libris minus raro *arma* et *arva* permutari etc. etc. ut docet Drakenb. ad Sil. IV, 295, 9. 383. Heins. ad Ovid. Fast. II, 195.

armis omn. Vandd. Dacerius, suffragante Vanderburgio: „Comment Horace peut-il reprocher à des prisonniers d'être restés dans les champs, dans le pays des Parthes, lorsque le gouvernement négligoit de les racheter? Il est bien plus naturel de croire qu'il leur reproche d'avoir porté les armes pour ces mêmes Parthes; car il dépendoit d'eux de s'en dispenser.“ BOTHIVS.

---

graves, timendi, infesti nomini Romano; ob clades sub Crasso et Antonio ab iis acceptas. — De Britannis Claudius primus triumphavit. Horatius vaticinari videtur, quod serius demum factum est.

v. 5 sqq. Omissis Britannis immoratur unice poeta victoriae de Parthis reportatae, utque speciosior magnitudo rei esset, persequitur atque exaggerat ignominiam, caesis exercitibus, militibusque turpiter sese dedentibus, turpiusque in ista captivitate viventibus, nomini Romano inustam, quam sola imperii sui maiestate, rerumque gestarum fama Augustus aboleverit. Commotum atque incensum indignitate rei poetae, patriae amantissimi, animum praeclare decet commotior atque per interrogationes praecipitata oratio. — *miles Crassi*, civis Romanus sub Crasso stipendia merens, sui oblitus est, a maiorum virtute degeneravit, ut, qui mortem pro patria oppetere debuisset, turpem deditionem honestae morti praeferret, eoque prolaberetur infamia ac dedecore, ut *maritus* ducta *coniuge barbara*, externa, eaque e populo Romanis infestissimo, *viveret*, ut matrimonium cum Parthica femina iniret. Probrosum enim atque iniustum habebatur civis Romani cum externa femina coniugium.

v. 6. Arvorum cultui, omninoque servitiis agrestibus captivos olim adhibitos fuisse quamquam haud negem, maiorem tamen movet indignationem, si Romanos milites in Parthorum gentem ac familias adscitos, tanquam novos colonos in nova sede arvis colendis operam dare cogites. *sub rege Medo*, Parthorum regis iugo, servitio adsuefacti, quum in libera rep. antea vixissent. Atque ita facile perspicitur, graviorem ignaviae notam adspergi militibus, antea virtute bellica laborumque tolerantia inclytis, unde cum delectu *Marsum* et *Appulum*

Romanorum. [*Proh curia*] exclamatio dolentis Curiae est, quae tam indignum casum pertulerit. [*Inversique mor.*] quia minuerunt famam senatus. Ideo autem dedecus Crassi commemorat, ut plus Augustum faciat eminere. *Inversos* autem dixit *mores* hostium, quia victores

magnitudinem rerum gestarum Augusti commemorasset, indignatur in eos, qui sub Crasso militaverant, oblitos Romanae virtutis apud Parthos resedisse, turpitudinemque captivitatis aequo animo ferre. [*Turpis maritus vixit et hostium, Proh curia inversique mores Consenuit*] sic

Sub rege Medo, Marsus et Appulus,
Anciliorum et nominis et togae
Oblitus aeternaeque Vestae,
Incolumi Iove et urbe Roma?

v. 10. *auxiliorum* Helmst. a m. pr. Post *Anciliorum* abest *et* (in Cod. Goth.) in Lips. 1. a m. pr. et 4. Mentel. Fran. Pulm. 2. uno Bersm. Venet. 1590. Basill. Steph. Fabr. Heins. Fab. Dacer. Burm. Ion. In genitivo plurali *ancilium* facit iuxta Grammaticorum regulas, sed ex usu etiam *anciliorum*, quemadmodum et *Saturnalium* et *Saturnaliorum* dicitur; quod quidem ignorare videntur editores Indicum ad Horatii opera ex recensione Doeringi; cf. LEXICON in *Q. Horatii Flacci* opera omnia, auctore *Guilielmo Braunhardo*, pag. 22. Hilpertohusae CIƆDCCCXXXIII. — Vand. A, D, et al. duo, *Anciliorum nominis.*

---

ponit poeta pro fortissimis Romani exercitus militibus. *Genus acre virum*, *Marsos* vocat Virgil. Georg. II, 167. cf. II, 20, 18. nunc in otio apud Parthos senescentibus, captivitatisque contumelias aequo animo ferentibus. — v. 7. *Pro Curia inversique mores*, pro: o inversos Curiae mores! quantum inversa est, descivit, deflexit *Curia*, Senatus (ut II, 1, 14.) a pristinis moribus, ab antiqua maiestate, qui tam lente tanti dedecoris infamiam per tam longum annorum decursum sustinere potuit, adeo quidem, ut ne bello quidem eam vindicandam, armisque captivos redimendos statuerit.

v. 10—12. *Obliti* ac prorsus immemores patriae suae: propter diuturnam ipsorum captivitatem. *Ancilia* memorantur h. l. tanquam fatalia aeternitatis imperii R. pignora. — *Anciliorum*, in casu recto *ancile*, (ἀγκύλιον vocat Plut. in Numa; ex quo nonnulli *ancyle* scribunt cum Non. 18, 11.) scutum fuit parvum et oblongum, superiore et inferiore sui parte rotundum, media angustius, lateribus mediis convexa curvitate se contrahentibus, extimam oram usque quaque recisam habens minutis incisuris: unde nomen habet, quasi *amcisum*, ab *am* = circum, et *caesus.* Huiusmodi scutum Numae Pompilii tempore de

---

erant: non quod iam non essent sub Romanorum iugo positi. [*Marsus et Appulus*] commemorando milites Rom. significat, qui ad bellum Persicum profecti et cum Crasso superati, uxores a victoribus acceperunt, ut vitam mererentur et velut propriis in sedibus omnem etiam aetatem agerent. Hi enim milites apud Romanos clariores erant, ut: *Hic genus acre virum Marsos pubemque Sabellam.* [*Ancilior. nom. et togae*] *ancilia* arma Romani de caelo meruisse, pro virtutis insigni, dicebantur, et ideo haec arma pro virtute; pro dignitate togam posuit. [*Aetern. Vestae*] aeterni ignis, qui in ara eius indefesse colebatur, ut: *Vos aeterni ignes.* [*Incol. Iove et urbe Roma*] quasi diceret aut stante mundo aut salvo Capitolio vel rerum natura et Romana urbe. Non enim mirum, si Roma capta et capitolio diruto consenescerent sub rege Medo. Sed incolumi Capitolio et urbe Roma turpis-

ordinandum: *Et hostium socerorum in armis consenuit.* Nam illa, *pro curia inversique mores* per exclamationem per medium, quod est Graece διὰ μέσου, illata esse dicuntur. Poeta autem hoc cum dixisset: Itane hoc Romanus fecit, o *mores* quam *inversi* estis et, *o curia*, quam indignas res passa es, sub rege Medo. *Medum* suo more pro Partho posuit. [*Anciliorum et nominis et togae Oblit. aetern. Vestae*] per *ancilia* et *Vestam* sacra ac religiones Romanas vult intelligi. *Aeternam* autem Vestam, propter aeternos, qui in ara eius coluntur, ignes dixit. [*Incolumi Iove*] mire *incolumi Iove* ac si diceret, stante mundo inco-

Pro Curia, inversique mores! —
Consenuit socerorum in arvis,

v. 7. *Pro*, non *proh*, ut hic et alias plurimi. — 8. *armis* (sic Cod. Goth. et Guelf.) vulgata omnium libb. lectio. Sed *arvis* emend. T. Fab. N. Heins. ap. Bentl. et recep. Bentl. Cun. San. Gesn. Haud dubie (quod iam Bentl. vidit) prisca lectio est, quae ante oculos fuit scholiastis. Nam nemo docet, quomodo consenuerint in „*armis socerorum*“ at in *arvis* optimum sensum praebet. — Saepius fit, ut lectio aliqua nobis cum maxime arrideat, de cuius ingenuitate haud satis constat; inprimis cavendum est, ne, quae ex librariorum errore confunduntur, in textum recipiantur; quod tamen hunc locum adtinet, adnotare debemus, in libris minus raro *arma* et *arva* permutari etc. etc. ut docet Drakenb. ad Sil. IV, 295, 9. 383. Heins. ad Ovid. Fast. II, 195.

armis omn. Vandd. Dacerius, suffragante Vanderburgio: „Comment Horace peut-il reprocher à des prisonniers d'être restés dans les champs, dans le pays des Parthes, lorsque le gouvernement négligoit de les racheter? Il est bien plus naturel de croire qu'il leur reproche d'avoir porté les armes pour ces mêmes Parthes; car il dépendoit d'eux de s'en dispenser.“ BOTHIVS.

---

graves, timendi, infesti nomini Romano; ob clades sub Crasso et Antonio ab iis acceptas. — De Britannis Claudius primus triumphavit. Horatius vaticinari videtur, quod serius demum factum est.

v. 5 sqq. Omissis Britannis immoratur unice poeta victoriae de Parthis reportatae, utque speciosior magnitudo rei esset, persequitur atque exaggerat ignominiam, caesis exercitibus, militibusque turpiter sese dedentibus, turpiusque in ista captivitate viventibus, nomini Romano inustam, quam sola imperii sui maiestate, rerumque gestarum fama Augustus aboleverit. Commotum atque incensum indignitate rei poetae, patriae amantissimi, animum praeclare decet commotior atque per interrogationes praecipitata oratio. — *miles Crassi*, civis Romanus sub Crasso stipendia merens, sui oblitus est, a maiorum virtute degeneravit, ut, qui mortem pro patria oppetere debuisset, turpem deditionem honestae morti praeferret, eoque prolaberetur infamia ac dedecore, ut *maritus* ducta *coniuge barbara*, externa, eaque e populo Romanis infestissimo, *viveret*, ut matrimonium cum Parthica femina iniret. Probrosum enim atque iniustum habebatur civis Romani cum externa femina coniugium.

v. 6. Arvorum cultui, omninoque servitiis agrestibus captivos olim adhibitos fuisse quamquam haud negem, maiorem tamen movet indignationem, si Romanos milites in Parthorum gentem ac familias adscitos, tanquam novos colonos in nova sede arvis colendis operam dare cogites. *sub rege Medo*, Parthorum regis iugo, servitio adsuefacti, quum in libera rep. antea vixissent. Atque ita facile perspicitur, graviorem ignaviae notam adspergi militibus, antea virtute bellica laborumque tolerantia inclytis, unde cum delectu *Marsum* et *Appulum*

Romanorum. [*Proh curia*] exclamatio dolentis Curiae est, quae tam indignum casum pertulerit. [*Inversique mor.*] quia minuerunt famam senatus. Ideo autem dedecus Crassi commemorat, ut plus Augustum faciat eminere. *Inversos* autem dixit *mores* hostium, quia victores

magnitudinem rerum gestarum Augusti commemorasset, indignatur in eos, qui sub Crasso militaverant, oblitos Romanae virtutis apud Parthos resedisse, turpitudinemque captivitatis aequo animo ferre. [*Turpis maritus vixit et hostium, Proh curia inversique mores Consenuit*] sic

Sub rege Medo, Marsus et Appulus,
Anciliorum et nominis et togae
Oblitus aeternaeque Vestae,
Incolumi Iove et urbe Roma?

v. 10. *auxiliorum* Helmst. a m. pr. Post *Anciliorum* abest *et* (in Cod. Goth.) in Lips. 1. a m. pr. et 4. Mentel. Fran. Pulm. 2. uno Bersm. Venet. 1590. Basill. Steph. Fabr. Heins. Fab. Dacer. Burm. Ion. In genitivo plurali *ancilium* facit iuxta Grammaticorum regulas, sed ex usu etiam *anciliorum*, quemadmodum et *Saturnalium* et *Saturnaliorum* dicitur; quod quidem ignorare videntur editores Indicum ad Horatii opera ex recensione Doeringi; cf. LEXICON in *Q. Horatii Flacci* opera omnia, auctore *Guilielmo Braunhardo*, pag. 22. Hilpertohusae CIↃDCCCXXXIII. — Vand. A, D, et al. duo, *Anciliorum nominis*.

---

ponit poeta pro fortissimis Romani exercitus militibus. *Genus acre virum*, *Marsos* vocat Virgil. Georg. II, 167. cf. II, 20, 18. nunc in otio apud Parthos senescentibus, captivitatisque contumelias aequo animo ferentibus. — v. 7. *Pro Curia inversique mores*, pro: o inversos Curiae mores! quantum inversa est, descivit, deflexit *Curia*, Senatus (ut II, 1, 14.) a pristinis moribus, ab antiqua maiestate, qui tam lente tanti dedecoris infamiam per tam longum annorum decursum sustinere potuit, adeo quidem, ut ne bello quidem eam vindicandam, armisque captivos redimendos statuerit.

v. 10—12. *Obliti* ac prorsus immemores patriae suae: propter diuturnam ipsorum captivitatem. *Ancilia* memorantur h. l. tanquam fatalia aeternitatis imperii R. pignora. — *Anciliorum*, in casu recto *ancile*, (ἀγκύλιον vocat Plut. in Numa; ex quo nonnulli *ancyle* scribunt cum Non. 18, 11.) scutum fuit parvum et oblongum, superiore et inferiore sui parte rotundum, media angustius, lateribus mediis convexa curvitate se contrahentibus, extimam oram usque quaque recisam habens minutis incisuris: unde nomen habet, quasi *amcisum*, ab *am* = circum, et *caesus*. Huiusmodi scutum Numae Pompilii tempore de

---

erant: non quod iam non essent sub Romanorum iugo positi. [*Marsus et Appulus*] commemorando milites Rom. significat, qui ad bellum Persicum profecti et cum Crasso superati, uxores a victoribus acceperunt, ut vitam mererentur et velut propriis in sedibus omnem etiam aetatem agerent. Hi enim milites apud Romanos clariores erant, ut: *Hic genus acre virum Marsos pubemque Sabellam.* [*Ancilior. nom. et togae*] *ancilia* arma Romani de caelo meruisse, pro virtutis insigni, dicebantur, et ideo haec arma pro virtute; pro dignitate togam posuit. [*Aetern. Vestae*] aeterni ignis, qui in ara eius indefesse colebatur, ut: *Vos aeterni ignes.* [*Incol. Iove et urbe Roma*] quasi diceret aut stante mundo aut salvo Capitolio vel rerum natura et Romana urbe. Non enim mirum, si Roma capta et capitolio diruto consenescerent sub rege Medo. Sed incolumi Capitolio et urbe Roma turpis-

ordinandum: *Et hostium socerorum in armis consenuit.* Nam illa, *pro curia inversique mores* per exclamationem per medium, quod est Graece διὰ μέσου, illata esse dicuntur. Poeta autem hoc cum dixisset: Itane hoc Romanus fecit, o *mores* quam *inversi* estis et, *o curia*, quam indignas res passa es, sub rege Medo. *Medum* suo more pro Partho posuit. [*Anciliorum et nominis et togae Oblit. aetern. Vestae*] per *ancilia* et *Vestam* sacra ac religiones Romanas vult intelligi. *Aeternam* autem Vestam, propter aeternos, qui in ara eius coluntur, ignes dixit. [*Incolumi Iove*] mire *incolumi Iove* ac si diceret. stante mundo inco-

Hoc caverat mens provida Reguli,
Dissentientis conditionibus
Foedis et exemplo trahenti
Perniciem veniens in aevum,

v. 15. *ut ex.* var. lect. Ion. *trahentis* omnes codd. et editt. vett. Cod. Goth. et Guelf. quod forte quis explicet: trahi s. derivari dicentis ex eo exemplo perniciem etc. Mallem, inquit Iahnus V. D., cum Stephano scripsisse *trahenti*, quamquam codd. *trahentis* tuentur. Itaque recte Guil. Canter. nov. lect. VII, 39. emend. *trahenti*, unde recep. Lamb. Cruqu. T. Fab. Steph. Heins. Baxt. Bentl. Cun. aliique plures. Facile librarii scripserunt *trahentis*, cum putarent referri ad „Reguli". Comment. Cruqu. adnotat: „adferenti in futurum perniciem reipublicae". — *exempli trahentis* coni Bentl. — Vand. D, *et exemplis* (var. *exemplo) trahentis*. Omn. al. *exemplo trahentis*.

---

caelo cecidisse credebatur, accepto una oraculo, tamdiu staturum imperium Romanum, quamdiu illud Romae mansisset. Quare Numa iussit, undecim alia eiusdem formae fieri, quibus caeleste misceretur, ne internosci posset et auferri, quod Mamurii Veturii artificis opera factum est, qui praemii loco petiit, ut suum nomen inter carmina Salii canerent, cum huiusmodi scuta per urbem circumferrent. Quotannis enim mense Martio (cf. adnotat. ad Carm. Lib. I, 36, 12.) per urbem a Saliis collo appensa circumferebantur cum solenni saltatu et carminibus; dicebantur tum *ancilia moveri;* idque per triginta dies, quibus elapsis, iterum condebantur in templo Martis, ubi adservari solebant. Durante autem tali solemni, summa religio erat, ne publice aliquid gereretur, quod ad arma et bellum spectaret. — *nominis*, quod e populo essent, virtute bellica conspicuo. — *togae*, dignitatis ipsorum pristinae, quod liberae reip. cives fuissent. Toga enim proprium Romanorum civium gestamen. Eadem virtute Virg. Aen. I, 282. Romanos appellat *rerum dominos gentemque togatam.* Hinc *togae honor* Silio VI, 393. simpliciter toga dicta, quae honori, decori est ea amicto.

v. 11. *Vestae aeternae*, cuius ignes *aeterni*, h. e. nunquam exstinguendi, et ipsi Romam aeternam spondebant. — v. 12. Augetur facti invidia, quod ita se gessissent *incolumi Iove* Capitolino, quod augustius dictum pro ipso Capitolio, arce imperii, et incolumi *urbe Roma*, utrumque pro vulgari, stante republica, re Romana integra.

v. 13. Scilicet *hoc*, ne turpem deditionem Romanus miles spe redemtionis honestae morti praeferret, ne militi spes alia salutis nisi in

---

simum est consenescere sub hostilibus armis. [*Hoc cav. mens prov. Reguli*] i. e. hoc providerat, ne quis vitam ex captivitate speraret, sed potius pro libertate moreretur. Captus enim Regulus Imperator Romanus a Poenis dum pro communicatione captivorum Romam ab Afris missus fuisset, hanc sententiam in senatu dixit: ne captivi aut redimerentur, ut in posterum disciplina militaris tali exemplo deperiret, nec militi spes alia salutis, nisi in armis esset. Vnde milites Crassi, qui Reguli dissimiles animo erant, vitam captivitate pepigerunt. [*Condit. Foed.*] turpibus, qui captivos Afrorum pro se reddi noluisset. [*Perniciem veniens in aev.*] in futurorum perniciem processurum, si tale deduceretur exemplum Romanis non pereuntibus, qui capi pote-

lumi et rerum natura. [*Hoc caverat mens provida Reguli*] ne quis, scil. vitam captivitate speraret, sed potius pro libertate moreretur. [*Dissentientis cond. Foedis*] quod captivos Afrorum noluit pro se reddi. [*Exemplo trahentis perniciem ven. in aevum*] Perniciem hinc processu-

Si non periret inmiserabilis
Captiva pubes. Signa ego Punicis

v. 17. *perirent* emend. Glarean. quia in hac versus Alcaici caesura religiose servet Horatius syllabam longam. Vnde porro Bentl. coni. *perirent immiserabiles.* — 18. *pubes?* Best. rat. emed. legg. c. 10. pag. 168. ut iam incipiat oratio Reguli et sit: „annon periret etc." — *is non* s. *sic non* coni. id. ibd.

---

armis esset, *caverat*, cavere studuit, hoc dedecus a pop. Romano prohibere voluit. Pro Regulo est *mens provida* Reguli, prudentia Reguli, qui animo facile praevideret, quantum detrimenti redundaturum inde foret in rempublicam. Omnino pedestris ratio erat: Prudenter, sapienti consilio Regulus dissuasit conditiones cett.

v. 14. *Dissentientis*, dissentiendo, eo quod dissentiret *conditionibus* (tertio casu) graece pro, a conditionibus, dissuadendo conditiones, quas Romanis Carthaginienses de permutandis captivis ferrent, negando captivos redimi debere. — *foedis* non per se, poterant enim aequissimae esse (et erant utique. Sil. VI, 485. *Exposcunt Libyes, nobisque dedere haec referenda, pari libeat si pendere bellum foedere, et ex aequo geminas conscribere leges.*), sed quia indignum ac turpe Romano nomini censebat, captivos redimi. — *dissent. exemplo*, qui exemplum extare nolebat, quod *tracturum*, adlaturum esset *perniciem*, quod perniciosissimum esset *in veniens* futurum *aevum*, ad omnem posteritatem. — Haec est verborum et sententia et nexus: *Hoc caverat mens provida Reguli, dissentientis a conditionibus foedis ac turpibus et ab exemplo trahenti*, i. e. quod traheret perniciem in posterum tempus; dicebat Regulus in senatu, redemptionem ac permutationem illam captivorum non solum re et in praesenti, sed etiam exemplo et in posterum turpem et perniciosam esse; tali enim exemplo prodito, multo posthac ignavius milites esse pugnaturos, seseque hostium potestati vivos dituros potius, sperantes futurum, ut redimantur, quam fortiter pugnando morituros. Dicebat, exemplum redemptorum captivorum perniciem secum tracturum in posteram aetatem. Hortabatur, ne periculosam imitationem exempli in posterum proderent. Tale exemplum, quod secum perniciem in posterum tempus traheret, non probabat, sed vehementer improbabat.

De Regulo memoriae breviter prodidit Cicero de Officiis I, 13.: *Atque etiam, si quid singuli temporibus adducti hosti promiserant, est in eo ipso fides conservanda: ut primo Punico bello Regulus captus a Poenis, quum de captivis commutandis Romam missus esset iurassetque se rediturum, primum, ut venit, captivos reddendos in senatu non censuit, quum retineretur a propinquis et ab amicis, ad supplicium redire maluit, quam fidem hosti datam fallere.*

v. 17. Si captivi redimerentur. Pro quo inversa oratione est: *Si non periret*, in captivitate retinendam Senatus iudicaret *captivam pubem*, captos milites, *immiserabiles*, absque miseratione, indignos quorum quisquam misereretur. — v. 18. Singulare prorsus poetae artificium est, quo obliqua oratio subito erigitur, ad rectamque convertitur; quo sane ad commovendos legentium animos vix efficacius

---

rant. [*Immiserabiles*] tanquam non essent digni misericordia in bello capti. Ordo est: *Nisi pubes captiva immiserabilis periret, esset pernicies veniens in aevum.* [*Signa ego Punicis*] allocutio Reguli in senatu

ram in futurum tempus, si exemplum tale iudicet. [*Si non periret immiserabil. Captiva pubes*] i. e. si non perissent captivi, quorum nemo

Adfixa delubris et arma
Militibus sine caede, dixit,
Derepta vidi: vidi ego civium
Retorta tergo brachia libero:
Portasque non clusas et arva
Marte coli populata nostro.

v. 20. *edixit* in Cod. Guelf. — 21. *Direpta* omnes Cruqu. Torr. Lamb. Pulm. 1, 2, 4, 5. Lips. 1, 3. Fran. Mentel. tres Bersm. Dessss. Helmst. et editt. ante Lamb. item. Fabr. Steph. Rutg. Sivr. Sed recte Lambinus emendavit *Derepta*, et sic. T. Fab. Dacer. Heins. Burm. Bentl. Cun. San. Gesn. Ion. — Vand. N, *directa;* al. omn. *direpta*.
23. *clusas* antiquiss. Bland. Cruqu. Alt 1. Cun. Ianius praefert hanc formam ut antiquam pariter ac doctam, quae mire deceat venerabilem Regulum. — Vand. H, *clusas;* al. omn. *clausas* quam lectionem Cod. Goth. pariter ac Guelf. praebent.

---

quidquam cogitari poterat. Habet autem ipsa Reguli oratio miram gravitatem ad concitandam augendamque in audientium animis indignationem, qua ipsum accensum concisae abruptaeque sententiae insigniter produnt. *Vidi signa et arma adfixa del. et derepta milit.* Etiam hic confusus rei gestae ordo egregie decet commotum Reg. animum. — *sine caede*, quae milites Romani non occisi, sed in turpissimam deditionem concedentes per summam ignaviam sibi eripi passi sunt. Atque hoc extremum erat flagitium, quod omnem miserationem discuteret atque morte adeo puniretur apud Romanos. Magnam vim habet illud repetitum *vidi*, quae ipsa collocatione augetur.
v. 21. Vivide adumbratur deditionis infamia, memoratis speciatim *brachiis tergo* in tergum *retortis*, restrictis, idque *civium* quondam Romanorum, *liberorum* adeo (quod ad tergum transfertur) nunc turpiter servientium. Solent captivorum manus et brachia a tergo revinciri, ut Epist. II, 1, 192. Hom. Il. φ', 29. *τοὺς ἐξῆγε θύραζε τεθηπότας, ἠΰτε νεβρούς, Δῆσε δ' ὀπίσσω χεῖρας ἐϋτμητοῖσιν ἱμᾶσιν.* Demosth. orat. *περὶ παραπρεσβ.: οὐδὲν ἄλλο φανήσονται, πλὴν παραδόντες Φιλίππῳ καὶ Θηβαίοις Φωκέας, μόνον οὐκ ὀπίσω τὼ χεῖρε δήσαντες.* Virg. Aen. II, 57.: *Ecce manus iuvenem interea post terga revinctum.* Ait igitur, se cives Romanos Karthagine vidisse manibus in tergum liberum retortis ac revinctis. *Tergum* autem *liberum* intellige civium Romanorum, qui sese Karthaginiensibus ultro dediderant.
v. 23. Vidi Carthaginienses in summa securitate degentes, ex contemtu vestri, quos quidem a se fractos oppressosque, ignominiam vix unquam ulturos existiment. Securitatem designant *portae* Carthaginis *non* amplius *clausae*, metu vicini hostis; quod paulo ante factum erat, Regulo victoris exercitus sui terrorem ad Carthaginem usque perfe-

---

de turpitudine et inertia captivorum. [*Militibus sine caede dix.*] ut suorum significaret ignaviam, nec eos redemptione dignos, nudatos eos, sine caede et commissione pugnae, dixit armis, ut: *Cur ante tubam tremor occupat artus?* [*Libero*] aut nudo dixit, aut, qui cum ingenui essent, ne occiderentur, servire voluerunt et ligari. [*Portasq. non claus.*] i. e. Afros non timentes et quasi iam victores recolentes agros,

eorum misereri deberet. [*Signa ego Punicis Affixa delubris*] haec verba sunt Reguli dissuadentis, ne permutatio captivorum fieret. Indicat autem indignatione, quantum turpitudinis militibus Romanis esset, cum facile se captivitati tradere viderentur. [*Et arva Marte coli populata nostro*] vidi, inquit, Poenos agros suos colere, qui agri iam

Auro repensus scilicet acrior
Miles redibit. Flagitio additis
Damnum. Neque amissos colores
Lana refert medicata fuco,

v. 26. *redibit?* Asc. Rutg. Fab. Bentl. Dacer. Ion. San. Cod. Guelf.
27. *nec* unus Bersm. Fran. *non* Lips. 4. — 28. *succo* Mentel. *suco* Lips. 1.

---

rente. — v. 24. *et arva* nunc tanquam in pace *coli*, quae modo *populata* erant *Marte nostro*, a militibus nostris. Etiam haec ad summam Carthaginiensium securitatem declarandam adiecta sunt.
v. 25 sqq. Neque vero turpe tantum, sed et inutile atque damnosum adeo reipublicae, captivos istos redimi. Summa vis sententiae contrario sensu enunciatae. An unquam sperare licet, *militem*, qui semel vitam abiectis armis cum hoste pactus sit, *auro repensum*, ubi auro penso ab hoste redemtus fuerit, *acriorem rediturum*, manu magis strenuum, fortiorem deinceps evasurum? — *Flagitio additis damnum*, dupliciter accipi postest. Est vel: Praeterquam quod flagitiose agitis, infamiam nomini Romano adspergitis, damno insuper afficitis rempublicam, pretio pro ignavis istis solvendo: turpiter auri iacturam facitis. Vel: Inutiliter flagitiosis istis impenditis pecuniam. Vtrumque satis commode. Prius tamen acrius atque fortius in dissuadenda coram senatu redemtione. Concinunt verba Euripidea (Rhes. 102.): *αἰσχρὸν γὰρ ἡμῖν, καὶ πρὸς αἰσχύνῃ κακόν.*
Flagitio Addit. DAMN.] *flagitium* peccatum est ab aliqua animi mollitia aut ignavia profectum, quod dedecus ac turpitudinem affert: *scelus* autem vel cum aliqua crudelitate et caede vel cum impietate coniunctum est. Itaque libidines flagitiosas dicimus et flagitiosam vitam et militem flagitium admisisse, qui locum non tenuit, qui hostem extimuit, qui fugit. Cicero pro A. Cluentio 46.: *statuerant enim ita maiores nostri, ut si a multis esset flagitium rei militaris admissum, sortione in quosdam animadverteretur, ut metus videlicet ad omnes, poena ad paucos perveniret.* Carm. lib. IV, 9, 50.: *Peiusque leto flagitium timet.* Milites igitur ignavos et qui propter timiditatem hosti sese tradiderunt, auro redimere, est turpitudinem damno cumulare.
v. 27. Et comparandi ratio (*nec-nec* pro vulgari, uti non s. non magis quam, ita neque) paulo quaesitior. *Lana fuco medicata*, tincta, infecta. *Medicare, φαρμάσσειν*, poetis est, alienum colorem, deperdito nativo, inducere, alieno succo tingere. Ovid. Medicam. fac. 9. *Vellera saepe eadem Tyrio medicantur aheno.* Inde *medicamen* succus

---

quos cum exercitu Romano ipse vastaverat. [*Auro repensus scil. acrior Mil. red.*] per ironiam dicit, sub hoc sensu: Ergo fortior miles procederet ad pugnam, pretio redemptus et significat non posse in acie fortiter stare militem, qui vivere redemptione didicerit. Aut certe *acrior* ad vitia *redibit*, i. e. deterior redemptus, velut qui culpam bauserit damno. [*Flagit. addit. Damn.*] i. e. contra consuetudinem Romanam et disciplinam est, ut milites pretio, non virtute liberentur. [*Neque amiss. colores Lana ref. medic. fuco*] sicut *fuco*, inquit, *lana medicata* ad pristinum iam non potest colorem reverti: ita miles vitio

a nobis ante fuerant vastati. [*Auro repens, scil. acr. Miles redibit*] Ironia, cuius sensus valet: Fortior redibit miles ad pugnam pretio redemptus? Quod significat, non posse fortiter in acie stare militem, qui didicerit victum se posse vivere. [*Flagit. addit. Damn.*] turpitudini, inquit, Romanae, quae per ignaviam militum accidit, insuper vos adiungitis damnum pecuniae, quae eos redimere vultis. [*Nequ. amiss. color. Lana*

Nec vera virtus, quum semel excidit,
Curat reponi deterioribus.
Si pugnat extricata densis
Cerva plagis, erit ille fortis,
Qui perfidis se credidit hostibus:
Et Marte Poenos proteret altero,

v. 30. *curam reponit* Cod. Goth. — 31. *Sic* quid. Lamb. Pulm. 5. Venet. 1492. Locher. Basill. — 32. *illa* Lips. 4.
33. *reddidit* Brod. *dedidit* emend. Bentl. adfusa diluvie locorum, ubi dicitur „dedere se hostibus" tanquam, sic dici posse, quisquam dubitet. Neminem unquam dixisse ait: „credere se hostibus." Post *hostibus* et mox v. 36. post *mortem* interrogandi signum posuerunt Basill. Fabr. Steph. Can. Burm. Prorsus alienum id a sensu.

---

purpurae simpliciter dictus Plin. IX, 38. *Fucus marinus*, *lactucae similis*, *conchyliis substernebatur* (teste Plin. XXVI, 10.) h. e. lana herbae istius succo prius imbuebatur, quo facilius purpurae colorem admitteret. Vid. Gesn. Thes. L. L. h. v. et ad Quinctil. XII, 10, 75. Tum omnino pro quovis succo, qui tingendo inservit, vel purpurae adeo, ut h. l. poetis usurpatur. — non *refert col. am.* reddi ei nequit candor pristinus. — Quemadmodum, inquit, lana, quae prius erat candida, posteaquam aliquo alio colore tincta et infecta est, nunquam suum candorem pristinum semel amissum recuperare potest: sic vera virtus, ubi semel vitiis ei contrariis inquinata atque ex animo deleta est, nunquam postea reparari ab iis, qui corrupti iam ac depravati sunt, ullo pacto potest. Quod etiam pertinet ad significandum, non esse redimendos captivos Romanos. — *Fucus* ist eine *Steinflechte*, die an Meerklippen waechst, φῦκος, Orseille, *lichen orcella*, *Linné*.
v. 29. *Virtus*, fortitudo animi, *vera*, natura insita. Ita *colorem verum*, h. e. nativum, genuinum dixit Terent. Eun. II, 3, 26. — ubi semel *excidit* animo, periit, amissa est; scilicet virtus *insidet* animo viri fortis; eidem, ignavo facto, excidit, sede sua proturbata.
v. 30. *non curat reponi*, aspernatur, dedignatur restitui, haud redit *deterioribus*, ignavis militibus: quamquam haud raro *acuit virtutem ignominia* (Valer. Max. II, 9, 9.) et *quondum etiam victis redit in praecordia virtus*. — v. 31. *si cerva pugnat*, si credere par est, cervam, *extricatam*, expeditam e *plagis*, retibus, pugnaturam, animose sese oppositaram insequenti venatori; *erit ille fortis*, eum quoque fortiter pugnaturum credam, *qui* cett. Ceterum sollennis timidorum cum cervis comparatio apud poetas. v. c. Hom. Il. ν', 102.
Verborum sententia haec est: si fieri potest, ut cerva, animal fu-

---

captivitatis imbutus ad pristinam non potest redire virtutem. [*Nec ver. virt.*] atqui ait Virg.: *Quondam etiam victis redit in praecordia virtus.* Sed sententiae non semper generales sunt, sed interdum pro negotiorum qualitate firmantur. [*Nec ver. virt.*] inviolata, incorrupta. [*Reponi*] reddi, restitui. [*Deterior.*] deterior a bono, peior a malo dicitur. [*Extricata*] expedita, liberata, et est sensus: Sicut cerva plagis erepta consuetudinem non potest mutare fugiendi: ita et miles, qui se perfidiae hostium commiserit, constantiam pugnandi habere non poterit. [*Plagis*] retibus. Plagae autem proprie funes retium sunt. [*Proteret*] conteret. [*Marte altero*] restaurato bello ad praelium non

ref. medic. fuco] ut *lana*, inquit, *medicata*, i. e. infecta, nunquam ad pristinum redit colorem: ita miles imbutus vitio captivitatis non erit fortis. [*Et Marte Poenos proteret altero*] i. e. iterum constitutus ad pugnam hostis

Qui lora restrictis lacertis
Sensit iners timuitque mortem.
Hic, unde vitam sumeret, inscius,
Pacem duello miscuit. O pudor!

v. 37. *Hinc* Sax. Venet. 1590. *aptius* (sic etiam Cod. Goth.) (pro *inscius*) unus Bersm. cod. Anton. Contii ap. Steph. diatr. III. pag. 67. (cui valde arridet) Bentl. 1, 6, 7, 8, 18. it. 9. a m. pr. 13. et 23. pro varia lectione et e nostris Lips. 3. Dess. 2. Suspicatur Bentl. etiam in aliorum codd. passim sic fuisse. Esset id ita explicandum: „miscuit bello pacem, tanquam inde aptius salutem petere posset." Sed ulterius progreditur Bentl. illud, *timuitque mortem*, languere nec verum quidem esse. Emendat itaque: *timuitque mortem Hinc* (i. e. a pugna, ferro), *unde vitam sumeret aptius*, quam a deditione, *Pacem et duello misc.* Sic etiam Sanad. Sivr. *timuitque mortem His*, *unde vitam sumeret*, *amplius* coni. ap. Iones. — *anscius* pro *inscius* coni. vir. doct. ap. Ion. sed ubi, quaeso, exstat id verbum? Lectio vulgata, adeo superior ab auctoritate, etiam optime habet ad sensum. *Hic* (i. e. eiusmodi homo, qui mortem timuit) cum nesciret, *unde vitam sumeret* (cum in vitae discrimen adductus esset), *pacem duello miscuit*, i. e. arma deposuit et captivum se dedidit, vitam igitur ignominiosam morti praetulit.

Vand. A, corr. *aptius*, contrad. glossa. N, R, *aptius;* D, φ, *aptius*, var. *inscius;* B, E, I, Q, V, *inscius*, var. *aptius;* C, prima syllaba rec. man. correcta, legit *instius;* O, *aptius*, corr. in *inscius* (in interstitio utrumque legitur); T, *inscius*, corr. *aptius;* γ, H, M, P, *inscius;* S. (Hic locus in Cod. S, cum lectione Sanadonis consentire videtur; nam sic scriptus est:

— timuitque mortem (sine distinctione)
Hic unde vitam sumeret aptius
Pacem etc.

supra literam *i* in verbo *hic* adest incurva lineola, quae verbum illud in verbum *hinc* commutare solet: abest tamen distinctio Sanadoniana post *aptius*. Glossa autem ad *aptius* „viriliter pugnando" ad *duello* „ubi deberet esse certamen." — A, ad verbum *aptius*, habet Acronis interpretationem de verbo *inscius*. Cum tamen mirari possis, unde lectio *aptius* in tot libros venerit; suspiceris forte vel poetam scripsisse *anxius*, unde per corruptelas facile utraque lectio — *aptius* et *inscius* — oriri posset; vel, quod veri similius videtur, adscripsisse grammaticum ad voc. *inscius* interpretamentum „anxius" et inde post *aptius* factum.

Commate vel semicolo distinguendum post verbum *hostibus*, siquidem hoc vult Regulus. exemplo usurpato rei prorsus ἀδυνάτου, si cerva de plagis elapsa pugnet, tum fortem militem futurum illum, qui hostibus se unquam dediderit. Vt Fea interpunxit, haec est sententia: „Etiamsi pugnat cerva, num propterea fortis erit ille, qui se hostibus credidit?" quod falsum atque ineptum. Etiam sequentia verba usque ad *miscuit* versu 38. prava interpunctione sunt obscurata, quae rectius alibi excusa erant, rectissimeque omnium descripta in editione Bentleii, cui in Parmensi obtemperaverat ipse eques de Azara. Et primum quidem verba *Et Marte — mortem* cum manifesto ad superoria pertineant, ne ipsa quidem pro interrogatione haberi possunt. Dein illa *Hic*, *unde — miscuit* seorsim accepta vehementer frigere cum intellexisset sagax Britannus, his quoque ad pracedentia relatis, et *Hinc* pro *Hic* reposito, quae mutatio lenissima est, erexit sententiam pulchraque oppositione mortis et vitae illustravit. Sane hac ratione meliorem nemo, ut opinor, inveniet, estque igitur locus sic scribendus:

Si pugnat extricata densis
Cerva plagis: erit ille fortis,

O magna Carthago, probrosis
Altior Italiae ruinis!

Qui perfidis se credidit hostibus;
Et Marte Poenos proteret altero,
Qui lora restrictis lacertis
Sensit iners, timuitque mortem
Hinc, unde vitam sumeret, inscius
Pacem duello miscuit. O pudor! etc.

Vitam victum interpretari licet, ut miles timuisse dicatur, ne mortem sibi inferrent Carthaginienses, qui potius debellandi erant cogendique, ut victum sibi praeberent, et se victorem suo sumtu alerent, ut fit in bellis. Sic vita morti magis proprie opponetur, quam si famam perennem sive immortalitatem intelligas, ut IV, 8, 14. Ovid. Met. 15. extremo versu, locisque poëtarum non paucis similibus. Eodem versu *sumeret* valet *sumsisset*, quemadmodum usurpari solent imperfecta. Denique sive legas *aptius* cum Bentleio secundum X libros, quibus adstipulantur aliquot Vanderburgii, sive serves vulgatum *inscius*, quod fere habent eiusdem meliores codd., ad sententiam nihil aut non multum interest. BOTHIVS.

v. 38. *Pacem et duellum* coniect. ap. Iones.

---

gacissimum ac timidissimum, e plagis elapsa ac denticulis explicata pugnare audeat: evenire etiam poterit, ut ille fortis sit, qui sese hostibus, metu mortis coactus, tradiderit et commiserit, atque ut is, qui in hostium potestatem venerit, loraque et vincula senserit, denuo sit ad pugnandum alacrior, hostemque in fugam vertat.

v. 33. *credidit se*, multo acrius quam dedidit se, tradidit se hostium potestati; cui opponitur *perfidis*. — *credidit*, h. e. qui se permisit hostium potestati: haec enim vis est verbi *credere* hoc loco; alias fidei committere significat aut committere simpliciter, quorum omnium exempla reperiuntur apud bonos scriptores. — v. 34. Adeo quidem, ut Poenos, quibus se dedidisset, *Marte altero*, novo proelio, iterum *proterat*, prosternat, vincat.

v. 35—36. Scilicet eum fortiter creditis pugnaturum, salutemque suam iterum in discrimen oblaturum, quam turpissima servitute redimendam haud dubitaverit? *Sensit iners*, ita ut ne commoveretur quidem rei indignitate, lente adeo brachia sua loris in tergum restringi passus est, vinciri se sustinuit, *timuitque mortem*, mortis metu. Scilicet *optanda mors est, quae civibus Romanis semper fuit servitute potior*, Cic. Phil. X, 19. Idem Phil. II, 144. *Servitus, postremum malorum omnium, non modo bello, sed morte etiam repellendum.*

v. 37. *Hic*, per contemtum, ignavus iste miles, qui indigne sese Romano nomine gereret. — *inscius*, tanquam nesciret, immemor prorsus, *unde vitam sumeret*, unde salutem petere deberet, quod ferro sibi

---

revertetur. Ordo est: *Qui iners sensit lora et timuit mortem restrictis lacertis*, i. e. vinciri se pertulit timore mortis, proteret Poenos altero Marte. Sic cerva pugnat extricata densis plagis. [*Hic*] in bello. [*Inscius*] ignarus rerum et per hoc ignarus, qui nesciat vitam viro forti potius in armis sperandam. [*Pacem duello misc.*] qui tanquam in pace se hostibus crediderit, dum se debuerit armis tueri. [*O pudor*] verecundia Romanorum, o, exclamatio dolentis. [*O magn. Carthago*] magna enim Carthago ab accolis vocabatur: sed hic eam poetam dedecore Romanorum maiorem ait factam. [*Altior. Ital. ruin.*] indignatio Ro-

prodieris. Hic unde vitam sumeret, inscius, pacem duello miscuit, o pudor. [*O magna Carthago probrosis Altior Italiae ruinis*] sic vocabatur

Fertur pudicae coniugis osculum
Parvosque natos, ut capitis minor,

---

vitae spes quaerenda esset. Sententia huius loci haec est: Hic miles, nesciens, vitam ac salutem non esse ab hoste petendam, sed manu et victoria esse retinendam, et, si belli fortuna victoriam hostibus adiudicet, pro libertate et in libertate cadendum esse potius, quam hostis beneficio in servitute vivendum, pacem, quae nulla debet esse cum hoste, quamdiu vita suppetit, nisi armis aut victoria ereptis aut conditione positis, cum bello confudit. — v. 38. *Pacem duello miscuit*, pro, in bello, in ipsa pugna cum hoste, tanquam in pace, transegit, de impetranda vita armatus cum hoste pactus est, deditionis pactione saluti suae consuluit, manu, vi, ferro obtinendae. — *O pudor!* mira δεινότης in hoc orationis exitu, quo in summam invidiam res adducitur. *O magna Carthago*, quantum gloriae partum tibi est ex nostro hoc dedecore! *Altior Ital. ruinis*, cuius magnitudo nostris cladibus (at quanto fortius atque significantius: *ruinis* totius Italiae) *probrosis*, summa cum ignominia coniunctis, unice innititur. Sibi respondent *altior* et *ruinis*.

v. 41 sqq. *Regulus capitis minor*, h. e. capite deminutus. Quum enim, belli iure servus Carthaginiensium factus, omnia, quae civis Romanus habuisset, iura amisisset (unde Manlius apud Liv. XXII, 60. captivorum, de quibus redimendis in Senatu agebatur, legatos ita increpat: *Liberi atque incolumes desiderate patriam: imo desiderate, dum patria est*, dum cives eius estis. *Sero nunc desideratis*, deminuti capite, abalienati iure civium, *servi Carthaginiensium facti.* Atque haec quidem erat deminutio capitis maxima) nec matrimonii atque patriae adeo in liberos potestatis amplius iure gaudebat. Igitur *removit a se osculum coniugis*, amplecti noluit Marciam, coniugem suam, indecorum existimans matronam Romanam servum osculo dignum putare. Polyb. fragm. IX. *Καὶ οὔτε τὴν γυναῖκα ἐς λόγους ἐδέξατο.* Idem memorat Eutrop. II, 14. *Inductus in Senatum nihil quasi Romanus egit dixitque se ex illa die, qua in potestatem Afrorum venisset, Romanum esse desiisse.* Itaque et uxorem a complexu removit *et Romanis suasit, ne pax cum Poenis fieret.* Latius idem persequutus est Sil. VI, 403 sqq. cuius maxime huc spectant vv. 411—414. *Me voce quieta adfatus*, iubet et vestros et coniugis una arcere amplexus, *patet impenetrabilis ille luctibus et nunquam submissus colla dolori.* — *Capitis deminutio* est status mutatio, h. e. amissio eorum bonorum, per quae in statu aliquo inter homines sumus. Eius tria sunt genera: maximum, medium, minimum. Tria enim sunt, quae habemus: libertas, civitas, familia. Cum itaque haec omnia amittimus, *maxima* capitis demi-

---

mani ducis, qui non virtutibus urbis contulit Carthaginem, sed ruinis, ut miseriis fortior crederetur, non rebus praeclaris. [*Fertur pudicae coniugis oscul.*] ad augmentum virtutis pertinet, quod castam pro patria Regulus contempsit uxorem. Impudica enim iure potuit contemni. Indecorum enim duxit matronam Romanam servum, h. e. captivum, osculo dignum putare. Neglexit etiam parvos filios, qui pro aetatis infirmitate miserationem patris merere potuerint. [*Vt capitis min.*] Vt insanus. Mino-

Carthago magna, quam ait dedecore et dolis Romanorum altiorem factam. [*Fertur pudicae coniugis osculum, Parvosque natos, ut capitis minor, A se removisse*] affirmatur Regulus, cum Romam captivus deductus esset a Poenis, aversatus uxoris osculum, dicens, inhonestum matronae eum esse, qui sit infamiae captivitatis damnatus, i. e. servus factus, maritum agnoscere. Bene ergo additum *pudicae coniugis*,

O magna Carthago, probrosis
Altior Italiae ruinis!

Qui perfidis se credidit hostibus;
Et Marte Poenos proteret altero,
Qui lora restrictis lacertis
Sensit iners, timuitque mortem
Hinc, unde vitam sumeret, inscius
Pacem duello miscuit. O pudor! etc.

Vitam victum interpretari licet, ut miles timuisse dicatur, ne mortem sibi inferrent Carthaginienses, qui potius debellandi erant cogendique, ut victum sibi praeberent, et se victorem suo sumtu alerent, ut fit in bellis. Sic vita morti magis proprie opponetur, quam si famam perennem sive immortalitatem intelligas, ut IV, 8, 14. Ovid. Met. 15. extremo versu, locisque poëtarum non paucis similibus. Eodem versu *sumeret* valet *sumsisset*, quemadmodum usurpari solent imperfecta. Denique sive legas *aptius* cum Bentleio secundum X libros, quibus adstipulantur aliquot Vanderburgii, sive serves vulgatum *inscius*, quod fere habent eiusdem meliores codd., ad sententiam nihil aut non multum interest. BOTHIVS.

v. 38. *Pacem et duellum* coniect. ap. Iones.

---

gacissimum ac timidissimum, e plagis elapsa ac denticulis explicata pugnare audeat: evenire etiam poterit, ut ille fortis sit, qui sese hostibus, metu mortis coactus, tradiderit et commiserit, atque ut is, qui in hostium potestatem venerit, loraque et vincula senserit, denuo sit ad pugnandum alacrior, hostemque in fugam vertat.

v. 33. *credidit se*, multo acrius quam dedidit se, tradidit se hostium potestati; cui opponitur *perfidis*. — *credidit*, h. e. qui se permisit hostium potestati: haec enim vis est verbi *credere* hoc loco; alias fidei committere significat aut committere simpliciter, quorum omnium exempla reperiuntur apud bonos scriptores. — v. 34. Adeo quidem, ut Poenos, quibus se dedidisset, *Marte altero*, novo proelio, iterum *proterat*, prosternat, vincat.

v. 35—36. Scilicet eum fortiter creditis pugnaturum, salutemque suam iterum in discrimen oblaturum, quam turpissima servitute redimendam haud dubitaverit? *Sensit iners*, ita ut ne commoveretur quidem rei indignitate, lente adeo brachia sua loris in tergum restringi passus est, vinciri se sustinuit, *timuitque mortem*, mortis metu. Scilicet *optanda mors est, quae civibus Romanis semper fuit servitute potior*, Cic. Phil. X, 19. Idem Phil. II, 144. *Servitus, postremum malorum omnium, non modo bello, sed morte etiam repellendum.*

v. 37. *Hic*, per contemtum, ignavus iste miles, qui indigne sese Romano nomine gereret. — *inscius*, tanquam nesciret, immemor prorsus, *unde vitam sumeret*, unde salutem petere deberet, quod ferro sibi

---

revertetur. Ordo est: *Qui iners sensit lora et timuit mortem restrictis lacertis*, i. e. vinciri se pertulit timore mortis, proteret Poenos altero Marte. Sic cerva pugnat extricata densis plagis. [*Hic*] in bello. [*Inscius*] ignarus rerum et per hoc ignarus, qui nesciat vitam viro forti potius in armis sperandam. [*Pacem duello misc.*] qui tanquam in pace se hostibus crediderit, dum se debuerit armis tueri. [*O pudor*] verecundia Romanorum, o, exclamatio dolentis. [*O magn. Carthago*] magna enim Carthago ab accolis vocabatur: sed hic eam poetam dedecore Romanorum maiorem ait factam. [*Altior. Ital. ruin.*] indignatio Ro-

prodieris. Hic unde vitam sumeret, inscius, pacem duello miscuit, o pudor. [*O magna Carthago probrosis Altior Italiae ruinis*] sic vocabatur

Fertur pudicae coniugis osculum
Parvosque natos, ut capitis minor,

---

vitae spes quaerenda esset. Sententia huius loci haec est: Hic miles, nesciens, vitam ac salutem non esse ab hoste petendam, sed manu et victoria esse retinendam, et, si belli fortuna victoriam hostibus adiudicet, pro libertate et in libertate cadendum esse potius, quam hostis beneficio in servitute vivendum, pacem, quae nulla debet esse cum hoste, quamdiu vita suppetit, nisi armis aut victoria ereptis aut conditione positis, cum bello confudit. — v. 38. *Pacem duello miscuit*, pro, in bello, in ipsa pugna cum hoste, tanquam in pace, transegit, de impetranda vita armatus cum hoste pactus est, deditionis pactione saluti suae consuluit, manu, vi, ferro obtinendae. — *O pudor!* mira δεινότης in hoc orationis exitu, quo in summam invidiam res adducitur. *O magna Carthago*, quantum gloriae partum tibi est ex nostro hoc dedecore! *Altior Ital. ruinis*, cuius magnitudo nostris cladibus (at quanto fortius atque significantius: *ruinis* totius Italiae) *probrosis*, summa cum ignominia coniunctis, unice innititur. Sibi respondent *altior* et *ruinis*.

v. 41 sqq. *Regulus capitis minor*, h. e. capite deminutus. Quum enim, belli iure servus Carthaginiensium factus, omnia, quae civis Romanus habuisset, iura amisisset (unde Manlius apud Liv. XXII, 60. captivorum, de quibus redimendis in Senatu agebatur, legatos ita increpat: *Liberi atque incolumes desiderate patriam: imo desiderate, dum patria est*, dum cives eius estis. *Sero nunc desideratis*, deminuti capite, abalienati iure civium, *servi Carthaginiensium facti*. Atque haec quidem erat deminutio capitis maxima) nec matrimonii atque patriae adeo in liberos potestatis amplius iure gaudebat. Igitur *removit a se osculum coniugis*, amplecti noluit Marciam, coniugem suam, indecorum existimans matronam Romanam servum osculo dignum putare. Polyb. fragm. IX. *Καὶ οὔτε τὴν γυναῖκα ἐς λόγους ἐδέξατο.* Idem memorat Eutrop. II, 14. *Inductus in Senatum nihil quasi Romanus egit dixitque se ex illa die, qua in potestatem Afrorum venisset, Romanum esse desiisse.* Itaque et uxorem a complexu removit *et Romanis suasit, ne pax cum Poenis fieret.* Latius idem persequutus est Sil. VI, 403 sqq. cuius maxime huc spectant vv. 411—414. *Me voce quieta adfatus*, iubet et vestros et coniugis una arcere amplexus, *patet impenetrabilis ille luctibus et nunquam submissus colla dolori.* — *Capitis deminutio* est status mutatio, h. e. amissio eorum bonorum, per quae in statu aliquo inter homines sumus. Eius tria sunt genera: maximum, medium, minimum. Tria enim sunt, quae habemus: libertas, civitas, familia. Cum itaque haec omnia amittimus, *maxima* capitis demi-

---

mani ducis, qui non virtutibus urbis contulit Carthaginem, sed ruinis, ut miseriis fortior crederetur, non rebus praeclaris. [*Fertur pudicae coniugis oscul.*] ad augmentum virtutis pertinet, quod castam pro patria Regulus contempsit uxorem. Impudica enim iure potuit contemni. Indecorum enim duxit matronam Romanam servum, h. e. captivum, osculo dignum putare. Neglexit etiam parvos filios, qui pro aetatis infirmitate miserationem patris merere potuerint. [*Vt capitis min.*] Vt insanus. Mino-

Carthago magna, quam ait dedecore et dolis Romanorum altiorem factam. [*Fertur pudicae coniugis osculum, Parvosque natos, ut capitis minor, A se removisse*] affirmatur Regulus, cum Romam captivus deductus esset a Poenis, aversatus uxoris osculum, dicens, inhonestum matronae eum esse, qui sit infamiae captivitatis damnatus, i. e. servus factus, maritum agnoscere. Bene ergo additum *pudicae coniugis*,

Ab se removisse et virilem
Torvus humi posuisse voltum:
Donec labantes consilio patres
Firmaret auctor numquam alias dato,
Interque maerentes amicos
Egregius properaret exsul.

v. 43. *Ab se* Pulm. 2, 3, 4. Bentl. 1, 2, 3, 6, 13. cett. quinque codd. ap. Cun. unus Bersm. nostri omnes, Venet. 1478. Haud dubie et aliorum exhibebant codd. Sic Heins. Bentl. Cun. San. Gesn. Ion. Sivr. Vulgo *a se.* — *viriles* — *vultus* Lips. 4.

---

nutio est, ut in servitute et deportatione: cum vero amittimus civitatem et libertatem retinemus, *media*, ut fit in transportatione in colonias: cum vero familia tantum mutatur, *infima* deminutio est, ut accidit in adoptionibus et emancipationibus. Cf. Fest. in *Deminutus*. Iustin. in Institut. lib. I. tit. 16. Digest. tit. V. — *pudicae*, matronae Romanae. Sanctitas enim atque pudicitia verum atque proprium matronarum Romanarum ornamentum. Eadem de se Marcia apud Sil. VI, 438. *Vestigia nostri casta tori, domus et patrium sine crimine servat inviolata larem.* — *parvos*, ad commovendam miserationem. — 43-44. *et virilem torv. humi pos. vultum*, egregia pertinaciae Reguli atrocisque virtutis eius ὑποτύπωσις. Stat in curia Regulus, *vultu virili*, virtutis atque constantiae eius indice, *humi posito*, in terram fixo, deiecto, *torvus*, ita ut nullus erga suos affectus eluceret, torvo obtutu amplexus ipsorum repellens. Duobus igitur membris, ita si hunc locum interpreteris, sententiam vulgarem: Regulum amplexus suorum constanter repressisse, exposuit. Atque ita fere Graeci ταυρηδὸν ὑποβλέπειν et Latini *torva*, *obliqua*, *aversa tueri* dicunt hominem indignatione aestuantem. Quod idem arguit vultus in terram deiectus, Eurip. Med. 27. — *Οὔτ᾽ ὄμμ᾽ ἐπαίρουσ᾽ οὔτ᾽ ἀπαλλάσσουσα γῆς πρόσωπον.* Aristoph. Ran. 803-4. *ἦπου βαρέως οἶμαι τὸν Αἴσχυλον φέρειν· — ἔβλεψε γοῦν ταυρηδὸν ἐγκύψας κάτω.* Epist. I, 19, 12.: *torvo vultu ferus* cett. *ὑπόδρα ἰδών.*

v. 45. Atque ita Regulus tam diu perstitit, donec patres *firmaret consilio* suo, in sententiam, quam ipse suasisset, quamquam sibi perniciosissimam (ideo *cons. numquam alias datum* inauditum vocat poeta) adductos in eaque obfirmatos videret. Bene opponuntur *firmaret* et *labantes*, h. e. ambigentes, dubios, quid consilii caperent (ita *fluctuantem alicuius sententiam confirmare* Cic. Phil. I, 7.) animo ad misericordiam propenso. *Auctor*, ornatu poetico adiectum, uti mox *exsul.* — v. 47-48. Suave anti-

---

ratio enim cerebri ἀπορίαν infert. [*Torvus*] terribilis, ut Virg.: *Optima torvae Forma bovis.* [*Humi pos. vultum*] i. e. in terram deiecto vultu, ne ad affectum vel adspectum traheretur. [*Nunquam al. dato*] qualem sententiam nemo nunquam de se dedisset. [*Egreg.*] gloriosus, qui exsulem

ne putaret illum ideo osculum coniugis aversatum, quod de pudicitia eius iniquius sensisset. [*Donec labantes consilio patres Firmaret auctor nunquam alias dato*] generaliter accipiendum, qualem sententiam nemo unquam de se tulisset. [*Et virilem Torvus humi posuisse vultum*] i. e. ad humum vultum deiecisse. *Virilem* autem *vultum* ad virtutem animi eius, cum hoc faceret, referens dixit. [*Egregius properaret exsul*] h. e. gloriosus, qui se exsulem maluerit esse, quam cum infamia

Atqui sciebat, quae sibi barbarus
Tortor pararet: non aliter tamen
Dimovit obstantes propinquos,
Et populum reditus morantem,
Quam si clientum longa negotia

v. 51. *Demovit* Lips. 4. *amicos* Farn. Lamb. omnes Pulm. unus Bland. et Mald. Cruqu. duo Bersm. Fran. Alt. Lips. 2 a m. pr. et 4. Venet. 1492. Locher. Asc. Sed irrepsisse videtur e versus stigmat. quat. lin. anteced.

52. *reditum* legitur in Cod. Guelf.

---

theton in *properaret* et *maerentes amicos*. E curia se proripit atque citato gradu, quo laetitiam suam testatam faceret, inter amicos abitu eius contristatos ad hostem pergit. *Egregius*, singularis prorsus exempli, ut qui sui ipse exilii auctor esset, captivos retinendos suadendo.

v. 49. *Nec vero ignorabat, se ad crudelissimum hostem et ad exquisita supplicia proficisci*, Cic. Offic. III, 27. — *Atqui*, enimvero, quamquam probe norat, *quae sibi barb. tortor pararet*, quae immania tormenta ac supplicia sibi ab hoste crudelissima pararentur, quibus cruciatibus sibi pereundum foret, si infecta re Carthaginem rediret, *tamen* cett. — Exstitere autem post *Palmerium* in *Exercit. ad App.* (cf. Edit. Schweighaeus. Vol. III. p. 392.) plures, qui vulgarem de Reguli suppliciis narrationem in dubitationem vocarent, totam rem ad invidiam contra Carthaginienses augendam confictam esse contenderent; quod ultro faciant; vid. *Ruperti* ad Sil. Ital. VI. p. 395 sqq. — v. 50. Eam tamen animi excelsitatem atque alacritatem in discessu prae se tulit, ut non ad hostes dirissimos, sed ad villam eum amoenissimam rusticandi gratia recta pergere diceres. Alacritatem atque constantiam Reguli vivide designant *dimovit* et preces *obstantium* propinquorum atque universi adeo *populi* Romani, *reditus morantis*, retinere eum cupientis a se neglectae Sil. VI, 494. *Prosequitur vulgus patres ac planctibus ingens personat et luctu campus; revocare libebat interdum et iusto raptum retinere dolore.*

v. 53. *Clientum negotia relinqueret*, multo significantius est, quam, urbem relinqueret, in qua clientum negotiis, quae vel orator vel advocatus curasset, quaeque diuturnitate sua summo eum taedio adfecissent (exqui-

---

se esse maluerit, quam cum infamia redimi et est occultum ἀντίθετον. Nam *maerentibus egregium exulem* opposuit. Mirum est ergo, ut ceteris pro se maerentibus, ipse constans animo probaretur. [*Atqui sciebat, quae sibi barb. Tortor parar.*] qui hac securitate voluntatis suae, impleto consilio rediret ad poenam, contemnens certa sibi et promissa supplicia, tanquam impetratis iniunctis negotiis vel ad otium reverteretur vel ad praemium. [*Et popul. red. morantem*] supple Romanum, cum illi populus resisteret ad Africam properanti, tam securo et pertinaci animo ipse omnes deseruit, quam solet quis relictis negotiis amicorum aut clientum litibus definitis, ad praedia sua proficisci, propter voluptatem, quasi volens carere

redimi, et est occultum ἀντίθετον. *Maerentibus amicis* egregium exsulem opposuit, quae figura eam vim habet, ut ostendat, ingens miraculum fuisse in hoc, quod cum amici pro eo maesti essent, ipse tamen laetus ad hostes redierit. [*Quam si clientum longa negotia*] cum populus, inquit, ei obsisteret, ne in Africam portaretur, non aliter eos reliquit, quam

Diiudicata lite relinqueret,
Tendens Venafranos in agros
Aut Lacedaemonium Tarentum.

CARMEN VI.

ARGUM. *Invehitur in mores Romanorum tum temporis cum maxime depravatos atque priscae virtuti omnino dissimiles in peius degeneratos, tum Deorum cultu impie neglecto, tum civium vita libidine et adulteriis turpiter polluta. In primis Romanos adhortatus est, ut Deorum templa labefacta reficerent, ne quid detrimenti res publica caperet; ponebant enim veteres summum studium in deorum templis splendide ornandis. Nomen Divi Augusti imperatoris tacet, quod tamen impedimento esse non potest, quominus poetam carmen in eius laudes composuisse ducamus; nam, quod rem Veneream adtinet, cuius pluribus versibus fit mentio, interpretes haud iniuria cogitavere de legibus sub Augusti auspiciis latis, nempe de legibus, quas sive retractavit sive de integro sanxit: IULIA DE ADULTERIIS. PAPIA POPPOEA DE MARITANDIS ORDINIBUS. Carmen scriptum esse videtur eo tempore, quo Augustus, teste Suetonio in eius vita cap. XXX, aedes sacras vetustate collapsas aut incendio absumptas reficiendas curavit. Placet hic adponere, quae Suetonius fusius disseruit hisce verbis: „Pleraque pessimi exempli correxit, quae in perniciem publicam aut ex consuetudine licentiaque bellorum civilium duraverant aut per pacem etiam exstiterant.“ Porro: „Leges retractavit et quasdam ex integro sanxit: ut sumptuariam et de adulteriis et de pudicitia, de ambitu, de maritandis ordinibus.“*

v. 54. *Disiudicata* Mentel. Lips. 2. Vand. B, E, φ, *II, disiudicata.* — *reliquerat* Brod. — 55. *Venefr.* error.

---

site igitur *longa*) detentus atque distractus fuisset. — v. 54. *Lite*, indictis iudiciorum feriis haud dilata, sed perorata atque *diiudicata*, decisa, ex animi sententia transacta; unde adeo liquidiorem atque sinceriorem secessus ipsi voluptatem allaturus est. — v. 55. *Tendens*, profecturus in praedium suum Campanum (pro quo in specie *Venafrum* posuit) aut Tarentinum. Vtraque regio Italiae amoenissima praediisque Romanorum eam ob causam refertissima. — *Lacedaemonium*, vid. ad II, 6, 11. 12. — Il ne faut point entendre que Régulus avoit des possessions à Vénafre ni à Tarente; mais Horace compare sa tranquillité à celle des gens riches de son temps lorsqu'ils partoient pour leurs maisons de Campagne dans cette partie délicieuse de l'Italie. Tarente étoit une colonie de Lacédémoniens. *Vanderbourg.*

---

molestiis. [*Venafranos*] Venafrum civitas Campaniae est, unde et *Venafranus.* Ad amoenitatis autem exemplum deliciosas posuit civitates. [*Lacedaem.*] a Lacedaemoniis conditum.

oolent principes, civitatis negotiorum diiudicatis iuribus vel prolatis rebus, stiosa mente urbem relinquere, festinantes otiose in praedia sua.

AD ROMANOS.

Delicta maiorum inmeritus lues,
Romane, donec templa refeceris,
Aedesque labentes Deorum et
Foeda nigro simulacra fumo.
Dîs te minorem quod geris, imperas:

AD POPVLVM ROMANVM: IN ROMANORVM VITIA: HORTATVR ROMANOS AD RELIGIONEM (AD RECTE VIVENDVM) vel tale quid.

v. 3. *labantes* Basill. — 5. *quo* Mentel.

---

v. 1. *Delicta maiorum* generatim quidem h. l. accipi possint, ut sint scelera atque piacula, *ἄγη*, quibus populum Romanum maiores obstrinxerint, maxime bellorum civilium, quibus Deorum in se iram provocassent, impietate ac diuturnitate; satius tamen erit, ob seqq. ad intermissum Deorum cultum violatasque (cf. I, 35, 37.) religiones in specie referre. *Lues*, poena istius delicti ad te pertinet, poenas a te Dii expetent, quamvis *immerito*, insonti, innoxio; e communi rudioris aevi persuasione, qua graviorum scelerum supplicia ad posteros interdum a Diis differri credebantur. *Τὰ τῶν τεκόντων ὡς μετέρχεται θεὸς μιάσματ'*, Eurip. Fr. Alcmaeon. VII. p. 417. Lips. — *Donec* religiones neglectas instauraveris. — *Templa* et *aedes Deorum* cumulavit poeta, vix ullo discrimine: quamquam, si argutari velis, posterius cum vi quadam dictum accipi possit, ut sint Deorum domicilia, sedes. *Labentes* vetustate, ruinae proximas. Neglectam in Deos pietatem ita designat poeta, quod Augustus cum reficiendorum tum novorum templorum exstruendorum curam populo, quamquam aliis de causis, ostentaret. Ovid. Fast. II, 59, 60. *Cetera ne simili caderent collapsa ruina, cavit sacrati provida cura Ducis.* Eidem mox (v. 63.) idem dictus *templorum positor, templorum sanctus repostor.* — v. 4. *simulacra* Deorum *foeda*, squalida, sordida, *nigro fumo*, quorum adeo cura diu intermissa fuerat. Bene Schol. vid. infra. Consueverant enim deorum simulacra, maxime lignea, fumo, aërisve iniuriis inquinata stato tempore ac sollenni ritu purgari apud veteres.

v. 5. *Imperas*, imperium orbis terrarum tenes, omnia tibi prospere cedunt, *quod*, propterea quod, quatenus *te minorem Diis geris*, Deos te superiores habes, eorum adeo benevolentiam cultu atque obsequio promereri studes. Suavis antithesis: Diis obsequendo obsequiosum habes totum terrarum orbem. Laudat Torrent. Cic. de Harusp. resp. 9. *Pietate ac religione, atque hac una sapientia, qua Deorum immortalium numine omnia regi gubernarique perspeximus, omnes gentes nationesque superavimus.* Val. Max. I, 1, 9. *Omnia namque post religionem ponenda semper nostra civitas duxit: quapropter non dubitaverunt sacris imperia servire; ita se humanarum rerum futura regimen existimantia, si divinae*

ACR. [*Delicata maior.*] peccata antiquorum Romanorum. [*Refeceris*] instauraveris, ut Virg.: *Semper enim refice, ac ne post amissa requiras, Anteveni.* [*Foeda*] aut inculta aut per nimiam vetustatem sordentia. [*Diis te minorem quod geris, imperas*] h. e. quanto te minorem diis geris, tanto latius imperas; nam cultu deorum Romam crevisse refert et sumpsisse principium a deorum cultu. Eandem suadet felicitatem debere

POR. [*Delicta mai. immerit. lues*] hoc ex tradita persuasione scriptum est, qui aiunt poenas posteros expendere saepe, quas maiores effugerint. [*Donec refec.*] pro donec reficias. [*Hinc omn. princ.*] subau-

Hinc omne principium, huc refer exitum.
Dì multa neglecti dederunt
Hesperiae mala luctuosae.
Iam bis Monaeses et Pacori manus

v. 6. *Huc omne* mallet Torrent. *Hinc exitum omnem, huc pr. refer* quidam edidere inepti correctores. — *hinc refer* Cod. Goth. 7. *dedere* Cun. — 8. *luctuosa* var. lect. Ion. — 9. *Monaesis* Lamb. ex Iann. Fa. 2 Vatt. Pulm. 1, 4. unus Bland. Div. Mald. Sil. Cruqu. Torr. e suis, libri Bersm. Lips. Altt. Dess. 2. Venett. Locher. Vascos. Heins. Recte *Monaeses, Μοναίσης*. Alias var. tacemus, quippe quae plane nullius sint momenti.

---

potentiae bene atque constanter fuissent famulata. Paullo ante: *Non mirum igitur, si pro eo imperio augendo custodiendoque pertinax eorum indulgentia Deorum semper excubuit: quod tam scrupulosa cura parvula quoque momenta religionis examinare videtur; qui nunquam remotos ab exactissimo cultu caerimoniarum oculos habuisse nostra civitas existimanda est.* — v. 6. *Hinc refer* seu potius ἀπὸ κοινοῦ, pete, a Diis sume *omne principium*, omnium rerum agendarum exordia; ne inceptes quidquam, nisi Diis auctoribus, *huc refer exitus*, quandoquidem susceptae rei ab iis pendet exitus. Egregie huc facit Camilli oratio apud. Liv. V, 51.: *Intuemini horum deinceps annorum vel secundas res vel adversas; invenietis omnia prospere evenisse sequentibus Deos, adversa spernentibus.* Item Appii apud Liv. VI, 41. *Quid de religionibus atque auspiciis, quae propria Deorum immortalium contemtio atque iniuria est, loquar? Auspiciis hanc urbem conditam esse, auspiciis bello ac pace, domi militiaeque omnia geri, quis est, qui ignoret? — Eludant nunc licet religiones. Quid enim est, si pulli non pascentur? Parva sunt haec;* sed parva ista non contemnendo maiores nostri maximam hanc rem *fecerunt.* Denique Cicero Or. in Vat. 6. luculento valdeque adposito loco: *Et, quoniam* omnium rerum magnarum a Diis immortalibus principia ducuntur, *volo, ut mihi respondeas, tu, qui te Pythagoricum soles dicere, — quae te tanta pravitas mentis tenuerit, qui tantus furor, ut, quum inaudita ac nefaria sacra susceperis*, auspicia, quibus haec urbs condita est, quibus omnis respublica atque imperium tenetur, *contempseris?* — v. 7. Etenim *Dii neglecti*, contemti, spretis eorum monitis, *multa mala dederunt*, gravia damna inflixerunt *Hesperiae*, Italiae, *luctuosae*, in luctum inde versae, tristi, cladibus adflictae.

v. 9 sqq. *Quantum humana consilia castigentur, ubi se caelestibus praeferant* (Valer. Max. I, 6, 11.), exemplis gravissimis e suo populo petitis, iam communit atque illustrat poeta. *Bis* cladem res Romana a Par-

---

usque ad exitum custodiri. [*Hinc omne principium*] hoc ex tradita persuasione sumptum est, quia aiunt poenas in posteros expertes saepe differri, quas maiores effugerunt, ita eos non sua, sed maiorum culpa percelli. [*Di multa neglecti dederunt Hesperiae*] Frequenter enim Romani duces non addicentibus auspiciis dimicantes grandi exercitus clade superati sunt. [*Iam bis Monaesis et Pacori manus*] Monaeses et Pacorus reges Persarum fuerunt, adversus quos Romani contra numinum voluntatem pugnaverunt infeliciter. Bis autem Parthos victoriam retulisse ob hoc dixit, quia et ante Crassum

dienda est extrinsecus particula *habes*, et est sensus: Hinc omne principium imperii habes, quod deos colas, ergo ut imperium perseveret, persevera deos colere. [*Iam bis Monaeses et Pacori manus*] hi Parthorum reges fuerunt. Bis autem Parthos retulisse de nobis victoriam dixit, quia

Non auspicatos contudit impetus
Nostros et adiecisse praedam
Torquibus exiguis renidet.
Pene occupatam seditionibus

v. 10. *Inauspicatos* quid. Lamb. Lips. 1, 3. Canter. N. L. V, 20. Masson. Vascos. — 11. *Nostris* Priscian. p. 891. quamquam ibi variant codd. mss. Sed admodum placet Bentleio: *nostris*, h. e. Romanis, *contudit impetus*, quod minus vulgare sit; et laudat Serm. II, 7, 15. Nihil ex huiusmodi argumentationibus mutandum.

---

this acceperat, primum imp. M. Crasso, quem *Monaeses*, dux Orodis, *circumfusis immanibus copiis equitum una cum parte maiore Romani exercitus interemit* (Vellei. II, 46.); iterum duce M. Antonio, cuius primum legatus Didius Saxa cum legionibus interemtus a Parthis a. V. DCCXIV. duce *Pacoro*, Orodis regis filio (Dio XLVIII, 24 sqq.) tum et ipse a. V. DCCXVIII. exercitum adversus illos ductum amisit. Dio XLIX. 24 sqq. Vterque Diis adversantibus istam adversus Parthos expeditionem susceperat; Dirarum Crasso obnuntiatarum adfatim recensent Plutarch. in Crass. c. XIX. Valer. Max. I, 6, 11. Cf. Cic. Div. I, 16. Vellei. II, 46. Flor. III, 11. — Commemoratur a Plutarch. vit. Anton. p. 932. *Μοναίσης ἀνὴρ ἐπιφανὴς καὶ δυνατός*, qui, Phraatis saevitiam cum multis aliis fugiens, ad M. Antonium se contulit, ab illo magno honore habitus, sed mox ad Phraaten invitatus rediit. Sed cum ab hoc Monaese nihil contra Romanos gestum memoret historia, maxime probabilis est opinio eorum, qui *Monaesen* Horatii eundem esse aiunt cum *Surena* illo historicorum, qui Crassum delevit; *Monaesen* illum dictum esse nomine proprio, *Surenam*, ex Orientis more, nomen magistratus s. dignitatis fuisse et designasse eum, qui apud Parthos domi militiaeque proximum a rege locum obtineret, summus eius legatus esset, regi novo diadema imponeret, summaque floreret auctoritate, potestate, magnificentia. Itaque *Monaeses* eiusque exercitus ad cladem Crassi pertinet, quam cum certe non omissurus erat Horatius, tum vix alii ac Surenae tribuere poterat. *Monaeses* nomen apud Parthos sollenne ac nobile (ut *Vologaeses*) fortasse illustri alicui familiae proprium fuisse videtur. Certe alius Monaeses est ille Antonii amicus, nam Monaeses Surena paullo post cladem Crassianam a rege interfectus est. — *impetus non auspicatos*, nos *inauspicato*, neglectis auspiciis ac Deorum monitis, se adgredi ausos, *contudit*, fregit, gravissima clade adflixit. — *et adiecisse pr. t. e. renidet*, imago ad augendam rei invidiam mire efficax, maxime si cogites, Crassum Parthici auri cupiditate hoc bellum molitum fuisse. Parthus *renidet adiecisse*, eo, quod adiecerit s. renidens adiecit suis torquibus, quos antea admodum exiguos habuerat, *praedam*, militibus Romanis, maxime equitibus, detractos torques aureos, h. e. superinduit exig. suis torq. maiores et aureos equitum Romanorum torques, istaque praeda se iactat, cum irrisione nostri. *Renidere* de arroganti risu, hiantibus leviter labiis, passim

---

et post Decium Sextum cum exercitibus suis occiderunt. [*Non auspicatos*] i. e. non comitatos diis, contemnentes auspiciorum necessariam veritatem. [*Et adiecisse*] i. e. ex praeda Romanorum torques suos pondere auxisse victores. [*Renidet*] splendet eo, quod reparati torques et maiores facti, ipsa novitate fulgerent. [*Pene occup. sedit. Del. urb.*] occupatis

et Crassum antea et tum Decium Sextum cum exercitibus occiderant. [*Et adiecisse praed. Torquib. exig.*] ea praeda, quam nobis detraxerunt, torques suos exiguos ante ampliasse gaudent, hoc enim nunc significat *renidet*. [*Pene occup. sedit. Delev. urb. Dacus*] seditionibus, inquit, destri-

Delevit urbem Dacus et Aethiops:
Hic classe formidatus, ille
Missilibus melior sagittis.
Fecunda culpae secula nuptias
Primum inquinavere et genus et domos,

v. 14. *Deiecit* Mentel. — 18. *domus* Helmst.

---

poetae. Theocr. ζ, 19. *σεσαρὼς ὄμματι μειδιόωντι, γέλως δέ οἱ εἴχετο χείλευς.* Idem κ', 14. *Καί τι σεσαρὸς καὶ σοβαρὸν μ' ἐγέλαξεν.*

v. 13—16. Aliud impietatis genus, bella civilia; quibus Deos adeo populo Romano infensos fuisse factos poeta ait, ut immissis externis hostibus urbem atque imperium Romanum pene deleverint. Daci enim atque Aegyptii potissimum quamquam essent in Antonii exercitu (de Dacis vid. Dio. LI, 22. Plutarch. Anton. p. 945. de Aethiopibus Plutarch. l. l. p. 944. D.) neque suo ipsorum nomine bellum adversus Romanos molirentur; poeta tamen ab historiae veritate paullum discessionem facere remque ita adornare potuit hactenus, quod Cleopatra Antonio nupta imperio Romano immineret. Cf. I, 37, 6—8. Dacos memorat, utpote fortissimam maximeque Romanis timendam gentem. Cf. I, 35, 9. Vrbs igitur *seditionibus* domesticis bellis *occupata*, districta atque impedita est, quo minus ingruentes externorum hostium copias arcere ac propulsare queat. — v. 15. *Hic* Aethiops s. Aegyptius, *classe*, navium copia ac magnitudine *formidatus*, metuendus, praestans; Dacus autem *melior*, bonus, peritus sagittandi arte.

v. 17. Altera calamitatum origo, mores antiqui, adulteriis, omnium flagitiorum seminariis potissimum subversi atque prostrati. Vide argum. *Secula*, aetas nostra, *fecunda culpae*, ferax, abundans scelerum omnis generis proventu, ad quaevis vitia propensa, flagitiosissima, corrupta primum disciplina domestica. *Fecundum in fraudes hominum genus* similiter Sil. II, 498. — *primum inquinavere nuptias*, corrupere adulteriis matrimonia, primam morum labem adulteriis contraxere nostra secula. *Μιαίνειν, χραίνειν, αἰσχύνειν λέχος* Graeci de adulterio. *Maculosum nefas* de eodem IV, 5, 21. — et inde *genus et domos*, plerique interpretes de turpitudinis macula soboli inde universaeque adeo familiae adspersa cogitant; sed est potius, corruperunt, depravarunt sobolem, parentum similitudine non solum in corpus, sed et in animum liberorum transfusa. *Quis enim non videt et formas et mores — effingere a parentibus liberos? quod non contingeret, si hoc non vis et natura gignentium efficeret.* Cic. de Div. II, 94. Zenoni inde vis procreatrix dicitur *σύμμιγμα καὶ κέρασμα τῶν τῆς ψυχῆς δυνάμεων ἀπεσπασμένον* apud Plutarch. de ira cohib. p. 462. Hinc *παλαιὸς αἶνος ὡς καλῶς ἔχει, οὐκ ἂν γένοιτο χρηστὸς ἐκ κακοῦ πατρός* Eurip. in Dictye fr. XI. Idem in Antig. fr. XI. *φιλεῖ γὰρ οὕτως ἐκ κακῶν εἶναι κακούς.* Ecdorus apud Stob. Flor. Grot. p. 365. *ἐκ τοῦ κακοῦ γὰρ ἡ φύσις τίκτει κακόν·*

---

enim civili bello Romanis data est occasio hostibus commovendi bella, sed et Aegyptiis, quos poeta Aethiopas appellavit, propter bellum Cleopatrae. [*Dacus*] Germanus, ut: *Aut Coniurato descendens Dacus ab Istro.* [*Fecunda culpae secul. nupt. Prim. inquinav.*] secula etiam sanctum matrimoniorum foedus per adulteria adserit corrupisse, inde fieri, ut inutiles consiliis publicis et probis actibus generentur. Quidam etiam volunt ipsum

ctum populum Romanum ex occasione pene Barbari deleverunt. [*Fecunda culp. secul.*] nostras scilicet nuptias primum inquinavere, per nuptias inquinatas vult ostendere nos ex ipsa culpa progeneratos ac merito nihil rectum in

Hoc fonte derivata clades
In patriam populumque fluxit.
Motus doceri gaudet Ionicos
Matura virgo et fingitur artibus:

v. 20. *populum patriamque* Helmst. Insolens multis visa haec iunctura: *In patriam populumque*, quia inter *patriam* et *populum* nil intersit et sic tautologia oriatur non ferenda. Itaque *Inque patres populumque* emend. et edid. Bentl. Sed non alienum fuisse a consuetudine veterum iungere „patriam et populum“ e locis Ovidii et Iuvenalis apparet; quod tamen putant nil usquam interesse inter *patriam* et *populum*, videant, unde defendant.

21. *Ionios* Cun. — 22. *M. virgo, fingitur a.* omisso *et* Cun. Ion. *fingitur artubus* (sic Cod. Goth. et Guelf.) (artus s. membra eius finguntur ad molles motus et gestus) legerunt iam Acr. et Por. vid. infr. — Item sic duo Blandd. Div. Mald. Cruqu. quidam Lamb. omnes Torr. praeter unum, plur. Bentl. duo Bersm. Pulm. 1. Mentel. Fran. Lips. 2 a m. pr. 3, 4. Dess. 2. Venett. Locher. Ascens. Basill. Torr. Cruqu. Steph. Fabr. Fab. Rutg. Burm. Dacer. Baxt. Sivr. *frangitur artubus* quid. Lamb. unus Torr. Pulm. 5. quid. Bentl. — *fungitur artubus* Mart. Cruqu. — *fingitur artibus* Iann. unus Vat. quid. alii Lamb. Pulm. 2, 3, 4. unus Bland. et Sil. Cruqu. unus Berm. Lips. 1, 2. Alt. 1. Helmst. Heins. Lamb. Bentl. Ion. Cun. San. Subtilis iudicii esse videtur, veram lectionem in hac varietate dignoscere. Illud facile intellectu *fingitur* tam praestare auctoritate quam huic loco aptius esse. Magis placet *artibus*, quod iam Porphyrionis aetate in plur. codd. fuisse, illius nota prodit. Si *artubus* legitur, nihil aliud omnino dicitur, quam quod modo dictum est; ceterum poetae scribendum fuisset *fingitur artus*, non *artubus*.

ὡς ἐξ ἐχίδνης πάλιν ἔχιδνα γίνεται. — v. 19-20. Inde, sc. ex hac adulterii labe, tamquam fonte, *derivanda* est s. *fluxit* (*derivata fluxit*) redundavit *in patr. pop.*, in rempublicam *clades*, damnum gravissimum, inclinatis iam natura ad omnia flagitia animis, parentum culpa.

v. 21. Hinc illud est, quod a tenerrima statim aetate feminae non tam prava institutione, quam ipsa natura duce, ad omnem lasciviam ac nequitiam proclives ferantur. *Motus* latius patet, quam intpp. volunt. Referendum enim non tantum ad saltationes, ut quidem exquisitior loquendi usus tam Graecorum quam Romanorum fert, sed omnino ad gestum, habitum corporis atque incessum. Iam Ionum mollitia atque lascivia prae ceteris Asiae populis famigeratissima erat, adeo quidem, ut proverbio traducerentur ipsorum saltationes ac lasciviores gestus. Cf. Athen. I, 19. p. 22. ubi *Ἰωνικὴ ὄρχησις* in iis ab Aristoxeno refertur, quae *διὰ τὴν χειρῶν κίνησιν* ceteris praestent. Aristoph. Thesmoph. 170. *ἐμιτροφόρουν καὶ διεκινοῦντ' Ἰωνικῶς*, h. e. *ἁβρῶς, τρυφερῶς*, iuxta Schol. quocum facit Hesych. *Ἰωνικόν*,

---

Augustum tangi his versibus, qui alienam coniugem tulerit et genus bonum patris sanguinis alieni coitus admixtione polluerit. [*Ionicos*] Graecos. Ipsi enim primi saltationem membrorum gestibus invenerunt, unde postea Pantomimi facti. [*Et fingitur artubus*] componitur, ut: *Et corpora fingere*

vita facere. [*Hoc fonte deriv. clad. In patr. populumq. flux.*] turpes, inquit, coitus feminarum descendunt in liberos quoque, deinde in rempublicam. [*Motus doceri gaudet Ionicos*] i. e. molles saltus, quos primi Iones invenerunt. [*Et fingitur artub.*] *artubus* legendum, quia non venit a nominativo

Iam nunc et incestos amores
De tenero meditatur ungui.
Mox iuniores quaerit adulteros
Inter mariti vina: neque eligit,
Cui donet inpermissa raptim

v. 23. *Iam nunc* iungendum cum seqq. et distinguendum post *artibus*. — 26. *nec* Lips. 4. — 27. *intermissa* Acr. (vid. eius expl. infr. adpos.) Pulm. 1. Bentl. 10. Lips. 1. *improvisa* lib. vet. Ach. Stat. teste Muret. Pulm. 5. Sax. h. e. prorsus ignoro homini nec speranti quidem. Vulgata aptior.

τρυφερὸν ἢ ἐπὶ τοῦ κατεαγότος ἢ θηλυκοῦ. Talem Asiaticam saltatricem describit Automedon ep. III, 1. (Anal. Br. II, 207.) *Τὴν ἀπὸ τῆς Ἀσίης ὀρχηστρίδα, τὴν κακοτέχνοις σχήμασιν ἐξ ἁπαλῶν κινυμένην ὀνύχων, αἰνέω, οὐχ᾽ ὅτι πάντα παθαίνεται, οὐδ᾽ ὅτι βάλλει τὰς ἁπαλὰς ἁπαλῶς καὶ ὧδε χέρας.* — *doceri gaudet*, effusissimo studio histrionum atque pantomimorum saltationes spectando, easque gestu atque incessu imitando. Cf. Ovid. A. A. III, 299 sqq. et. 351. *Artifices lateris, scenae spectacula amantur: tantum mobilitas illa decoris habet.* Sed et privatae ac domesticae ipsorum institutioni feminas Romanas sese tradidisse, haud temere ex h. l. colligas. Conf. Tacit. Annal. IV, 14. Seneca ep. 90. *Itaque hinc textorum, hinc fabrorum officinae sunt, hinc odores coquentium, hinc molles corporis motus docentium, mollesque cantus et infractos.* — *Fingitur artibus* (tertio casu) componit vultum, habitum, incessum ad has artes, ad hanc mollitiam, libidinosamque lasciviam, qua viros venetur atque ad amorem pelliciat. *Libidinis* has *artes* similiter vocat Iuv. XI, 172. — v. 23-24. *Iam nunc*, sc. *de tenero ungui*, inde a prima aetate *meditatur*, pravas cupiditates vel *ad incestos amores* extendit, hos expetit.

v. 25—32. *Mox*, viro nupta, adultera sit. Non exspectat, dum sibi male repugnanti pudicitia extorqueatur, sed libidinis exstimulata intemperie *quaerit*, ultro adit, compellat, adque stuprum instigat, *adulteros*, viros, quibus pudicitiam suam substernat, *iuniores* marito suo, (ad notandam libidinem) *inter mariti vina*, ad coenam a marito hunc ad finem convocatos, vinoque ad libidinem irritatos. Praesente igitur conscioque atque lenocinante adeo marito foedo ac propudioso hoc sese mulier induit flagitio! Talem maritum designat Iuven. I, 55. *doctus spectare lacunar, doctus et ad calicem vigilanti stertere naso.* — *neque* fastidiosa est in eligendis amatoribus aut furtim adulteros admittit, *sed* cett. — *gaudia* paulo honestius in re turpi vocabulum, quo passim poetae utuntur, v. c. Ovid. A. A. II, 459. — *impermissa*, illegitima, flagitiosa, illicitos concubitus. — *raptim*,

---

lingua, significat autem per hoc institui et molliores saltatus. [*De tenero meditatur ungui*] initio, i. e. ab immatura et prima aetate. *Meditatur*, amorem exercet, ut Virg.: *Nec iam furtivum Dido meditatur amorem.* [*Inter mariti vina*] aut in ipsis nuptiis aut inter domestica convivia. [*Intermissa*] interlassata. [*Gaudia*] voluptates stupri. Hic impatientia ince-

artes, sed *artus*. Significat autem per id molliores saltus puellas discere, h. e. turpes et libidinosos motus rerum Venerearum. [*De tenero medit. ungui*] hoc proverbium de Graeco est, quod dicunt ἐξ ἁπαλῶν ὀνύχων, quod significat a prima infantia. [*Neque eligit, Cui donet imperm. raptim*] Sensus est: Neque ex occasione exstincti subito in convivio luminis properat adulter, post intervallum occulte scilicet, facere hoc non permittente tan-

Gaudia, luminibus remotis;
Sed iussa coram non sine conscio
Surgit marito, seu vocat institor
Seu navis Hispanae magister,
Dedecorum pretiosus emtor.
Non his iuventus orta parentibus
Infecit aequor sanguine Punico,

v. 28. *oscula* duo Lamb. — 30. *cum vocat* unus Bland. Cr. Alt. 2. — 32. *Dedecoris* Ment. Dess. 2. minus poetice.

---

ut temporis momenta, furtis eius accommoda, rapiat, iis celerrime utatur, et *luminibus remotis*, tenebris turpitudinem celet atque adeo aliquam pudoris rationem habeat. — v. 29. *Sed* pudicitiam in propatulo habet, (ut Sallust. Cat. 13. de aetatis suae feminis) hosque solos sectatur, unde maxima lucri spes adfulget, ex adultera in quaestuariam versa. — *coram* convivis atque ipso marito. Iuven. VI, 140. *Libertas emitur*, coram licet innuat *atque rescribat; vidua est, locuples quae nupsit avaro.* Ibid. v. 400. — *institor* (hodie *Schiffscapitain*) dicebatur, qui demandata a domino negotiationis cura merces singulatim vel in taberna venderet vel ostiatim circumferret; cuius generis homines serviles aut sordidos saltem natales habuisse constat. Atque ii quidem, qui munditiarum muliebrium nugamenta venalia haberent, comtius vestiti ac molliori corporis cultui (Propert. IV, 2, 38. *mundus demissis institor in tunicis.* Ovid. A. A. I, 412.) dediti ad nobiliorum feminarum amicitiam adrepere easque muneribus tentare solebant. — v. 31. *Navis magistrum* fere intelligunt eum, cui totius navis cura mandata est, *ναύαρχον;* sed gravior oppositio est, si de patrono s. domino navis, *ναυκλήρῳ* s. naviculario, accipias. Est enim: in promiscuo habet, utrum domino an servo copiam sui faciat. Plane uti Epod. XVII, 20. *amuta nautis multum et institoribus. . .* Mercatores autem antiquitus ipsos suamet negotia curasse longinquaque itinera mari fecisse, abunde constat; unde simpliciter nautae interdum dicti. Nave *Hispana* designari putem mercatorem Romanum, qui merces ex Hispania convehit; quae negotiatio tum quaestuosissima erat. Inest adeo vis in hoc epitheto. Ceterum mercatura apud Romanos, utpote gentem bellicosam, in nullo honore erat, etiamsi haud in tenui occuparetur, sed magna atque copiosa esset. — v. 32. His ultimae sortis hominibus morem gerit, sola pretii invitata magnitudine. Vterque adeo *pretiosus emtor*, qui magno emunt *dedecora*, stupra, adulteria.

v. 34. Flagitiosae seculi sui libidini opponitur antiquae simplicitatis, frugalitatis, severiorisque morum disciplinae, quibus domi militiaeque ma-

---

stus ostenditur. [*Luminibus remot.*] taedis, faculis, ad admittendum crimen obscuritate procurata est, h. e. remotis lucernis. [*Sed iussa*] aut a libidine instigata aut a corruptore. [*Non sine conscio surgit marito*] ut Iuven.: *Doctus spectare lacunar, Doctus et ad calicem vigilanti stertere naso.* [*Institor*] mercator. [*Dedec.*] incestuum. [*Non his iuv. orta par.*] tanquam legitimis concepti nuptiis fuerint. Nec ex huiusmodi nati hominibus illi Romani, qui omnes vicerunt. [*Infecit aequor sanguine Punico*] Luctatium significat, qui navali bello apud Siciliam cum Hannibale multa Poe-

tum, sed etiam iubente marito. [*Dedecor. precios. emptor*] qui dedecora i. e. adulteria magno pretio emit. [*Non his iuvent. orta par. Infec. aequor sang. Punico*] melioribus, inquit, fuit orta parentibus iuventus illa

Pyrrhumque et ingentem cecidit
Antiochum, Hannibalemque dirum:
Sed rusticorum mascula militum
Proles, Sabellis docta ligonibus
Versare glebas et severae

v. 35. *Pirrum, Pyrrum,* error. — 36. *durum* 4 Torrent. Pulm. 4, 5. Sax. Brod. Lips. 2 a m. s. Locher. Flor. Zar. et quid. alii mss. et edd. Sed *dirum* Comm. Cruqu. plur. Bentl. omn. Lamb. Cruqu. Bersm. Venet. Asc. Basill. Steph. Fabr. T. Fab. Heins. Bentl. Baxt. Cun. Ion. San. Probatur etiam e Quinctil. VIII, 2. — *Hannibalem*, non *Annibalem* scribendum est; vid. ad II, 12, 2. — 37. *maxima* loco *mascula* ex errore Cod. Goth.
38. *Pubes* Fran. — 39. *severi Patris* Dess. 2.

---

iores inclaruerant, remque Romanam continuerant et ad summum fastigium evexerant, imago. *Non his*, tam flagitiosis *parentibus orta*, enata erat illa *iuventus*, proles, quae maximas olim res terra marique patraret, maximosque exercitus deleret. Iam pro primo Punico bello in specie memorantur pugnae navales ad Aegates commissae, quibus Romani ducibus Duilio et Lutatio Catulo *infecere*, tinxere *aequor* Siculum *sanguine* Carthaginiensium, rem Punicam gravissima clade adflixere. *Mare Siculum Poeno purpureum sanguine* Carm. lib. II, 12, 2. — *Pyrrhus*, Epirotarum rex, a Tarentinis in auxilium adversus Romanos vocatus, hisque aliquot praeliis superior tandem a Curio Cos. ad internecionem victus est. — *Antiochus*, Syriae rex, Thoantis, Aetoliae principis, et Hannibalis impulsu Romanos bello aggressus, primum mari, duce Aemilio Regillo, dein terra ab Acilio Glabrione et Corn. Scipione devictus est. *Ingens* dictus, cum quod Syriam teneret, *viris, opibus, armis copiosissimam* (Flor. II, 8. cui ideo l. l. *maximus regum* dictus) tum maxime, quod tanto apparatu illud adversus Romanos bellum moliretur, ut vix aliud formidolosius fama videretur. — *dirum, abominatum parentibus* (Epod. XVI, 8.), terribilem Romanis, significanti epitheto, indice quoque Quinctil. VIII, 2. Iuven. VII, 161. Sidon. VII, 130.

v. 37. *Proles rusticorum militum*, prognati a parentibus rusticis, luxuria ac desidia haud infractis, sed militia, agriculturaeque studio induratis; unde *mascula*, robusta, fortis. — v. 38. *docta*, a pueritia ad rusticorum operum molestias adsuefacta. Pro rusticis operibus: *versare*, diffindere, comminuere *glebas*, utpote in agro aspero et aratu difficili, quae omnino antiquior apud Italos agri colendi fuit ratio. Vide, quem laudat doctiss. Boettiger, Dickson on the husbandry of the ancients T. I. p. 415. Plerique de agro bono et pingui accipiunt, quem satis sit ligone aperiri. Virg. Georg. II, 167. *Haec genus acre virum, Marsos pubemque Sabellam, adsuetumque malo Ligurem, Volscosque verutos extulit.* Aen. IX, 603 sqq. quem locum, severiorem veteris Italiae incolarum disciplinam, admixtis,

---

norum caede pugnavit. [*Pyrrhumque*] Pyrrhus, Epirotarum rex, Antiochum auxiliis adiuvans, victus est a Romanis, cum ipso Antiocho, rege Syriae, a quo et civitas nomen accepit Antiochea. [*Hannibalemq. dirum*] aut crudelem aut pugnacem, qui ab Africano ad ultimum victus est. [*Sabellis*] aut Sabinis aut Marsis, ut: *Dentesque Sabellicus exacuit sus.* [*Mascul.*] fortis, robusta. [*Versare gleb.*] arare, ut Virg.: *Ante supinatas aquiloni*

apud antiquos nostros, quae bella Punica pro patria navalibus praeliis gessit. [*Sed rust. masculina milit. Prol.*] hodieque ex rusticis milites lecti meliores habentur. [*Severae Matr. ad arbitrium recis. Port. fustes*] mi-

Matris ad arbitrium recisos
Portare fustes, sol ubi montium
Mutaret umbras et iuga demeret
Bobus fatigatis, amicum
Tempus agens abeunte curru.
Damnosa quid non inminuit dies?

v. 43. *Bubus*, sollenni varietate, quid. mss. et edd. — 45. *Annosa* emend. et edid. Cuning. ingeniose quidem, sed nulla necessitate. *imminuis* lib. vet. memoratus Klotzio, lect. Venus. praef. pag. 15.

---

quos Hor. habet, coloribus egregie adumbrantem, maximam partem huc transferre haud piget: *Durum ab stirpe genus, natos ad flumina primum deferimus, saevoque gelu duramus et undis; venatu invigilant pueri, silvasque fatigant; at patiens operum parvoque adsueta iuventus* aut rastris terram domat (quod eodem modo accipiendum, ut in Horatii l.) *aut quatit oppida bello. Omne aevum ferro teritur* cett. — v. 40. *matris ad arbitrium*, iussu, ad totam ῥῆσιν hoc spectat. — *severae*, durae; quam significanter h. l. *fustes*, ligna intellige s. sarmenta, coenae apparandae inservientia. Sed alterum adultiorem filiorum aetatem, graviusque matris iussum involvit. — Absoluto opere diurno, vesperi. Vespertinum tempus venuste admodum et ad rem accommodate coloribus e vita rustica petitis adumbravit poeta. Vbi sol *abeunte curru*, abiens, longius recedens, ad occasum vergens, umbras montium *mutaret*, ampliaret, longiores induceret. Notissima Virgilii: *Et sol crescentes decedens duplicat umbras*, et: *Maioresque cadunt altis de montibus umbrae.* Sol *demit*, detrahit, solvit *iuga bobus fatigatis*, opere diurno fessis, quatenus occasus eius detrahenda ea admonet. Eadem elegantia *Ἠὼς ἐπὶ ζυγὰ βουσὶ τίθησι* apud Hesiod. *Ἔργ.* 587. Apollon. Rh. IV, 1629. *ἦμος δ' ἠέλιος μὲν ἔδυ, ἀνὰ δ' ἤλυθεν ἀστὴρ αὔλιος, ὅς τ' ἀνέπαυσεν ὀϊζυροὺς ἀροτῆρας.* Dictum inde Graecis vespertinum tempus *βούλυσις, βουλυτός* (Hom. Il. π', 779.), *βουλύσιος ὥρη* (Arat. Dios. 387.) ad quod passim alludunt poetae latini. Virg. Ecl. II, 69. *Adspice, aratra iugo referunt suspensa iuvenci;* Ovid. Fast. V, 497. *Tempus erat, quo versa iugo referuntur aratra.* Cic. ad Att. XV, 27. — *agens, ἐπάγων*, adducens tempus *amicum*, gratum rusticis, cessationem ab opere diurno, requiem.

v. 45. Natura ita comparatum esse, ut omnia longo annorum decursu corrumpantur atque in deterius mutentur. Seneca de Benef. I, 19. *Hoc maiores nostri questi sunt, hoc nos querimur, hoc posteri nostri queren-*

---

ostendere glebas. [*Et severae Matris ad arbitrium*] et bene et mortaliter simplicitatem et patientiam laboris in iuvenibus per hanc commemorationem ostendit, eo quod ita se subdant imperiis matrum, ut ad earum operentur arbitrium: vel quia haec rusticis est consuetudo, ut post laborem cum lignis revertantur ad suos. [*Severae*] castae. [*Sol ubi mont.*] ut Virg.: *Et sol crescentes decedens duplicat umbras.* [*Bobus fatig.*] ut Virg.: *Adspice, aratra iugo referunt suspensa iuvenci.* [*Amicum*] gratum laborantibus, ob compescendam quietem. [*Damnosa quod non im.*

re simplicitatem et patientiam laboris in iuvenibus per id ostendit, quod etiam matrum potestati se subiicerent, cum ad arbitrium earum operarentur. [*Amic. temp. agens*] amicum laborantibus scilicet ob capessendam quietem. [*Damnosa quid non inm. dies*] hoc ideo dicit, quoniam viden-

Aetas parentum, peior avis, tulit
Nos nequiores mox daturos
Progeniem vitiosiorem.

---

tur, eversos esse mores, regnare nequitiam, in deterius res humanas et in omne nefas labi. Quid non, omnia *imminuit, κάρφει,* atterit, carpit, *dies,* tempus; temporis successu omnia deteriora fiunt. *Damnosa* ideo, damna, detrimenta afferens, mutata in peius rerum conditione. Eadem ratione *damnosa senectus* dicta Ovid. Trist. III, 7, 35. — v. 46. *Aetas parentum, γενεά,* qua parentes nostri vixerunt, *peior avis,* quae ipsa iam avorum aetate deterior fuit, (Senec. Thyest. 134. *Neu succedat avo deterior nepos et maior placeat culpa minoribus.*) nos *tulit,* protulit, iis nos facti sumus *nequiores,* improbiores; nosque a patribus nostris degeneres *daturi,* edituri sumus *sobolem vitiosiorem,* nosmet posteri nequitia superabimt. Arat. (Phaenom. 123.) *οἵην χρυσείην πατέρες γενεὴν ἐλίποντο χειροτέρην, ὑμεῖς δὲ κακώτερα τεξείσθε,* cuius loci fundum Boettigerus indicabat Homeri Od. *β,* 276. *Παῦροι γάρ τοι παῖδες ὁμοῖοι πατρὶ πέλονται· οἱ πλέονες κακίους· παῦροι δέ τε πατρὸς ἀρείους.* Interpretatio huius carminis nullis implicita difficultatibus breviter absolvi poterat, ita ut fere omnia sufficerent, quae ex Mitscherlichii commentatione adposuimus. Quum vero sententia, quae carmen concludit, magnum spiret animum, cuius semper recordentur iuvenes Germani, quid est quod magis gestire possimus? — versionem Vossii praeclaram referre nobis perplacet:

Nein, streitgewohnter Ackerer Zucht erwuchs
Mannhaft, die kundig mit dem Sabellerkarst
Erdschollen umwühlt', und auf strenger
Mütter Gebot die im Forst gehaunen
Holzkolben heimtrug: wann den Gebirgen Sol
Die Schatten ausdehnt', und dem ermatteten
Pflugstier das Joch abnahm, die holde
Stund' auf dem scheidenden Wagen führend.
Was untergrub nicht raffender Zeiten Sturz?
Der Vaeter Stamm, ausartend von Ahnen, trug
Uns Lasterhaftern, bald erwaechst uns
Aftergeschlecht in verschlimmtrer Bosheit.

---

dies] ac si diceret: Cuncta in peius ruunt, eo quod nihil aeternum sit, sed processu temporum omnia in peius labuntur. Vnde dictum est: Nihil est enim opere et manu factum, quod non conficiat consumatque vetustas. [*Tul. nos Nequiores*] i. e. peiores. Nequitiam parentum dicit augeri per posteros. [*Mox daturos*] nos, scilicet allaturos peiores et viciosiores filios.

tur omnia per processum temporum in deterius labi. [*Aetas parent. peior avis tul. Nos nequior. mox datur. Progen. vitiosior.*] damnosam rem mira facilitate et brevitate successu temporum in deterius labi demonstrat.

CARMEN VII.

ARGUM. *Carmen levioris argumenti ad Asterien meretricem scriptum, in quo eam de amatoris Gygis longiore absentia consolatur, inquiens, vanas omnino esse querelas, neque illum, tum temporis in Asia quaestus faciendi causa perigrinantem, perfidum neque in amore inconstantem esse, qui praeclarum suae in amore constantiae documentum ediderit, ipse ab puella, quae Chloe vocatur, petitus. Quod quidem Gygi in urbe, quam nomine indicat, accidisse narrat. Ipsam potius adhortatur, constans ut maneat in amore, neque Enipeo cuidam faciliorem se praebeat; videtur enim Horatius Asterien fenestram eo fine aperientem animadvertisse, ut illum respiceret, quod quidem ei vehementer exprobrat, dicens: At, tibi Ne vicinus Enipeus Plus iusto placeat, cave!* —

AD ASTERIEN.

Quid fles, Asterie, quem tibi candidi
Primo restituent vere Favonii,

ASTERIEN HORTATVR AD SPEM ET HONESTATEM Edd. vett. AD ASTERIEN MERETRICEM in mss. reperit Lamb. unde eam negat matronam fuisse. Sed e librarii iudicio quid tandem sequitur? AD ASTERIEN DE CONSOLATIONE VIRI Cod. Goth.

---

v. 1. *Quid fles* cett. cur adeo contristaris, conquereris de Gyge tuo, admissa in animum perfidiae eius ob longiorem absentiam suspicione? — *Favonii* non proprie quidem Gygen *restituent,* h. e. e Graecia in Italiam referunt, quum plane adversi sint inde solventibus; sed quatenus *in veris principio* (spirare incipiunt VII. Id. Febr.) *hibernum molliunt caelum,* (Plin. II, 47.) et mare navigabile reddunt, apte ideo h. l. *candidi* dicti, caelum hibernis nubibus obvolutum explicantes ac mare tranquillum reddentes. Similiter *Favonium serenum,* h. e. uti ipse explicat, *tranquillitatem facientem,* vocat Plaut. Merc. V, 2, 35. — De vocabulo „*candidus*" quoque in *Lexico* in *Q. Horatii Fl.* opera omnia, culpa instituti vulgo bibliographici nondum absoluto, pag. 52. diximus. Quam saepe bibliopolae modo hunc modo illum ex numero eorum, qui libris edendis operam ac studium navare solent, ratione minime laudabili neglexerint, res satis nota; rationem vero, qua quidem iste homo nobis se praebuerit, h. l. enarrare, plane non adtinet. *Quo usque tandem?* cett. apud *Ciceronem* cett. — *primo,* ad levandam puellae suspicionem. — *beatum* factum, ditatum *mercibus* e Bithynia advectis. Thyni et Bithyni, e Thracia coloni (Herod. VII, 75. Strabo XII. p. 541.) unius quidem originis, sed hactenus diversi, ut Thyni quidem appellarentur, qui oram Ponto proximam, Bithyni

---

ACR. [*Quid fles, Asterie*] ad Asterien amici sui coniugem scribit et eam solatur Gygis mariti sui amore maestam, monens, ut custodiat castitatem, nec alterius adolescentis blanditiis aut specie capiatur, dum maritum sperare debeat primo vere rediturum. Ordo est: *Asterie, quid fles Gygen, iuvenem constantis fidei, quem restituent tibi primo vere candidi Fa-*

POR. [*Quid fles, Asterie*] hac ode consolatur puellam desiderio coniugis sui maestam et simul monet, ne alicuius adolescentis blanditiis aut specie ipsa capiatur, et est ordo: *Quid fles, Asterie, Gygen, quem*

Thyna merce beatum,
Constantis iuvenem fide,
Gygen? Ille Notis actus ad Oricum
Post insana Caprae sidera, frigidas

v. 3. *Thymna* Land. Asc. — 4. *constantis* omnes, quotquot exstant, codd. mss. *fidei* (disyll.) 2 Vatt. Cler. unus Russard. et unus Nicot. Lamb. omnes Torrent. et Pulm. codd. Blandd. Mald. Sil. Cruqu. Bentl. plerique, duo Bersm. Mentel. Fran. Lips. Dess. 2. Alt. 1. Helmst. Sax. Gott. Zar. Flor. Et sic Cruqu. Torrent. Heins. *fidi* Torn. Lamb. Div. Cruqu. Bentl. 3. *fide* Iann. 2 Vatt. Vrs. Lamb. Mart. Cruqu. codd. Fabr. Alt. 2 (cum nota: „pro fidei"). Sic Asc. Mancin. Land. Basil. 1531. Venet. 1590. Fabr. Bentl. Cun. San. Ion. Baxt. Sivr. Scilicet *fidei* contracte olim pronuntiatum, nunc *fidi*, nunc *fide*. Vid. Gell. IX, 14. Prisc. VII extr. Voss. Annal. II, 19. Sic casu secundo antique *die*, Virg. Georg. I, 208. *fide*, Ovid. Met. III, 341. VI, 506. VII, 728. Et *fide* casu tertio Hor. Serm. I, 3, 95. Itaque forma antiqua h. l. recte praefertur; pro qua facile ex interpretamento irrepsit *fidei*. Denique *constanti* — *fide* Venett. 1478. 1492. Locher. R. et H. Steph. Fab. Dacer. Haud dubie ob *fide*, quod pro ablativo habitum, inductum *constanti*. — 5. *iactus* Lips. 4. *vectus* Helmst. *Oricon* Cun.

---

autem, qui interiorem Ponti regionem incolerent. Atque ita quidem hos populos distinguit Herod. I, 28. et inde Eustath. ad Dionys. Perieg. 793. Catull. XXXI, 5. Quam ferax ea regio rerum omnigenarum proventu fuerit, testatur Eustath. ad Dionys. l. l. *τοὺς Βιθυνοὺς καὶ ναυτικωτάτους ἱστοροῦσι γενέσθαι ποτὲ* (*Βιθυνὸν ἔμπορον* laudat quoque Lucian. T. III. p. 319. cf. I, 33, 7.) *καὶ τὴν αὐτῶν γῆν πάμφορόν τε καὶ εὔδενδρον εἶναί φασι καὶ λιθοτομίας ἔχουσαν καὶ κρυστάλλους ἐν ὄρεσι φύουσαν καὶ ἄλλα πολλὰ ἔχουσαν ἀγαθά.* —

v. 5. *Notis actus*, tempestate compulsus, coactus *Oricum* appellere. *Oricus*, urbs Epiri cum portu, qui cum Italiam e Graecia petentibus necessario adeundus, saltem praeter eum vehendum esset, Gygen non tam a recto cursu abreptum, quam potius, ut ad eum appelleret, vi tempestatis coactum, ibique, ingruente hiberno tempore, detentum puta. — v. 6. *Post caprae sidera*, post ortum caprae. Stella ista, quae est in sinistro Aurigae humero, ortu et occasu suo tempestates excitare credita, quatenus mare per illud tempus procellis maxime infestatur. Arat. Phaen. 156. *εἰ δὲ — καί τοι φάτις ἤλυθεν αἰγὸς αὐτῆς ἠδ' ἐρίφων, οἵτ' εἰν ἁλὶ πορφυρεούσῃ πολλάκις ἐσκέψαντο κεδαζομένους ἀνθρώπους.* — *insana*, insanos (*insani feriant sine litora fluctus* Virg. Ecl. IX, 43.) fluctus, vehementissimam tempestatem excitantia. — *frigidas noctes agit*. Pro, te solam ibi nocte dieque cogitat, tuique desiderio contabescit, hocque tenerrimo cum affectu pro, ibi invitus detinetur, haud irretitus retentusque

---

vonii Thyna merce beatum. [*Quem tibi cand.*] sereni, prosperi. Iste enim ventus verno tempore frequentius flat. [*Thyna*] Bithyna. Quidam enim volunt Thynam civitatem vicinam Bithyniae dictam, Ponto confinem. Quidam *Thynnum* piscem magis intelligendum suadent. [*Ille Notis*] *Notos* pro quibuslibet ventis posuit. [*Ad Oricum*] civitas Ciliciae aut Oricia terebintho (†). [*Post ins. capr. sid.*] haedos videtur significare, quorum ortus

tibi restituent Favonii primo vere Thyna merce beatum. Bithyni iuncti sunt Thynis, utraque autem gens Ponto confinis est. [*Ille Notis act.*] *Notis* pro quibuslibet ventis positum est. [*Post insana capr. sidera*

Noctes non sine multis
Insomnis lacrimis agit.
Atqui sollicitae nuntius hospitae,
Suspirare Chloen et miseram tuis

v. 8. *Insanis* Lips. 4. — 9. *Atquin* omnes fere libros vett. exhibere ait Lamb. et sic edidit. Sed nihil tale repererunt alii. — 10. *Chloen* recte; ex errore nonnulli *Cloen*.

---

amore cuiuspiam feminae, quod suspicaris. *Noctes frigidas agit*, solus noctu cubat, trito poetis loquendi usu. Ovid. Her. I, 7. *Non ego deserta iacuissem frigida lecto.* Idem Amor. III, 5, 42. *Frigidus in viduo destituere toro*, et A. A. III, 70. *Frigida deserta nocte iacebis anus.* Lucan. V, 806. *viduo tum primum frigida lecto, atque insueta quies uni nudumque marito non haerente latus.* Contra Theocr. II, 137. *καὶ νύμφαν ἐφόβησ' ἔτι δέμνια θερμὰ λιποῖσαν ἀνέρος.* Tibulli locum I, 8, 39. *quae frigore sola dormiat*, huc non traxerim. — *non sine multis lacrimis*, tui desiderio adsidue prorumpentibus. Ad idem designandum valet *insomnis*, curis somnum fugantibus. M.

v. 9. *Nuntius Chloes hospitae dicit*, suspirare eam. *Nuntius*, internuntius, qui Gygen in Chloës amorem pellicere conabatur. — *hospitae*, apud quam Orici deverterat. Debuere adeo Romae noti esse Chloës mores meretricii. — *sollicitae*, perdite amantis, amore aegrae. Sollicitudo omnino amori propria (Terent. Eun. I, 1, 14.) maxime ubi haud mutuus est vel ab alio interceptus. Ita *Galli amores* dicit *sollicitos* Virg. Ecl. X, 6. Lycoride alium secuta, et Ciris *aestus sollicitos* Cir. 340. — v. 10. *Suspirare* itidem de vehementiori amoris affectu. Auctor incert. c. XXXII. (Anal. Br. III. p. 157.) *Παιδείῳ, Θρασύβουλε, σαγηνευθεὶς ὑπ' ἔρωτι ἀσθμαίνεις, δελφὶς ὥς τις ἐπ' αἰγιαλοῦ κύματος ἱμείρων.* Callim. ep. XLV, 1. *ἕλκος ἔχων ὁ ξεῖνος ἐλάνθανεν· ὡς ἀνιηρὸν πνεῦμα διὰ στηθέων, εἶδες, ἀνηγάγετο.* Epod. XI, 10. *amantem — arguit et latere petitus imo spiritus.* Cf. Catull. LXIII, 97. Ovid. Met. X, 402. — *uri ignibus tuis*, amore flagrare, incensam esse, tuo, tibi debito, quo te solo frui

---

et occasus concitat tempestates, de quibus Virg.: *Pluvialibus haedis.* Et alibi: *Haedorumque dies servandi. Insana* autem, i. e. intempestuosa. [*Frigidas Noctes*] duplici modo accipi debet, vel propter hiemem, quae peregrinantibus acerbior semper videtur, vel propter solitudinem, quia sine suis erat et velut abstinens frigebat. [*Insomnis*] velut uxoris amore non dormiens, ut: *Nec unquam Solvitur in somnos.* [*Atqui sollicit. nunt. hosp.*] Gygen a Chloe hospita sua affirmat adamatum, quam contemni dicit prae dilectione vel desiderio uxoris absentis, quem etiam per internuncios terret, ita eum pro castitate moriturum, sicut hi, quorum inferius exempla commemorat. Ordo est: *Atqui vafer nuntius sollicitae hospitae tentat illum mille modis, dicens suspirare miseram Chloen et uri tuis ignibus et refert, ut perfida mulier impulerit Proetum credulum falsis criminibus, maturare necem nimis casto Bellerophonti.* [*Tuis ignibus*] quia etiam tu

haedos videtur significare, quorum ortus et occasus concitant tempestates. Horum etiam Virgilius meminit dicens: *Quantus ab occasu veniens pluvialibus haedis Verberat imber humum.* [*Frigidas*] duplici modo accipe et propter hiemem, qua peregrini retinentur, et propter solitudinem. [*Atq. sollic. nunt. hosp.*] dicit Gygen ab hospita Chloe amari et ab ea nuntium

Dicens ignibus uri,
Tentat mille vafer modis.
Vt Proetum mulier perfida credulum
Falsis inpulerit criminibus nimis
Casto Bellerophonti

v. 13. *Proetum* recte, alii aliter hoc vocabulum scribunt, sed falso. — 15. *Bellerophonti*, in quo quidem voc. multi quod eius orthographiam attinet aberrant.

---

decet, consentaneum est, tui amantis. Ita *oscula mea* Tibull. I, 9, 78. *τά φιλήματά μου* Achill. Tat. IV, 8. et sic passim apud Ovid. et alios. — *tentat*, instigat eum ad amorem; proprio vocabulo. Ovid. A. A. I, 273. *Vere prius — — femina quam iuveni blande tentata repugnet.* Senec. Hippol. 891. *tentata precibus restiti.* Idem exquisitus *τοῦ πειρᾶν* apud Graecos usus, de quo vide doctam Ruhnk. animadversionem ad Timae. Lex. p. 210. — *mille modis*, variis artibus, nunc precibus nunc minis urgendo. — *vafer*, vafre, astute. M. — Sensus verborum aeque planus ac pulcher ab Horatio perbelle depingitur ea quidem ratione, qua inducit Chloen, meretricem procul dubio Graecam, quendam misisse tanquam sui amoris nuntium ad Gygen, qui de Chloes pulchritudine ac formositate diceret, eiusque virtutes tam internas quam externas, quae tamen tantummodo rem Veneream spectare poterant, ex industria laudaret, ut virum ad libidinem cum meretrice exercendam redderet proclivem. Pergit quo tutius, quod tentat, ad finem perducat, exempla idonea proponere, quorum argumento „amorem nunquam esse spernendum“ astute atque non sine mala fraude docet: Chloen Gygis amore perire.

v. 13. *Refert*, exemplis edocet, *mulierem tunc esse saevissimam, quum stimulos odio pudor admovet*, iuxta Iuven. X, 328. qui eadem fere exempla affert v. 327. *Nec Sthenoboea minus, quam Cressa, excanduit et se concussere ambae.* Fabulam de Bellerophonte a Proeti uxore frustra sollicitato pete ab Homer. Il. ζ, 155 sqq. — *Mulier*, uxor Proeti; Anteam Homerus appellat, Sthenobaeam alii. — *perfida* erga maritum, amore eius in Bellerophontem verso; vel simpliciter, fallax, mendax, Bellerophontem adulterii apud Proetum maritum insimulando, *credulum* illum, fidem his delationibus habentem. — *criminibus*, criminationibus, intentati sibi ab eo stupri. — *impulerit maturare*, graeca structura pro, ut maturaret, pararet necem, in ipso aetatis flore eum exstingueret. — *nimis casto*, cui castitas sua pene exitiosa fuisset. *Tetricum* ideo *domitorem Chimaerae* vocat Ovid. Trist. II, 397. *quem leto fallax hospita pene dedit.* — *Bellerophon* cum prius *Hipponis* appellaretur, postea, *Bellero* Corinthiorum principe interfecto, ab eventu *Bellerophon* s. *Bellerophonta* dictus est. Erat autem re et natura Neptuni, verbo et opinione hominum Glauci filius.

---

ureris tui mariti amore. [*Vafer*] ad suadendum callidus et astutus sive malignus, qui nitebatur continentiam superare. [*Vt Proetum*] *ut*, id est quemadmodum. [*Mulier perfida*] Stenobaea sive Antea uxor fuit Proeti, quam commemorat amore Bellerophontis hospitis inflammatam, qui, dum voluntati eius consentire noluisset, in adulterii crimen vocatus est. Quod exemplum Gygi ad adquiescendi terrorem significat a suadente proposi-

amoris ad eum mitti. [*Tuis dicens ignib. uri*] tuis ignibus, quibus ipsa tu ureris, i. e. mariti tui amore. [*Tentat ille mille vafer modis*] *vafer* nuntius, i. e. callidus ad suadendum. [*Mulier perf.*] Stenoboeam significat, Proeti uxorem, quae Bellerophontem hospitem amavit et (non) consentien-

Maturare necem, refert.
Narrat pene datum Pelea Tartaro,
Magnessam Hippolyten dum fugit abstinens:
Et peccare docentes

v. 18. *Magnesam* quid.

Accepto igitur a Neptuno Pegaso, equo alis praedito, qui ex eo appellationem traxerat, quod e collo Medusae exsilierat, eo sublimis per medium aerem vehebatur. Atque interfecto quidem Bellero, cum Argos profugisset, ubi regnum *Προῖτος* obtinebat, ab eo caedis a se admissae expiationem consecutus et apud eum aliquandiu commoratus est. Interea *Antea*, Proeti uxor, Bellerophontis amore capta, eius complexum et concubitum exoptabat eoque potiri magnopere cupiebat, ut libidini explendae satisfaceret. Is ab huiusmodi flagitio aversus negabat, se ulla conditione adduci posse, ut tantum dedecus admitteret. *Antea* verita, ne suum amorem *Προίτῳ* indicaret et renuntiaret, praeoccupatis *Προίτου* auribus, questa est, illum sibi stuprum inferre esse conatum. Qua re audita creditaque, *Προῖτος* eum sua quidem manu interficere noluit, sed in Lyciam ad socerum Iobatem misit cum litteris in eius perniciem scriptis. LAMB.

v. 17. Narrat easdem Peleo ab Hippolyte, Acasti, Magnesiae regis (unde *Magnessa*) uxore, repulsam passa, insidias, quibus pene succubuerit, structas. De fabula vid. Pind. Nem. IV, 92 sqq. et ibi Schol. *Creteis* s. *Hippolyta*, Hippolyti filia, Acasti uxor, Pelei amore capta, cum eum ad stuprum sollicitasset neque ei persuadere potuisset, dolore odioque incensa prior eum apud Acastum criminata est ut improbum et vim sibi inferre conatum. Ille autem, his auditis suoque consilio celato ac dissimulato, eum in Pelii montis solitudines quasi aliud agens deduxit; quo dormiente inter Centauros relicto domum reversus est. Dii autem Pelei miserti eique suam integritatem ac temperantiam perniciosam esse iniquum arbitrati, Vulcanum ad eum miserunt. Hic ei gladium donavit, quo Centauros in se irruentes perculit atque interfecit, reversusque in Thessaliam Acasto bellum intulit et Iolcum expugnavit. L. — *datum Tartaro*, exstinctum, occisum. Dictum eadem forma, qua *dare leto* Ovid. et Virgil. saepius. — dum *fugit abstinens* copiose pro, amores eius aspernatur, eam aversatur. — v. 19. Nunc blande eum adgressus, *movet historias*, narrationes incipit, profert, *peccare docentes*, quae ad amorem irritant, amatorias, familiari Horatio huius verbi usu. Vid. ad I, 27, 17. Magis tamen ad rem videtur esse, si proprie accipias: exempla profert, quae docent, fidem in amore admodum lubricam esse, saepius istocmodo in

---

tum, ne eadem continentia etiam ipse periclitaretur. [*Narrat pene datum Pelea Tartaro*] Peleus adamatus est ab Hippolyta, Acasti uxore, quae dum despiceretur ab eo, questa marito est se stupri interpellatam. Indignatus Acastus Peleum invitatum duxit venandi gratia in Pelion, ibique eum inermem reliquit, a Centauris perimendum, qui servatus a Chirone, collecto exercitu evertit Acasti regnum et Hippolytam supplicio merito fatis affecit. Ordo est: *Narrat Pelea pene datum Tartaro, dum abstinens fugit Ma-*

tem sibi ut adulterum criminata est. [*Maturare necem refert*] nuntius Gygi historiam, qua Bellerophontes periclitatus, ostendit, quod hospitae in amorem non consentiret, per exemplum eum terrens, ne idem et ipse patiatur. [*Magness. Hippol. dum fugit abstin.*] haec est, quae nupta fuisse Eurypilo traditur. [*Et peccare docentes Fallax historias monet*] subaudiendum *et alias*, quia hae, quas supra retulit, docent peccare. [*Scopulis surdior Icari*] *Icari scopuli* pro Icarii maris scopulis, sed hos pro quibus-

Fallax historias movet.
Frustra: nam scopulis surdior Icarî
Voces audit adhuc integer. At, tibi
Ne vicinus Enipeus

v. 20. *monet* vulgo, quod explicatur: memorat, proponit, in memoriam revocat. Sed *movet* coniiciebat iam Marcil. et habent tres Torrent. Bentl. 18. Sax. Alt. 1. Dess. 2. Et sic Bentl. Cun. San. Sivr. Aptior lectio et magis poetica. Frequenter a librariis permutantur *movere* et *monere*. — Pro *fallax* pulcherrime Bentl. coni. *pellax*, per blanditias decipiens s. in fraudem impellens. Receperunt San. Sivr. Omnino significantius est verbum et alibi etiam pro eo *fallax* ex interpretamento s. librarii errore irrepsit, ut Virg. Aen. II, 90. Sed tamen *fallax* bene habet.

21. *Icariis* Dess. 2. quae lectio non tantum Ianio perplacet, sed etiam nobis. Id quidem negari nequit *Icariis* sc. *scopulis* magis poetice ad aures sonare, quam illud *Icarii* sc. *maris*, quod sane satis prosaicum. Haud iniuria igitur Ianio legi posse videtur *Icarís*, contractionis forma. Cf. Carm. Lib. I, 1, 15.: *Icariis fluctibus*.

22. *Voc. spernit* Pulm. 4, 5. unus Torr. unus Bersm. Sax. Dess. 2. Vasc. Est haud dubie a grammatico, qui non intelligeret, quomodo quis *surdior scopulis Icariis* posset *audire*. Nil admirari, ne grammaticum quidem ita ratiocinantem. *Et* loco *At* in Cod. Goth. legitur. Perperam.

23. *Nec* Zar. Flor. Adprobat Gessner.

---

amore peccatum esse. Exquisitior apud poetas voc. *movere* usus, pro, ordiri, exponere. — *fallax*, subdole, ut irretiat eum Chloes insidiis. M.

v. 21. Vel sic tamen impelli nequit, sed perstat in fide tibi data. *Audit surdior*, oxymoron pro: *audit*, movetur his vocibus *surdior*, non magis, quam scopulus undis movetur, h. e. immobilior est scopulo. — Significat eum non moveri neque flecti verbis nuntii illius a Chloa missi. Sed quomodo audit, si surdior est Icarei maris scopulis? audit ille quidem, sed audit integer (*unbefangen*), ita audit, ut non commoveatur neque det manus; non adducitur eius oratione, ut tui oblitus amorem suum in Chloen transferat. Non temere autem neque sine arte Horatius Asterien in officio continere et ab amore alterius viri deterrere volens, commemorat ei sui viri constantiam et continentiam et fidem. Nam si contra credat illa, Gygen virum suum alio animum appulisse: facile sit, ei persuadere, ut alterius viri libidini obtemperet: nihil est enim, quod mulieri nuptae acriorem dolorem inurat quodque magis eam a viro alienet quam pellex. L. — *Icarí*, maris Icarii; vid. ad I, 1, 15. — *adhuc integer*, necdum amore eius tactus; ut II, 4, 22. — v. 22. *At* tu vide, ne Enipei amorem in animum tuum admittas, fidemque Gygae datam laedas. Sed paullo urbanius hoc expressit poeta. — *plus iusto*, quum alii addicta sis. M.

---

gnessam Hippolytam et fallax frustra monet historias docentes peccare. [*Magness. Hippolyt.*] *Magnesia* Thessaliae civitas est, quam per discretionem Hippolytes Caucasiae commemorat et Amazoniae uxoris Thesei. [*Et peccare doc.*] *et alias* subauditur, quia hae, quas supra dixit, reliquerant exempla peccandi. [*Scop. surd. Icari*] metaphora a navigantibus, quod ita amantis non audiret preces, quemadmodum si a periclitantibus rogentur scopuli, ut est: *Sed nullis ille movetur Fletibus aut voces ullas tractabilis audit.* [*Adhuc integer*] adhuc contemnens eam quasi eum demonstret

que posuit. *Surdi* autem *scopuli* a periclitantibus dici solent, quod quasi

Plus iusto placeat, cave:
Quamvis non alius flectere equum sciens
Aeque conspicitur gramine Martio,
Nec quisquam citus aeque
Tusco denatat alveo.
Prima nocte domum claude, neque in vias
Sub cantu querulae despice tibiae,

v. 30. *cantum* unus Bersm. Heins. Cun. Inepte.

---

v. 25. *Quamvis* hoc paullo excusatius facias; quandoquidem Enipeus iis praepollet virtutibus, quae maxima amoris incitamenta esse solent. Ex gymnasticis exercitationibus, in quibus principatum Enipeus teneret, commemorat equitandi eius natandique peritiam. Eadem in eadem re habet Tib. I, 4, 11. 12. *Hic placet angustis quod equum compescit habenis, hic placidam niveo pectore pellit aquam.* Cf. I, 8, 3 sqq. III, 12, 6. — *Non alius conspicitur*, cum vi, ut qui inter ceteros in hac arte longe praecellat, pro tenui, nemo facile est, qui *aeque* atque ille *sciat*, calleat *equum flectere*, pro generali, regere, qui adeo equitandi arte aeque excellat. Apparet inde, Enipeum equestris fuisse ordinis, qui quidem maxime vacaret his campestribus exercitationibus. — *in gramine*, campo *Martio:* ut *gramina campi Martii* I, 1. extr. — v. 27-28. Nec quisquam est, qui *citus aeque*, aeque cito, *denatet* deorsum secundo flumine natet. — *alveo Tusco*, fluvii ab Etruria venientis, Tiberis. Celeritas igitur natandi in maxima virtute habita. Fortasse eiusmodi certamina inter se instituere solebant natantes. M.

v. 29. Idem Ovidii praeceptum Amor. II, 19, 38. *Incipe iam prima claudere nocte domum.* — PRIMA NOCTE] prima noctis parte. — *nec despice in vias*, aurem praebendo Enipeo vel omnino amatoribus, limen tuum obsidentibus atque *παρακλαυσίθυρον* canentibus. — *querulae*, querentis de tua duritie. Pertinet adeo ad amantium querelas cantu isto proditas. Atque ita maiorem vim habet epitheton (etiam propter sqq.) quam si de tibiae sono querulo explices. *Despicere* plane exprimit Graecorum *παρακύπτειν*, quod adhibuit Aristoph. Pac. v. 983: *καὶ γὰρ ἐκεῖναι παρα-*

---

trahi posse in posterum, diutius immoretur. [*Enipeus*] nomen vicini petulantis. [*Plus iusto*] plus aequo vel non pro forma, sed pro libidine: nec plus placeat quam debet vicinus, quod prius commemorando mariti honestatem suadet, ut illud: *Servataque servet Troia fidem.* [*Quamvis non alius*] Ordo est: *Quamvis non alius aeque conspicitur sciens flectere equum in Martio gramine, nec quisquam aeque citus denatat Tusco alveo.* [*Gramine Martio*] in campo Martio bellicis artibus exerceri consueverat Romana iuventus, quibus ita Enipeum ceteros praeire dicit, ut merito amari possit, si pudicitiae custodia non resisteret. [*Despice*]

preces eorum non exaudiant. [*Quamvis non alius flectere equum sciens et reliqua*] notum est, iuventutem Romanam apud veteres et exercitatam in campo Martio et post hoc exercitium natare solitam fuisse in Tiberi, quia peritia natandi rebus militaribus sit necessaria. Dicit ergo Enipeum non debere puellae huic placere, licet gloriose in exercitio inter aequales versetur. [*Prima nocte domum claude neque in vias Sub cantu querulae despice tibiae*] ne, cum ille, quasi Gyges, vespertino cantu ad fenestram Asteries tibicinum adhibere soleat, illa cupiditate audiendi per fenestram despiceret atque ita cupida videndi sui ac sollicitata diem daret.

Et te saepe vocanti
„Duram“ difficilis mane.

CARMEN VIII.

ARGUM. *Hoc carmen haud falso dixeris invitationem ad Maecenatem eo quidem fine missam, ut diem festum Calendis Martiis secum celebrare vellet. Quo quidem die matronae Romanae pariter ac puellae munera sibi invicem mittere et patres familiae matrimonii sollemnia domi cum familia celebrare solebant. Horatius vero, qui caelebs vivebat, haud inconsulto πρόφασιν quandam captat, qua Maecenati se diem matronis in primis dedicatum tanquam festum agentem admiranti perbelle excuset, casum nempe illius arboris fatalem, quo re vera pene oppressus diem obire potuerit supremum. Simul suadet Maecenati, cui tum temporis summa rerum gerendarum cura commissa erat, ne ob tumultum, quem populus fortasse excitare possit, anxius trepidet, immo potius tum hostibus cum inimicis Romam nequaquam sollicitantibus, laetitiae hilariter indulgeat. — Carmen ipsum a. u. DCCXXXIV. scriptum esse, ex vers. 17 sqq. apparet.*

AD MAECENATEM.

Martiis caelebs quid agam Kalendis,
Quid velint flores et acerra turis

v. 1. *Kalendis* in contextu dedi, inquit Ianius, ut antiquiorem scripturam, exemplo Cuning. Huc accedit auctoritas Codicis Guelferbytani, qui *Kalendis* exhibet. —

κλίνασαι τῆς αὐλείας παρακύπτουσιν. Thesmoph. 797 et 804. — *difficilis*, saeva, inexorabilis et inexpugnabilis, dura, aspera, χαλεπή. Sic Carm. X, eiusd. libr. v. 11.: *Non te Penelopen difficilem procis Tyrrhenus genuit parens.* Tibull. I, 8, 27. *Nec tu difficilis puero tamen esse memento.*

---

v. 1. *Quid agam*, quid inceptem, quae me intemperiae agant; fere ut I, 14, 2. *O quid agis?* — quod ego, qui *caelebs* sim, Calendis Martiis sacrum apparem. Festae erant Calendae Martiae matronis Romanis, sacra isto die Iunoni pro coniugii felicitate facientibus. Iure igitur Maecenas miratur, Horatium hoc Matronalium die, qui neutiquam ad caelibes pertineat, alieno prorsus tempore feriari. Conf. Porphyrionis schol. — v. 2. *Florum* usus in re sacra frequens ac multiplex. Iunonis effigiem isto die floribus coronatam

---

deorsum adspicias, h. e. nec ad voluptuosos cantus, nec ad amantis preces permota despicias.

ACR. [*Mart. caelebs*] ut viduae sine viris, ita *caelibes* sine uxoribus dicebantur. [*Calendis Mart.*] motronalia dicebantur eo, quod mariti

POR. [*Martiis caelebs quid ag. Calend.*] haec ode ad Maecenatem scripta est, qua testatur se diem festum Martiarum Calendis gerere, quod

Plena, miraris, positusque carbo
Cespite vivo,
Docte sermones utriusque linguae!
Voveram dulces epulas et album

v. 3. *carbo in* vulgo legitur; sed rectius et elegantius (ut iam vidit G. Fabr.) deest *in;* et sic Pulm. 2, 4. Mentel. Lips. 1, 3, 4. Venett. Asc. Locher. Videtur *in* e scholio grammatici irrepsisse. Vand. A, B, C, E et al. quinque deest *in* in versus fine; V, *in* deletum fuit; D, φ, γ et alii quinque *carbo in.* — In Cod. Guelf. legitur *in.* — 5. *sermonis* omnes Codd. Glareani et Pulm. omnes fere Bentl. et Acron ms. ap. eund. item multi Lamb. et Cruqu. tres Bersm. Mentel. Helmst. Dessss. Lips. 2, 3, 4. Venett. Locher. Asc. Basill. Id multi inepte pro genitivo acceperunt. Sed est haud dubie pro *sermones*, antiqua scriptura; hanc enim ex h. l. probant Victorin. et Donat. apud Fabr. quia in hoc vocabulo insolitum, terminari accusativum plur. in *eis* s. *is.* Porro Codd. Blandd. Cr. habebant *sermonis* per *I* longum. Denique *sermones* accus. plur. confirmatur auctoritate non solum sat multorum aliorum Codd., sed inprimis etiam Donati ad Terent. Eunuch. III, 2, 25. Vand. A, B, D, E, φ, γ, et alii octo: *sermonis;* O, V, *sermones*, corr. *sermonis.* —

---

fuisse, diserte tradit Ovid. Fast. III, 253. *Ferte Deae flores: gaudet florentibus herbis haec Dea; de tenero cingite flore caput.* — Pro ture ad sacrum parato est *acerra turis plena*, arcula turaria, unde tus in foco adolendum expromebatur. Virg. Aen. V, 745. *et* plena *supplex veneratur* acerra. — et *carbo*, carbones *positi*, ingesti *cespiti vivo*, arae e cespite viridi exstructae, cespititiae, quales in privatis sacrificiis usitatae. *Focum vivi cespitis* appellat Calpurn. Ecl. V, 25. Cf. I, 19, 13. — v. 5. *Docte*, qui probe calles, tenes *sermones*, μύθους, *utriusque linguae*, tam graecae quam latinae, qui utriusque populi antiquitatem, literis consignatam, ritus adeo atque sacra cum ipsorum causis atque originibus egregie perspecta habes.

v. 6. Poeta Baccho, qui praesentissimum mortis periculum, arboris trunco ipsi intentatum, a cervicibus suis depulisset, sacrum se votivum isto die debere ait, tanquam agresti ac speciatim hortorum eidemque poetarum tutelari numini. Vide ad I, 1, 29. et II, 19. III, 4, 27. II, 17, 27. — *dulces epulas et caprum*, pro, vov. caprum, dulcem s. gratam Deo victimam; ne diversa a poeta innui harioleris. Ei tamen ferri putandi, qui *dulces* lautas interpretantur. Ceterum hirci in Bacchi sacris immolatio satis frequens ac pervulgata. — *Album* ob sacrum Deo supero faciendum dici au-

---

pro conservatione coniugii supplicabant et erat dies proprie festus matronis. Ad Maecenatem ergo scribit Horatius non eum debere mirari, quod Calendis Martiis, dum sit sine uxore, sacrificet. Hac enim die se casu arboris commemorat liberatum et esse eam servatae salutis festivam. Ordo est: *Maecenas, docte sermones utriusque linguae*, i. e. Graecae et Latinae linguae, *miraris, quid caelebs agam Martiis Calendis, quid velint flores et acerra plena turis et carbo positus in vivo cespite.* [*Acerra*] thuribulum dicebatur ministerialis patinae fictilis. [*Vov. dulces epulas*]

hac luce maximum periculum effugerit arbore fracta pene elisus *Calendae* autem *Martiae* hodie quoque matronarum dies festus est. Ait enim non debere irasci Maecenatem, quod diem Calendarum Martiarum celebret, quum matronam, i. e. uxorem non habeat. [*Docte sermones utr.*

Libero caprum prope funeratus
Arboris ictu.
Hic dies, anno redeunte festus
Corticem adstrictum pice demovebit
Amphorae, fumum bibere institutae
Consule Tullo.
Sume, Maecenas, cyathos amici

v. 10. *demovebit* tres Lamb. et ipse sic, it. Heins. Ceteri omnes et mss. et edd. *dimovebit*.

12. *Tullio* emend. Bonfin. adnot. XXXVII. unde sic Asc. 1519. tanquam pertineat ad Ciceronis consulatum; ut *Tullio* per synaeresin pro disyllabo sit.

---

tumant. — v. 7. eo die, quo *prope funeratus*, oppressus, exstinctus essem procumbentis *arboris ictu*, casu, ruina.

v. 9. *hic dies — demovebit* pro vulgari, hoc die *demovebitur*, detrahetur *cortex* s. suber *pice adstrictus*, illitus, obturatus (cf. ad I, 20, 3.) *amphorae* pro, ab amphora, quod ornate est pro, amphora relinetur, aperietur, et hoc pro: hunc diem festa quotannis compotatione celebrandum institui. Idem orationis color in Theocr. VII, 147. *Τετράενες δὲ πίθων ἀπελύετο κρατὸς ἄλειφαρ*. Tibull. II, 1, 28. *Chio solvite vincla cado*. — v. 11. Amphorae optimae notae, quae vetustissimum vinum continet. Pro hoc poeta, ex veteri condendi signandique vini ratione, *institutae*, paratae, destinatae, adornatae, hocque pro, coeptae *fumum bibere*, imbibere, maturitatemque contrahere, quod est omnino pro, in fumario repositae Cos. Tullo. De more veterum, vina in superiore aedium parte, quae fumo pervia, unde vetustescerent amaritudinemque traherent, reponendi, nota omnia. Amat omnino poeta aetatem vini, quod praestantissimum haberi vult, ad natales suos referre. Sic III, 21, 1. *O nata mecum consule Manlio*, quod ad testae aetatem inepte Massonus l. l. refert, et Epod. XIII, 6. *Tu vina Torquato move Consule pressa meo*. Anno autem ante natum Horatium Consulatu functum fuisse Volcatium Tullum constat.

v. 13. *Sume* cett. Largiter hodie te vino invita. Sed suavius et ad Maecenatem urgendum fortius est, quod ista pocula *amici sospitis*, pro-

---

modo reddit, cur faciat hoc. Illo die se vovisse dicit, quo est periculo arboris ereptus. [*Et alb. Libero capr.*] Superis aptior erat alba victima: nam diis infernalibus semper nigra offerri debent, ut hic: *Tum casta Sibylla Nigrarum multo pecudum te sanguine ducet*. Dicit autem promittere se, Libero patri caprum album et dulces epulas eo die, quo pene interemptus ictu arboris fuit. Caper autem Libero dabatur, quod Vinetis sit contrarius. Vnde Virg.: *Nullam aliam ob culpam Baccho caper omnibus aris Caeditur*. [*Prope fun.*] exstinctus sive sepultus. [*Hic dies*] Ordo est: *Hic dies festus redeunte anno demovebit corticem amphorae, adstrictum pice institutae bibere fumum consule Tullo*. [*Demoveb.*] arripiet in usum convivii vinum, quod fumo inveterabatur. [*Consule*] consulem pro vetustate posuit. [*Cyathos*] mensuras dixit, quas pro

ling.] hoc ad Maecenatem annectendum, nam sic ordinandum est: *Maecenas, docte sermones utriusque linguae* et intelligendum utique Graecae et Latinae chartae. [*Cortic. adstr. pice demov. amph. fum. bib. instit.*] dicit se hoc Calendarum die amphoram ad sacrificium et convivium aperturum, quam cortice picato operuerit et in fumario posuerit consule Tullo.

Sospitis centum et vigiles lucernas
Perfer in lucem: procul omnis esto
Clamor et ira.
Mitte civiles super Vrbe curas:

v. 14. *Hospitis* Mentel. Lips. 1. Bentl. 1, 23. Male. Mox *et* eiecit Cun. quia aptior laetitiae sit oratio dissoluta. Eum secuti San. Sivr.

15. *Profer*, h. e. protrahe, produc, continua, volebant Georg. Fabr. et Nic. Heins. ap. Bentl. item sic Bentl. 6, 9. Pulm. 2, 3. pro varia lectione et Lips. 2 a m. pr. Bonum esset aptumque verbum et vocabulum hac in re proprium. Sed ob id ipsum etiam praestat ceterorum codd. et editt. lectio *perfer*, quod exquisitior est. Quod Bentl. et San. moveat, ambiguum esse *proferre in lucem*, id nolim meum facere, adnotat ad h. l. Ianius. Vand. H, O, *profer*; Q, *perfer*. —

---

pter amicum e periculo servatum, exhaurienda ait; quam blandam vim Maecenas vix amoliri a se posset. *Cyathus*, sextarii pars duodecima, cochlearis forma, inserviebat vino aqua in cratere temperando (vid. ad III, 19, 11.) et inde effundendo in pocula. *Centum* magnam omnino vini isto die bibendi copiam designat. Conf. Acron. Notum autem, cyathos et poculum dici eius, in cuius honorem bibitur. Cf. ad III, 19, 9. — *et vigiles luc. p. in lucem*, totam noctem genialiter mecum traduc. *Lucernarum* in convivii nocturni designatione frequens admodum atque valde apposita mentio. *Perfer vigiles* (ita iungere satius erit) fac, ut vigiles (*vivas* dicit III, 21, 23.) sint, continuo luceant *in lucem* s. diem usque. Ad sententiam cf. III, 21, 21. Propert. IV, 6, 85. — v. 14. Haec a poeta tanquam in compotatione, quam animus eius, morae impatiens, praecipit, a convivis paullo liberius agitari coepta, sumta magistri bibenbi persona, aut omnino pro hospitii iure pronuntiari putanda, quibus venuste admodum Maecenati, convivium sine tumultu ac rixa celebratum iri, spondet.

v. 17. Totum te hodie da mihi et recte animum civilibus curis exsolvere potes, quum ab externo hoste omnia tuta sint. Erat scilicet Maecenas tum temporis (ā. V. DCCXXXIV.) praefectus Vrbi, absente atque occupato in Oriente Augusto, cuius adeo vices per totam Italiam sustinebat. *Mitte*, sepone, abiice *curas civiles*, sollicitudinem de salute civitatis publica, utpote vanam *super Vrbe*, quam Vrbi praefectus geris. — v. 18.

---

sexta parte sextarii dicebant. [*Centum*] verbo usus est convivarum centum cyathos sive finitum pro infinito posuit, ut: *Tibi nomina mille*. [*Et Vigil. lucern.*] vigilantes in officio luminis. [*Procul omnis*] ita innocuum vinum se exhibiturum promittit, ut nec oneret, nec per ebrietatem lites provocet, ut; *Timor omnis abesto*. [*Occidit Daci*] *Cotison* nomen regis

Corticem autem pro cortici, h. e. accusativum casum pro dativo posuisse videtur, ut sit sensus: et cortici fumum demovebit pice adstrictum. Et *fumum* utique pro favilla fumi dixit, quae sidere solet ad cooperimentum amphorae. [*Consule Tullo*] soliti erant vinum recondere in amphoris, in quarum fundo nomen consulis scribebant, sicque in fumario domus suae collocabant, scilicet ut veniente tempore, quo illud bibituri erant, scirent, quot annorum esset, dicentes, illo vel illo consule esse vinum reconditum. [*Sume, Maecenas*] Sensus est: Licet centum cyathos bibas, innocui erunt. [*Procul omn. esto*] *esto* pro erit; dicit adeo autem innocuum esse vinum, quod ebibiturus sit, ut potantes nec oneret nec per ebrietatem ad lites incitet. [*Mitte civiles super urbe curas*] noli, inquit, sollicitus esse de salute urbis, cum sint tuta omnia et solve animum ad laetitiam in convivio

Occidit Daci Cotisonis agmen;
Medus infestus sibi luctuosis
Dissidet armis;
Servit Hispanae vetus hostis orae,
Cantaber, sera domitus catena;

v. 18. *Cotisontis* Torrent. ait esse in plurimis et optimis suis. Sed hoc non credit Bentl. Certe reliqui omnes omnium codd. mss. recte exhibent *Cotisonis*. Interim *Cotisontis* legebatur in editt. tempore Lambini et defenditur a Broukhus. ad Prop. IV, 10, 7. Errores sunt *Contisonis*, *Cathisonis*, *Codisonis* cett.

19. *Medus*, *infestus sibi*, *luct.* distinguunt multi; sed iungendum „sibi dissidet.“ *infestus — luctuosis* vulgata lectio; non illa quidem prorsus spernenda; sed nullum Ianio dubium, quin vera lectio sit: *infestis-luctuosus*, quam, post coniecturam N. Heinsii, Bentl. in suo cod. 10. reperit et in contextum recepit. Item *luctuosus* exhibent Bentl. 7 a m. pr. ac Lips. 1 et 3 a m. pr. et quartus sine litura. Accedit primum, quod sic elegantior usuique Horatiano convenientior exoritur epithetorum collocatio; deinde, quod exquisitius multo et doctius dicuntur *arma infesta* et *luctuosus Medus*, quam contra. Sed in altera lectione et verborum collocatio venustior est et sonus syllabarum dulcior; ac non potest non iis placere, qui raras et eruditas aures habent. — Vand. omnes codd. *infestus — luctuosis*. — 20. *Desidet* Lips. 4. 23. *lapso* Lips. 4. perpetuo lapsu.

Securitatem imperii externam speciatim, ut poetam decebat, Maecenati, quo obsequentiorem eum haberet, ostendit, adnumeratis, qui nuper victi subactique essent, populis. *Daci Cotisonis agmen*, Dacorum agmen, Daci, qui, fines Romanos continuis incursionibus (unde fortasse cum virtute Dacorum *agmen* dictum) infestantes duce rege ipsorum, Cotisone, *occiderunt*, gravissima clade affecti sunt a Lentulo ā. V. DCCXXXIV. Cf. Sueton. Octav. 21. Flor. IV, 12. — *Medus*, Parthi *infesti* nobis, utcunque nostro infensi imperio; *sibi dissident*, pro, a se, (ut II, 2, 18. *dissidens plebi*) discordant inter se *armis luctuosis*, bellis civilibus; discordia civili, quae vires ipsorum atterit, ita distinentur, ut externo bello vacare nequeant. Respicit autem poeta intestinas post Phraatem a Scytharum rege *soli redditum* (II, 2, 17.) in eius regno turbas, Teridatis, regno deiecti, partibus ob immanem illius crudelitatem continuo rebellantibus.

v. 21. *Cantabri*, bellicosissima Hispaniae septentrionalis natio, hoc ipso demum anno, post insignes clades ac difficulter admodum ab Agrippa devicta. Cf. Dio LIII, 25. et ad II, 6, 2. — *Servit domitus catena*, copiose pro, plane subiugatus est, in servitutem redactus est; nam victi antea multoties rebellaverant, tum vero in provinciae formam ab Augusto redacti erant. Ideo *vetus hostis*, in quo perdomando diu frustra laboratum fuit, qui diu nos exercuit, cui adeo praeclare respondet *sera catena*. —

Dacorum, quo victo suadet aliquatenus a curis publicis Maecenatem recedere debere et privato secum indulgere convivio. [*Dissidet*] dissentit, discordat eo, quod civilia inter se Medi bella gererent, nec eis per discordiam rebellare Romanis vacaret. [*Vetus hostis*] vetus i. e. diuturnus. [*Cantaber*] gens Hispaniae. [*Sera domitus catena*] tarda, quia diu bel-

meo. [*Medus infestus sibi luctuos. dissidet arm.*] Medos significat inter se seditionibus occupatos esse. [*Serv. Hispan. vet. host. orae*] *orae* genitivus casus et *Hispanae* eiusdem casus est. [*Cantaber sera domit. ca-*

Iam Scythae laxo meditantur arcu
Cedere campis.
Negligens, ne qua populus laboret,
Parce privatus nimium cavere:

v. 25 sqq. Totum hoc tetrastichon Guieti temeritas resecuit. Vand. maxima pars Codd. *neglegens*.

26. *parte* emend. Bonfin. adnott. XXXVIII. probante ipso acerrimo ipsius hoste, Glareano, ut sit: „tu privatus negligens nimium cavere, ne qua parte cett.“ Item sic vult D. Heins. qui tamen iungit „populus privatus“ et expl. *οἱ πολλοί*, prorsus insolenter! — *parte* etiam Bentl. 13, 23. (pro varia lectione) Lips. 3. Sed quam vulgare etiam esset illud „ne qua parte!“ — *privatis* emend. Cun. haud dubie de rebus privatis accipiens. Item sic dedere Ion. et Sanad. qui tamen intelligit „privatos“ (*les particuliers*), quos „populo“ opponi putat. — *privatim*, i. e. solus, emend. Withof. Sed medentur VV. DD., ubi nullum vulnus. — *et* in fine versus habent omnes Codd. praeter Bentl. 6. et omnes editt. praeter Lambini alteram; item omittunt Bentl. Cun. San. Sivr. Contra *ac*, quod in fine v. 27. vulgo exhibent editt., abest ab omnibus codd. Torrent. Pulm. et Bentl. tribus Bersm. Lipss. Dess. 1. Helmst. haud dubie et a Codd. Cruqu. et aliorum. Omittunt etiam Venett. Locher. Lamb. edit. poster. Cun. San. Sivr. Sed acute vidit Bentl. *et* reponendum in extremo v. 27. unde librariorum negligentia, ut fit, ad v. 26. reiecerit; quo factum, ut postea editores versui 27 adsuerent *ac*. D. Heins. v. 26 dedit *ac*, v. 27. *et*, Vand. A, deest *et* post *cavere*, adest autem in multo maxima Codd. parte. His codicibus *et* exhibentibus Codex Gothanus adnumerandus est.

***Scythas* communi nomine populum dixit, Istri accolam, quem *Gelonum* II, 9, 22. appellat. Hos ultra Istrum a Lentulo submotos praeclare designant illa: *meditantur*, cum maxime in eo sunt, ut coacti a Lentulo *cedant*, excedant *campis*, citerioris Istri ripae, finibus Romanis, quos continuis incursationibus vexaverant. — *arcu laxo*, pro, victi, imposita hac ipsis pacis conditione, quo simul pugnandi ipsorum ratio ostenditur. Conf. Ovid. Fast. V, 593. Trist. II, 227.**

v. 25. Quocirca, missis curis civilibus, quibus recte supersedere potes, da te hodie hilarem. *Negligens parce*, pro alterutro, *negligas*, omittas (ut I, 28, 30.) s. *parcas*, *φεῖδου*, nolis *nimium cavere*, ne nimis sollicitus sis, *ne qua* parte *populus* Romanus, resp. *laboret*, detrimentum capiat, *privatus*, cum sis privatus. Principi scilicet comparatus, cuius respectu omnes privati dicebantur. Est igitur: publica te privatum ne nimis angat

---

lum cum his gestum est et cum difficultate ab Augusto superati sunt et iam Romanis servire dicit victos et subditos. [*Iam Scythae laxo medit. arcu*] ut eos distentis arcubus victos et fugientes ostenderet, ut: *Laxos humeris referunt languentibus arcus*. [*Negligens*] supple, *esto*, quod pro securitate posuit, quia non timeret, ne qua respublica parte laboraret. Vt e contrario Virgilius securum pro negligente posuit: *Securus amorum Germanae*. [*Nim. cav.*] curare vel sollicitus esse.

***ten.*] quia diu bellum cum his gestum est et tarde victi sunt. [*Parce privatus nim. cav.*] cum sis, inquit, privatus, noli arrogare tibi rei publicae curam.**

Dona praesentis cape laetus horae et
Linque severa.

CARMEN IX.

ARGUM. *Carmen amoebaeum, quo Horatius et Lydia ortum inter se dissidium cupiunt excutere veteremque renovare amorem. Initio laudant pristinum illum amorem, cum tenera exprobratione mutua; tum, accepta utrimque exprobratione, novis amoribus suis praeclare commemorandis urunt inque vicem pungunt, par pari referentes. Denique fit pax, cuius conditiones Horatius primum fert, quas tamen Lydia statim recipit atque sic redit amoris priore multo firmioris redintegratio. Carmen maxime placet nosque suaviter afficit illa sensuum veritate et naturali simplicitate (Francogallis naïveté dicta), eaque cum mira urbanitate ac venustate coniuncta.*

CARMEN AMOEBAEVM.

Horatius:

Donec gratus eram tibi,
Nec quisquam potior brachia candidae

v. 27. *rape* 4 Lamb. Pulm. 5. quid. Torr. Mald. Cruqu. Bentl. 1, 13, 18, 23 pro varia lectione, Sax. Lips. 1. (a m. s.) 2 Dess. 2 Lamb. Steph. Heins. Fab. Dacer. Burm. Cun. San. Ion. Sivr. Avide rapuerunt, inquit Bentleius, hanc lectionem Intpp. post Lambin. laudantes Epod. XIII, 4. et locum Ennianum ap. Cic. de Orat. III, 40. Sed *cape* multo plures Torrent. et Bentl. omnes Cruqu. praeter unum, duo Bersm. Altt. Dess. 1. Lips. 1. a m. pr. 3, 4. Helmst. Mentel. Fran. Venett. 1478. 1492. Locher. Asc. Basill. Rutg. Fabr. Bentl. Baxt. Gesn. Multo aptior h. l. lectio; nam non tam pingitur hora fugiens, quam amice praebens s. offerens dona, quae modo *capere*, sumere, accipere oportet. Vand. D, φ, H, O, *rape;* I, *cape*, var. *rape.* — A, *levis* — *ac* — in multo maxima parte abest *et* post *horae;* in M, P, deest *et* post cavere et post *horae.* — In Cod. Goth. et Guelf. *et* post *horae* legitur.

AD LYDIAM vulgaris inscriptio. AMOEBAEVM CARMEN unus Torrent.

ANTAPODOTICE (sic Cod. Goth. et Guelf.) alii. *Vand.* A, AD LYDIAM MERETRICEM.

v. 2. *melior* Alt. 1. e glossa; sic quoque *Vand.* S.

---

cura, ne praesentis temporis tibi fructus pereat, ista intercipiatur. — *Dona horae*, tempus quod tibi Deorum munere datum est, quo frui licet, quippe *praesens*, certum, in quod ius habes, *cape*, ne elabi sine, eo fruere *laetus*, hilariter genio indulgendo, *linque severa*, omissis seriis, abiectis curis. Huius carminis interpretatio maximam partem secundum M.

v. 2. *potior*, praelatus, sc. mihi, vid. infr. Epod. XV, 13. Sic *κρείσσων* apud Callim. Epigr. XXVI, 2. — Persarum reges fuisse ditissimos, unde

---

ACR. [*Donec gratus*] hac ode alternis vicibus Lydiam respondentem sibi amicam facit et agit cum eadem de instauratione gratiae, qua

POR. [*Donec grat. eram tibi*] hac ode alternis vicibus respondentem sibi amicam facit, agit autem cum ea de instauratione gratiae. *Donec*

Cervici iuvenis dabat:
Persarum vigui rege beatior.

Lydia:

Donec non alia magis
Arsisti neque erat Lydia post Chloen:
Multi Lydia nominis
Romana vigui clarior Ilia.

Horatius:

Me nunc Thressa Chloe regit,

v. 5. *alias* Alt. 1. *aliam* quid. Lamb. Mald. Cruqu. meliores Torrent. Bentl. 2, 6, 10, 18, 19. Lips. 3, 4. Alt. 2. Mancin. Basill. Fabr. Torrent. Bentl. Cun. Sivr. Sic apud Virgilium *Corydon ardebat Alexin.* — *alia* Fa. Vrs. Torn. duo Vatic. Russ. unus, Cler. et Nicott. apud Lamb. omnes Cruqu. praeter unum, omnes Pulm. duo Bersm. plerique Bentl. Mentel. Fran. Dess. Lips. 1, 2. Helmst. Venett. 1478. 1492. Locher. Asc. Muret. Lamb. Cruqu. Steph. Heins. Rutg. Fab. Dacer. Baxt. Magis etiam, inquit Ianius, Horatiana lectio. Et quod Bentleio *alia* potius quam *aliam* a librariis esse videtur, *τῷ m* a sequenti simili absorpto, id facile possit converti, *τὸ m* e sequenti adhaesisse. — *Vand.* D, V et quatuor recent. *aliam.*

6. *Lidia* et *Cloe* sollennes varietates. — 8. *viguit* Dess. 2. male. — 9. *Cressa* duo Torrent. Pulm. 5. Bentl. 8. Alt. 1. (alter *Chressa*) Venet. 1492. Locher. Asc. et impr. Ge. Fabric. quia sit citharae sciens, musica ars praecipue a Cretensibus culta sit. Cui addi potuisse ait Bentl. nomen *Chloes* Graecum potius quam Thracium esse. Sed recte idem Bentl. reponit, libertinas Romae dominorum sumptibus musicam aliasque artes didicisse, iisque nova nomina indita. Facilis erat lapsus a *Tressa* (ut solent librarii scribere) ad *Cressa* vel a *Thressa* ad *Chressa.* — *riget* Bentl. 1 a m. pr. 2, 23. Lips. 2 a m. pr. Fran. — *Vand.* B, φ, H, I, O, P, R, *riget;* E, idem confirm. inepta glossa; M, *regit*, corr. in *riget;* C, *riget*, corr. in *regit;* D, *riget*, var. *regit;* Q, *regit*, var. *riget;* A, V et alii *regit.* N, S, *cressa.*

---

in proverbium abiere, res nota. — v. 5. *arsisti*, *ardere aliqua* saepius apud Horatium reperitur, vid. ad II, 4, 7. Exprimit amorem vehementer amatorem cruciantem, idemque fere quod nostrum: *Liebesgluth.* — v. 6. *post Chloen*, neque minus amabatur Chloaeque postponebatur, ita ut Chloen praeferres atq. sim. — v. 7. *multi nominis*, cuius nomen a poeta quidem celeberrimo in eius carminibus celebrari solebat; videtur Lydia haec salse quodammodo ad Horatium referre. — v. 8. *Romana Ilia* tantum comparationi inter ambas inservit, notionis augendae causa. — v. 9. *Chloe*, libertina, *Thressa*, e Thracia oriunda. — *me regit*, puellas

---

promerita beatiorem se affirmat rege Persarum. [*Donec*] quamdiu. [*Nec quisq. pot.*] melior, i. e. cum nemo mihi a te praeferretur. [*Persarum vigui rege beatior*] Persarum enim reges deliciosis copiis utebantur. [*Donec non aliam*] hic pro Lydiae persona respondet. [*Arsisti*]

autem pro ‚quamdiu‘ positum est. [*Nec quisq. potior brach. cand. Cerv. iuv. dabat*] i. e. non quemquam me potiorem habebas, cui cervicis tuae amplexus permitteres. [*Donec non al. magis Ars.*] dehinc quatuor ver-

Dulces docta modos et citharae sciens:
Pro qua non metuam mori,
Si parcent animae fata superstiti.

Lydia:

Me torret face mutua
Thurini Calais filius Ornyti:
Pro quo bis patiar mori,
Si parcent puero fata superstiti.

v. 12. *Sic* Mentel. *parcant* Lips. 3. Asc. Cun. Sivr. Sed hoc prosaicum et vulgare; exquisitius vulgatum *parcent.* — *Vand.* O, T, *parcant.* — 13—16. deerant in Lips. 4. obvia de causa. — 14. *Thyrini* et *Chalais* aberr. *Turrini* Cod. Goth. sine litt. *h*, sed uno *r* in Cod. Guelf. *Vand. Thyrini, Turrini, Turini.* — *Ornithi* vulgo scribitur et dicitur esse ἀπὸ τῆς ὄρνιθος. Sed tum non poterat, ut iam Bentl. vidit, corripi media. Recte *Ornyti* Bentl. Cun. Baxt. Ion. Nam cum ita, vel *Orniti*, omnes Bentl. ac Lips. 1, 2, 3. Dess. 2. Helmst. tum *Ornytus*, Ὄρνυτος, notum nomen Graecum, ut apud Apollon. II, 65. Virgil. Aen. XI, 677.: *procul Ornytus armis Ignotis et equo venator Iapyge fertur.* — Fortasse derivari possit nomen proprium *Ornytus* a verbo Graeco ὄρμυμι, ita ut sit adiectivum verbale in τος. Quod quidem utrum verum sit annon, docendum erit in Lexico nominum propriorum. Huiusmodi lexicon a *Crusio* V. D. editum aequum iudicem reperit in Ephemer. Lips. No. 110—111. ā. 1833. Possident quoque Angli „*A Classical Dictionary, containing a copious account of all the proper Names inentioned in ancient Authors.*“ cett. — *Vand. Calais, Chalais, Orniti, Ornyti*; D, *Thurini, Calais, Ornyti.* — 16. *parcant* Lips. 3. Locher. Venet. 1492. Asc. Cun. Sivr. V. ad v. 12. *Vand.* O, P, *parcant.*

---

pariter ac uxores in amore regere s. regnare, res satis nota; exprimit vim, quam puellae in nos amantes exercent, cui non possumus fortes resistere. — v. 10. *citharae sciens*, κιθάρας εἰδυῖα. — v. 11. *non metuam mori*, lubens moriar. — v. 13. *Torret face mutua*, accendit amore mutuo; *torreri* de gravi amoris aestu, cf. I, 33, 6. — v. 14. *Thurini*, e Thurio, Θουρίῳ, Lucaniae oppido oriundi. — v. 18. *Diductosque*, seiunctos, *iugo cogit aëneo*, amore nunquam posthac solvendo reconciliat; cf. supr. I, 33, 10. et ad II, 5, 1. — v. 19. *excutitur*, sc. iugo, amore meo in te unice collato. — v. 20. *reiectae*, per aliquod tempus a me neglectae. — *patet ianua Lydiae*, in genitivo casu accipiendum, non - ut alii volunt - dativo; aditus ad te pateat, si me iterum admittere velis, quod quidem venustius altera ratione, qua Lydia Horatii domum frequentare cogitatur. — v. 21. *sidere pulchrior*, pulcherrimus, nota comparatione; pariter supr. II, 5, 18. de Chloride cum Luna ipsa comparata. — v. 22. *levior cortice*, comparat Horatii fidem satis levem atque inconstantem cum cortice, qui levitatis suae ope in aquae superficie natat. — *inprobo*, procelloso, turgido; *improbum* poetis dicitur, quod modum excedit. Ceterum supra quoque I, 33, 15. Myrtales iracundia cum maris Hadriatici aestu comparatur.

---

amasti, ut: *Ardet amans Dido.* [*Neque erat Lydia post Chloen*] i. e. non erat inferior apud te Chloe, nomen alterius amicae. [*Multi Lydia nominis*] magnae famae et magnae formae et Iliae matri Romuli praeferenda. [*Me nunc*] Horatius respondet. [*Thressa*] Thressa, Thracia, ut: *Thressa genus, Pholoe.* [*Si parcent anim.*] si fata parcent illi, diu vivendo, cupio pro ea mori: Ad augmentum amoris paratum se dicit mori, si pro altero, hoc fata fieri paterentur, iuxta illud: *Si fratrem Pollux alterna morte redemit.* [*Me torret*] ex persona Lydiae usque ad finem. Ordo est: *Thurini Ornithi filius Calais me torret. Thura* Brutiorum oppidum, unde Ornithum dicit fuisse. [*Quid si prisca redit Venus?*] secunda vice tanquam sua et ipsius, si amorem reddimus priorem. [*Iugo cogit ahen.*] forti, inexpugnabili. Ad perpetuitatem redeuntis gratiae *iugum aheneum* posuit. Aes enim non sic ut ferrum rubigine consumitur. Vnde Virg.: *Et centum vinctus ahenis Post tergum nodis*, ut velut aeternam pacem futuram furoris aerea vincula monstrarent. [*Excutitur*] pro: expellitur. [*Sidere pulchrior*] ut Virg.: *Qualis ubi Oceani perfusus Lucifer unda.* [*Ille*] Calais. [*Iracundior Adria*] sicut illud: Amantium ira amoris integratio est. [*Tecum vivere amem*] ut: *Vna salus ambobus erit.* [*Tecum obeam*] ut: *Tecum consumere aveo* (in ms. *aevo* †).

sibus Lydia respondet. Et deinde, ut dixi, vices inter eos sunt dicendi ac respondendi quaternis versibus. [*Neque erat Lydia post Chloen*] neque Lydiam, i. e. me postponebas Chloae. [*Multi Lydia nom.*] i. e. magni nominis ac per hoc clarae famae. [*Pro qua non metuam mori, Si parcant animae fata superstiti*] i. e. si mea morte illius animae fata parcant, ut superstitem eam mihi faciant fata. [*Thurini Calais filius Ornithi*] ordo est et sensus: Thurini Ornithi filius, Calais nomine. *Thurini* autem, qui est a *Thura*, oppido Italiae. [*Pro quo bis pat. mori*] quam carum habeat Calaim καθ᾽ ὑπερβολὴν expressit, *bis* se paratam *mori* pro illo dicens, quod ideo intulit, ut illum vinceret, quia dixerat, se paratum pro Chloe mori. [*Quid si prisca redit Venus?*] Hic iam tentare incipit Lydiam, an redire secum in gratiam velit? [*Diduct. iugo cogit ahen.*] si rursus, inquit, nos Venus iungit ac firmat perpetua coniunctione, per hoc enim *iugum aheneum* dicit: aeris namque materia non sicut ferrum rubigine consumitur. Quare et Virg. non ob aliud mihi videtur dixisse: *Et centum vinctus ahenis Post tergum nodis*, nisi ut perpetuam

Horatius:

Quid? si prisca redit Venus,
Diductosque iugo cogit aëneo?
Si flava excutitur Chloe,
Reiectaeque patet ianua Lydiae?

Lydia:

Quamquam sidere pulchrior
Ille est, tu levior cortice et inprobo
Iracundior Hadria:
Tecum vivere amem, tecum obeam libens.

v. 17. *prisca Venus redit* Dess. 2. — Vand. γ, *quod si.* — 18. *Deductosque* Lips. 4. (sic quoque Cod. Goth.) *cogerit aëneo* Venet. 1492. Locher. — 20. *Eiectaeque* Cun. *Revectaeque* coniect. ap. Ion. — 21. *Quamvis* Lips. 4. — *Vand.* B, C, D, φ et al. duo *quamvis.* — *Est* post *Ille* omisit Cod. Guelf. metro, haud sensu, repugnante.

CARMEN X.

ARGUM. *Carmen παϱακλαυσίϑυϱον vocatur hocce; i. e. carmen ante puellae ianuam ab amatore non intromisso flebilibus modis decantatum, cuiusmodi carminis particulam iam supra Horatius Lib. I. Carm. XXV. v.* 8—9. *intexuit; similia παϱακλαυσιϑύϱον exempla iam laudarunt alii Plaut. Curcul. I,* 2, 60 *sqq. Ovid. Am. I,* 6. *Propert. I,* 16, 17 *sqq. Theocrit. III. et XXIII. Aristoph. Eccles. v.* 945—67. *cf. Caspar. Sagitt. de Jan. Vett. c.* 37. *Argumentum talium carminum tam querelae et preces, quam minae et convicia, eorumque character quaedam in illis omnibus et sensuum et verborum affectatio.*

AD LYCEN.

Extremum Tanain si biberes, Lyce,
Saevo nupta viro: me tamen asperas
Porrectum ante fores obiicere incolis
Plorares Aquilonibus.

AD LYCEN SVPERBAM IN AMANTES libb. Torrent. AD LYCEN vulgo.

AD LIDYAM *Vand.*

AD LYCEN ASPERAM ET INEXORABILEM Cod. Goth.

v. 1. *Tanaim* vulgo. Sed *Tanain* Pulm. 2, 3, 4. Lips. 1, 2. Bentl. 1, 2, 6 aliique; tum Fab. Bentl. Cun. Dacer. Sivr. Est omnino exquisitius. — *proiectum* emend. Bentl. et sic etiam Cun. Sane in *porrectum* ita nil reprehendendum, ut etiam praeferendum. *obiacere* Helmst.

---

v. 1. *Extremum Tanain*, longe dissitum, notum flumen in Scythia; cf. Epist. I, 1, 45. *extremi Indi*. Epist. I, 6, 6. *extremi Arabes*, i. e. remotissimi, in remotissima regione habitantes. *Si T. biberes*, si Scythiae oras inhabitares, ad Tanais litora; nota loquendi ratio, vid. not. ad II, 20, 20. — *porrectum ante fores asperas*, excubantem ante fores, quae propterea *asperae* vocantur, quod asperae s. durae sunt puellae, quae sine miseratione et dolore patitur, amantem ante fores iacere aquilonibus expositum.

---

pacem per *ahenea* furoris *vincula* futuram ostenderet. [*Excutitur*] pro ‚expellitur' positum est. [*Sidere pulchrior*] Calais scilicet. [*Et iracundior Adria*] *Adria* pro Adriatico mari dicitur.

ACR. [*Extremum*] haec ad puellam, Lycen nomine, dicuntur asperam et intractabilem. [*Extremum Tanain*] ultimum. *Tanais* enim fluvius Scythiae dicitur, qui et Danubius: per cuius commemorationem vult intelligi barbari animi mulierem. [*Porrectum*] extensum, ut Virg.: *Quaque redit medium Rhodope porrecta sub axem.* [*Aquilonibus*] quia Ta-

POR. [*Extrem. Tanain si bib. Lyce*] haec ad puellam, Lycen nomine, dicuntur, asperam et intractabilem. *Tanais* autem fluvius est Scythiae, per quod vult intelligi esse barbaram. [*Me tamen asp. Porrect. ante fores obiic. incolis Plorares aquilon.*] mei etsi misereris, non patereris tamen frigoribus perire ante fores tuas iacentem. *Incolis* autem *Aquilonibus* ad illud pertinet, quod dixerat: *Extremum Tanain si bibe-*

Audis, quo strepitu ianua, quo nemus
Inter pulchra satum tecta remugiat
Ventis? et positas ut glaciet nives
Puro numine Iupiter?

v. 5. *Audi* cod. Ge. Fabr. *Audin* emend. Cun. *At Dî! quo — — remugiunt ventis? at p.* — — *glaciat* coni. ap. Jon. — — *quid? nemus* Helmst. *queis nemus* emend. T. Fab. festive exclamans: „mendum turpe, turpe: *quo ventis.*" Prius quam ille omnes pueri videbant, repetendum esse *strepitu.* — 6. *situm* (sic Cod. Goth. et Guelf.) multi codd. item editt. antt. et est vulgaris lectio. Sed *satum* Acr. (quem vide infr. adpositum) Comment. Cr. antiquiss. et duo alii Bland. Cruq. unus Torr. (in margine) duo Bersm. Pulm. 1, 2, 3, 4. quid. Lamb. Bentl. 1 (a m. s.), 2, 10, 23. Gott. Mentel. Lips. 1 a m. pr. (tertius: *sacrum*) Dess. 2. Bentl. Cun. Baxt. Item vindicant Heins. ad Sil. X, 533. Broukhus ad Propert. I, 14, 5. Apparet etiam, esse aptius et doctius vocabulum. — *Vand.* A, corr. *sacrum; γ*, I, *satum;* E, *satum*, var. *situm.* Al. omn. *situm.* — 7. Post *remugiat* incidit Bentl. et emend. *Sentis et p.* cett. cum, quia ferre non potest duos ablativos *strepitu* et *ventis;* at boni hi sunt et exquisiti: tum, quia non putat *audiri* gelu et frigus, sed *sentiri.* Possis sane negare in aedibus et lecto Lycen *sensisse* gelu; aut cum Gesnero cogitare de acuto sono nivis induratae, cum a praetereuntibus calcatur. Sed ne his quidem opus. Bentleium secutus Sivr. — — *ventorum* Cun. eodem de duobus ablativis metu. Consulto loci elegantiam corrumpere voluisse videntur. — — *en pos.* coni. Bentl. si quis velit retinere *ventis.* Denique post *remugiat* incidit et *Ventis* trahit ad seqq. Venet. 1492. et sic vult With. Sed facile sentitur, quam abhorrens sit: „Iupiter puro numine ventis glaciat nivem." — 8. *Duro* emend. Bentl. Nam noctem terram declarari, cui obsit caelum serenum. Non opus est, quidquam respondere. — — *nomine* cod. vet. Turneb. Advers. XXVII, 9. — — *limine* lib. vet. ap. Canter. Nov. lect. IV, 2. qui inde emendat *lumine*, quod ipsum habet unus Bersm. et ex aliorum codd. laudat Lamb. recepitque Chabot. et defendit Ios. Scaliger Auson. lect. p. 64. Sed nihil ineptius illo *lumine.* —

— Verborum sensus fere hic est: Quamvis uxor saevi mariti ad Tanais litora habitantis, mulier fera ac barbara remotissima in Scythia viveres, tamen haud patereris, immo potius miseratione tacta doleres, me ante fores tuas ventorum violentiae expositum iacere, omni tempestati plane obnoxium. — v. 6. *nemus inter tecta satum*, viridarium in tecti impluvio consitum, quale Horatius describit infr. Epist. I, 10, 22. *Nempe inter varias nutritur silva columnas.* Cf. Tibull. III, 3, 15. — *pulchra*, quae ad lautiorum aedificia pertinent, accommodate in hunc locum. — *Audis*, non (ut sponte apparet) in propria significatione repetendum versu septimo, sed nota figura ζεύγματος dictum. Ridicule emendavit Bentleius hunc locum, pro *Ventis* scribens *Sentis*, ut zeugma evitaret. — *Puro numine*,

---

nain nominavit; de Septentrionali enim parte Aquilo oritur. Sensus est: non solum quia in prosperitate es, misereri mei debes, sed etiamsi in captivitate esses coniuncta saevo viro, deberes meo succurrere amori. [*Nemus inter tecta satum*] viridarium dicit. [*Positas*] deorsum missas. Post nives enim missas si flat Aquilo, eius frigore solidantur. [*Puro*]

res. Tanais enim flumen in parte septentrionali est, unde Aquilo oriri videtur. [*Quo nemus Inter pulchr. sit. tecta remug.*] significat arbores esse, ut fit in pluvio domi, quibus nunc strepere tempestas intelligi vult.

Ingratam Veneri pone superbiam,
Ne currente rota funis eat retro.
Non te Penelopen difficilem procis
Tyrrhenus genuit parens.
O, quamvis neque te munera, nec preces,
Nec tinctus viola pallor amantium,

v. 10. *Nec* unus Bersm. Dess. 2. Lips. 1 a m. pr. *currente retro funis eat rota*, vulgaris verborum ordo, quique in Cod. Goth. et Guelf. obvius; sed Bentl. e codd. suis 8 et 10 dedit *currente rota funis eat retro:* item sic Baxt. et Cun. ex edit. 1477. (haud dubie Mediolan.) et Sivr. Ad sensum certe nil interest, utro ordine legas; id Bentleio largiendum, suaviorem esse ordinem ab ipso constitutum. — *Vand.* codd. omn. *Ne currente retro funis eat rota.* — 13. *quamquam* Cun.

---

aere puro frigus vehementius esse solet. — v. 9. *Ingrata superbia*, facile intellectu est, cur Amor ac Venus oderint superbiam, quae in amore mutuo ferri plane nequit. — v. 10. *Ne currente rota*, ne idem tibi eveniat, quod in amantes exerces, fortunaque, quam nunc experiris secundam, tibi adversari ac reflare incipiat. Quam quidem sententiam proverbialiter protulit: Intelligendus *funis* eiusmodi, quo per machinam rota instructam, cui ille circumvolvitur, moles quaedam in altum trahitur; quae quidem praegravans nimio pondere funem nimis intentum rumpit, ipsaque cum rota revoluta praeceps ruit. Cum eiusmodi igitur fune comparatur sors eorum, qui nimio nisu ad altiora tendentes subito casu ad inferiora retro feruntur. Hinc *funis rumpitur* vel *retro it* proverbiali locutione dictum est in homines superbos, quorum altiores, quos trahunt, spiritus subita fortunae conversione franguntur. M. et D. Cf. Liv. XLV, 41. Horat. Epist. I, 18, 87 - 88. ubi eadem sententia imagine a navigatione translata. Lucian. Dial. Meretr. III. extr. (p. 286. edit. Gesn.) *σὺ δὲ πάνυ χαλεπὴ ἀεὶ τῷ ἀνθρώπῳ γεγέννησαι καὶ ὅρα, μὴ κατὰ τὴν παροιμίαν Ἀποῤῥήξωμεν πάνυ τείνουσαι τὸ καλώδιον.* Luculentius Aristaenet. Epp. II, 1. p. 72. Abr. *χρῆσαι τοῖς γνησίοις ἐρασταῖς φιλικώτερον· πείθου μοι καὶ τῆς ἀμετρίας ἀπόσχου. ὅρα, μὴ κατὰ τὴν παροιμίαν ἀποῤῥήξωμεν πάνυ τείναντες τὸ καλώδιον, μηδὲ λάθῃς λοιπὸν εἰς ἀγερωχίαν μεταβαλοῦσα τὸ φρόνημα· οἶσθα δὲ, ὅσον Ἔρως ἀντιστρατεύειν τοῖς ὑπερηφανοῦσι φιλεῖ.* — *Tyrrhenus*, Etruscus; *difficilem*, asperam atq. sim. Te, Hetruria oriundam, amatoribus facilem esse convenit. Hetruria moribus lascivioribus infamis. — v. 13 - 20. *tin-*

---

sereno, ut: *Pura nec obtusis per caelum cornibus ibit.* [*Ingratam Veneri*] exsecrabilem Veneri dicit, si amet superbiam et amantem contemnat. [*Currente*] celeriter labente. Vult enim intelligere scissuram repudii, i. e. ne nimia velocitate rotae rumpatur funis. Dominam rotae fortunam dixit, i. e. ne volubilitate rotae tu amans contemnaris et ita inflexu rotae laedaris: sicut equus a consueta velocitate deficiens consuevit. [*Non te Penelopen*] Penelopes, Vlyssis uxoris, nota fabula est, quae pro fide absentis mariti omnes repudiavit sponsos. [*O quamvis*] Ordo est: *O quamvis nec curvant te munera, nec preces, nec pallor amantium tinctus viola, nec vir saucius Pieria pellice et quamvis non sis mollior*

[*Et posit. ut glaciet nives*] ostendit, quod re vera in Italia frequenter evenit, post nivem positam in Aquilone vento serenatum esse et frigore eius gelu super nivem concrescere. [*Nec curr. retro fun. eat rota*]

Nec vir Pieria pellice saucius
Curvat: supplicibus tuis
Parcas, nec rigida mollior aesculo,
Nec Mauris animum mitior anguibus.
Non hoc semper erit liminis aut aquae
Caelestis patiens latus.

v. 15. *pelice*, antique, multi, ut omnes Torrent. Mentel. Lips. 1, 2 cett. — 16. *curvet* Asc. — 18. *animo* multo plures Codd. ut Bentl. omnes praeter unum, Pulm. tres, duo Bersm. Altt. Dess. 2. Lips. Helmst. Fran. Venett. 1478. 1492. Locher. Asc. Tacent de suis codd. Lamb. Cruqu. Torr. Attamen vulgata lectio *animum* et est in bonis codd. ut Bentl. 1 a m. pr. Pulm. 2, 3. uno Bersm. Mentel. et post Lambin. in omnibus editt. et doctior est magisque cum poetica tum Horatiana. — *Vand.* A, B, φ, *animum;* al. omn. *animo.* — Haud praetereundum quod Cod. Goth. pro *mitior* exhibet *mollior*, quae tamen repetitio eiusdem verbi error librarii temere scribentis esse videtur.

---

ctus viola pallor, pallor coloris violacei, subflavi, quo prae amore contabescentium os obducitur. — *Pieria*, Thessala, peregrina, quae Romam se contulisset tanquam *pellex*, concubina. — *saucius*, cf. Virg. Aen. IV, 1.: *At regina gravi iam dudum saucia cura.* Puella aliqua saucium esse, i. e. amare, fortasse sensu lasciviore. — *curvat*, faciliorem reddit. *χρυσὸς ἐπιγνάμπτει τὰς σοβαροβλεφάρους.* — *supplicibus tuis*, te tanquam supplices exorantes, tibique toto animo dediti; iis quidem *parcas*, neque tam misere eos perire sinas atq. sim. — *nec mollior*, cuius animus non magis flectitur quam *rigida aesculus, nec mitior*, asperior anguibus. — *aquae caelestis*, pluviae cett.

---

rigida aesculo, nec animo mitior Mauris anguibus, parcas tuis supplicibus. [*Tyrrhenus par.*] Italus. [*Nec mun.*] ut est: *Quoniam sordent tibi munera nostra.* Et alibi: *Nec munera curat Alexis.* [*Nec tinctus viola*] bene velut amator amoenitatem floris, pallori amantium dedit. [*Pellice saucius*] concubinae amore vulneratus. Vult intelligi maritum Lyces huius amare aliam, i. e. *Pieriam* nomine mulierem, propter quam contumeliam vel dolorem suadet, ad reddendam viro pro pellice vicissitudinem se amari debere. [*Nec rig. moll. aesc.*] i. e. non sis rigidior aesculo arbore, tanquam lignea et sine sensu rationabili: nec asperior Mauris serpentibus calore noxioribus, ut: *Saevit agris asperque siti atque exterritus aestu.* [*Non hoc semper*] non semper se ante limen observantem, caelestem aquam passurum dicit, sed desinente per contemptum animo, amore cariturum.

ἀλληγορικῶς, ne intereant harum rerum vices. [*Nec vir Pieria pellice saucius*] vult intelligi maritum huius Lyces amare aliam, i. e. Pieriam nomine, propter quod debuissem hanc vicem contumeliae amando ei retribuere. [*Nec rigid. moll. Aesc. Nec Maur. anim. mitior anguib.*] cetera enim per parenthesin illata sunt.

Ingratam Veneri pone superbiam,
Ne currente rota funis eat retro.
Non te Penelopen difficilem procis
Tyrrhenus genuit parens.
O, quamvis neque te munera, nec preces,
Nec tinctus viola pallor amantium,

v. 10. *Nec* unus Bersm. Dess. 2. Lips. 1 a m. pr. *currente retro funis eat rota*, vulgaris verborum ordo, quique in Cod. Goth. et Guelf. obvius; sed Bentl. e codd. suis 8 et 10 dedit *currente rota funis eat retro:* item sic Baxt. et Cun. ex edit. 1477. (haud dubie Mediolan.) et Sivr. Ad sensum certe nil interest, utro ordine legas; id Bentleio largiendum, suaviorem esse ordinem ab ipso constitutum. — *Vand.* codd. omn. *Ne currente retro funis eat rota.* — 13. *quamquam* Cun.

aere puro frigus vehementius esse solet. — v. 9. *Ingrata superbia*, facile intellectu est, cur Amor ac Venus oderint superbiam, quae in amore mutuo ferri plane nequit. — v. 10. *Ne currente rota*, ne idem tibi eveniat, quod in amantes exerces, fortunaque, quam nunc experiris secundam, tibi adversari ac reflare incipiat. Quam quidem sententiam proverbialiter protulit: Intelligendus *funis* eiusmodi, quo per machinam rota instructam, cui ille circumvolvitur, moles quaedam in altum trahitur; quae quidem praegravans nimio pondere funem nimis intentum rumpit, ipsaque cum rota revoluta praeceps ruit. Cum eiusmodi igitur fune comparatur sors eorum, qui nimio nisu ad altiora tendentes subito casu ad inferiora retro feruntur. Hinc *funis rumpitur* vel *retro it* proverbiali locutione dictum est in homines superbos, quorum altiores, quos trahunt, spiritus subita fortunae conversione franguntur. M. et D. Cf. Liv. XLV, 41. Horat. Epist. I, 18, 87-88. ubi eadem sententia imagine a navigatione translata. Lucian. Dial. Meretr. III. extr. (p. 286. edit. Gesn.) *σὺ δὲ πάνυ χαλεπὴ ἀεὶ τῷ ἀνθρώπῳ γεγέννησαι καὶ ὅρα, μὴ κατὰ τὴν παροιμίαν Ἀποῤῥήξωμεν πάνυ τείνουσαι τὸ καλῴδιον.* Luculentius Aristaenet. Epp. II, 1. p. 72. Abr. *χρῆσαι τοῖς γνησίοις ἐρασταῖς φιλικώτερον· πείθου μοι καὶ τῆς ἀμετρίας ἀπόσχου. ὅρα, μὴ κατὰ τὴν παροιμίαν ἀποῤῥήξωμεν πάνυ τείναντες τὸ καλῴδιον, μηδὲ λάθῃς λοιπὸν εἰς ἀγερωχίαν μεταβαλοῦσα τὸ φρόνημα· οἶσθα δὲ, ὅσον Ἔρως ἀντιστρατεύειν τοῖς ὑπερηφανοῦσι φιλεῖ.* — *Tyrrhenus*, Etruscus; *difficilem*, asperam atq. sim. Te, Hetruria oriundam, amatoribus facilem esse convenit. Hetruria moribus lascivioribus infamis. — v. 13-20. *tin-*

sereno, ut: *Pura nec obtusis per caelum cornibus ibit.* [*Ingratam Veneri*] exsecrabilem Veneri dicit, si amet superbiam et amantem contemnat. [*Currente*] celeriter labente. Vult enim intelligere scissuram repudii, i. e. ne nimia velocitate rotae rumpatur funis. Dominam rotae fortunam dixit, i. e. ne volubilitate rotae tu amans contemnaris et ita inflexu rotae laedaris: sicut equus a consueta velocitate deficiens consuevit. [*Non te Penelopen*] Penelopes, Vlyssis uxoris, nota fabula est, quae pro fide absentis mariti omnes repudiavit sponsos. [*O quamvis*] Ordo est: *O quamvis nec curvant te munera, nec preces, nec pallor amantium tinctus viola, nec vir saucius Pieria pellice et quamvis non sis mollior*

[*Et posit. ut glaciet nives*] ostendit, quod re vera in Italia frequenter evenit, post nivem positam in Aquilone vento serenatum esse et frigore eius gelu super nivem concrescere. [*Nec curr. retro fun. eat rota*]

Nec vir Pieria pellice saucius
Curvat: supplicibus tuis
Parcas, nec rigida mollior aesculo,
Nec Mauris animum mitior anguibus.
Non hoc semper erit liminis aut aquae
Caelestis patiens latus.

v. 15. *pelice*, antique, multi, ut omnes Torrent. Mentel. Lips. 1, 2 cett. — 16. *curvet* Asc. — 18. *animo* multo plures Codd. ut Bentl. omnes praeter unum, Pulm. tres, duo Bersm. Altt. Dess. 2. Lips. Helmst. Fran. Venett. 1478. 1492. Locher. Asc. Tacent de suis codd. Lamb. Cruqu. Torr. Attamen vulgata lectio *animum* et est in bonis codd. ut Bentl. 1 a m. pr. Pulm. 2, 3. uno Bersm. Mentel. et post Lambin. in omnibus editt. et doctior est magisque cum poetica tum Horatiana. — *Vand.* A, B, φ, *animum;* al. omn. *animo.* — Haud praetereundum quod Cod. Goth. pro *mitior* exhibet *mollior*, quae tamen repetitio eiusdem verbi error librarii temere scribentis esse videtur.

ctus viola pallor, pallor coloris violacei, subflavi, quo prae amore contabescentium os obducitur. — *Pieria*, Thessala, peregrina, quae Romam se contulisset tanquam *pellex*, concubina. — *saucius*, cf. Virg. Aen. IV, 1.: *At regina gravi iam dudum saucia cura.* Puella aliqua saucium esse, i. e. amare, fortasse sensu lasciviore. — *curvat*, faciliorem reddit. *χρυσὸς ἐπιγνάμπτει τὰς σοβαροβλεφάρους.* — *supplicibus tuis*, te tanquam supplices exorantes, tibique toto animo dediti; iis quidem *parcas*, neque tam misere eos perire sinas atq. sim. — *nec mollior*, cuius animus non magis flectitur quam *rigida aesculus*, *nec mitior*, asperior anguibus. — *aquae caelestis*, pluviae cett.

rigida aesculo, nec animo mitior Mauris anguibus, parcas tuis supplicibus. [*Tyrrhenus par.*] Italus. [*Nec mun.*] ut est: *Quoniam sordent tibi munera nostra.* Et alibi: *Nec munera curat Alexis.* [*Nec tinctus viola*] bene velut amator amoenitatem floris, pallori amantium dedit. [*Pellice saucius*] concubinae amore vulneratus. Vult intelligi maritum Lyces huius amare aliam, i. e. *Pieriam* nomine mulierem, propter quam contumeliam vel dolorem suadet, ad reddendam viro pro pellice vicissitudinem se amari debere. [*Nec rig. moll. aesc.*] i. e. non sis rigidior aesculo arbore, tanquam lignea et sine sensu rationabili: nec asperior Mauris serpentibus calore noxioribus, ut: *Saevit agris asperque siti atque exterritus aestu.* [*Non hoc semper*] non semper se ante limen observantem, caelestem aquam passurum dicit, sed desinente per contemptum animo, amore cariturum.

ἀλληγορικῶς, ne intereant harum rerum vices. [*Nec vir Pieria pellice saucius*] vult intelligi maritum huius Lyces amare aliam, i. e. Pieriam nomine, propter quod debuissem hanc vicem contumeliae amando ei retribuere. [*Nec rigid. moll. Aesc. Nec Maur. anim. mitior anguib.*] cetera enim per parenthesin illata sunt.

CARMEN XI.

ARGUM. *Mercurium, lyrae inventorem, invocat, ut suavioribus eius modis Lyde, puella adhuc inexorabilis atque aspera in iuvenes, adplicet aures. Invocationi laudes ac virtutes lyrae, more priscorum hymnorum, adnectit; deinde loquitur de poenis, quae superbiam puellarum apud inferos mansurae sint. Qua quidem occasione data, Danaidum poenas recenset, quibus diutius immoratur. Putandus nempe Horatius Lyden, crudelissimarum Danaidum poena, tanquam apto exemplo, proposita, docere voluisse: superbiam istam, puellis tantummodo arrogantibus propriam, fastidiosam a diis gravissime vindicari.*

AD LYDEN.

Mercuri, nam te docilis magistro
Movit Amphion lapides canendo,
Tuque, Testudo, resonare septem
Callida nervis,

PROSPHONETICE IN LYDAM libb. Torr.
AD MERCVRIVM (sic Cod. Goth.) vulgo.
PROSPHONETICE MERCVRIO LYRAEQVE Cod. Guelf. *Vand.* A, E, φ, γ, I, MERCVRIO LYRAEQVE; H, MERCVRIO ET LIDAE (hinc error Cod. I, in inscriptione et versu primo superioris carminis).

v. 1. *docilis* pro accusativo plur. accipere aliquando Klotzio in mentem venerat. Aperte respondent inter se *docilis* et *magistro*. — 2. *Amphyon*, *Anphion*, aberr. — 3. *Testudo* maiori *T*, recte Bentl. Cun. San.

---

v. 1. *te docilis magistro*, edoctus a te, usus te magistro; *Amphionem* lyram Mercurii accepisse, eodemque magistro usum esse in arte musica, docet Apollod. III, 5, 5. Paus. IX, 5. p. 921. *Μύρων δὲ Βυζάντιος, ποιήσας ἔπη καὶ ἐλεγεῖα, Ἑρμῇ βωμόν φησι πρῶτον ἱδρύσασθαι Ἀμφίονα καὶ ἐπὶ τούτῳ λύραν παρ᾽ αὐτοῦ λαβεῖν.* — v. 3-4. *callida*, quae calles *resonare*, quae scite (ex artis regulis atq. sim.) resonas *septem nervis*, septem chordis instructa, *λύρα ἑπτάχορδος, ἑπτάτονος,*

ACR. [*Mercuri*] Mercurium lyrae invocat repertorem, ut inspiret sibi modulationem dignam auribus Lydes amicae. Ordo est: *Mercuri, dic modos, quibus Lyce obstinatas aures applicet: nam te magistro, docilis Amphion movit lapides canendo* iuxta hoc, quod M. Cicero in Rhetoricis dixit artium magistros afferre laudem sive vituperationem discipulis: *rursus discipulos magistris.* Vnde hic Mercurius laudatur in Amphione discipulo, cuius nota fabula est; eo quod idem Amphion citharae cantu et pecudes, quarum pastor erat, ad se arcessere consueverat; et lapides, quibus muri sunt exstructi Thebani, ut Statius: *Quo carmine muris Iusserit Amphion Tyrios accedere montes.* [*Resonare septem*] ut: *Oblo-*

POR. [*Mercuri, nam te doc. mag.*] Mercurium vocat lyrae inventorem, petens, ut inspiret sibi modulationem dignam auribus Lydes amicae. Ordo est autem: *Mercuri, dic modos, quibus Lyde obstinatas adplicet aures, nam te docili magistro movit Amphion lapides canendo.* Nota fabula Amphionem citharae cantu et pecudes, quarum pastor erat, ad se arcessisse, et lapides, quibus Thebani muri exstructi sunt. [*Tuq. test.*]

Nec loquax olim neque grata, nunc et
Divitum mensis et amica templis:
Dic modos, Lyde quibus obstinatas
Adplicet aures:
Quae, velut latis equa trima campis,
Ludit exsultim metuitque tangi,
Nuptiarum expers et adhuc protervo
Cruda marito.
Tu potes tigres comitesque silvas
Ducere et rivos celeres morari.
Cessit inmanis tibi blandienti
Ianitor aulae,

v. 6. *Divum* pro *divitum* in Cod. Goth. ex errore. — 9. *laetis*, coni. Dacer. (et recepit Sivr.) quia Anacr. cuius locum expressit Horatius, *λειμῶνας* dixerit, cui verbo melius respondeant *laeti* campi, quam *lati*. Debile profecto, inquit Ianius, argumentum. Aptiores huius loci imagini *lati* campi. — 9—12. omisit Sanad. castitatis studio — ego inquam — perverso! — 10. *exultans* Lips. 4 e glossa. — 15. *blandientis* Lips. 4. ut iungatur „aulae blandientis" sc. tibi.

ἑπτάφθογγος. — v. 5. *loquax*, canora; *loqui* poetice de lyrae sono. — v. 7. *obstinatas aures*, inversio ex more poetarum, auribus nempe tribuitur, quod ad animum referendum erat; figura nota. — Iam Lyden cum equa pulla comparat, ex veterum more. *Ludit exsultim, σκιρτῶσα παίζει. Ludere* idem quod salire. — *nuptiarum expers, γάμου* s. *λέχους ἄπειρος,* verecunde dictum. — *cruda*, immatura s. aspera, *marito protervo*, *συνουσίας* s. concubinatus cupidum, quod nos fere dicimus: *lüstern.* — Horrendum istud monstrum, Cerberum, blanda tua carmina vicerunt atque ita mollem effecerunt, ut Orpheo libere adeundi Orcum faceret copiam. *Ianitor* propterea dicitur, quod in limine excubat. Epitheton *immanis* ego quidem non cum *M.* ad Plutonis vastum refero vestibulum, sed ad Cerberum, ad quem quoque *Doeringus* trahit, coll. Virg. Aen. VI, 418.

---

quitur numeris septem discrimina vocum. [*Nec loquax*] laus repertoris ab opere, quasi diceret, neque loquacem lyram, neque gratam fuisse, ante quam Mercurii doctrina aptaretur ad cantum, nam et in sacrificiis fidicines adhiberi consueverant. [*Obstinatas*] clausas, obseratas. [*Exsultim*] saltim. [*Protervo*] importuno, nimio. [*Adplicet aures*] velut oblectata, iungat et adplicet ad audiendum, unde est dictum: *Adeo in teneris adsuescere multum est.* [*Equa trima*] trium annorum et iam difficilis ad domandum. [*Cruda marito*] intacta, immatura sive intempestiva. Sed animo cruda, i. e. crudelis ac per hoc aspera atque horrens maritum. [*Ducere*] oblectatione cantus quocunque ieris te sequentes, ut Virg.: *Mulcentem tigres et agentem carmine quercus.* [*Cessit immanis tibi bland.*

quia testudine Mercurius lyram ferit. [*Et amic. templ.*] Fidicines hodieque Romae in sacrificiis adhiberi videmus. [*Et adh. prot. Cruda marit.*] non intempestiva, sed animo cruda, i. e. crudelis ac per hoc aspera atque horrens maritum. [*Tu potes Tigr. comit. silv. Ducere*] haec ad testudinem dicuntur sive ad Mercurium. [*Cessit immanis tibi bland. Ianit.*

Cerberus, quamvis Furiale centum
Muniant angues caput eius atque

vv. 17—20. Varie hanc strophen tentarunt interpretes. Primum enim Dacierius monuit: „Totum hoc carmen dehonestat vocula: *eius*, qua utinam Horatius non usus fuisset.“ Vnde Bentleius corr. *quamvis fur. cent. muniant a. caput, exeatque sp. teter.* cett. Cuningamius: *quamquam f. c. muniunt a. caput, aestuatque sp.* vel: *efflat atque sp.* Wadius: *quamquam f. c. muniunt a. caput et iubam, atque sp.* Gesn.: *caput effluatque sp.* Both.: *quamquam f. c. muniunt a. caput, eiulatque sp.* Eichstadius in *Seebodii Biblioth. Crit.* 1819. fasc. VI. p. 649—651. et Heinrichius in *Indice praelectt. in acad. Bor. Rhen. per menses hib.* a. 1821—1822. *habend.* (Bonnae.) spurios esse iudicarunt hos quatuor versus, quos tamen defendit Steuberus in *Seebod. Bibl. crit.* 1820. I. p. 59—63. Monent autem illi, his versibus sententiarum nexum turbari, in iis orationem latinam scabram [cum *eius* ab sermone poetico abhorreat, *atque* in fine versus displiceat, *spiritus* et *sanies* neque bene coniungi neque *spiritus manare* dici possit, nec *furiale caput* huc quadret, neque omnino haec omnia (*furiale caput*, *angues*, *spiritus*, *sanies*) sint munimenta contra artis musicae delenimenta] et omnem strophen ex II, 13, 33—36. et II, 19, 31—32. desumptam et a librariis huc intrusam esse. Sed quod ad sententiarum nexum adtinet, poeta utique reliquas res breviter adtingit et in Cerbero describendo exspatiatur. Quae descriptio etiamsi bene abesse possit, tamen neque nexum turbat neque ab Horatii ingenio aliena est. Saepe enim longioribus singularum rerum descriptionibus sententiarum nexum sic interrumpi, adnotavimus ad I, 35, 29. Quin etiam latiore Cerberi mitigati descriptione magis, ut bene monuit Steuberus, vis lyrae apparet. Depingit poeta horridam Cerberi faciem terribilemque formam, quae cum in universum ab artis musicae illecebris abhorreat, non erat cur singula munimenta commemorarentur. Cur autem *spiritus* et *sanies*, quae tamen ambo ex ore proveniunt, recte coniungi non possint, causam non videt *Iahnus*, cuius ex adnott. haec referimus. *Manare* autem *sanies* et *spiritus* certe per ζεῦγμα dici possunt, uti explicuit Mitscherl. qui etiam *furiale caput* recte interpretatus est. Praeterea si *aura*, *aer*, *sonitus* manant, etiam *tetrum* illum *spiritum* manare putaverim, inquit *Iahn.* Porro si *et*, *ac*, *ut*, *utque*, *neque*, *nec* cett. in fine versus recte ponuntur, cur *atque* propter πλατύτητα, quam dicunt, ab hoc loco abhorret? Legitur in fine versus II, 10, 21. ubi Bothius *utque* scripsit et locum planum miro modo detorsit. Pronomen *is* autem, quod ὀρθοτονούμενον (notione nostri *der*, *die*, *das*) in poetis frequens est, ἐγκλιτικὸν et προκλιτικὸν (quod, nostrum *er*, *sie*, *es* significans, in casibus obliquis tantum adhibetur) a poetis evitari solet. Legitur tamen *eius* posteriore notione apud Ovid. Trist. III, 4, 27. Metam. VIII, 16. ut eos locos, in quibus *ei*, *eum*, *eo*, eadem vi leguntur, praeteream. Postremum autem argumentum, quo hos versus ex II, 13, 33. et 19, 31. sumptos esse Eichstadius statuit, miror, quomodo a tanto (?) viro proferri potuerit. Minime, inquam, miror *Eichstadium* tale quid protulisse, quum fere omnia, quae edidit, si minus sermone Latino, quo uti solet elegantiore, delecteris, παρὰ δόξαν prolata sive παράδοξα sint. — In editione Horatii quarta *Doeringus* h. l. pro *eius* coniectavit *aestus*, de cuius emendationis probabilitate nullus dubitat, ut ipse in praefatione dicit. Quamvis vero haud absimile hoc sit, tamen quomodo ratio, qua ad *aestus* suppleri iubet: prorumpat, emittatur, — et ad *teter spiritus*: exhaletur, — stabiliri omninoque tanquam recta veraque ferri possit, ego quidem haud intelligo. Atqui ergo? si putes, ut Ianius ad hunc locum bene animadvertit, Horatium, cum homo esset, hoc loco lapsum esse, omnibus coniecturis et emendationibus carere possumus; inprimis, inquam, cum huiusmodi lapsus poetae sine omni et sensus et sermonis detrimento excusari possit.

v. 21. *Ision* error. *Titius*, *Tytios*, *Tycios*, *Tithios* aberr. *Tityos* Blandd. Cr. ceterique optimi.

Sensus meus pariter ac Vossii interpretatio, quae sensum meum naturalem (ut *ita* dicam) confirmat, mihi quidem suadebant, epitheton ad Cerberum relatum praeferre. *Vossius: Grausiger Pfoertner.* — *centum angues muniant*, cingunt, ambiunt, unumquodque eius *caput* (tricipitem h. l. fingi patet e v. 20.) *Furiale*, Furiarum instar, quibus Furiae incinguntur; ut apud Liv. VII, 17. *sacerdotes eorum* facibus ardentibus anguibusque praelatis, incessu Furiali *militem Romanum insueta turbaverunt specie.* — v. 21. *voltu invito*, difficile enim ei erat, vultum ad hilaritatem componere, qui cruciatu maximo afficeretur, quemadmodum *Ixion* et *Tityos.* — *urna*, urnae singularum, quibus aquam, in dolium perforatum fundendam, *haurirent*, *paulum*, aliquamdiu *siccae steterunt*, h. e. cessarunt aliquantisper ab haurienda aqua Danaides. De fabula Danaidum vid. Apollodor. II, 1. — v. 25. *notas*, famosas, infames, cf. III, 4, 7. — *Dolium*

Cerb.] hypallage, cum ipse magis blanditus sit Cerberus. [*Spiritus teter*] aut posuit pro veneno aut pro sanie cadaverum, quibus vesci consueverat. [*Centum*] finitum pro infinito. [*Muniant angues caput eius*] ut ait Ennius: *Angue villosi canis.* [*Ore trilingui*] ut: *Atque Ixionei vento rota constitit orbis.* [*Vultu Risit invito*] extorquente cithara dulcedine sua, quod tormentorum poena non sinebat. [*Dum grato Danai puellas Carmine mulces*] Danai nota fabula, qui fratris Aegypti invidia, quod omnes ille filios, hic haberet filias, pactis nuptiis filiabus praecepit, ut interimerent acceptos sponsos, quod ab omnibus factum est, praeterquam ab Hypermnestra, quae Linum fuga data servavit. Ob hoc scelus apud inferos hac dicuntur poena damnatae, ut aquam in pertusum dolium iugiter mitte-

aulae] receptam de Orpheo fabulam tractat, quae refert etiam Cerberum et cetera inferna citharae cantu eius lenita esse. [*Atq. spir. teter san. manet Ore tril.*] *saniem* autem cadaverum, quibus vescitur, intelligi vult aut pro venenis posuit, quae in illo potest fingi; cum etiam serpentibus hirsutus esse videatur. [*Quin et Ixion Tit. vult. Ris. invit.*] *Invito vultu*, intelligas tantam fuisse gratiam cantus, ut in tormentis poenae constitutis extorserit tamen risus. [*Danai puellas*] pro eo, quod est Danai filias. [*Audiat Lydia scelus*] mira opportunitate de excessu excessum repetit et est sensus: Audiat Lyce, qua poena damnatae sunt, quae crude-

Spiritus teter saniesque manet
Ore trilingui.
Quin et Ixion Tityosque vultu
Risit invito, stetit urna paullum
Sicca, dum grato Danai puellas
Carmine mulces.
Audiat Lyde scelus atque notas
Virginum poenas et inane lymphae

Cerberus, quamvis Furiale centum
Muniant angues caput eius atque

vv. 17—20. Varie hanc strophen tentarunt interpretes. Primum enim Dacierius monuit: „Totum hoc carmen dehonestat vocula: *eius*, qua utinam Horatius non usus fuisset." Vnde Bentleius corr. *quamvis fur. cent. muniant a. caput, exeatque sp. teter.* cett. Cuningamius: *quamquam f. c. muniunt a. caput, aestuatque sp.* vel: *efflat atque sp.* Wadius: *quamquam f. c. muniunt a. caput et iubam, atque sp.* Gesn.: *caput effluatque sp.* Both.: *quamquam f. c. muniunt a. caput, eiulatque sp.* Eichstadius in *Seebodii Biblioth. Crit.* 1819. fasc. VI. p. 649—651. et Heinrichius in *Indice praelectt. in acad. Bor. Rhen. per menses hib.* ā. 1821—1822. *habend.* (Bonnae.) spurios esse iudicarunt hos quatuor versus, quos tamen defendit Steuberus in *Seebod. Bibl. crit.* 1820. I. p. 59—63. Monent autem illi, his versibus sententiarum nexum turbari, in iis orationem latinam scabram [cum *eius* ab sermone poetico abhorreat, *atque* in fine versus displiceat, *spiritus* et *sanies* neque bene coniungi neque *spiritus manare* dici possit, nec *furiale caput* huc quadret, neque omnino haec omnia (*furiale caput*, *angues*, *spiritus*, *sanies*) sint munimenta contra artis musicae delenimenta] et omnem strophen ex II, 13, 33—36. et II, 19, 31—32. desumptam et a librariis huc intrusam esse. Sed quod ad sententiarum nexum adtinet, poeta utique reliquas res breviter adtingit et in Cerbero describendo exspatiatur. Quae descriptio etiamsi bene abesse possit, tamen neque nexum turbat neque ab Horatii ingenio aliena est. Saepe enim longioribus singularum rerum descriptionibus sententiarum nexum sic interrumpi, adnotavimus ad I, 35, 29. Quin etiam latiore Cerberi mitigati descriptione magis, ut bene monuit Steuberus, vis lyrae apparet. Depingit poeta horridam Cerberi faciem terribilemque formam, quae cum in universum ab artis musicae illecebris abhorreat, non erat cur singula munimenta commemorarentur. Cur autem *spiritus* et *sanies*, quae tamen ambo ex ore proveniunt, recte coniungi non possint, causam non videt *Iahnus*, cuius ex adnott. haec referimus. *Manare* autem *sanies* et *spiritus* certe per ζεῦγμα dici possunt, uti explicuit Mitscherl. qui etiam *furiale caput* recte interpretatus est. Praeterea si *aura*, *aer*, *sonitus* manant, etiam *tetrum* illum *spiritum* manare putaverim, inquit *Iahn.* Porro si *et*, *ac*, *ut*, *utque*, *neque*, *nec* cett. in fine versus recte ponuntur, cur *atque* propter πλατύτητα, quam dicunt, ab hoc loco abhorret? Legitur in fine versus II, 10, 21. ubi Bothius *utque* scripsit et locum planum miro modo detorsit. Pronomen *is* autem, quod ὀρθοτονούμενον (notione nostri *der*, *die*, *das*) in poetis frequens est, ἐγκλιτικὸν et προκλιτικὸν (quod, nostrum *er*, *sie*, *es* significans, in casibus obliquis tantum adhibetur) a poetis evitari solet. Legitur tamen *eius* posteriore notione

---

Sensus meus pariter ac Vossii interpretatio, quae sensum meum naturalem (ut *ita* dicam) confirmat, mihi quidem suadebant, epitheton ad Cerberum relatum praeferre. *Vossius: Grausiger Pfoertner.* — *centum angues muniant*, cingunt, ambiunt, unumquodque eius *caput* (tricipitem h. l. fingi patet e v. 20.) *Furiale*, Furiarum instar, quibus Furiae incinguntur;

Cerb.] hypallage, cum ipse magis blanditus sit Cerberus. [*Spiritus teter*] aut posuit pro veneno aut pro sanie cadaverum, quibus vesci consueverat. [*Centum*] finitum pro infinito. [*Muniant angues caput eius*] ut ait En-

aulae] receptam de Orpheo fabulam tractat, quae refert etiam Cerberum et cetera inferna citharae cantu eius lenita esse. [*Atq. spir. teter san.*

Spiritus teter saniesque manet
Ore trilingui.
Quin et Ixion Tityosque vultu
Risit invito, stetit urna paullum
Sicca, dum grato Danai puellas
Carmine mulces.
Audiat Lyde scelus atque notas
Virginum poenas et inane lymphae

apud Ovid. Trist. III, 4, 27. Metam. VIII, 16. ut eos locos, in quibus *ei*, *eum*, *eo*, eadem vi leguntur, praeteream. Postremum autem argumentum, quo hos versus ex II, 13, 33. et 19, 31. sumptos esse Eichstadius statuit, miror, quomodo a tanto (?) viro proferri potuerit. Minime, inquam, miror *Eichstadium* tale quid protulisse, quum fere omnia, quae edidit, si minus sermone Latino, quo uti solet elegantiore, delecteris, παρὰ δόξαν prolata sive παράδοξα sint. — In editione Horatii quarta *Doeringus* h. l. pro *eius* coniectavit *aestus*, de cuius emendationis probabilitate nullus dubitat, ut ipse in praefatione dicit. Quamvis vero haud absimile hoc sit, tamen quomodo ratio, qua ad *aestus* suppleri iubet: prorumpat, emittatur, — et ad *teter spiritus*: exhaletur, — stabiliri omninoque tanquam recta veraque ferri possit, ego quidem haud intelligo. Atqui ergo? si putes, ut Ianius ad hunc locum bene animadvertit, Horatium, cum homo esset, hoc loco lapsum esse, omnibus coniecturis et emendationibus carere possumus; inprimis, inquam, cum huiusmodi lapsus poetae sine omni et sensus et sermonis detrimento excusari possit.

v. 21. *Ision* error. *Titius*, *Tytios*, *Tycios*, *Tithios* aberr. *Tityos* Blandd. Cr. ceterique optimi.

---

ut apud Liv. VII, 17. *sacerdotes eorum* facibus ardentibus anguibusque praelatis, incessu Furiali *militem Romanum insueta turbaverunt specie.* — v. 21. *voltu invito*, difficile enim ei erat, vultum ad hilaritatem componere, qui cruciatu maximo afficeretur, quemadmodum *Ixion* et *Tityos.* — *urna*, urnae singularum, quibus aquam, in dolium perforatum fundendam, *haurirent*, *paulum*, aliquamdiu *siccae steterunt*, h. e. cessarunt aliquantisper ab haurienda aqua Danaides. De fabula Danaidum vid. Apollodor. II, 1. — v. 25. *notas*, famosas, infames, cf. III, 4, 7. — *Dolium*

---

nius: *Angue villosi canis.* [*Ore trilingui*] ut: *Atque Ixionei vento rota constitit orbis.* [*Vultu Risit invito*] extorquente cithara dulcedine sua, quod tormentorum poena non sinebat. [*Dum grato Danai puellas Carmine mulces*] Danai nota fabula, qui fratris Aegypti invidia, quod omnes ille filios, hic haberet filias, pactis nuptiis filiabus praecepit, ut interimerent acceptos sponsos, quod ab omnibus factum est, praeterquam ab Hypermnestra, quae Linum fuga data servavit. Ob hoc scelus apud inferos hac dicuntur poena damnatae, ut aquam in pertusum dolium iugiter mitte-

manet Ore tril.] *saniem* autem cadaverum, quibus vescitur, intelligi vult aut pro venenis posuit, quae in illo potest fingi; cum etiam serpentibus hirsutus esse videatur. [*Quin et Ixion Tit. vult. Ris. invit.*] *Invito vultu*, intelligas tantam fuisse gratiam cantus, ut in tormentis poenae constitutis extorserit tamen risus. [*Danai puellas*] pro eo, quod est Danai filias. [*Audiat Lydia scelus*] mira opportunitate de excessu excessum repetit et est sensus: Audiat Lyce, qua poena damnatae sunt, quae crude-

Dolium fundo pereuntis imo
Seraque fata,
Quae manent culpas etiam sub Orco.
Inpiae — nam quid potuere maius? —
Inpiae sponsos potuere duro
Perdere ferro!
Vna de multis, face nuptiali
Digna, periurum fuit in parentem
Splendide mendax et in omne virgo
Nobilis aevum,
»Surge« quae dixit iuveni marito,

v. 29. *manet* Lips. 4. — 30. *numquid* Bentl. 9. Punctum ponit Mancin. post fata v. 28. et iungit: „Impiae, quae manent culpas" cett. Tum *nam quid potuere maius impiae*? Blandd. Cr. et Glarean. Sed vulgata distinctio haud dubie praestat. Denique v. 30 et 31 permutati in Fran. — *Vand.* V, *quid nam.* — 31. *Vand.* D, *ferro.* — 32. *furto* Lips. Memorabilis lectio! — *Vand.* D, *duro.* — 36. *Nubilis* vult Barth. ad Claudian. p. 1225. quasi aeternae gloriae nupserit.

---

inane lymphae, quod non continet infusam aquam. — *sera*, vel adeo post mortem luenda. — v. 31. *duro*, saevo, immiti, facinoris ferri quidem ope patrandi habito respectu. — v. 33. *Vna*, Hypermnestra. — *face nuptiali digna*, propter humanitatis sensum coniuge digna, quem vere amasse ex hoc ipso facto facile colligas. — v. 34. *periurum*, quippe qui iura hospitalia violasset. — *splendide mendax*, iuraverat se coniugem trucidaturam, sed huiusmodi promisso detestabili non stando *splendidum* commisit *mendacium*, quale non modo non culpae, sed potius laudi est. — v. 37. *Surge*, cum vi repetitum. — *falle*, λάθε, clam aufuge. — *mollior*, humaniore sensu praedita, humane sentiens, istud facinus nefarium exhorrescens. — *neque - tenebo*, i. e. neque fugam tuam cohibeam. — *saevis catenis*, *catenae* procul dubio propterea *saevae* dicuntur, quod pater ipse adeo saevus erat, ut filiam innocentem vinculis vinciret. — v. 47. Poena, quam puella hic commemorat, iis infligi solebat, quos propter consanguinitatem ultimo supplicio afficere nefas putabatur. — v. 49 - 50. *quo pedes ferunt*, proverbiali locutione: „*quocunque vel terra*;" pro *ferunt* tamen exquisitius et significantius, quia opus illi erat fuga velocissima, *rapiunt* posuit: ᾇ πόδες ἄγωσι (Theocr.) s. φέρωσι (Lucian.). Pro altero „*vel mari*" est: *quo aurae* te rapiunt, quo ventus impellit; ad quod allusit Plato de Rep. L. III. p. 290. Bip. ὅπῃ ἂν ὁ λόγος ὥσπερ πνεῦμα φέρει, ταύτῃ ἰτέον. Similiter quam supra Horatius infr. Epod. XVI, 21. — *scalpe*, incide mei sepulchri monumento *querelam*, ἐπιγραφήν, miserrimi fati indicem, *nostri memorem*, nostri utriusque memoriam servaturam, posteris Hypermnestrae et Lyncei infelicem amorem prodituram.

---

rent. [*Puellas*] filias dixit. [*Sera fata*] ut: *Distulit in seram commissa piacula mortem.* [*Perdere ferro*] occidere. [*Vna*] Hypermnestra. [*Audiat Lyde scelus*] audiat, qua poena damnatae sunt, quae amantibus crudeles fuerunt. [*Manent*] exspectant. [*Etiam sub Orco*] non solum damnantur in aquae penuria, sed etiam infernali cruciantur igni. [*Duro Perdere ferro*] non ad naturam ferri relatum est epitheton, sed ad earum animum, quae dura ac crudeli mente hoc ausae sunt, ut: *Duris genuit te cautibus horrens Caucasus.* [*Face nuptiali Digna*] positum est hoc pro affectionis insigni, tanquam maius praemium feminis non sit. Cum facibus enim nuptiae fiebant vesperi apud antiquos. [*Et in omn. virgo Nobil. aev.*] virginem pro muliere posuit. [*Ne longus tibi somnus*] i. e. mors, ut: *Et consanguineus leti sopor.* [*Mollior*] melior, affectiosior. [*Quae velut nactae*] Ordo est: *Quae velut leaenae nactae vitulos, heuheu lacerant singulos:* et est pulcherrima comparatio. [*Me vel extremos Numidar. in agr.*] in deserta Numidiae, quae feris plena sunt, aut pro crudelitate Numidas memoravit, ut: *Hinc Numidae infreni cingunt.* [*Classe releget*] removeat, ut: Virg.: *Atque ideo tauros procul atque in sola relegant Pascua.* [*Dum favet nox*] ut: *Defensi tenebris et dono noctis opacae.* [*Sculpe querel.*] i. e. epithaphion in commemoratione, quod gestum est, scribe.

les amatoribus fuerunt. [*Inane lymphae Dolium*] ita autem figuravit, ut e contrario *Plenum vas* et *inane* illius rei dicitur, ut et Terrent.: *Vini plenum.* [*Seraq. fata*] quare *Sera* dixerit, ipse ex subiectis ostendit. [*Quae manent culpas et. sub Orco. Imp. nam quid pot. mai.*] bona παράλειψις, per quam impensior affectio dicentis exprimitur. [*Duro perdere ferro*] non ad naturam ferri relatum est epitheton *duro*, sed ad animum earum, quae dira ac crudeli mente in eos usae sunt. [*Vna de mult.*] Hypermnestram dicit, quae Linon maritum servavit et videtur praesenti affectione illatum. [*Face nupt. digna*] tanquam maius praemium non sit feminis. [*Et in omn. virg. Nobilis aevum*] propter pietatem, scilicet, quam marito praestitit. [*Me pater saev. on. Caten.*] extrinsecus audiendum, *si putat*, vel tale quid, *me putet*, ut: *Si putat, Saevis catenis oneret, pro hoc facto.* [*Et nostr. mem. sepulcr. Scalpe querelam*] i. e. monumento meo inscribe mortis meae casum vel causam.

»Surge,« ne longus tibi somnus, unde
Non times, detur: socerum et scelestas
Falle sorores:
Quae, velut nactae vitulos leaenae,
Singulos heu! heu! lacerant. Ego illis
Mollior nec te feriam, neque intra
Claustra tenebo.
Me pater saevis oneret catenis,
Quod viro clemens misero peperci,
Me vel extremos Numidarum in agros
Classe releget.
I, pedes quo te rapiunt et aurae,
Dum favet nox et Venus: i secundo

v. 39. *ac scel.* Cun. *et sorores falle scel.* Lips. 3. — 42. *heu! heu!* Lips. 3. Cod. Guelf. (aliique ex more consueto) locis nonnulis recepimus. — 43. *neque intra* Bentl. 1, 2, 3, 6. aliique, duo Bersm. Mentel. Lips. 1, 2, 3. Dessss. Nil referunt de suis reliqui. Item sic Venet. 1478. 1492. Locher. Asc. Baxt. Bentl. Cun. San. Vulgo *nec.* — 46. *Vand.* V, *demens*; at sec. man. *clemens.* — 49. *vel aurae* Land. Totum hoc ultimum tetrastichon delevit Guieti audacia.

Dolium fundo pereuntis imo
Seraque fata,
Quae manent culpas etiam sub Orco.
Inpiae — nam quid potuere maius? —
Inpiae sponsos potuere duro
Perdere ferro!
Vna de multis, face nuptiali
Digna, periurum fuit in parentem
Splendide mendax et in omne virgo
Nobilis aevum,
»Surge« quae dixit iuveni marito,

v. 29. *manet* Lips. 4. — 30. *numquid* Bentl. 9. Punctum ponit Mancin. post fata v. 28. et iungit: „Impiae, quae manent culpas“ cett. Tum *nam quid potuere maius impiae*? Blandd. Cr. et Glarean. Sed vulgata distinctio haud dubie praestat. Denique v. 30 et 31 permutati in Fran. — *Vand.* V, *quid nam.* — 31. *Vand.* D, *ferro.* — 32. *furto* Lips. Memorabilis lectio! — *Vand.* D, *duro.* — 36. *Nubilis* vult Barth. ad Claudian. p. 1225. quasi aeternae gloriae nupserit.

---

inane lymphae, quod non continet infusam aquam. — *sera*, vel adeo post mortem luenda. — v. 31. *duro*, saevo, immiti, facinoris ferri quidem ope patrandi habito respectu. — v. 33. *Vna*, Hypermnestra. — *face nuptiali digna*, propter humanitatis sensum coniuge digna, quem vere amasse ex hoc ipso facto facile colligas. — v. 34. *periurum*, quippe qui iura hospitalia violasset. — *splendide mendax*, iuraverat se coniugem trucidaturam, sed huiusmodi promisso detestabili non stando *splendidum* commisit *mendacium*, quale non modo non culpae, sed potius laudi est. — v. 37. *Surge*, cum vi repetitum. — *falle*, λάθε, clam aufuge. — *mollior*, huma-

---

rent. [*Puellas*] filias dixit. [*Sera fata*] ut: *Distulit in seram commissa piacula mortem.* [*Perdere ferro*] occidere. [*Vna*] Hypermnestra. [*Audiat Lyde scelus*] audiat, qua poena damnatae sunt, quae amantibus crudeles fuerunt. [*Manent*] exspectant. [*Etiam sub Orco*] non solum damnantur in aquae penuria, sed etiam infernali cruciantur igni. [*Duro Perdere ferro*] non ad naturam ferri relatum est epitheton, sed ad earum animum, quae dura ac crudeli mente hoc ausae sunt, ut: *Duris genuit te cautibus horrens Caucasus.* [*Face nuptiali Digna*] positum est hoc pro affectionis insigni, tanquam maius praemium feminis non sit. Cum facibus enim nuptiae fiebant vesperi apud antiquos. [*Et in omn. virgo Nobil. aev.*] virginem pro muliere posuit. [*Ne longus tibi somnus*] i. e.

les amatoribus fuerunt. [*Inane lymphae Dolium*] ita autem figuravit, ut e contrario *Plenum vas* et *inane* illius rei dicitur, ut et Terrent.: *Vini plenum.* [*Seraq. fata*] quare *Sera* dixerit, ipse ex subiectis ostendit. [*Quae manent culpas et. sub Orco. Imp. nam quid pot. mai.*] bona παράλειψις, per quam impensior affectio dicentis exprimitur. [*Duro perdere ferro*] non ad naturam ferri relatum est epitheton *duro*, sed ad animum earum, quae dira ac crudeli mente in eos usae sunt. [*Vna de mult.*] Hypermnestram dicit, quae Linon maritum servavit et videtur praesenti affectione illatum. [*Face nupt. digna*] tanquam maius praemium non sit feminis. [*Et in omn. virg. Nobilis aevum*] propter pietatem, scilicet, quam marito praestitit. [*Me pater saev. on. Caten.*] extrinse-

»Surge,« ne longus tibi somnus, unde
Non times, detur: socerum et scelestas
Falle sorores:
Quae, velut nactae vitulos leaenae,
Singulos heu! heu! lacerant. Ego illis
Mollior nec te feriam, neque intra
Claustra tenebo.
Me pater saevis oneret catenis,
Quod viro clemens misero peperci,
Me vel extremos Numidarum in agros
Classe releget.
I, pedes quo te rapiunt et aurae,
Dum favet nox et Venus: i secundo

v. 39. *ac scel.* Cun. *et sorores falle scel.* Lips. 3. — 42. *heu! heu!* Lips. 3. Cod. Guelf. (aliique ex more consueto) locis nonnulis recepimus. — 43. *neque intra* Bentl. 1, 2, 3, 6. aliique, duo Bersm. Mentel. Lips. 1, 2, 3. Dessss. Nil referunt de suis reliqui. Item sic Venet. 1478. 1492. Locher. Asc. Baxt. Bentl. Cun. San. Vulgo *nec.* — 46. *Vand.* V, *demens*; at sec. man. *clemens.* — 49. *vel aurae* Land. Totum hoc ultimum tetrastichon delevit Guieti audacia.

---

niore sensu praedita, humane sentiens, istud facinus nefarium exhorrescens. — *neque - tenebo*, i. e. neque fugam tuam cohibeam. — *saevis catenis*, *catenae* procul dubio propterea *saevae* dicuntur, quod pater ipse adeo saevus erat, ut filiam innocentem vinculis vinciret. — v. 47. Poena, quam puella hic commemorat, iis infligi solebat, quos propter consanguinitatem ultimo supplicio afficere nefas putabatur. — v. 49 - 50. *quo pedes ferunt*, proverbiali locutione: „*quocunque vel terra*;“ pro *ferunt* tamen exquisitius et significantius, quia opus illi erat fuga velocissima, *rapiunt* posuit: ᾇ πόδες ἄγωσι (Theocr.) s. φέρωσι (Lucian.). Pro altero „*vel mari*“ est: *quo aurae* te rapiunt, quo ventus impellit; ad quod allusit Plato de Rep. L. III. p. 290. Bip. ὅπῃ ἂν ὁ λόγος ὥσπερ πνεῦμα φέρει, ταύτῃ ἰτέον. Similiter quam supra Horatius infr. Epod. XVI, 21. — *scalpe*, incide mei sepulchri monumento *querelam*, ἐπιγραφήν, miserrimi fati indicem, *nostri memorem*, nostri utriusque memoriam servaturam, posteris Hypermnestrae et Lyncei infelicem amorem prodituram.

---

mors, ut: *Et consanguineus leti sopor.* [*Mollior*] melior, affectiosior. [*Quae velut nactae*] Ordo est: *Quae velut leaenae nactae vitulos, heuheu lacerant singulos:* et est pulcherrima comparatio. [*Me vel extremos Numidar. in agr.*] in deserta Numidiae, quae feris plena sunt, aut pro crudelitate Numidas memoravit, ut: *Hinc Numidae infreni cingunt.* [*Classe releget*] removeat, ut: Virg.: *Atque ideo tauros procul atque in sola relegant Pascua.* [*Dum favet nox*] ut: *Defensi tenebris et dono noctis opacae.* [*Sculpe querel.*] i. e. epithaphion in commemoratione, quod gestum est, scribe.

cus audiendum, *si putat*, vel tale quid, *me putet*, ut: *Si putat, Saevis catenis oneret, pro hoc facto.* [*Et nostr. mem. sepulcr. Scalpe querelam*] i. e. monumento meo inscribe mortis meae casum vel causam.

Omine et nostri memorem sepulcro
Scalpe querelam.

CARMEN XII.

Argum. *Clarissimus Doeringus Excursum Ianii primum de metro huius carminis constituendo conferri iubet, cuius auctoritatem secutus plane nihil attulit, quod quidem vehementer desideratur ab illo, cui Ianii Excursus laudatus ad manus non est. Sed nihilo minus a me impetrare potui, ut in commentatoris licet doctissimi verba iurarem. Recte primum egit de huius carminis metro constituendo Bentleius, cuius tamen sententiam hic enarrare propterea nolumus, quod* Godofredus Herrmannus, *— Vir Celeberrimus, micans inter omnes philologos velut inter ignes Luna minores! — in „Elementis Doctrinae metricae" pag. 471—72. de versibus Ionicis a minore praeclare dixit. Necessariis initio praemissis, ad finem sermonis, quem de Ionicis a minore habuit, adtigit quoque metrum huius carminis Horatianum, inquiens: „Illud quidem certum puto esse, Alcmanis verba non modo sensu, sed etiam numero cohaerere, pariter ut Alcaei illa:*

> ἐμὲ δειλάν, ἐμὲ πασᾶν κακωτάτων πεδέχοισαν,

quae non tetrametrum esse, sed initium systematis ex decem pedibus Ionicis compositi, bis monet Hephaestio p. 67. (120. 121.). Eaque lege, imitatus Alcaeum, Horatius fecit Carm. Lib. III, 12. Systemata ista haud dubie cohaerente numero scripta erant, ut neque hiatui indecoro, neque syllabae ancipiti locus esset. Ita Horatii illud carmen ex quatuor denorum pedum systematis constat:

> *Miserárum est, neque amóri dare lúdum, neque dúlci*
> *Mala víno lavere aút exanimári metuéntes*
> *Patruaé verbera línguae."*

> *Χαλεπὸν τὸ μὴ φιλῆσαι,*
> *Χαλεπὸν δὲ καὶ φιλῆσαι·* Anacreon.

quam sententiam Horatium qui in hoc carmine prae reliquis expressisse agnoscunt, recte quidem iudicare mihi videntur.

v. 51. *nostro* Basill. Rutg. — *Vand.* T, *in sepulcro.* — 52. *Sculpe* Acr. Comm. Cr. unus Vatic. Iann. Fa. Russ. Cler. Nicot. Lamb. tres Cruqu. omnes Bersm. Pulm. 1, 5. Lips. 3, 4. Dess. 2. Venet. Locher. Asc. Steph. Fab. Fabric. Heins. Ion. Sivr. *Scalpe* omnes Blandd. Cruqu. omnes Torrent. Pulm. 2, 3, 4. Gott. Mentel. Fran. Helmst. Lips. 1 a m. pr. Alt. 1, 2 a m. pr. Dessss. Muret. Ald. Basill. Torr. Cruqu. Rutg. Bentl. (e suis codd.) Baxt. Cun. Advocatur etiam Diomedis grammatici auctoritas, qui semper dicendum esse *scalpo*, non *sculpo*, contendit. *Vand.* A, B, *scalpe;* E, idem, var. *sculpe;* C, D, *sculpe* (eadem varietas in aliis).

Ingeniosa quidem inscriptio huius carminis: NEOBVLE AD SEMET IPSAM: legitur apud Vossium in eius versione Germana. Nescio, unde illam hauserit. — *Vand.* distinctio huius carminis in versus praecipue duplex: A, B, φ, γ, P, S, V, duos versus priores trimetros habent, tertium autem tetrametrum: C, D, E, M, N, O, Q, R, T, carmen faciunt tetrastrophon, ut Cruquius voluit. H, ordinat primam strophen ut A, tres posteriores ut C; I, priores duas ut C, duas reliquas ut A. B, ALLOQVITVR NEOBOLEN MERETRICEM; D, AD NEVBOLEN MERETRICEM.

A D N E O B V L E N.

Miserarum est, neque Amori dare ludum neque dulci
Mala vino lavere, aut exanimari metuentes
Patruae verbera linguae.
Tibi qualum Cythereae puer ales, tibi telas
Operosaeque Minervae studium aufert, Neobule,
Liparei nitor Hebri,
Simul unctos Tiberinis humeros lavit in undis,

v. 1. *est* abest ab Helmst. *nec a.* Pulm. 1, 4. Lips. 3. Helmst. et edidit Bentl. Ceteri rectius *neque.* — 2. *vino eluere*, coni. With. — 6. *Liparei* recte scribunt Bentl. et Cun. ad formam *Patareus* cett. Vulgo *Liparaei.* — 7. verba: *simul unctos — undis*, hic post *nitor Hebri* exhibent omnes, qui adhuc inspecti sunt codd. Primus Aldus haec: *Simul — undis* reiecit post verba: *pede victus* (Perperam). *Liparinis* (pro *Tiberinis*) emend Sivr. — *lavit undis* omisso *in*, edd. antt. — *pugna* Pulm. 5.

---

v. 1. *Miserarum est* sors s. conditio, miserae sunt puellae, quae *neque* ament *neque* bibant cett. *Amori* autem deo amantes ludo iocoque esse solent, quapropter *dare ludum.* — Patruos severiores in fratrum filios esse, res nota; pro patruo tamen *verbera patruae linguae* significantius posuit, i. e. obiurgationes patrui severae. Semper enim et filiis et filiabus invigilant, ne qua parte amore laborent, quoad scilicet tale quid oculis cerni potest. Quam saepe semet ipsos licet vigilantes fefellere! — *Vossius* vv. 1-3. praeclare interpretatus vernacule sic reddidit:

> *O wie elend ist ein Maegdlein, das dem Amor sich entzieh'n muss,*
> *Und der Troestung des Lyaeus, da mit Strafred' und Ermahnung*
> *Sie der Oheim so in Angst haelt.*

cf. infr. Sat. II, 3, 88. *Ne sis patruus mihi.* — v. 3-10. Sententiam

---

ACR. [*Miserar. est neque amori dare ludum*] metrum hoc Sotadicum dicitur, ut numerus sit potius quam metrum. Constat autem Ionico minore et duobus primis versibus trimetris, ita: *Miserarum est | neque amori | dare ludum | Neque dulci | mala vino | lavere aut ex.* cett. Tertius vero tetrameter scanditur ita: *Animari | metuentes | patruae ver | bera linguae.* Ad Neobulen amicam scribit amantem Hebrum adolescentem et detestatur insuavem esse vitam sine hilaritate et amore. Ordo est: *Neobule, miserarum est, neque dare ludum amori neque lavere mala dulci vino aut exanimari metuentes verbera patruae linguae.* [*Lavere*] pro lavare, sic enim veteres declinabant. *Lavit* pro lavat, ut Virg.: *Lavit improba teter Ora cruor.* Qui versus non constat, si praeteritum intelligas. [*Exanimari met. patr. verb. ling.*] Sensus est: Cruciari castigatione verborum. *Patruae* autem *linguae* pro severitate dixit. Patrui enim adolescentibus corripiendis austeriores esse solent, quam patres, quibus natura ipsa indulgentiam plerumque extorquet. Cicero idem

POR. [*Miserarum est, neq. amor. dare lud.*] hac ode testatur, insuavem esse vitam sine hilaritate et amore ac deinde puellam quandam captam specie adolescentis describit. [*Vino lav.*] antiqua declinatione dixit *lavere*, non *lavare.* Nam tertiae coniugationis hoc verbum apud veteres erat; sic enim declinabant: *lavo, lavis, lavit.* [*Exanimari met. verbera patr. ling.*] Sensus est: Castigatione cruciari verborum. *Pa-*

Eques ipso melior Bellerophonte, neque pugno
Neque segni pede victus:
Catus idem per apertum fugientes agitato
Grege cervos iaculari et celer alto latitantem
Fruticeto excipere aprum.

v. 10. *celer idem* et mox *catus alto* coni. vir doct. ap. Bentl. — *et* abest a Lips. 1, 3. Helmst. Cun. — 11. *alto* quatuor Torrent. codd. Cruqu. praeter unum Pulm. 2, 4. unus Bersm. Bentl. 2, 6 aliique, Lipss. Altt. Fran. Venet. 1478. Cruqu. Heins. Steph. Rutg. Fab. Dacer. Baxt. Ion. *arto* s. *arcto* omnes Lamb. Bentl. 1, 10, 13, 18, 19. Pulm. 1, 3. duo Torrent. antiquiss. Bland. Cruqu. duo Bersm. Mentel. Brod. Zar. Venet. 1492. Locher. Asc. Lamb. Fabric. Bentl. Cun. Vtriusque lectionis magna auctoritas, utraque per se bene habet, ut non multum intersit, utram eligas. Permutatio autem verborum *altus* et *artus* frequens in libb. antt. cf. Drakenborch. ad Sil. VI, 194. — *Vand.* A, γ, H, P, V, *alto*; alii *arto* vel *arcto*. — lectionem *alto* procul dubio praeferendam ac retinendam esse censeo.

---

vulgarem „tu amas Hebrum“ egregie pariter ac poetice ita exornavit, ut Neobulen perdite amantem, Hebro conspecto, opus statim intermittere, oculis animoque in eo solo morari discriberet. Compara Sapphus versus: *Γλυκεῖα μᾶτερ, οὔ τοι Δύναμαι κρέκειν τὸν ἱστόν, πόθῳ δαμεῖσα παιδὸς Ῥαδινὰν δι' Ἀφροδίταν.* — *qualum*, calathum sive canistrum vimineum, in quo mulieres pensa sua reponere solent. Vossius: *der Naehkorb.* — *operosa*, graece Ἐργάνη dicta. — *nitor Hebri*, ut supr. I, 19, 5. *Glycerae nitor*, i. e. pulchritudo. — *Liparei*, e Lipara, Aeoliarum insularum una, oriundi. — *telas*, de opere texi coepto accipe, nos: *das Webschiff.* — *studium Minervae*, i. e. textoriam artem. — *unctos*, sc. oleo, natandi causa. — *catus*, doctus, sciens, peritus, ut supr. I, 10, 3. — *per apertum*, sc. campum, nos: *Blachfeld.* — *excipere*, ἐκδέχεσθαι, verbum venatorium de venatoribus, qui in insidiis collocati (nos: *auf dem Anstand*) feras inopinatas opprimunt.

---

pro severitate censurae: *Patruus quidem magister hoc diceret. Quid tibi mulier cum Caelio?* [*Tibi qualum*] Calathum μετωνυμικῶς pro lanificio dixit, tanquam amore et pulchritudine amatoris capta contemneret pensa mulierum. [*Liparei*] a *Lipare* insula, ut si diceret Liparensis. Liparitanae enim insulae eum civem demonstrat. [*Bellerophonte*] qui Pegaso equo vectus Chimaeram interemerat. [*Pugno*] athletico et agonico certamine. [*Per apertum*] latum, ut: *Alia de parte patentes Transmittunt cursu campos.* Ordo est: *Ales puer Cithereae et nitor Liparaei Hebri, simul ac lavit unctos humeros in Tiberinis undis, eques melior ipso Bellerophonte, neque victus pugno, neque segni pede, idem catus*

truae autem *linguae* pro severae positum. Videntur enim patrui adolescentibus corripiendis austeriores esse quam patres, quibus natura ipsa indulgentiam plerumque extorquet. [*Tibi qualum*] μετωνυμικῶς pro lanificio dixit. Sed mulieres per deminutionem vasculum hoc usurpant quasillum dicentes, h. e. in quo pensum vel tramam revolvunt. [*Liparei nitor Hebri*] hinc transit ad laudem adolescentis nomine Hebri, quem a Neobule amari indicat. *Liparei* autem a *Lipare* insula, ut diceret Liparensis. [*Tiber. lav. in und.*] diximus et supra adolescentes post exercitium campestre in Tiberi nare solitos fuisse. [*Catus idem*] *catus* a cautus ac

CARMEN XIII.

ARGUM. *Quaeritur de situ fontis Bandusiae s. Bandusini, quem hodie Fonte bello denominatum recentiores ad unum fere omnes in vicinitate domus s. villae Horatii (in terra Sabina) se reperisse affirmant, Franco-Gallo, nomine Capmartin de Chaupy, V. D. excepto, qui documentum papae Paschalis II. (anno* 1103. *post Ch. N.) laudat, in quo castelli Bandusii ad fontem eiusdem nominis in Venusia siti mentio fit, hisce quidem verbis: „Beatae Mariae coenobium et omnia quae ad illud pertinent... videlicet ecclesiam S. Salvatoris cum aliis ecclesiis de castello BANDVSII.. — item ecclesiam SS. MM. Gervasi et Protasi in BANDVSINO FONTE apud Venusiam.“ (Paschal II, anno* 1103 *in Bullar. Rom., T. II, p.* 123). *Documentum quod si est ingenuum atque integrum, de situ fontis Bandusini dubitari non poterit, missis omnino iis, quae vel pro vel contra interpretes, geographi aliique plures in medium protulerint. Sicklerus, V. Cl. in compendio suo Geogr. antiq. ne verbo quidem Franco-Galli illius sententiam commemorat, semet ipsum vero fontem Blandusium (sic), hodie: Fonte bello, in vicinitate Domus Horatianae situm vidisse narrat. Ceterum conf. INDEX rerum et verborum et nominum propriorum, quem Horatii editione absoluta locupletissimum edituri sumus. Carmen ipsum in laudem fontis Bandusiae scriptum Graeci cuiusdam poetae exemplar repraesentare videtur; Horatius fonti suo sacrificium et laudes eius dicendo immortalitatem promittit; versus ipsi venustate pariter atque orationis cultu sunt conspicui, omninoque digni poeta, qualis Horatius animi vigore immortalis.*

AD FONTEM BANDVSIAE.

O fons Bandusiae, splendidior vitro,

BLANDVSIAE FONTEM LAVDAT editt. antt. AD FONTEM BLANDVSIAM Lamb. et plures.
AD F. BANDVSIAM Cruqu. Bentl.
AD F. BANDVSIAE Lips. 2.
AD F. BANDVSIVM quid. Lamb. Cun. Baxt.
AD FONTEM DIGENTIAM Sanad.
Vand. B, C, AD FONTEM BANDVSINVM; al. inter quos γ, H, I, V, AD FONTEM BANDVSIVM, v. 1. γ, H, V, *Blandusiae*; I, *Blandusiae*, var. *Bandusiae*. — PROMPTICE IN FONTEM Cod. Goth. — AD FONTEM BLANDVSIVM *qui est in Sabino* (sic) Cod. Guelf.

v. 1. *Blandusiae* in multis codd. et vulgo in editt. Sed rectius *Bandusiae* aliquot Lamb. Commentator et omnes codd. Cruqu. Bentl. 1, 6 et tres alii, it. Acr. ms. ap. eumdem, Gott. Sax. Sivr. *Blandusiae* leg. Cun. et post eum Ion. Probat etiam Gesn. Causam, ob quam *Blandusiae* (quemadmodum *Sicklerus* quoque scribit l. c. alteram scilicet scripturam superbe, ut videtur, despiciens) praeferri debeat, ego quidem nullus agnosco neque intelligo, quum codd. opt. *Bandusiae* unanimiter praebeant.

---

v. 1. De *fonte Bandusiae* vid. infr. schol. — *splendidior vitro*, perluci-

---

iaculari cervos, fugientes per apertum agitato grege et celer excipere aprum latitantem alto fruticeto, aufert studium operosae Minervae.

ACR. [*O fons Bland. splendid. vitr.*] haec ode *Blandusiae fonti*

per hoc doctus significatur. Ordo est: *Catus idem fugientes cervos iaculari per apertum agitato grege. Per apertum* autem absolute, i. e. per campum.

Dulci digne mero, non sine floribus,
Cras donaberis haedo,
Cui frons turgida cornibus
Primis et venerem et proelia destinat
Frustra, nam gelidos inficiet tibi
Rubro sanguine rivos
Lascivi suboles gregis.
Te flagrantis atrox hora Caniculae

v. 2. *non s. floribus cras d. h.* Locher. Land. Asc. Brut. Scholl. vid. infr. — 4. *horrida* sua aetate in editis fuisse refert Barth. — 5. Posterius *et* abest a Mentel. — 6. *nam et* Lips. 4. Locher. *liquidos* (pro *gelidos*) mallet Bentl. ut *puris* rivis opponatur ruber sanguis, quo isti inquinentur. Non opus, semper sibi respondere epitheta. — *gelidas* — *ripas* coni. Cun. *aura* emend. Du Hamel, Wakefield. haud inepte, sed frustra.

---

dior quam vitrum, cuius aqua limpidissima, cf. supr. I, 17, 20. infr. IV, 2, 3. (Graecis ὑάλινος, ὑαλόεις). — v. 2. *digne dulci mero*, i. e. dignus es, cui mero libetur, quae explicandi h. l. ratio plane alteri praeferenda, secundum quam satis inconcinne aqua fontis digna habetur, quae vino h. e. mero (nam utrumque vehementer differt) admisceatur. — Apud Romanos pariter atque apud nos fontes diebus suis festis floribus coronari soliti erant, quemadmodum in balneis nostris („*am Brunnenfest*“) die quodam festo fit. Cras, inquit, vino, floribus, haedo sacrum tibi parabo, ut mereris; his autem tribus Fontis Genio nymphisque fontanis, uti omnino diis agrestibus, ad quos isti referendi sunt, rem divinam factam esse, satis notum est. — *Cui frons turgida* cett. e cuius fronte prorumpunt prima cornua, quae haedi maturitatem, qua ad venerem exstimuletur, indicare vulgo perhibentur. — *proelia*, iocose dictum, cum aliis nempe haedis, v. c. ob capellam, de qua primum potiunda alter alterum cornibus petit. — v. 6. *inficiet*, imbuet, finget, *rubro sanguine*, *αἱμάξει rivos*, aquas tuas, in tui honorem mactabitur. — *gelidos*, propter saxa scilicet, quae fontem procul dubio cingebant. — *lascivi*, perpetuo epitheto, quoniam haedi sua lascivia (*Geilheit*) sunt infames, ob quam pessime olent. — v. 9. *Hora Caniculae* pro aestu, qui Caniculae orientis tempore saevit. *Hora* autem de quavis anni tempestate, vid. I, 12, 16. Epist. I, 16, 15. — *atrox*, *χαλεπά* simpliciter Alcaeo ap. Athen. I, 17. — *nescit tangere*, nunquam usque ad te penetrat, ob densam arborum umbram. — *frigus amabile*,

---

sacrificium promittit. *Blandusia* enim Sabinensis agri regio est, in qua Horatii ager fuit. Laudat ergo fontem dicendo eum perspicuum vitri comparatione, ut: *Vitrea te Fucinus unda.* [*Cras donaberis haedo*] haedi immolationem promittit. ἀμφίβολον est tamen, utrum dicat *donaberis haedo et floribus:* an *haedo floribus* coronato. [*Et Venerem et praelia destinat*] maturi enim et appetere Venerem et propterea pugnare consueverunt. [*Frustra*] ideo frustra, quia inficiet gelidos rivos. [*Lascivi*] luxuriosi, petulantis. [*Te flagrant. atrox*] opacitatem nemorosi et ab-

POR. [*Fons Blandusiae*] sacrificium hac ode fonti Blandusiae repromittit simulque laudes eius dicit. [*Non sine flor. Cras donab. haedo*] ἀμφίβολον, incertum est enim utrum dicat haedo, qui erit cum floribus, i. e. coronatus. [*Et Ven. et prael. destin. Frustr.*] Frustra, scilicet, qui immolabitur. [*Te flagr. atrox hora Canicul. Nescit tangere*] opacita-

Nescit tangere, tu frigus amabile
Fessis vomere tauris
Praebes et pecori vago.
Fies nobilium tu quoque fontium,
Me dicente cavis inpositam ilicem
Saxis, unde loquaces
Lymphae desiliunt tuae.

CARMEN XIV.

Argum. *Quum Britanni pacis conditiones per legatos ab Augusto impetrassent, ipseque Galliae rebus, per motus civiles eodem fere tempore turbatis, iterum compositis, ā. u. DCCXXX. (vid. Dio LIII, 25-28) Cantabris quoque denuo rebellantibus novissime perdomitis, ex Hispania Romam rediret, Horatius magnam urbi indicere laetitiam a populo ob Augusti, de hostibus victis triumphantis, re-*

v. 13—16. Resecuit Guietus hoc tetrastichon. — 15. *Nymphae* codd. quidam, ut Bentl. 1, 7, 10, 18, 23. cod. Broukhus. ad Prop. III, 14, 4. Brod. Alt. 1, Lips. 3, 4. item Venet. 1478. Flor. et tres Mediol. ap. Gesn. Vix quidem recte dicantur *Nymphae loquaces ex antro desilire.* Vand. B, C, H, P, *Nymphae;* φ, N, *Nymphae*, var. *Lymphae.* — H, *dissiliunt.* — *Nymphae* Cod. Goth. *Vndue* Cod. Guelf. Indocte permiscentur Nympharum et undarum ideae. Apparet, recte legi *Lymphae*, quod sensus vehementer postulat.

---

nos: *labende Kühlung.* — *fessis vomere tauris*, arando valde fatigatis. — *Pecus vagum* dicuntur oves aliique pecudes pascentes minores, cf. III, 29. — v. 13. *Tu quoque* cett. unus *fontium*, poetarum carminibus *nobilium*, illustrium. Famigeratissimi autem erant antiquis poetis fontes: Hippocrene, Dirce, Arethusa. — *me dicente*, canente, celebrante. — Pro tenui *te* poeta ipsius fontis e saxis cavis, quibus ilex impendet, prosilientis situm speciemque describit. — *lymphae loquaces*, garrulae, nos: *murmelnde Wellen.* Comparant Theocr. VII, 137. τὸ δ' ἐγγύθεν ἱερὸν ὕδωρ Νυμφᾶν ἐξ ἄντροιο κατειβόμενον κελάρυσδε. Hor. Epod. XVI, 8.

---

strusi fontis ostendis, per quam dicit canicularium aestuum calores arceri. [*Tu frigus amabile*] amoenum, ut: *Frigus captabis opacum et non ipsi amabile, sed fessis.* [*Fies nobilium*] meo carmine praedicatus, inter nobiles fontes praedicaberis. [*Vnde loquaces*] i. e. sonantes. Vt: *Per levia murmur Saxa ciet.*

tem laudat, per quam dicit calorem canicularium dierum ad eum non descendere. [*Frigus amab.*] eleganter pro umbra refrigerante calorem aestivi temporis dixit. [*Fies nobil. tu quoq. font.*] Tu quoque inter nobiles fontes nominaberis, carmine praedicatus. [*Cavis impos. ilic. saxis*] significatur in saxo natam ilicem arborem, sub cuius radice erumpit aqua fontis huius. [*Vnde loquaces Lymphae desil. tuae*] *Loquaces* autem dixit, quod cum de saxo cadant, perstrepant.

ditum laetante publice, ab semet ipso domi inter pocula haud minus sollenniter, non sine maxima pompa rite celebrandam.

AD POPVLVM ROMANVM.

(IN AVGVSTI EX HISPANIA REDITVM.)

Herculis ritu, modo dictus, o Plebs,
Morte venalem petiisse laurum,
Caesar Hispana repetit Penates
Victor ab ora.
Vnico gaudens mulier marito

PARAENETICE CIVIBVS DE REDITV AVGVSTI Torrent.
AD ROMANOS DE AVGVSTI VICTORIA editt. antt.
Alii: AD POPVLVM ROMANVM.
it. AVGVSTI LAVDES cett.

v. 2. *Marte* Marcil. e mss. quia non morte, sed bello et pugna victoriam adeptus sit. — 5. *Vnice* emend. Cun. San.

---

v. 1. *Herculis — ora,* quorum verborum sensus fere hic est: Caesar, qui modo pariter atque Hercules vitae contemptor cum hoste pugnam de victoria obtinenda pugnasse dicebatur, iam victor ex Hispania redit. — Comparatio Caesaris Augusti cum Hercule perbelle habet, licet adulatio quaedam modesta in ea insit; uterque belli virtute pariter ac fortuna insignis. — *Herculis ritu,* more s. modo Herculis, multis laboribus exantlatis. Debebat enim Augustus pro imperio suo magis magisque stabiliendo, uti Hercules pro divina immortalitate accipienda, permultos sustinere labores. — *modo,* paulo ante. — *laurus morte venalis,* victoria, quae vita emi debet, victoria, cuius impetrandae causa vitam aliquis contemnere debet. — v. 5. *mulier,* Livia, quae *unico gaudens marito,* maritum vere amabat, castitatis notandae causa dictum; quae quidem ratio etsi per se bona, tamen altera haud despicienda, imo fortasse praeferenda, qua *unicus* interpretantur: singularis, praestantissimus. Pro hac interpretandi ratione stant M. et D. — *prodeat,* sc. cum pompa; *operata,* quae operetur, sacrum factura; *iustis,* quippe qui victoriam Augusto concesserint atq. sim. Similiter *iustus triumphus* I, 12, 34. — *soror,* Octavia, soror Augusti; *matres vitta supplice,* more supplicantium decorae, incinctae. —

ACR. [*Herculis ritu modo dictus, o plebs*] haec ode in Augusti laudem scribitur, victoris ex Hispania revertentis. *Herculis* autem *ritu* dicit, ut ostendat, labores eum non per alios, sed per se administrare: nec sub hac difficultate adipisci victoriam brevi tempore, ut proficisci ad bellum et reverti victorem. Ordo est: *O plebs, Caesar dictus petiisse laurum venalem morte, modo victor ab Hispania ora, ritu Herculis repetit Penates.* [*Morte venalem*] mortis enim contemptu laus victoris quaeritur et triumphi. Vt: *Est animus lucis contemptor et istum Qui vita bene credat emi, quo tendis, honorem.* Et: *Vitamque volunt pro laude pacisci.* [*Petiisse laurum*] laureatae enim de victoria literae mittebantur. [*Vnico gaudens mulier marito*] Lydiam dicit sub castitatis laude votum

POR. [*Hercul. ritu modo dictus*] haec in Augustum scribuntur, victorem ex Hispania revertentem. Quod autem Herculi illum comparat, ideo facit, ut ostendat laborem eum non per alios, sed per se administrare. [*Morte ven. petiisse laur.*] quam est morte paratus emere. Non

Prodeat iustis operata Divis,
Et soror clari ducis et decorae
Supplice vitta
Virginum matres iuvenumque nuper
Sospitum. Vos, o pueri et puellae
Iam virum expertae, male ominatis

v. 6. *sacris*, Cod. Guelf. pro *Divis*, multi Lamb. libri Marcil. Pulm. 2, 4. duo Blandd. Mart. et Mald. Cruqu. aliquot Torr. et Fabr. unus Bersm. Bentl. 2, 6, 8, 18, 20, 23. Mentel. Lips. 1, 3, 4. Venet. 1492. Locher. Ascens. Prisca scholiastarum, antiquissimi Blandinii, ceterorumque librorum lectio *iustis Divis* recte omnino habet. — 7. *cari* Bentl. 1. Ald. Vand. B, C, φ, *cari.* — 8. *Simplice* unus Bersm. — 10. *Vos o pueri, o puellae* Lips. 4. Mox vulgata omnium librorum lectio: *Iam virum expertae,* VV. DD. maxime offendit, sed frustra, quoniam bene habet, quidquid interpretes contra moveant. Vand. codd. omn. *expertae.* *Vanderbourgius virum expertae* interpretatur Tom. II. pag. 350. *Puellae quae mox virum expertae eritis* „vierges qui bientôt aurez un mari." Cette leçon mérite d'être regardée. C'est au lecteur à en juger. In hoc eodem versu *male nominatis* 4 Vatt. Fa. Torn. Vrs. Iann. Lamb. Cod. Guelf. et Goth. aliique plures, quos, si placet, videre licet apud Ianium. Exponunt verba *male nominata*, *δυσώνυμα*, *οὐκ ὀνομαστά*, quae eloqui nefas. — *male ominatis* Acr. Por. Commentator, antiquiss. Bland. Div. Sil. Cruqu. plures et meliores Torrent. ceteri Lamb. multi Bentl. Pulm. 2, 3, 5. duo Fabr. Mentel. Lips. 2, 3 a m. pr. unus Bersm. Basill. Brut. Mancin. Glarean. Ald. Asc. Fab. Burm. Talb. Baxt. Gesn. Ab elegantia pariter atque ad sententiam haud dubie praestat *ominatis,* quum *nominatis* insolens, tenue durumque sit, quod Bentl. ipse fatetur. Hiatus in *male ominatis* VV. DD. cruciavit; eodemque hiatu olim ad inferciendum *n* librarios commotos fuisse, magis probabile est, quam illos omisisse litteram. — *male inominatis* emend. Bentl. *male o ominatis* Cuning. *ab inominatis* Sanad. Infeliciter. Vand. B, D, E, H, *nominatis;* C, M, O, R, T, *nominatis;* P, *nominatis,* addit *n.*; V, *nominatis,* var. *ominatis;* I, Q, *ominatis,* var. *nominatis;* A, φ, S, *ominatis,* delet *n.*; γ, *ominatis* (deest h. c. in Cod. N.)

---

nuper sospitum, qui nuper e bello Cantabrico sospites reverterunt. — v. 11. *Iam virum expertae,* discrepant inter sese *Mitscherlichii* et *Doe-*

---

pro Caesaris reditu soluturam. [*Et iustis operata divis*] operationes veteres sacrificia dixerunt. *Iustos* vero *divos,* quamvis generaliter dici possint, nunc tamen specialiter posuit, tanquam qui victoriam vel reditum Caesari merito eius virtuti praestiterint. Virgilius operationes etiam pro sacrificiis posuit, ut: *Sacra refer Cereri, laetis operatus in herbis.* [*Et soror clari ducis*] Octaviam, Augusti sororem, commemorat. [*Supplice vitta*] non *vitta supplice,* sed vittis solutis supplicantes, ut: *Solvite crinales vittas, capite Orgia mecum.* [*Iuvenumq. nuper Sospitum*] prodeant matres nuper sospitum reversorum per Augusti victoriam. [*Iam*

enim in bello mori dubitavit, ut inde lauream petat. [*Prod. iust. operat. divis*] pro prodeat et operetur divis, i. e. sacrificet. Operationes enim sacrificia dixerunt. *Iustos divos* quamvis generaliter dicere possumus, nunc tamen specialiter accipiendum, ii scilicet, qui Caesari victoriam et reditum merenti dederint. [*Et sor. clari ducis*] Octaviam dicit, Augusti sororem. [*Iuven. nup. sosp.*] nuper per Augustum sospitem. [*Male*

Parcite verbis.
Hic dies vere mihi festus atras
Eximet curas: ego nec tumultum
Nec mori per vim metuam, tenente
Caesare terras.
I, pete unguentum, puer, et coronas
Et cadum Marsi memorem duelli,
Spartacum si qua potuit vagantem

v. 14. *tumultu* Lips. 4. Memorabilis lectio. — 17. Vand. D, *o puer.* — 19. *si quae* [sic *Iahn.*] emend. Pareus Lex. crit. *si qui* con. Cun.

---

ringi sententiae de sensu huius loci, quem Mitscherlichius secundum lectionem *expertes*, Doeringus vero e lectione *expertae* constituendum esse dicit. Vterque nititur argumentationibus, quas hic recensere non adtinet. Mitscherlichius *puellas virûm expertes* intelligit eas, quae viris orbatae sint, cui explicandi rationi usus Latine loquendi omnino repugnat; *puellam* enim *viri expertem* ab Latinis scriptoribus classicis significari eam, cuius maritus diem obierit supremum, quis est, qui docere possit? Tacent Lexica s. thesauri latini huiusmodi usum loquendi, id tantummodo affirmantes, quod *puellam viri expertem* eam esse demonstrant, quae cum viro non consuescit, quae ratio h. l. explicandi ferenda videtur, eamque *Jahnus* V. D. in Edit. sua secutus est; vid. eiusd. adnot. ubi fere haec leguntur: „Poeta hic verba facit de sacris celebrandis, in quibus non nuptae mulieres, sed cum pueris puellae adhibebantur;“ *puellam* vero *expertam virum*, i. e. nuptam, quae cum viro consuescit; cf. *Gesner.* et *Forcell.* thesaur. ling. Lat. — Vossius: *Schon des Ehmann's kundig* = virum expertae. — *male ominatis parcite verbis*, abstinete verbis infausti ominis, cf. ad III, 1, 2. — v. 15. *Nec mori per vim* respondet *tumultui* s. bello civili, in quo haud raro aliquis vi opprimi solet. Tale quid se Caesare regnante minime timere ait. Ad sententiam cf. IV, 15, 17: *Custode rerum Caesare non furor civilis aut vis eximet otium.* Iam repetit sententiam, quae apud nostrum poetam in carminibus eius lyricis sexcenties animadvertitur, semper vero aliis coloribus descripta: Iam Baccho et Veneri indulgendum! — Ad apparatum convivalem pertinent *unguenta*, *coronae*, *vinum*. — Pro vino Marso s. bello sociali condito posuit *cadum*

---

virum expertae] i. e. nuptae. [*Male ominatis Parcite verbis*] sive quia pro festivitate dierum feriae indicebantur et abstinebatur a litibus iurgiisque, sive quia in sacrificiis praecepto silentio bona omina habere videbantur, ne incaute loquentes verbis omina facerent; ideo nunc *parcite malis verbis*, i. e. malis ominibus. [*Tumult.*] per commotionem bellorum. [*Per vim*] i. e. per impulsionem hostium. [*Tenente Caesare*] i. e. parta pace, incolumi Caesare, ut: *Ferrea belligeri compescat limina Iani.* [*Et cad. Marsi memor. duelli*] vinum, quod bello Marsico diffusum est. *Cadum* autem lagenam, ut: *Vina bonus, quae deinde cadis oneraret Acestes.* [*Spartacum si qua potuit*] gladiator fuit Spartacus, hic cum

omin. Parc. verb.] quid est *male ominatis verbis parcite?* utrum quemadmodum dicitur: Vt cives feriati hodie, litibus iurgiisque abstineant se, an ut e contrario in sacrificiis praecipitur: *Bona omina habete:* Ita nunc *parcite malis verbis*, i. e. malis ominibus? [*Tenen. Caes. terr.*] i. e. incolumi Caesare. [*Et cad. Mar. si mem. duelli*] nam vinum natum erat temporibus belli Marsici. [*Spart. si qua pot. vagant. Fallere testa*]

Fallere testa.
Dic et argutae properet Neaerae
Myrrheum nodo cohibere crinem;
Si per invisum mora ianitorem
Fiet, abito:
Lenit albescens animos capillus

v. 21. *arguta pr. Neaera* coni. apud Iones. Duo haec ultima tetrasticha abiecit Du Hamel, tanquam indigna Horatio. — 22. Variant in primo verbo libri. *Mirreum*, *myrreum*, *myrrheum* multi mss. et vulgo editi. *mureum* omnes Blandd. Cruqu. *murreum* Bentl. 1, 2, 6. al. unus Bersm. Mentel. Lips. 1, 2. Dess. 2. Sic et Bentl. *murrheum* duo Torr. Sed *myrteum* legi vult Ios. Scal. ad Tibull. III, 4, 28. Sic et Vascos. et probat Klotz. lect. Venus. p. 319. Vnde antiqua scriptura *murteum* dedit Cuning. Licet igitur bene dici possit, quod docent Scal. et Heyn. ad Tib. l. l. tamen h. l. ob tantam codicum constantiam *myrrheum* [vel, antiqua scriptura, per *u* sine adspiratione, *murreum*] praetuli, cum et ad sententiam optime habeat. — Mox *cohibente* emend. Bentl. Cun. San. Sed vulgata exquisitior. Vand. Codd. omn. *cohibere.* — 25. *Linit* Lips. 3. *animum — cupidos* Locher. *animum cupidum* Venet. 1492. Asc.

---

memorem, qui memoriam servat *Marsi duelli*, belli Marsici. — *fallere potuit*, ἔλαθεν, latuit Spartacum; *vagantem*, sc. per Italiam omniaque diripientem. — v. 21. Psaltriam arcessi iubet, cf. II, 11, 21. De Neaera Epod. V, 15. — *argutae*, canorae, liquida voce praeditae. — *properet cohibere*, propere cohibeat, constringat crinem *nodo*, in nodum, ne mora fiat. Vid. II, 11, 22. ibiq. adnotat. — *myrrheum*, myrrhae unguento delibutum, quod sine temporis impendio fieri poterat. — Sed iam deponit, quod modo volebat, si per ianitorem mora fiat; itaque se aetate provectiorem innuit. — *lenit animos*, ὀργήν, temperat animi impetum, ut Virg. Aen. I, 57.: *mollitque animos et temperat iras.* — *calidus iuventa*, iu-

---

quatuor et septuaginta sociis similis conditionis e ludo fugiens, dux factus per quatuor annos, adversum populum Romanum bellans plura vastavit, ideo nullam lagenam evadere potuisse commemorat. Hunc postea Pompeius oppressit, ut Lucanus: *Et simili causa vaderet, qua Spartacus hostis.* [*Neaerae*] Nomen puellae citharistriae sive cantatricis. *Argutae* autem sonorae, ut: *Hic arguta sacra pendebit fistula pinu.* [*Myrrheum nodo cohibere crinem*] perfusum myrrha, ut inter flavum et nigrum vel myrrhei coloris. [*Cohibere*] i. e. constringere. Praefestinantis laetitia in nodum colligere crinem praecepit. [*Si per invis. mora ianit. Fiet*] i. e. si ianitor prohibuerit illam ingredi, supple parcam; qua canities mitigat animos cupidos litium et protervae rixae, cum iuvenis essem, non ferrem haec. [*Lenit albescens*] canae aetatis accessu corporis

Spartacus, dux fugitivorum, per Italiam aliquando grassatus multa vastavit. [*Myrrh. nod. cohib. crin.*] colorem myrrheum in crinibus hodie quoque dicunt, qui medius est inter flavum et nigrum, quia properare vult illum, in nodum tantum colligere crines praecipit. [*Si per invis. mora ianitor. Fiet, abito*] praecipit puero, ut si tardius ad Neaeram ab ostiario admittatur, redeat. Deinde, quare hoc praeceperit, ostendit inferendo. [*Lenit albesc. anim. capillus*] haec cum admiratione quadam et dolore animi dicuntur. Miratur enim se tam segnem factum, ut in contumelias fastidien-

Litium et rixae cupidos protervae:
Non ego hoc ferrem calidus iuventa,
Consule Planco.

CARMEN XV.

ARGUM. *Hoc levioris argumenti carmen ad Chloridem quandam, Graecam, tum temporis Romae viventem, scripsit eo fine, ut eam anum factam vel adeo vetulam abiectam vehementer, quemadmodum haud dubie meruerat, perstringeret, quod quidem ex voto cessit poetae, ut lector eruditus ipse sentiet. Suaviter moribus Chloridis famosis eiusque deformitati atque aetati cum maxime deflorescenti pulchritudinem et iuventutem Pholoes habes oppositam; ista vero ad carminis finem ab amore ad lanificium, quod eam iure meritoque deceat, relegatur. Cf. I, 25. et IV, 13.*

AD CHLORIN.

Vxor pauperis Ibyci,
Tandem nequitiae fige modum tuae

v. 27. *haec* Venet. 1492. — 28. *Tullo* un. Torr. error. — *Plauto* (sic) Cod. Guelf.

IN CHLORIM s. CHLORIDEM.
Addunt etiam: MOECHAM s. VETVLAM.
v. 1. *Ibici*, *Hybici*, *Hibici*, *Ybici*, *Hibyci* (cod. Goth.) aberr. Est Graec. Ἴβυκος. — 2. *pone* quid Lamb. Pulm. 4. unus Torrent. Mart. Cruqu. Helmst. Ediderunt Muret. Steph. T. Fab. Dac. Vascos. Sivr. alii. *fige*, magno consensu, Acr. Por. Comm. Cr. omnes Torr. Cruquii (praeter unum) et Bentl. plerique Lamb. Pulm. 1, 2, 3, 5. duo Fabric. Mentel. Dessss. Altt. Fran. Lipss. (in cod. 1 et 2 superadscriptum „pone“) Venett. Locher. Asc. Basill. Heins. Fabric. Rutg. Bentl. Baxt. Cun. Ion. *pone* fortasse ex interpretamento irrepsit.

---

venis annorum viginti trium. Nam L. Munatius Plancus collega M. Aemilio Lepido consulatum gessit anno urbis DCCXII.

---

v. 2. *fige modum*, pone aliquando finem *nequitiae*, inexhaustae tuae li-

---

vis exstinguitur et fervor. [*Cupidos*] superbos iuvenes vel rixae pronos animos senectus mitigat. [*Calidus iuventa*] fervidus iuventute. Adolescentem se fuisse fervidum commemorat, irascique nimis solitum, si fastidiretur ab aliquo.

tis puellae non irascatur, quod ipsum iniuria senectutis fieri ingemescit: *Lenit albescens animum capillus, Litium et rixae cupidos protervae.* Animi, inquit, iuvenum, qui litium et rixae in contemptu amoris cupidi sunt, senili aetate leniuntur. [*Consule Planco*] significat, se consule Planco adolescentem fuisse, irascique mirabiliter solitum, si fastidiretur.

ACR. [*Vxor paup. Ibici*] ad moecham scribit vetulam et luxurio-

POR. [*Vxor paup. Ibici*] haec ode scribitur in vetulam, moecham et

Famosisque laboribus:
Maturo propior desine funeri
Inter ludere virgines
Et stellis nebulam spargere candidis.
Non, si quid Pholoen satis,
Et te, Chlori, decet; filia rectius
Expugnat iuvenum domos,
Pulso Thyias uti concita tympano.

v. 3. *caloribus* coni. D. Heins. Nemo coniecturam, qualis haec est, approbabit. — 5. *Interludere*, iuncte, quid. — 8. *certius* Helmst. a m. pr. — 10. *Thyas* vulgo, cf. Var. Lect. ad II, 19, 9.

---

bidini; corpore quaestum fecisse Ibyci uxorem, iam ex verbo adiectivo *pauperis* apparet, quod epitheton conditionem, qua utebatur, sordidam satis designat. — v. 3. *famosi labores*, haud dubie artes, quibus viros, lucri faciendi causa, venaretur, atque ipsum libidinis exercitium. Quamquam Chloridem scortum fuisse lubenter concedere volumus, tamen Horatius ab ea offensus nobis videtur, quippe qui alias minus acriter atque acerbe scripserit. — v. 4. *Maturo propior funeri*, morti vicinior quam vitae, morti proxima, quae per summam senectutem haud inexspectato accidit. cf. Epist. ad Pis. v. 115. *maturus senex.* — v. 5. *ludere*, iocari, lascivire, exprimit fere idem quod apud nos: *üppig und ausgelassen seyn.* — v. 6. *stellis nebulam spargere candidis*, comparatio ingeniosa, coetui te puellarum inmiscendo *spargis nebulam*, tanquam nebula appares inter *stellas candidas*, formosas puellas. Formosae puellae ex more poetarum cum stellis comparari solent, vid. quoque ad III, 9, 21. — v. 7-12. *Si quid Pholoen satis*, sc. per aetatem ac formam *decet*, *non et te decet*; illa aetate adhuc florente pulchra ac formosa placet meritoque ab viris iuvenibus amatur, tu vero iam dudum anus facta es. — *rectius expugnat*, illam nempe iuvenum domos effringere decet, non te. Scilicet fidicinae et citharistriae puellae ultro etiam ad aedes amatorum comissantium accedere easque occlusas aperire solebant, quemadmodum apud nos haud raro fieri fama fert. Bacchus sine Venere esse omnino nescit. — Ad libidinem, qua

---

sam. Bene dixit *uxor pauperis*, cui solum poterat esse solatio, si castam haberet uxorem, nec tenuitati eius luxuriam convenire. [*Fige modum*] pone modum obscenitati sive libidini aut turpi avaritiae, ut Terentius: *Leno iniqua non vult me loqui.* [*Maturo propior*] Ordo est: *Desine inter virgines ludere, cum sis propior funeri*, i. e. morti vicinior iam per aetatem. [*Et stellis*] Decens ἀλληγορία. Ait enim, ut stellarum decus et splendor fuscatur nebulis et celatur: sic nitorem virginum permixta anus obscuras. [*Et te, Chlori*] Ordo est: *Chlori, non si quid satis decet filiam Pholoen, decet te. Rectius expugnat filia domos iuvenum*, supple *quam tu, concita uti Thyas pulso tympano.* [*Filia*] Chloridis,

luxuriosam. [*Tandem nequitiae fige mod. tuae*] *nequitiae* nunc calliditati et malitiae, non ut olim *nequam* dicebatur ignavus ac senex. [*Inter ludere virg.*] ordo et sensus est: *Desine inter virgines ludere, cum sis funeri propior.* [*Et stellis nebul. spargere candid.*] decens allegoria, ait enim ut decor stellarum nubilo infuscatur, sic nitorem fieri virginum interventu tuo turpem, quippe cum sis aetate iam atra et deformis. [*Fil. rect. Expugn. iuven. dom. Pulso Thyas uti concita tympano*] hic etiam filiam

Illam cogit amor Nothi
Lascivae similem ludere capreae:
Te lanae prope nobilem
Tonsae Luceriam, non citharae, decent,
Nec flos purpureus rosae,
Nec poti, vetulam, faece tenus cadi.

v. 11. *noti* legunt et explicant „cogniti" Mancin. et Asc. *Noti* Cod. Goth. — 12. *caprae* in aliquot edd. antt. vitiose. — 15. *purpureae* Bentl. 6. vv. 15—16. permutati in Lips. 1 et 4. — 16. *Sed poti* Farn. Lamb. Fuere, qui sic legi vellent. *Te poti* emend. V. D. apud I. F. Schmid. Negant se videre, cur cadi faece tenus poti minus deceant vetulam. Alias vetulas ut bibaces describit IV, 13, 5. Quod quidem argumentum documento esse potest, quam inconcinne atque inepte lectionem *vetulam* torserint interpretes modo *vetula*, sc. *faece*, modo aliter scribentes. *Vetulam* s. *anum* te factam minime, inquit, decent *cadi faece tenus poti*. Quid tandem? Supple: Tu, vetula licet vinolenta ac bibax, bibas aquam, aqua enim Te decet, vinum s. cadi frequenter sumpti puellas adhuc iuventute florentes, unde apparet poetam Chloridi vinum invidere, quippe quae vino sit indigna notas ob causas. Recte ergo *Nec poti vetulam* Comment. Cr. (supple „te") omnes ceteri Lamb. et Cruqu. omnes Torrent. Pulm. 5. omnes Bersm. plur. Bentl. Dess. 2 a m. s. Alt. 1. Lips. 1, 2, 4. Venet. 1478. Mancin. Asc. Basill. Lamb. Cruqu. Torrent. T. Fab. Rutg. Heins. Fabric. Dacer. Baxt. Bentl. Talb. Cun. Ion. Vand. A, B, C, E, φ, γ, H, et tres alii rec. *vetula;* D, et alii omnes *vetulam.*

---

abrepta iuvenum domos expugnare dicitur, significandam Pholoe cum Baccha furente comparatur. Sollennis hominum impotentia animi quocunque affectu commoti discursantium atque exsultantium cum Bacchis comparatio. — Sequitur comparatio puellae lascivae cum caprea libidinosa, utraque enim libidini explendae studere idque modo ac ratione se gerendi propria, ut ita dicam, luculenter prodere solet. Idem fere quod apud nos: *Manntoll.* — v. 13-16. Nunc ista mulier abiecta ad lanificium tanquam ad munus atque officium suum relegatur. Similiter Tibull. I, 6, 77 sqq. in primis vero Epigr. Incert. Auct. LXXXII. Anth. Graec. T. IV. p. 134. *Ἡ τὸ πρὶν αὐχήσασα πολυχρύσοις ἐπ' ἐρασταῖς, Ἡ Νέμεσιν δεινὴν οὐχὶ κύσασα θεόν, Μίσθια νῦν σπαθίοις πενιχροῖς φηνίσματα κρούει. Ὀψὲ γ' Ἀθηναίῃ Κύπριν ἐλῃίσατο.* — *Luceria*, de qua in Romanorum

---

in quam scribit, et ipsam turpem designans, quae furore libidinis ita incitaretur, uti Baccha tympanorum pulsu. [*Nothi*] nomen amatoris. [*Lascivae*] quia hoc genus libidini et lasciviae aptius. [*Prope nob. Tonsae Luceriam*] *Luceria* civitas est Apuliae. Dicit autem lanificio aetatem eius magis aptam, quam luxui et ebriositati. [*Faece tenus cadi*] tanquam quae vasa vino vetere potando vacuaret.

eius ostendit vitiosam esse et per libidinem nimiam ita in furorem incitari, ut Bacchae solent pulsu tympani audito. [*Te lanae prope nobil. Tonsae Luceriam*] *Luceria* urbs est in Apulia et Samnio, *κατ' ἐξοχὴν* autem pro qualibet lana positum. [*Nec poti vetulam faece tenus cadi*] hoc non decet aetatem tuam, inquit, in convivio multum potare, i. e. faece tenus potare, Nam utique cum tota amphora bibitur, ad faecem pervenitur. Per *faecem* autem *vetulam* vetus vinum accipe.

CARMEN XVI.

ARGUM. *Redit in hoc carmine nota illa Horatii sententia: veram felicitatem hominum non esse in magnis divitiis et opibus ponendam, sed in animo tranquillo absque curis libero, dum, quae ad vitam nostram sustentandam in diem sufficiunt, nec desint, iisque homo modicus, neque ullo actus affectu, contentus vivat. Auro quidem nihil omnino esse potentius, exemplis idoneis in carmine praeclare enarratis comprobat, sed nihilo minus id animi felicitatem nobis praestare posse, quoniam quo quis est divitior, eo maiore plura habendi fame agitatur sibique omnia vitae commoda esuriens denegat. Qua de causa divitias fugere inque re modica degere iuvat! — Dives plane ignorat gaudia, quae ego usque contentus ex parvo latifundio sive potius agello meo percipio, ita ut felicior ac beatior sim isto, cui res nunquam satis est. Ego neque lucri faciendi causa mella mihi paranda neque dives magnarum villarum possessor greges ultra agri mei fines pascendos curo; felicius igitur vivit quicunque in re modica constitutus.*

AD MAECENATEM.

Inclusam Danaen turris aënea
Robustaeque fores et vigilum canum

AD MAECENATEM, QVID AVRVM POSSIT Venett. Locher. Asc. In cod. Vpsal. hoc carmen cum antecedente sine ulla distinctione cohaeret.

---

potestatem tanquam provincia libera civitate redacta conferatur *Index* ad hunc librum locupletissimus, ob lanae ibi nascentis praestantiam celebratissima. — *Cithara*, *rosae* et *pocula* s. *cadi* ad comissationes proprie pertinent; erant nimirum vinolentae istae psaltriae, ex more vivendi, ut satis notum est. Quamobrem *cadi faece tenus, ἐς τρύγα, poti*, exhausti s. exsiccati laudantur, cf. supr. I, 35, 27. — Ne volumen huius libri fines positos excederet, commentatio illa uberior, quae nonnullis secundi ac tertii libri carminibus substrata est, arctioribus vinclis inhiberi debebat scilicet in carminibus levioris argumenti atque explicandi difficultatibus fere nullis implicitis.

Primum exemplum, quod proposuit, a Danaes fabula, ex qua Iovem in aureum imbrem conversum cum ea concubuisse antiqui ferunt scriptores, repetivit. Fabulam narrat Apollod. II, 1, 4. Hygin. fab. 63. et schol. ad Hom. Iliad. ξ', 319. Acrisius, consulto de liberis masculis, si quos filia sua pareret, oraculo, responsum tulit, se ab eo, qui e filia sua nasceretur, interfectum iri. Hoc igitur metuens, exstructo sub terra aereo thalamo Danaen acerrima custodia septam tenebat. Vulgata opinio fert, Iovem in aurum conversum per impluvium in sinum influxisse et cum ea rem habuisse. Gravida facta Perseum partu edidit. Veritatem huius fabulae a poetis varie adumbratae lector eruditus ipse dispiciet, quum a consilio nostro plane abhorreat, verum a falso artis criticae cura discernere remque hic dirimere velle. — v. 1. *turris aënea*, ad seriora poetarum figmenta

---

ACR. [*Inclus. Danaen*] Acrisius pater cum Danaen ob pudoris custodiam valida et munita turri clausisset, versus in aurum Iupiter fingitur

POR. [*Inclusam Danaen*] haec ode ad Maecenatem scripta est,

Tristes excubiae munierant satis
Nocturnis ab adulteris:
Si non Acrisium, virginis abditae
Custodem pavidum, Iupiter et Venus
Risissent: fore enim tutum iter et patens
Converso in pretium Deo.
Aurum per medios ire satellites
Et perrumpere amat saxa potentius

v. 4. *adulteriis* Dess. 1. a m. pr. Zar. — 6. *ac V.* Cun. San. — 7. *risisset* coni. Bentl. quia sit magis Horatianum, vid. ad I, 24, 8. ob id quidem solum nihil mutandum.

---

pertinet. — *fores robustae*, roboreae, quae sunt validissimae, hinc *robur* de loco bene munito in carceribus, cf. supr. ad II, 13, 19. — *canum excubiae*, canes ante fores excubantes atque amatores noctu prohibentes; *tristes*, molestae, ipsis graves. — *munierant satis*, muniissent, nisi cett. Modo indicativo utitur, significans eo, rem s. factum re vera accidisse. — *abditae*, *κατακλείστου*, thalamo clausae. — *Custodem pavidum*, Danaen sollicite custodientem, oraculi metu. — *fore enim*, sc. probe gnari, futurum esse *tutum iter*, a custodibus scilicet auro corruptis non interclusum; *pretium* absolute posuit pro *auro*. Deum vero liberalem fuisse in corrumpendo, inde coniicio, quod totus in pretium conversus dicitur. — *per medios satellites*, ad necandum tyrannum, quem his se munivisse puta; *perrumpere*, penetrat et frangit: *χάλκεα νικᾷ τείχεα καὶ δεσμοὺς χρυσὸς ὁ πανδαμάτωρ*, Paul. Silent. Epigr. XVI, 2. *χρυσὸς δ᾽ ἀνοίγει πάντα κ᾽ Ἀΐδου πύλας*. — *potentius*, vel adeo fortius est quam fulmen s. *ictus*

---

eam violasse. Quod nunc exemplum ad ostendendam vim auri et potentiam posuit, quod probat in hoc compositam fabulam, de aureo imbre Danaes, ut monstraretur, nihil non posse auro atque pecunia corrumpi. Ordo est: *Ahenea turris et robustae fores et tristes excubiae vigilum canum satis munierant inclusam Danaen ab nocturnis adulteris, Si non Iupiter et Venus risissent Acrisium, pavidum custodem abditae virginis converso deo in pretium, fore enim tutum iter et patens*, supple *sciebat*. [*Tristes*] epitheton vigiliarum eo quod maestitudinem generent sive Danaae tristes, nuptiis per custodiam denegatis. [*Nocturnis ab adulteris*] occultis. Hoc enim tempus crimini aptum est. Vt est: *Nec gregibus nocturnus obambulat*; cum et per diem lupi insidiari consueverint. [*Pavidum*] sollicitum et cautum propter iniunctum sibi officium. [*Converso in pretium deo*] quia Iupiter in aurum versus pretium videtur esse concubitus. [*Per medios ire satellites*] per hostium cuneos et hostiles fre-

quae initium quidem habet ab habitatione Danaes. Ceterum tractat, quae sit vis auri et quantum potentiae habeat. Per hoc ostendit factam fabulam de aureo imbre Danaes, ut ostendatur, nihil non posse auro aut pecunia expugnari. [*Nocturn. ab adulteris*] belle *nocturnis adulteris*, quia adulteris nox apta est. [*Si non Acris. virgin. abdit. Cust.*] *pavidum Iup. et Ven. risissent*] Sensus est: Acrisius filiae Danaes pudicitiam diligentissime custodisset, si non diligentiam hanc elusam vellent Venus ac Iupiter in aurum versus, quod pretium videtur fuisse concubitus. [*Aur. per med. ire satell.*] in hoc iam excessu consilium est fabulae, quam in principio posuit. [*Concid. augur. Argiv. dom. ob lucrum*] Amphiari sci-

Ictu fulmineo. Concidit auguris
Argivi domus, ob lucrum
Demersa exitio; diffidit urbium
Portas vir Macedo et subruit aemulos
Reges muneribus; munera navium

v. 10. *praerumpere* Mentel. Male post *potentius* distinguit et *ictu f.* ad sqq. trahit Cruqu. — *prorumpere* Cod. Goth. — 11. *occidit* Sax. — 13. *Dimersa* Lips. 2. Vand. A, D, et quat. recent. *dimersa;* al omn. *demersa.* — *excidio* quid. Torr. et Lamb. Div. Cruqu. Bentl. 6. Lips. 2, 4. Basill. Steph. T. Fab. Rutg. Fabr. Dacer. vulgo. *exscidio* ded. Lamb. Heins. Ion. *exitio* aliquot Lamb. omn. Cruqu. praeter unum, plures Torrent. omnes Pulm. et Bersm. Bentl. 1, 2, 13. aliique, Priscian. p. 890. ap. eund. Brod. Sax. Gott. Lips. 1, 3. Mentel. Fran. Altt. Dessss. Helmst. Venet. 1478. 1486. 1492. Medioll. tres, Locher. Asc. Muret. Bentl. Baxt. Cun. San. Huc accedit, quod *demergi* et *excidium* nequaquam inter se conveniunt. Similis varietas lectionis vid. I, 15, 21. Vand. A, B, C, *exitio;* D, E, S, *excidio;* O, *excidio;* var. *exitio;* I, *exitio*, var. *excidio.* — 14. *rex Macedo* coni. Withof. *et* ciecit Cun. *surruit* Lips. 4.

---

fulmineus, cui respondet vox vernacula: *Blitzschlag*. — v. 11. Fabula de Amphiarao. Amphiaraus augur Eriphylam, Talai filiam, duxit uxorem. Huic quum fortasse cum Adrasto nescio quid controversiae fuisset, iuravit uterque, se arbitrio Eriphylae de omnibus controversiis transacturum. Bello autem inter Argivos et Thebanos orto, cum exercitus in expeditionem iam duceretur idque vehementer improbaret ac dissuaderet Amphiaraus perniciemque et calamitatem eis imminentem multo ante denuntiaret ac praediceret: Eriphyle, accepto ab Adrasto monili aureo, iis adsensa est, qui bellum gerendum esse censerent Amphiaraumque bello interesse oportere pronuntiarent. Ita coactus est ille, ei bello, a quo tantopere abhorrebat propterea, quod sciebat sibi quoque pestem et calamitatem ex eo esse paratam, interesse. Sed cum cognovisset, uxorem suam auro corruptam fuisse, non ante necessario illo belli administrandi munere fungi instituit, quam et uxorem acerrime accusasset et filio Alcmaeoni mandavisset atque imperavisset, ut priusquam in castra veniret, matrem Eriphylam necaret. Quo in facinore obeundo cum patri paruisset Alcmaeon, in furorem incidit. Amphiaraus autem terrae hiatu absumptus est. — *demersa concidit*, demersa est exitio, prorsus deleta est. — *ob lucrum*, aurum, quod Eriphyle, virum prodendo, lucraretur. — v. 14. *vir Macedo*, *ἀνὴρ Μακεδών*, Philippus, Alexandri M. pater, qui *omnia castella expugnari posse dicebat, in quae modo asellus auro onustus posset adscendere.* — *subruit*, subvertit, vicit *reges*, gloriae ac potentiae *aemulos*, qui rebus eius secundis in summam invidiam adducti bellum movissent adver-

---

mitus. [*Et perrumpere amat saxa*] munitiones expugnare. [*Potentius*] exaggeratio voluptuosae rei. [*Concidit auguris*] Amphiaraum dicit, cuius uxor Eriphyle monili corrupta, egit, ut egrederetur ad bellum, quod exitiale, velut vates praescius, declinabat. [*Ob lucrum*] propter amorem monilis. [*Demersa excidio*] deiecta hiatu telluris. Nam pro Amphiarao totam domum posuit. [*Vir Macedo*] Philippum significat, Alexandri Magni patrem, qui multas civitates auro proditoribus dato cepit et diruit. [*Munera nav. Saev. illaqueant duces*] dicit piratas, propter rapacitatem

licet, quem Eriphyle, uxor, corrupta monili aureo, prodidit. [*Diffidit urb. Portas vir Macedo*] Philippum significat, Alexandri Magni patrem. [*Il-*

Saevos inlaqueant duces.
Crescentem sequitur cura pecuniam
Maiorumque fames. Iure perhorrui
Late conspicuum tollere verticem,
Maecenas, equitum decus.
Quanto quisque sibi plura negaverit,
Ab Dîs plura feret. Nil cupientium

v. 17. *insequitur* Gott. — 18. *Maior iamque fames* emend. With. *perhorruit* Pulm. 5. sensui h. l. non convenit. — 22. *Ab Dîs* omnes fere Bentl. septem mss. ap. Cun. et Mentel. Lips. 1, 2. item Venet. 1478. Vascos. Bentl. Cun. Vulgo *A Dis*. Vand. antiquiores, *ab Dis;* aliqui recentiores: *a Dis*. — *plura refert* Lips. 1. et Cod. Goth.

---

sus ipsum, *muneribus*, corruptelis militibus datis. — v. 15. *Munera — inlaqueant duces*, respicit haud dubie Horatius rem novissime factam, Romaeque tunc omnibus notam, ut nomen memorare non esset opus, quod fortasse et aliis de causis reticuit. *Torrentius* refert ad Menam, Sex. Pompeii libertum, eiusque classi praefectum, qui cum iam anno DCCXVI ad Octavianum transisset, ab illo in honore habitus et in ordinem equestrem adscriptus, post ad Pompeium redisset, mox anno DCCXVIII iterum ad Octavianum, pollicitationibus adductus, descivit et classe sua prodita, Octaviano, in discrimine versanti, victoriae, Pompeio exitii auctor fuit. — *saevos*, feroces, bellicosos, qualis Menas erat, piratarum famosus dux. — v. 17. Quo magis, inquit, pecunia crescit, eo magis cura de eadem, neque unquam iis contenti sumus, quae possidemus, sed semper maiora cupimus. Cf. ad II, 2, 13. Paul. Sil. LXXV, 3. *πλοῦτον ἔχειν ἐθέλω τὸν ἐπάρκιον· ἡ δὲ περισσὴ Θυμὸν ἀεὶ κατέδει χρυσομανὴς μελέτη.* — *Maiorum fames*, divitiarum cumulandarum insatiabilis cupiditas. — *perhorrui*, abhorrui, aversatus sum *late conspicuum tollere verticem*, insignis esse, prae reliquis splendere sc. opibus, dignitate atque honoribus, nam fere omnia nobis praestat pecunia, pariter atque infr. Epist. I, 6, 36. dixit: *Scilicet uxorem cum dote, fidemque et amicos Et genus et formam* **REGINA PECVNIA** *donat*. — Arrogantiam ac superbiam *alte sublato vertice* indigitat poeta, cf. I, 18, 15. *verticem tollere, ὑψαυχενεῖν*, vana gloria super alios se efferre atq. sim. — *equitum decus*, nihil amplius esse quam honorificam Maecenatis appellationem, sponte apparet; simili-

---

scil. *Piratae* enim propter cupiditatem lucri latrocinia exercent et saepe periclitantur. Et est ordo: *Duces navium, non munera navium.* [*Cresc. seq. cura pec.*] Sensus est: Curam et famem, maiorum scilicet divitiarum, augeri dicit quaestus cupiditate, ut Iuven.: *Crescit amor nummi, quantum ipsa pecunia crescit.* [*Iure perhorrui*] pecuniarum desiderium merito sprevi. Horrui timore curarum vel honorum potentia. [*Verticem*] augmentum divitiarum et celsitudinem dignitatum. [*Maecenas, equit. decus*] Maecenas eques Romanus fuit nec voluit transire in ordinem senatorum. [*Quanto quisq. sibi plura negav.*] quanto divitias magis spre-

laqueant] i. e. capiunt. [*Cresc. sequit. cura pecun.*] reprehendit eos, qui pecuniam sic concupiscunt tanquam feliciores futuri, cum tanto plus sollicitudinis ac curae habeant, quanto maiorem pecuniam adquirant. [*Maiorumq. fam.*] pecuniarum maiorum, scilicet, et nunc famem pro desiderio posuit *μεταφορικῶς*. Dicit autem, quod revera videmus tanto cupidiores avarioresque fieri homines, quanto plus adquirant. [*Quanto quisque*

Nudus castra peto et transfuga divitum
Partes linquere gestio,
Contemptae dominus splendidior rei
Quam si, quidquid arat inpiger Appulus,
Occultare meis dicerer horreis,
Magnas inter opes inops.
Purae rivus aquae, silvaque iugerum

v. 25. *Contentae* Acronem legisse colligunt ex eius nota, quam vide infra. Certe sic mss. quidam, ut Pulm. 5. duo Torr. et alii nonnulli. Sed plane abhorret ab sensu huius loci ac prorsus latini sermonis usui repugnat. Recte habet ceterorum Codd. et Edd. vett. lectio: *contemptae* — *conceptae* Cod. Guelf. — 26. *non piger* pauci codd. Alt. 1. Lips. 3. pro var. lect. et 4. Locher. Venet. 1492. unde in plures editt. vett. venit. Sed *impiger* Scholl. quos vide infr. 12 Lamb. omnes Cruqu. Torr. Bentl. Pulm. Bersm. et Marcilii, Venet. 1478. Flor. Zar. Asc. Heins. Baxt. Bentl. Cun. Timor de metro creavit istud *non piger*, qui timor ob caesuram vanus, vid. I, 13, 6. — Vand. *non piger*, corr. — 29. *Parce* pro *purae* Zar.

---

ter supr. I, 20, 3. *clarus eques* appellatur. — v. 21. *Quanto — plura feret*, quo plura quisque *sibi*, animo suo *negaverit*, cupiditatem habendi compescuerit, tanto plura vere possidebit; *a Diis feret*, accipiet. Cic. Paradox. VI, 3. *Non esse cupidum, pecunia est; contentum vero suis rebus esse, maximae sunt certissimaeque divitiae; satis esse putant, quod est: nihil appetunt, nulla re egent, nihil sibi deesse sentiunt, nihil requirunt.* — *Nil cupientium — gestio*, ego, qui nullas possideo divitias, cum iis faciam s. eos sequor, qui pariter atque ego sine divitiis vivunt. — *nudus*, pauper et in paupertate sua sibi placens. — *transfuga*, vid. Acronis interpret. infr. adpos. — *Contemptae dom. splendid. rei*, quorum verborum sensum *Vossius* vernacule reddidit sic: *Ehrenvollerer Herr meines verschmaehten Guts*, quae h. l. interpretandi ratio alteri „divitias contemnendo locupletior sum dominus, quam si" praeferenda esse videtur. Cum *Vossio* unanimiter sententiam capit *Doeringus*, alteram rationem h. l. explicandi *Mitscherlichius* recepit. — *quidquid arat*, quidquid frumentorum ex agris aratis s. cultis colligit; *impiger*, laboris patiens. — v. 27. *Occultare*, reconditum habere horreis. — v. 28. *inter opes inops*, animadverte verborum lusum inter *opes* et *inops*; cf. infr. Epist. I, 2, 56. *semper avarus eget.* — De Horatii Sabino agello cf. Serm. II, 6, 1. — *Purae rivus aquae*, Digentia. — v. 30. *certa segetis fides*,

---

verit, contentus mediocritate census, nec habendi ambitum fortunae maioris, tanto deorum favore dicit abesse nihil posse. [*Et transfuga*] quia dixerat castra, servavit metaphoram significando. *Transfugam* dixit tanquam quia divitiarum vitiis significet se transire velle ad virtutis insignia. [*Contentae*] i. e. compositae et mediocris. [*Impiger*] laboriosus. [*Magnas inter opes inops*] propter insatiabilem cupiditatem. Inopem enim se ostendit rei desideratae avarus, tanquam non habeat, quod quaerit, ut Iuven.: *Egenti vivere fato.* [*Purae rivus aquae*] laus mediocritatis sub

sibi plur. negav. A diis plur. feret] bella relatio. Sensus est: Agellus meus, quamvis oneri mihi sit, locupletioren me tamen facit, nihil amplius, scilicet, desiderans, quam ille est. Qui sibi clarus videretur, quod latissimas multasque habebat in Africa possessiones, hoc ergo fallitur, ille lo-

Paucorum et segetis certa fides meae
Fulgentem inperio fertilis Africae
Fallit sorte beatior.
Quamquam nec Calabrae mella ferunt apes,
Nec Laestrygonia Bacchus in amphora
Languescit mihi, nec pinguia Gallicis

v. 31. *Fulgentem* constans omnium libb. lectio. *Fulgente* emend. Bentl. et exponit: „Fallit s. beatior proconsulatu Africae" cett. Sed evolvas ipsum, si placet. Emendationes de hoc loco motas fere omnes haud inmerito dixeris perversas; vide interpretationem nostram ad h. l. — 33. *ferant* Lips. 4. — 34. *Lestrigonia*, *Laestrigonia* error.

---

quae dominum non *vanis eludit aristis* (Virg. Georg. I, 226.), ager qui nunquam fallit, vid. ad III, 1, 30. — Doeringus dubitat, num quis Latine recte dixerit *certam fidem segetis sorte beatiorem?* — Sed Horatius, qui tam saepe Graecis utitur structuris, h. l. quoque idem fecisse videtur, respondet enim formae Graecae: *λανθάνει αὐτὸν εὐδαιμονεστέρα οὖσα*, i. e. quamvis beatum se aestimet avarus dominus Africae, at nescit ille, meam conditionem esse beatiorem, me in agello meo esse opulentiorem (nam mihi contento res satis est) quam ipsum in tantis possessionibus. *Iahnus* V. D. sensum constituit sic: „Fallit eum, qui imperio Africae fulget, ager (rivus, silva et fides segetis) meus Sabinus beatior (nescit hunc agrum esse praestantiorem) quam sors ipsius." — Praeclare *Vossius* h. l. interpretatus est: *Mein hell rinnender Bach und das Gehoelz umher, Schmal begrenzt, und die treu zinsende Ackerflur, Ist, Obherrscher der fruchtschwangeren Afrika, Als ein reicheres Loos, dir fremd.* — v. 33-36. Oeconomiae s. agriculturae in primis posuit capita tria, quibus constat, sc. *mel*, *vinum*, *lanam*. Nempe ubi haec bona nascuntur, agri fertiles esse debent, quibus frumenta colliguntur. Romanorum praedia excellentissima erant in *Calabria*, *Campania*, *Gallia*, proptereaque harum regionum prae reliquis fecit mentionem. Mel Tarentinum praestantia sua notum, cf. ad II, 6, 14. — *Laestrygonia amphora*, in qua vinum Formianum conditum est, ut supr. I, 9, 7. *diota Sabina.* — *Bacchus* s. vinum *languescit*, vetustatem trahit, mitescit (ut *molle merum* I, 7, 19. *vina languidiora* III, 21, 6.). — *pinguia*, qualia oves *pingues* (infr. IV, 12, 9.) gerunt, lana melioris notae obsita. — Quamquam igitur res meae parum sunt lautae, tamen haud in penuria vivo: *Importuna abest pauperies*,

---

agelli descriptione. [*Et segetis certa fid. meae*] ubertas fertilis glebae, non decipiens spem domini vel laborem agro suo praestitum. [*Beatior*] multa Africae patrimonia possidente. Ordo est: *Et certa fides meae segetis, beatior imperio fertilis Africae falli fulgentem sorte*, i. e. illum, qui per sortem fulget et non natura. Nam naturale est, ut quis paucis parvisque contentus sit. [*Quamquam nec Calabrae mella fer. apes*] in Calabria enim sunt flores aptissimi apibus. Per mella autem negat se uti possessione Calabriae. [*Nec Laestryg. Bacchus in amph.*] Formiana sive Sicula, in quibus locis Cyclopes fuerunt, qui Laestrygones vocabantur. [*Languescit*] i. e. veterascit. [*Import. paup.*] quae importunos

cuples, quod se beatiorem iudicet. [*Quamquam nec Calabrae mella fer. apes*] licet nec in Calabria possideas quid, inquit, ubi mel optimum nascitur. [*Nec Laestrygonia*] Laestrygones oppidum Campaniae Formias tenuisse dicuntur. In illa autem regione, quoniam saxosa est, pretiosissimum vinum Campanum nascitur. [*Bacchus in amphora Languesc.*] *Bac-*

Crescunt vellera pascuis:
Inportuna tamen pauperies abest;
Nec, si plura velim, tu dare deneges.
Contracto melius parva cupidine
Vectigalia porrigam
Quam si Mygdoniis regnum Alyattei
Campis continuem. Multa petentibus

v. 39. *Contracta* pauci, ut Brod. Sax. Alt. 1, 2. Lips. 1 et 3 a m. s. et 4 a m. pr. Zar. tres Medioll. Venett. Locher. Asc. Recte *Contracto* legitur. — 40. *V. colligam*, emend. Sanad. infeliciter. — 41. Variant permultum codd. in scriptura verbi *Alyattei*. Bentl. edidit *Alyattei* ad formam „Achillei, Vlixei, cui respondet genitivus Ionicus: *Ἀλυάττεω* pro *Ἀλυάττου*. Iam proposuerat hanc lectionem haud dubie veram Basil. Faber in Thes. L. L. edit. 1696. Secuti Bentleium Baxt. Cun. Ion. San. De codicibus editores ante Bentleium tacent. — 42. *placentibus* Pulm. 1. a m. pr.

χαλεπή, propter quam homini quieto esse non licet; *nec tu dare deneges*, neque non dares, *si plura*, quam habeo, *vellem*. cf. I, 18, 12. II, 18, 14. Epod. I, 25 - 32. — *melius porrigam*, ampliora faciam *vectigalia*, reditus ex agris, *parva*, exiguos (suppl. reditus); *contracto cupidine*, cupiditate maiora habendi inhibita. — *Alyattei*, regis Lydiae, Croesi patris, ut aiunt. *Mygdoniis*, Phrygiis, cf. supr. ad II, 12, 22. *campis continuem*, continuatum s. continuo tractu possideam. *Continuare agros* proprie significat, coemere fundos, ut per longum spatium nullus alienus interiectus sit, quod quidem divites amant, quippe qui tale quid pecunia perfacile efficere possint. Conf. Liv. XXXIV, 4. — v. 42. *Multa petentibus Desunt multa*, ut iam supra dictum est: quo quis divitior, eo maiores appetit divitias, multa qui cupiunt, ii egent multis, sc. omnia frustra desiderantes. — v. 43.

---

facit et odiosos. Poterat tamen quaestio oriri, qua crederetur poetam dixisse contraria, ut cum superius dixerit, se transfugam divitum, hic dicat sibi pauperiem abesse: sed convenit nec contrarium est, ut, qui divitum transfuga est, importunus paupertate non sit, quam eligit et quam libenter appetit. [*Nec si plura velim*] plura quam habeo. Humanitatem circa se Maecenatis ostendit. [*Contracto cupidine*] mitigato et repulso desiderio divitiarum. Efficientem posuit pro eo, quod efficitur. [*Vectig. porrigam*] i. e. parvus possessor minora persolvam tributa. [*Regnum Halyatt.*] *Halyatticus*, rex Lydiae, pater Croesi, qui opimo usus est imperio. [*Bene est, cui Deus obtulit Parca, quod satis est, manu*] omnia frugalitati suppetere et nihil deesse dicit.

chus languescit, quasi senescit ac per hoc veterascit. Et paulo post ait: *Promere languidiora vina.* [*Contracto mel. parva cupid. Vectigal. porrig.*] sensus communis est et manifestus; ait enim parvo contentum plus videri possidere, quam si multum habens amplius desideret. Reipublicae autem reditus dicuntur vectigalia. [*Quam si Mygdon. regnum Alyatt. Camp. continuem*] Ordo est: *Quam si Mygdoniis campis regnum Alyattici continuem. Alyattus* autem rex Persarum dicitur fuisse, vel (ut alii dicunt) rex Lydorum, pater Croesi. [*Bene est, cui Deus obtul. Parca, quod satis est, manu*] subaudiendum hic extrinsecus pronomen, quod est *ei*, ut sit: *Bene est* ei, *cui Deus obtulit parca manu, quod satis est.*

Desunt multa. Bene est, cui Deus obtulit
    Parca, quod satis est, manu.

CARMEN XVII.

ARGUM. *Videtur hoc carmen non solum ex tempore, sed etiam sine omni artis studio curaque scriptum esse, quod quidem cum res ipsa, tum eius brevitas re vera docet. Cornicis augurio monitus praesagit: fore posterum diem tristem ob tempestatem procellosam, qua propter Lamiam suum, inter pocula illum diem laetisque epulis transigat, adhortatur. Ceterum vero haud absimile est, poetam, quacunque tandem ex causa permotum, istos versus (quos spurios habent) consulto scripsisse, ut Lamiae gentem celebraret vetustam: haud dubie Lamia stirpe tam vetere se esse oriundum vehementer gloriabatur. Quod si verum est, quid tandem, inquam, rectius ac melius istis versibus, occasione data scilicet in laudem illius scribendis, dici poterat?*

AD AELIVM LAMIAM.

Aeli, vetusto nobilis ab Lamo, —
Quando et priores hinc Lamias ferunt

v. 43. *Desint* Lips. 4. *cui* omisit Cod. Goth.

AELII LAMIAE GENVS CELEBRAT Asc. Locher. Venet. 1492.
v. 1. *Heli* (sic quoque in Cod. Goth.) aberratio. *a Lamo* Venet. 1492. Locher. Vand. N, Q. — *Lama* Alt. 2. cum nota: „pro Lamia, per syncopen.“ *Lamio* Mentel. — 2. *et* abest ab uno Bersm. et Dess. 1.

Bene ei *est*, beatus est, *cui Deus obtulit*, nec petenti dedit, *quod satis est*, *τὰ ἀρκοῦντα*, h. e. quantum sufficit, *parca manu*, non prodiga, sed modicas facultates s. bona modica praebente.

---

v. 1. *vetusto nobilis ab Lamo*, nobilissimae prosapiae, utpote ab ipso Lamo, Laestrygonum rege, deductae. Multas gentes Romanas, tam patricias quam plebeias, ambitiose originem suam ad urbis primordia, maxime ad Troiana tempora (cf. Virg. Aen. V, 117 - 123.) miro lusu etymologico pro fundamento posito, retulisse facile apparet, si vel obiter stemmata familiarum Romanarum perlustres. *Quando*, si quidem *ferunt*, fama est, *hinc*, ab isto Lamo *denominatos* fuisse, nomen traxisse *Lamias priores*, maiores tuos, *et genus omne nepotum*, longa nepotum inde orta series, *per memores fastos*, quorum memoria viget in fastis, *originem ducit*, descendere putatur cett. sc. ab *illo auctore*, *qui Princeps* cett. De

---

ACR. [*Aeli*] Aelium Lamiam alloquitur senatorem. *Aeliorum* autem familia a Lamo Formiarum rege oriri affirmata est; unde et Lamiarum cognomen nobilibus inditum est, quod vulgo Lamium genus vocabatur. Iuven.: *Lamiarum caede madenti.* [*Vetusto*] i. e. antiquo. [*Quando*]

POR. [*Aeli, vetust. nobil. ab Lamo*] Aelium Lamiam alloquitur senatorem. Aeliorum familiam ab Lamo Formiarum rege oriri affirmat et inde Lamiae cognomen iis adhaesisse. [*Qui Form. moen.*] *Formiani* po-

Denominatos et nepotum
    Per memores genus omne fastos,
Auctore ab illo ducit originem,
Qui Formiarum moenia dicitur
    Princeps et innantem Maricae
        Litoribus tenuisse Lirim,
Late tyrannus — cras foliis nemus
Multis et alga litus inutili

v. 4. *Permemores* quid Cruqu. *fastus* Bentl. 1, 6 a m pr. codd. ap. Muret. cod. Petav. ap. N. Heins. ad Claudian. IV. cons. Honor. 155. Sic edidit Cuning. Iam sua aetate hîc et IV, 14, 4. utramque scripturam „*fastos* et *fastus, uum*“, bene habere, licet ista usitatior sit. Vand. B, φ, *fastus.* — *fastos* Cod. Goth. et Guelf. — 5. *ducis* omn. codd. mss. et edd. summa constantia, quibus etiam Cod. Goth. et Guelf. adnumero. Sed varie distinguitur in libris. Post *fastos* colon ponunt Basill. Lamb. Cruqu. Torr. Verba *Quando—fastos* parenthesi includunt Steph. Fabr. T. Fab. Dacer. Talb. Rob. Stephanus et Baxt. parenthesi includunt *Quando — tyrannus* v. 9. posito tamen colo post *fastos*, ut vv. 5—9 sint pro apodosi parentheseos. Denique *Quando — tyrannus* inclusit, delevitque colon post *fastos* et *ducis* in *ducit* ex ingenio mutavit D. Heins. eumque secuti Bentl. Cun. Gesn. Sivr. Ianius istos versus in editione sua asterisco notatos eiiciendos esse censet, quod quidem ultro faciat, licet frustra! — 7. *Mariae* emend. bonus monachus in Lips. 4. — 8. *Lirin* Cruqu. Torr. Rutg. Dacer. Talb. *Lyrin* Muret. Steph. *Leirin* T. Fab. Graece scribitur *Λεῖρις*.

---

fastis, qui *memores* dicuntur, cf. IV, 14, 4. — *princeps*, i. e. primus, ut III, 30, 13. — *innantem Lirim*, (vid. ad I, 31, 8.) se effundentem in Maricae, de qua terrae regione vid. Index, paludes; itaque oram Minturnensem primus possidebat. — *late tyrannus*, *εὐρυκρείων*, cf. Virg. Aen. I, 25. — *sternet*, consternet *nemus*, humum nemoris, *multis foliis*, folia arboribus decutiet; cf. II, 9, 6 sqq. — v. 10. *et litus alga*, sc. consternet; quum vero alga nonnisi tempestate satis procellosa eiici solet, ipsa turbas in maris fundo arguit, quemadmodum Hom. Il. IX, 4 sqq. Virg. Aen. VII, 590. — *inutili*, proverbiali algae epitheto (cf. Virg. Ecl. VII, 42. *proiecta vilior alga*). Ignorabant enim veteres algae usum, qui hodie

---

siquidem. [*Fastos*] qui nobilitatis in posteros memoriam testarentur. Per *fastos* autem consules vult accipi. Lucanus: *Qui dat nova nomina fastis.* [*Late tyrannus*] alibi pro domino, alibi pro crudeli, alibi pro potente ponitur, ut: *Pars mihi pacis erit, dextram tetigisse tyranni.* [*Tenuisse Lyrim*] *Lyris* fluvius est Campaniae, interfluens urbem Minturnensem; de quo Lucan.: *Et umbrosae Lyris per regna Maricae.* Ordo est: *Et late tyrannus* dicitur tenuisse Lyrim innatantem litoribus Maricae. *Marica* nympha fuit, a qua fluvius nomen accepit. [*Cras foliis nemus*] de futurae tempestatis indicio. Vt: *Omnia plenis Rura natant fossis.* Ordo est: *Tempestas demissa ab Euro sternet cras nemus multis foliis,*

tentiores videntur fuisse Minturnensibus et eorum agros tenuisse. [*Et innantem Maricae litoribus ten. Lirim*] *Liris* per mediam urbem Minturnensium labitur. *Maricam* autem Minturnenses maxime colunt, cuius etiam lucus in ipsa Minturnensi civitate est. [*Late tyrannus*] qui ad Li-

Demissa tempestas ab Euro
Sternet, aquae nisi fallit augur
Annosa cornix. Dum potis, aridum
Conpone lignum: cras Genium mero
Curabis et porco bimestri
Cum famulis operum solutis.

v. 11. *Emissa* coni. Cun. Sic Sanad. — 12. *Sternit* unus Bersm. Vand. D, *sternit*, var. *sternet*. Tempus praesens esset fortasse exquisitius atque in textum, ni fallor, haud falso recipiendum. *Fallet* Lips. 4. — 13. *potes* vulgata lectio, quam praebent Cod. Goth. et Guelf. *Potis* Bentl. 1, 2, 6 a m. pr. Mentel. Helmst. Vix a librariis est tam rarum tamque exquisitum verbum, quam *potis*. Itaque sic ed. Bentl. Cun. Baxt. Vand. B, *potis*; H, P, *potest*; al. omn. *potes*. — 15. *porca* Cun. *bimenstri* sollenni varietate, codd. Torrent. duo Bersm. Lips. 1, 2. *bimembri* unus Bersm. Dess. 1. Vand. omn. codd. *bimenstri*, sed in B, *n* addidit rec. man.

---

satis notus est. — v. 12. *nisi fallit*, si fides habenda est *cornici*, *aquae auguri*, pluviam impendentem crocitatione nuntianti. Cf. III, 27, 10. Ovid. Am. II, 6, 34. *pluviae graculus augur aquae*. — *annosa*, (vid. ad IV, 13, 24.) longaeva. — v. 13. *Dum* igitur *potis*, dum per pluviam licet, *compone*, repone sub tecto arida ligna, quibus cras nobis erit opus. — *cras Genium curabis*, sacrum facies ei; unde *Genio libare*, *Genium placare* cett. Cf. ad I, 4, 11-12. — *Genium curare*, sacra Genio facere, i. e. hilaritati omnino indulgere; cf. infr. Epist. ad Pis. v. 210. — Tum Genii satis obscura saepiusque cum Laribus confusa religio; vide Censorin. de D. N. 33. Igitur etiam *porco bimestri* in tali sacrificio locus esse poterat, omnino, inquam, recte. — v. 16. *Cum famulis operum solutis*, ab opere diurno per diem festum solutis. *Luce sacra* enim, ut canit Tibull. II, 1, 5. *arator requiescere et suspenso vomere grave opus cessare solet*.

---

et sternet litus inutili alga. [*Annosa cornix*] diu vivens. Iuven.: *Exemplum vitae fuit a cornice secundae*. [*Dum potes, aridum Compone lignum*] dum permitteris serenitate, strue ad faciendum sacrificium. [*Et porco bimestri*] duos menses habente aut certe duos annos voluit significare a Luna computatos. [*Cum famulis operum solutis*] cum vacantibus servis et ab opere feriatis. Ostendit autem tempus hiemis, dum ad focum parari hortatur et sacrificium genio institui, ut: *Invitat genialis hiems*. Et: *Ante focum, si frigus erit; si messis, in umbra*.

rim usque regnum suum extenderit. [*Aquae nisi fallit augur annosa cornix*] etiam Virgilius dicit cornices pluviae imminentis praesagas esse, cum ait: *Tum cornix plena pluviam vocat improba voce*. *Augurem* pro praesaga, i. e. divina, posuit. *Annosam* autem ait, quoniam mille annos vivere affirmatur. [*Dum potes, aridum Compone lignum, cras genium mero Curabis et porco bimestri, Cum famulis operum solutis*] intelligendum in villa fuisse Lamiam, quem ideo hortatur apud focum epulari, sic enim solent rustici hieme, cum feriati sunt, quod ipsum manifestatur ex eo, quod dixerit: *Genium curabis cum famulis operum solutis*. Talia sunt et illa Virgiliana: *Invitat genialis hiems*. Et: *Ante focum, si frigus erit; si messis, in umbra*.

CARMEN XVIII.

Argum. *Habemus hymnum in Faunum breviter scriptum, quem sacris rite institutis placare sibique proclivem ac benignum effecturus, tanquam deum agriculturae tutelarem invocat, eius tutelae suos fines, rura aprica ac parvos alumnos commendans; quo facto sollennia in Fauni propitii honorem ab hominibus celebranda commemorat, ob quae tamen non solum homines, sed etiam pecudes summa laetitia gaudere suaviter subiungit. Faunalia apud Romanos bina quotannis celebrata, una Idib. Febr. altera Nonis Decembribus, vid. v.* 10. — *De Fauno gregibus securitatem praestante cf. supr. I*, 17.

AD FAVNVM.

Faune, Nympharum fugientum amator,
Per meos fines et aprica rura
Lenis incedas abeasque parvis
Aequus alumnis:
Si tener pleno cadit haedus anno,

PROSEVCTICE IN FAVNVM sic Cod. Goth. DEVM AGRESTEM (sic Cod. Guelf.)
QVEM VENERATVR NONIS DECEMBRIS vet. inscript. ap. Torr.
v. 1. *fugentium* Lipss. Fran. Venet. 1492. Locher. Mancin. Cod. Guelf. et Goth. — 3. *Laetus* unus Torrent. quidam Lamb.

---

v. 1. Faunus propter salacitatem famosus, semper enim puellas libidinis explendae causa persequitur; quod ut poeta indigitet, *amator Nympharum* audit. Nymphas autem Fauni amplexus longe fugere decet, quapropter *fugientes* dixit. — *fines et aprica cura*, copia poetica fere unum idemque significat, licet de tautologia non sit cogitandum. — *lenis*, propitius pariter atque *aequus*, placatus et favens. — *alumni*, vernuli, qui domi vel ruri aluntur a dominis. Credebant enim, pueros per rura a Faunis agitari terriculamentis. Alii vero rectius intelligunt fetus pecoris, qui ruri aluntur, haeduleos, agnos, vitulos; sic *dulces alumni* pariter de tenera gregis subole infr. III, 23, 7. *Vossius* nihilominus vernacule *alumnos parvos* reddidit: *kleine Zoeglinge*. — v. 5. *pleno anno*, post annum exactum, quotannis; *tener haedus*, haedum sc. pullum Fauno immolari soli-

---

ACR. [*Faune, Nympharum fugient. amator*] quasi celeritate sua nymphae Faunorum petulantiam fugiant. [*Aprica rura*] amoena, temperata, ut: *Duceret apricis in collibus uva colorem*. [*Parvis aequ. alumn.*] alumnis, ruris vernulis, quos maxime Fauni laedere dicuntur. [*Lenis incedas*] propitius, placatus. [*Pleno anno*] i. e. completo. Annuale se ei ostendit facere sacrificium. *Si* autem, si quid est, ut: *Vestro si munere*

POR. [*Faune, Nymphar.*] *Faunum* invocat, quem aiunt inferum ac pestilentem Deum esse, secundum quae et nunc Horatius loquitur, cum eum orat, ut lenis per agros suos transeat. Et Virgilius in septimo eum apud Mephitem pestiferi odoris pallidum lucum habere ostendit et in consulendo oraculo eius videri multa simulacra miris modis volitantia. [*Fugient. amator*] per lasciviam dicit *fugientum*; tale est illud: *Et fugit ad salices et se cupit ante videri*. [*Si tenere pleno cadet haedus anno*] si-

Larga nec desunt Veneris sodali
Vina craterae, vetus ara multo
Fumat odore.
Ludit herboso pecus omne campo,
Quum tibi Nonae redeunt Decembres:
Festus in pratis vacat otioso
Cum bove pagus:

v. 7. *cratere* vett. edd. et antiqui intpp. Primus Ascens. veram et constantem codicum lectionem *craterae* vindicavit. — *ac vetus* Ion. *et v.* Sivr. — *sodalis* legitur in Cod. Guelf. — *Dum* Sivr. *redeant* Mentel. Vand. D, H, V, et tres recent. *Decembris.* — 11. *otiosa* Pulm. 5. Cun. Sed taurus arator intelligitur. Vand. P, *otiosa.* — 12. *C. b. pardus* Cod. Achill. Stat. a Mureto inspectus, Torn. et quidam alii ap. Lamb. sed cum litura, Pulm. 5. item 2 et 4 pro var. lect. unus Fabr. plerique Torrent. duo Bersm. Bentl. 6 a m. s. 7, 8, 9, 13, 20. item pro var. lect. 1, 2, 23. Brod. Sax. Inepta lectio. — Vand. C, *bove*, var. *grege.* A, γ, H, *pagus;* B, C, φ, V, S, *pardus*, var. *pagus*; E, I, N, *pagus*, var. *pardus*, D, et sex rec. *pardus.* Glossa codici φ adscripta „illo die festivitatis Fauni pardi cum bobus, lupi cum agnis mansuete morantur, Fauno pacificante illos" procul dubio monachum prodit stupidum.

---

tum fuisse, iam supra I, 4, 12. hisce verbis dixit: *Seu poscat agna sive malit haedo.* — *craterae sodali Veneris nec desunt larga vina*, sententia satis nota, sexcenties quoque repetita: „*Bacchus sine Venere esse non solet.*" — *cratera*, e qua vinum libatur, *Veneris sodalis* vocatur; vinum nempe amoris incitamentum, ut satis notum est. Lucian. Amor. 12. Tom. II. pag. 450. (edit. Gesn.) *τερπνοτέρα γὰρ Ἀφροδίτη μετὰ Διονύσου καὶ τὸ παρ᾽ ἀμφοῖν ἡδὺ σύγκρατον.* — *vetus ara*, non sine rei apto respectu *vetus* dicitur *ara*, in qua iam permultis inde annis elapsis sacrificia fieri solita sunt. — *multo odore*, ture aliisque odoris rebus impositis. — v. 9. *Ludit pecus*, exsultat (III, 11, 10.) *herboso campo*, in pratis, quo vocabulo mox (v. 11.) ipse utitur. — *Festus pagus*, i. e. agricolae diem festum celebrantes atque hilarem agentes opere intermisso otiantur una cum *bove otioso*, libere per prata vagante, quoniam diebus

---

tellus. [*Cadit*] immolatur. [*Veneris sodali*] dixit *Veneris sodali* ideo, quia sine Cerere et Libero friget Venus. [*Vetus ara*] non aetatis cultu deserta, sed multo thure succensa. Ostendit autem se deos multis sacrificiis donasse, quibus promereatur, quae petit. [*Ludit herboso pecus omne campo*] tanquam devotionem diei in numinis honorem etiam pecudes lasciviendo sentirent. [*Cum tibi Nonae redeunt Decembres*] Nonis Decembribus Faunalia et Faunorum cultus dicebantur. [*Festus in pratis*] i. e. tua festa celebrans. In pratis autem, quia Faunalia in silvis et in pratis celebrabantur. [*Vacat otioso Cum bove pagus*] in pagis enim et in compitis celebrari talia consueverunt, ut Virg.: *Praemiaque ingentes pagos et compita circum Thesidae posuere atque inter pocula laeti Mollibus in pratis unctos saliere per utres.* [*Inter audaces lup. err.*

gnificat semper se ei anniversarium sacrum haedo facere. [*Vina cratere*] *craterem Veneris sodalem* dixit, quia sine Cerere et Libero friget Venus. [*Ludit herboso pecus omne campo, Cum tibi Nonae redeunt Decembres*] nonis Decembribus Faunalia sunt, h. e. dies festus Fauni, in cuius honorem

Inter audaces lupus errat agnos:
Spargit agrestes tibi silvâ frondes:
Gaudet invisam pepulisse fossor
Ter pede terram.

CARMEN XIX.

Argum. *Videtur in hoc carmine Horatius in auguris Murenae honorem convivium cum sodalibus instaurasse, inter quos symposiarchi partes agere, leges bibendi proponere et, quot quisque pocula in Lunae, Noctis et auguris Murenae honorem sumat, edicere. Respondent fere illa quoque Anacreontis (XXXVI) huius carminis initio: τί με τοὺς νόμους διδάσκεις καὶ ῥητόρων ἀκάνθας, τί δέ μοι λό-*

v. 13. *exstat* Helmstad. — 14. Vand. A, D, H, I, V, et sex rec. *agrestes;* C, *agrestis*, corr. rec. *agrestes;* B, E, et alii *agrestis.*

---

festis haud arare coguntur boves. — v. 13. *Inter audaces* cett. pariter supra I, 17, 5 sqq. *impune tutum per nemus* cett. Cf. Epod. XVI, 51. — *audaces* nuncupantur, quod lupum haud expavescunt; Fauni nimirum tutela bene muniti ne lupum quidem inter sese errantem reformidant. — v. 14. *spargit* cett. Quod sub initio mensis Decembris pro anni tempore sponte faciebat silva, inquit *Doeringus*, id suaviter in Fauni honorem data opera fecisse fingitur. *Folia* enim in vias *spargendi* (φυλλοβολία) antiquitus ad externi honoris, diis praestandi, significationem pertinebat; vid. Cerd. ad Virg. Eclog. V, 40. — *terram invisam*, tanquam aerumnarum causam, modo ob infertilitatem, modo ob laborem plurimum haud raro frustra exercitum atq. sim. *Fossorem* propterea commemorasse videtur, quoniam is inprimis maxime laborare, terram fodere debebat. *Ter pede terram*, tripudiat, saltat, quod *Vossius* bene vertit sic: *Hüpfend im Dreischlag.* Fortasse ad quandam saltationis rationem s. speciem alludit, qua certo ordine terram ter pedibus quatere oportebat. Nobis adsentit *Ianius* inquiens: *ter* ad rhythmum ac numerum saltationis pertinet, qui similis fuerit necesse est illi, quem hodie passum Anglicum (vulgo *anglaise*) dicimus. Cf. Ovid. Fast. VI, 330. *Et viridem celeriter pede pulsat humum.*

---

agnos] non semper audaces agnos, sed illo die tanquam qui numinis interventu non timeant, quod honori Fauni applicat, festivitatis suae tempore lupos nocere pecudibus non sinentis. [*Spargit agrestes tibi silva frondes*] veluti silva per amoenitatem frondes spargeret, ut: *Spargite humum foliis, inducite frondibus umbras.* [*Gaudet invis. pepulisse fossor Ter pede terram*] cultu vinearum liberatus et Fauno sacrificans, ut: *Invitat genialis hiems curasque resolvit. Ter* vero ad rythmum retulit.

pecudes lasciviunt. [*Inter audac. lup. errat agnos*] non semper audaces, sed illo die, quo videlicet non timeant lupum inter se errantem et hoc interveniente numine Fauni evenire dicit, qui quasi die festo suo vult pecora, quae sub tutela sua sunt, sine periculo esse. [*Gaudet invis. pepulisse fossor Ter pede terram*] *invisam terram fossoribus* merito dixit, quod in ea laborent, eam fodiant. Naturale est enim omnibus odisse laboris sui materiam. Significatur autem, agrestes cum Festo Fauni feriati ludant, in terra tripudiare.

γων τοσούτων τῶν μηδὲν ὠφελούντων; μᾶλλον δίδασκε πίνειν κ. τ. λ.

Quemadmodum sensus verborum docet: Telephus, ad quem se statim convertit, ipse fortasse in historia Graeca concipienda occupatus, inter confabulandum ad et convivio et loco plane aliena sensim sensimque abreptus a poeta reprehenditur, qui cum doctas nugas huc quidem non pertinentes mittere iubet.

A D   T E L E P H V M.

Quantum distet ab Inacho
 Codrus, pro patria non timidus mori,

AD CANTOREM Sivr.
Vand. B, D, E, φ, γ, I, V, AD TELEPHVM MVRENAM; B, E, φ, γ, I, addunt: *augurio honoratum.*
AD TELEPHVM POETAM (sic) Cod. Goth. de cuius scilicet arte poetica, quoad ego quidem scio, aliunde nihil constat.

v. 1. *distat* emend. Cun. et iam sic Lips. 2. item 1 et 3 a m. pr. Plantin. Raphel. 1594. unde sensus esset: „omne id tempus, quod inter Inachum et Codrum intercessit, omnem illius periodi historiam enarras." Vand. V, P, Q. *distat*, non male, licet paulo durius. — 2. *non timi-p. p. mori* unus Bersm. Lips. 2 a m. pr. *Vand.* B, C, G, φ, et tres rec. Eundem verborum ordinem exhibet Cod. Goth. — *nec t.* Lips. 4. Dess. 2.

---

v. 1. Quemadmodum fieri solet inter amicos confabulantes, sermo, qui debet esse levior, ad severiora haud raro deflectitur, ita quidem ut loquentes ipsos lateat, quam longe aberraverint ab levioris argumenti sermone. Tale quid Telepho inter amicos de coena ἀπὸ συμβολῶν in L. Licinii Varronis Murenae novi auguris honorem habenda deliberaturos, conventum scilicet antea (nam quamvis coenam συμβολιμαίαν deliberatio antecedere solebat) eandem ob causam agentes, accidisse, sponte apparet, qui quot anni ab Inacho, antiquissimo Argivorum rege, usque ad Codrum, ultimum Atheniensium regem, praeterlapsi fuerint, narrat, deque iis autem tacet, de quibus in conventu colloquendi causa habito dicere necesse erat. Quam

---

ACR. [*Quantum distet ab Inacho*] Telephum Graecum poetam, sodalem suum, alloquitur, iocose eum corripiens, quod historias non pertinentes ad propositum potius loquatur, quam quae sint apta convivio. Alii volunt reprehendi Telephum, quod quantum temporis interesset ab Inacho usque ad Codrum, quaereret, deinde conversus ad puerum, ut impari numero cyathorum faciat potiones, hortatur. *Codrus*, rex Atheniensium et Lacedaemoniorum fuit; hic imminentibus hostibus pro patria se devovit, responso incitatus oraculi, quo praedictum fuerat eos vincere posse, quorum dux fuisset occisus, hoc dum pervulgatum fuisset, coepit vitari, ne occideretur. Mutato postea habitu, gregarii militis veste ad castra hostium perrexit, magnis iniuriis agens, ut occideretur, obtinuit, ut Virg.:

POR. [*Quantum distet ab Inacho Codrus*] Telephum adolescentem alloquitur, quia quae pertinent ad convivii praesentis apparatus non narraret. Deinde conversus ad puerum hortatur, ut impari numero cyathorum repotiones faciat. [*Quantum dist. ab Inacho Codrus, pro patria non timidus mori*] comparationem, inquit, facit virtutum Inachi et Codri. *Codrus* autem Atheniensium dux fuit, qui ut patriae victoriam pararet, interimendum se Lacedaemoniis obtulit. De *Inachi* autem virtutibus nulla ex-

Narras et genus Aeaci
 Et pugnata sacro bella sub Ilio;
Quo Chium pretio cadum
 Mercemur, quis aquam temperet ignibus,
Quo praebente domum et quota

v. 7. *quotus* etiam legi posse, si liceret per mss. monet Bentl. ex Epist. I, 5, 30.

---

rationem hunc locum interpretandi *Doeringus* vehementer increpat, *Mitscherlichium*, V. D. acrius (ni fallor) impugnans hisce verbis: *narras*, „non, ut *M.* censet, confabulando cum amicis iam de convivio deliberaturis, sed domi potius historiam Graecam diligentius secundum temporis rationes digerendo et literis consignando; quis enim Telephum tam *ineptum* hominem fuisse statuat, (i. e. inquam: quis tam inepte statuat cett.) ut doctrinae suae copias importuno tempore exponendo aliis molestiam crearet?" — Sed in medio verum reliquerunt VV. DD. nam utriusque sententia ita cum altera consociari potest, ut recte iudicare nobis videamur, si Telephum omnino domi historiam Graecam diligentius secundum temporis rationes digerendo et literis consignando occupatum nihilo minus in convivio opportunitate similem sermonem disserendi data usum fuisse contendimus, quod quidem etiam viris *minime* ineptis (fortasse vel adeo *Doeringo*) persaepe accidere, res satis nota. Quomodo autem *Doeringus* subiungere potuerit: „aut quis Horatium hoc carmen vel *temere* inter loquendum effudisse" (quae scilicet temere scripta missa faciamus) „vel re transacta demum illud composuisse sibi persuadeat?" valde miror; ipse tamen videat, unde defendat. — Omnino recte, inquam, poeta, qui Telephum in conventu colloquendi gratia habito perfacile ad plane aliena in sermone transeuntem ultroque vagantem animadverterat, concione demissa (h. e. re transacta, ut apud Doeringum legitur), hoc carmen componere poterat, hac nimirum ex causa permotus, ut Telephi animum a severo historiae studio ad hilare convivium non solum avocaret, (quod tantum statuit *Doeringus*) sed etiam ipsum huc proprie pertinentia, quaeque in carmine habes descripta, doceret deque sermone inter pocula nequaquam disserendo perbelle praemoneret. — *Chium cadum*, cf. Athen. I. p. 28. Serm. I, 10, 24. ad vina praestantiora pertinebat. — *mercemur*, vide quae de conviviis συμβολιμαίοις disputat Salmas. Obss. ad Ius Att. et Rom. c. III. p. 62. Coena ἐκ συμβόλων (συμβάλλω) ea erat, in qua aequalem quisque impensarum partem, (unde ἰσοτελεῖς dicti) quae in epulas insumerentur, sustinere debebat. — v. 6. *quis aquam temperet ignibus*, sc. ad balneum calefaciat. Balnei usus ante coenam satis notus apud veteres. — *Quo praebente domum*, quis domum praebeat, apud quem convivemur, pariter infr. Serm. I, 5, 38.: *Murena praebente domum, Capitone culinam.* — *quota*, sc. hora, utrum de die an hora consueta *caream*

Aut iurgia Codri. [*Et genus Aeaci*] avi Achillis. Per has autem fabulas historiam Graecam significat. [*Sacro bella sub Ilio*] quia a numinibus muri facti dicebantur Troiani, h. e. Neptuno et Apolline, ut Virg.: *Cuperem cum vertere ab imo, Structa meis manibus, periurae moenia Troiae.* [*Quo Chium pretio cadum*] aut peregrinum vinum dixit aut vas vino pretiosius. [*Temperet ignibus*] tepefaciat, nam tepefactis aquis solebant Graeci vina temperare. [*Quo*] aliquo. [*Et quota*] supple *hora*,

stitit historia. [*Sacro bella sub Ilio*] *sacrum Ilium* dixit secundum Homericum illud: Ἴλιον ἱερόν. [*Quo praebente domum et quota*] ad

Pelignis caream frigoribus, taces.
Da Lunae propere novae,
Da Noctis mediae, da, puer, auguris
Murenae: tribus aut novem
Miscentor cyathis pocula commodis.
Qui Musas amat inparés,

v. 9. Nova ode ap. Sivr. cum inscriptione: AD MINISTRVM. 11. *Murenae* e numis et lapidd. item e Gr. *Μουρήνας*. Alii *Muraenae*. — *aut tribus aut n.* Bentl. 9. — 12. *Miscento* var. lect. Ion. *Miscentor* emend. Rutg. lect. Venus. c. VII. p. 267. quia *miscentur* langueat pro affectu poetae bacchico. Probat et N. Heins. ap. Bentl. it. Baxt. Dacer. Receperunt Bentl. et Sanad. Plane nihil interest, utrum legeris; et quamvis *miscentor* bene habeat, tamen modus indicativus in omnibus fere libris legitur. In eodem versu *commodum* unus Bersm. Dess. 2. Cun. San. *commodi* (vocat.) sc. o sodales, var. lect. Iones. nimis scilicet varians!

---

frigoribus Pelignis, calefiam; *Pelignis,* quale est in Pelignis, regione montosa. Ceterum sollennis foci luculenti mentio in compotatione et supr. I, 9, 5. et infr. III, 17, 14. — v. 9-17. *Da Lunae propere novae*, poculum et in novae Lunae et in mediae Noctis et in auguris Murenae honorem ebibatur. Genitivi *Lunae, Noctis, Murenae* ab omisso nomine *poculum* pendere dicit *Doeringus*, V. Cl. quod dici solet *eius*, in cuius honorem illud exhauritur. Cf. supr. ad III, 8, 13. — v. 11. Duo miscendi vini modos imperat poeta, alterum, quo tribus vini novem aquae cyathi admisceantur, alterum, quo novem vini cyathi cum tribus aquae temperentur, vel, quod simplicius erit, tres aquae partes cum vini una, vel tres vini cum una aquae parte: *ἢ τρεῖς πρὸς ἕνα κύαθοι ἢ ἕνα πρὸς τρεῖς*. *novem* cyathos decernit iis, qui largius vino se beare solent, poetis scilicet; *tres* vero iis, qui Gratiarum cultores et modestiae et temperantiae studere debent. — *miscentor*, imperative sc. ex persona symposiarchi. Cf. ad III, 8, 13. ubi de *cyatho* satis dictum est. — *adtonitus*, *ἐμβρόντητος, μουσόληπτος*. *Vossius: der begeisterte Seher.* — *rixarum metuens*, quae decorum amat aliena a rixis. Similiter *metuens viri alterius castitas* III, 24, 22. Cf. Serm. II, 3, 110. ad Carm. II, 2, 7. — *nudis*,

---

ordinale nomen est. [*Pelignis caream frigoribus*] *Pelignum* oppidum est Sabinorum frigidae regionis. [*Da noctis mediae*] i. e. bibamus in honorem mediae noctis et novae lunae et auguris Murenae. [*Da puer auguris Murenae*] puerum pincernam alloquitur. Hoc modo veteres festivitatem conviviorum celebrare consueverant, ut singulos vini cyathos sub singulorum deorum aut carissimorum hominum nomine, in pocula dici iuberent. [*Tribus aut novem*] Vt: *Numero Deus impari gaudet. Tribus* autem aut *novem* aut propter Musas aut propter Charitas, quia lae-

epulandum praebente, scilicet quomodo solent dicere: apud quem et quota. [*Pelignis caream frigor.*] utrum in Peligno oppido vult intelligi dici, an, ut solent poetae, speciem pro genere posuerit, ut: *Lenis innatat alnus Missa Pado.* [*Da lunae propere novae*] sicut veteres singulos vini cyathos sub singulorum deorum aut carissimorum sibi nominibus solebant in poculum defundere, secundum quae nunc haec dicuntur. [*Tribus aut novem*] secundum illud: *Numero deus impari gaudet.* [*Tres prohib. supra Rixarum metuens tang. Gratia*] ait supra novem cyathos si tres addideris, futurum, ut ebrius factus exsurgas in lites, quae scilicet contrariae sunt

Ternos ter cyathos adtonitus petet
Vates: tres prohibet supra
Rixarum metuens tangere Gratia,
Nudis iuncta sororibus.
Insanire iuvat, cur Berecyntiae
Cessant flamina tibiae?
Cur pendet tacita fistula cum lyra?
Parcentes ego dexteras
Odi: sparge rosas; audiat invidus
Dementem strepitum Lycus

v. 14. *ternos attonitus ter c. p.* duo Bersm. Lips. 2, 3. Dess. 2. *Vand.* B, C, D. *adtonitus cyathos.* — *petat* quid. Lamb. Mentel. *Vand.* I, P, *petat*; S, *petet*, var. *potet* (sic Cod. Guelf.). — 15. *ter* (pro *tres*) Alt. 1. Brod. — 17. *vincta* codd. Marcil. qui praefert. — 18. Nova ode incipit ap. Sivr. cum inscriptione: AD TELEPHVM, quam ex Alcmane expressam V. D. narrat, argumenta e nominibus propriis ducens. — 20. *pendent* emend. Cun.

---

poetae pariter ac pictores adumbrant Gratias tanquam *nudas*, quippe quod summa pulchritudo humana tantum in homine nudo, qualis naturalis esse debet, conspiciatur. — *Insanire iuvat*, *θέλω, θέλω μανῆναι*, ut: *Dulce mihi furere est* II, 7, 27. — *cur cessant*, cur non inflatur. — *Berecyntiae*, Phrygiae, a monte Berecynto in Phrygia, ubi praecipue in Cybeles sacris *tibiae* usus fuit; uti autem *tibia* graviorem, ita *fistula* leniorem edidit sonum. — *Parcentes dexteras*, quae rosas deripere cunctantur; *sparge rosas*, florum sollennis mentio in conviviii apparatu, cf. II, 3, 13. et I, 36, 15.: *Neu desint epulis rosae.*

Lycus, senex morosus, vicinus pariter ac *vicina non habilis Lyco*, cui quidem copiam sui non facit, Lyci amplexibus non apta, (inversa oratione; proprie enim Lycus senex uxori iuvenculae *non est habilis*, quamquam etiam contrarium persaepe fieri videmus) *audiat invidus dementem strepitum*, invidia propter ingravescentem aetatem, quae Lycum convivii participem fieri vetat, rumpatur, dum *strepitum* laetitiae nostrae indicem *de-*

---

titiam dabant. [*Attonitus*] quod non inebrietur. [*Vates*] pro quolibet sacricola. [*Tres prohibet supra*] ne si supra novem addideris tres, ebrius factus exsurgas in lites, quae sunt gratiae laetitiaeque contrariae, ideo Gratiae nudae pinguntur veluti sine dolo, sine fraude, sine aliquo velamine. [*Cur Berecyntiae*] *Berecyntus*, urbs Phrygiae, unde et tibias Phrygas dicit, quae Matris Deum sacris adhiberi consueverant, ad quarum cantus et a convivantibus saltabatur, ut: *Tympana vos buxusque vocat Berecyntia matris Idaeae.* [*Parcentes*] otiosas a cantu vel a miscendo cessantes. [*Lycus*] vicinus, hilaritatis nostrae strepitum

Gratiae. [*Cur Berecynt. Cessant flamina tibiae*] *Berecyntia* urbs est Phrygiae, ergo tibias Phrygias dicit, quae sacris Matris magnae adhibentur, ad quarum cantus tamen solent et convivantes saltare. [*Parcentes ego dextras odi*] i. e. otiosas, quae neque lyram percutiant, nec spargant rosas. [*Aud. invid. Dement. strepit. Lycus*] hilaritatis nostrae invidia rumpatur. [*Seni non habilis*] merito non habilis, quia puella seni iuncta

Et vicina seni non habilis Lyco.
Spissa te nitidum coma
Puro te similem, Telephe, Vespero
Tempestiva petit Rhode:
Me lentus Glycerae torret amor meae.

CARMEN XX.

ARGUM. *Pyrrho Nearchum, quem ille amasse videtur, puellae, amore huiusce pueri captae, praeripere conanti suadet, ne ludum tam periculosum periclitetur; est enim, inquit, certamen cum leaena de catulis eripiendis infelix pariter atque illud, quod Tu tentas. Puella enim ista haud secus quum leaena ferox, catulis sibi ereptis, in Te tanquam raptorem saevitura et vehementer per obstantes iuvenum catervas ruens amatum sibi puerum repetitura est, cuius pu-*

v. 24. *habili* antiquiss. Bland. Cruqu. Item probat e libb. mss. Rutg. quia vir senex rectius inhabilis dicatur puellae, quam contra; sed hoc nihil est, quapropter non opus oratione inversa h. l. statuenda. — 25. *crispa* vel *sparsa* coni. Cun. Vltimos quatuor versus omisit San. — 27. *Chloe* vulgata lectio. Sed *Rhoda* quid Lamb. Bentl. 23. *Rhode* Acr. duo Blandd. Mart. Sil. Cruqu. duo Fabr. Pulm. 4 pro var. lect. Bentl. 2, 6, 7, 8, 20. Gott. Sax. Mentel. Fran. Helmst. Lips. 1 a m. pr. et 2 a m. s. item Basill. 1555. Bentl. Cun. *Vand.* A, *Rhode*, sec. man. *Clohe;* E, I, *Rhode*, var. *Cloe*; γ, *Rhode;* T, *petat Cloe*, scribe *Chloe*, quae quidem inter Horatii amicas persaepe nuncupatur, unde vero haud absimile est, librarios nomen satis frequens alteri semel tantum occurrenti praetulisse; recte igitur *Rhode* habet.

---

mentem, quod nempe *insanire iuvat, audit.* — *nitidum*, fulgentem, exsplendescentem, conspicuum *spissa coma*, pingui, densa coma, κομήτην, quae et decoris et vigoris iuvenilis index. — v. 26. Comparatur cum Vespero, stella Veneris, ad eius pulchritudinem adumbrandam. — *puro*, recens e mari exorto, splendido. — *tempestiva*, ὡραία, πέπειρος, vid. supr. III, 6, 22. *matura virgo*, in ea aetate constituta, qua amori mutuo apta perhibetur. Tu, inquit, es felix in amore, non ego; Tu amorem puellae nomine Rhodes facile Tibi potes parare, ipsa vel adeo Te petit; *me lentus amor torret*, ego lento amoris igne maceror, ut supr. I, 13, 8.: *lentis ignibus macerari* dicitur; ubi conf. adnott. Pariter habent ista Tibulli I, 4, 81.: *Heu! heu! quam lento Marathus me torret* (vulgo: *torquet*) *amore.*

---

et invidiam patiatur, ut Virg.: *Fit strepitus tectis vocesque per ampla volutant atria.* [*Non habilis Lyco*] uxor, quae puella seni inhabili coniuncta esset, unde et zelum eius ostendit, dum non habilem dicit. [*Telephe*] ordo est: *Telephe, tempestiva Rhode petit te nitidum spissa coma et puro similem Vespero* et est laus pulchritudinis Telephi. Nam et crinium compositio iuvenibus aptatur.

est. [*Tempestiva petit*] i. e. matura rebus Veneris. [*Me lentus Glycerae torret amor*] èleganter me *lentus amor* quasi latens et occultus nunc intelligendum, ut *lentus ignis*, quia latens ac sine flamma urit.

---

gnae infelix eventus propterea non dubius, quod ipse puer, utrum Tu an puella evadat superior, bene sciat.

AD PYRRHVM.

Non vides, quanto moveas periclo,
Pyrrhe, Gaetulae catulos leaenae?
Dura post paullo fugies inaudax
Proelia raptor:
Quum per obstantes iuvenum catervas
Ibit insignem repetens Nearchum,
Grande certamen, tibi praeda cedat
Maior an illi.

PYRRHVM ARGVIT Cod. Goth.

v. 1. *Num vides* Alt. 2 a m. s. — *tumultu* cod. vetus H. Steph. item Bentl. 2, 6 et 23 pro var. lect. et 18 in context. Sed recte vidit Bentleius, hanc lectionem esse ex III, 27, 17. *Vand.* O, *tumultu.* — 3. *Dira* Brod. sollennis permutatio. — *paullum* quid. Lamb. Mart. Mald. Cruqu. Pulm. 1 et 4 a m. pr. 5. Bentl. 1, 9, 10. unus Bersm. Brod. Sax. Lips. 1 pro var. lect. Dess. 2. Alt. Venet. 1478. 1492. Locher. Ascens. *Vand.* B, C, D, φ, et alii quinque *post paulum*, sic quoque Cod. Goth. et Guelf. — 6. *Nearchon* Cun. *Vand.* T, corr. *ibis.* — 7. *Grande certamen* Acr. et Por. ad antecedentia trahunt. *Grande certamen erit* Lips. 3 e glossa. — vv. 7—8 parenthesi inclusit Baxt. Loco *cedat* Cod. Goth. exhibet *cadat.*

---

v. 1. *Non vides*, animadvertis, *quanto* cum *periculo moveas*, h. e. quam periculosa res sit, leaenae catulos *movere*, rapere? *Movere* sollenne de furto pecudum, vid. I, 10, 10. — *Gaetulae*, ut supr. I, 23, 10. *Gaetulus leo*, ubi cf. not. — *fugies praelia dura inaudax*, acerrimum leaenae impetum timidus subterfugere tentabis; *inaudax*, novum vocabulum ab Horatio ad Graecum ἄτολμος formatum. — *obstantes iuvenum catervae*, pergit in allegoria, cogita has *iuvenum catervas* esse comites, qui se leaenae, raptorem catulorum suorum persequenti, opponunt. — *insignem*, sc. forma, formosum. — *Grande certamen*, sic Nearchus ipse per appositionem appellatur, quippe qui causa sit, de qua certatur. — *maior praeda*, uter vestrûm Nearcho sit potiturus. Sensus verborum hic est: Cer-

---

ACR. [*Non vides, quanto*] haec ἀλληγορικῶς per commemorationem Pyrrhi, Epirotarum regis, qui pro Tarentinis adversus Romanos pugnavit, ad Pyrrhum sodalem dicuntur, qui puerum Nearchum nomine, a quadam femina dilectum, sollicite extrahere conatur. Facit autem leaenam urbem Romam, catulos eius urbis principes. [*Getulae*] *Gaetulam* pro magnitudine patriae posuit, ut: *Poenorum, qualis in arvis Saucius ille gravi venantum vulnere pectus. Tum demum movet arma leo.* Ordo est: *Cum per obstantes catervas iuvenum ibit grande certamen, repe-*

POR. [*Non vides, quanto mov. periclo*] haec ἀλληγορικῶς ad Pyrrhum sodalem dicuntur, qui puerum Nearchum nunc a quadam femina dilectum sollicitet et ei extrahere conetur. [*Inaudax*] i. e. non audax ac per hoc timidus. [*Ibit insign. repetens Nearchum Grande certamen, tibi praeda cedat Maior an illi*] obscuram elocutionem, quod certamen

Interim, dum tu celeres sagittas
Promis, haec dentes acuit timendos,
Arbiter pugnae posuisse nudo
Sub pede palmam
Fertur et leni recreare vento
Sparsum odoratis humerum capillis:

v. 10. *superbos* Alt. Cod. Gothanus, memorabilis lectio neque contemnenda; est fortasse et sonantior et ornatior. — 13. *recreasse* Lips. 4. Alt. 1. — Vand. P, Q, *leni.* — 14. *adoratis* Mentel.

---

tant de Nearchi possessione, quem et Pyrrhus et puella suum reddere cupiunt. — Dum tu arma capis, *celeres sagittas promis, haec acuit dentes,* *θήγει ὀδόντας,* Pyrrhum laceratura. — *arbiter pugnae, ἀγωνοθέτης, βραβευτής,* Nearchus. — *sub pede posuisse palmam,* palmam non, ut agonothetarum mos erat, manu tenet, sed humi proiectum sub pedibus positam habet; pes *nudus* delicatulorum hominum erat, qui non calceis, sed soleis iisque laxis utebantur. — *sub pede poni* vel *pedibus subiici* dicitur, quod est pro mero arbitrio dominantium, quod nihil curamus, susque deque habemus. — *leni recreare vento,* interpretes hoc ita factum esse putant, ut flabellum manu teneat eoque commovendo auram, qua recreetur, excitet. Sed ne opus quidem est, instrumentum, quale flabellum, in partes vocare; sufficit ratio simplicior, secundum quam puerum in placida animi tranquillitate constitutum sedere humerumque auris, quae sponte adflant, praebere intelligimus, quae quidem recreatio haud minus altera valet, quae instrumenti ope efficitur. Ceterum lector eruditus ipse dispiciat. — Verba *sparsum odoratis capillis* praeclare *Vossius* sic interpretatur: *von Balsamlocken umwallt.* — *Qualis fuit Nireus* aut Ganymedes, qui *raptus ab Ida* in caelum. Nireus pulchritudine eximia prae

---

tens insignem Nearchum nomine aut equitem Romanum, quem Pyrrhus tenebat Epirota, aut obscura elocutione in Pyrrhum sodalem certamen ire dixit, in mulierem, quae certamen cum ea habitura esset, cupiens illi eripere Nearchum, ipsam enim Leaenam grande certamen dixit. [*Tibi praeda cedat*] i. e. ibi cognosces, cui maior accedat victoria, tibi an illi. Hortatur autem illum quiescere, quia exhausta semper dubios facit. [*Dentes acuit timendos*] servat metaphoram Leaenae in Romae commemoratione. [*Arbiter pugnae*] vult intelligi non posse resistere amori, commemoratione Paridis victi libidine, nam fabulam tangit. [*Posuisse nudo sub pede palmam fertur*] i. e. fertur Veneri succubuisse. Hoc est enim dicere posuisse palmam sub *nudo pede,* quod cessisset libidini. Dicit autem Horatius frustrari Pyrrhum comitem conantem ab amore meretricis revocare iuvenem. [*Arbiter pugnae*] *Paris,* quod palmam iudicando posuerit sub nudo pede Veneris, ut expleret uno verbo fabulam; aut hunc puerum arbitrum certaminis posuit, palmam contentionis ipsius calcantem, cui se amatum potissimum traderet. Porro si regem Pyrrhum intelligere velis, arbiter non iudex, sed auctor belli accipiendus est. [*Sparsum odorat. humer. capillis*] ambigue enim pueri tondebantur. Ad emphasin vero Ve-

ipsum inire dixit, non mulierem, quae certamen cum Pyrrho factura sit, cupiens ei eripere Nerachum puerum. [*Haec dentes acuit timendos*] belle hoc dicitur de ea, quam iam dudum sub nomine *Leaenae* intelligi voluit. [*Arbiter pugn. posuisse nudo Sub pede palm.*] hunc puerum arbitrum certaminis esse dicit et palmam contentionis ipsius refert. Quid si intel-

Qualis aut Nireus fuit aut aquosa
Raptus ab Ida.

CARMEN XXI.

ARGUM. *Petit ab amphora, ut sibi vetustum vinum in Corvini gratiam promat atque hinc oblata occasione laudes vini commemorat. Cf. de M. Valerio Messala Corvino Cic. epist. ad Brut. 15. Virg. Catal. XI. Cir. 54. Tibull. IV, 1. Cos. fuit cum Octaviano* a. u. *DCCXXIII.*

AD AMPHORAM.

O nata mecum consule Manlio,
Seu tu querelas sive geris iocos

v. 15. *Nereus* codd. Torrent. unus Bersm. Omnes Vanderbourgii. Vid. Epod. XV, 22. — *aquosus* Lips. 4.

Vand. C, AD TESTAM SVAM.

v. 1. *Mallio* scholl. unus Bersm. Anhaltin. Fabric. codd. Dess. 2. Lips. 1, 4. Helmst. in marg. Basill. 1555. sic quoque Cod. Goth. male. — 2. *seu geris* Lips. 3, 4. *genis* Cuning. ab antiquo *geno,* pro *gigno.*

---

omnibus insignis, Hom. Iliad. II, 673. *Νιρεύς, ὃς κάλλιστος ἀνὴρ ὑπὸ Ἴλιον ἦλθε.* — *Ida aquosa* dicitur propter fontes, quibus abundat; quam ob rem Homero *Ἴδη πολυπίδαξ, πιδήεσσα* audit. Ovid. Met. II, 218. *celeberrima fontibus Ida.*

---

v. 1. *Testa* s. amphora *mecum,* eodem, quo ego, anno, L. *Manlio* Torquato et L. Aurelio Cotta (a. u. DCLXXXVIII.) Coss. *nata,* quae vinum istis Coss. natum s. reconditum servas. — *Seu – seu geris* cett. continet testa *querelas,* quatenus vinum inde haustum homines *querulos,*

---

nereae servitutis, dicit illum habere *humeros sparsos odoratis capillis.* [*Qualis aut Nireus fuit*] *Nireus* tam speciosus ab Homero traditur, ut Graecos omnes excepto Achille superaret. [*Raptus ab Ida*] *Ganymeden* dicit, ut: *Quem praepes ab Ida Sublimem pedibus rapuit Iovis armiger uncis.*

ligi voluit illum auctorem certaminis futurum, cui se tradere voluerit? [*Qualis aut Nireus fuit*] *Nirei* pulchritudinem et Homerus praedicavit.

ACR. [*O nata mecum consule Mallio* (sic)] amphoram vini alloquitur, cuius vetustati annos suos comparat et dicit se natum Mallio consule et est ordo: *O pia testa, nata mecum Mallio consule.* [*Sive geris iocos*] vino enim aut ioci aut querelae nascuntur vel diversa, quae memo-

POR. [*O nata mecum Consule Mallio*] ioculariter ad amphoram, quam habebat in veterano, loquitur, ut ostenderet, quam vetustum vinum habeat secum natum, dixit: *Apparet autem Flaccum et consule Mallio natum esse.* [*Seu tu querelas sive geris iocos Seu rix. et insan. amor.*

Seu rixam et insanos amores
Seu facilem, pia testa, somnum,
Quocunque lectum nomine Massicum
Servas, moveri digna bono die:
Descende, Corvino iubente,
Promere languidiora vina.
Non ille, quamquam Socraticis madet

v. 3. *rixas* Lips. 1 a m. pr. — 4. *Testa*, littera maiuscula Bentl. Cun. Ion. Sanad. *pia*, *testa*, *somnum* distinguit Bentl. ut *pia* non nisi ad somnum pertineat. — 5. Vand. P, *numine*. In Lips. 2. litterae *o* in *nomine* superadpositum *u*. *Quocunque foetum numine* coni. Bentl. quem tamen vehementer perstrinxit Cuning.

---

i. e. morosos; *iocos*, modice potum hilares atque eos quidem, qui natura ad hilaritatem propensi sunt; *rixam* contra, magis iracundos, ad istum animi affectum natura proclives; *insanos amores*, amantes, ut insaniant amore; *somnum*, somnolentos denique reddit nimis largiter haustum, nimia sua copia. Opportune *M.* cum hoc loco comparat Eveni Parii Carm. XV. Anth. Graec. T. I. p. 99. *Βάκχου μέτρον ἄριστον, ὃ μὴ πολὺ μηδ᾽ ἐλάχιστον· ἔστι γὰρ ἢ λύπης αἴτιος ἢ μανίης.* — *Εἰ δὲ πολὺς πνεύσειεν, ἀπέστραπται μὲν Ἔρωτας, βαπτίζει δ᾽ ὕπνῳ γείτονι τῷ θανάτου.* — *Rixas*, cf. I, 13, 11. coll. Propert. III, 6. init. — *piam*, i. e. munificam, benignam. Interpreter potius, inquit Bothius, innocentem, neque effectuum in ea servati vini, sive bonorum sive malorum, sibi consciam. — *Quocunque nomine*, in quemcunque denique finem et usum tu vinum ex uvis, in Campaniae monte Massico lectis, expressum servas. — *mov. dign. bono die*, digna es, quae laeto festoque die protraharis. — *descende*, notum est veteres vina sua reposuisse in superiore granariorum vel etiam aedium parte, sub ipsis tegulis, cf. III, 8, 11. — *Corvino iubente*, in Corvini honorem, sive potius: dum summus erga Corvinum amor iubet. — *languidiora*, vetustate mitigata, *lenia*, (III, 29, 2.) cf. III, 16, 35. — v. 9. *sermones Socratici*, philosophia Socratica, quam Socrates sermones cum discipulis serendo docebat; *te non negliget*, haud aspernabitur. — *horridus*, ob rigidiora atque asperiora philosophorum vi-

---

rat. [*Quocunq. nomine*] ex omnibus supra dictis, sive iocos sive querelas cett. [*Descende Corvino iubente*] Corvinum se ad convivium invitare significat, in cuius se honorem vina ostendit vetustissima prolaturum. Notanda elocutio: *Descende promere* pro descende, ut promas. [*Madet*] hoc est fluens est philosophiae scientia, optat tamen vino fieri madentior.

Seu facil. pia testa somnum] belle haec dicuntur, ut per vinum alii querulosi, alii hilares fiunt ac iocosi et quidam in convivio in rixam, quidam autem in cupiditatem Veneream effervescunt, nonnulli obdormiunt. [*Descende, Corvino iubente*] significat se Messalam Corvinum pascere, in cuius honorem vetustissimi vini amphoram promere velit. [*Descende promere*] attende elocutionem, *descende promere*, descende, ut promas, ut est illud: *Bibere absumo.* [*Languid.*] autem vina dixit vetustate lenita. Sic ergo et illud supra dictum: *Nec Laestrygonia Bacchus in amphora languescit mihi.* [*Non ille, quamquam Socraticis mad. Sermonibus*] Sensus et ordo est: *Non ille* te negliget, nec est in hoc horridus, quamquam philosophiae studiosus sit. [*Tu lene torm. ingenio admoves*] Quo-

Sermonibus, te negliget horridus:
Narratur et prisci Catonis
Saepe mero caluisse virtus.
Tu lene tormentum ingenio admoves
Plerumque duro: tu sapientium
Curas et arcanum iocoso
Consilium retegis Lyaeo:
Tu spem reducis mentibus anxiis

v. 10. *Negligit* Bentl. 2, 8. Lips. 1, 4. Sic Bentl. Cun. Omnes ceteri *negliget*, quod omnino praestat. — 12. *incaluisse* Bentl. spreta omni librorum auctoritate, e Mario Victorino grammatico, p. 2606. — *Tu leniter mentem* emend. Waddel. Comparat Horat. Epist. II, 2, 36: *Tu leneter tormentum* — — *amoves* nonnulli ap. Glarean. duo Bersm. Brod. cum gloss. „separat." *Vand.-γ*, V, *amoves*, var. *admoves*. I, M, R, *amoves*; T, id., corr. — 14. *sapientius* Dess. 2. — 15. *arcani* Lips. 3. — 16. *reteges* Lips. 4. *religas* Alt. 2. a m. pr. — 17. *spes* Helmst. *reducas* Mentel.

---

vendi praecepta; *madet*, praeceptis philosophicis imbutus. — *prisci Catonis*, *priscus* aliquis dicitur, qui priscorum, h. e. severorum morum est observantior; infr. Epist. II, 2, 117.: *Quae priscis memorata Catonibus atque Cethegis.* — Quemadmodum color h. l. ipsaque comparatio Catonis cum Messala prodit, recte *M.* sub *Catone* hic laudato *Vticensem* intelligere putandus; interpretes inter se discrepant, utrum *Cato Maior* s. *Censorius* an *Vticensis* fuerit, quem paulo liberius nonnunquam vino indulsisse tradunt. — *lene* bene opponitur *duro*! — *ingenium durum*, de animi natura difficili, morosa. — *retegis*, patefacis, recludis, in medium profers *curas sapientium*, *φιλοσόφων μελετάς*, quidquid acerrima meditatione extuderunt, nova ipsorum de rebus divinis humanisque dogmata. — *consilia*, *βουλεύματα*, h. e. *διανοήματα*, decreta, placita philosophorum. *Arcana* dicuntur, quatenus vino demum reteguntur atque explicantur. — *iocoso Lyaeo*, *iocosus* propterea dicitur, quod ad lusus iocosque provocat. — Pergit in vini virtutum commemoratione: *Tu spem reducis mentibus anxiis*, sperare iterum iubes sollicitos, melioris sortis spe erigis afflictos. Hinc infr. IV, 12, 19.: *Vinum spes novas dare* et Epist. I, 15, 19.: *cum spe divite in venas animumque manare* et Epist. I, 5, 17.: *spes ratas esse iubere* dicitur. — *et addis cornua pauperi*, proverbialis locutio est. *Tunc veniunt risus, tunc pauper cornua sumit* Ovid. A. A. I, 238. — *κέρατα ἔχειν* dicuntur audaces et fortes, *cornu* enim est roboris insigne. — *Post te*, sc. vino hausto, ut *post vina* I, 18, 5. — *neque tre-*

[*Te negliget*] contemnet. [*Horridus*] tristis, Censorius, severus. [*Prisci*] antiquioris, non Vticensis. [*Caluisse*] efferbuisse, ut: *Quamvis secreta proderet.* [*Virtus*] ingenium sive prudentia. [*Tu lene tormentum*] laus vini. Hoc est, ebrietate interdum prodis, quod per obstinationem animi non potest extorqueri tormentis, prodendo enim secreta removet tormentum. [*Mentibus anxiis*] i. e. sollicitis. Prudentibus etiam ad cogitationiam et blanditur ebrietas et extorquet plerumque animi gravitatem. [*Viresq. et addis corn. pauperi*] bene et hoc, quia interdum per ebrietatem homines humilitatis suae obliti, in maiorem sui fiduciam exsurgunt, per quam melioribus non cedentes accenduntur temeritate. Per *cornua* autem

Viresque et addis cornua pauperi,
Post te neque iratos trementi
Regum apices neque militum arma.
Te Liber et, si laeta aderit, Venus
Segnesque nodum solvere Gratiae
Vivaeque producent lucernae,
Dum rediens fugat astra Phoebus.

v. 18. *addes* Lips. 2 a m. pr. — 19. *nec i.* aliquot Mss. Sed *neque* plurimi rectius e numeri legibus. *timenti* Helmst. e glossa. — 23. *producunt* Cod. Guelf. — 24. *fuget* Sivr.

---

menti, minime metuenti, quippe qui vino largiter hausto plane nihil timeat. — *iratos apices*, regum s. tyrannorum diadema nuncupat, cf. I, 34, 14. — *neque arma militum*, ne gladios quidem militum in se vel adeo strictos. — v. 21. Tecum per totam noctem potabimus. — *laeta*, propitia, quippe quae augeat nostram laetitiam. — *segnesq. solvere*, ad solvendum, Graeca forma dictum; *nodum*, nexum, mutuo amplexu haud divelluntur. *Χάριτες συζυγίαι* Eurip. Hippol. v. 1147. — *vivae lucernae*, cf. I, 27, 6. III, 8, 14. — v. 24. Vsque ad solis ortum. Similiter Propert. IV, 7, 85. *Sic noctem patera, sic ducam carmine, donec Iniiciat radios in mea vina dies.*

---

num levamen vino praestari et removeri tristitiam. [*Et addis cornua pauperi*] i. e. superbiam, temeritatem, quam vino fieri per vinolentiam cerebri vult intelligi. Ordo est: *Et addis cornua pauperi et vires post te nec trementi iratos apices regum neque arma militum.* [*Trementi*] i. e. pauperi frigore trementi et ostendit superiores et nobile ab inferioribus contemni per vinum. [*Te, Liber, et si laeta aderit Venus*] Ordo est: *Te, Liber, et si aderit laeta Venus et Gratiae segnes solvere nodum et vivae lucernae producent, dum Phoebus rediens fugat astra.* [*Segnesq. nod. Solvere Gratiae*] h. e. quae nodum non solvant, quo connexae sunt, propterea hoc dictum est, quia qui fida inter se gratia iunguntur, umquam resolvuntur ab amicitiae fide, unde et ipsae Gratiae coniunctis secum manibus finguntur. [*Producent*] in lucem se per gratiam et laetitiam, significat protracturum esse convivium. [*Fugat astra Phoebus*] ut: *Stellis aurora fugatis.*

violationem et per hanc vinolentiam cerebri intelligi vult. [*Te Liber et si laeta aderit Venus*] significat se ex hac amphora potando hilaritatem et gratiam convivii usque in crastinum mane producturum. [*Vivaeque producent lucernae*] pro ardentibus dixit. [*Reg. apices*] per apicem sublimitatem honoris ac potentiae significat, ut supra ostendimus. [*Segnesq. nodum solvere Grat.*] h. e. quae nodum non solvunt; ad hoc autem id pertinet, quod qui fida gratia inter se iuncti sunt, nunquam ab amicitia solvuntur.

CARMEN XXII.

ARGUM. *Dianae consecrat pinum villae suae propinquam et quotannis verris immolati sanguine arborem hanc adspersurum se vovet.*

AD DIANAM.

Montium custos nemorumque, Virgo,
Quae laborantes utero puellas
Ter vocata audis adimisque leto,
Diva triformis:
Inminens villae tua pinus esto,
Quam per exactos ego laetus annos
Verris obliquum meditantis ictum
Sanguine donem.

DIANAE OFFICIA CELEBRAT editt. vett. Vand A, E, γ, H, I, AD DIANAM LVCIFERAM; O, HYMNVS IN DIANAM, sic etiam Cod. Guelf.

v. 3. *letum* Lips. 1 a m. s. et iam. Comment. Cruqu. sic legisse videtur.

---

v. 1. *Montium custos*, quorum est dea tutelaris. Supr. I, 21, 5. *laeta nemorum coma* dicitur. — *Virgo*, ut supr. I, 12, 22. — *labor. utero puellae* sunt, quae in eo sunt, ut partum edant, quod quidem non sine magnis doloribus fieri solet. — *puellas*, i. e. iuvenes uxores, cf. III, 14, 10. — *triformis*, in caelo *Luna*, in terris *Diana*, apud inferos *Hecate*. — *tua*, tibi dicata. — *per exactos annos*, quotannis, ut supr. III, 18, 5. *pleno anno.* — *obliq. med. ictum*, oblique et a latere, ut solent apri, dum transcurrunt, ictum inferre meditantes. Cf. III, 13, 4. — Iocose vernacule, aprum annuum (cuius mentionem fecit copia poetica) interpretatus est *Vossius: Eberjüngling*, d. h. ein junger einjaehriger Eber.

ACR. [*Montium custos*] pinum Dianae in agro suo consecrat, apud quam se v... verrem quotannis sacrificaturum promittit. [*Ter vocata*] Tres Dianae potesta...tes putabantur. Ipsa enim venantibus praeesse dicebatur. Ipsa lucifera in ho...norem Lucinae. Vnde et Lucina a parturientibus in-vocat... Ipsa Proser...pina ideoque ter vocata. Nam et ipsa prior a Latona dicitu... edita, tum ... matrem etiam in fratris partu iuvisse. [*Diva triformis*] ut: ... *virginis ora Dianae.* [*Imminens villae*] Ordo est: *Pinus imminens villae, tua esto*, pro sit: et sic est melius dictum, quam si dicatur, *esto* adverbium concedentis. [*Exactos*] Finitos. [*Verris obliquum meditantis ictum*] modum ferientis porci describit. Nam saevius laedunt verres, cum transversim feriunt iuxta dentium naturam.

POR. [*Montium cust. nemor. Virgo*] Dianae pinum in fundo suo consecrat, apud quam quotannis se sacrificaturum promittit. [*Quae laborantes utero puell. Ter voc. audis*] secundum Graecorum opinionem, qui parientibus Dianam adesse dicunt, quam ideo Lucinam appellamus, quod lucem nascentibus tribuat. [*Diva triform.*] ut dicatur manifestum, quia scilicet eadem existimatur Lucina, Diana, Proserpina.

CARMEN XXIII.

Argum. *Corrigit hoc carmine poeta (ut recte censet M.) meticulosam rusticarum mulierum, quae sacra in agris procurarent, religionem, quotidianis sacrificiis, iisque pro facultate lautioribus, Deorum pacem exposcentium, monetque exiguis donis, novilunii diebus oblatis, agrorum ubertatem gregumque fecunditatem abunde a Diis posse redimi. Dii non tam sacrificii sumptus, quam potius offerentis spectant animum pium!* —

AD PHIDYLEN.

Caelo supinas si tuleris manus
Nascente Luna, rustica Phidyle,
Si ture placaris et horna
Fruge Lares avidaque porca:
Nec pestilentem sentiet Africum
Fecunda vitis, nec sterilem seges
Robiginem aut dulces alumni

v. 2. Varie corrumpitur nomen *Phidyle*, Φειδύλη. In Mitscherlichii editione ex errore turpi typothetarum legitur: *ad Phlidylen.* — 7. *rubiginem* vulgo scribitur. Sed *robiginem* e vera et antiqua scriptura Blandd. Cruqu. Locher. Bentl. Cun. — 8. *Pomiferi anni* emend. Markland. ad Stat. Silv. I, 3, 8.

---

v. 1. *Si tuleris manus supinas*, ὑπτίας, expansis palmis. *χεῖρας ἀνασχεῖν, χεῖρ' ὀρέγειν εἰς οὐρανὸν* Homer. — *horna fruge*, ὡραίᾳ, frugum primitiis novi anni. — *Porci* Laribus immolari solent, vid. Serm. II, 3, 165. — *avida* e natura animalis. — v. 5. *Africus pestilens*, omnino *nocens* (II, 14, 15.), tum maxime vitibus infestus. — *robigo sterilis*, vitium, quod segeti nimio solis aestu contrahitur, fere idem quod apud nos *Brand*, sterilitatis causa. — *dulces alumni*, vid. supr. III, 18, 3.: *parvi alumni*, haedi, agni. — *grave tempus*, valetudini ob aëris gravitatem perniciosum; *pomifer annus* appellatur auctumnus. Tempus istud insalubre propter *pluvios ventos* (I, 17, 4.) h. e. Austrum, *per auctumnos corporibus metuendum* II, 14, 16. coll. Serm. II, 6, 19. — *Algido*, cf. supr.

ACR. [*Caelo sup. si tuleris man.*] quandam Phidilen alloquitur, suadens deos magis puris manibus et bona coli conscientia deberi quam victimis. *Supinas* vero dixit, ad superiora palmas apertas et expansas, ut: *Tendoque supinas ad caelum cum voce manus.* [*Nascente luna*] solent enim rusticae mulieres in initio primae lunae preces caelo effundere. [*Horna*] annua vel nova, ab *horno* derivatur. [*Fruge*] vino novello. Nunc usque Tusci *horna* novella vina dicunt. Nam et vino sacrificabatur, ut: *Vinaque fundebat pateris*, et fruge, ut: *Et salsae fruges. Sal* enim cum *farre* incendebatur. Vt: *Farre pio et plena supplex veneratur acerra.* [*Dulces alumni*] quos nutrimentorum commendaret affectio.

POR. [*Caelo sup. si tuleris manus*] hac ode quandam Phidilen alloquitur, dicens, ei deos puris manibus et bona conscientia colendos esse. [*Supinas*] i. e. supplices, ut Virg.: *Tendoque supinas ad caelum cum*

Pomifero grave tempus anno.
Nam, quae nivali pascitur Algido
Devota quercus inter et ilices
Aut crescit Albanis in herbis
Victima, pontificum secures
Cervice tinguet. Te nihil adtinet
Tentare multa caede bidentium
Parvos coronantem marino
Rore Deos fragilique myrto.
Inmunis aram si tetigit manus,

v. 11. *hortis*, nonnulli, teste Ge. Fabr. — 12. *securim* Pulm. 1. cod. Gifan. Quod si bene staret, debebat etiam poeta scribere *pontificis*. Attamen huiusmodi emendationes atq. sim. re vera nihili sunt. — 14. *bibentium* Fran. Lips. 1 a m. pr. — 17. Vltimos quatuor versus resecuit Guietus, ut saepius facere solet.

---

ad I, 21, 6. — *Devòta victima*, sc. futura. — *Albanis in herbis*, h. e. pascuis circa Albam Longam. *Albanae herbae* dicuntur, quae crescunt circa lacum Albanum, hodie *lago di Castel Gandolfo*, quem inter et montem Albanum sita erat Alba Longa, oppidum, a Tullo Hostilio excisum ā. u. LXXXVIII. — v. 13. *Nihil attinet*, οὐδὲν προσήκει, nihil necesse est, minime consentaneum est, te istos imitari. *Tentare* pro, placare, propitios reddere velle, *multa caede bidentium*, multarum ovium caede; *coronantem*, dum modo corones *deos parvos*, exigua Larium simulacra, serto e *rore marino* et *myrto* plexo, ex more apud veteres usitatiore. *myrtus fragilis* propterea dicitur, quod tenera ac flexibilis coronis nectendis est apta. — *immunis manus*, καθαρά, sceleris omnino pura, quae *si aram*

Vt: *Interea dulces pendent circum oscula nati.* [*Pomifer. grave tempus anno*] pomorum enim vario gustu languescunt corpora auctumno, quorum eo tempore maxima copia est. Nam et grave et pestilens tempus est, ut Iuven.: *Iam letifero cedente pruinis Auctumno.* Iubet ergo necessitate temporis, devotione et supplicationibus deos mitigari. [*Nam quae nivali*] Ordo est: *Nam victima, quae pascitur nivali Algido, inter quercus et ilices aut quae crescit in Albanis herbis, tinget secures pontificum cervice*, i. e. magnae victimae potentibus conveniunt. [*Te nihil adtinet*] distare dicit inter publica et privata sacrificia. Et aliud pontificibus convenire, qui ad immolandum diis hostias magnas inquirunt, aliud velut privatim debere praeparari, h. e. aut myrtum aut rorem marinum. Ordo est: *Te coronantem parvos deos marino rore et fragili myrto nihil adtinet tentare illos multa caede bidentium. Bidentes* proprie dicuntur oves duos annos habentes; sic vocatae ab eminentioribus dentibus, qui circa duos annos nascuntur. [*Immunis aram si tetigit manus*] *Im-*

voce manus. [*Pomif. anno*] pro pomifera anni parte, i. e. tempore auctumnali, quod est grave et pestilens. [*Nam quae nivali pascitur Algido Devota*] dicit aliud convenire pontificibus, aliud, qui privatos Lares suos ornant. Illos enim hostias magnas diis immolare debere, hos autem myrto et marino rore contentos esse debere. *Devota* autem absolute dicitur et significat diis destinata. Ordo est: *Devota victima, quae pascitur nivali Algido inter quercus et ilices aut crescit in Albanis herbis, tinget secures Pontificum cervice.* [*Coron. marin. Rore deos fragiliq.*

Non sumptuosa blandior hostia
Mollivit aversos Penates
Farre pio et saliente mica.

v. 18. *Hanc s.* unus Bersm. — 19. *Mollibit* (sic Cod. Goth. et Guelf.) Acr. pleriq. Cruqu. omn. Torr. Pulm. 2, 3,4,5. Bentl. 1, 2. aliique, Lips. 3, 4. Alt. 1. Mentel. Venet. 1492. Mancin. Locher. unde in secutis edd. vulgo legitur. Sic Asc. Basill. Bonfin. Lamb. Torr. Cruqu. Muret. Fabric. Steph. Rutg. Heins. Fab. Dacer. Baxt. Ion. Sivr. Sed *mollivit* Acr. ms. ap. Bentl. Pulm. 1. unus Bland. Mald. Mart. Cruqu. cod. Gifan. duo Bersm. Bentl. 6 a m. pr. 9. Sax. Lips. 1, 2. Dess. 2. Helmst. pro var. lect. Venet. 1478. Mediol. 1477. 1502. Bentl. Gesn. Rutg. Bentl. neminem ait Horatii aetate futurum quartae coniugationis terminasse in *ibo*, idque igitur si Horatius fecisset, certe adnotaturos fuisse grammaticos veteres, quod sit argumento illos h. l. legisse: *mollivit*. Postulat etiam sententiae elegantia tempus praeteritum *mollivit*, ut ante *tetigit*, cum notione temporis aoristi (*ἀοριστῶς*, ut aiunt sexcenties intpp.) pro praesenti, venusta et poetis sollenni enallage, positum. — *adversos*, facili lapsu, Mald. Mart. Cruqu. unus Bersm. Lips. 1, 3, 4. Helmst.

---

tetigit, sc. eo fine, ut sacrificium pio ex animo faceret, *non sumptuosa hostia*, nulla hostia, nullum sacrificium etsi splendidissimum, *aversos Penates mollivit blandior*, melior placavit aversos deos penates, iisque magis placuit, quam *far pium et saliens mica*, tenuissimum sacrificium, sed animo pio diis oblatum. Quae quidem simplicior hunc locum interpretandi ratio Horatio omnino digna ideoque alteri est praeferenda, quam *M.* doctiorem vocat, ut solet. En, vide istam rationem doctam: manus, *si*, quae immunis, sc. a scelere, *καθαρά*, *aram tetigit*, tangit, deos veneratura, *illa non blandior mollivit*, pro, non magis emollit, propitios reddit *Penates aversos sumptuosa hostia*, si sumptuosum offerat sacrum, quam *farre* cett. si tenue. Syllaba brevis in *sumptuosa* Lambinum commovisse videtur, ut hanc vocem in casu sexto positam censeret. Bentleius contra affirmat, ob sequens *bl* hanc vocem productam esse. Neque uno neque altero, ut ita dicam, est opus, quum illius syllabae brevitas in caesura posita recte habeat, ut doctrina metrica satis docet. Ceterum de huius loci sententia sic statuendum videtur: si dives isque pius sacrificium facit splendidissimum, id nequaquam Diis magis placet, quam si pauper idem fe-

---

munis, scelerum subaudiendum, i. e. innocens. Ordo est: *Si manus immunis scelerum tetigit aram, sumptuosa hostis non mollibit aversos penates, blandior pio farre et saliente mica.* [*Saliente mica*] rationem voluit salis incensi monstrare, quod crepitare et exsilire flamma consuevit. Et nota plus valere far, i. e. parvum sacrificium cum innocentia, quam magnum cum scelere. [*Mollibit*] placabit. [*Aversos*] iratos, offensos.

myrto] marinum rorem hodieque in Italia virgultum quoddam appellant. [*Immun. ar. si tetig. man.*] subaudiendum extrinsecus *scelerum* aut tale quid, quia immunem scelerum manum vult intelligi, i. e. a sceleribus puram, quam dicit blandiorem diis esse farre et granis sacrificantem, quam si sumptuosam hostiam sacrificet. [*Non sumpt. bland. host.*] nominativi casus sunt *sumptuosa* et *hostia*, quia sensus est: Non blandior diis sumptuosa hostia per sacrificium, quam manus, quae innocens farre et saliente mica sacrificat. *Salientem* autem *micam* salis granum intellige, quod saliat, cum in ignem missum sit.

CARMEN XXIV.

ARGUM. *Seculi sui vitia insectatur et eorum remedium proponit.*
Prima peregrinos obscena pecunia mores
Intulit et turpi fregerunt secula luxu
Divitiae molles. IVVENAL. VI, 198.

Intactis opulentior
Thesauris Arabum et divitis Indiae
Caementis licet occupes
Tyrrhenum omne tuis et mare Apulicum,

IN AVAROS (sic *Iahn.*)
IN AVAROS ROMANOS ET DE SCYTHARVM CONTINENTIA edd. vett.
Vand. C, CONTRA LVXVRIOSOS.
INDOMITAM LVXVRIAM COMPESCENDAM OSTENDIT Cod. Goth.
AD AVAROS DIVITES Cod. Guelf.
Simpliciter inscribitur „*RUEGE*" apud *Vossium*, quae inscriptio mihi cum maxime placet.

v. 4. *mare Ponticum*, multi mss. et edd. ut Iann. Lamb. a m. s. Pulm. 2, 3, 4. unus Bland. Div. aliique ap. Cruqu. aliquot Torrent. Lips. 1, 3 a m. s. 4. Alt. 1. Acr. Venet. 1492. 1590. Locher. Asc. Basill. 1527. 31. 55. 80. Muret. Steph. Fabr. Rutg. Cruqu. et fere omnes ante Lamb. Alii aliter scribunt atque intelligunt, sed talia missa faciamus. *Apulicum* duo Lamb. tres Torr. Pulm. 5. Mald. Cruqu. et unus Bland. pro var. lect. Mentel. Dess. 2. Bentl. it. Lamb. Torrent. Heins. Fab. Dacer. Baxt. Cun. San. Gesn. Ion.

---

cerit pro facultate sua, sed pariter plus atque ille dives; omne vero sacrificium, nisi pio ex animo oblatum, Diis semper displicet; Deos tantum cogitationes s. ingenium nostrum curare puta, minime autem, ut vulgo satis perverse creditur, pretium victimae.

---

v. 1. Mortis commemoratione Hor. divitiarum cupidos a stultitia sua deterrere studet: I, 4, 13. II, 18, 17 sqq. III, 1, 9 sqq. De *beatis Arabum gazis* vid. ad I, 29, 1. — *Intactis opulentior thesauris*, quos hostilis manus nondum adtigit. Romanos Arabiae vi armorum occupandae consilium saepius cepisse, satis notum est pariter atque eventus omnium fere in Arabiam expeditionum susceptarum omnino infelix. — v. 3. De huiusmodi substructionibus, quibus tum temporis gaudebant Romani, vid. ad III, 1, 33. et

---

ACR. [*Intactis opulentior thesauris*] generaliter hac ode invehitur in luxuriam omnia prophanantem et aedificiis novis non terram tantum, sed etiam maria occupantem. Ordo est: *Tu*, supple, avare, *opulentior intactis thesauris Arabum et divitis Indiae, licet occupes omne Tyrrhenum mare et mare Ponticum tuis caementis, non expedies animum metu et caput laqueis mortis, siquidem dira necessitas figit adamantinos clavos summis verticibus.* [*Arab. et divit. Indiae*] ditissimas gentes ad divitiarum emphasin posuit. [*Caementis*] saxis ad fabricandum provisis.

POR. [*Intactis opulentior Thesauris*] hac ode generaliter invehitur in luxuriam omnem omnia profanantem et aedificiis novis non terram tan-

Si figit adamantinos
  Summis verticibus dira Necessitas
Clavos, non animum metu,
  Non Mortis laqueis expedies caput.
Campestres melius Scythae,
  Quorum plaustra vagas rite trahunt domos,

v. 5. *Si-clavos* uncis inclusit manus recentior in Lips. 3. Idem vult Bentl. sed pro *si* coniicit *sic*. Si cui placet Bentleium de hac coniectura satis ridicula inspicere, ultro faciat, nos quidem eo lubentius abstinemus, quo minus tantum virum acrius perstringere animus fert. Nihilominus Bentl. secutus Sanad. — *figet* quid. ed. — 6. *dira* omnes mss. et edd. Sed *dura* emend. Bentl. quem secuti Cun. Sanad. neque viderunt, Necessitatem DEAM multo praeclarius atque efficacius „diram" quam „duram" dici. — 7. *animos* Mentel. *Vand.* N, R, *animos;* D, *animos*, var. *animum*; I, *animum*, var. *animos;* alii omnes *animum*. — 8. *expediet* Mentel. — 10. Vand. R, *domos rite trahunt vagas.*

II, 18, 20. — Mare Hadriaticum poeta Apulicum dixit, quod Apuliam attingit. — Nemo mortem effugere potest, si fatalis hora instat. Quod tanquam poeta sermone usus antiquo adumbravit. *Necessitas*, *Ἀνάγκη, Μοῖρα*, i. e. Fatum. De *clavis*, firmitatis et violentiae symbolis, vid. ad I, 35, 18. — v. 5. *adamantini*, ad notionem firmitatis augendam, materiae durissimae. — *summis verticibus figit*, in summo vertice eos defigendo. Alligandi igitur notio primaria atque unica huic imagini subest, qua τὸ ἄφυκτον, fatum inevitabile, designatur. Ceterum conf. I, 35, 17. coll. I, 6, 13. III, 1, 14. — v. 8. *non expedies*, haud evitabis mortem, pro quo tamen et *animum* et *caput* posuit, *laqueis mortis*, retibus, quibus mors homines implicare fingitur. — De verbo EXPEDIRE quoque in *Lexico* nostro *Horatiano* diximus: *Expedio*, *ἀπολύω*, solvo, quasi pedem ligatum libero, cui contrarium est *impedio*. De isto homine, cuius quidem culpa *Lexicon* ab nobis saepius commemoratum nondum in lucem prodiit neque unquam in huiusmodi officina, qualem supra pag. 419. laudavimus, proditurum est, ne verbum quidem addiderim praeter illa Horatii: *Foenum habet in cornu; longe fuge!* Serm. I, 4, 34. ibique 85. — v. 9. *Scythae campestres*, qui in aperto campo vivunt, *Σκύθαι γεωργοί*, *melius*, sapientius vivunt, ut supr. I, 10, 1.: *rectius vivere*. Iustin. II, 1.: *Vxores liberos-*

[*Adamantinos*] qui frangi non possunt pro metalli soliditate. [*Dira necessitas*] pro morte posuit *necessitatem*. Sensus autem hic est: Quamvis multa possideas ampla, non tamen sincera et certa voluptate his frui potes. Quippe cum necessitate mortis adstricta sit humana conditio, ne possis te ullo remedio inde aut praemio redimere. *Adamantinos* autem *clavos* pro mortis necessitate posuit, quae vinci et expugnari non potest. [*Campestres melius Scythae*] *Scythae campestres* dicti, eo quod in campis sine tectis sub tentoriis vivant, quae carpentis moventur, ut Sallu-

tum, verum etiam maria occupantem. [*Dira necessitas*] *necessitatem* hic pro morte posuit. Sensus autem: Quamvis multa ampla possideas, non tamen sincera voluptate his frui potes, quippe cum necessitati mortis te obstrictum esse scias, nec possis inde ullo remedio aut praemio redimere. *Adamantinos* autem *clavos* pro necessitate mortis, quae dura est et immutabilis, non mala conceptione dictum est. [*Camp. mel. Scythae*]

Vivunt et rigidi Getae,
  Inmetata quibus iugera liberas
Fruges et Cererem ferunt,
  Nec cultura placet longior annua,
Defunctumque laboribus
  Aequali recreat sorte vicarius.
Illic matre carentibus
  Privignis mulier temperat innocens,
Nec dotata regit virum
  Coniux, nec nitido fidit adultero:
Dos est magna parentium

v. 20. *figit* Lips. 4. *Vand.* P, *timido*. — 21. *parentum* Lipss. Dess. 2. Metri causa legendum est *parentium*, ut habent ceteri, etiam ex marmoribus scriptis probat Fabrett. inscript. pag. 99. n. 221.

---

que secum in plaustris vehunt, quibus coriis imbrium hiemisque causa tectis pro domibus utuntur; unde illi Graecis dicti sunt ἁμάξοικοι, ἁμαξόβιοι. — v. 10. *rite*, ut fert eorum mos vitaeque ratio. — v. 11. *rigidi Getae*, Thraciae populus eadem, qua Scythae, victus simplicitate morumque integritate notus, proptereaque *rigidi* dicti, ut infr. Epist. II, 1, 25. *rigidi Sabini*. Vid. Strabo VII. p. 302. — v. 12. *iugera immetata*, terra haud in iugera descripta, nullis limitibus distincta, sed communis; quam ob rem *fruges liberas* commemorat, quae ad omnes pertinent, nullius proprias. — v. 14. *Nec cultura placet longior annua*, anno longius, sedem quippe quotannis mutantibus. — v. 15-16. Agriculturae haecce inter eos constat ratio, ut vicissim opus ruri faciant, ita quidem, ut ii, qui hoc anno illud coluerint, insequenti immunes ab opere sint, aliis ipsorum vices subeuntibus. — *vicarius aequali sorte*, vices alterius, ut sors postulat aequalis, suscipiens. Cf. Caesar de Suevis agens B. G. IV, 1. ad hunc Horatii locum iam a Lambino laudatus. — v. 17-24. *temperat* intpp. explicant miscet pocula sine noxa, sed, ut bene animadvertit *Doeringus*, *temperare*

---

stius: *Quibus plaustra sedes sunt.* [*Rigidi Getae*] asperi, fortes, propter frigidam regionem, ut: *Sive Getis inferre manum.* [*Nec cultura placet longior annua*] i. e. qui non plus colant, nisi quod expensis unius anni sufficiat, continuae sedis incerti. [*Defunct. labor.*] i. e. liberatum, ut: *Magnis pelagi defuncte periclis.* [*Aequali recreat sorte vicarius*] in laboribus succedendo unus alteri. [*Illic matre*] Ordo est: *Illic innocens mulier temperat*, i. e. parat pocula *privignis carentibus matre*, i. e. non sunt odia novercarum. [*Nec dotat. reg. vir.*] *dos* est donum puellarum nubentium. Castitatem laudat exemplo barbarico, eo quod dotem habent virtutem parentum et amorem coniugum, quae viros vitantes

quod in campis sine tectis vivant, (*ita*) dicti sunt, de quibus et Sallust. sic ait: *Scythae Nomades tenent, quibus plaustra sedes sunt.* [*Et rigid. Getae*] Thraces sunt, quos *rigidos* dixit propter frigora regionum earum. [*Immetata quib. iug. liber. Frug. et Cerer. ferunt*] *immetata*, i. e. interminata. Commune autem inter se barbaris solum eorum esse, omnibus notum est. [*Nec cultur. plac. long. annua*] h. e. nec plus colunt, quam unde unius anni fructum percipiant. [*Defunct. labor. Aequal. recreat sorte vicarius*] vicem laborandi inter se praestare barbaros osten-

Virtus et metuens alterius viri
Certo foedere castitas:
Et peccare nefas aut pretium est mori.
O quisquis volet inpias

v. 22. *alterius tori* Lips. 4. — 24. *Aut peccare* var. lect. ap. Iones. *et pret.* Alt. 1. Dess. 2. Lips. 4. — *pretium est mori*, omnes mss. apud Feam, praeter Va. A. B. qui habent *pretium mori*, ut etiam aliqui apud. Bentl. Ianium; ita Porph. Comm. Cruqu. Asc. Heins. unus Pulm. *pretium emori*, quem sequuntur Baxt. Gesn. Cun. San. Iani, Oberlin. In textu ex plur. codd. consensu dedi *pretium est mori* (sic omnes praeter M, O, T, *Vanderbourgii* codices) quae lectio alteri est praeferenda, minime autem impugnanda, ut intpp. quidam putant.

---

alicui pro „pocula alicui miscere" vix fert usus loquendi, nec quisquam fortasse ita locutus est; ut nihil de significatione vocis „*innocens*" dicatur, pro, sine damno, veneno haud admixto. Itaque non dubitat *D.* quin *temperare privignis* iam sit: temperanter et leniter tractare privignos, mitem se praebere privignis, iis parcere; sic fere Cic. pro Balbo 27. *temperare amicis.* Verr. II, 2. *hostibus.* Ver. I, 59. *sociis* dixit. — Omnino, ut sponte apparet, haec interpretandi ratio multum habet, quo se commendet; nam sensus verborum re vera melior ac suavior evadit, quam qui ex altera explicandi ratione enucleatur. Huc accedit, quod *Vossius* hunc locum pariter interpretatus vernacule sic reddidit: *Dort am mutterverwaiseten Stiefsohn übet das Weib Zaertlichkeit ohne Schuld. Nec dotat. reg. vir.* Similiter Plautus (Men. V, 2, 16.), cuius sententia huic convenit: *Ita isthaec solent, quae viros subservire sibi postulant, dote fretae, feroces.* Idem Asin. I, 1, 74.: *Argentum accepi, dote imperium vendidi.* Notissimum est in hanc sententiam illud Iuvenalis: *Intolerabilius nihil est, quam femina dives.* Sed nulla regula sine exceptione; sunt quoque nequaquam dotatae mulieres pariter atque istae intolerabiles cett. — *nec nitid. fidit adultero*, praeclare audit sensus horum verborum apud *Vossium: Keine Gattin mit reichem Erb' Herrscht im Hause des Manns, gleissenden Buhlen hold.* — *fidit*, amatoris praesidio adversus mariti iniurias quemadmodum tutata, quam ob rem adulteris non solum fidit, sed iis placere cum maxime cupit. — *Virtus parentium*, quae tam ad bonam liberorum educationem quam ad artes, quibus parentes sunt insignes, spectat, quod quidem ex rerum natura fieri necesse est; cf. IV, 4, 29.: *Fortes creantur fortibus et bonis.* — *castitas metuens alterius viri*, quae tangi se non sinit ab alio viro, *metuitque tangi* III, 11, 10. *certo foedere*, sc. matrimonii, dum sancte servat foedus cum marito initum. — *Et peccare nefas*, et dos est sive pro dote est apud illas gentes, quod earum filiae *peccare* (adulterare, ἁμαρτάνειν) *nefas* esse ducunt, *aut pretium est mori*, aut intentatum aut illatum flagitium morte voluntaria redimunt; quod etiam dotis loco aestimatur. — v. 25. *O quisquis — — civicam*, quorum verborum sensum ita interpretor, ut post *civicam* interrogationis signum ponam; *quisquis*, quicunque e republica *tollere*, penitus abolere *volet inpias*, mutuas civium *caedes et rabiem civicam;* quis est, inquam, qui hoc efficere volet? — et si volet, quomodo poterit? — Quae nunc sequuntur, ad

---

externos servant pudicitiam coniugalem. [*Et peccare nef. aut pret. est mori*] mortem pretium dixit esse peccati et est sensus: Et peccare aut

dit. [*Et metuens alter. viri*] subaudiendum extrinsecus *concubitum.* [*Et peccare nefas aut pretium mori*] h. e. peccare nefas videtur aut, qui peccaverit, morte poenas luit. [*O quisquis*] non recte a superiore ode

Caedes et rabiem tollere civicam?
Si quaeret PATER VRBIVM
Subscribi statuis, indomitam audeat
Refrenare licentiam
Clarus postgenitis, quatenus, heu nefas!
Virtutem incolumem odimus,
Sublatam ex oculis quaerimus invidi.
Quid tristes querimoniae,

v. 26. *caedes aut* Pulm. 2, 5. Lips. 2. Basill. Fabr. Muret. Cruqu. Torr. Rutg. Cun. *caedes et* omnes Lamb. Bentl. Pulm. 1, 3, 4. Venet. Locher. Asc. Fab. Dacer. Steph. Bentl. Sanad. Recte. — 27. *quaerit* quid. Lamb. unus Bersm. Pulm. 5. Mentel. Lips. 1. a m. s. 2. Dess. 2. Bentl. 1, 9, 13. Praestat codd. auctoritate *quaeret.* — 30. *carus* codex antiq. ap. Canter. Nov. lect. VII, 30. Placet Lambino, Fabro, Dacerio, ob sq. *odimus.*

Augustum pertinere videntur; is enim post mortem non solum *Pater Patriae*
nuncupatus, sed etiam inter Divos superos ipse relatus est; tulit quoque
leges de adulteriis, v. c. *Iuliam, Papiam Poppaeam.* Si quis igitur tantae
gloriae cupidus est, *audeat refrenare indomitam licentiam*, severissimis
legibus atque institutis compescat, coerceat *indomitam*, effrenatam morum
licentiam. — *Pater urbium* recte vocabitur, qui tollet impias caedes, i. e.
contra pietatem patriae debitam patratas; et *rabiem civicam*, intestina odia,
factiones in patria et contra eamdem, e quibus Roma paullo ante emerse-
rat et quibus denuo affligi eam posse videbant oculati cives. Causam et
effectus avertere debebat, qui bene de patria mereri et publico de-
creto dici cupiebat *Pater Patriae.* — v. 30. *Clarus* futurus, unde
summam nominis claritatem, famam consequatur apud *postgenitos*, posteros,
τοὺς ὀπίσω, μετὰ γεγεννημένους, vid. I, 28, 31. — *Quatenus*, quando-
quidem *virtutem*, virum probum, patriae saluti prospicientem *odimus*, in-
vidia prosequimur, carpimus, meritis eius detrahimus, *incolumem*, dum vi-
vit, superstes, praesens est; *sublatam* autem *ex oculis*, mortuum tali prae-
ditum virtute, cuius splendorem oculi haud ferre poterant, *quaerimus*, de-
sideramus, laudamus. — *invidi* tam ad *odimus*, quam ad *quaerimus* refe-

---

est illis nefas aut est poena mori; nam ad superiora respicit. [*Si quaeret*
pater urb.] si sit, qui velit pater patriae vocari et statuarum titulos habere,
is tollat licentiam praesumendi et illicita non praesumat admittere. [*Clarus*
postgenitis] aut postea laudetur in filiis aut ob severitatis et correctionis
institutum posteris admirandus. [*Quatenus*] quamdiu; nam *quatenus* adver-
bium est interdum temporis, interdum loci; *quatinus* vero coniunctio est tan-
tum. [*Incolum.*] incorruptam, sine corrigentis districtione servatam. [*Sub-*
latam] remotam; nam virtus sic quaerenda est, ut semper prae oculis
habeatur, sed sic virtutem quaerimus, ut semper absens sit causa, videli-
cet nostrae malitiae. [*Quid tristes querim.*] quid de malis iuvat moribus

haec separata sunt, cum inde pendeant et illis annexa sint. [*Si quaeret*
pat. urb. subscribi statuis] i. e. si vult gratiam apud cives suos collo-
care, per quam mereatur, ut publicae statuae ponantur et in titulo earum
pater urbium adscribatur. [*Virtut. incolumem odim.*] qui bonos viros in-
columes odimus, etiam mortuos oderimus, ipse ostendit in quaerendo in-
videri. Vere enim per invidiam fit, ut boni viri, dum amissi sint, desi-
derentur. [*Quid trist. querim.*] intelligo, proficiunt. Sensus est autem:

Si non supplicio culpa reciditur?
Quid leges, sine moribus
Vanae, proficiunt, si neque fervidis
Pars inclusa caloribus
Mundi, nec Boreae finitimum latus
Durataeque solo nives
Mercatorem abigunt? horrida callidi

v. 39. *solo* omnes libri. Sed pro eo Bentl. ex ingenio *gela*, additque agmen locorum, quibus „*gelu durare*" aut „nix gelu durari" dicitur. Sed quantumvis Bentleii ingenium magni faciam, tamen a vulgata propterea nolim recedere, quod ista nonnisi nititur subtilitate dialectica.

---

rendum. *Quaerere*, *ζητεῖν*, desiderio persequi. — v. 33. *Querimoniae*, querelae nihil proficiunt, profuturae sunt, nisi *culpa*, flagitia, scelera *supplicio*, atrocissimis poenis *reciditur*, compescantur, vindicentur. — v. 35. *Quid* ipsae hae *leges* proficiunt, *vanae* eae atque inutiles *sine moribus*, absque morum antiqua norma, sine parsimonia, nisi mores legibus obnoxii sint, sublata luxuria atque avaritia; si insatiabilis lucri cupido animos hominum vexat, quam sententiam exemplis ampliavit idoneis. — *pars mundi*, terrae tractus *inclusus*, qui circumfusus est *fervidis caloribus*, qui adeo ferventissimus est. — *latus* mundi, regio *Boreae finitima*, plaga Borealis, quam *nives* continuo gelu *solo duratae*, induratae, quae nunquam sole resolvuntur, adeoque perpetuae tegunt, quae adeo *semper* frigore riget.— v. 40. Si *navitae*, mercatores *callidi*, callida arte, navigandi peritia *vincunt*, domant, sibi subiiciunt *aequora horrida*, aspera fluctibus, mare pro-

---

conqueri, si non culpa licentiae poena compescitur? [*Quid leges, sine moribus Vanae, proficiunt*] *vanas* dicit *leges*, nisi moribus et honestate serventur, unum pendet ex altero, ideo autem vanae, quia sine moribus. [*Si neque fervid. pars inclus. calor. Mundi, nec Boreae*] si nihil potest obstare cupiditatibus, per quas non tantum leges irrumpuntur, verum etiam rerum natura expugnatur lucri causa, dum iam nec inhabitabiles orbis regiones possint prohibere commercia. [*Finitim. latus*] nobis vicinum, nam Septentrionalis plaga nobis vicinior est, utpote in qua est axis, ut Virg.: *Hic vertex nobis semper sublimis*. Et aut sic nobis intelligendum aut, quod est melius, *Nec latus finitimum Boreae*, i. e. gelido climati, ut sit sensus: sic nec plaga finitima gelu abigit mercatorem. Vult autem intelligi Septentrionem tamquam nec haec, quae interdicta sunt natura, abigant mercatorem. [*Durataeq. solo nives*] gelu, nimietate frigoris solidatae. [*Abigunt*] cohibent, repellunt. [*Callidi*] cupiditatum et vitiorum distin-

Quid prodest nos de malis moribus conqueri, si non licentia poena compescitur? [*Quid leges sine morib.*] sensus est: Vanae sunt leges, si non observentur a moribus. [*Si neq. fervid. Pars inclus. caloribus*] i. e. si nihil potest obstare cupiditatibus, per quas non tantum leges rumpuntur, verum etiam ipsa natura expugnatur, hominibus lucri causa adeuntibus pene inhabitabiles orbis terrae regiones. [*Nec Boreae finitim. latus*] quomodo finitimum latus Boreae dicit australi nominato, cum inter se haec longinqua et toto orbe divisa sint? numquid et huic elocutioni subtiliorem intellectum adhibemus, ut *nec* particulam bis accipiamus, semel sic intelligentes, finitimum Boreae latus, iterum simpliciter: *Nec Boreae finitimum latus, durataeque nives mercatorem abigunt*. [*Magn. paup. opprobr. iub. Quidv. et facere et pati*] ex quo coepit, inquit, paupertas

Vincunt aequora navitae?
Magnum pauperies obprobrium iubet
Quidvis et facere et pati
Virtutisque viam deserit arduae?
Vel nos in Capitolium,
Quo clamor vocat et turba faventium,
Vel nos in mare proximum
Gemmas et lapides aurum et inutile,

v. 43. *aut f. aut p.* un. Bersm. — 44. *vias* un. Bersm. *deserere* Bentleius et Ianius longis rationibus nullius momenti; *Vanderbourgii* codices omnes: *deserit*. — 46. *turba faventium* pro quo *Vand.* R, *ferventium*.

---

cellosum, si vel procelloso mari navigant? — v. 42. Si divitiae honori sunt, *pauperies* contra *magnum opprobrium*, probro habita *quidvis*, quaevis et *facere* et *pati iubet*, ad quaecunque facinora instigat: *πενία πάντα ποιεῖν καὶ πάσχειν ἀναπείθουσα, ὡς ἐκφύγοι τις αὐτήν.* — v. 44. Pauperies despecta *deserit virtutis viam*, homines a recti honestique studio deducendo, pravisque artibus imbuendo. Ad virtutem cultor virtutis eniti debet, quia in alto est collocata, unde *ardua* dicta. — v. 45. In Capitolium opes deferamus, Diis consecrandas, ad exemplum Augusti, de quo vid. Sueton. in Vit. Aug. c. 30. — v. 46. Inter acclamationes populi. — *Fea* haud inepte putat Horatium hîc alludere ad tertium Pompeii M. triumphum, quo ille gemmas et aurum Romam adtulit enormis valoris et cui omnes initium immodicae luxuriae, in gemmis praesertim, adtribuerunt. Recens hoc publicum vulnus honestatis et morum detestatur Horatius ut summi materiem mali, et ni vellent cum adulatoribus faventibus plaudere Pompeio triumphanti in Capitolio; gemmas, lapides et aurum proiicerent in proximum mare Tyrrhenum, ne redirent in usum et eorum etiam memoria aboleretur. — *Vocat* clamor turbae faventis, dum praeit pompam eique *favet*, h. e. acclamationibus favorem prodit. — Vel potius *in mare proximum*, Tyrrhenum, *mittamus*, proiiciamus, e medio prorsus tollamus, ne divitiarum adspectu amplius conturbemur, irritemur. Proverbialis locutio de re omnino delenda. — *lapides*, *λίθους*, uniones, margaritas. Quamquam ab antiquis scriptoribus promiscue usurpentur hae voces *gemma* et *lapis*, de lapidibus pretiosis cuiuscunque naturae et speciei atque etiam de unionibus sive margaritis, non tamen confundendae sunt; *gemmae* hîc

---

guit origines, primum enim dicit quod negatum mortalibus elementum navigiis tentatum est, inde ad maiora perrectum. Vnde et Virg.: *Pauca tamen suberunt priscae vestigia fraudis, Quae tentare Thetin ratibus, quae cingere muris oppida, quae iubeant telluri infindere sulcos.* [*Magn. pauper. opprobr. iub. Quidvis et facere et pati*] h. e. ex quo coepit probro esse pauperies et crimini dari, per omne nefas divitiae quaeri coeperunt, ut: *Et quum suasisset egestas Vile nefas*. [*Virtutis*] fortium factorum sive philosophiae, quibus erat amica et grata pauperies. [*Vel nos*] Ordo est: *Si bene poenitet scelerum, eradenda sunt elementa pravae cupidinis*, i. e. cupiditatis *et nimis tenerae mentes asperioribus studiis formandae; vel in Capitolium, quo vocat nos clamor et turba faventium, vel in proxinum mare mittamus gemmas et lapides et inu-*

probrosa esse et ostentum videri, per omne nefas divitiae quaeri coeperunt. [*Virtutisq. viam deserit arduae*] opprobrium scilicet paupertatis

Summi materiem mali,
Mittamus! Scelerum si bene poenitet:
Eradenda cupidinis
Pravi sunt elementa et tenerae nimis
Mentes asperioribus
Formandae studiis. Nescit equo rudis
Haerere ingenuus puer
Venarique timet, ludere doctior,

v. 49. *materiam* quid. codd. et edd. et intpp. *materiem* omn. Cruq. Pulm. 1, 3, 4, 5. duo Bersm. Bentl. 1, 2, 3, 6, 13. et alii. *Vanderbourgii* codices praeter B, D, P, et V, qui tamen correctus, omnes praebent *materiem*. — 50. Puncto post *mittamus* posito, illa: *scelerum si b. p.* ad sqq. trahunt omnes prope editt. Fea quoque, quem confer ad hunc locum. *sceleris* Cod. Guelf. — 52. *Pravae* Acr. Pulm. 5. Anhaltin. Fabr. Mentel. Altt. Lips. 4. Sed vid. ad III, 16, 39. — 54. *Firmandae* emed. Bentl. quem secuti sunt Cun. San. Sivr. *Fraudatae* memorabilis lectio in Cod. Goth.

---

sunt omnes lapides pretiosi, onyx, sardonyx, chalcedonius, chrysolithus, iaspis, smaragdus, achates, amathystus, sapphirus cett. *Lapides* vero vel *lapilli*, uniones, margaritae, baccae: *Perlen*, quae in auribus vel monilibus aptantur. — *aurum inutile*, ἄχρηστον, perniciosum. — *summi materiem mali*, unde tanquam fonte, principio omnia mala proveniunt. Ceterum comparant cum huius loci sensu Lucian. Tim. §. 56. p. 173. Σοῦ δὲ αὐτοῦ χάριν ἐστάλην, ὡς μὴ διαφθείρῃ σε τὸ κάκιστον τοῦτο καὶ ἐπιβουλότατον κτῆμα ὁ πλοῦτος ὁ πολλάκις αἴτιος ἀνηκέστων συμφορῶν γεγενημένος· εἰ γάρ μοι πείθοιο, μάλιστα ὅλον εἰς τὴν θάλατταν φέρων ἐμβαλεῖς. — v. 51. Statim *teneris mentibus*, puerorum animis *eradenda*, evellenda, tollenda sunt *pravi cupidinis*, pravarum cupiditatum *elementa* ac semina, antequam radices egerint. Pueros *formari*, institui, imbui, adsuefieri oportet *asperioribus studiis*, exercitationibus, fami, siti, laboribus tolerandis. — *Rudis nescit*, imperitus, *equo haerere*, artis equitandi. — Omittit *ingenuus* studia, quae hominem ingenuum decent. — v. 56. *Timet*, recusat (ut I, 8, 8.) *venari* utpote nimis aerumnosam exercitationem. Cf. Serm. II, 2, 9. Epist. I, 18, 49. — *ludere doctior*, habilior ad ludendum cum trocho et alea. — *trochus*, τρόχος,

---

tile aurum, materiam summi mali. [*Summi mater. mali*] *summum malum* avaritiam dixit, ex qua vitia omnia procreantur. [*Et tenerae nimis*] duplex intellectus est, utrum puerorum mentes teneras dicat esse formandas ad asperiora studia, h. e. fortiora, an certe luxuriosorum mentes teneras appellat, quas vult abiectis luxuriae instrumentis auro et gemmis asperioribus studiis informari. [*Ingenuus puer*] *ingenuum* civem Romanum voluit intelligi sive nobilem, ut: *Ingenui vultus puer ingenuique pudoris.* [*Ludere doctior*] culpat Romanos, quos omisso exercitii studio ad Graecos, ineptos luxuriososque ludos, filios transtulisse commemorat,

viam deserit virtutis. [*Scel. si bene poenit.*] *bene* pro valde positum, ut apud Ennium frequenter. [*Et tener. nim. Mentes*] utrum puerorum mentes teneras, minis digitisque formandas et asperiora studia? an vero luxuriosorum mentes teneras appellat, quas vult abiectis gemmis et auro formari ad asperiora studia? [*Nescit equo rud. Haerere ingenuus puer*]

Seu Graeco iubeas trocho,
Seu malis vetita legibus alea:
Quum periura patris fides
Consortem socium fallat et hospitem
Indignoque pecuniam
Heredi properet. Scilicet inprobae
Crescunt divitiae, tamen
Curtae nescio quid semper abest rei.

v. 58. *mavis* Lips. 4. Post *alea* punctum et mox v. 61. post *properet* colon exhibent Lamb. Cruqu. Torr. Fab. Heins. Dacer. Cun. Rectius post *alea* colon et post *properet* punctum ponunt Bentl. San. Gesn. Iani. — 60. *Consortes* emend. Cun. *hospites* Blandd. Mald. et Sil. Cruqu. Pulm. 1, 3, 4, 5. unus Bersm. Mentel. Lips. 1, 4. aliique plures; sed praestat haud dubie *hospitem*. — *consortem et socium* coni. Bentl. quia inter consortem et socium intersit. Vid. quae *Fea* ad hunc locum adnotavit, infra adposita. — Ceterum quod versum quinquagesimum quartum adtinet haud praetereunda est Doeringi, V. Cl. coniectura, secundum quam pro *rudis* Horatium *rudi* scripsisse suspicatur, h. e. (inquit) equo nondum domito et condocefacto, quali quidem qui insidet, *haerere*, i. e. firmiter ei insidere debet.

---

circulus aheneus, rotae similis, quem pueri ludentes virga ferrea circumagebant, dum valde delectabantur eius strepitu, quem annexi annulli inter agendum edebant. — *Graecus*, e Graecia enim in Italiam translatum fuerat hoc instrumentum lusorium; *graecabantur* igitur, ut infr. Serm. II, 2, 11. pueri Romani. — v. 58. *Alea*, qui tesserarum proprie ludus erat, mox omnes complectebatur, in quibus casus regnabat, *legibus vetita*, ne totam rem familiarem alea ludentes pessumdent. Hic ludus apud nos quoque notus dicitur: *Hazard-Spiel* sive rectius: *Zufallspiel*, *Glückspiel*. — *socius* dicitur *consors*, qui quod *sortem* (summam pecuniae, nos: *Capital*) in medium contulit, iure suo aequam lucri partem postulare potest. Ita fere *M.* et *D.* huius loci sensum capiunt, aliter vero *Carolus Fea*, qui dicit: „Recte iam viderant Bentleius, Dacerius et Cuningamus, *consortem* distinguendum a *socio*, ut iam distinxerat Porphyrio (quem vide infra); sensus ergo erit, patrem periurum nullo discrimine fallere sanguine con-

---

[*Vetita legibus alea*] Lusus aleae puniuntur propter nuditatis incestum. [*Cum periura patris fides*] cum patris familiae fides ad congregandam heredi pecuniam periura hospites fallat et socios. [*Indignoq. pecun.*] haec, inquit, quae per scelus adquiruntur, congreganti nihil prosunt, dum relicta indignis heredibus per luxuriam consumuntur. Vt: *Male parta male dilabuntur.* [*Curtae nescio*] Cupido semper abest aliquid rei, nunquam tantum res crescit, ut sufficere videatur cupiditati.

irascitur Romanos omisso militaris exercitii studio ad Graecos ineptos luxuriososque lusus transisse. [*Cum periura patris fides Consort. soc. fallat et hosp.*] non est, inquit, mirum augeri quotidie censum unicuique privatorum, cum omnes scelere grassentur in hospitem, in socium, in consortem, adquirendi studio et tamen nihil tum his prodest, quia indignis haec heredibus relicturi sunt, qui corrupti luxuria servare haec scilicet non possunt. [*Tamen curt. nesc. quid semper abest rei*] hoc ad ipsum avaritiae naturam refertur, cui cum nihil desit, semper videtur deesse.

CARMEN XXV.

ARGUM. *Augusti divinos honores sive ἀποθέωσιν carmine quam maxime sublimi celebraturus furorem, quem Bacchus poetis dithyrambicis immittere putabatur, pectore concipit Horatius.*

AD BACCHVM.

Quo me, Bacche, rapis tui
  Plenum? Quae nemora aut quos agor in specus,
Velox mente nova? Quibus
  Antris egregii Caesaris audiar
Aeternum meditans decus

LIBERVM PATREM INVOCAT Cod. Goth.

v. 2. *Quae in nemora et quos.* Ianius ex paucis mss. praefert: *nemora, quos.* Recepit Oberlinus, neque iniuria.

---

iunctum, fratrem etiam condominum, socium et hospitem; quod quam criminosum et detestabile haberetur apud veteres, notum est.“ Vid. Epist. II, 1, 122. — v. 61. Ita fraudulenter agit, ut *properet*, enixo studio coacervet, paret *pecuniam heredi*, filio *indigno*, utpote aleatori, graecanti. — v. 62. *divitiae improbae* dicuntur tanquam improbe, nefariis modis congestae vel simpliciter: magnae. *Tamen nescio quid*, quantum *absit*, desit *rei curtae*, parvae, exiguae, sc. ex istorum hominum opinione.

---

v. 1. *Quo me rapis tui plenum*, tuo numine, tua vi perculsum atque adtonitum. Similiter II, 19, 6. *Plenum Bacchi pectus.* — v. 3. *velox mente nova*, novo, quo impellor, impetu velociter ruens. — *quibus antris audiar*, in quae antra abreptus *audiar meditans*, mediter atque canam Augustum, quibus in antris resonent immortales Augusti laudes? — *meditari*, μελετᾷν, de poetis, animum ad canendum componere. — *decus*, gloriam Caesaris *stellis*, caelo inserere, inferre atque ipsi *consilio Iovis*, deum inter Divos consiliantes (III, 5, 17.) repraesentare. — *recens* ipse explicat: *adhuc indictum alio ore*, a nemine adhuc neque auditum neque

---

ACR. [*Quo me, Bacche, rapis*] hac ode Liberum patrem invocat, eo quod ipse musicus deus sit, petens ab eo, ut se in secreta nemorum suorum ducat, ubi numine eius repletus, Caesaris Augusti laudes canat. ἀλληγορικῶς significans non sufficere spiritum suum laudibus Augusti, nisi numinis eius iuvetur instinctu. [*Aut quos agor in specus*] hic masculino genere *specus* posuit, dicitur et *hoc specus.* [*Mente nova*] quae *novam* faciat praesentia numinis, h. e. homini inconsuetam. [*Quibus antris*] graviter pronunciandum. Ordo est: *Quibus antris meditans audiar in-*

POR. [*Quo me*] hac ode invocat Liberum patrem, petens ab eo, ut se in secreta aliqua nemorum suorum ducat, ubi numine eius mentem instinctus Caesaris Augusti laudes canat. Per quae videtur ἀλληγορικῶς significare, non sufficere spiritum suum laudibus Augusti sine Liberi numine, nam et ipse musicus Deus est. [*Quibus antris*] *quibus* gravi sono pronunciandum; est enim subiunctiva particula, quia praeposuit: *Quos agor in specus*, subiunxit: *Quibus antris*, in quo et ἐπεξήγησις figura denotanda, qui praedicti specus antra sunt. [*Aetern. medit. decus*] conse-

  Stellis inserere et consilio Iovis?
Dicam insigne, recens, adhuc
  Indictum ore alio. Non secus in iugis
Exsomnis stupet Evias,
  Hebrum prospiciens et nive candidam
Thracen ac pede barbaro
  Lustratam Rhodopen, ut mihi devio
Ripas et vacuum nemus

v. 6. *consilio* ms. apud Cruqu. Torr. Ianium, Comment. Cruq. edd. Med. 1476. Venett. 1478. 1479. 1486. 1492. Flor. 1482. Loch. Basill. 1555. 1580. Land. Cruqu. Torrent. *Consilium* est senatus Iovis, designans supremos illos caelestes, qui in administratione adsessores sunt et consiliarii, quae tamen notio in *concilio* (sic Cod. Guelf.) non inest. — 9. *E somnis* edd. Princ. Flor. 1482. Ven. 1486. Land. Cuning. San. *Exsomnis* quoque occurrit apud. Virg. Aen. VI, 556. — *insomnis* Cod. Goth. aliquot plur. modo iunctim modo divisim scriptum. — 12. *Lustratum Rhodopen; ac mihi.* Ianius et cum eo Oberlinus post *Rhodopen* punctum ponunt, ut inde novam sententiam constituant, quod iam fecerant Lamb. Torr. Baxt. San. Ion. contra sensum comparationis cum Baccha. — 13. *Rupes* legit primus Muretus contra fidem mss. et edd. quem secuti sunt Lamb. Steph. Fab. Dacer. Despr. Heins. Cun. San. Ion. plurimique alii, quod nusquam simpliciter *ripa* ponatur sine mentione fluminis aut aquae. Hoc falsum esse patet vel ex III, 1, 23. deinde ex comparatione cum Baccha prospiciente Hebrum. Bentl. ex ingenio legit *rivos.*

---

tractatum. — *exsomnis*, discrepant, quod rationem huius vocabuli explicandi adtinet, inter se *M.* et *D.* Est vero *exsomnis*, e somno expergefacta, Gr. ἔξυπνος, unde finxit Horatius. Seriori aetate *exsomnis* pro *insomnis* poni coeptum. Solebant Bacchae, ubi aliquamdiu cum furore discurrissent, fessae denique in saltibus et iugis recumbentes somno profundo opprimi, quo paullulum mitigari furor creditus. Itaque fingitur maenas e sopore tali motu subito evigilans et nunc ad lunae fulgorem *prospiciens*, de summis iugis videns ante se *Hebrum* et *Thracen*, Thraciae campos *nive candidos* ac de iis adsurgentem *Rhodopen.* — *stupet*, adstupet venerando spectaculo, tam admiratione quam horrore metuque defixa et adtonita est; quid se factum sit, quomodo huc venerit, nescit. Illi maenadi comparat se ipsum vates, pari stupore ac horrore correptus, ab eoque in nemora raptus, Augustum vult stellis inserere. — *Hebrus* (hodie: *Mariz*) fluvius et *Rhodope* (hodie: *Dervent*) mons Thraciae. — v. 12. *mihi devio*, in solitariis locis vaganti (vid. ad II, 19, 1.) *mirari*,

---

serere stellis et concilio Iovis aeternum decus egregii Caesaris? [*Decus*] consecrationem dicit. [*Indictum ore alio*] ab alio adhuc non dictum. [*Exsomnis*] vigilans per furorem. [*Euhyas*] Baccha, Libera. Sensus est: Non aliter Baccha, prospiciens Hebrum fluvium Thraciae vel Rhodopen montem regionis eiusdem delectatur, quam ego videns nemora, scripturus Caesaris consecrationem in antris musicis. [*Vt*] quemadmodum. [*Devio*] vaticinanti. Repleti enim numinis per devia agi et remota con-

crationem dicit. [*Indict. ore alio*] per haec primum se lyrica tangere signat. [*Hebr. prosp.*] *Hebrus* est Thraciae fluvius. [*Rhodopen*] mons Thraciae. [*Vt mihi devio*] *devium* est a via remotum ac per hoc in silvis ac solitudinibus agentem. Dixit autem ἀλληγορικῶς dici, quando per

Mirari libet! O Naiadum potens
Baccharumque valentium
Proceras manibus vertere fraxinos:
Nil parvum aut humili modo,
Nil mortale loquar. Dulce periculum est,
O Lenaee, sequi Deum
Cingentem viridi tempora pampino.

v. 18. *est* reiecit Ianius ex uno mss. et edit. Ven. 1478. — *est* omisit Cod. Guelf. — 20. *Cingentem.* Turbae hic interpretum, ad quem referatur *cingentem.* Baxt. et Gesn. non referunt ad deum, sed ad illum, qui sequitur deum. Alii *deum cingentem* iungunt. Recte *Ianius*, ut sit Deus cingens sibi, sive cinctus viridi tempora pampino, ut IV, 8, 33. Scilicet oculis cernit poeta *ἔνθεος* pampinis coronatum deum ante se ingredientem summaque furoris bacchici vi percitus exclamat: *O Lenaee!*

---

adstupere (III, 29, 11.) *ripis* praeruptis et sonoris; *nemus vacuum*, desertum. — v. 14-20. *O Naiad. potens Bacch.* o deus, in cuius potestate Naiades et Bacchae sunt, ut supr. I, 3, 1.: *Venus Cypri potens.* Carm. Sec. 1. *Diana silvarum potens.* Cl. *M.* comparat Orph. H. LIII, 6. *Ναΐσι καὶ Βάκχαις ἡγούμενε κιττοφόροισι.* — *valent. vertere*, radicitus evellere *fraxinos*, apud nos: *Esche.* — v. 17. Nihil dicam, quod Augusto non sit dignum, *nil mortale loquar*, canam, quod aeternum sit, quo divum imperatorem Caesarem immortalitati consecrem. — Iam ipse debacchari incipit: *O Lenaee! ἰὼ Βάκχε. Dulce est*, iucundum est ad animum, enthusiasmo corripi, afflari a Baccho, ut II, 19, 6.: *Plenoque Bacchi pectore turbidum laetatur.* — Sacrum istum vocat *periculum*; *sequi deum*, rapi ab eo per silvas ac montes. — v. 20. *Cingentem* sibi *temp. vir. pamp.* Bacchum. Similiter infr. IV, 8, 33. Bacchus *ornatus viridi tempora pampino* depingitur.

---

sueverant. *Devium* dictum a via remotum. [*O Naiadum potens*] Dionysius habens potestatem in Nymphis vel in Bacchis. [*Vertere fraxinos*] Tantum virium Liberi significat esse cultricibus, ut arbores radicitus possint evertere numinis eius instinctu. [*Nil mortale loquar*] Nihil, quod mortali conveniat, si me in tuos specus ad secreta nemorum duxeris. [*Cingentem*] *ἀμφιβολικῶς* dictum, utrum *sibi* tantum *cingentem* an quoscunque suo numine replere consuevit.

ea intelligi vult, se inusitatum Romanis carmen tractare. [*Proceras manib. vertere fraxinos*] vult intelligi, tantas vires cultricibus Liberi patris instinctu numinis eius esse, ut etiam proceras arbores radicitus possint vertere. [*Nil mortale loquar*] subaudiendum: *si me in tuos specus ac secreta nemorum duxeris.* [*Cingent. viridi tempora pamp.*] utrum sibi tantum ea cingentem an quoscunque numine suo complere dignatur?

CARMEN XXVI.

ARGUM. *Poeta se amorum, quibus adhuc indulserit, lusibus nunc defunctum esse profitetur. Comparat se cum milite emerito et quemadmodum miles arma post partam sibi per ea in bello gloriam Marti consecrare solet, ita instrumenta illa, quibus aditum ad puellas aperire tentarat, tanquam ἀναθήματα more sollenni Veneri dedicat.*

AD VENEREM.

Vixi puellis nuper idoneus
Et militavi non sine gloria,
Nunc arma defunctumque bello
Barbiton hic paries habebit,
Laevum marinae qui Veneris latus
Custodit. Hic, hic ponite lucida

LYRAM CONSECRAT CARM. RENVNT. Cod. Goth.

---

v. 8. *militavi*, nam qui amant, Veneris et Cupidinis castra sequi dicuntur, Ovid. Amor. I, 9, 1. *Militat omnis amans et habet sua castra Cupido.* — *arma*, qualia fuerint, docet vers. 7. — *defunct. bello*, amoris militia, quae non amplius amatoria carmina sonat. Intelligenda potissimum *ᾄσματα παρακλαυσίθυρα*, ad lyram cantari solita. — *laevum latus*, Veneris nempe simulacro hic paries, quo arma sua positurus est, a laeva, templum vero intrantibus a dextra fuisse videtur. — *Funalia*, faces, taedae. — *vectes*, effringendis foribus adhiberi soliti. — *arcus*, quamvis, inquit Cl. *D. arcum* ad clausas puellarum fores diffringendas ab amatoribus adhibitum fuisse aliunde non constat, fieri tamen potuisse, ut amatores summa vi in puellarum aedes irrupturi, sagittarum adeo iactu clausas fores diffinderent, negari nequit. *Ianius* contra haec fere profert, quae sequuntur: *arcus* quomodo ad comissationem valere potuerint, non potest coniici aut ex aliis poetis declarari. Aiunt, ad terrendos ianitores vel hos, qui arcere domo oppugnatores vellent vel denique spectatores. Sed cum haec idea a moribus Romanorum, in summa etiam licentia, abhorret, tum diserte dicuntur *arcus minaces foribus.* Igitur, nisi velis lectionem mu-

---

ACR. [*Vixi puellis nuper idon.*] Hac ode videri vult iam renunciare carminibus et lyram consecrare et amare desinere. [*Idoneus*] voluptati sufficiens. [*Et militavi*] *ἀλληγορικῶς* militiam nunc amorem vocat. [*Non sine gloria*] non sine opinione boni amatoris. [*Arma*] bene amatoris arma lyram dixit. [*Marinae*] mari ortae, ut: *Fas omne est, Cytherea, meis te fidere regnis, Vnde genus ducis.* Atque ideo *Ἀφροδίτη* est dicta *ἀπὸ τοῦ ἀφροῦ*, i. e. a spuma et est ordo: *Qui paries marinae Veneris laevum latus custodit* ac per hoc in sinistra parte templi

POR. [*Vixi puell.*] hac ode videtur iam renunciare carminibus et lyram consecrare et amare desinere. [*Et militavi*] *ἀλληγορικῶς* militiam nunc amorem vocat. [*Defunct.*] perseverat in allegoria. [*Def. bello Barbiton*] quando signans amores suos se barbito cecinisse, quod est organi genus. [*Laev. marin.*] consecratum Veneri barbiton suspendere in templo eius dicit in parte sinistra. [*Hic ponite*] haec instrumenta amo-

Funalia et vectes et arcus
Oppositis foribus minaces.
O, quae beatam, Diva, tenes Cyprum et
Memphin carentem Sithonia nive,
Regina, sublimi flagello
Tange Chloen semel arrogantem.

v. 7. *Vectes et harpas* Cun. San. *securesque* Bentl. — 9. *et* omisit Cod. Guelf. — 10. *Memphin* mss. apud Ianium, ed. princ. Venett. 1478. 1479. Fab. Dac. Bentl. Cun. San. Iani. Oberl.

---

tare, dicendum sit, *arcum* vel vocatum fuisse Romanis vel vocari Horatio instrumentum nobis hodie ignotum, quo fores everti possent, forte vectis genus aduncum, curvatum, arcus instar. *Vossius* h. v. interpretatus est sic: *Hier, hier leget die leuchtenden Windfackeln, Hebebaeum' und Brecher.* — v. 9-12. *O quae beat. Div. ten. Cypr.* similiter supr. I, 3, 1. Venus *Diva potens Cypri* dicitur; *beatam*, divitiis e mercatura, quae vel maxime in hac insula exercebatur, affluentem; hic infr. III, 29, 60. *merces Cypriae.* Eustathius ad Dionys. Perieg. 508. ὀλβιώτατοι δὲ νησιωτῶν οἱ Κύπριοι διὰ τὸ θαλαττοκρατῆσαι. — *Memphin*, in hac urbe Aegypti nobilissima *Venus Hospita* templum habuisse traditur. — *Sithonia*, qualis est in Thracia, epitheto a regione translato, in qua summa nivis copia, ad ornatum ab insigniori genere, nam Thracia frigore nobilis. — *regina*, ἄνασσα, δέσποινα; *tange*, feri, percute Chloen *arrogantem*, ob eius arrogantiam *flagello sublimi*, in altum educto, quo gravior plaga sedeat.

---

pendebit. [*Funalia*] supple quibus luminaria suspendi consueverant. [*Et vectes*] haec instrumenta amoris vult intelligi, quibus fastus etiam per vim contemnentium superantur. [*O quae beatam diva tenes Cyprum*] In Cypro enim insula Venus specialiter colitur, similiter et apud Memphim, i. e. Aegyptum, quod ideo carere nive dixit, quia calida regio est. [*Sithonia nive*] a provincia nomen nivibus dedit, ut: *Sithoniasque nives hiemis subeamus aquosae.* [*Sublimi flagello*] in altum sublato ictu, quod fit, dum quis vehementius vult ferire et ideo Chloen, quia arrogans est et superba amantibus, percuti vulnere gravi dicit debere amoris plaga Venerei.

ris intelligi vult. [*Memphin*] *Memphis* in Aegypto civitas est, quam merito carere nive dicit, quia in Aegypto nunquam est nix, ideo calidior est. Sithonii autem Thraces sunt, ubi multa nix, unde *κατ' ἐξοχὴν Sithoniam nivem* dixit. [*Sublimi*] i. e. in alto sublevato. Hoc enim fit, cum quis vehementius velit percutere. Vult autem Chloen, quod sit arrogans et superba amantibus, vel una amoris plaga a Venere percuti.

CARMEN XXVII.

ARGUM. *Galateam a navigatione in Graeciam deterrens nulla quidem esse omina aut auspicia dicit, quae eam ab incepto itinere revocent; sed esse ait, quae tempestatem minentur; neque olim Europam puellam gratulatam sibi esse cognitum mare, donec, Veneris interventu, Iovis se coniugem intellexerit.*

AD GALATEAM.

Inpios parrae recinentis omen
Ducat et praegnans canis aut ab agro
Rava decurrens lupa Lanivino
Fetaque vulpes:
Rumpat et serpens iter institutum,

AD GALATEAM NAVIGATVRAM vulgo.

v. 1 *parrhae* a nonnullis scriptum. — *retinentis* Lips. 4. — 2. *ducit* emend. Cun. sic San. *aut pr.* Cun. San. — 3. *Rauca* in nonnullis fuisse olim, facili lapsu, videtur. Mancinellus legendum putavit *Lanivino*, ex marmore, quod viderat in urbe olim, nunc oppido eodem *Civita Lavinia* nuncupato, quodque habes et iam apud Grut. p. 330. 3. Vulp. p. 31. ubi S. P. Q. LANIVINVS. Recte. — 4. *fataque* Bentl. 2. pro var. lect. *festaque* Bentl. 1. *paestaque* unus Bland. Cr. *fertaque* alius Bland. Cr. *paetave* coni. ap. Ion. — 5. *Rumpit* Bentl. 1 et sic Bentl. *Vand.* B, *rumpit*; φ, *n. l.* al. omn. *rumpat*.

---

v. 1—12. Non infausta quidem, quae tuum iter morentur, habes omina, neque ea ego tibi profecturae apprecer, quamvis te retinere cupiam, utpotius, quum semel iter apud te certo constitueris, ipse Deos rogem, ut bona, quae felicem profectionis tuae exitum spondeant, omina mittant; sed adversari tibi anni tempus inclementius ipsa probe intelligis. Impii variis ominibus terreantur et ab itinere prohibeantur v. 1-7. his ego te non deterrebo, sed felix omen tibi precabor v. 7-12. Sed etiamsi neque infelicitate neque oblivione nostri neque malis ominibus v. 17-20. te deterrere velim, tamen propter pericula, quae turbulentum mare minatur, iter tuum dissuadeo. De *parra* parum explorata habemus. *Voss: Kibiz.* Hic notasse sufficit, fuisse cantum huius avis a laeva auditum inauspicatissimum. — v. 2. *Ducat*, dux itineris sit, impiis accidat hoc omen. — *Lanuvium* s. *Lanivium*, oppidum Latii, ad dextram viae Appiae situm, qua via Brun-

---

ACR. [*Imp. parrae recinentis*] amicam peregre proficiscentem invitus demittens, timet, ne malis pergat auspiciis et optat, ut impii potius quam ipsa, augurio parrae avis vel ceterorum, quae subiicit, proficiscantur. Et per istam commemorationem omnium adversorum nititur eam revocare ab itinere disposito. [*Rava*] aut colore oculorum torva aut voce non clara aut certe rabida. [*Rava*] Fulva sive subnigra aut rauca, i. e. vocis obtusae. *Ravus* enim color dicitur niger, mixtus cum fulvo. [*Si per obliquum similis sagittae*] serpentis celeritate etiam animalia deterreri dicit, i. e. si tantae celeritatis est serpens, ut irrationabilia terreat. [*Rumpat*] i. e. incidat, i. e. interpellat tibi institutum iter. [*Mannos*]

POR. [*Imp. Parrae recin. omen Duc.*] amicam peregre proficiscentem dimittens invitus, ne malis auspiciis exeat, timet et optat, ut impii potius quam ipsa auspicio parrae avis et ceterorum, quae subiicit, proficiscantur. [*Rava decurrens*] *rava lupa* a colore dicitur. [*Rump. et serp. iter institut.*] ut sit, in transversam viam *impios ducat*, non impios

Si per obliquum similis sagittae
Terruit mannos. Ego, cui timebo,
Providus auspex,
Antequam stantes repetat paludes
Imbrium divina avis imminentum,
Oscinem corvum prece suscitabo
Solis ab ortu.
Sis licet felix, ubicunque mavis,
Et memor nostri, Galatea, vivas:
Teque nec laevus vetet ire picus,

v. 7. *ego quid* Farn. et unus Vat. Lamb. Pulm. 1, 3, 4, 5. omnes Cruqu. praeter duo, duo Bersm. Gott. Sax. Brod. Mentel. Dess. 2. Lips. 4. Zar. Mediol. 1477. 1502. Venet. 1478. 1492. *cui* Bland. antiq. Cruqu. Lamb. Torr. et Bentl. e suis codd. Pulm. 2. unus Bersm. Lips. 1, 3. Fran. Helmst. Basill. 1527. 31. 55. 80. Venet. 1590. Muret. H. Steph. Fabr. Heins. Fab. Rutg. Burm. Dacer. Bentl. Cun. Ion. — 12. *lucis ab o.* nonnulli, teste Mancin. Lips. 4. — 13. *navis* cod. vet. H. Steph. unde Rutg. coni. *nabis*, ut saepius *nare* de navigantibus. — 14. *At* Cun. San. — 15. *Te neque* Lips. 1. *Neque te* mss. et edd. ap. Cun. Lectio vulgata opt. praebet sensum.

---

dusium ibatur et sic Galatea quoque itura erat. — *rumpat iter institutum*, sistat iter, quod impii instituerant. — v. 6. *si per obliquum terruit*, oblique viam traiiciendo *terruit*, terret *mannos*. — *similis sagittae*, egregie velocitatem, qua serpens provolvitur, depingit. — v. 7. *Ego* ei, *cui timebo*, de cuius salute sollicitus ero, angar, utpote mihi summopere amatae, *providus auspex*, providens, *suscitabo corvum prece*, evocabo precibus, *antequam* mala obnuntientur. Pro omine malo in specie est *avis divina*, divinans, (ut Epist. ad Pis. v. 218. Serm. I, 9, 30.) praesagiens *imbrem imminentem*, futurum, h. e. cornix; quod facit, dum *repetit*, accedit ad *paludes*, aqua se perfusura. — *Oscines*, ut satis notum, cantu vel clamore, *praepetes* volatu tantum augurium dabant. — *Solis ab ortu*, ab oriente enim laetioris ominis aves advolare debebant; cf. Sueton. Vespas. 5. sub fine. — v. 13-24. *quanto trepidet tumultu Pronus Orion*,

---

Burdos. *Manni* ideo dicti, quod mansuetudine manuum familiarius sequantur. [*Imbrium divina avis imminent.*] divinam cornicem dicit imminentium imbrium praesciam, ut: *Tum cornix plena pluvias vocat improba voce.* Paludes autem finito die repetere consueverat. [*Oscinem corvum*] *oscines* dicuntur aves, quae voce augurium faciunt, *praepetes*, quae volatu, ut Virg.: *Et volucrum linguas et praepetis omina pennae.* [*Solis ab ortu*] ab ortu solis prospera corvi omina sunt, adversa ab occasu. [*Sis licet felix*] Ordo est: *Galatea, sis felix et memor nostri, licet vivas, ubicunque mavis*, i. e. et si sine me esse mavis, sis tamen felix. [*Teq. nec laev. vet. ire picus*] a sinistra *picum* mali ominis dicit et va-

revocet, h. e. pius serpens. [*Terruit mannos*] *manni* equi dicuntur pusilli, quos vulgo *burdos* vocant, nam et hoc ad omen dicit pertinere, quod manni terreantur. [*Antequam stantes repet. paludes*] *cornix antequam repetat paludes*, quam cornicem imbrium imminentium *divinam* ait, quia pluviam futuram significare solet, quod etiam Virg. ostendit: *Tunc cornix plena pluviam vocat improba voce. Paludes* autem non ad anni tempus pertinent, sed ad diei. [*Oscin. corv. prece suscitabo*] *oscinem*

Nec vaga cornix.
Sed vides, quanto trepidet tumultu
Pronus Orion. Ego, quid sit ater
Hadriae, novi, sinus et quid albus
Peccet Iapyx.
Hostium uxores puerique caecos
Sentiant motus orientis Austri et
Aequoris nigri fremitum et trementes
Verbere ripas.
Sic et Europe niveum doloso

v. 16. post *cornix* colon in multis editis, falso. — 17. *trepidat* Pulm. 1. Lips. 1. Alt. 1 a m. s. Cun. San. — 18. Post *Orion* interrogandi signum exhibent Basill. Mur. Cruqu. Torrent. Fabr. Steph. Rutg. Bentl. Cun. Dacer. San. — 19. *Hadriae*, vid. Var. Lect. ad I, 3, 15. — 22. *Austri* omnes mss. codd. et edd. ante Muretum, qui primus edidit *Haedi* (ex III, 1, 28.), quem secutus Lamb. — *et* abest a Pulm. 1. Helmst. Venet. 1492. Asc. Cun. San. — 23. *et* omisit Cun. it. San. — *gementes* coni. Bentl. quia navigantes in alto mari non possint sentire *trementes ripas*, audire *gementes* possint? Ohe! — 24. *rupes* emend. San.

---

quanto tumultu ad occasum ruat Orion, h. e. quanta post Orionis occasum, qui instat, exortura sit tempestas. — *trepidet*, h. e. festinet, cf. supr. II, 4, 23. *pronus* ad occasum vergens, ut supr. I, 28, 21. *Orion devexus*, ubi cf. not. — *Ego, quid sit ater Hadr. nov. sin.* ipse ego expertus sum, quam periculosum sit navigare in mari Hadriatico, quando atri eius fluctus aestuant; mare enim, dum aestuat, in *sinus* reducitur. — *Iapyx* vid. ad I, 3, 4. *albus*, caelum album sive serenum reddens; ut supr. I, 7, 15. *albus Notus*, et III, 7, 1. *candidi Favonii.* — *quid peccet*, quid fraudis committat. — *Host. uxor. puerique*, quod molliores eorum animi impensius in eiusmodi discrimine consternari solent. — *caecos*, h. e. atros, turbidos. — *trementes verbere*, contremiscentes fluctuum allisu; apud Virgil. Aen. III, 423. Charybdis *unda sidera v e r b e r a r e* dicitur.

v. 25-36. *Sic*, pari temeritate et inconsiderantia. — *scatent. bellu. pontum*, μεγακήτεα πόντον, Hom. Odyss. III, 158. — *medias*, in medio demum mari vel periculo cognitas. — *audax* refer ad Europae temeritatem et inconsi-

---

gam volatu cornicem. [*Trepidet*] festinet, ut: *Ne trepidate, viri.* Vel *trepidet* ventorum flatu vel murmure pelagi. [*Pronus Orion*] in occasum vergens. *Orion* tempestuosus est et quia amicam non valet precibus retinere, minis tempestatis conatur, ut: *Dum pelago desaevit hiems et aquosus Orion.* [*Ego, quid sit ater Hadriae, novi, sinus*] Furvae se nosse signa tempestatis ostendit vel ex Adriatici maris sono vel ex flatu Iapygis venti, qui ex sereno subitam facit tempestatem. [*Et quid alb. Pec. Iapyx*] aut propter erectionem fluctuum aut colorem vacuarum nubium. [*Host. uxores*] nec feritati barbaricae nec puerili scientiae incognita dicit esse posse futurae tempestatis indicia. [*Sic et Europ.*] i. e.: Quemadmodum tu praesumptuose sumis peregrinationem, sit et Europa

corvum invocabo, inquit. [*Sed vides, quanto*] decenter pericula navigationis ostendit, quibus illam retineat. Nam revocare non audet. In occasum autem pronus Orion intelligendus, nam tunc magnae tempestates. [*Et trement. verbere*] verbere fluctuum aut ventorum. [*Sic et Europae*]

Credidit tauro latus et scatentem
Belluis pontum mediasque fraudes
Palluit audax.
Nuper in pratis studiosa florum et
Debitae Nymphis opifex coronae,
Nocte sublustri nihil astra praeter
Vidit et undas.
Quae simul centum tetigit potentem
Oppidis Creten, pater, o relictum
Filiae nomen, pietasque, dixit,
Victa furore!
Vnde? quo veni? Levis una mors est
Virginum culpae. Vigilansne ploro

v. 26. *at scatentem* emend. Bentl. quia sit antithesis. — 28. *palluit*: *audax nuper* vult H. Steph. — 29. *et* abest a Lips. 4. — 30. *coronae ut* coniect. ap. Ion. — 33. *patentem* Lips. 4. — 34. *Cretam* Lips. 4. — 35. *duxit* Helmst. — 36. *victa furore unde* Best.

---

derantiam. — *nuper*, paulo ante. — *debitae Nymphis*, quam ex voto suscepto Nymphis offerre debebat; — *sublustri*, paululum obscura, quippe qua non luna, sed stellae tantum micant. — *centum potent. oppid. Creten*, ἑκατόμπολιν, infr. Epod. IX, 29. *centum digesta per urbes*. — *o relict. fil. nom.* patris nomen quam turpiter neglexi et parum curavi ego filia! Comparant Euripid. Med. 166. Ὦ πάτερ, ὦ πόλις, ὧν ἀπενάσθην. — *pietasque victa furore*, quam turpiter furibundo illo, quo tauro me credebam, consilio suppressa est, quam patri debebam, pietas!

---

praesumptuose credidit niveum latus doloso tauro et vide, quid passa sit. [*Doloso*] falso Iovi in taurum mutato. [*Scatent. Bell. pont.*] repletum, pullulantem, frementem, ebullientem. [*Mediasq. fraud.*] non fraudes medias, sed in medio dolo cognitas, nec ante repertas. [*Palluit aud.*] vehementer timuit. Id quod efficitur, posuit pro efficiente, i. e. quae ante audax fuerat, tunc palluit. [*Studiosa florum*] i. e. quae Nymphis studebat facere floreas coronas. [*Sublustri*] in crepusculo vel ex luce. [*Quae simul cent.*] Ordo est: *Quae simul adtigit Creten potentem centum oppidis, victa furore dixit: O pater et pietas, relictum nomen filiae!* [*Pater o relictum*] Europae gemiscentis verba: *o patris pietas, reliquisti nomen filiae!* [*Levis una mors est Virg. culp.*] quanto minus virgo peccare debet, eo maiore peccans digna supplicio est, levior siquidem mors est vitae, quam iactura pudoris, ut: *Ferroque averte dolorem.* [*Vigilansne ploro*] sic incredibile dicit factum, ut sibi somno etiam simile

sic, h. e. dum eam blandus in mare placidum Iupiter inducit. Haec autem comparatio Iapygi vento confertur, qui incipit placidus, mox in tempestates citatur. [*Mediasq. fraud. Pall. aud.*] ad ludum audax, non tunc, cum palluit. [*Nocte sublustr.*] pro sublucida. [*Pater, o relict. Fil. nom.*] Europae ingemiscentis verba sunt. *Et filiae relictum*, pro a filia relictum. [*Victa furor.*] nunc errore mentis vel amore. [*Levis una mors est Virg. culp.*] quando minus peccare virgo debet, eo in peccatis digna maiore supplicio est. [*Vigilansne ploro*] bene tamen incredibile factum

Turpe commissum? an vitiis carentem
Ludit imago
Vana, quae porta fugiens eburna
Somnium ducit? Meliusne fluctus
Ire per longos fuit, an recentes
Carpere flores?
Si quis infamem mihi nunc iuvencum
Dedat iratae, lacerare ferro et
Frangere enitar modo multum amati
Cornua monstri!

v. 39. *aut v.* Basil. 1527. *vitio* emend. Bentl. et sic Cun. Iones. Sivr. — 41. *quam porta* emend. Sanad. — 46. *et* eiecit Cun. — 48. *tauri* quid. Lamb. Div. Cruqu. libb. Torr. aliique plures. Sed *monstri* omnes Blandd. Mart. Mald. Sil. Cruqu. Pulm. 1, 3. Bentl. 1, 2, 6, 7, 9, 10. Mentel. Lips. 1, 4. Brod. Sax. Venet. 1478. Mediol. 1486. 1502. Basill. 1585. Bentl. Baxt. San. Cun. Talb. Haud dubie *tauri* interpretamentum est.

---

v. 37-48. *Vnde?* patrem respicit. — *levis*, nimis levis poena; *culpae*, casus tertius, ad eiusmodi virginum culpam expiandam, quasi eiusmodi virginum flagitium plures mortes vel graviorem, quam unius mortis poenam, meruerit. Comparant Propert. IV, 4, 17. de Tarpeia: *Et satis una malae potuit mors esse puellae, Quae voluit flammas fallere, Vesta, tuas?* — *imago vana*, falsa species, (εἴδωλον) sic Venus apud Virgil. Aen. I, 408. quae falsa specie Aeneae se obtulerat, *falsis imaginibus eum lusisse* dicitur. — *quae port. fug. ebur. somn. duc.* somnia scilicet, ut finxit antiquitas, per duas portas, *falsa* quidem per *eburneam*, *vera* autem per portam *corneam* ex locis inferis emittuntur; vid. Hom. Odyss. XIX, 562. — *fugiens*, evolans. — *Meliusne fluctus* cett. fierine potuit, ut, quid melius esset, utrum tauro, qui me per longum mare veheret, me committere, an recentes in prato flores carpere, ego non intelligerem? — *infamem*, detestandum; paulo mollius infr. v. 71. Venus, ubi suaviter Europae iram ridet, eundem *invisum* vocat. — *multum amati monstri*, huius exsecrandi, quem paulo ante in prato blande et amanter attrectabam, iuvenci. Scilicet uti homines, quos ob nova et inaudita scelera abominamur, *monstra* appellari solent, v. c. *Cleopatra* supr. I, 37, 21. et *Catilina* apud Cic. Cat. II, 1. ita nunc *taurus*, ob scelestissimum, quo ille Europam violenter per mare abstulerat, facinus *monstrum* (nos: *Ungeheuer*) vocatur.

---

videatur. [*Ludit imago*] pro somno dicitur, ut: *Si nunquam fallat imago.* Et est sensus: An sine vitio sum et hoc potius somnio. [*Porta fug. eburn.*] per quam somnia vana emittuntur, ut altera candenti perfecta nitens elephanto, sed falsa ad caelum mittunt insomnia Manes. [*Infamem*] aut famosum aut certe sibi infamem. [*Dedat iratae lacerare ferro*] ut: *Non potui abreptum divellere corpus*; et undis spargere, ut indignationem similis sexus indignatione monstraret. [*Modo*] paulo ante, ut: *Quem modo navali Mnestheus certamine victor consequitur.* [*Im-*

est, ut videatur hoc etiam simile somno. [*Ludit*] i. e. pro somno. [*Quae porta fug. eburna*] Virgilianum: *Altera candenti perfecta nitens elephanto, Sed fulsa ad caelum mittunt insomnia Manes.* [*Impud. liqui patr. Penat. Imp. orcum moror*] i. e. eadem impudentia vivo, qua pa-

Inpudens liqui patrios Penates:
Inpudens Orcum moror! o Deorum
Si quis haec audis, utinam inter errem
Nuda leones!
Antequam turpis macies decentes
Occupet malas teneraeque succus
Defluat praedae, speciosa quaero
Pascere tigres.
Vilis Europe, pater urguet absens,
Quid mori cessas? Potes hac ab orno
Pendulum zona bene te sequuta
Laedere collum.
Sive te rupes et acuta leto

v. 51. *audit* unus Vat. et Torr. *inter essem* Lips. 2 pro var. lect. — 52. *Vna l.* Lips. 4. — 54. *sucus* Lips. 1 a m. pr. — 55. *Defluit* Mentel. *teneraque — praeda* coni. Lamb. — 57. *Europae* unus Vat. Fa. et pro var. lect. Torrent. Lamb. aliique plures. *Europe*, Por. multi Lamb. et Cruqu. omnes Torr. Venet. 1478. Locher. Asc. Basill. Muret. Fabr. Fab. Rutg. Steph. Dacer. Bentl. e suis, Baxt. Cun. San. — 60. *Laedere* plerique codd. Lamb. omnes Cruqu. Torr. Bentl. *elidere* unus alterve codex habet, sed interpretamentum esse videtur.

---

v. 49-60. *Orcum moror*, diutius in vita morans non statim ad Orcum descendo; sic *vitam, annos, mortem, fata morari* vel *demorari* pro: diutius in vita morari, passim dicitur; — *nuda*, significationis proprietati multo magis favent sequentia. — *tenerae praedae*, pro: mihi. — *speciosa*, ego, iuvenili corpore adhuc conspicua, pulchra, pinguis, carnosa; *speciosa* opponitur *turpi maciei*. Infr. Epist. I, 16, 45. *Introrsus turpem, speciosum pelle decora.* — *vilis*, pudendo flagitio contaminata, nos: *Verworfene.* — *pater urget absens*, his maledictis pater, quem reliqui, me insectatur; haec audire mihi videor. — *urget absens*, suave oxymoron; pater absens tanquam praesens perturbato Europae obversatur animo. — *bene*, nisi in proprium, *bene* certe in hunc usum. — *laedere* pro: frangere, elidere. — *Sive te rup. et acut. let. sax. del.* aut si praeferendum tibi videtur illud mortis genus, quo quis per rupes et saxa se praecipitem dat.

---

pudens] turpiter nomen pro adverbio. Eadem, inquit, impudentia vivo, qua patriam reliqui. [*O*] interiectio est. [*Turpis mac.*] quae turpes facit. Ante deteriorationem formae optat perire. [*Succus*] viriditas, qua pulchritudo corporis signatur, ut: *Corpus solidum et succi plenum.* [*Pater urget absens*] insequitur, ut mori debeat etiam absentis timore. [*Zona bene te secuta*] tanquam quae adiutura sit mortis neglectae consilium, ideo bene secuta. [*Age, te procellae crede vel.*] i. e. vento et mari,

triam reliqui. [*Specios. quaero pascere Tigr.*] γυναικείως sollicita est, ne desinat esse speciosa, quae desiderat quam primum venire, dum pulchritudo sua secum sit. [*Vilis Europ. pat. urg. abs.*] dubium non est, inquit, quin pater me absentem vilem extimescat et appellet, credens, me amantem persecutam et ideo moriendum est, ut priorum horum obliviscar. [*Zona bene te secuta*] quae adiutura sit mortis consilium. [*Aderat querenti Perfid. rid. Venus*] et si perpetuum ante positum, nunc tamen epitheton convenientius ad praesentia; *ridet* enim et quod eam imago iuven-

Saxa delectant, age, te procellae
Crede veloci, nisi herile mavis
Carpere pensum
Regius sanguis, dominaeque tradi
Barbarae pellex. Aderat querenti
Perfidum ridens Venus et remisso
Filius arcu.
Mox, ubi lusit satis, »Abstineto«
Dixit, irarum calidaeque rixae,
Quum tibi invisus laceranda reddet
Cornua taurus.

v. 62. *delectent* unus Bersm. Dess. 2. — 66. *barbara* Basill. *pelex* antique. — 69. *luxit* Mentel. — 71. *Tum* Lips. 3. *Dum* (donec) Venet. 1490. Alt. 2 a m. s. *quum*, i. e. *abstineto tum*, *quum* cett. Hinc non opus est, ut cum Klotzio et Schirachio *dum* vel cum Bentleio *cum tibi iniussus* scribas.

— *saxa acuta leto*, h. e. saxa, quorum pars acutior opportune ei, qui mortem sibi consciscere vult, prominet. — *te procellae credo veloci*, h. e. praeceps inde rue; *procellae veloci se credere*, pro vulgari: ex loco alto se praecipitem dare. — *dom. trad. barbar. pellex*, serva enim, quae simul pellex est domini, multo magis extimescere debet saevitiam dominae.
v. 66-76. *Perfidum ridens Venus*, Venus, cui res in Iovis gratiam suscepta bene cesserat, nunc ridet et quidem *perfidum* (pro: perfide), h. e. uti illi, qui per dolum et fraudem votorum suorum compotes facti sunt, ridere solent. In risu autem *perfido* egregie expressum est ingenium Veneris, quae, ut dea χαιρέκακος, e doloribus, quos parat, voluptatem capere solet. Hinc supr. I, 33, 12, *iocus*, qui Veneri placet, *saevus* dicitur. — *remiss. fil. arcu*, Cupido, qui simul adest, nunc arcum laxatum gestare fingitur; — *ubi lusit satis*, ubi satis delectata fuerat ludo illo, quem spectandum ei Iovis amor dederat. — *Quum tibi invisus* cett. cum taurus ille tibi nunc invisus laceranda, quae te laceraturam esse minata es, sup-

---

tanquam quae magis debeat se tempestatibus tradere peritura aut praeceps per abrupta demitti, quam dominae imperium serviendo perferre. [*Pellex*] concubina, ut exaggeret feritatem barbaricam, addit *pellex*, i. e. quae sic me insequitur, ut pellex sim, timens meae pulchritudini. [*Perfidum*] dolosum. [*Ridens Venus*] epitheton Veneris et ad praesens est magis conveniens eo, quod ridet eam imagine iuvenci deceptam, quod Veneri irasceretur, veluti vere pecudis illusa concubitu. [*Et remisso Filius arcu*] merito, *remisso arcu* Cupido, tanquam qui Europae iam debellasset pudorem. [*Abstin. irar.*] cessa ab ira. [*Calidaeq. rixae*] de calore animi venientis vel furoris commotione, i. e. commotione, posteaquam passa est diu illam casus suos conqueri, velut facti auctoris ignaram. [*Non tibi invis.*] ironice dictum, quia minata fuerat se cornua tauri fra-

ci deceperit et quod illa irascatur, quasi vere a pecore decepta sit. [*Mox ubi lusit satis*] postquam diu passa est, illam ignaram suae felicitatis de casu suo conqueri. [*Lacerand. reddet Cornua taurus*] ne laceres eum, inquit, cum se tibi rursus obtulerit. [*Vxor invicti Iovis esse nescis*] ambiguum, utrum hoc dicat, nescis te coniugem Iovis esse, an vero nescis e gerere coniugem Iovis? Vt si dicas: *Nescis esse consul?* [*Tua sect.*

Vxor invicti Iovis esse nescis:
Mitte singultus, bene ferre magnam
Disce fortunam: tua sectus orbis
Nomina ducet.

CARMEN XXVIII.

ARGUM. *Offert se Lydae, libertinae ac fidicinae, convivam poeta, convivandi occasione a Neptunalibus (quae a. d. V Calend. Aug. a Romanis celebrabantur) desumpta.*

AD LYDEN.

Festo quid potius die
Neptuni faciam? Prome reconditum,

v. 73. *inviti* Lips. 4. Post *nescis* interrogandi signum vulgo in editt. Ianius punctum posuit, item Fea, Iahn et alii. I. H. Vossius vulgatam lectionem secutus est.

PARAENETICE AD LYDEN NEPTVNALIBVS vet. cod. Torr. LYDEN AMICAM ALLOQVITVR Cod. Goth.

v. 2. *Facias* emend. Bentl. ob sq. *prome*, quia apud Lyden fuerit convivium, neque igitur Horatium quidquam facere oportuerit, sed Lyden. Sic Sanad. Non intellexerunt VV. DD. quam bonus et insignis esset sensus e vulgata lectione, eaque mutata ut omnis huius principii venustas peritura foret. — *facere* coni. Cun. *facimus* coni. ap. Ion.

---

peditabit cornua. — *uxor*, h. e. pellex, ut passim *coniux*. — *sectus orbis*, separata orbis terrarum pars. Interpretatio huius carminis maximam partem secundum *D.*

---

v. 1-8. *Quid potius*, quod magis consentaneum sit *festo* huic Neptuni diei, Neptunalibus, *faciam*, quam potando eum transigere? — *Prome strenua*, πρόθυμος, pro adverbio *strenue*, προθύμως. — *Caecubum*, cadum vini Caecubi (de quo I, 20, 9.) *reconditi*, interius repositi (ut *interior nota Falerni* II, 3, 8.) tanquam melioris notae servatique ad festas dapes, ut de eodem Epod. IX, 1. — v. 4. *vim adhibe sapientiae*, sapientiam,

---

cturam, i. e. non lacerabis eum, cum se tibi rursus obtulerit. [*Sectus*] divisus eo, quod una pars orbis Europae nomen accepit, altera Asia dicta est, ut: *Europa atque Asia pulsus.* [*Nom. duc.*] i. e. ex tuo nomine dicetur.

orbis nom. ducet] i. e. divisus, quia ab huius nomine pars orbis Europa appellata est.

ACR. [*Festo quid pot. die Nept. faciam*] i. e. quid magis faciendum est festo Neptunalium die, quam ut vinum Caecubum depromatur? Amicam suam alloquitur. [*Lyde strenua*] i. e. cita. [*Caecubum*] vinum

POR. [*Festo quid potius die*] Neptunaliorum diem esse signans, ait, quae res est, quam potius debeam facere, quam vinum promere Ne-

Lyde, strenua Caecubum
Munitaeque adhibe vim sapientiae.
Inclinare meridiem
Sentis: ac, veluti stet volucris dies,
Parcis deripere horreo
Cessantem Bibuli Consulis amphoram.
Nos cantabimus invicem
Neptunum et virides Nereidum comas:

v. 3. Post *Lyde* comma ponunt Bentl. Cun. San. Ion. recte quidem. Alii iunxere *Lyde strenua.* — 6. *et veluti* duo Blandd. Cruqu. unus Bersm. Mentel. Pulm. 2. *et volucris stet veluti dies* Alt. 1. *at veluti* coni. Lamb. Post *sentis* et post *amphoram* interrogandi signum ponunt Cun. San. — 7. *diripere* pauci quidam codd. ut Mart. Cruqu. Pulm. 3, 5. Lips. 2, 4. item Venet. 1492. Locher. Asc. Muret. Land. Rutg. A librariis persaepe mutata *de* et *di* in verbis compositis. Tu quidem recte scribes: *deripere.* — 8. *bibuli* (sic Cod. Goth.), minusculo *b*, scribit Sivr. et „bibulum consulem" dici contendit Messalam Corvinum, cui servata fuerit amphora, laudatque III, 21, 9. Error manifestus cuique patebit! — 9. *in vices* nonnulli Lamb. H. Steph. Codd. Mart. Cruqu. Mentel. Lips. 2. *invices* (sic Cod. Goth.) Maldeg. Cruqu. *invicem* ceterorum codd. auctoritate firmatum. — 10. *Nereidum choros* Lips. 4. memorabilis lectio.

σωφροσύνην, illam, qua tu munita alias vini potu abstines, hodie animo pelle omnique ratione hilaritati indulge. — *munita* propterea sapientia dicitur, quod vir sapiens adversus omnem animi affectum bene est munitus, ita quidem ut neque deflecti neque frangi possit, nullo modo iis obnoxius, quibus fere semper se regi patiuntur homines. — *Meridies inclinat*, dies vergit ad occasum. — *Veluti stet*, non properet, cito ad finem decurrat *dies volucris*, cuius fuga velocissima sit; laudant Tibull. I, 4, 28. *Haud segnis stat remeatque dies.* — v. 7. *Parcis deripere*, non deripis; sic passim *parcere*, ut Graecorum φείδεσθαι, pro „nolle" usurpatum. Vid. supr. III, 8, 26.: *parce nimium cavere.* *Cessantem* vocabulo *parce* respondet, cessante enim Lyde amphora simul, quae festinantius ab illa afferri debebat, cessabat. — *Bibuli consulis*, M. Calpurnio Bibulo cos. reconditam, consulatus eius nota signatam; incidit is in annum u. DCXCIV. — *invicem*, ἀμοιβαίως, alternatim. — v. 10. *virides Nereidum comas*, pro, Nereidas virides s. comas caeruleas habentes,

---

dictum volunt eo, quod ebrietas caecet et confundat ingenium. [*Munitaeq. adhib. vim sapient.*] *munitae*, quae nulli casui subiecta est. Bene autem ait vim sapientiae vino adhiberi. [*Inclin. merid. sentis*] *sentis*, h. e. cernis inclinare diem in occasum, qui maior fieri deberet et augeri laetitia. [*Ac veluti stet volucris dies*] Hortatur ad celeritatem promendi, dum dicit ad brevitatem impatientem morarum. [*Parcis*] Cessas. Quasi stet, cum celeriter non abeat. [*Bibuli*] proprium nomen, i. e. *Bibuli* consulatu reconditum. [*Virides*] herbis similes aquae fucatione. [*Recines*] ite-

ptunalibus? [*Munit. adhib. vim sap.*] *munita sapientia* bene dicitur, quia nulli scilicet fortunae subiecta est. Graeci autem aiunt *vim sapientiae adhiberi* per vinum. [*Inclin. merid.*] in occasum scil. diem inclinare. [*Derip. horr. cess. Bibul. consulis amph.*] i. e. in horreo cessantem et quasi residentem. *Bibuli consulis* autem eo anno, quo Bibulus consulatum

Tu curva recines lyra
Latonam et celeris spicula Cynthiae:
Summo carmine, quae Gnidon
Fulgentesque tenet Cycladas et Paphon
Iunctis visit oloribus,
Dicetur merita Nox quoque nenia.

v. 12. Post *Cynthiae* Bonfin. adnott. 42. intrusit *et*. — 13. *cardine*, in quibusdam codd. apertus lapsus. — *Cnidon*, vid. Var. Lect. ad I, 30, 1. — 14. *Paphum* (sic Cod. Goth. et Guelf.) meliores. Torr. Bentl. 2, 3, 6, 8, 9. Venet. 1492. Locher. Ascens. Sed praestat *Paphon*, Graeca forma *Πάφον*, lectio in permultis codd. obvia. — 15. *vinxit* Lips. 3. — 16. *Dicetur* ad praecedentia trahunt et post illud incidunt Bentl. Cun. Sivr. Quam perversum hoc sit, sponte apparet.

κυανοπλοκάμους, epitheto a maris colore ad deos marinos more sollenni traducto. — v. 11. *Tu recines*, vicissim canes *lyra curva*, convexa, vid. ad I, 10, 6. — *Latonam*, vid. ad I, 21, 3. — *spicula Cynthiae*, Dianae, quae apud poetas Graecos τοξοφόρος, ἰοχέαιρα audit. — v. 13. *summo carmine*, quo carmine a te decantato vicissim nos ambo cantabimus, quae *Gnidon* et quae seq. De Venere Gnidia cf. supr. ad I, 30, 1. — *Cycladas*, quae omnino νήσων ἱερώταται audiunt. — *fulgentes*, vid. ad I, 14, 19.: *Interfusa nitentes Vites aequora Cycladas*. — *visit*, frequentat *iunctis* currui suo *oloribus*, invecta curru oloribus iuncto. De Veneris curru olorino vid. ad Prop. III, 2, 39. — v. 16. *Nox quoque*, (utpote in nocturna compotatione, ut III, 19, 10.) *dicetur*, celebrabitur *nenia*, hymno s. carmine. — *merito*, ὥσπερ εἰκός, merito s. qua par est, ratione atq. sim.

---

rum cantabis, i. e. alternatim cantabimus. [*Celeris spicula Cynthiae*] Dianae, quae trinominis dicitur. Ipsa enim Luna, ipsa Diana et Proserpina dicitur. Ideo modo Lunam pro Diana posuit. [*Summo carmin.*] aut maximo aut in consummatione carminis, i. e. in fine, Veneris cantabimus laudes. [*Cycladas*] nomina insularum, quas Venus vecta circumit cygnis. [*Merita nenia*] convenienti carmine. Nam quia tenebrosa nox est, merito lugubri carmine dicitur. *Nenia* enim carmen est, quod mortuis cantabatur, in honorem infernorum. Sed quia noctem praedicaturus erat, propterea tenebras et somnum, quae morti proxima creduntur. Ideo dixit: *Nenia noctis.*

gessit, natam. [*Summo carm.*] i. e. in consummatione carminis Venerem cantabimus. [*Iunct. vis. oloribus*] *oloribus*, i. e. cygnis iunctis vecta revisit Gnidon, Cycladas, Paphon. [*Dicetur merita nox quoque Nenia*] *Nenia* est carmen, quod in mortuos cantatur. Sed bene nocti hoc carmen accommodat propter tenebras et somnum, quae morti sunt proxima.

CARMEN XXIX.

ARGUM. *Suadet Maecenati suo, ut aestuoso iam tempore, relicta urbe publicisque negotiis, rure apud se aliquantulum sibi indulgeat. Deinde philosophico et splendidissimo excessu ostendit, supervacuum esse curam futuri et divitiarum amorem.*

AD MAECENATEM.

Tyrrhena regum progenies, tibi
Non ante verso lene merum cado
Cum flore, Maecenas, rosarum et
Pressa tuis balanus capillis
Iam dudum apud me est. Eripe te morae:
Ne semper udum Tibur et Aesulae
Declive contempleris arvum et

v. 2. *versum* unus Bersm. Lips. 3 et a m. pr. 1. Mentel. Dess. 2. *cadum* Lips. 1. — 4. *balanos* Cun. — 6. *nec* aliquot Torr. unus Bersm. Lips. 4. Alt. 2 a m. pr. Baxt. *non* ceteri. Torr. unus Bersm. Lips. 4. Locher. Venet. 1492. Asc. *ne* Lamb. Cruqu. et Bentl. e suis Codd. Mentel. Fran. Lips. 1, 3. Dess. 2. Helmst. Alt. 2. a m. s. Venet. 1478. Basill. Steph. Rutg. Fabr. Fab. Heins. Ion. Dacer. — 7. *et* abest a Lips. 4 Helmst.

---

v. 1-8. *Tyrrh. reg. prog.* cf. supr. ad I, 1, 1. — *tibi*, in tuum honorem. — *lene*, ut supr. I, 7, 19. *molle*, quale est vinum vetustius. — *non ante verso cado*, quod condidi in cado, qui nunquam antea ad vinum inde effundendum *versus*, h. e. inclinatus et deinde, ut fieri solebat, *inversus* fuit; (cf. infra Serm. II, 8, 39.) vult igitur significare cadum illum, quem nunc primum ad vinum inde hauriendum *vertere*, h. e. inclinare, velit, ad singularem usum repositum fuisse. — *balanus*, e glande enim *balano* (sive *myrobalano*, nos: *Behennuss*) in Arabia inprimis ad avellanae nucis fere magnitudinem nata, suavissimi odoris unguentum exprimebatur. — *morae*, omnibus iis, in urbe te morantibus, *eripe te*, festina; ut infr. v. 26. *Vrbi sollicitus times.* — *Ne semper udum Tibur* cett. ne in easdem semper terras adiacentes e domo tua prospicias. Fuit nempe do-

---

ACR. [*Tyrrhena*] Tusca et Tiberis Tyrrhenus dictus est: *Tyrrhenoque boves in flumine lavit Iberas.* Simile est autem principium primae odes: *Maecenas, atavis edite regibus.* Invitat autem illum ad epulas, cui destinatam vini amphoram et illibatam iam apud se esse promittit. Ordo est: *Maecenas, Tyrrhena progenies regum, iam dudum apud me tibi lene merum non ante versum cado, cum flore rosarum et balanus pressa tuis capillis.* [*Pressa*] infusa, tanquam iam capiti impressa. *Balanus* autem herba unguentaria est, ex qua componuntur unguenta et ideo significat unguentum. [*Iam dudum apud me est*] ac si diceret: haec omnia tuo in honore iam diu servantur apud me. [*Vdum Tibur*] propter copiam aquarum. [*Et Aesulae*] nomen urbis alterius in latere montis constitutae. [*Declive contempl.*] turrim in hortis suis Maecenas constru-

POR. [*Tyrrhena regum progenies*] simile est illi hoc principium: *Maecenas, atavis edite regibus.* Et cur eum sic appellat, ibi diximus. Invitat autem nunc Maecenatem ad epulas, cui destinatam vini amphoram et illibatam iam apud se esse dixit. [*Non semper udum Tibur et Esu-*

Telegoni iuga parricidae.
Fastidiosam desere copiam et
Molem propinquam nubibus arduis:
Omitte mirari beatae
Fumum et opes strepitumque Romae.
Plerumque gratae divitibus vices
Mundaeque parvo sub lare pauperum
Coenae, sine aulaeis et ostro,

v. 8. *Telogoni* error. *patricidae* Lips. 1. a m. pr. Mur. Fab. Dacer. — 9. *et* abest a Lips. 4. Helmst. Cun. — 12. *opus* Lips. 4.

---

mus, quam Maecenas habuit in Esquiliis, tam alte exstructa, (unde illa v. 10. *moles propinqua nubibus arduis* vocatur) ut ei inde prospicienti non solum tota urbs, sed vicina quoque oppida, *Tibur*, *Aesula* et *Tusculum*, obversarentur; iuncti ei fuere horti splendidissimi, *hortorum Esquilinorum* nomine celebrati. — *udum*, ob rivorum, quibus rigabatur Tiburtina regio, copiam; cf. supr. I, 7, 14. — *Aesul. decliv. arv.* Aesulam, in colle deorsum se vergente sitam. — *Telegon. iug. parricid.* Tusculum, nunc: *Frascati*, cuius conditorem faciunt Telegonum, Vlyssis ex Circe filium, qui ob patris caedem *parricida* dicitur a fabularum auctoribus.

v. 9-16. *Fastidiosam*, sc. hominibus, quos rerum, quibus abundant, saepe capere solet fastidium et satietas. — *mol. propinqu. nub. ard.* Infr. Hor. Maecenatis domum simpliciter *altam* vocat et Sueton. Ner. c. 38. *Maecenatianam turrim*; et supr. I, 4, 14. — *beatae*, omni rerum copia adfluentis. — *fumum*, Maecenati enim ex alta domo sua super cetera urbis tecta prospicienti iucundum sane *fumus* inde in altum surgens praebere debebat spectaculum. — *opes*, opulentiam, luxus instrumenta. — *strepitum*, nos: *Gewühl*. — *Plerumque gratae divit. vic.* cett. Lubenter saepe divites vitae vicissitudinis causa ex urbe in agrum secedere solent. — *plerumque*, haud raro, ut infr. Serm. I, 10, 15. in Epist. ad Pis. v. 14 et 95. — *sine aulaeis et ostro*, refer ad externam tricliniorum magnificentiam; per *aulaea*, ut docet Scholiast. infra ad Serm. II, 8, 54. intelligenda sunt pretiosa vela, quae sub cameras in triclinio tendebantur, ut, si quid pulveris deciderit, ab iis exciperetur (nos: *Baldachin*); per *ostrum* autem, purpurea vel conchyliata peristromata sive peripetasmata, quibus lecti tricliniares insternebantur; Virg. Aen. I, 700. *stratoque super discumbitur ostro.*

---

xisse dicebatur, unde haec omnia prospectaret. [*Telegoni iuga parricid.*] Tusculum civitas est, in iugo montis constituta. Hanc significat nomine conditoris, a Telegono enim, Circes filio, fundata est, qui per ignorantiam patrem suum Vlyssem interemit. [*Fastidios. desere cop.*] quae fastidium aliquando ingerit propter luxum, ut proprias aliquando delicias fastidiat. [*Plerumq. gratae divit. vices*] vicissitudinem rerum dicit gratam solere esse divitibus, quos interdum post divitias et copias delectat familiarium mediocritas. Ordo est: *Plerumque mundae coenae gratae vices divitibus, sine aulaeis et ostro, sub parvo Lare pauperum explicuere sollicitam frontem*, i. e. tristem et obductam rugis frontem laetitia

lae Declive contempl. arv. et Telegoni iuga parricidae] Tusculum signat, quod dicitur *Telegonus*, Circes filius, condidisse, qui per ignorantiam patrem suum Vlyssem occidit. [*Mol. propinq. nubib. ard.*] turrim dicit, quam Maecenas dicitur in hortis suis exstruxisse, unde haec omnia pro-

Sollicitam explicuere frontem.
Iam clarus occultum Andromedae pater
Ostendit ignem: iam Procyon furit
Et stella vesani Leonis,
Sole dies referente siccos;
Iam pastor umbras cum grege languido
Rivumque fessus quaerit et horridi
Dumeta Silvani, caretque
Ripa vagis taciturna ventis.
Tu, civitatem quis deceat status,
Curas et Vrbi sollicitus times,
Quid Seres et regnata Cyro
Bactra parent Tanaisque discors.
Prudens futuri temporis exitum

---

v. 17-24. *Iam clarus occult.* cett. aestatem autem et nominatim mensem Iulium a siderum, quae hoc mense oriuntur, cursu designat. — *Andromedae pater*, Cepheus, sidus sub cauda Vrsae minoris, cuius ortus in a. d. VII. Id. Iul. incidit. — *occultum ignem ostendit*, pro oritur. Catull. LXII, 7. *Nimirum Oetaeos ostendit Noctifer ignes.* — *Procyon*, Antecanis, Id. Iul. exoriens. — *furit*, aestu saevit. — *stella vesani Leonis*, in pectore Leonis, *tuber Leonis* vocata, quae, postquam Sol a. d. XIII. Cal. Aug. in sidus Leonis transiit, a. d. IX. Cal. Aug. oritur. — *vesani*, eodem sensu infr. Epist. I, 10, 17. *Leo* dicitur *furibundus*. — *horrid. dumeta Silvani*, virgulta et dumeta, quibus praeest Silvanus; *horridi* refer ad incultam et horridiorem *Silvani*, ut dei agrestis, formam. — *caretque Ripa v. tac. vent.* nec ad ripam, ubi omnia tacent, aurae spirant, scilicet, ut fessum solis aestu pastorem recreent.

v. 25-28. *Tu, civit. quis dec. stat.* cett. — Maecenati quidem, qui

---

extendere, h. e. explicavere, ut Plautus: *Exporge frontem.* [*Andromedae pater*] Cepheus, Aethiopum rex [Zetheus], qui inter sidera collocatus dicitur proximus Orioni. [*Ostendit ignem*] denunciat aestatem, ut: *Findit canis aestifer arva.* [*Iam Procyon furit*] stella, quae ante caniculam oritur. [*Cum grege lang.*] i. e. aestu fatigato, ut: *Nunc etiam pecudes umbras et frigora captant.* [*Ripa vagis taciturna ventis*] quae propter sonitum sit vento non mota, ut: *Adspice, ventosi ceciderunt murmuris aurae.* [*Tu, civitatem quis deceat status*] quis status, i. e. quis honor, ostendit autem Maecenatem praefectum urbi eo tempore fuisse. [*Et regnata Cyro Bactra*] Cyrus rex Persarum fuit, ideo genus eius commemorat, ut: *Vltima secum Bactra vehit.* [*Tanaisque discors*] *Tanais* flumen in Maeotidem paludem fluens. *Discors* autem ideo dictum, quia discernit Europam et Asiam, sive quia incolae regionis illius feroces sunt et frequenter inter se discordia colliduntur. [*Prudens futuri*] prudenter

spectabat. [*Sollicit. explic. front.*] i. e. tristem exhilaravere. [*Iam clarus occult. Androm. pater ostend. ign.*] Cepheus, qui scilicet inter sidera receptus est. [*Iam Procyon furit*] stella est, quae ante Caniculam oritur. [*Et stella vesani leon.*] *stellam* pro toto signo dixit, in quo solem necesse est esse mense Augusto, quo est ferventissimum anni tempus. [*Tu civitat. quis deceat status, Curas*] apparet, illo tempore praefectum urbi fuisse Maecenatem. [*Tanaisque discors*] *Tanais* fluvius est fluens

Caliginosa nocte premit Deus,
Ridetque, si mortalis ultra
Fas trepidat. Quod adest, memento
Componere aequus: cetera fluminis
Ritu feruntur, nunc medio alveo
Cum pace delabentis Etruscum
In mare, nunc lapides adesos
Stirpesque raptas et pecus et domos
Volventis una, non sine montium
Clamore vicinaeque silvae,

---

hoc anno Vrbi praefectus fuit, curae cordique esse debebat reipublicae salus et incolumitas, sed nimium ille de exterorum hostium minis sollicitus fuisse videtur, unde Hor. supr. III, 8, 17. eundem monet: *Mitte civiles super urbe curas* cett. ubi cf. not. — *Seres*, gens Indica, pro Indis universis; cf. supra ad I, 12, 56. — *Bactra*, urbs primaria in Bactriana Persarum provincia, pro universo Parthorum imperio; *regnata Cyro*, cf. supr. II, 2, 17. — *Tanais*, fluvius (nunc: *Don*) Europam et Asiam dividens, pro eius accolis Scythis, Parthorum sociis. — *discors*, hic populus igitur, qui ipse inter se dissidebat, multo minus timendus fuit Maecenati; iam supra Hor., ut vanum Maecenatis timorem esse ostenderet, de Parthis III, 8, 19. *Medus infestis sibi luctuosis Dissidet armis.*

v. 29-41. *Prudens*, sapiente consilio, ut supr. I, 3, 32. — *exitum futuri temporis*, fata futura. — *ultra fas*, de rebus futuris, quas scire velle nefas est. — *Quod adest, memento componere*, imo, quae adsunt, recte adhibere et in usum convertere decet; Cicero de Senect. c. 9. *Quod adest, eo decet uti;* ad praeceptum Graecorum *τὸ παρὸν εὖ θέσθαι, εὖ ποιεῖν.* de quo vid. *Hemsterhus.* ad Lucian. T. I. p. 544. — *aequus*, aequo placidoque animo in eo, *quod adest*, acquiescens. — *cetera fluminis*

---

dicit deum fecisse nesciri futura, tanquam qui hominem vellet pro brevitate vitae uti praesentibus. Ordo est: *Prudens premit deus exitum futuri temporis caliginosa nocte et ridet, si mortalis trepidat ultra fas.* [*Componere aequus*] iustus finire, unde lites compositae dicuntur finitae, ut: *Non nostrum inter vos tantas componere lites.* [*Cetera flum. Ritu feruntur*] dilabuntur, h. e. alia cursum suum habent, ut: *Si brachia forte remisit, Atque illum in praeceps prono rapit alveus amni.* Ordo est: *Cetera feruntur ritu fluminis, nunc cum pace dibabentis in Hetruscum mare medio alveo, nunc volventis una adesos lapides et raptas stirpes et pecus et domos.* Per allegoriam describit varietates et vices vitae humanae, quae dum quieta et laeta est, subito adversis casibus inquietatur et perturbatur. [*Stirpes rapt.*] exstirpatas, ut: *Rapidus montano flumine torrens sternit agros, sternit sata laeta, boumque labores.* [*Diluvies*] nove tempestatem dixit, cum omnes auctores hoc diluvium posuis-

in Maeotidem paludem et inde in Pontum. *Discors* autem dictus, quod discernit Europam ab Asia, nisi forte ad incolas eius referamus hoc epitheton, quod inter se ferocissimi barbari discordant. [*Ridetq. si mortalis ultra Fas trepid.*] quoniam scilicet nefas est inquirere futura, quae diis nos nescire voluerunt. [*Quod adest, memento Componere aequus*] i. e. praesentibus fruere et ea, quae adsunt, aequa mente compone. [*Nunc med. alv. Cum pace delabentis Hetruscum In mare*] varietatem et vices vitae humanae, quemadmodum modo quieta ac laeta est, modo adver-

Quum fera diluvies quietos
Irritat amnes. Ille potens sui
Laetusque deget, cui licet in diem
Dixisse: »Vixi«: cras vel atra
Nube polum Pater occupato
Vel sole puro: non tamen inritum,
Quodcunque retro est, efficiet, neque
Diffinget infectumque reddet,
Quod fugiens semel hora vexit.
Fortuna saevo laeta negotio et
Ludum insolentem ludere pertinax

---

ritu feruntur cett. quod ad cetera, quae nos manent, fata attinet, ea, sive laetiora sive tristiora futura sint, non magis curis nostris mutari possunt, quam cursus fluvii, qui modo placide et leniter delabitur, modo graviter intumescens et omnia secum rapiens magno cum tumultu devolvitur. — *fluminis*, Tiberis nempe, Romanorum oculis obversantis. *cum pace*, quiete, placide. *clamore*, sonitu, fragore. — *amnes*, intellige flumina illa minora, Anienem, Clanium, Nar cett. quae Tiberi se immiscent. — *quietos irritat*, pro: facit, ut intumescant aestuentque, qui modo quiete fluebant.

v. 41-48. *Ille potens sui*, ille demum *potens sui* (*ἐγκρατὴς ἑαυτοῦ*) habebitur, h. e. cupiditatibus suis, ut virum sapientem decet, imperabit, — *laetusque deget*, et omnium de sorte futura curarum expers vitam laetam et iucundam aget; — *in diem*, in quemque, qui ei contigit, diem, de quoque transacto die. — *Vixi*, percepi oblata mihi hoc die vitae munera; sic passim *vivere*, ut Graecorum *ζῆν*, pro: vita frui, dicitur; — *cras vel atra Nub. pol. Pat. occup. v. sol. pur.* de crastino die haud equidem laboro, sive enim illum tristem sive laetum mihi induxerit Iupiter.

v. 49-56. *Fortuna saev. laeta negot.* cett. Sensus: Fortuna enim, voluptatem adeo capiens e saevo illo, quo homines ludit, negotio, nunc alios extollere, nunc alios deprimere solet. — *laeta*, gaudens, *χαίρουσα;* sic supr. I, 21, 5. Diana: *laeta fluviis et nemorum coma* dicitur. — *ludere pertinax*, pertinaciter ludens. Pertinacia autem ista, qua in negotio suo persistere dicitur Fortuna, bene eam, ut deam, quae nulla hominum miseratione tangatur, designat. — *transmut. incert. hon.*, *N. m.*,

---

sent. [*Irritat amn.*] incitat, ut: *Irritatque virum telis.* [*Ille potens sui Laetusq. deget*] i. e. ille felix est, qui modum vitae suae habet sive qui futura non curat. [*Cras vel atra*] perseverat persuadere praesentia tantum curanda, nec futuris animum commodari. [*Non tamen irrit.*] h. e. non posse commodum vitae, quod iam perceptum fuerit, infringi. [*Quodcunque retro est*] i. e. quod iam transiit. Sensus est: Praeterita non poterunt immutari, quamvis futura incerta sint, et ideo desine esse sollicitus de futuris. [*Diffing.*] confundet, immutabit sive convellet. [*Fortun. saevo laeta negotio*] quae delectatur incertis et inquietudine hominum gaudet, dum prospera mutat adversis. [*Ludum insolentem*] iniquum, no-

sis casibus inquieta, turbulenta, per allegoriam describit. [*Cui licet in diem dixisse: vixi*] perseverat persuadere praesentia commoda tantum amplectenda, de futuris non esse cogitandum. [*Non tamen irritum, quodcunque retro est, efficiet*] i. e. non potest commodum vitae, quod iam perceperit, infringere. [*Ludum insolent. ludere pertinax*] veteribus

Caliginosa nocte premit Deus,
  Ridetque, si mortalis ultra
    Fas trepidat. Quod adest, memento
Componere aequus: cetera fluminis
Ritu feruntur, nunc medio alveo
  Cum pace delabentis Etruscum
    In mare, nunc lapides adesos
Stirpesque raptas et pecus et domos
Volventis una, non sine montium
  Clamore vicinaeque silvae,

---

hoc anno Vrbi praefectus fuit, curae cordique esse debebat reipublicae salus et incolumitas, sed nimium ille de exterorum hostium minis sollicitus fuisse videtur, unde Hor. supr. III, 8, 17. eundem monet: *Mitte civiles super urbe curas* cett. ubi cf. not. — *Seres*, gens Indica, pro Indis universis; cf. supra ad I, 12, 56. — *Bactra*, urbs primaria in Bactriana Persarum provincia, pro universo Parthorum imperio; *regnata Cyro*, cf. supr. II, 2, 17. — *Tanais*, fluvius (nunc: *Don*) Europam et Asiam dividens, pro eius accolis Scythis, Parthorum sociis. — *discors*, hic populus igitur, qui ipse inter se dissidebat, multo minus timendus fuit Maecenati; iam supra Hor., ut vanum Maecenatis timorem esse ostenderet, de Parthis III, 8, 19. *Medus infestis sibi luctuosis Dissidet armis.*

v. 29-41. *Prudens*, sapiente consilio, ut supr. I, 3, 32. — *exitum futuri temporis*, fata futura. — *ultra fas*, de rebus futuris, quas scire velle nefas est. — *Quod adest, memento componere*, imo, quae adsunt, recte adhibere et in usum convertere decet; Cicero de Senect. c. 9. *Quod adest, eo decet uti;* ad praeceptum Graecorum τὸ παρὸν εὖ θέσθαι, εὖ ποιεῖν. de quo vid. *Hemsterhus.* ad Lucian. T. I. p. 544. — *aequus*, aequo placidoque animo in eo, *quod adest*, acquiescens. — *cetera fluminis*

---

dicit deum fecisse nesciri futura, tanquam qui hominem vellet pro brevitate vitae uti praesentibus. Ordo est: *Prudens premit deus exitum futuri temporis caliginosa nocte et ridet, si mortalis trepidat ultra fas.* [*Componere aequus*] iustus finire, unde lites compositae dicuntur finitae, ut: *Non nostrum inter vos tantas componere lites.* [*Cetera flum. Ritu feruntur*] dilabuntur, h. e. alia cursum suum habent, ut: *Si brachia forte remisit, Atque illum in praeceps prono rapit alveus amni.* Ordo est: *Cetera feruntur ritu fluminis, nunc cum pace dibabentis in Hetruscum mare medio alveo, nunc volventis una adesos lapides et raptas stirpes et pecus et domos.* Per allegoriam describit varietates et vices vitae humanae, quae dum quieta et laeta est, subito adversis casibus inquietatur et perturbatur. [*Stirpes rapt.*] exstirpatas, ut: *Rapidus montano flumine torrens sternit agros, sternit sata laeta, boumque labores.* [*Diluvies*] nove tempestatem dixit, cum omnes auctores hoc diluvium posuis-

in Maeotidem paludem et inde in Pontum. *Discors* autem dictus, quod discernit Europam ab Asia, nisi forte ad incolas eius referamus hoc epitheton, quod inter se ferocissimi barbari discordant. [*Ridetq. si mortalis ultra Fas trepid.*] quoniam scilicet nefas est inquirere futura, quae diis nos nescire voluerunt. [*Quod adest, memento Componere aequus*] i. e. praesentibus fruere et ea, quae adsunt, aequa mente compone. [*Nunc med. alv. Cum pace delabentis Hetruscum In mare*] varietatem et vices vitae humanae, quemadmodum modo quieta ac laeta est, modo adver-

    Quum fera diluvies quietos
Irritat amnes. Ille potens sui
Laetusque deget, cui licet in diem
  Dixisse: »Vixi«: cras vel atra
    Nube polum Pater occupato
Vel sole puro: non tamen inritum,
Quodcunque retro est, efficiet, neque
  Diffinget infectumque reddet,
    Quod fugiens semel hora vexit.
Fortuna saevo laeta negotio et
Ludum insolentem ludere pertinax

---

ritu feruntur cett. quod ad cetera, quae nos manent, fata attinet, ea, sive laetiora sive tristiora futura sint, non magis curis nostris mutari possunt, quam cursus fluvii, qui modo placide et leniter delabitur, modo graviter intumescens et omnia secum rapiens magno cum tumultu devolvitur. — *fluminis*, Tiberis nempe, Romanorum oculis obversantis. *cum pace*, quiete, placide. *clamore*, sonitu, fragore. — *amnes*, intellige flumina illa minora, Anienem, Clanium, Nar cett. quae Tiberi se immiscent. — *quietos irritat*, pro: facit, ut intumescant aestuentque, qui modo quiete fluebant.

v. 41-48. *Ille potens sui*, ille demum *potens sui* (ἐγκρατὴς ἑαυτοῦ) habebitur, h. e. cupiditatibus suis, ut virum sapientem decet, imperabit, — *laetusque deget*, et omnium de sorte futura curarum expers vitam laetam et iucundam aget; — *in diem*, in quemque, qui ei contigit, diem, de quoque transacto die. — *Vixi*, percepi oblata mihi hoc die vitae munera; sic passim *vivere*, ut Graecorum ζῆν, pro: vita frui, dicitur; — *cras vel atra Nub. pol. Pat. occup. v. sol. pur.* de crastino die haud equidem laboro, sive enim illum tristem sive laetum mihi induxerit Iupiter.

v. 49-56. *Fortuna saev. laeta negot.* cett. Sensus: Fortuna enim, voluptatem adeo capiens e saevo illo, quo homines ludit, negotio, nunc alios extollere, nunc alios deprimere solet. — *laeta*, gaudens, χαίρουσα; sic supr. I, 21, 5. Diana: *laeta fluviis et nemorum coma* dicitur. — *ludere pertinax*, pertinaciter ludens. Pertinacia autem ista, qua in negotio suo persistere dicitur Fortuna, bene eam, ut deam, quae nulla hominum miseratione tangatur, designat. — *transmut. incert. hon., N. m.,*

---

sent. [*Irritat amn.*] incitat, ut: *Irritatque virum telis.* [*Ille potens sui Laetusq. deget*] i. e. ille felix est, qui modum vitae suae habet sive qui futura non curat. [*Cras vel atra*] perseverat persuadere praesentia tantum curanda, nec futuris animum commodari. [*Non tamen irrit.*] h. e. non posse commodum vitae, quod iam perceptum fuerit, infringi. [*Quodcunque retro est*] i. e. quod iam transiit. Sensus est: Praeterita non poterunt immutari, quamvis futura incerta sint, et ideo desine esse sollicitus de futuris. [*Diffing.*] confundet, immutabit sive convellet. [*Fortun. saevo laeta negotio*] quae delectatur incertis et inquietudine hominum gaudet, dum prospera mutat adversis. [*Ludum insolentem*] iniquum, nosis casibus inquieta, turbulenta, per allegoriam describit. [*Cui licet in diem dixisse: vixi*] perseverat persuadere praesentia commoda tantum amplectenda, de futuris non esse cogitandum. [*Non tamen irritum, quodcunque retro est, efficiet*] i. e. non potest commodum vitae, quod iam perceperit, infringere. [*Ludum insolent. ludere pertinax*] veteribus

Transmutat incertos honores,
Nunc mihi, nunc alii benigna.
Laudo manentem: si celeres quatit
Pennas, resigno, quae dedit, et mea
Virtute me involvo probamque
Pauperiem sine dote quaero.
Non est meum, si mugiat Africis
Malus procellis, ad miseras preces
Decurrere et votis pacisci,
Ne Cypriae Tyriaeque merces

---

nunc al. benign. ut supr. 1, 34, 14. *Hinc apicem rapax Fortuna cum stridore acuto Sustulit, hic posuisse gaudet.* — *Laudo manentem*, venerabor quidem eam, dum illa mihi propitia adest, h. e. grata mihi quidem erunt eius munera. — *si celeres quatit pennas*, si avolat, (quatiunt enim pennas avolantes) h. e. si a me recedit. — *resigno*, reddo; infr. Fpist. I, 7, 34. *cuncta resigno.* — *resignare* translatum e re pecuniaria, ubi est pro: solvere, nempe per attributionem vel perscriptionem, quod ad mensas argentariorum in tabernis fieri solebat. — *mea virtute me involvo*, de viro sapiente, qui pro pallio, quo philosophi se involvere solebant, virtute sua se involvit. — *prob. Paup. s. d. quaero*, fingit nempe, se petere et ambire velle Pauperiem, tanquam puellam, cuius dos (uti supr. III, 24, 21. apud Scytharum campestrium puellas) sola virtus et probitas sit.

v. 57-64. *Non est meum*, divitiarum autem ego expers non opus habeo, *ad miseras preces decurrere*, ad preces perfugere, quibus deorum moveatur miseratio. — *si mug. Afr. mal. proc.* si tempestatis ab Africo concitatae tempore malus stridorem edat, imminente naufragii periculo; supr. I, 14, 4. *Et malis celeri saucius Africo Antennaeque gemant.* — *votis pacisci*, sub ea conditione vota suscipere et promittere, *ne* cett. —

---

vum, ut Iuven.: *Quotiens voluit fortuna iocari.* [*Ludere*] *quotiens* voluit, subaudi. [*Pertinax*] insistens. [*Transmut. incertos honor.*] utrum ipsos honores incertos, an qui transmutando incerti fiant fortunae inconstantia. [*Laudo manentem*] i. e. cum mutabilis non est, laudo illam. [*Si celeres quat. Pennas, resigno, quae dedit*] i. e. dum ad alium devolat, reddo, quod dederat. [*Et mea Virt. me involv.*] i. e. mea virtute me munio, non timens incerta fortunae, dum aut desidero aut formido, quod praestat, bona conscientia et sola probitate contentus. [*Sine dote*] sine opibus, sine praemio. [*Non est meum*] i. e. nec vitae nec propositi mei est timere adversa, quia me nec periculo nec tempestati quaestus causa committo. [*Et votis pacisci*] tanquam paciscantur cum diis homines ob-

usitatum elocutionis genus *ludum ludere*, sicut *vitam vivere* et *servitutem servire* et multa similia. [*Transmutat incertos honor.*] utrum transmutando *incertos* facit an quia *incerti* sunt, ideo *transmutare* eos putet. [*Resigno, quae dedit*] *resigno*, i. e. reddo. [*Et mea Virtute me involvo*] diserte, i. e. me mea virtute munio, nihil ab illa timens aut desiderans, contentus sola probitate et bona conscientia. [*Sine dote*] i. e. sine opibus. [*Non est meum, si mug. Afr. malis procellis*] nec vitae nec propositi mei est, inquit, adversa timere, quia nec periculo nec tempestati quaestus causa me committo. [*Addant avaro divit. mari*] cum mare habeat divitias, obruendo naves cum rebus pretiosissimis. [*Tunc me praesid. scaphae, Tutum per Aegeos tumult., Aura feret*] tunc, cum

Addant avaro divitias mari:
Tum me, biremis praesidio scaphae
Tutum, per Aegaeos tumultus
Aura feret geminusque Pollux.

CARMEN XXX.

ARGUM. *Quod ante Horatium iam alii magni nominis poetae de gloriae suae immortalitate senserunt et professi sunt, id Horatius quoque sentit et profitetur in hoc epilogo, iis carminibus, quae tum primum evulgavit, addito: „partum sibi lyricorum poetarum inter Romanos principi gloriam aeternam fore," vaticinans.* D. — *Ceterum inepte agunt, qui Horatium, quippe quod hoc scripserit carmen, tanquam hominem arrogantem laudisque propriae dicendae cupidissimum perstringere ac nefarie calumniari amant, quibus tamen scilicet stultis pariter atque omni sensu, quo vitam Romanorum priscam sive potius illam, quae tum in Graeca cum in Romana antiquitate animadvertitur, recte percipiant atque intelligant, plane destitutis ne verbum quidem respondere fert animus, nisi quod similes homunculi habere debemus, qui nuperrime in famosis ephemeridibus, vulgo „Berliner Don Quixote," omnem suam stultitiam, de scriptoribus veteribus classicis stultissime scribens, — ut stultus Berolinensis — professus est.*

Exegi monumentum aere perennius
Regalique situ pyramidum altius,

AD MELPOMENEN.
AD SE IPSVM DE OPERE SVO Cod. Goth.
v. 1. *Hoc ègi* Bersm.

Addant avaro divitias mari, h. e. divitiis, quas mare insatiabile devorare solet, novum additamentum accedant. — *avaro*, insatiabili, ut supr. I, 28, 18. *mare avidum.* — *biremis scaphae*, cymbae minoris, quae duobus remis ab uno regitur. Eiusmodi autem cymbae, ut naufragis essent praesidio, navibus onerariis, ut adhuc fieri solet, annexae fuere. — *per Aegaeos tumultus*, h. e. per motos in mari Aegaeo fluctus; erat autem mare Aegaeum, per quod Romam advehi debebant merces Tyriae et Cypriae, navigantibus ob crebras tempestates infestissimum. — *geminus Pollux*, Castor et Pollux, cf. supr. I, 3, 2. (Interpretatio huius carminis maximam partem secundum *D.*)

---

lectatione votorum. [*Avaro mari*] insatiabili, cuncta recipienti, quasi quod omnia intercipiat. [*Tunc me biremis praesid. scaphae*] *biremis*, i. e. duos ordines remorum habentis. Ordo est: *Aura et geminus Pollux feret me per Aegeos tumultus, tutum praesidio biremis scaphae.* Ironice dixit, non patiar vim maris amore lucri. [*Gemin. Pollux*] *Pollux* cum *Castore* intelligendus est, amborum enim stellae simul nascuntur.

maxime saevit tempestas, inquit, ego tutus navigo praesidio scaphae, sed per hoc ἀλληγορικῶς signat se tutum securumque vivere, quia non quaerat divitias. [*Geminusq. Pollux*] quia horum sidera, cum se ostendunt laborantibus nautis, praebent spem salutis.

Transmutat incertos honores,
Nunc mihi, nunc alii benigna.
Laudo manentem: si celeres quatit
Pennas, resigno, quae dedit, et mea
Virtute me involvo probamque
Pauperiem sine dote quaero.
Non est meum, si mugiat Africis
Malus procellis, ad miseras preces
Decurrere et votis pacisci,
Ne Cypriae Tyriaeque merces

---

nunc al. benign. ut supr. 1, 34, 14. *Hinc apicem rapax Fortuna cum stridore acuto Sustulit, hic posuisse gaudet.* — *Laudo manentem*, venerabor quidem eam, dum illa mihi propitia adest, h. e. grata mihi quidem erunt eius munera. — *si celeres quatit pennas*, si avolat, (quatiunt enim pennas avolantes) h. e. si a me recedit. — *resigno*, reddo; infr. Epist. I, 7, 34. *cuncta resigno.* — *resignare* translatum e re pecuniaria, ubi est pro: solvere, nempe per attributionem vel perscriptionem, quod ad mensas argentariorum in tabernis fieri solebat. — *mea virtute me involvo*, de viro sapiente, qui pro pallio, quo philosophi se involvere solebant, virtute sua se involvit. — *prob. Paup. s. d. quaero*, fingit nempe, se petere et ambire velle Pauperiem, tanquam puellam, cuius dos (uti supr. III, 24, 21. apud Scytharum campestrium puellas) sola virtus et probitas sit.

v. 57-64. *Non est meum*, divitiarum autem ego expers non opus habeo, *ad miseras preces decurrere*, ad preces perfugere, quibus deorum moveatur miseratio. — *si mug. Afr. mal. proc.* si tempestatis ab Africo concitatae tempore malus stridorem edat, imminente naufragii periculo; supr. I, 14, 4. *Et malis celeri saucius Africo Antennaeque gemant.* — *votis pacisci*, sub ea conditione vota suscipere et promittere, *ne* cett. —

---

vum, ut Iuven.: *Quotiens voluit fortuna iocari.* [*Ludere*] *quotiens voluit*, subaudi. [*Pertinax*] insistens. [*Transmut. incertos honor.*] utrum ipsos honores incertos, an qui transmutando incerti fiant fortunae inconstantia. [*Laudo manentem*] i. e. cum mutabilis non est, laudo illam. [*Si celeres quat. Pennas, resigno, quae dedit*] i. e. dum ad alium devolat, reddo, quod dederat. [*Et mea Virt. me involv.*] i. e. mea virtute me munio, non timens incerta fortunae, dum aut desidero aut formido, quod praestat, bona conscientia et sola probitate contentus. [*Sine dote*] sine opibus, sine praemio. [*Non est meum*] i. e. nec vitae nec propositi mei est timere adversa, quia me nec periculo nec tempestati quaestus causa committo. [*Et votis pacisci*] tanquam paciscantur cum diis homines ob-

usitatum elocutionis genus *ludum ludere*, sicut *vitam vivere* et *servitutem servire* et multa similia. [*Transmutat incertos honor.*] utrum transmutando *incertos* facit an quia *incerti* sunt, ideo *transmutare* eos putet. [*Resigno, quae dedit*] *resigno*, i. e. reddo. [*Et mea Virtute me involvo*] diserte, i. e. me mea virtute munio, nihil ab illa timens aut desiderans, contentus sola probitate et bona conscientia. [*Sine dote*] i. e. sine opibus. [*Non est meum, si mug. Afr. malis procellis*] nec vitae nec propositi mei est, inquit, adversa timere, quia nec periculo nec tempestati quaestus causa me committo. [*Addant avaro divit. mari*] cum mare habeat divitias, obruendo naves cum rebus pretiosissimis. [*Tunc me praesid. scaphae, Tutum per Aegeos tumult., Aura feret*] tunc, cum

Addant avaro divitias mari:
Tum me, biremis praesidio scaphae
Tutum, per Aegaeos tumultus
Aura feret geminusque Pollux.

CARMEN XXX.

Argum. *Quod ante Horatium iam alii magni nominis poetae de gloriae suae immortalitate senserunt et professi sunt, id Horatius quoque sentit et profitetur in hoc epilogo, iis carminibus, quae tum primum evulgavit, addito: „partum sibi lyricorum poetarum inter Romanos principi gloriam aeternam fore," vaticinans.* D. — *Ceterum inepte agunt, qui Horatium, quippe quod hoc scripserit carmen, tanquam hominem arrogantem laudisque propriae dicendae cupidissimum perstringere ac nefarie calumniari amant, quibus tamen scilicet stultis pariter atque omni sensu, quo vitam Romanorum priscam sive potius illam, quae tum in Graeca cum in Romana antiquitate animadvertitur, recte percipiant atque intelligant, plane destitutis ne verbum quidem respondere fert animus, nisi quod similes homunculi habere debemus, qui nuperrime in famosis ephemeridibus, vulgo „Berliner Don Quixote," omnem suam stultitiam, de scriptoribus veteribus classicis stultissime scribens, — ut stultus Berolinensis — professus est.*

Exegi monumentum aere perennius
Regalique situ pyramidum altius,

AD MELPOMENEN.
AD SE IPSVM DE OPERE SVO Cod. Goth.
v. 1. *Hoc ègi* Bersm.

Addant avaro divitias mari, h. e. divitiis, quas mare insatiabile devorare solet, novum additamentum accedant. — *avaro*, insatiabili, ut supr. I, 28, 18. *mare avidum.* — *biremis scaphae*, cymbae minoris, quae duobus remis ab uno regitur. Eiusmodi autem cymbae, ut naufragis essent praesidio, navibus onerariis, ut adhuc fieri solet, annexae fuere. — *per Aegaeos tumultus*, h. e. per motos in mari Aegaeo fluctus; erat autem mare Aegaeum, per quod Romam advehi debebant merces Tyriae et Cypriae, navigantibus ob crebras tempestates infestissimum. — *geminus Pollux*, Castor et Pollux, cf. supr. I, 3, 2. (Interpretatio huius carminis maximam partem secundum *D.*)

---

lectatione votorum. [*Avaro mari*] insatiabili, cuncta recipienti, quasi quod omnia intercipiat. [*Tunc me biremis praesid. scaphae*] *biremis*, i. e. duos ordines remorum habentis. Ordo est: *Aura et geminus Pollux feret me per Aegeos tumultus, tutum praesidio biremis scaphae.* Ironice dixit, non patiar vim maris amore lucri. [*Gemin. Pollux*] *Pollux cum Castore* intelligendus est, amborum enim stellae simul nascuntur.

maxime saevit tempestas, inquit, ego tutus navigo praesidio scaphae, sed per hoc ἀλληγορικῶς signat se tutum securumque vivere, quia non quaerat divitias. [*Geminusq. Pollux*] quia horum sidera, cum se ostendunt laborantibus nautis, praebent spem salutis.

Quod non imber edax, non Aquilo inpotens
Possit diruere aut innumerabilis
Annorum series et fuga temporum.
Non omnis moriar multaque pars mei
Vitabit Libitinam. Vsque ego postera
Crescam laude recens, dum Capitolium

v. 3. *nec A.* Lips. 4.

---

v. 1. *Exegi*, erexi, in altum eduxi monumentum, quo sensu ἐλαύνειν, ἐξελαύνειν passim apud Graecos occurrit. — *aere perennius*, longius duraturum monumento aereo, statua aerea, titulis aeri incisis, quibus rerum gestarum memoriam posteris tradere laborant. — *regal. sit. pyr.* pro: pyramidibus regio sumptu exstructis; vox *situs*, i. e. structura, positus, rerum exstructarum et in loco aliquo collocatarum periphrasi inservit. — *imber edax*, compagem saxeam solvens, aes arrodens. — *Aquilo impotens*, vehementissimus. — *innumerabilis annorum series et fuga temporum*, copia poetica pro, aetas longissima, ita quidem, ut illud longum seculorum decursum, hoc omne, quod futurum est, tempus designet. Vid. II, 14, 1. *Heu, heu fugaces Labuntur anni.* — v. 6. *Non omnis moriar* ipse explicat subiungens: *multa pars mei vitabit Libitinam*, effugiet mortem, oblivioni haud dabitur, cf. II, 20, 7. III, 3, 16. — *Ego crescam laude postera*, nomen meum crescet apud posteros, *usque recens*, ita ut nova in dies incrementa capiat. — *dum Cap. Scandet cum tacit. virg. Pontifex*, donec stabit Capitolium; pro *stabit* autem posuit rem, quae in Capitolio, dum illud stabat, fieri solebat. Vnoquoque enim mense (Varro

---

ACR. [*Exegi monum. aere perennius*] per aeternitatem carminis auctori dat laudem. Ideo monumentum operis sui ultra statuas, quas nominato aere significat magnificentiam vel soliditatem sepulchrorum perennius dicit. *Pyramides* autem proprie regum Aegyptiorum sepulchra sunt, ingenti mole constructa et in cacumen educta in modum flammae sursum surgentis, unde et eis nomen est inditum. Ordo est: *Melpomene, exegi monumentum perennius aere*, i. e. durabilius metallo, nam *monumentum* dicit opus suum, quod durabilius dicit esse statuis divitum ex aere factis. [*Exegi*] finivi, perfeci, ut Ovidius: *Iamque opus exegi.* [*Edax*] corrumpens vi tempestatis. [*Aquilo impot.*] valde potens. Ideo aquilonem posuit, ut: *Et mediis properas aquilonibus ire per altum*, *quia tempestuosus est et hiemi congruens.* [*Aut innumerabil. Annorum ser.*] ut: *Annis solvit sublata vetustas*, h. e. dicta sua nec tempestatibus, nec vetustate abolenda. [*Non omn. mor.*] in literarum laudem dicit, se corpore moriturum, victurum esse carminibus, ideo non omnis, i. e. totus. [*Libitinam*] *Libitina* dicebatur lectulus, in quo mortui efferebantur. [*Vsq. ego post. Crescam laude rec.*] ordo est: *Ego recens crescam postera laude*, i. e. per laudem posterorum: *Vsque dum pontifex scandet Capitolium*

POR. [*Exegi monum. aere perenn.*] haec ode, qua tertius liber consummatur, in ipsius auctoris laudem scripta est. [*Non aquilo impot.*] pro valde potens. [*Regaliq. situ Pyram. alt.*] *Pyramides* regum Aegyptiorum sepulchra sunt, adeo ingenti mole saxorum in mediis arenis Aegypti structa, ut inter septem orbis miracula habeantur. [*Vsq. ergo poster. Crescam laude recens*] eleganter, quia semper sunt, quibus haec elocutio nova sit et laudetur. [*Dum Capitol. Scandet cum tacit. virg. pontifex*] tale est Virgilii illud: *Dum domus Aeneae Capitoli immobile saxum Accolet.* [*Aufidus*] flumen Apuliae, in qua Horatius natus est.

Scandet cum tacita Virgine pontifex.
Dicar, qua violens obstrepit Aufidus
Et qua pauper aquae Daunus agrestium
Regnavit populorum, ex humili potens,
Princeps Aeolium carmen ad Italos

v. 11. *pauper, aquae — populorum ex humili, potens.* Sic digerit Sivr. — 12. *regnator* (sic cod. Goth. et Guelf.) non, ut putat. Sivr. ex emendatione Stephani, sed sic libri omnes Lamb. Torrent. Pulm. plerique Cruqu. Bentl. Gesn. duo Bersm. — *regnavit* Acr. Comment. Cr. Por. (quem vide infra) et Serv. ad Virg. Aen. XI, 126 et 280. antiquissimus ille Blandin. et Sil. Cruqu. sine litura, Pulm. 2 pro var. lect. Bentl. 2, 6 a m. pr. 10. Mentel. Lips. 1 a m. pr. Basil. 1555. Lamb. Torrent. Cruqu. Fabric. Heins. Fab. Dacer. Bentl. Cun. San. Ion. Sivr. Est prisca et vera lectio.

---

de Ling. Lat. IV. p. 15. ed. Bip.) sacra publica ibi administrabat Pontifex Maximus, sollenni pompa a virginibus Vestalibus eo deductus. — *tacita*, ad religionem et pietatem refer. — v. 10. *Dicar*, ego Apulus, memorabunt posteri, me Venusia, Apuliae oppido, oriundum, *principem deduxisse*, primum fuisse, qui *Aeolia*, Alcaei et Sapphus *carmina ad Italos modos deduceret*, traduceret, qui Graeca carmina lyrica ad modos Italos accommodaret. — *Aufidus*, Apuliae fluvius, nunc: *Ofanto;* cf. infr. IV, 14, 25. — *obstrepit*, de sonoro violentioris fluvii cursu, hinc infra dicitur *longe sonans* IV, 9, 2. — *Daunus*, antiquus rex Apuliae, qui a terra, cuius imperium tenebat, *aquae paupere*, i. e. arida, sicca, *siticulosa* (Epod. III, 16.) lyrica audacia ipse *pauper aquae* dicitur. — *regnavit populorum agrestium* ad structuram Graecam: ἦρξε λαῶν, imperavit populis. — *ex humili potens*, ex ignobili factus nobilis; animus vincit genituram neque eo aestimari potest, quod libertino patre natus fuit, ut ipse profitetur infr. Serm. I, 6, 6. supr. Carm. II, 20, 5. — *Delphica lauro, lauream Apol-*

---

cum tacita virgine. *Recens* autem quasi novus; nova enim magis consuevere placere, vetera abolescere et ideo se etiam posteris in oblectatione novum promittit. [*Cum tacita*] aut verecunda aut pro sacrificio tacente. Consueverant enim sacrificaturae Capitolium tacentes adscendere sive pro sacerdotii dignitate clara. Virg.: *Tacitae per amica silentia Lunae.* [*Violens*] i. e. torrens, de quo amni Virg.: *Amnis et Adriacas retro fugit Aufidus undas.* [*Obstrepit Aufid.*] murmurat. Per Aufidum Apuliam vult intelligi, cuius provinciae flumen est. [*Et qua pauper aquae*] Daunus rex Apuliae fuit, quae inopia aquae siticulosa est. Ordo est: *Ego potens ex humili princeps dicar deduxisse Aeolium carmen ad Italos modos, qua obstrepit violens Aufidus et qua Daunus pauper aquae regnavit agrestium populorum.* [*Ex humili*] ex parva progenie. Gloriatur se Libertino patre natum ad tantam studiorum claritatem venisse. [*Princeps*] primus, ut: *Massicus aerata Princeps secat aequora tigri.* Primum se dicit Aeolicam, unam ex quinque Graecis linguis, qua

[*Et qua pauper aquae Daunus agrest. Regn. populor.*] *Daunus* in Apulia regnavit, a cuius nomine fluvius appellatus est, qui *pauper aquae* dicitur, quia Apulia siticulosa est ob inimicos calores. [*Agrest. regnav. populor.*] annotanda elocutio, quae per genitivum figurata est. [*Ex humili potens*] gloriatur libertino patre se natum ad tantam claritatem studiorum pervenisse. [*Aeolium carmen ad Italos Deduxisse modos*] Aeolide dialecto Alcaeus, lyricus poeta, usus est. Testatur ergo se Graeci carminis modulationem primum in latinam linguam contulisse. [*Quaesit.*

Quod non imber edax, non Aquilo inpotens
Possit diruere aut innumerabilis
Annorum series et fuga temporum.
Non omnis moriar multaque pars mei
Vitabit Libitinam. Vsque ego postera
Crescam laude recens, dum Capitolium

v. 3. *nec A.* Lips. 4.

---

v. 1. *Exegi*, erexi, in altum eduxi monumentum, quo sensu *ἐλαύνειν*, *ἐξελαύνειν* passim apud Graecos occurrit. — *aere perennius*, longius duraturum monumento aereo, statua aerea, titulis aeri incisis, quibus rerum gestarum memoriam posteris tradere laborant. — *regal. sit. pyr.* pro: pyramidibus regio sumptu exstructis; vox *situs*, i. e. structura, positus, rerum exstructarum et in loco aliquo collocatarum periphrasi inservit. — *imber edax*, compagem saxeam solvens, aes arrodens. — *Aquilo impotens*, vehementissimus. — *innumerabilis annorum series et fuga temporum*, copia poetica pro, aetas longissima, ita quidem, ut illud longum seculorum decursum, hoc omne, quod futurum est, tempus designet. Vid II, 14, 1. *Heu, heu fugaces Labuntur anni.* — v. 6. *Non omnis moriar* ipse explicat subiungens: *multa pars mei vitabit Libitinam*, effugiet mortem, oblivioni haud dabitur, cf. II, 20, 7. III, 3, 16. — *Ego crescam laude postera*, nomen meum crescet apud posteros, *usque recens*, ita ut nova in dies incrementa capiat. — *dum Cap. Scandet cum tacit. virg. Pontifex*, donec stabit Capitolium; pro *stabit* autem posuit rem, quae in Capitolio, dum illud stabat, fieri solebat. Vnoquoque enim mense (Varro

---

ACR. [*Exegi monum. aere perennius*] per aeternitatem carminis auctori dat laudem. Ideo monumentum operis sui ultra statuas, quas nominato aere significat magnificentiam vel soliditatem sepulchrorum perennius dicit. *Pyramides* autem proprie regum Aegyptiorum sepulchra sunt, ingenti mole constructa et in cacumen educta in modum flammae sursum surgentis, unde et eis nomen est inditum. Ordo est: *Melpomene, exegi monumentum perennius aere*, i. e. durabilius metallo, nam *monumentum* dicit opus suum, quod durabilius dicit esse statuis divitum ex aere factis. [*Exegi*] finivi, perfeci, ut Ovidius: *Iamque opus exegi.* [*Edax*] corrumpens vi tempestatis. [*Aquilo impot.*] valde potens. Ideo aquilonem posuit, ut: *Et mediis properas aquilonibus ire per altum, quia tempestuosus est et hiemi congruens.* [*Aut innumerabil. Annorum ser.*] ut: *Annis solvit sublata vetustas*, h. e. dicta sua nec tempestatibus, nec vetustate abolenda. [*Non omn. mor.*] in literarum laudem dicit, se corpore moriturum, victurum esse carminibus, ideo non omnis, i. e. totus. [*Libitinam*] *Libitina* dicebatur lectulus, in quo mortui efferebantur. [*Vsq. ego post. Crescam laude rec.*] ordo est: *Ego recens crescam postera laude*, i. e. per laudem posterorum: *Vsque dum pontifex scandet Capitolium*

POR. [*Exegi monum. aere perenn.*] haec ode, qua tertius liber consummatur, in ipsius auctoris laudem scripta est. [*Non aquilo impot.*] pro valde potens. [*Regaliq. situ Pyram. alt.*] *Pyramides* regum Aegyptiorum sepulchra sunt, adeo ingenti mole saxorum in mediis arenis Aegypti structa, ut inter septem orbis miracula habeantur. [*Vsq. ergo poster. Crescam laude recens*] eleganter, quia semper sunt, quibus haec elocutio nova sit et laudetur. [*Dum Capitol. Scandet cum tacit. virg. pontifex*] tale est Virgilii illud: *Dum domus Aeneae Capitoli immobile saxum Accolet.* [*Aufidus*] flumen Apuliae, in qua Horatius natus est.

Scandet cum tacita Virgine pontifex.
Dicar, qua violens obstrepit Aufidus
Et qua pauper aquae Daunus agrestium
Regnavit populorum, ex humili potens,
Princeps Aeolium carmen ad Italos

v. 11. *pauper, aquae — populorum ex humili, potens.* Sic digerit Sivr. — 12. *regnator* (sic cod. Goth. et Guelf.) non, ut putat. Sivr. ex emendatione Stephani, sed sic libri omnes Lamb. Torrent. Pulm. plerique Cruqu. Bentl. Gesn. duo Bersm. — *regnavit* Acr. Comment. Cr. Por. (quem vide infra) et Serv. ad Virg. Aen. XI, 126 et 280. antiquissimus ille Blandin. et Sil. Cruqu. sine litura, Pulm. 2 pro var. lect. Bentl. 2, 6 a m. pr. 10. Mentel. Lips. 1 a m. pr. Basil. 1555. Lamb. Torrent. Cruqu. Fabric. Heins. Fab. Dacer. Bentl. Cun. San. Ion. Sivr. Est prisca et vera lectio.

---

de Ling. Lat. IV. p. 15. ed. Bip.) sacra publica ibi administrabat Pontifex Maximus, sollenni pompa a virginibus Vestalibus eo deductus. — *tacita*, ad religionem et pietatem refer. — v. 10. *Dicar*, ego Apulus, memorabunt posteri, me Venusia, Apuliae oppido, oriundum, *principem deduxisse*, primum fuisse, qui *Aeolia*, Alcaei et Sapphus *carmina ad Italos modos deduceret*, traduceret, qui Graeca carmina lyrica ad modos Italos accommodaret. — *Aufidus*, Apuliae fluvius, nunc: *Ofanto;* cf. infr. IV, 14, 25. — *obstrepit*, de sonoro violentioris fluvii cursu, hinc infra dicitur *longe sonans* IV, 9, 2. — *Daunus*, antiquus rex Apuliae, qui a terra, cuius imperium tenebat, *aquae paupere*, i. e. arida, sicca, *siticulosa* (Epod. III, 16.) lyrica audacia ipse *pauper aquae* dicitur. — *regnavit populorum agrestium* ad structuram Graecam: *ἦρξε λαῶν*, imperavit populis. — *ex humili potens*, ex ignobili factus nobilis; animus vincit genituram neque eo aestimari potest, quod libertino patre natus fuit, ut ipse profitetur infr. Serm. I, 6, 6. supr. Carm. II, 20, 5. — *Delphica lauro, lauream Apol-*

---

cum tacita virgine. Recens autem quasi novus; nova enim magis consuevere placere, vetera abolescere et ideo se etiam posteris in oblectatione novum promittit. [*Cum tacita*] aut verecunda aut pro sacrificio tacente. Consueverant enim sacrificaturae Capitolium tacentes adscendere sive pro sacerdotii dignitate clara. Virg.: *Tacitae per amica silentia Lunae.* [*Violens*] i. e. torrens, de quo amni Virg.: *Amnis et Adriacas retro fugit Aufidus undas.* [*Obstrepit Aufid.*] murmurat. Per Aufidum Apuliam vult intelligi, cuius provinciae flumen est. [*Et qua pauper aquae*] Daunus rex Apuliae fuit, quae inopia aquae siticulosa est. Ordo est: *Ego potens ex humili princeps dicar deduxisse Aeolium carmen ad Italos modos, qua obstrepit violens Aufidus et qua Daunus pauper aquae regnavit agrestium populorum.* [*Ex humili*] ex parva progenie. Gloriatur se Libertino patre natum ad tantam studiorum claritatem venisse. [*Princeps*] primus, ut: *Massicus aerata Princeps secat aequora tigri.* Primum se dicit Aeolicam, unam ex quinque Graecis linguis, qua

[*Et qua pauper aquae Daunus agrest. Regn. populor.*] *Daunus* in Apulia regnavit, a cuius nomine fluvius appellatus est, qui *pauper aquae* dicitur, quia Apulia siticulosa est ob inimicos calores. [*Agrest. regnav. populor.*] annotanda elocutio, quae per genitivum figurata est. [*Ex humili potens*] gloriatur libertino patre se natum ad tantam claritatem studiorum pervenisse. [*Aeolium carmen ad Italos Deduxisse modos*] Aeolide dialecto Alcaeus, lyricus poeta, usus est. Testatur ergo se Graeci carminis modulationem primum in latinam linguam contulisse. [*Quaesit.*

Deduxisse modos. Sume superbiam
Quaesitam meritis et mihi Delphica
Lauro cinge volens, Melpomene, comam.

v. 14. *pone sup.* Alt. 1. — 15. *Quaesitis* unus Bersm. Dess. 2. *Delphia*, more suo, Cun. e cod. Zulichem. vid. Var. Lect. ad I, 1, 3.

---

linarem infr. IV, 2, 9. Pindaro vindicat, qui locus hunc bene declarat. — *sume superbiam*, te iam decet, quoniam haud vana illa, sed *quaesita*, sc. *meritis* parta. — *volens*, (θέλων) propitia: hinc *volens propitia* iungi solent Liv. I, 16. — Primi huiusce carminis versus apud *Vossium* sic audiunt:

Denkmal steht, was ich schuf, ewiger als Metall,
Ueber Koenigesbau und Pyramid' erhoeht.

Alcaeus usus est lyricus poeta, deduxisse in usum Latinum. [*Sume superbiam Quaesit. merit.*] nobilitatem mentis non notabis venientem. Ordo est: *Melpomene, sume superbiam Quaesitam meritis et volens cinge mihi comam Delphica lauro.* Tanquam cui placuerit laurus Delphica consecrata Apollini vel poetis. [*Cinge*] illiga vel circumda, ut Virgilius: *Baccare frontem Cingite.*

meritis] ad Musam dicit, ac per hoc ad studium suum. Adiice, inquit, tibi gloriam libertate ingenii quaesitam. [*Et mihi Delphica Lauro cinge volens Melpomene comam*] *Delphica laurus* dicitur, quia Apollini dedicata est, qui *Delphicus* appellatur ab urbe *Delphis*, quae sub Parnaso monte, ubi oraculum eius est.

Q. HORATII FLACCI

C A R M I N V M

LIBER QVARTVS.

C A R M E N I.

Argum. *Suetonius in poetae vita tradit, Horatium iussu Augusti tribus carminum libris ex* l o n g o i n t e r v a l l o *quartum addidisse, quod tamen eo sensu, quo nonnulli intelligunt intpp., capias, omnino dissuadent, quae leguntur apud Suetonium. Idem M. in argumento huius carminis exponendo adnotavit. Horatius quinquaginta annos natus deprecatur amorem,* V e n e r i s b e l l a d i u i n t e r m i s s a, *v.* 1-2. *Paulli Maximi, tanquam viri amori omni ex parte aptissimi, domum significans, quo Venus non sine Cupidine abire velit, v.* 7-11. *Ad carminis finem sententiam mutat, dum amorem animo nondum excussum prodit, quod quidem poetae, quia de puero amato loquitur, opprobrio satis inepte verterunt quidam intpp. quorum opinionem refellere valde displicet. Quisnam vero ille Paullus Maximus fuerit, pro certo affirmari nequit; nihilominus recte iudicare videntur, qui Paullum Fabium Maximum, qui, quamquam multo serius quam hoc carmen scriptum est, cum Q. Aelio Tuberone a. u. DCCXLIII. consul fuit, intelligunt.*

Intermissa, Venus, diu
Rursus bella moves. Parce, precor, precor!

CARMINVM LIBER QVARTVS AD FABIVM MAXIMVM cod. Laur. Torr.
AD PAVLLVM MAXIMVM mss. ap. Fabr. et Steph. AD BAVIVM MAXIMVM Cod. Guelf.
v. 1. *Intermissa Venus diu*, sine distinctione fere edd. *Intermissa, Venus, diu* Bentl. Cun. Gesn. ut *intermissa* referatur ad *bella*. — 2. Post *moves* interrogationis signum multi ponunt, etiam Bentl. et Gesn. minus bene.

---

v. 1. Lectorem conferre iubemus, quae ad Carm. Lib. III, 26, 2. adno-

---

ACR. [*Intermissa Venus*] statuerat Horatius usque ad tertium librum complere opus suum, quibus editis, maximo intervallo hunc quartum

POR. [*Intermissa Venus diu*] post consummatos editosque tres car-

Non sum, qualis eram bonae
  Sub regno Cinarae. Desine, dulcium
Mater saeva Cupidinum,
  Circa lustra decem flectere mollibus
Iam durum imperiis. Abi,
  Quo blandae iuvenum te revocant preces.
Tempestivius in domum
  Paulli, purpureis ales oloribus,

v. 4. *Cinarae* Bentl. Cun. Gesn. nam est *Κινάρα*. — 9. *Tempestivior* emend. Cun. — 10. *marmoreis* emend. Lamb. in ed. prior. sed in altera revocavit omnium codicum lectionem eamque veram ac rectam: *purpureis.*

---

tata leguntur. — v. 3. *Non sum, qualis eram*, quod quidem compara cum illa sententia III, 14, 27.: *Non ego hoc ferrem calidus iuventa, Consule Planco.* — *sub regno Cinarae*, vid. ad II, 8, 18. — *Cinara* mature obiit, ut ex IV, 13, 21. constat. — *dulcium Mater saeva Cupidinum*. suavi oxymoro Venus audit; suaviter quoque *mollia imperia* opponuntur *duro*. Similiter est *γλυκεῖα ἀνάγκη, lene tormentum*, de quo vid. ad III, 21, 13. — *flectere* ab equis durioris oris, qui *flectendo* (supr. III, 7, 25. *flectere equum sciens*) domantur, translatum. — v. 7. *abi*, confer te, me relicto, *quo blandae preces iuvenum te revocant*, vocant. — *Tempestivius*, opportu-

---

scribere est compulsus ab Augusto in laudem privigni sui, Drusi Neronis, qui victor de Rhaetis Vindelicis fuerat reversus. *ἀλληγορικῶς* autem ad Venerem scribit, quod incompetenter res amatorias scribere cogatur, quinquaginta annis, i. e. decem lustris gravis iam et maturus et ab omni voluptate alienus. [*Rursus bella moves*] h. e. iterum cogor scribere, cum iam desierim. [*Sub regno Cynarae*] amicam suam commemorat, ideo autem dixit *sub regno*, tanquam imperet amatoribus, quae amatur. [*Mollibus Iam durum imper.*] *ἀντίθετον, mollibus durum* opponendo. *Mollia* enim *imperia* sunt Veneris, quasi ludicra et delicata. Se autem ait *durum*, quasi indomabilem propter aetatem et est metaphora a pecoribus, quibus iam aetate duris, nisi iugum ac frena adhibentur, perdomari non possunt. [*Iuven.*] qui te ultro evocent, quibus facile possis persuadere, quod velis. [*Tempestiv.*] opportunius, aptius. [*Pauli*] Paulus fuit nobilis et desertus adolescens et voluptuosus, cui Veneris luxus cur maxime

minum libros, maximo intervallo hunc librum quartum scribere compulsus esse dicitur ab Augusto; ut Neroni eius privigno victoriam de Rhaetis Vindelicis quaesitam illustraret, quae hoc libro continetur, quae sic incipit: *Qualem ministrum fulminis alitem.* [*Intermiss. Venus diu Rurs. bella moves*] in superiore libro ostendimus *ἀλληγορικῶς* bella et militiam Veneris Horatium pro amatoribus dicere. [*Sub regno Cynarae*] praesignat se Cynaram amasse et hoc etiam *ἀλληγορικῶς*, quod ait *sub regno* Cynarae, quasi sub dominio. Sed ut dignitatem formae eius ostenderet, reginam sibi fuisse ait. [*Circa lustra decem*] prope annos quinquaginta aetatis iam se dicit agere. [*Flectere mollibus Iam durum imperiis*] *mollibus durum* opposuit. *Mollia* autem Veneris *imperia* dicit quasi ludicra ac delicata sint, se autem *durum* aut quasi iam indomabilem propter aetatem, nam et hoc translative dicitur a pecoribus, quae cum iam aetate dura ad iuga ac frena adhibentur, perdomari non possunt. [*Tempestiv.*

Comissabere Maximi,
  Si torrere iecur quaeris idoneum.
Namque et nobilis et decens
  Et pro sollicitis non tacitus reis
Et centum puer artium
  Late signa feret militiae tuae,
Et quandoqué potentior
  Largis muneribus riserit aemuli,
Albanos prope te lacus

v. 11. *comessabere* vel *commessabere* h. l. et alibi. Sed recte legitur *comissabere.* — 18. *largi* duo Torr. unus Bersm. Bentl. 1 a m. s. 7, 20. Lips. 4. Omnium ceterorum codd. lectio est *Largis.*

---

nius te in Paulli Fabii *Maximi* domum conferes. — *ales* inservit velocitati significandae, qua deam vehi ferunt. — *purpureis oloribus*, de significatione verbi adiectivi „*purpureus*“ conf. quae supra ad III, 3, 12. retulimus. — *comissabere in domum*, ut Graecorum *εἰςκωμάζειν*, se transferre, sc. more lasciviore se gerendi causa. — *Si quaeris iecur idoneum torrere*, animum amando aptum amore accendere, vid. III, 9, 13. et I, 33, 6. — *nobilis*, genere nobili ortus; *decens*, forma insignis, ut supra I, 18, 6. *Venus decens.* — *pro sollicitis non tacitus reis*, cui sententiae cum maxime respondent illa: *Insigne maestis praesidium reis*, vid. II, 1, 13. — *Puer*, iuvenis, *centum artium, μύρια εἰδώς*, pluribus artibus atque ingenii virtutibus simul excellens; numerus finitus pro infinito positus, ut sexcenties. — *Late feret signa militiae tuae*, in comparatione a re militari repetita poeta pergit, nihil amplius. — v. 17. *Et quandoque*, quandocunque *potentior largis muneribus aemuli*, quam aemulus ampiissimis donis puellae animum expugnans. Cf. III, 9, 2. — *potentior riserit*, laetatus fuerit

---

convenire dicat, in sequentibus ipse demonstrat, dum nobilem adserit et decentem. [*Purpur.*] nitidis aut pulchris aut reginae Veneri dedicatis, ut pro regno purpureos dixerit. [*Ales*] aut velox aut quia currus eius ab alitibus, i. e. cygnis trahitur. [*Comessabere*] delectabere convivando. [*Si torrere iecur quaeris idoneum*] ideo iecur amori dedit, quod iecore amari volunt, felle irasci, corde doleri. [*Et dec. Et pro sollicit. non tacit. reis*] hunc Paulum et flore iuventutis decentem dicit et causidicum. [*Et cent. puer art.*] finitum pro infinito. *Centum artium*, i. e. multarum, qui pro bono et faceto ingenio optime possit in amore versari. [*Late signa feret*] valde amabit et lubens. [*Aemuli*] rivalis et secutoris sui, ut est: *Partim rostro premit aemula pistris.* [*Alban. prope te lacus*] in Albano monte lacus est, ubi Paulum dicit optima praedia possidere, unde eum effusiorem ad cultum Veneris et amoris expensas promittit. [*Ponet*

in domo Pauli] Fabius Maximus Paulus fuit nobilis et disertus adolescens, cui Venereos lusus nunc cur maxime convenire dicat, ipse ostendit subiiciendo: *Namque et nobilis et decens* cett. [*Purpur. oloribus*] quomodo *purpurei* dicuntur, cum albi sint potius? sed *purpureum* pro pulchro poetae dicere adsueverunt. Vt Virg.: *Et pro purpureo poenas dat Scylla capillo.* Et alibi: *In mare purpureum violentior adfluit amnis.* [*Et pro sollicit. non tacit. reis*] causidicum et oratorem esse ostendit Paulum. [*Et cent. puer art.*] utique bonarum hic artium accipiendum. [*Et quandoque potentior Largis mun. ris. aemuli*] *quandoque* pro quandocunque positum est et est sensus: quandocunque apud puellam potior ri-

Ponet marmoream sub trabe citrea.
Illic plurima naribus
Duces tura, lyraeque et Berecyntiae
Delectabere tibiae
Mixtis carminibus non sine fistula;
Illic bis pueri die
Numen cum teneris virginibus tuum
Laudantes pede candido
In morem Saliûm ter quatient humum.
Me nec femina, nec puer
Iam, nec spes animi credula mutui,
Nec certare iuvat mero,
Nec vincire novis tempora floribus. —

v. 20. *Cypria* (sic Cod. Guelf. et *Iahn*, V. D.) duo Vatt. et nonnulli alii Lamb. Non magno iudicio opus habes, quo lectionem ingenuam inter et falsam haud dubie a librariis, qui Venerem non sine *Cypria* cogitare poterant, intrusam bene distinguere possis. — *citrea* Comment. Cruqu. duo meliores Torr. Pulm. 2, 3. et 5 pro var. lect. a m. ant. Mentel. Alt. 2. Lips. 1, 2. a m. pr. Fran. Lamb. Cruqu. Torr. Fab. Steph. Dacer. Bentl. e suis codd. Cun. Talb. Ion. Sivr. — 29. Novum carmen orditur Sivr. — 30. *nuntia* pro *credula* Lips. 4.

---

se aemulo potentiorem factum. — *Te marmor. ponet*, imaginem tuam de marmore factam statuet. *Ponere* proprium de hac re vocabulum cf. III, 26, 6. — *sub trabe citrea*, sub tholo de materia citrea vel laminis citreis expolito, cf. supr. ad II, 18, 3. — *lyraeque et Berecyntiae tibiae*, gratus Veneri in eius templo permixtus lyrae, tibiae et fistulae cantus, idem in conviviis laetis audiri solitus, cf. supr. III, 19, 18 sqq. et ad I, 36, 1. — *pede candido*, pulchro. — *in morem Saliûm*, cf. supr. I, 36, 12. *quatient humum* cf. supr. I, 4, 10. — *Ter*, cf. supr. III, 18, 16. adnott. — v. 29-32. Me amoris pertaesum est. — *spes animi credula mutui*, spes, quam creduli amantes de amore mutuo fovere solent, sive aliter, nec spes cum persuasione coniuncta, fore ut mutuo amer ab ea, cuius impotenti amore

---

marm. sub trabe Cypria] i. e. marmoreum Veneris signum et templum decorum statuet. *Trabem* vero *Cypriam* aut pro difficili et nobili posuit aut pro amoenitate Veneris elaboratum, ut aedificantis divitias indicaret. [*Et Berecyntiae*] matris deum, in cuius honorem tibiae deputatae sunt, ut: *Itaque per alta Dindyma, ubi adsuetis biforem dat tibia cantum.* [*Illic bis pueri*] in honorem Veneris *bis* in die promittit pueros saltaturos, ut Salios. [*Cum teneris virg.*] aut pulchris aut gracilibus aut certe parvis. [*Laudantes*] hymnum canentes. [*Pede candido*] i. e. pulchro. [*Salium*] pro Saliorum. [*Nec puer*] subauditur ‚delectat.‘ [*Iam nec spes animi credula mutui*] iam sibi spem negat esse mutui animi, quod amari possit, cum ipse amare non vellet per aetatem. [*Nec certare iuvat mero*] contendere poculis. [*Vincire*] coronare. [*Sed cur, heu*] re-

vali suo fuerit, quamvis ille muneribus commendare se ei conatus sit. [*Ponet marm.*] i. e. *marmoreum* signum tibi et templum decorum statuet. [*Me nec femin. nec puer*] dicit, quod cum iam sit aetate declinata, non sperare posse fieri, ut mutuo ametur. [*Sed cur, heu! Ligurine, cur*

Sed cur, heu! Ligurine, cur
Manat rara meas lacrima per genas?
Cur facunda parum decoro
Inter verba cadit lingua silentio?
Nocturnis ego somniis
Iam captum teneo, iam volucrem sequor
Te per gramina Martii
Campi, te per aquas, dure, volubiles.

CARMEN II.

Argum. *Augustus ad res ultra Rheni flumen pacificandas Roma profectus est, quum imperatores eundem ad finem missi gentes Germaniae et Galliae finibus rebellantes haud perdomuissent. Quo quidem diutius Roma abesset, eo vehementius reditus eius ab omnibus bonis exspectabatur. Tandem Augusto contigit tam esse felici, ut Germaniae gentibus nominatim Vsipetis, Tenchteris et Sygambris cruenta clade graviter affectis, Druso autem praesidii causa in Germania relicto, mense Martii anni septingentesimi quadragesimi primi V. C. urbem rediret. Magnus erat eius excipiendi*

---

captus sum. — *certare mero*, nos: *um die Wette trinken*, uti fieri solet in compotationibus (cf. ad I, 36, 14.), ubi alter alterum vincere studet bibendo. — *novis floribus vincire*, corollis convivalibus e recentibus floribus nexis; vid. ad I, 38, 2. — v. 34. *rara lacryma*, quae *furtim* (ut poeta ipse supr. I, 13, 7.) *in genas labitur*. — *cur cadit*, deficit, *facunda lingua*, multiloquens, *parum decoro silentio*, sc. eo, quod parum decet. *De silentio* cf. Epod. XI, 9. — *iam captum teneo*, nunc tenere mihi videor, nunc sequor *volucrem*, volantem, celerrime currentem, celerrimum, *per gr. c. M. in campo Martio*. — *volubiles*, aquarum natantis corpore dimotarum fluctus exprimit. —

---

cordatione Ligurini pueri, quem amabat, flere cogitur. [*Manat rara meas lacryma per genas*] non amoris parvitate, sed aetatis verecundia, cui flere non conveniat pro amore. [*Inter verba cadit ling. silent.*] indicium nimii amoris est, subito inter loquendum tacere, ut: *Incipit effari, mediaque in voce resistit.* Dicit se Lygurinum semper ex desiderio somniare et (ut fit) errore quodam mentis imaginari eum, quasi diu quaesitum et tandem inventum velut alitem ex ipso evolare complexu. [*Dure*] aut fortis aut inflexibilis. [*Volubiles*] fluviales.

Manat rara meas lacryma per genas?] iucundissime se ostendit velle excusare a lusibus iam Veneris, recordatione Ligurini, pueri, quem adhuc diligit, lacrymas sibi decidisse et impeditam linguam, quo minus posset perficere ipsam excusationem. [*Cur facunda par. decoro Inter verba cadit lingua silentio?*] cur, inquit, lingua mea alioquin facunda, subito in medio sermone obmutuit, ne proferre possem, quod coeperam dicere. [*Nocturn. ego somn. Iam capt. teneo, iam volucrem sequor*] dicit se Ligurinum ex desiderio semper somniare et (ut fit) errore quodam mentis imaginari, quasi eum diu quaesitum tandem invenerit et in alitem versum ex ipsius manibus amittere.

apparatus, quem tamen declinans, urbem noctu ingressus est. Nihilominus altero die, quum se ostenderet populo in Palatio, maxima laetitiae acclamatione ac frequentissimo plausu exceptus est. Qua opportunitate data, Iulus Antonius, Marci Antonii filius, vir doctissimus et elegantissimus, Horatium rogat, ut Augusti laudes, victoriam de Alemanniae gentibus ferocibus reportatam, celebret carmine, quod magnum spiret Pindari animum. Dum vero Pindarum se imitari posse negat, Antonium ipsum tanquam poetam, ut aliunde (cf. Acronis scholion ad vs. 23. infra adpositum) constat, nuncupat, qui dignus Augusti virtutes dicere possit. Qua quidem ratione id re vera assecutus est, quod se assecuturum suaviter dissimularat.

A D I V L V M A N T O N I V M.

Pindarum quisquis studet aemulari,
Iule, ceratis ope Daedalea
Nititur pennis, vitreo daturus
Nomina ponto.

AD ANTONIVM IVLVM omn. libb. Torrent. AD IVLVM ANTONIVM M. ANTONII TRIVMVIRI F. nonnulli ap. H. Steph. PINDARVM CELEBRAT Venet. Locher.

v. 1. *Iule* in duo versus distrahendum, ut *I* ad primum, *ule* ad alterum pertineret, primus Passeratius censuit. Est autem versus hypermeter seu concatenatus, qualis saepius apud poetas reperitur, infr. v. 22 et v. 23. Virg. Aen. IV, 558. — 3. *pinnis* pro *pennis* Lamb. in textum recepit. Vsus loquendi *pinnas* magis piscibus quam avibus tribuere videtur.

v. 1. Fabula de Icaro satis nota. Cave, Daedalus pater filio dixit, ne cereis alis (quas ipse pararat) nisus solis radiis calidioribus iusto propior accedas. — *vitreo*, cf. ad I, 17, 20. — Tu, Antoni, Augusti res gestas, quae omne in aevum hominum memoria vigebunt, gloriosam victoriam, fortitudinem, animumque eius generosissimum summa, qua decet, laude evehere atque exornare me iubes, qui tantum res amatorias, puellarum rixas dicere soleo. Icari exemplum (notissimum illud Ovidii: *Icarus Icariis nomina fecit aquis.*) ante oculos mihi ponam, iste enim nimium sibi arrogans tristi lapsu periit. — Pindarum comparat cum *amne* de monte praeceps ruente, quem *imbres aluere*, auxere *super ripas*, ita ut ripas evagetur *notas*, quibus contineri solitus erat. Hom. Il. *ιά*, 492. *ὡς δ᾽ ὁπότε πλήθων ποταμὸς πεδίονδε κάτεισι χειμάῤῥους κατ᾽ ὄρεσφιν ὀπαζόμενος Διὸς*

ACR. [*Pindarum quisquis*] haec ode ad Antonium Iulium, Marci Antonii triumviri filium, scribitur, continens laudes Pindari, lyrici poetae, quem, dicit, si quis imitari velit, ita periculum suae existimationis incurrere, sicut Icarus conatus sui. [*Ope Daedalea*] haec fabula Daedali est, dum pennas sibi et Icaro filio arte mechanica ceris adfixis posuisset, ut volatu Minois fugeret tyrannidem; Icarus altum petens in ipso volatu, cera ardore solis resoluta, cecidit in mare et a suo nomine mari nomen indidit. [*Vitreo*] perspicuo, ut: *Vitrea te Fucinus unda.* [*Monte de-*

POR. [*Pindarum quisquis stud. aemulari*] haec ode ad Antonium Iulium, Marci Antonii triumviri filium, scribitur, continens laudes Pindari, lyrici poetae. [*Iule, ceratis ope Daedalea Nititur pennis*] i. e. altiora quam possit expedire conatur dicere, quemadmodum Icarus, maiora adgressus facere pennis Daedali manibus factis. [*Vitreo*] i. e. vitrei colo-

Monte decurrens velut amnis, imbres
Quem super notas aluere ripas,
Fervet inmensusque ruit profundo
Pindarus ore:
Laurea donandus Apollinari,
Seu per audaces nova dithyrambos
Verba devolvit numerisque fertur
Lege solutis:

v. 6. Ex codd. scripsit Lamb. *cum saliere* vel *saluere*, alii: *super totas*, pro: *notas*. Pariter displicet lectio *cum* s. *quum* loco *quem*. — 11. Pro *devolvit* alii legere volunt *divolvit*, i. e. diffluere facit, quae lectio apparebit inepta, si sensum comparationis, quam poeta continuat, recte intellexeris. Poeta dicit: ut amnis rapidus magna cum vi de rupibus altis devolvitur, ita Pindarus nova verba per dithyrambos devolvit.

ὄμβρῳ κ. τ. λ. — *fervet*, fervore illo et aestu, quo poetae corripi et agitari solent, concitatur; hinc infr. Serm. I, 10, 62.: *rapido ferventius amni Ingenium.* — *Ore profundo*: Pindarus versus summae maiestatis plenos devolvit; Pindarus, cui *os profundum*, *στόμα βαθύ*, h. e. os, e quo, tanquam e fonte uberrimo, *immensa* verborum sententiarumque profluit copia, tribuitur, ipse *immensus profundo ore ruere* dicitur; *ruit*, prorumpit, ex comparatione ab fonte repetita. — *Laurea donandus Apollinari*, coronari dignus. Poetae coronas ab Apolline accipere finguntur, est enim artium liberalium deus tutelaris; cf. supr. III, 30, 11. — v. 9-20. *Seu - seu.* Pindarum scripsisse Horatius refert 1) *Dithyrambos*, 2) *Paeanas* s. Hymnos et Encomia, 3) *Epinicia* s. laudes Hieronicarum, 4) *Epicedia* s. *θρήνους*, e quibus *Epinicia* tantum aetatem tulere. Regnasse autem in *dithyrambis* eam inprimis licentiam et audaciam, ut eorum auctores, liberius furori suo indulgentes, haud ad praecepta illa, quae alias poe-

currens] torrenti fluvio Pindari comparavit ingenium, significans eum et in dicendo citum et sensibus abundantem. [*Quem super not. aluere rip.*] qui alvei ripas velut aquis nutritus excesserit. [*Fervet*] *Fervere* dixit Pindarum, ut ignei ingenii acumen ostenderet. [*Laurea donand. Apoll.*] coronandus consueta poetis lauro, Apollini consecrata. [*Nova*] aut admiranda, ut: *Pollio et ipse facit nova carmina* aut ab eo inventa, ut: *Finibus expulsum patriis nova regna petentem.* [*Dithyrambos*] dithyrambon carmen est, quo libri in Liberum patrem compositi sunt. Hos *dithyrambos* ideo *audaces* dixit, quia ceteris rythmis vehementiores sunt vel quia nova verba in his Pindarus scripsit. [*Numerisq. fertur Lege solutis*] *numeris*, quibus rythmus ad sonum pertinens colligitur, non pertinens ad versuum legem, ut Virgilius de pari carmine: *Numeros memini, si verba tenerem.* Ergo in hoc lex pedum non quaeritur, sed syllabarum et aequali sono vocis dithyrambi et aequali rythmo cantantur. Aut *lege solutis* dixit, quia in hoc metro licet variare et non in eodem metro permanere. Ideo autem volunt dictos dithyrambos, veluti cui licet alio uti

ris. [*Daturus Nomin. ponto*] quia ab Icaro mare Icarium appellatum. [*Seu puer audac. nov. Dithyramb.*] ut plurimum sibi hic Pindarus permittat, nam et maximo spiritu novas historias hoc metro canit, *nova* autem *verba*, admirabilia, ut ab ipso Pindaro facta esse, accipe. [*Numerisq. fertur lege solut.*] ideo quia plerumque ad voluptatem suam quisque lyricus poeta metrum sibi fingit, ita tamen, ut, quem sibi ipse initio

Seu Deos regesve canit, Deorum
Sanguinem, per quos cecidere iusta
Morte Centauri, cecidit tremendae
Flamma Chimaerae:
Sive, quos Elea domum reducit
Palma caelestes, pugilemve equumve
Dicit et centum potiore signis
Munere donat:
Flebili sponsae iuvenemve raptum
Plorat et vires animumque moresque

v. 13. Vulgo legebatur *regesque*. Bentl. recte recepit *regesve*. — 18. Male nonnullae edd. post *caelestes* colon ponunt, ita ut *pugilemve, equumve* nova sit sententia.

---

tarum impetum coercent, se componerent, sed numeros pro lubitu mutarent (hinc *numeris fertur lege solutis*) et ab uno ad aliud versuum genus transilirent; id ex hoc Horatii loco colligere licet. — *nova verba, recentia, indicta adhuc ore alio* III, 25, 7. — v. 13. Sequuntur *Παιᾶνες, Ὕμνοι, Ἐγκώμια* Pindari; illud quidem carminis genus cum hymnis *Deorum*, hoc *regum* s. heroum laudes complectens. — *iusta morte ceciderunt*, iure caesi sunt, ob vim Hippodamiae intentatam. — *flamma Chimaerae*, Chimaera *πυρίπνοος*, ut II, 17, 13. — v. 16-20. loquitur de ludis Olympiacis, qui in Elide celebrari solebant. — *caelestes*, ad deos quasi hoc insigni honore evectos, cf. supr. I, 1, 6. — *pugilemve equumve*, aut virum, cui in pugilatu, aut *equum*, (*κέλητα*) cui in certamine equestri victoria contigit; *equus* in universum pro: *victore in certamine equestri*. — *munere potiore centum signis*, carmine centum statuis praeferendo; vid. III, 30, 1.: *aere perennius*. Ceterum ad rem compara Virg. Aen. V, 200. ubi omnis generis certamina, praemiaque victoribus parta praestare de-

---

ostio. *Ingressus* enim vocabulo *θύρα* Graece appellatur. [*Fertur*] velut vates rapitur. [*Seu deos regesq. canit*] deos dixit, propter Paeanas Pindari; reges propter *ἐγκώμια*, quia inter Olympionicas laudavit Hieronem, regem Siciliae. Laudavit etiam Herculem sive Ixionem et Pirithoum, qui occiderunt Centauros et Proserpinam rapere conati sunt. Bellerophontem laudatum commemorat in Chimaera. Castori quoque et Polluci laudes dixit, qui in Elide, Epiri civitate, agone Olympiae edito, pugilatu et equorum cursu floruerunt, ut: *Hic et ad Elei metas et maxima campi Sudabit spatia*. In eodem agone poetae heroum laudes dicentes coronabantur et accepto themate certabant. [*Sive quos Elea dom. reduc. Palma caelest.*] *caelestes* dixit propter honorem numinum, quibus *ἄγων* impenditur. [*Et centum potiore signis*] dicit magis illustrari honore, quem Pindarus carmine suo agonistico celebret, quam si centum statuis honoretur. [*Flebili sponsae*] etiam in epitaphiis Pindarum significat magnum, cum aut iuvenem fortem aut puellam mortuam fuisse describit et

odes statuit ordinem, eum necesse habeat ad finem usque custodire. [*Sive quos Elea dom. reduc. Palma caelest.*] utrum Castorem an Pollucem significat? an generaliter quicunque ex certamine sacrorum agonum victoriam reportaverit? [*Et cent. pot. sign. Munere donat*] dicit magis illum honore illustrari, quem Pindarus carmine suo fecit, quam si centum statuis publice honoretur. [*Flebili spons.*] aut si, inquit, *flebile* carmen

Aureos educit in astra nigroque
Invidet Orco.
Multa Dircaeum levat aura cycnum,
Tendit, Antoni, quoties in altos
Nubium tractus: ego, apis Matinae
More modoque
Grata carpentis thyma per laborem
Plurimum circa nemus uvidique

v. 23. Pro *educit* Lambino placuit *deducit*, alii *reducit* defendunt. — 29. Recte habet lectio „*plurimum per laborem*," quibus verbis poeta sententiam in maius evehit, quippe qui se cum ape laboriosa comparet. Denique *Floreum circa nemus* mallet Bentl. nimis oudacter! — vers. seq. *rivos* pro *ripas* recepit, quod *ripae* nusquam simpliciter sine fluvii mentione dicantur. Iam supra III, 25, 13. similes turbas excitavit.

---

scribuntur. — v. 21. *Flebili sponsae iuvenem raptum plorat*, sive sortem miserae puellae, cui amabilis sponsus praematura morte ereptus est, carmine miserabili deplorat, i. e. *Nenias* vel *Epicedia*, *θρήνους*, canit. — v. 22. *educit in astra* (III, 25, 6. *stellis inserere*) extollit, celebrat, propter eximias animi corporisque dotes. — *mores aureos*, *ἦθος χρυσοῦν*. *nigro invidet orco*, morti illas virtutes non sinit, oblivioni eripit, ut infr. IV, 8, 25.: *fluctibus Stygiis eripere*. — *multa aura*, *πνεῦμα μέγα, δεινὴ ἀέλλη*. cf. I, 2, 48. — *nubium tractus*, regiones. — Poetarum cum cygnis *canoris* comparatio notissima, vid. supr. ad II, 20. — *apis Matinae*, a monte *Matino*, Horatii patriae, Venusiae, vicino. — *More modoque*, eadem industria, qua illa solet. Ceterum conf. infr. Epist. I, 3, 21. — Plat. in Io. T. IV. p. 187. Bip. *λέγουσι γὰρ πρὸς ἡμᾶς οἱ ποιηταί, ὅτι ἀπὸ κρηνῶν μελιῤῥύτων, ἐκ Μουσῶν κήπων τινῶν καὶ ναπῶν δρεπόμενοι τὰ μέλη ἡμῖν φέρουσιν, ὥσπερ αἱ μέλιτται καὶ αὐτοὶ οὕτω πετόμενοι.* — *uvidi*,

---

alicuius adolescentis morte facit sponsam deceptam, quem inferis subducit et dat immortalitati laudando. [*Plor.*] describit, ut viri plorentur plangentibus sponsis. [*Moresq. Aur.*] *aureos mores* pro bonis et sanctis posuit, ut Virg.: *Aurea, quae perhibent, illo sub rege fuerunt Secula.* [*Invid. Orco*] seu habet invidiam nigro Orco. [*Dircaeum*] Thebanum. *Dirce* enim fons est apud Thebas, unde Statius: *Caerula cum rubuit Lernaeo sanguine Dirce*. Et quia Thebanus Pindarus fuit, ideo Dircaeum cygnum dicit a suavitate vocis sive carminis. [*Levat*] sublimem facit et multa fama ad caelum fert. [*Antoni*] apostrophe ad Antonium, quem alloquitur volentem Pindarum imitari. [*Ego apis Matinae More modoque*] quia cygno Pindarum comparaverat, se api contulit pro parvitate, in Matino saltu Calabriae pascenti, de quo legitur: *Iam calidi lucent buceta Matini*. Fugiens ergo arrogantiam api se comparat, quae et circa ter-

scribit in adolescentem aliquem, cuius morte sponsa decepta sit, quem inferis subducit atque immortalem facit, laudando animum moresque eius atque virtutem. [*Multa Dirc.*] Dircaeum Pindarum dicit, quia Thebanus fuit a fonte Boetiae Dirce, qui est Thebis proximus. [*Cygnum*] autem eundem appellat a suavitate carminum, quia et cygni canori esse dicuntur. [*Levat*] i. e. sublimem facit. [*Ego apis Matinae More modoque*] ut Pindarum propter sublimitatem et suavitatem carminis cygno comparavit: ita se api, per quod signat, parva quidem et humilia se scribere,

Tiburis ripas, operosa parvus
Carmina fingo.
Concines maiore poeta plectro
Caesarem, quandoque trahet feroces
Per Sacrum Clivum, merita decorus
Fronde, Sygambros:
Quo nihil maius meliusve terris
Fata donavere bonique Divi,
Nec dabunt, quamvis redeant in aurum
Tempora priscum.
Concines laetosque dies et Vrbis
Publicum ludum super inpetrato

v. 36. Tacitus *Sugambros* vocat, Strabo *Σουγάμβρους*. — 41. *laetasque* unus Bersm.

---

perpetuo epitheto, vid. ad III, 29, 6. — v. 31. *carmina operosa*, operose, instar apis *fingo*, *πλάττω*, voc. de mellificio propr. — v. 33-44. *Concines*, canes, ut passim compositum pro simplice. — *trahet*, de captivis verbum usitatum. Similiter Epist. II, 1, 191. et II, 12, 11.: *ductaque per vias Regum colla minantium.* — *per clivum*, sc. Capitolii, per quem pompa triumphalis in Capitolium ducebatur. — *feroces*, infr. IV, 14, 51.: *caede gaudentes* dicuntur. — *merita*, ob Sygambros devictos. — v. 37. Cf. I, 12, 17. Epist. II, 1, 17. — *in aurum priscum*, in priscam aureae aetatis felicitatem. — *publ. lud. Vrbis*, ludos a senatu pro felici Augusti reditu diis votos, nunc edendos, *impetrato Augusti reditu*, Augusto reduce facto. — *forum litibus orbum*, in quo causa nulla agitur, ut diebus festis fieri solitum. — *Tum*, ubi Augustus urbem intraverit, *accedet*, acclaman-

---

ram volat et amoenitate florum depascitur. [*Fingo*] compono, ut: *Et corpora fingere lingua.* [*Concines mai. poet. plectr.*] Iulius Antonius heroico metro Diomedeas, duodecim libros scripsit egregios, praeterea et prosa aliqua. *Concines* ergo, inquit, h. e. cantabis nobiscum, tu, Antoni. [*Maior. plectr.*] i. e. meliore opere victorem Caesarem per sacrum Capitolii clivum captivos Sigambros trahentem pro triumpho. [*Trahet feroces*] quia antequam caperentur, Centuriones Romanos, qui ad stipendia missi erant, tentos crucibus defixere. [*Quo*] Caesare scil. [*Boniq.*] propitii, ut: *Sis bonus o felixque tuis.* [*Fronde*] Laurea corona, qua triumphantes utebantur. [*Nec dab.*] nec aureo seculo similem Caesari virum natum fuisse aut nasci potuisse dicit, si in eum statum tempora decurrant. [*Laetosq. dies*] i. e. publicas ferias et laetitiam cantabis. [*Super*] de, ut: *Multa super Priamo rogitans.* [*For. litib. orb.*] *orbatum* dicit *forum litibus* Caesaris aequitate. [*Tum meae si quid*] sub fuga

sed subtilia ac dulcia. *Matinus* mons est Calabriae. [*Concin. maior. poeta plectr.*] concedit Antonio Iulio, ut ipse potius triumphos Caesaris scribat, cum sit robustior carminis spiritu. Hoc enim signat dicens: *maiore plectro.* [*Per sacr. cliv.*] i. e. per sacram viam. Hac enim triumphantes in Capitolium ibant. [*Quo nihil mai. meliusve*] Caesare scilicet. [*Publ. lud.*] i. e. publicum gaudium super impetrato fortis Augusti reditu. Apparet, Caesarem de reditu suo Romam literas misisse, sed gratus sensus, sic enim se habet, ut intelligas populum Romanum (ut fit) publicis

Fortis Augusti reditu, forumque
Litibus orbum.
Tum meae (si quid loquar audiendum)
Vocis accedet bona pars: et «o sol
Pulcher, o laudande» canam, recepto
Caesare felix.
Tuque dum procedis: «Io triumphe!»
Non semel dicemus: «Io triumphe!»
Civitas omnis, dabimusque Divis
Tura benignis.
Te decem tauri totidemque vaccae,
Me tener solvet vitulus, relicta
Matre qui largis iuvenescit herbis

v. 45. *si quod* Lips. 2 a m. pr. *loquor* quid. Lamb. Bentl. 1, 6, 9, 18. Lips. 2. Sed *loquar* necessarium. — 49. *Tuque dum procedis.* Bentleius quinque Virgilii versibus citatis ab *Isque* incipientibus, personam secundam mutavit in tertiam. Quo tamen facto fervor poeticus vehementer minuitur. *Vossius* sic: *Und weil du vorwandelst.*

---

tium turbae adiungetur *bona*, magna *pars meae vocis*, altissima voce acclamabo. — *si quid loquar audiendum*, si tamen quid efficere potero, si vox mea, quantumvis intenta, exaudiri poterit. — *o sol pulcher*, *o laudande*, quoniam te nobis restituit. — *felix*, sc. ob *receptum*, redditum *Caesarem*. — Nunc ad Antonium se convertit: *Tuque dum procedis*, sc. in pompa triumphali; *procedere*, ut supr. III, 14, 6. *prodire*, proprie de iis, qui cum dignitate quadam in pompa sollenni incedunt. — v. 51. *tura dabimus*, adolebimus *Diis benignis*, reditum Caesaris sc. benigne praestantibus. — v. 53-60. *solvet*, sc. voto, cui solvendo, si Augustus felix faustusque rediisset in urbem, Antonius et Horatius diis se *obstrinxerant* vel *obligaverant*, pro: tu decem tauros et totidem vaccas, ego vitulum immolabo. — *qui iuvenescit*, adolescit, *in mea vota*, destinatus est huic sacro

---

arrogantiae etiam se laudes Caesari dicturum promittit, ut Virg.: *O mihi tam longe maneat pars ultima vitae Spiritus et quantum sat erit tua dicere facta.* [*O sol*] *solem* pro die posuit, quo victor Caesar urbem ingressus est. Virg.: *Tres adeo incertos caeca caligine soles Erramus.* [*Can. recept. Caes. felix*] h. e. ego felix canam. [*Io triumphe*] ad ipsum quasi triumphum loquitur sacra invocatione, qua *Io Io* dicebatur, ut: *Io, matres, audite.* [*Benignis*] reditum eius praestantibus. [*Te decem tauri totid.*] ad honorem enim maiorum numinum pertinet sive potentium personarum, si magnis victimis immoletur, ut: *Maxima taurus Victima.* [*Me tener solv.*] absolvet votorum debito, h. e. promisso. [*In mea vo-*

acclamationibus desiderasse diu reditum Augusti. [*Tum meae, si quid loquar audiendum*] spondet se quoque carmine aliquo laudes in Caesarem dicturum. Sed significat breves versus in eo, quod intulerit: *Si quid loquar audiendum.* [*Canam recepto Caesare felix*] ordo est: *Ego felix recepto Caesare canam.* [*Tuque dum procedis: Io triumphe*] ad ipsum triumphum conversus haec dicit. [*Non semel dicemus: Io triumphe!* [*Civitas omnis*] nota figura est, ut: *Pars in frusta secant.* [*Te decem tauri*] hoc ad Iulium dicit. [*Me tener solv.*] solvet debitum voti susce-

In mea vota,
Fronte curvatos imitatus ignes
Tertium Lunae referentis ortum,
Qua notam duxit, niveus videri,
Cetera fulvus.

CARMEN III.

ARGUM. *Honorem, quo populo Romano tanquam poeta lyricus placeat, non sibi, sed Musarum beneficio acceptum refert. Ceterum poetam nasci, non fieri etiam in hoc carmine comprobat, neque unquam illum, cui poesis in fatis destinata fuerit, alias felicem vivere posse.*

AD MELPOMENEN.

Quem tu, Melpomene, semel
Nascentem placido lumine videris,

v. 58. *Ortum* Bentl. recte, quam quidem lectionem codd. opt. approbant. Sunt, qui legant *orbem*, quod tamen nihil plane facit ad poetae sententiam. — 59. *ducit* coni. Francii ap. Cun. *traxit* Bentl. 7. fortasse ex interpretamento. De verbo utroque lege notam nostram ad h. l.

AD MVSAM Mentel. Cod. Goth. *Melpomenen* addit.
v. 2 *numine* Mentel. —

votivo, cf. III, 23, 11. — *imitatus fronte*, cornua gerens fronte similia *curvatis ignibus*, cornibus *Lunae tertium ortum referentis*, die tertio a novilunio orientis. — *niveus videri*, λευκὸς ἰδέσθαι, candidus ea parte, *qua notam duxit*, alba nota insignis; *ducere, trahere*, de nota s. macula, quae diverso colore distinguitur, verba usitata. — *cetera*, τὰ δ' ἄλλα, reliquis corporis partibus. vid. Mosch. II, 85. τοῦ δ' ἤτοι τὸ μὲν ἄλλο δέμας ξανθόχροον ἔσκε, Κύκλος δ' ἀργύφεος μέσσῳ μάρμαιρε μετώπῳ. Victimarum tam formam quam naturam adumbrat Hor. III, 13, 4. et III, 22, 7. —

v. 1. Qui ad poesin natura factus est, is unice eius studio delectatur, unice inde laudem quaerit. — *nascentem*, vix dum in luminis auras editum Musae *placido lumine viderint*, placidis oculis, placido vultu; Hesiod. Theog. 82.

ta] a me diis promissa. [*Curvatos imitat. ign.*] i. e. Lunae incipientis similis cornuum curvatione vel brevitate. [*Qua notam dux.*] signatum fronte vitulum, diis pro reditu Caesaris promissum, in ea parte, qua nota inustus erat, albos pilos significat habuisse, cum esset toto corpore naturaliter rubeus.

pti. [*Fronte curv. imitat. ignes*] vitulum, quo votum soluturus sit, dicit cornua habere tertiae Lunae comparabilia, i. e. adhuc parva. [*Qua notam duxit niveus videri, Cetera fulv.*] diserta et elegans elocutio, insignat autem vitulum hunc albam frontem tantum habere, in cetero corpore *fulvum*, i. e. rufum esse.

Illum non labor Isthmius
Clarabit pugilem, non equus inpiger
Curru ducet Achaico
Victorem, neque res bellica Deliis
Ornatum foliis ducem,
Quod regum tumidas contuderit minas,
Ostendet Capitolio:
Sed quae Tibur aquae fertile praefluunt

v. 5. *Achaio* Cun. San. — 8. *timidas* unus Bersm. — 9. *Ostendit* Lips. 1, 2, 4. Venet. 1492. Locher. — 10. *perfluunt* nonnulli Lamb. et aliorum, Lips. 1, 4. Alt. 2. Venet. 1478. Ald. Mur. Fabr. Basill. Lamb. ed. pr. Steph. Fab. Dac. *profluunt* Pulm. 3. Mentel. a m. s. Bentl. 2. Sed *praefluunt* duo Vatt. Torn. Russard. Nicot. Lamb. Pulm. 1, 6 et alii, Mentel. a m. pr. Lips. 2, 3. Dess. 2. Alt. 1. Fran. Helmst. Venet. 1492. Locher. Asc. Heins. Lamb. Cruqu. Torr. Rutg. Baxt. Bentl. Burm. Cun. San. Ion. Sivr.

Ὅντινα τιμήσουσι Διὸς κοῦραι μεγάλοιο, Γεινόμενόν τ' ἐσίδωσι, — Τῷ μὲν ἐπὶ γλώσσῃ γλυκερὴν χείουσιν ἀοιδήν. cf. Callimach. Epigr. II, 4. Theocrit. IX, 35. — *labor Isthmius*, (πόνος, ἄεθλος vel ἄεθλον) certamen in ludis Isthmicis, quos ad Isthmum Corinthium in Neptuni et Melicertae honorem institutos esse, satis constat. Similiter *Elei labores* apud Stat. Silv. IV, 4, 31. de certaminibus in ludis Olympicis. — *clarabit pugilem*, clarum victorem in pugilatu faciet; — *non equus imp. curr. duc. Achaic. victorem*, non in certamine curuli victoriae laudem ei parabit equorum virtus et velocitas; — *Achaico*, Graeco, adeoque de eo, quo certatur in ludis Olympicis. — *res bellica*, rerum praeclare in bello gestarum gloria. — *ornat. Deliis foliis*, h. e. ut Carm. anteced. v. 35. dicitur: *merita fronde* (lauro nempe) *decorum*. — *regum tumidas minas*, regum superbiam; cum delectu autem *regum* pro *hostium* posuit, quia nihil *rege* vel *regis* nomine Romanis fuit infestius. — *ostendet*, sc. triumphum agentem. — *Capitolio*, eo enim per *sacrum clivum* (cf. Carm. antec. v. 35.) cum pompa sollenni pergebat triumphans. — *Sed quae Tibur aqu. fert. praefl.* cett. cf. ad Carm. antec. v. 31. 32. *praefluunt* pro: praeterfluunt, ut infr. IV, 14, 26. Sic apud Liv. XLIV, 31. — *Aeolio*, lyrico, cf. ad III, 30, 13.

ACR. [*Quem tu, Melpom.*] hac ode affirmat, qui Musarum gratiam in ipsis ortus sui initiis meruerit, eum nulli alii aptiorem rei fore, quam studio poetico et subiungit laudes deorum. [*Clarabit*] notum omnibus fecerit. [*Pugil.*] *pugiles* athletae dicuntur, eo quod pugnis valeant. [*Non equus impiger*] i. e. qui nec equestri certamine enitescit. [*Achaico*] Graeco, unde aurigae famosi. [*Neque res bell.*] non futurum militem, sed poetam lauro Apollinis coronandum. [*Quod reg. tum. contud. min.*] quod vinctos reges in triumphi pompa ad Capitolium ducat; nam et victores duces lauro coronabantur. [*Sed quae Tib. aquae fert. perfl.*] ac si diceret: Non in his omnibus fortibus factis claruerit, sed descriptionibus locorum vel fluminum per poeticam nobilitatem. [*Fingent*] component, ut: *Os rabidum, fera corda domans, fingitque premendo.* [*Aeol.*] Al-

POR. [*Quem tu, Melpomene*] hac ode signat et affirmat studio poetico deditum nulli posse alii rei vacare. Deinde deorum subiungit laudes. [*Curru Achaico*] i. e. quadrigali certamine. [*Deliis fol.*] i. e. laurea corona. [*Sed quae Tibur*] proprie ad secessum suum referens hoc dicit Horatius. Tiburi enim fere otium suum conferebat, ibique carmina

Et spissae nemorum comae
  Fingent Aeolio carmine nobilem.
Romae principis urbium
  Dignatur soboles inter amabiles
Vatum ponere me choros:
  Et iam dente minus mordeor invido.
O, testudinis aureae
  Dulcem quae strepitum, Pieri, temperas,
O, mutis quoque piscibus
  Donatura cycni, si libeat, sonum!

v. 12. *aeolico* Lips. 3, 4. — 14. *suboles* Lamb. e tribus Vatt. Cruqu. — 15. *Vatem* emend. Anchersen. — 16. *nimis* Lips. 4. *torqueor* Cun. San.

---

v. 13-24. *Soboles Romae principis urb.* gens Romana urbem nobilissimam in toto terrarum orbe incolens. — *princeps urbium*, similiter infr. IV, 14, 44. *Roma domina*, Epist. I, 7, 44. *regia Roma.* — *dente min. mord. invido*, malevolorum istorum hominum, qui primum carminibus meis obtrectabant, iam pene vici invidiam; *maior* nunc pene sum (ut supr. II, 20, 4. dicit) *invidia.* Hominibus invidis vel *Livori* (ut Ovid. Am. I, 15, 1. eum appellat) *edaci*, notissima imagine *dens*, quo infestos sibi petat et mordeat, tribuitur; cf. infr. Epod. VI, 15. Epist. I, 18, 82. Ovid. Trist. IV, 10, 123. *Nec qui detrectat praesentia, Livor iniquo Vllum de nostris dente momordit opus.* — *Pieri*, o Musa, Melpomene. — *quae strepit. dulc. testud. aur. temperas*, h. e. quae ex aurea testudine pro arte, qua illam moderaris et tractas, dulcem sonorum concentum elicis; Propert. II, 34, 80. *Tale facis carmen docta testudine, quale Cynthius impositis temperat articulis.* — *mut. quoq. pisc. donat. cyc. son.* De proverbiali locutione, qua quis, qui nihil in medium proferre potest, apud Graecos ἰχθύων ἀφωνότερος, dulcissime canens autem: *Κύκνου ἀοιδότερος* vel ᾠδικώτερος dicitur, vid. Schol. — *donatura*, quae donare vales. — *monstror digito praetereuntium*, notus est locus Persii I, 28. *At pulchrum est digito monstrari et dicier: hic est, οὗτος ἐκεῖνος.* — *Roman. fidic.*

---

caico. [*Rom. princip. urb. Dignat. sobol.*] Augustum vel privignos eius significat, sive posteritatem Romanam, a qua se inter poetas numerandum promittit. [*Et iam dente min. mordeor invid.*] virtute et laude se ait maleloquia et invidiam superasse. Sallustius: *Gloria invidiam vicisti.* [*O testudinis aureae*] lyrae pulchrae aut dulcisonae. [*Dulc. strepit.*] musici fontis. [*Temperas*] aptas, componis. [*O mutis quoque piscibus*] aut, o Musa, quae potentia tua et muta animalia oblectari facis, aut propter Arionem, quem cithara in mari canentem secuti Delphines dicuntur. Virg.: *Orpheus in silvis, inter delphinas Arion.* [*Son.*] dulcedinem cantus. [*Muneris*] beneficii. [*Quod monstror dig.*] h. e. quod cunctis

conscribebat. [*Aeol. carm.*] ita dictum accipe, ut si diceret lyrico carmine, quia quidem lyrici, ut Alcaeus Aeolide magis dialecto usi sunt. [*Romae princip. urb. Dignatur soboles*] soboles principis urbium, Nerones vult intelligi, quos Augustus privignos alioquin suos loco filiorum diligebat. [*Et iam dente min. mord. invido*] hoc vult intelligi de se, quod ait Sallustius: *Gloria invidiam vicisti.* [*O testud. aureae Dulcemq. strepit. Pieri, temperas*] ordo est: *O Pieri, quae dulcem strepitum te-*

Totum muneris hoc tui est,
  Quod monstror digito praetereuntium
Romanae fidicen lyrae:
  Quod spiro et placeo, si placeo, tuum est.

CARMEN IV.

Argum. *Argumentum huius carminis secundum glossam Vanderbourgii Codicis lit. V, conscribere placet: „in hac odu intendit principaliter laudare Augustum Caesarem, cuius doctrina et instructione Drusus Nero ad hoc promotus est, ut tam strenue Vindelicos superaret. Secundario laudat Brutum et ibi incipit constructionem. Vindex et Licus fluvii, unde qui inter illos fluvios sunt, vocantur Vindelici, partim Suevi, partim Bavarii et contra hos missus est Drusus. — Drusus et Claudius fuerunt filii Tiberii Neronis, quo mortuo, Augustus duxit uxorem eius Liviam et egregie ipsos privignos nutrivit.“ — Pariter quoque Doeringus tria potissimum hoc carmen continere dicit: „egregiae illius fortitudinis et iuvenilis vigoris, quo Drusus in pugna contra Rhaetos se conspiciendum praebuerat, descriptionem sive, in qua omnis haec descriptio versatur, Drusi cum iuvene aquila et leone comparationem; Augusti tanquam unici earum virtutum, quibus Drusus nunc exsplendescebat, auctoris laudationem; veteris C. Claudii Neronis, unde originem suam repetebant Nerones, memoriam.“*

DRVSI LAVDES.

Qualem ministrum fulminis alitem, —
  Cui rex Deorum regnum in aves vagas

v. 21. *est* abest ab Helmst.

Vand. A, E, γ, H, AD VRBEM ROMAM DE INDOLI DVCVM; I, IN DRVSI NERONIS VIRTVTEM LAVS; V, AD ROMANAM VRBEM.

---

lyrae, ut nobilis ille Romanorum poeta, qui princeps Aeolium carmen ad modos Italos deduxerim. — *quod spiro*, quod lyrici poetae me agit spiritus. *D.*

---

v. 1-18. *Qualem alitem*, veluti alitem. — *ministrum Iovis, Iovis armigerum*, ut Stat. Theb. III, 532. Iovi fulmina ministrantem. — *regem avium*, ἀρχὸν οἰωνῶν, βασιλέα οἰωνῶν. — *aves vagas*, ἠεροφοίτους,

---

innotui. [*Roman. fidic. lyr.*] lyricus Latinae linguae *Fidicen* a fidibus, i. e. chordis, ut: *Threicia fretus cithara fidibusque canoris.* [*Si placeo*] ac si diceret, si tamen placeo.

studinis temperas. [*Romanae fidicen lyrae*] i. e. lyricus poeta. [*Si placeo*] ἐπιεικῶς, si placeo, protulit et subaudiendum extrinsecus *tamen*, ut sit: *si tamen placeo.*

ACR. [*Qualem ministrum*] de Druso haec ode scripta est, propter quam et quartum librum contra dispositionem fecit, in laudem Drusi Ne-

POR. [*Qualem ministrum fulminis alitem*] haec est ecloga, pro-

Permisit, expertus fidelem
 Iupiter in Ganymede flavo —
Olim iuventas et patrius vigor
Nido laborum propulit inscium,
 Vernique, iam nimbis remotis,
 Insolitos docuere nisus
Venti paventem, mox in ovilia
Demisit hostem vividus inpetus,
 Nunc in reluctantes dracones
 Egit amor dapis atque pugnae:
Qualemve laetis caprea pascuis

v. 3. *promisit* Lips. 3. *permansit* Dess. 2. — 5. *iuventus* quidam. *patruus* Lips. 4. — 6. *protulit* nonnulli Lamb. et Cruqu. plures Torr. Pulm. 2, 4. Sax. Fran. Lips. 1, 3. *propulit* duo Vatt. Fa. Vrs. aliique quatuor Lamb. duo Blandd. et alii Cruqu. — 7—9. *Vernique - venti.* Satis defendunt hanc omnium fere codicum et editionum lectionem Ianius et Christius (dissertat. Lips. 1746.) contra Scaligerum et Bentleium, qui praeferunt *vernisque iam nimbis remotis.*

---

ut III, 27, 16. — *promisit*, tribuit, concessit. — *expertus fidelem*, quod operam suam Iovi in Ganymede rapto approbasset. Sequitur Horatius eos, qui Iovem in Ganymede rapiundo aquilae ministerio usum esse narrant. *Fidelis* is est, qui, quod in se recepit, praestat alteri. — *flavo*, ξανθῷ, pulchro, ut supr. II, 4, 14. et III, 9, 19. et sexcenties alibi. — *Olim* comparationi inservit simpliciter, ut ὥς ποτε, οἷά τε πολλὰ atq. sim. — *laborum inscium*, volandi imperitum. Doeringus *labores* explicat: nisus, quibus in altum se extollere laborant aquilae; hinc statim *venti insolitos nisus docere* dicuntur; venti enim nisus docent, quod eos levant. — *verni*, nam aquilarum aeque ac milvium et accipitrum pulli sub veris certe fine nidum relinquere solent. — *paventem*, non sine pavore primum volatum in aëre molientem. — *ovilia* vel simpliciter oves pascentes vel septis eas inclusas intellige. — *dracones*, aquilae serpentes infestare solent cum iis acerbissime conflictantes, quamobrem *reluctantes* audiunt,

---

ronis, privigni Augusti Caesaris, filii Neronis, quem ob insigne virtutis Aquilae comparavit. [*Alitem*] aquilam, quam et reginam avium volunt, ut: *Pedibus rapuit Iovis armiger uncis.* Ideo autem tutelae Iovis dicitur deputata, quia prosperum auspicium eius, adversum Titanas pugnaturus, accepit. [*Flavo*] rubeo. [*Nido labor.*] in metaphora aquilae perduravit, dicendo *nidum laborum* pro familia nobilium et virtutum domo. [*Verniq.*] ut: *Ruit imbriferum ver.* [*Insol. doc. nis.*] inconsuetum nisum, ad primos volatus aquilae, adhuc aerem et ventos timentis. [*Mox in ovilia Demis.*] solitam viribus et volatu continuo ad praedam prodire, ut: *Fulva draconem Fert aquila.* [*Egit amor dap. atq. pugn.*] in agno imbelli, *dapis:* in dracone, *pugnae.* [*Qualemve laetis caprea pasc.*] qua-

pter quam, ut supra ostendimus, totus hic liber compositus est. Scripta est ergo in Neronem Drusum privignum et successorem Augusti, qui Rhaetos Vindelicos bello vicit. De imperio autem principis huius duplicem facit comparationem, nam Drusum ait tanto vigore atque impetu hostes Vindelicos invasisse, quanta vi solet aquila in rapinam irruere primum avium, mox corroborato vigore etiam draconum, ipsos autem hostes ita

Intenta fulvae matris ab ubere
 Iam lacte depulsum leonem,
 Dente novo peritura, vidit:
Videre Rhaetis bella sub Alpibus
Drusum gerentem Vindelici: quibus
 Mos unde deductus per omne
 Tempus Amazonia securi
Dextras obarmet, quaerere distuli;
Nec scire fas est omnia; sed diu
 Lateque victrices catervae

v. 17. *Raetos* s. (ut non pauci scribunt) *Rhaetos* et *Vindelicos* semper fuisse nationes diversas, constat ex Strabone, Velleio Paterculo, Suetonio, Eutropio. *Vindelici* incolebant inter Danuvium, Aenum et Lacum Brigantinum; quibus finibus nunc magna Bavariae et Sueviae, item aliqua Tirolis pars continetur; *Raeti* inde a Vindelicis versus meridiem usque ad Italiam supra Comum et Veronam pertinebant; hinc Rheno et Ticino, illinc Plavi fluviis terminati, ubi sunt hodie Comitatus Tirolensis, Grisones, Clavennensis Comitatus et Vallis Tellina. Attingebant utrique ab occasu Helvetios, ab ortu Noricos, Raeti etiam Carnos. Ceterum scriptura *Rhaeti*, Ῥαιτοί, minime contemnenda, imo potius usitatior est. — Verba ‚*quibus mos... fas est omnia*' spuria esse voluit Ianius, sed argumenta eius non sufficiunt.

---

dum serpentes scil. se intorquent vel, ut Plin. X, 4. s. 5. ait, *multiplici nexu alas aquilae ligant et ita implicant, ut simul decidat.* — v. 15. Illud *lacte* cum otiosum et supervacuum visum esset Viris doctis, quod iam praeisset „ab ubere matris" hinc multae variaeque emendationes enatae, quas tamen tacemus. *Lacte* ea inprimis vi, inquit *D.*, addidisse videtur poeta, ut iuvenem illum leonem nunc famelicum esse significaret. — *dente novo*, ferae sanguine necdum rubefacto, *peritura*, a quo sibi certam necem paratam intelligit. — *quaerere distuli*, Vanderbourgii Codicis B, glossa huic loco adscripta sic audit: „*Distuli*, inquit, *quaerere*, unde mos iste processerit, ut amazonis securibus arment dextras suas; quod tamen inde prodit, quia Vindelici ab amazonibus de sedibus suis expulsi sunt, et ideo quia securibus amazonum expulsi sunt, ipsas postea in usum belli acceperunt." — *Sed*, h. e. ne extra oleas vager, sed ad propositum redeam. — *victrices catervae*, quae Italiae et Galliae fines infestaverant.

---

lem, inquit, leonem primae iuventae caprea timens, talem Drusum hostes videre. [*Dente novo*] adhuc inconsueto ad praedam. [*Videre Rhaeti bella sub Alpibus*] ὑπερβατὸν longum superiori sensui respondet. Qualem aquilam vel leonem imbellis praeda, talem Drusum videre Rhaeti Vindelici, barbarorum gentes. [*Nec scire fas est omnia*] i. e. licet aliqua ignorare. [*Sed diu Lateque victr.*] hoc solum, inquit, mihi dicere satis est, quod Rhaeti diu potentes et victores a Druso adhuc puero superati

conterritos esse belligerantis Drusi virtute, ut caprea visu leonis in se irruentis. [*Quibus mos, Vnde deductus per omn. Temp. Amazon. secur. Dextr. obarm. quaerere distuli*] hi Vindelici ab Amazonibus eiecti e suis sedibus, ex Thracia in exsilium se contulisse alio inque iugis insedisse dicuntur et quod potissimum in se tela securesque Amazonum experti fuerint, ipsos usum earum in bello accepisse. [*Nec scire fas est*] sensus

Consiliis iuvenis revictae
Sensere, quid mens rite, quid indoles
Nutrita faustis sub penetralibus
Posset, quid Augusti paternus
In pueros animus Nerones.
Fortes creantur fortibus et bonis:
Est in iuvencis, est in equis patrum
Virtus, neque inbellem feroces
Progenerant aquilae columbam.
Doctrina sed vim promovet insitam,
Rectique cultus pectora roborant:

v. 24. *iuvenis repressae*, vid. Iani. — 26. *Nutrita sanctis* Bentl. ex argutiis, vid. Iani. — 29. Post *fortibus* distinguunt multi codd. mss. item edd. ut Venet. 1478. Mur. Torr. Fabr. Xyl. Heins. Steph. Fab. San. ut sit: „et bonis est in iuvencis." Sed rectius iungunt *fortibus et bonis*, Locher. Ascens. Basill. Lamb. Cruqu. Rutg. Dacer. Bentl. Cun. Ion.

— *revictae*, denuo victae sive potius pro simplice: victae, ut supr. IV, 1, 8. *revocare*, pro vocare. — *Sensere*, cf. II, 7, 10. — *quid posset*, quantum efficere valeret, *mens* et *indoles*, ingenita animo virtus, animi generosa indoles, ab Augusto exculta; *rite nutrita*, bona institutione exculta, *sub faustis penetralibus*, in Augusti domo. — *animus paternus*, cf. II, 2, 6. — *Fortes et boni* propagant virtutis semina. Eurip. in Alcmae. apud Stob. Grot. p. 363. *ὡς ἀληθὲς — ἐσθλῶν ἀπ' ἀνδρῶν ἐσθλὰ γίγνεσθαι τέκνα, κακῶν δ' ὅμοια τῇ φύσει τῇ τοῦ πατρός.* — *Imbellem — feroces*, quorum verborum perbelle a poeta delecta antithesis animum lectoris suaviter afficit. — v. 33. *doctrina*, *ἡ παίδευσις*, bona institutio, praeceptio *promovet*, auget, perficitque *vim insitam*, generosam animi indolem, *τὸ ἐγγενές*. — *cultus recti*, recta disciplina, quatenus animus ea

---

sunt. [*Sensere*] probavere virtutem et institutionem Romanam. [*Indoles*] aetas, indicium futurae probitatis. [*Faust.*] felicibus, custodia virtutum. [*Paternus*] ut: *Et pater Aeneas.* [*In puer. anim.*] duo fuerunt Nerones, privigni Augusti, quorum unum in domo Tiberii Claudii, Neronis mariti, Livia peperit, alterum in utero ad Augustum adtulit. Horum altero in Germania morbo absumpto, alter adoptatus Augusto, successor principatus eius fuit et vocatus est Tiberius Caesar. [*Fortes creantur fortibus*] filios a parentum nomine degenerare virtute. [*Est in equis patrum Virtus*] ut: *Continuo pecoris generosi pullus in arvis Altius ingreditur.* [*Promovet*] in melius auget. [*Insitam*] naturalem. [*Rectiq. cult.*] bona institutione reddi bonum naturale perfectum, quae si desit bene nata depravari pectora; in laudem Augusti dictum, in cuius domo Nero-

est: Fas est non omnia scire, i. e. licet aliquid ignorare. [*Consil. iuven. repress.*] eo pertinet, quod *late victrices* dixerat. [*Quid indoles Nutrita faust. sub penetral.*] quia non potest Drusum laudare nunc, ut filium Augusti, ab eo educatum institutumque dicit. [*Quid Augusti pat. in puer. anim. Nerones*] duo fuerant Nerones, privigni Augusti. Quorum alterum in domo Tiberii Claudii mariti prioris Livia peperit, alterum utero ad Augustum adtulit. Horum alter in Germania morbo exstinctus, alter adoptatus ab Augusto, successor principatus eius fuit, vocatusque

Vtcunque defecere mores,
Indecorant bene nata culpae.
Quid debeas, o Roma, Neronibus,
Testis Metaurum flumen et Hasdrubal
Devictus et pulcher fugatis
Ille dies Latio tenebris,
Qui primus alma risit adorea,

v. 36. *Dedecorant* ex glossemate.

---

excolitur, ad recta et honesta perducitur. — *roborant*, confirmant *pectora*, perficiunt naturam, indolem. — v. 36. *utcunque*, quandocunque *mores*, morum disciplina *deficit*, ubi abest bona educatio; *culpae*, vitia, *indecorant*, nitorem detrahunt, maculam adspergunt, deformant *bene natum*, *τὸ εὐφυές*, *εὐγενές*, bonam indolem. — *Quid debeas, o Roma*, quantum respublica Romana Neronum familiae *debeat*, quam insignia eius sint merita, testatur victoria de Hasdrubale a Claudio Nerone reportata. — *Metaurum* (nunc: *Metaro* vel *Metro*) *flumen*, Metaurus, Vmbriae fluv. pugna ista ad eum commissa famigeratissimus. — *pulcher dies*, lucidus, faustus, ut IV, 2, 47. — v. 41. *adorea*, Plin. XVIII, 3. *gloriam a farris honore adoream* appellabant; *adorea* scilicet, *ador* vel *far adoreum* (nos: *Dinkel*) post partam victoriam praemii loco militibus distribui sole-

---

nes educati disciplinam accepere virtutum. [*Roborant*] confirmant. [*Vtcunque*] ubicunque. [*Indecorant*] indecora faciunt. [*Testis Metaurum flum.*] *Metaurus* fluvius est, de Piceni provincia oriens, in Flaminiam decurrens, quae regio Gallia dicebatur, iuxta hunc fluvium Claudius Nero consul, cum Salinatore collega suo, Hasdrubalem, Hannibalis fratrem, in Italiam auxilio fratri magnum exercitum deducentem ita devicit et interfecit, ut nec profectum ex castris consulem Hannibal, dum in conspectu castra minuisset, nec reversum ante cognosceret, quam fratris caput ante castra proiectum et de exercitu eius Poenos captivos vidisset, quo bello supra quinque et quadraginta millia in Hasdrubalis exercitu caesa feruntur. [*Tenebras*] *tenebras* pro Afrorum terrore dixit. [*Qui primus alma*

est Tiberius Caesar. [*Nec imbellem feroc. Progener. aquilae columb.*] proverbialis sententia. [*Doctrin. sed vim promov. insit.*] insitam, innatam atque ingeneratam. Significat ergo virtutem a parentibus ingenerari, instrui vero doctrinae disciplina. [*Rectique cult. pector. roborant*] *recti* genitivi casus numeri singularis, *huius recti*. *Cultus* numeri pluralis, casus nominativi: *hi cultus*. Sensus est autem: Colendo rectum corroborantur. Et *rectum* absolute accipe pro aequo ac iusto. [*Vtcunque*] quandocunque, sicut apud hunc poetam saepe diximus. [*Indecor.*] i. e. indecora faciunt ac per hoc dedecorant significat. [*Bene nata culp.*] absolute dicitur. Sensus ergo est: Honesta natalium generositas culpa dedecoratur, nisi digna haec disciplina prosequatur. Totum autem propter Augustum dicitur, in cuius domo Nerones videntur disciplinam virtutis accepisse. [*Quid debes, o Roma, Neronibus, Testis Metaurum flumen et Hasdrubal*] *Metaurus* amnis Galliae est, iuxta quem Nero consul cum Salinatore collega suo Hasdrubalem, Hannibali fratri suo magnum exercitum adducentem, devicit, caesis supra quinque et quadraginta millibus. [*Testis Metaurum flum.*] *Metaurus* dicitur, non *Metaurum*, sed flumen nomine hoc figuravit, ut alibi: *Aut flumen Rhenum aut pluvius describitur arcus.* Et Sallustius: *Nomenque Danubium habet, ut ad Germanorum terras adstringit.* [*Qui prim. alma ris. adorea*] *adorea*

Dirus per urbes Afer ut Italas,
Ceu flamma per taedas vel Eurus
Per Siculas equitavit undas.
Post hoc secundis usque laboribus
Romana pubes crevit et inpio
Vastata Poenorum tumultu
Fana Deos habuere rectos,
Dixitque tandem perfidus Hannibal:
Cervi, luporum praeda rapacium,
Sectamur ultro, quos opimus
Fallere et effugere est triumphus.
Gens, quae cremato fortis ab Ilio,

---

bat; unde *adorea* pro ipsa victoria. — v. 44. *Equitare* de hoste, qui continuis victoriis insolentior factus terram hostilem populabundus pervagatur, ipsi regioni, urbibus ferociter insultat, vid. Epod. XVI, 12. XVII, 74. Eadem notione Graecis: *καθιππεύειν, καθιππάζεσθαι χώραν* et sim. — *dirus Afer*, cf. III, 6, 36. Hannibalem intelligit. — *ceu fl. per taedas*, sc. furere solet, quod ad notam zeugmatis figuram ex *equitavit* eliciendum est. — v. 45. *Post hoc*, *ἐπὶ τοῦτο*, victis semel hostibus. — *Pubes Romana*, exercitus Romanus (ut *iuvenum recens examen* I, 35, 30.) *crevit usque*, magis magisque animo obfirmatus est, *secundis laboribus*, prospera belli fortuna usus. *Labores*, *μόθος*, *de gravi Martis opere* (Virg. Aen. 516.). — *tumultus*, de Poenis variis per Italiam discursibus subitum continuo pavorem incutientibus. — *impius*, qui nec deorum fanis pepercisset. — *Fana Deos hab. rectos*, restituta sunt templa deorum, viguit iterum ipsorum cultus, *ἀνωρθώθη τὰ ἱερά*. — *tandem*, postea-quam, multis cladibus cruentis affectus, *agnoscere se fortunam Carthaginis* Liv. XXVII, 51. de salute sua ac suorum desperans exclamaverat. — *perfidus*, quia foedus ruperat et bellum nefarie inceperat. — *Cervi lup. praed. rap. sect. ultro*, nos stulti ultro sectamur Romanos, ut sicut cervi fere istis tamquam lupis rapacibus praedae simus. — v. 52. *fallere* et *effugere*, *λαθεῖν*, fuga impetum eludere, sese subducere, *triumphus opimus*

---

ris. adorea] *adorea* laus publica dicebatur, eo quod victores a victis adorarentur. [*Ceu flamma per tuedas*] post cladem fratris, fugam describit Hannibalis. [*Secund. usq. labor.*] in laudem Drusi (qui de Neronis genere descendit) commemorat, ex quo Hasdrubal occisus est, a Nerone et Hannibalem iam marcidum fuisse et crevisse Romanos. [*Tumultu*] clamore bellico, ut: *Ille etiam caecos instare tumultus Saepe monet.* [*Deos hab. rect.*] ita dii propitii *recti*, ut aversi irati dicebantur, ut: *Diva solo fixos oculos aversa tenebat.* [*Perfidus*] quia ipsius instinctu, post primum bellum, fractis pacis conditionibus, in bellum reditum est. [*Cervi, luporum*] quasi Hannibalis fugientis orationem fingit ad milites suos,

laus bellica dicitur fortasse, quod adorandi sunt, qui laudem ex bello reportant. *Risit* ergo Romanis accipiendum. [*Et imp. Vastat. Poenor. tumult. Fana deos habuere rectos*] et hi, inquit, quorum templa in Italia a Poenis violata sunt, inde recti esse coeperunt pro Romanis, adversus eos agentes. [*Sectamur ultro*] *sectamur*, quos bello petimus, Romanos, quorum manus si effugerimus, gaudere debemus, similesque in hoc sumus cervis, qui ultro lupos insectantur, quos alioquin fugere debebant. [*Du-*

Iactata Tuscis aequoribus sacra
Natosque maturosque patres
Pertulit Ausonias ad urbes,
Duris ut ilex tonsa bipennibus
Nigrae feraci frondis in Algido,
Per damna, per caedes, ab ipso
Ducit opes animumque ferro.
Non hydra secto corpore firmior
Vinci dolentem crevit in Herculem,

---

est, pulcherrimae instar victoriae habendum, in gloriosi triumphi loco ponendum est; *triumphum* signat epitheto, quo proprie *gloriosa* illa *spolia*, duci caeso derepta a duce, insigniri solent. — v. 54. *sacra*, *θεοὺς πατρῴους*, Penates. — Ceterum opportune comparant Virg. Aen. I, 71 sqq. — *maturos*, sc. funeri, ut infr. Epist. ad Pis. 115. et supr. III, 13, 4. — *Ausonias*, Italas, ab Ausonibus, antiquis Italiae incolis. — *Duris ut ilex tonsa bipenn.* etc. Quemadmodum ilex, cuius frondes vel rami per bipennem detondentur, laetius deinde efflorescere solet, ita gens Romana, dum cladibus in bello afficitur, ab ipso ferro, quo caeditur, novum vigorem et animum accipit. — *Algido*, cf. ad I, 21, 6. — *feraci nigrae frondis*, saltuoso, silvis consito, ut frondes nigrae sint umbrosae, ut I, 4, 11. et I, 21, 7. ad rem quoque vid. III, 23, 9. — v. 59-60. Animum adverte ad comparationem gentis Romanae cum ilice tonsa, utraque enim *damnis* s. caedibus acceptis *opulentior* quam antea facta, graviter adflicta novum robur acquirit. — v. 61. Novas comparationes eiusdem sententiae illustrandae subnectit poeta. Fabulam de *hydra Lernaea* tractat Ovid. Met. IX, 69 sqq. Apollod. II, 5, 2. *M.* — *secto corpore*, hinc proverbiali locutione *ὕδραν τέμνειν* dicuntur, quibus ex uno, quod vicerunt, malo plura et maiora subnascuntur; — *vinci dolentem*, nam, ut satis constat, Iolai demum

---

qui dicat: *Pugnamus contra eos, quos si evaserimus, pro triumpho habendum.* Ideo autem *lupis* comparavit Romanos, quia auctor nominis eorum a *lupa* nutritus est. [*Gens, quae cremato fortis ab Ilio*] tanquam gens Romana per damna et caedes creverit, ideo exemplum Troiae ponit, a qua oriundus est, ut: *Quos nulla fatigant Praelia, nec victi possunt absistere bello.* [*Sacra*] deos Penates, de quibus Virgilius: *Hos cape fatorum comites.* [*Natosq. maturosq. patres*] ut: *Ascanium Anchisenque patrem Teucrosque Penates.* Quibus liberatis Aeneas ad Italiam venit. [*Tonsa*] caesa. [*Fera*] fertili. [*Per damna, per caedes*] ilex enim caesa ferro melius pullulat. [*Non hydra secto corpore firm.*] exemplo ilicis ramorum, damno melioris hydrae etiam, quae excisis sub Hercule serpentum capitibus numerosior excrescebat. Laudat Romanos bellorum damnis meliores semper effectos. Colchorum quoque eos monstro comparat, ubi satis draconis dentibus, armati de terrae sulcis viri egressi sunt, quos Iason Medeae arte superavit. Simile et aliud exemplum draconis Thebani, quem Cadmus occidit, cuius satis dentibus armati prodierunt, ex quibus aliquos in societatem condendae urbis Cadmus dicitur ad-

ris ut ilex tons. bipennib. Nigr. feraci frondis in Algido] ordo est: *Vt ilex nigrae est frondis in Algido feraci duris bipennibus tonsa.* Sensus autem hic est: Vt ilex quanto magis securibus caeditur, tanto corroboratur magis ac reviviscit, ita Romani per damna caedis suae fortiores effecti sunt. [*Nigrae frond.*] i. e. viridis, umbrosae. [*Non Hydra secto corpore firm.*] opportuna comparatio, quia Romanos vult intel-

Monstrumve submisere Colchi
  Maius Echioniaeve Thebae.
Merses profundo, pulchrior evenit:
  Luctere, multa proruet integrum
    Cum laude victorem, geretque
      Proelia coniugibus loquenda.
Carthagini iam non ego nuntios

v. 65. *Mersus* nonnulli Lamb. duo Blandd. Cruqu. omn. Pulm. Bersm. Brod. omnes fere Bentl. praeter 1 et 6.

---

ope victa est ista hydra ab Hercule. — *crevit*, pro: fuit, cum nova ei crevissent capita. — *Monstrumve submis. Colch. m. Echion. Thebae*, nec terra Colchica et Thebana e satis draconis dentibus maius monstrum emisit. Fabulam de dracone, quem Cadmus in Boeotia, postquam ille huius socios aquatum ad fontem missos necaverat, interfecisse perhibetur, enarrat Ovid. Met. III, 25 sqq. E dentibus huius serpentis, quorum partem Minerva subito e caelo allapsa Cadmum serere iusserat, viri armati, *sparti*, *γηγενεῖς*, vid. *Heyn.* ad Apollodor. p. 454. (quos Hor. *monstra* appellat) prognati esse, sed mox, cum hostiliter statim invicem se petiissent, mutuis vulneribus, quinque tantum superstitibus, e quibus fuit *Echion*, (unde *Echioniae Thebae*) periisse traduntur. Similia monstra terra Colchica *submisisse* fertur, et quidem per Iasonem, quem donatam sibi a Minerva alteram serpentis illius a Cadmo occisi dentium partem serere iusserat Aeetes; vid. Apollon. Rhod. III, 1175. et Ovid. Met. VII, 122 sqq. — *submis.* — *submittere*, quod eleganter apud Lucret. I, 8. et alibi (uti apud Graecos *ἀναπέμπειν*) de floribus dicitur, quos terra sensim sensimque sursum mittit, apposite ad illos viros armatos, qui non subito e terra prosiluerint, sed, ut Ovidius l. l. narrat, sensim sensimque e terra succreverint, transtulit. — *Merses profundo*, *pulchrior evenit*, nota imago, qua quis malis, quibus laborabat, feliciter superatis, comparatur cum eo, qui e profundo mari, ad quod demersus fuerat, bona fortuna emergit; *pulchrior*, virtutis honore insignior. — *Luctere*, *mult. pror. integr. cum laud. vict.* finge tibi par gladiatorum, quorum alter iam pene victus alterum iam pene victorem et integris adhuc viribus, magna cum laude prosternit. — *proelia coniugibus loquenda*, h. e. caesorum maritorum coniugibus cum luctu memoranda; [etiam *coniugibus* de uxoribus eorum accipiunt, qui, cum victores e bello domum redierint, proelia sua iis enar-

---

scivisse. [*Echion. Theb.*] ab *Echione* conditae, qui fuit pater Penthei, gener Cadmi. [*Merses profundo*] si mersaveris Romanum, fortior fit, ita autem hoc verbum declinatur: *merso*, *mersas* cett., ut: *Fluvio mersare salubri.* [*Pulchr. even.*] existit. [*Multa*] pro multum. [*Proruet*] evertet, evincet, ut: *Proruit insano contorquens vertice silvas.* [*Integrum*] ante non victum. Sensus est: Si Romanum provocaveris ad contentionem, quamvis multorum victor eris, facile ab illo superaberis. [*Coniugibus loq.*] aut pro laude victoriae referenda coniugibus aut pro maritorum

ligi caede sui potentiores fieri. [*Monstr. summis. Colchi Maius Echion. Thebae*] ubi armatorum seges exsiluit. Hoc autem intelligi vult mirabile esse, non deesse Romanos tot bellorum cladibus acceptis. [*Geretq. Praelia coniug. loquenda*] utrum quae ipsi Romani milites apud coniuges suas ostentent, an quae coniuges eorum de maritis suis praedicent. [*Occidit*] *occidit spes omnis et fortuna nostri nominis*, *Hasdrubale interempto.* Haec revera frequenter dicitur dixisse Hannibal, cum caput

Mittam superbos: occidit, occidit
  Spes omnis et fortuna nostri
    Nominis, Hasdrubale interempto.
Nil Claudiae non perficient manus,
  Quas et benigno numine Iupiter
    Defendit et curae sagaces
      Expediunt per acuta belli.

CARMEN V.

ARGUM. *Hoc carmen, ut videtur, auctoritate populi Romani ad Augustum scripsit, quem, quod diutius quam Romani exspectarant, belli in Hispania gerendi causa urbe abesset, pie ac rite adhortatur, ut cum primum in patriam redeat, quae desiderio eius icta* (*v.* 15.) *plane nihil tam vehementer exoptet, quam boni ducis maturum reditum.* — *Quod quidem consilium ut ad finem feliciter perduceret, ea, qua par erat, laudes Augusti celebrandi ratione usus, neque adulationis neque simulationis, quas vocant, artes adhibuit, sed ex animo aeque integro ac pio dixit, quae cum Augustum per-*

v. 73. *efficient*, vid. Iani. (Animadverte, tantum maioris momenti Var. Lect. nos notaturos esse propterea, quod editionis volumen arctioribus finibus circumscribi debet, quippe quod magis magisque ad finem vergat).

---

rent]. — *superbos*, cum superbia, Romanos victos esse, referentes; eiusmodi nuntius post cladem Cannensem fuit Mago, Hamilcaris filius; vid. Liv. XXIII, 11. — *nostri nominis*, gentis nostrae. — *Nil Claud. non perf. manus*, h. e. a Claudii Neronis gente sperare Roma potest omnia; per *manus Claudias* intelligit simul C. Claudii Neronis posteros. Itaque iam Hannibal, Nerones tales fore, qualem Drusus in bello contra Rhaetos se praebuerat, vaticinatus esse fingitur, quo nihil sane in Drusi laudem fingi a poeta potuit magnificentius. — *curae sagaces*, ingenii in capiendis consiliis sagacitas. — *per acuta belli*, per ea, quae in bello periculum intendunt; *acuta* iam omnia, quae nobis perniciosa fieri possunt, designare videntur. Sic fere pugna anceps et dubia Graecis *ὀξὺς ἀγὼν* dicitur. *M.* ad hanc loquendi rationem refert *δι᾽ ὀξείας δραμεῖν, ἐπὶ τῶν διακινδυνευόντων*, proverbium apud Zenob. Cent. III, 13. et *ἐπὶ ξυροῦ εἶναι*, apud Theocritum XXII, 6. (*D.*)

---

virtute coniugibus narranda. [*Carthag. iam non ego nunc. Mittam sup.*] adhuc velut quasi Hannibalis verba sunt, tamen iuxta historiae fidem viso Hasdrubalis capite, in haec dicta Hannibal dolore dicitur erupisse: *Agnosco te, fortuna Carthaginis.* [*Fortun. nostr. nom.*] dicit se fortunam fallacem agnovisse. [*Nil Claud. non efficient manus*] iam hic poeta loquitur Drusum Neronem significans. [*Curae sag.*] i. e. optima Augusti consilia.]*Exped.* cett.] i. e. per dura praelia. *Expediunt*, i. e. finiunt.

fratris sui Hasdrubalis vidisset, quod Nero de industria allatum ex Gallia ante castra eius, nihil adhuc scientis de hac caede, proiici iusserat. [*Nil Claud. non perficient manus*] haec iam poetae verba sunt, non adhuc Hannibalis. [*Et curae sagac. Exped. per acuta belli*] absolute dicuntur ea, quae sunt in bello periculosissima.

belle decerent, tum re vera ipse sentiret. — *Quam venuste autem hoc effecerit, lector eruditus, quem carmen animo adtenta perlecturum speramus, perfacile diiudicabit.*

AD AVGVSTVM.

Divis orte bonis, optime Romulae
Custos gentis, abes iam nimium diu:
Maturum reditum pollicitus Patrum
Sancto concilio, redi.
Lucem redde tuae, Dux bone, patriae:
Instar Veris enim vultus ubi tuus
Adfulsit populo, gratior it dies
Et soles melius nitent.
Vt mater juvenem, quem Notus invido

AD AVGVSTVM (omis. Cod. Goth. hoc nomen) CAESAREM (quod exhibet Cod. Goth.) Locher. AD AVGVSTVM (pro quo Cod. Guelf. CAESAREM praebet) ABSENTEM (sic Cod. Guelf.) Fran. Venet. 1492. Asc.

v. 1. *Romule,* Landin. Asc. *Romuleae* aliquot Torr. duo Bersm. Lips. 3. Dess. 2. — 4. *concilio. Redi, et Lucem* cett. var. lect. ap. Ion. Post *populo* distinguunt (procul dubio rectius quam alii post *Affulsit*) Asc. Lamb. Cruqu. Heins. Rutg. Ion. Bentl. San. Iahn.

---

v. 1. *Divis orte bonis*, qui originem ducis a diis genti Romanae propitiis, quatenus in gentem Iuliam adscitus ad Deos genus suum referret ac meritorum magnitudine ita appellari mereretur; cf. III, 5, 2. Epist. II, 1, 15. — *Custos gentis Romulae,* Romuleae, itidem tanquam deus ἐγχώριος, tutelaris, ut Neptunus *custos Tarenti* I, 28, 29. coll. infr. IV, 14, 43. — *Romulus* adi. ut *Dardanus* et plur. al. adiectiva. — v. 3. *Pollicitus maturum reditum Patrum sancto concilio*, te multo maturius rediturum promisisti augusto senatorum ordini. — *redi*, en votorum summam uno verbo comprehensam! — *Te*, clementissime princeps, absente boni omnes tristes sunt, qui, te reduce facto, erunt hilares; igitur *redde lucem*, tanquam sol dispelle nubila. — *Instar Veris* etc. nam ubi vultus tui splendor, qui veris instar serenat omnia, conspicitur. — Vossius commate post *populo* posito, verba *gratior it dies* sic interpretatus est: *froehlicher eilt der Tag.* — *soles melius nitent*, κάλλιον φαίνουσι, serenius splendent, imagine retenta. — v. 9. Mollissimum desiderii affectum, qua Patrem suum patria pie prosequitur, cum materna sollicitudine comparat, quae

---

ACR. [*Divis orte*] Augusto scribitur, qui in transmarinis partibus diu residens, senatus ac populi precibus, legatione missa, reditum suum promittens, immorabatur. [*Div. ort.*] ut: *Diis genite et geniture deos.* [*Romulae*] pro Romuleae. [*Lucem redde*] plus dixit quam salutem. Si quidem *lux* pro salute poni consuevit, ut: *O lux Dardaniae.* [*Dux bone patr.*] *bone* Auguste, non bonae patriae legendum est. [*Instar veris*] pro similitudine veris. Vt: *instar montis equum.* Quia *lux* dixerat superius, ideo comparationem verni temporis posuit. [*Vt mat. iuv.*] ita

POR. [*Divis orte bonis*] haec ode ad Augustum scripta est, diutius in transmarinis provinciis morantem, populi ac senatus legationibus missis reditum eius precantis. [*Instar veris enim vult. ubi tuus Adfuls.*] h. e.

Flatu Carpathii trans maris aequora
Cunctantem spatio longius annuo
Dulci distinet a domo,
Votis ominibusque et precibus vocat,
Curvo nec faciem litore demovet:
Sic, desideriis icta fidelibus,
Quaerit patria Caesarem.
Tutus bos etenim rura perambulat,
Nutrit rura Ceres almaque Faustitas,

v. 12. *Detinet* unus Bersm. Lips. 4. Dess. 2. *distinet* Comm. Cruqu. Acr. tres Blandd. Cruqu. nonnulli Torr. et Lamb. Pulm. 2, 3, 4. multi Bentl. item Steph. Heins. Torr. Fab. Burm. Bentl. alii *destinet*, vid. Ianius et Fea. — 14. *demovet* emend. Lamb. quem secuti Fabr. Cruqu. Steph. Rutg. Fab. Dacer. Burm. Bentl. *dimovet*, ad unum fere omnes, praeter excipiendos laudatos, significatione: *hac, illac movet*, i. e. in omnem partem. — 17. Ferre non potuere VV. DD. illud *rura* statim in v. sq. repetitum et alterutrum vitiosum esse iudicarunt. Propterea correxerunt priore loco Faber *prata*, Both. *tuta*, posteriore Bentl. *farra*, Cuning. et Wakef. *culta*, Wadius *arva*. In huiusmodi repetitionibus eiusdem verbi apud poetam frequentius redeuntibus minime haerendum, ut Iahn. ad I, 3, 28. adnotat.

---

per longiorem unici filii absentiam vigorem atque incrementa cepit maxima. — Cum delectu tum *Notus*, ut contrarius ex illarum regionum aliqua Italiam petentibus, tum *mare Carpathium* (vid. ad I, 35, 8.) iisdem transeundum, simulque procellosum. — *Cunct. spat. long. annuo distinet*, seiunctum tenet *a domo dulci*, desiderata ultra annum. — v. 13. vid. ad III, 27, 11. ubi de ominibus bonis preces similes funduntur. — *non demovet faciem*, fixis in mare oculis prospicit, unde eum venturum sperat. — *desideriis icta fidelibus*, πόθῳ βληθεῖσα, ἱμέρῳ πεπληγμένη, desiderium, quod ex pietate in Augustum proficiscitur. — *quaerit*, vid. ad III, 24, 32. — v. 17-24. *Bos tutus*, secure *rura perambulat*, otiose in pratis pasci-

---

patriam Augusti desiderare praesentiam, sicut a matre reditus absentis filii consuevit. Ordo est: *Vt mater vocat ominibus, votis et precibus iuvenem cunctantem trans aequora Carpathii maris, quem Notus invido flatu detinet a dulci domo longius anni spatio.* [*Invido*] averso, inimico. [*Carpathii transm. aequor.*] i. e. Aegyptii, ut: *Carpathium Libycumque secat.* [*Cunctant.*] morantem, ut: *Reginam thalamo cunctantem.* [*Detinet*] separat. [*Votis ominibusq.*] Tanquam vota pro reditu faceret et omnia adversa timeret. [*Curv. nec fac. litore demov.*] ut affectum desiderantis ostenderet, eas partes sollicite dixit attendi, a quibus sperat reverti. [*Sic desider.*] tanquam patria desiderio Augusti percuteretur, dum pro eius salute esset sollicita. [*Tutus bos*] virtute dicit et dispositione Caesaris praestitam agris quietem, ut: *Ille meas errare boves, ut cernis, et ipsum Ludere, quae vellem, calamo permisit agresti.*

praesentia tua ad instar vernae gratiae exhilarantur omnia. [*Vt mater iuvenem*] ordo est: *Vt mater vocat iuvenem cunctantem spatio longius annuo votis, ominibus et precibus.* *Cunctantem* autem demorantem significat, ut est apud Virg.: *Reginam thalamo cunctantem ad limina primi Poenorum exspectant.* [*Sic desid. icta fidel. Quaerit patria Caesarem*] *icta* participaliter dicitur et significat percussa. [*Nutr.*

Pacatum volitant per mare navitae,
Culpari metuit Fides,
Nullis polluitur casta domus stupris,
Mos et lex maculosum edomuit nefas,
Laudantur simili prole puerperae,
Culpam poena premit comes.
Quis Parthum paveat? quis gelidum Scythen?
Quis, Germania quos horrida parturit
Fetus, incolumi Caesare? quis ferae
Bellum curet Iberiae?
Condit quisque diem collibus in suis,
Et vitem viduas ducit ad arbores:

---

tur. *Perambulare*, quod alias est errare, de pastu gregum. — *alma*, vid. ad I, 2, 42. et IV, 4, 41. — v. 19. *navitae*, mercatores, qui lucri faciendi causa *volitant per mare pacatum*, secure maria traiiciunt, compositis bellis civilibus, quae illa antea infestabant, quod quidem beneficium Tibi referimus acceptum, nam in Augusti honorem *mare pacatum* commemoratur. — v. 21. Pergit enumerare, quas in patriae salutem leges promulgavit Augustus etc. — *nullis st. polluitur*, nulla stupra in familias inferuntur, hinc *casta*, cf. III, 6, 18. — *mox et lex* (vid. ad III, 24, 35.) *edomuit*, domuit, sustulit *maculosum*, turpe *nefas*, adulteria. Castitatis fideique uxoris in maritum *proles* marito *similis* maximum apud antiquos argumentum. — *Culpam premit poena*, statim sequitur, non *pede claudo*, ut supra III, 2, 32. — v. 25. De *Parthis domitis* vid. ad III, 5, 5. de *Scythis* ultra Istrum repressis vid. ad II, 9, 23. de *Germanis* cf. IV, 4. de *Cantabris* cf. II, 6, 2. (ubi adhuc indomiti audiunt) et III, 14. init. — *gelidum Scythen*, *gelidae orae* (1, 26, 4.) incolam. — *Quis fetus Germaniae horridae* pro, *fetus Germ. horridos*, Germanos adspectu truces. Tacit. Germ. IV. *Habitus corporum — idem omnibus; truces et caerulei oculi, rutilae comae, magna corpora.* — v. 29-36. *Condit diem*, pro: finit aut exigit diem; Virg. Eclog. IX, 52. Menalcas *soles cantando condidisse* dicitur. *Condimus diem*, dum inter opus, quo per totum diem

---

[*Almaq. Faustit.*] nove felicitas dicta. [*Pacatum volit. per mare navit.*] compressi enim ab eo fuerant piratae. [*Culp. metuit fid.*] tanquam eius tempore nec creditum nec depositum negaretur. [*Casta dom.*] pudica, ut: *Casta pudicitiam servet domus.* [*Mos et lex macul. edom. nef.*] legem significat, quam de coercendis adulteriis sanxit. [*Laudantur simili prole puerp.*] tanquam abesse matrimonio culpam, prolis et parentum similitudine demonstraret, ut: *Si quis mihi parvulus aula Luderet Aeneas, qui te tantum ore referret.* [*Culpam poena prem. com.*] *comes*, inquit, *culpae poena* est, nec differendo vindictam praestat peccandi licentiam. [*Quis Parth.*] nullas gentes dicit incolumi Caesare formidari. [*Ferae*] indomitae et bellicosae Hispaniarum gentes. [*Condit quisq. diem*] finit, explet. Virg.: *Cantando longos memini me condere soles.* [*Et*

rura Ceres almaq. Faust.] adnotandum nomen *Faustitas* sic dictum, quasi felicitas aut iucunditas. [*Mos et lex maculos. edom. nefas*] eleganter videtur eam legem signare, quam de adulteriis coercendis sanxit. [*Culp. poen. prem. comes*] *comes*, inquit, *poena* it *culpae* suae, i. e. non differt poenam suam delinquentibus, per hoc significat ingenerose nihil aut negligenter fieri. [*Et vit. viduas duc. ad arb.*] suaviter et *viduas ar-*

Hinc ad vina redit laetus et alteris
Te mensis adhibet Deum:
Te multa prece, te prosequitur mero
Defuso pateris et Laribus tuum
Miscet numen, uti Graecia Castoris
Et magni memor Herculis.

v. 34. *Diffuso* nonnulli Lamb. duo Blandd. Cr. unus Bersm. Pulm. 1, 2. aliique plures, v. c. Cod. Goth. Carolus Fea ex longis ad h. l. additis rationibus, de quibus tamen ipsum consule, si tibi placet. Ceterum h. l. *defuso* et *diffuso* diversa ratione capiendum. In publicis conviviis (adnot. Fea ad h. l.) vinum *diffusum* in pateris primum Numini offerebatur; deinde omnes, qui sacrificio intererant, illud degustabant et postea *defundebant* in aram. Varro de L. L. IV. — At in privatis conviviis, in mensa secunda, cum bellariis, pomis, vino exquisitiore bibebant etiam in honorem Deorum atque amicorum, ut III, 19, 11. Quum ergo in mensis privatis neque sacrificarent, neque vinum defunderent in ignem — (quidni? ego inquam; etsi non in conviviis quotidianis, tamen fortasse in iis, quae diebus festis, in primis in Augusti Divi imperatoris honorem habebantur?) — sed tantum dividerent, distribuerent, proprie *diffunderent* in pateris; offerrent Numinibus et potarent; non *defuso*, sed *diffuso* legendum, cum tot mss. ex melioribus et vett. edd. Sed nihilominus *defuso* recte habere videtur, coll. supr. I, 31, 2-3. *de patera novum Fundens liquorem*, cuius tamen loci ne verbo quidem Fea mentionem fecit. Quae cum ita sint, ego quidem fatear, necesse est, rationes a Fea allatas haud satis mihi liquere, quamobrem *diffuso* in textum recipere nolui.

---

occupati eramus, elabitur; laudant quoque Callim. epigr. II, 3. *ἥλιον ἐν λέσχῃ κατεδύσαμεν.* — v. 30. Cf. Epod. II, 10. — *vitem ducit ad arbores*, vitem arboris trunco applicat et adnectit; *viduas*, ut supr. II, 15, 4.: *platanus caelebs.* Hinc vitis arbores (sc. *ulmos* et *populos*) *maritare* dicitur, quibus adiungi praecipue solebant vites. — *Hinc*, opere diurno absoluto, *redit ad vina, laetus convivia curat*, ut Virg. Georg. I, 301. de agricolis. — *mensis alteris*, secundis *te adhibet*, tanquam *deum* tutelarem, ut apud Virg. Aen. V, 62. *Penates epulis adhibere.* Romani Augustum, ad exemplum Graecorum, mensa secunda pariter ut deum tutelarem, dum *merum inter preces pateris defundebant*, honore divino prosequebantur, i. e. colebant, multis honorabant precibus. — *uti Graecia*, uti Graecia Dioscuros et Herculem in virtutum, quas illi designarunt,

---

vit. viduas ducit ad arbores] beneficio Augusti per otium praestitam utilitatem agrorum cultu crescere, viduas vero arbores sine vitibus dixit, ut: *Stratus humi palmas viduas desiderat ulmus.* [*Hinc ad vina redit*] i. e. a labore ad convivia. [*Et alter. Te mensis*] secundae mensae dicebantur, quae in honorem deûm exhiberi consueverant, ut: *Non ego te diis et mensis accepta secundis Transierim Rhodia.* Exhiberi ergo et Augusto significat honorem deorum per easdem celebritates. [*Vti Graecia*] sic a Romanis promittit Augustum diis Penatibus sociandum, sicut a Graecis Hercules, Castor et Pollux, quos aut civica animis familiaritas commendavit aut quos labor diligi fecit et virtus. [*Et magn. mem. Hercul.*] i. e. memor beneficiorum. [*Dux bone, fer.*] aut propter continuationem victoriarum longas optavit ferias aut abominando bella vitam pro-

bores dixit; priusquam vites adiunctas habeant, quas cum habent, maritari dicuntur a rusticis. [*Et alt. Te mens. adhib. Deum*] i. e. secundis.

Longas o utinam, Dux bone, ferias
Praestes Hesperiae! — dicimus integro
Sicci mane die, dicimus uvidi,
Quum Sol Oceano subest.

CARMEN VI.

ARGUM. *Carmini seculari praeludit poeta.*

AD APOLLINEM.

Dive, quem proles Niobea magnae
Vindicem linguae, Tityosque raptor
Sensit et Troiae prope victor altae
Phthius Achilles,

DE LAVDIBVS APOLLINIS Venett. Locher. Asc.
HYMNVS IN APOLLINEM Cod. Goth.

---

memoriam inter Deos suos patrios refert. Ad rem cf. III, 3, 9 sqq. — v. 37-40. *Longas utinam praestes* etc. utinam diu Romanis hac vitae securitate atque tranquillitate sub faustis tui imperii, Auguste, auspiciis frui liceat. — *dicimus*, precamur te mane et vesperi; *die integro*, nulla dum parte sui dempta. — *sicci*, vino necdum irrigati, vid. I, 18, 3. Serm. II, 3, 281. — *uvidi*, *βεβρεγμένοι*, madidi. — *sol Oceano subest*, a compotatione nocturna tempus vespertinum designatur.

v. 1-25. *Vindicem*, ultorem *magnae linguae*, iactantiae matris. *Magna lingua*, *magna loqui*, ut *μεγάλη γλῶσσα*, *μέγα μυθεῖσθαι* apud Graecos. — *Phthius*, *Φθιώτης*, a Phthiotide, Thessaliae tractu, cui imperabat. — *prope victor Troiae*, sublato, qui Troiae excidium morabatur,

---

lixam. [*Integro*] toto die. [*Sicci*] ieiuni. [*Vvidi*] vino pleni, ut: *Vvidus hiberna venit de glande Menalcas.* [*Subest*] subter est, i. e. in occasum conditus est.

[*Magni mem. Herc.*] *memor* beneficiorum eius dicimus. [*Vvidi*] i. e. poti ac madidi.

ACR. [*Dive, quem prol.*] hymnum hic Apollini dicit et commendat carmina sua secularibus ludis, qui celebrantur post centum annos supra Tiberin aut in Capitolio. [*Quem proles Niob.*] laus Apollinis de factis, quia in vindictam matris Latonae, Nioben cum filiis suis interemit. [*Tityosq. rapt.*] qui vim Latonae inferre conatus est. [*Altae*] magnae, ut: *Ruit alto a culmine Troia*, aut per vituperationem, ut: *Magnus latro* aut *altae*, stultae, temerariae. [*Phthius Achilles*] a civitate dictus, ut

POR. [*Dive, quem prol. Niob. magn.*] haec ode hymnum Apollinis continet, qua commendat ei carmina sua et simul alloquitur pueros puellasque, quos carmen seculare docet. [*Et Troiae prope victor*] i. e. pene victor. Hoc autem ad illud pertinet, quod dicitur Paris in Achillem sa-

Ceteris maior, tibi miles inpar:
Filius quamquam Thetidos marinae
Dardanas turres quateret tremenda
Cuspide pugnax.
Ille, mordaci velut icta ferro
Pinus aut inpulsa cupressus Euro,
Procidit late posuitque collum in
Pulvere Teucro.
Ille non, inclusus equo Minervae
Sacra mentito, male feriatos
Troas et laetam Priami choreis
Falleret aulam:
Sed palam captis gravis, heu nefas! heu!

v. 6. Permulti codd. *quamvis Thetidis*, quod certe propter frequentiorem literam *i* Bothius improbare non debebat! De iudicio a soni ratione repetito, quo saepissime usi sunt Horatii editores, vide, quae *Iahn*, V. D. ad h. l. adnotavit in adnott. ad Od. Lib. IV, 6. Edit. Lips. Hîc corrigere volumus, quod supra I, 3, 39. in textu nostro legitur: *domu subductum*, quam lectionem propter insolentem ablativum removendam censet *Iahn*.

Hectore. — *turres*, propugnacula murorum, tum ipsi muri ut *πύργοι*, *στεφάνα πύργων*. *Quatit*, convellit, labefactat Achilles *pugnax tremenda cuspide*, oppugnans aggressus eas, infixa iis fortiter lancea, hastae impulsu. — *Procidit*, *ἐκτετάνυστο* sive ut de Achille Hom. Od. *ω*, 39-40. *σὺ δ᾽ ἐν στροφάλιγγι κονίης κεῖσο μέγας μεγαλωστί.* — *icta*, ferro caesa. — *impulsa Euro*, vento deiecta. — *posuit collum*, collapsa cervice iacuit *in pulvere*, *κάππεσεν ἐν κονίῃσι*, *Teucro*, Troiano, vid. I, 6, 14. et II, 7. 12. — *male feriatos*, stulte et inauspicato dies festos de Graecorum discessu celebrantes; cf. Virg. Aen. II, 248. seqq. — *falleret* — *ureret* pro: fefellisset, ussisset, ut supr. III, 14, 27. *ferrem* pro: tulissem, ut

---

Virg.: *Phthiam clarasque Mycenas.* [*Tibi miles impar*] ut: *Dardana qui Paridis direxti tela manusque Corpus in Aeacidae.* [*Thetidis marin.*] subauditur deae, ut: *Longe illi dea mater erit.* [*Ille mordaci*] Achilles ruens cadenti arbori comparatur. [*Teucro*] pro Teucrio, ut: *Dardanus* pro *Dardanius*. Virg.: *Et longo solvit se Teucria luctu.* [*Ille non inclusus*] Achillem dicit nihil fraude fecisse, sed palam semper virtutis fiducia dimicasse, ut: *Nec equi caeca condemur in alvo luce palam.* [*Equo Minervae*] Virg.: *Instar montis equum divina Palladis arte Aedificant.* [*Male feriatos*] ut: *Nos delubra deûm miseri, quibus ultimus esset Ille dies, festa velamus fronde per urbem.* [*Falleret aul.*] *aulam* pro toto Ilio posuit, neque enim solum regem fefellerunt Achivi, sed cunctos. [*Sed palam captos*] aperto semper bello Achilles, non insidiis gravis, ut non furto melior, sed fortibus armis. [*Heu nefas*]

gittam Apolline dirigente tetendisse. [*Tibi mil. impar*] tibi impar Achilles scilicet. [*Pulvere Teucro*] ergo principali pro possessivo nomine usus est, ut: *Hauriat hunc oculis ignem crudelis ab alto Dardanus*, pro eo quod est Dardanius. [*Falleret aulam*] *aulam* sine dubio pro toto Ilio

Nescios fari pueros Achivis
Vreret flammis, etiam latentem
Matris in alvo:
Ni, tuis victus Venerisque gratae
Vocibus, Divôm Pater adnuisset
Rebus Aeneae potiore ductos
Alite muros.
Doctor Argivae fidicen Thaliae,
Phoebe, qui Xantho lavis amne crines,
Dauniae defende decus-Camenae,

v. 21. *flexus* pro *victus* recepit Bentl. — 25. *Ductor* tres Torr. Bentl. 6, 20. Lips. a m. pr. et 4. Torrentio valde arridet haec lectio, ob notam appellationem Apollinis *Μουσηγέτου*. Sed ad sententiam convenientior notio *doctoris* et durius *ductor* post *ductos*.

---

saepe alibi. — *gravis*, atrox, timendus, *βαρύς*. — *nescios fari pueros*, infantes, *τέκνα νήπια*. — *etiam lat. matr. in alv.* eiusmodi minas iacit Agamemnon apud Hom. Il. VI, 57. *τῶν μή τις ὑπεκφύγοι αἰπὺν ὄλεθρον, Χεῖράς θ' ἡμετέρας· μὴ δ' ὅντινα γαστέρι μήτηρ Κοῦρον ἐόντα φέροι.* — *gratae*, amabilis, dulcis. — *rebus Aeneae*, pro: Aeneae; vox *res*, ubi singulorum hominum periphrasi inservit, notionem sortis et status, in quo vel sunt vel qui eos manet, simul complectitur. — *potior. duct. alit. muros*, urbem melioribus auspiciis exstruendam; *muros ducere*, ut apud Virg. I, 423. pro: exstruere, educere.

v. 25 — 28. *Doctor Argivae Thaliae*, h. e. lyricae poeseos, qua Graeci excellunt, magister, *διδάσκαλος*. Sic supr. II, 16, 38. *Graia Camena*, ut mox *Daunia Camena* de Horatii carminibus lyricis, quae primus ille inter Romanos ad exemplum Graecorum cecinit. — *qui Xantho lav. amn. crines*, qui sedem tuam habes in Lycia et ibi in fluvio Xantho crines la-

---

dolenter exclamat poeta, Achillem vivum ad internecionem interimere omnes potuisse Troianos, ut nec Aeneas profugeret ad Romam, omine meliore condendam, nec ab eo vel infantibus parceretur, quale est illud: *Crimine, quo parvi caedem potuere mereri*. Quae tamen in laudem commemorantur Apollinis. [*Nescios fari*] infantes parvos. [*Matris in alvo*] etiam in gravidas mulieres saeviendum fuisse. [*Ni tuis*] h. e. Apollinis. [*Rebus Aeneae*] rebus Troianis, a quorum genere meliore alite, h. e. vultu in auspicio, erat Roma condenda. [*Doctor argutae fid. Thaliae*] doctorem Apollinem non Thaliae Musae, sed artis lyricae dixit, eumque ad studium suum referens. [*Lavis*] pro lavas. Xanthus fluvius est Troiae, ut: *Xanthique fluenta Deserit ac Delon maternam invisit Apollo.* [*Dauniae*] *Dauniam* a Dauno rege Apuliae, unde oriundus Horatius erat.

positum est, neque enim solum regem fefellerant Graeci adhibitis insidiis, verum etiam totum populum. [*Nesc. fari pueros*] *περιστατικῶς* (sic ego quidem corrigo verbum sine dubio corruptum *Πσριϑασικως*.) [*Annuiss. Rebus Aen. potiore ductos alite muros*] i. e. annuisset, ut *meliore alite*, h. e. meliore auspicio Aeneas urbem constitueret. [*Qui Xantho lavis amne crines*] *lavis* veteres dixisse et *lavere*, non lavare, supra ostendimus. [*Dauniae def. decus Camenae*] *Dauniae decus Camenae*, suae Musae, dicit Horatius, i. e. sui carminis, siquidem Daunia Apulia est, in cuius fini-

Levis Agyieu.
Spiritum Phoebus mihi, Phoebus artem
Carminis nomenque dedit poetae.
Virginum primae, puerique claris
Patribus orti,
Deliae tutela Deae fugaces
Lyncas et cervos cohibentis arcu,
Lesbium servate pedem meique
Pollicis ictum,
Rite Latonae puerum canentes,

v. 28. *Agyieu.* Graece *Ἀγυιεύς*, dictus Apollo, *παρὰ τὰς ἀγυιάς*, a vicis ac viis urbanis, quibus praepositus et cultus fuit apud Graecos.

---

vare soles. Designatur *Apollo Patareus*, de quo vid. supr. ad III, 4, 64. ubi paulo ante v. 61. pariter de Apolline: *Qui rore puro Castaliae Crines solutos.* — *Daun. defend. dec. Camenae*, fac, ut ego in carmine Seculari canendo lyrici poetae gloriam et honorem inter Romanos quoque tuear. — *Levis*, imberbis, ad aeternam Phoebi iuventutem designandam. Callimach. Hymn. Apoll. v. 36. 37. *Καὶ κεν ἀεὶ καλὸς καὶ ἀεὶ νέος· οὔποτε Φοίβου Θηλείαις, οὐδ' ὅσσον, ἐπὶ χνόος ἦλθε παρειαῖς.* — *Agyieu*, cf. Var. Lect. et Scholl.

v. 29 — 40. *spiritum*, canendi facultatem et impetum, *artem carminis*, carminis ad lyrae modos concinnandi scientiam et rationem. — *Virg. prim. puerique* cett. ad chorum puellarum puerorumque se convertit, quos, ut modos carminis, ad quod publice in ludis Secularibus decantandum e nobilissimis gentibus electi fuerant, se praecinentem audiant, iam praesto adesse fingit; *χοροῦ διδασκάλου* igitur nunc partes agit et, quae choro praecipue observanda sint, praecipit. — *Deliae tutela Deae*, vos, qui estis pueri puellaeque, quos Diana Sospita tutela sua fovet atque custodit. — *cohibentis*, facientis, ne amplius fugiant, h. e. figentis et prosternentis. — *Lesbium servate pedem*, ad carminis Sapphici numeros bene exprimendos attendite; est enim carmem Seculare Sapphicis numeris compositum; *meique pollicis ictum*, et ad modos, quos ego vobis ad lyram pollice meo pulsatam praeeo. — *Rit. Laton. puer. can. Rite crescent. fac. Noctilucam*, in Apollinis

---

[*Lenis Agyieu*] *lenis* in verbis. *Ἀγυιαί* vero Atheniensi lingua vici dicuntur, quo nomine ideo Apollo vocatus est, quia ex oraculi responso in vicis publicis urbis suae statutis altaribus ei sacrificia instituerant, unde *ἀγυιεύς* dictus est. [*Virg. prim. puerique claris*] pueros et puellas alloquitur, quibus Dianae carmen lyrico sono cantari consueverat, ut rythmum operis sui in canendo custodiant. [*Deliae*] Dianae. [*Lesbium*] Alcaei lyrici poetae, qui Lesbius fuit. [*Meiq. Pollicis ictum*] modulationem lyrici carminis, veluti ipse lyram percutiam. [*Rite*] sollenni consuetudine. [*Face noctilucam*] eodem enim et Diana honore censebatur. Vnde et

bus natus est. [*Lenis Agyieu*] *Ἀγυιά* est *via* et graece dicitur. Varro ait quod ex responso sui oraculi in viis publicis urbis suae Athenienses statutis altaribus sacrificare Apollini instituerunt et *Agyieum* appellavere. [*Deliae tutela deae*] i. e. qui estis tutela Deliae deae, h. e. *σχῆμα ἐπεξήγησις*. [*Lesb. servate ped.*] i. e. Alcaei lyrici poetae, qui Lesbius fuit. [*Meique poll. ict.*] i. e. modulationem lyrici carminis et suaviter hoc dicitur quasi

Rite crescentem face Noctilucam,
Prosperam frugum celeremque pronos
Volvere menses.
Nupta iam dices: ego Dis amicum,
Seculo festas referente luces,
Reddidi carmen, docilis modorum
Vatis Horati.

CARMEN VII.

ARGUM. *Non habet hoc carmen inventionis novitatem, est enim eiusdem plane argumenti ac Libri primi quartum, quod lectorem conferre iubemus, neque recondita aliqua aut exquisita ingressus lyrici ratione eminet. Hortatur Manlium Torquatum, ut verno iam tempore dulcia carpat, cum vitae spatium et breve sit et incertum. Ad Torquatum eundem scripta est Epist. I, 5.*

---

enim et Dianae laudibus versatur maxime carminis Secularis argumentum. — *crescentem face*, h. e. lumine; hinc *Diana Lucifera* facem in manu tenens exhibetur in vett. Monumentt. — *Noctilucam*, hoc proprium *Dianae Palatinae* cognomen fuisse videtur; laudant in hanc rem Varron. L. L. IV, 20. Graecis quoque *Luna* sive *Diana Lucifera* dicitur: *Νυκτιφαής, Νυκτιλαμπής*. — *prosperam frugum*, quod attinet ad fruges, h. e. agros frugum fertilitate prosperantem, *φερέκαρπον*. — *Celeremque pron. volv. menses*, celerem in volvendis mensibus, ut supr. I, 16, 24. *et celerem sequi Aiacem*, III, 12, 12. *celer excipere aprum*. — *pronos*, prono adeoque praecipite cursu labentes. — *reddidi carmen*, pro: decantavi; *χοροῦ διδάσκαλος* enim choro carmen, dum illud docet, *tradit*, chorus autem carmen, dum illud canit, *reddit*. — (*D.*)

Diana *Luciferae* nomen accepit. [*Prosperam frugum*] rore nocturno nutrientem, ut: *Quantum longis carpent armenta diebus, Exigua tantum gelidus ros nocte reponet.* [*Celeremq. pron. Volvere menses*] quia ita tempora per Lunae cursum, sicut solis peraguntur. Sed circa lunam proprie menses dixit, sic enim singulis mensibus Zodiacum circulum Luna pertransit, quemadmodum Sol toto anno. *Volvere* autem *menses:* Quia conditionem mortalitatis temporibus anni comparaverat, ne crederentur et homines renasci, tempora, immutationes elementorum sive temporum reparari dixit; conditionem vero mortalitatis, ut communem omnibus, ita irreparabilem. [*Nupta iam dices*] loquendo ad unam de omnibus dicit, dum fueritis nuptae, dicetis. [*Amicum*] amabile. [*Reddidi carm. docil. modor. Vatis Horati*] non difficulter Horatii carmen reddidisse se refert vel cecinisse.

ipsam lyram percutiat. [*Latonae puer.*] i. e. Apollinem, Latonae filium. [*Celer. pron. Volvere menses*] quia similiter per Lunae cursum videntur tempora peragi, sed et circa Lunam proprie menses dixit, quod singulis mensibus Zodiacum circulum pertransit, quem Sol toto anno. [*Nupt. iam dices*] quoniam fueris iam nupta. [*Seculo fest. referente luc.*] i. e. die singulo festum referente.

AD TORQVATVM.

Diffugere nives, redeunt iam gramina campis
Arboribusque comae,
Mutat terra vices et decrescentia ripas
Flumina praetereunt,
Gratia cum Nymphis geminisque Sororibus audet
Ducere nuda choros.
Immortalia ne speres, monet Annus et almum
Quae rapit Hora diem.
Frigora mitescunt Zephyris: Ver proterit Aestas,
Interitura, simul
Pomifer Auctumnus fruges effuderit — et mox
Bruma recurrit iners.
Damna tamen celeres reparant caelestia Lunae;

AD MANLIVM s. MALLIVM TORQVATVM VERNI TEMPORIS DESCRIPTIO ET DE MORTALITATE codd. Torr.

AD TORQVATVM DE LIBERALITATE Venet. Locher. AD PLANCVM Alt. 2.

v. 3. Plane aberravit Salmasius, cum ad Solin. p. 305. *recrescentia* corrigeret et p. 631. *decrescentia* ,valde crescentia' interpretaretur.

---

v. 1—28. Quum plane eiusdem argumenti ac supr. I, 4. neque ulla explicandi difficultate hoc carmen implicitum sit, rectius facere nobis videmur, commentationem plane nullam quam copiosam interpretationem subiicientes, quum satis superque sufficiant scholia, quae apud Acronem et Porphyrionem leguntur.

ACR. [*Diffugere nives*] ad Torquatum scribit per verni temporis descriptionem omnium rerum vicissitudinem, de quo et Virgil.: *Vere novo gelidus canis cum montibus humor Liquitur.* [*Mutat terra vices*] per rationem temporum dixit etiam ipsam naturam mutari. [*Praetereunt*] intra ripas labuntur. [*Gratia cum Nymphis*] frigoribus hiemis finitis, amoenitate iam temporis, ad ludum et laetitiam Nymphas et Charites provocari. [*Immortalia ne sper.*] Nil immortale esse, dum etiam tempora finiuntur. [*Frigora mitesc.*] per vices temporum probat, aeternum non esse, quod temporale est. [*Fruges effuderit*] deest *cum*, ut fit, *cum effuderit*. [*Quo Tullus et Ancus*] *Tullus* et *Ancus* reges Romani fuerunt, per quos ostendit mortem potentibus et pauperibus communem esse. [*Quis scit, an adiiciant*] i. e. per incertum vitae nesciri, utrum homini usque ad diem, quem egit, sequens adiiciatur, cum facile et per horas possit occidere. [*Cuncta man.*] ipsi in lucrum venire, quae impensa fuerint voluptati pe-

POR. [*Diffug. nives*] hoc carmen verni temporis habet et continet descriptionem, scribitur autem *ad Torquatum*. [*Et decresc. rivis*] i. e. praeter ripas suas eunt flumina, quo significat ripas suas non excedere, sed intra alveum labi. [*Ducere nuda chor.*] *nuda*, quia iam frigora exclusa sunt. [*Immortalia ne speres*] i. e. ne quid putes immortale esse atque perpetuum, respice anni tempora, quod nunc quoque celeriter occidens alii cedit. [*Damna tamen celeres*] cum conditionem mortalitatis

Nos, ubi decidimus,
Quo pius Aeneas, quo dives Tullus et Ancus,
Pulvis et umbra sumus.
Quis scit, an adiiciant hodiernae crastina summae
Tempora Dì superi?
Cuncta manus avidas fugient heredis, amico
Quae dederis animo.
Quum semel occideris et de te splendida Minos
Fecerit arbitria:
Non, Torquate, genus, non te facundia, non te
Restituet pietas.
Infernis neque enim tenebris Diana pudicum
Liberat Hippolytum,
Nec Lethaea valet Theseus abrumpere caro
Vincula Pirithoo.

v. 15. *pater Ae.* nonnulli Lamb. antiquiss. Bland. Cruqu. unus Torr. Lips. 3. pro var. lect. 4. Alt. 1. Bentl. 1 a m. pr. 6, 9, 13, 18, 19. et sic Bentl. edidit. Facile ex Virgilio *pater* illatus a librariis oscitantibus. *Iahn* edid. *pater, pius* vulgo legi dicens. Sed quis in huiusmodi rebus verum dispicere poterit? *Pius* melius fortasse convenit sequentibus *dives, pietas.* — *Tullus dives. Pauper et Ancus* coniecit Bentl. non intelligens, quo nomine *dives* fuerit. Vterque respectu illius aevi potens ac dives fuit, ut patet legentibus Livium I, 12. n. 31. et 13. n. 33. — 19. *avidi* coni. Bentl. et ed. Cun.

---

ritura, heredibus derelicta. [*Et de te splendida Minos*] ut: *Quaesitor Minos urnam movet.* [*Non, Torquate, genus*] nec nobilitatem nec eloquentiam, nec pietatem quemquam morti praeripere. [*Diana pudic.*] aut fabulose dicit Hippolytum ab inferno reversum aut nihil ei ad conditionem mortalitatis profuisse, quia ab equis suis tractus vitae restitutus est, dum in eandem fuisset sortem reversus, nec mortem perpetuo potuisset effugere. [*Nec Lethea valet*] a flumine inferos dixit. [*Abrumpere caro Vincula Pirithoo*] Theseus et Pirithous amici fuerunt, quos dicit coniu-

nostrae temporibus anni comparasset, ne viderentur homines renasci, ut tempora intulit: *Quo pius Aeneas, quo dives Tullus et Ancus.* [*Quis scit, an adiiciant*] hoc ideo dicit, ut ostendat conditionem mortalitatis omnibus communem esse: *Quis*, inquit, *sciat, an adiiciant hodiernae crastina summae tempora dii superi?* [*Hodiern. crast. summae Temp.*] ad summam annorum vitae, quam hodiernum usque egisti, crastinus dies adiungatur, i. e. quis scit, an cras victurus sis, cum facile et quacunque hora possis occidere? [*Cuncta man. avid. fug. hered. amic. Quae ded. animo*] i. e. Illud tuum erit tantum, quo, dum vivis, functus fueris. [*Et de te splend. Minos fecit arb.*] non dicit, cum splendidum ornatumque fecerit Minos iudicio suo, sed cum de te splendide ac digne iudicaverit Minos. Ita *splendida arbitria* ad Minois laudem et gloriam pertinent indicantis, non ad eum, de quo iudicat. [*Liber Hippolyt.*] atqui Virgilius ait Hippolytum rediisse ad auras aethereas: *Paeoniis revocatum herbis et amore Dianae*; sed nunc non ad illud refert, quod post distractionem illam, quam non potuit perpetuo effugere per Dianae favorem. [*Theseus abrump. caro vincl. Perithoo*] nota historia: Theseum et Perithoum ad

CARMEN VIII.

ARGUM. *Verisimile est diebus Saturnalibus aliisque, quibus Romani munera in vicem sibi mittere solebant, Horatium hoc carmen composuisse. Munera, inquit, vel adeo maximi pretii amicis lubenter dare vellem, si dives essem, neque tu, Censorine, pessima ferres, imo praestantiora acciperes. Sed ipse pauper poeta praeter carmina plane nihil dare possum, quae tamen posterorum memoria vigebunt, neque unquam, quos semel laudaverint, oblivioni traditura, itaque omnibus fortasse muneribus praeferenda, tibique, Censorine, in primis exoptata, cui divitiis scilicet abundanti ne minimo quidem est opus.*

AD CENSORINVM.

Donarem pateras grataque commodus,
Censorine, meis aera sodalibus,
Donarem tripodas, praemia fortium
Graiorum, neque tu pessima munerum
Ferres, divite me scilicet artium,

v. 1. *commodis* quidam Lamb. aliique plur. vid. Iani. *commodus* plurimi iique optimi Codd. vid. Iani.

---

v. 1. Ego *commodus*, liberalis, *donarem*, darem, i. e. liberalis forem donando cett. — *paterae*, pocula capaciora, vid. Homer. Iliad. Ψ, 270. — *aera*, lebetes, vid. Homer. lib. laud. v. 259. — *tripodas*, varia supellectilis et vasorum tribus pedibus innitentium genera, cf. Homer. l. c. — *grata*, quod eiusmodi κειμήλια in maximis habebantur deliciis. — *praemia fort. Graiorum*, in Graecorum enim certaminibus huiusmodi vasa victoribus proposita fuisse praemia, satis notum est, cf. Pind. Ol. IX, 137. Nem. X, 81. Isthm. I, 28. — v. 5. Si *dives* essem *artium*, si possiderem talia artis

---

rata amicitia morti eripi non posse, nam volentes Proserpinam rapere, apud inferos remanserunt.

inferos descendisse rapiendae Proserpinae causa, nunc dicit victos ibi remansisse.

ACR. [*Donarem pateras*] ad Censorinum scribit, dicens, facultates suas tantas non esse, ut possit *pateras* vel pretiosa vasa donare, sed, quod divitiis maius est, laudi eius se carmen dicturum. [*Pateras*] vasa argentea. [*Commodus*] benignus, utilis, humanus. [*Aera*] statuas. [*Tripod.*] mensas. Virgil.: *Sacri tripodes viridesque coronae Et palmae, precium victoribus.* [*Praemia fort.*] ἐπεξήγησις. [*Pessima*] vilia, de carminibus dicit, i. e. si divitias haberem, carmina non donarem. [*Quas aut Parrhasius*] *Parrhasius* Athenis pictor optimus fuit. [*Protu-*

POR. [*Donarem pateras*] hac ode indicat sibi facultates tantas non esse, ut possit phialas et alia pretiosa donare, sed, quod maius est, carmen se Censorino largiri. Deinde praefert carmina omnibus divitiis, quas aut Parrhasius protulit aut Scopas. *Parrhasius* Athenis pictor clarus fuit, *Scopas* γλύπτης μαρμάρων fuit, i. e. signorum marmoreorum insculptor.

Quas aut Parrhasius protulit aut Scopas,
Hic saxo, liquidis ille coloribus
Sollers nunc hominem ponere, nunc Deum.
Sed non haec mihi vis, nec tibi talium
Res est aut animus deliciarum egens.
Gaudes carminibus, carmina possumus
Donare et pretium dicere muneri.
Non incisa notis marmora publicis,
Per quae spiritus et vita redit bonis
Post mortem ducibus, non celeres fugae
Reiectaeque retrorsum Hannibalis minae,

v. 8. *Sollers* scribendum. Festus: „*sollo* Osce dicitur id, quod nos totum vocamus; *sollers* etiam in omni re prudens.“ — 12. *muneris* Acr. Por. unus Vat. Torr. aliique Lamb. Helmst. a m. s. Venet. 1492. Locher. Asc. Heins. Baxt.. *muneri* plures Lamb. omnes Pulm. et Bersm. tres Blandd. Cruqu. Bentl. 1, 2. aliique, Sax. Zar. Venet. 1478. Basill. Fabr. Mur. Lamb. Cruqu. Torr. Steph. Rutg. Fab. Dacer. Bentl. Cun. San. Ion.

---

opera antiqua, qualia Graeciae artifices protulerunt. Quod voc. *ars* hac significatione adtinet, cf. Epist. I, 6, 17. — *Parrhasius* pictor, *Scopas* statuarius fuit, uterque pariter insignis; *hic sollers ponere saxo*, mirus artifex in efformanda e saxo *nunc Dei*, *nunc hominis* statua, *ille sollers* (quod supple) *liquidis coloribus*, peritissimus ad vivum delineandi ac pingendi in tabula deos hominesque. — v. 9. Huiusmodi opera artis neque ego possideo neque res tua familiaris talium operum *eget*. *deliciae* appellantur, quod pertinent ad luxum. — *pretium dicere muneri*, de hoc munere recte statuere, quanti aestimandum sit, pronuntiare. — v. 13-19. Nec monumenta marmorea, quae in heroum s. ducum honorem exstruuntur, neque Hannibalis minae fugaque ex Italia, neque Carthaginis ruina aliquem possunt efficere beatiorem quam Musae, i. e. Musarum artes, nempe poesis et historia prae reliquis. — *Hannibalis minae*, excidium urbis eversioque imperii Romani, quam Hannibal minatus fuerat, animo concepe-

---

lit] hominibus divulgavit. [*Scopas*] signorum sculptor. Dicit se cum tabulis signa daturum. [*Hic*] *Scopas*. [*Ille*] Parrhasius, nam *hic* viciniori respondet. [*Solers*] peritus. [*Ponere*] fingere, facere, formare, componere, ut: *Posuitque immania templa*. [*Sed non haec mihi vis*] divitiarum scilicet. [*Aut animus non tibi tal.*] hic est sensus: Nec ego talia largiri possum, nec si possem, tu ea desiderares, ut qui carmina divitiis omnibus antefers. [*Et pret. dicere muneris*] quam preciosum sit carmen ostendere, non quo speraret pretium. [*Incisa notis marmora publicis*] victoriarum titulis, quibus defuncti duces quandam immortalitatem consequuntur. [*Impiae*] quia ter gessit bellum contra Romanos. [*Eius, qui*

[*Sollers ponere*] *ponere* nunc constituere ac fingere. [*Sed non haec vis mihi*] Sensus est: Nec enim largiri pretiosa possum, nec si possem, tu ea desideras, quia carmina tibi divitiis praeponenda sunt. [*Pret. dicere muner.*] i. e. ostendere, quam pretiosum munus sit carmen. [*Non incis. not. marm. publ. Per quae spirit. et vita red. bonis*] per quos titulos consecrati defuncti duces quandam immortalitatem consequuntur. [*Qui domita nomen ab Africa lucr. rediit*] Africanum Scipionem signat. [*Cla-*

Non incendia* Carthaginis inpiae
Eius, qui domita nomen ab Africa
Lucratus rediit, clarius indicant
Laudes, quam Calabrae Pierides: neque,
Si chartae sileant, quod bene feceris,

17. *incendia**. Cum poeta insolitam caesuram in voc. *Carthaginis* adhibuerit, neque Scipio Africanus Maior Carthaginem incenderit, Bentleius (aliique plures, inter quos Ianium et Doeringum [utrumque vide ad hunc locum] nominare iuvat) hunc versum spurium iudicavit. Sed Cuningamius, cui accedit Wadius, caesuram ex II, 14, 17. defendens, corr. *impendia*, haud minus audacter. „Quamquam enim,“ inquit Iahn, „haec *incendia* de incensis Hasdrubalis et Syphacis castris et exustis Punicis navibus cum Fea non intellexerim, poterat tamen poeta in his *nomen Scipionis* urgere et silentio praeterire, quod iunior Scipio Carthaginem incendio deleverit.“ — Doeringus, Vir Clarissimus, ex coniectura in textum recepit *stipendia*. Quum vero ob caesuram neglectam versus minime sit eiiciendus vel spurius habendus atque argumenta ista fere omnia, quibus verbum ‚*incendia*‘ fortasse negligenter usurpatum impugnant intpp., ad comprobationem, de qua dubitari nequeat, stabiliendam non sufficiant, quid tandem rectius statui potest, quam versum tam diu esse retinendum, donec intpp. adtulerint meliora argumenta, scilicet ex codicibus optimis petenda, qui tamen ad unum fere omnes constanter exhibent: *incendia*. Sic quoque Cod. Goth. et Guelf. — Ceterum neminem fore putamus, quem lateat, ex mera coniectura hunc locum nequaquam emendari posse.

---

rat, a Scipione *retrorsum reiecta*, in ipsum reiecta. — v. 17. Quant à ce lieu bien troublé par les interprètes, nous laissons parler M. Vanderbourg, qui est de la même opinion que nous mêmes, parcequ'il n'y a pas d'autres remèdes pour défendre une passage cruellement traitée par plusieurs éditeurs d'Horace, que l'explication la plus simple: „Le vers existe dans tous les Mss. Acron et le scholiaste de Cruquius le commentent. Faut-il le supprimer pour une inexactitude historique qu'il est possible de faire disparaître? Il ne s'agit que de prendre, avec M. Mitscherlich, le mot *incendia* en général pour les ravages de la guerre“ cett. cf. *Mitsch.* ad h. l. — M. Vanderbourg ajoute ce qui suit: „En le supprimant, le nombre de vers devient impair dans cette ode, ce qui est sans exemple dans notre poète“ cett. — En Mitscherlichii explicationem: „si hunc versum retinendum censeas, *incendia Carthaginis* vel generaliter et poetice pro, belli incendia (Virg. Aen. I, 556.) per Carthaginem, h. e. Africam sparsa ac didita, accipienda; ut adeo incendii notione bellum latius serpens atque Africam adeo involvens declaret; vel bina castra Syphacis et Hasdrubalis ab Scipione incensa (Liv. XXX, 5. 6.) cremataeque Carthaginiensium D naves (Liv. l. l. 43.) a poeta innui putandae; quod minus probabile videtur, quamquam hanc maxime sententiam intpp. suffulciant.“ — *eius, qui ab Africa* a se *domita nomen lucratus rediit*, cui cognomen Africano obtigit, quam appellationem virtute sua redemerat. — *si chartae sileant*, ni-

---

domit. nom. ab Africa] Scipionem Africanum significat. [*Lucratus*] quia Africanus dictus est, ut Sallustius: *Cui postea Africano cognomen ex virtute fuit.* [*Quam Calabrae Pierides*] facta, inquit, clarorum virorum,

rius indic. laudes] facta, inquit, virorum clarorum, nisi carminibus illustrentur, aetatis suae memoriam non excedunt. [*Quam Calabrae Pierid.*] sua vult intelligi carmina, quia in urbe Venusina natus est, quae est in

Mercedem tuleris. Quid foret Iliae
Mavortisque puer, si taciturnitas
Obstaret meritis invida Romuli?
Ereptum Stygiis fluctibus Aeacum
Virtus et favor et lingua potentium
Vatum divitibus consecrat insulis.
Dignum laude virum Musa vetat mori,
Caelo Musa beat. Sic Iovis interest
Optatis epulis inpiger Hercules,
Clarum Tyndaridae sidus ab infimis
Quassas eripiunt aequoribus rates,
Ornatus viridi tempora pampino
Liber vota bonos ducit ad exitus.

---

si carminibus celebrentur, cf. infr. IV, 9, 31. — v. 25. *Erept. Styg. fluct. Aeacum*, quod Aeacus non solum *Stygiis fluctibus* (h. e. oblivioni s. morti, III, 3, 16. et IV, 2, 24.) ereptus est, sed etiam in campis Elysiis collocatus iudicis honore ibi fruitur. — *insulae divites* sunt *μακάρων νῆσοι*, de quibus cf. Virg. Aen. VI, 638. — v. 31. *Tyndaridae*, Dioscuri, *clarum sidus*, (vid. ad I, 3, 2.) hoc divinum munus a poetis consecuti sunt, ut *rates quassas*, tempestate iactatas, in *infima aequora*, fundum maris detrusas, inde *eripiant*, extrahant et servent; sunt enim, ut fama fert, dii *σωτῆρες*, cf. Theocr. XXII, 17. *Ἀλλ᾽ ἔμπας ὑμεῖς τε καὶ ἐκ βυθοῦ ἕλκετε νᾶας Αὐτοῖσι ναύταισιν ὀϊομένοις θανέεσθαι.* — *Liber vota bonos ducit ad exitus*, preces ad se factas ratas esse iubet, exaudit, adeoque divinos honores adeptus est. Intelligenda autem maxime vota agricolarum, nam Bacchus deus agrestis, vid. ad III, 8, 6. —

---

nisi carminibus illustrentur, aetatis suae memoriam non excedunt, et significat Ennium, qui facta Africani describit, oriundum de Rhodino oppido Calabriae, ideo *Calabrae Musae*. [*Si chartae sil.*] si non contineantur scriptis vel libris. [*Quid foret Iliae Mavort. puer*] quem fructum haberet Romulus, nisi laudaretur. [*Si tacit. obstar. mentis*] nisi carminibus laudaretur Romulus, quid prodesset illi, fecisse talia. [*Aeacum*] Iovis filium immortalitatem dicit consecutum laudibus poetarum. [*Insulis*] quas in Oceano constitutas fortunatas appellant sive insulas beatorum. [*Caelo Musa beat*] caeli possessione beatum facit, i. e. reddit carminibus memorabilem. [*Sic Iov. interest*] carminibus poetarum et ingeniis fortis Hercules nominatur, iunctus conviviis deorum. [*Clarum Tynd. sidus*] Castorem et Pollucem dicit, quorum navigantibus salubre sidus carminibus memoratur. [*Quassas eripiunt*] carminibus poetarum dignoscuntur Castor et Pollux esse dii. [*Liber vota bon.*] et sic a superioribus aut deus factus carminibus poetarum ac felicia faciens vota precantium.

Calabria atque Apulia. [*Divit. consecr. insul.*] dicit, quas in Oceano constitutas Homerus *μακάρων νήσους* dixit, Latini *Fortunatorum insulas* appellant. [*Caelo Musa beat*] i. e. caeli possessione beatum facit ac per hoc immortalem reddit. [*Clar. Tyndarid. sid.*] *ἐπεξήγησις*, qui *Tyndaridae sidus* ait. Saepe autem dictum est, stellas Castoris ac Pollucis navigantibus spem meliorem ostendere.

CARMEN IX.

ARGUM. *Quod scripsit poeta in carmine praecedente ad Censorinum vs.* 10 — 11. *id in hoc carmine ad Lollium insigni arte repetiit. Carmen eo ipso anno scriptum esse puta, quo M. Lollius Palicanus cum Q. Aemilio Lepido consul fuit, a. u. DCCXXXIII.*

AD LOLLIVM.

Ne forte credas interitura, quae
Longe sonantem natus ad Aufidum
Non ante vulgatas per artes
Verba loquor socianda chordis.
Non, si priores Maeonius tenet
Sedes Homerus, Pindaricae latent
Ceaeque et Alcaei minaces
Stesichorique graves Camenae:

v. 3. *vulgatis* Dess. 2. — 4. *loquar* nonnulli Lamb. *nervis* Farn. Post *chordis* colon ponunt. Lamb. Cruqu. Bentl.

---

v. 1—12. *socianda chordis*, aptanda citharae, ut II, 12, 4. ad lyram canenda. — *ad Aufidum natus*, Appulus, cf. III, 30, 10. — *Maeonius*, cf. supr. ad I, 6, 2. — *priores sedes*, primum locum. — *Ceae Camenae*, Simonides; vid. ad II, 1, 38. — *Alcaei minaces*, respicit Alcaei carmina, irae et acerbitatis in tyrannos, Myrsilum et Pittacum, a quibus e patria expulsus fuerat, plenissima; cf. supr. ad II, 13, 27. — *Stesich. graves Camenae:* magna enim eius carminibus gravitas et dignitas, *μεγαλοπρέπεια*, tribuitur, vid. Quintil. Or. I, 10. — *spirat adhuc amor*, cett. in Sapphus carminibus adhuc fervent eius amores, nec tempus exstinxit animi calores,

---

ACR. [*Ne forte credas*] ad M. Lollium scribit consularem, affirmans, immortalia fore scripta sua, quamvis ante eum sint alii meliores poetae. Nam nec Homeri magnitudinem obstare, quo minus Pindarus et alii poetae, qui post eum orti sunt, clari essent. [*Interitura*] i. e. ne casu credas peritura. [*Natus ad Aufidum*] Ipse Horatius, qui primus Latinus lyricus fuit. [*Non ante*] quia ipse prior Lyrica carmina apud Latinos scripsit. [*Non si prior. Maeon.*] *Maeonius* Homerus, a *Maeonia* dictus est. [*Caeaeq. et Alcaei min.*] propter Simonidem Lyricum poetam, qui de Caea insula fuit. *Minaces* autem Alcaei Camenae dictae sunt, quoniam adeo amarus fuit, ut austeritate carminis sui multos civitate eiecerit. [*Stesichoriq. graves*] magnae, profundae, nam et ipse

POR. [*Ne forte credas*] haec ode ad Lollium scripta est consularem, quae affirmat, immortalitatem habitura scripta sua, quamvis alii ante se meliores poetae fuerint, nam nec Homeri magnitudinem obstare, quo minus Pindarus et alii poetae, qui postea orti sunt, clari habeantur. Prima autem syllaba odes huius circumflexe enuncianda est, *ut ne credas*, i. e. ne credideris. [*Ante vulg. per artes*] gloriatur se primum lyrica carmina Latina lingua ausum scribere. [*Caeaeq. et Alcaei minac.*] Simonides, lyricus poeta, *Caeus* fuit, i. e. ex *Caea* insula. *Minaces* autem Alcaei *Camenae* dicuntur, quoniam adeo amarus fuit, ut austeritate carmi-

Nec, si quid olim lusit Anacreon,
Delevit aetas: spirat adhuc amor
Vivuntque commissi calores
Aeoliae fidibus puellae.
Non sola comptos arsit adulteri
Crines, et aurum vestibus inlitum
Mirata regalesque cultus
Et comites, Helene Lacaena,
Primusve Teucer tela Cydonio

v. 16. *Helena* Acr. Lips. 1. Helmst. Fran.

---

quos illa cum lyra sua communicavit. — *vivuntque*, et semper ardent, nunquam exstinguuntur; cf. supra ad I, 32, 3. — *Aeoliae puellae* in casu tertio, pro: ab Aeolia puella (vide supr. II, 13, 24.) accipiendum.

v. 13-24. *Non sola comtos arsit* cett. non dubitari potest, ait, quin praeter Helenam plures feminae formosi cuiusdam et externo splendore conspicui iuvenis amore captae fuerint; cf. infr. Serm. I, 3, 107. *Nam fuit ante Helenam cunnus teterrima belli Causa.* — *comti crines*, pars pulchritudinis pro omni pulchritudine; ad pulchritudinis, qua Paris insignis fuit, partem Homerus quoque Iliad. III, 55. eius *crines* refert; cf. supr. I, 15, 14. De locutione *ardere aliquem* et *ardere aliquo* vel *aliqua*, pro: ardere ob aliquem vel aliquam, vid. supr. ad II, 4, 7. — *aurum vestibus illitum* pro: vestes auro illitas, h. e. aureis filis vel bracteis discretas; *aurum vestibus illinere* vel *linere*, Graecis *πάσσειν, βρέχειν*, dicuntur, qui earum stamini subtemen aureum, fila aurea vel aureas bracteas intexunt. — *regalesque cultus*, regium splendorem, opes Phrygias; *et comites*, apposite ad rem Ovid. Heroid. XIII, 57—60. *Venerat, ut fama est, multo spectabilis auro, Quique suo Phrygias corpore ferret opes; Classe virisque potens, per quae fera bella geruntur, Et sequitur regni pars quotacunque virûm.* — *Teucer*, frater Aiacis Telamonii (cf. supr. ad I,

---

poeta bellorum scriptor. [*Non si quid olim lusit Anacr.*] ideo *lusit*, quia iocis et conviviis digna cantavit, ut: *Carmina qui lusi pastorum. Anacreon* autem satyram scripsit, amicus Lysandri. Alii dicunt, quod scripsit Circen et Penelopen in uno laborantes, unde in 1 lib. in ode: *Velox amoenum, — Dices laborantes in uno Penelopen vitreamque Circen.* [*Spirat adhuc*] recens est. [*Vivuntq. commissi calores*] *calores* pro amoribus posuit. Sappho autem significat, quae Aeolide dialecto usa est. [*Arsit*] amavit, ut: *Corydon ardebat Alexin.* [*Adulteri*] raptoris Alexandri. [*Regalesq. cultus*] quia regis Priami filius. [*Et comit.*] itineris. [*Helena Lacaena*] de Lacedaemone, ut: *At non sic Phrygius penetrat Lacedaemona pastor, Ledeamque Helenam Troianos vexit ad urbes*, vel quia non sola Helena amavit Paridem; nam et aliae simili in culpa fuerunt, sed haec magis famosa est carmine poetarum. [*Prim. Teucer tela Cydon. Direxit arcu*] *Teucer*, Telamonis filius, ab Homero inducitur sagittis peritissime usus. *Cydonio* autem Cretensi, a Cydonia civitate,

nis sui multos ex civitate eiiceret. [*Nec si quid olim lus. Anacr.*] *Lusit*, quia iocis et conviviis digna scripsit. [*Vivuntq. commissi calor. Aeol. fidib. puellae*] *calores* pro amores dicuntur. Sappho autem signat, quae Aeolide dialecto usa est. [*Non sola compt. ars. adult. Crines*] *arsit* pro deperit, aut quia amavit dictum est; hac autem periodo colligit,

Direxit arcu, non semel Ilios
Vexata, non pugnavit ingens
Idomeneus Sthenelusve solus
Dicenda Musis proelia, non ferox
Hector vel acer Deiphobus graves
Excepit ictus pro pudicis
Coniugibus puerisque primus:
Vixere fortes ante Agamemnona
Multi, sed omnes inlacrimabiles
Vrguentur ignotique longa
Nocte, carent quia vate sacro.
Paullum sepultae distat inertiae
Celata virtus. Non ego te meis

v. 18. Multi codd. *Primusque* et *Sthenelusque*, quod utrumque per se ferri potest. — 29. *inertia* coni Bentl. neque tamen in textum recepit.

7, 21.) sagittandi inprimis arte inter Graecorum fortissimos excellens. Hom. Il. XIII, 313. ὃς ἄριστος Ἀχαιῶν τοξοσύνῃ. — *arcu Cydonio*, h. e. Cretico, a Cydone, nobili Cretae urbe; cf. supr. ad I, 15, 17. Virg. Eclog. X, 59. *torquere Cydonia cornu Spicula.* — *Non semel Ilios vexata*, explicant de Troia, quae non semel tantum a Graecis, sed iam antea (ab Hercule et Amazonibus) capta fuerit. — *Idomeneus*, dux Cretensium *ingens*, vir fortissimus; deo cuidam eum aequiparat Hom. Iliad. III, 230. *Sthenelus*, cf. supr. I, 15, 24. *Deiphobus*, Priami filius, fortitudinis gloria post Hectorem inter Troianos nobilissimus. — *graves excepit ictus*, gravem hostium impetum sustinuit.

v. 25-30. *Paull. sepul. distat inert. celat. virtus*, viri enim egregii, quorum memoria carminibus non celebratur, oblivioni traduntur. — *inertiae* casus tertius pro: ab inertia, ut infr. Serm. I, 4, 48. de comoedia: *nisi quod pede certe Differt sermoni sermo merus.*

---

ubi primum de pecudum cornibus arcus curvati sunt, ut: *Partho torquere Cydonia cornu Spicula.* [*Non semel Ilios Vexata*] ab Hercule enim ante versa fuerat. Et *haec* Ilios et *hoc* Ilium dicitur, ut: *Ceciditque superbum Ilium.* [*Nec pugnav. ing. Idomeneus Sthenelusq.*] sed hi carmine praelati sunt ceteris, ut Tersandrus Sthenelusque duces. *Sthenelus* autem Capanei et Evadnes filius fuit. [*Non ferox Hector*] ostendere vult, licet multi viri fortes fuerint, illos tamen fama solos celebrari, quos commendavere poemata. Nam nec solus Hector et Deiphobus pro patria perierunt, sed hi magis carminibus noti sunt. Similiter et ante Agamemnonem paris virtutis fuisse plures, sed nesciri silentio et ideo se ad scribendum priorum confirmavit exemplis. [*Graves excep. ict.*] ut: *Laniatum corpore toto Deiphobum vidi.* [*Ignotique longa nocte*] tanquam nesciantur velut mortui, quos nemo describit occisos. [*Sacro*] laude carminum. [*Paulum sepultae distat inertiae Celata virtus*] non laudata virtus similis est inertiae, ita enim silentio obscuratur, tanquam si nulla

saepe eadem facta, quae legimus circa Ilion gesta, sed ea tantum, quibus clarus poeta contigerit, perpetuam obtinuisse memoriam. [*Paulum sepult. dist. inert. Celat. virt.*] non enim, inquit, multo distat ab inertia

Chartis inornatum silebo,
Totve tuos patiar labores
Inpune, Lolli, carpere lividas
Obliviones. Est animus tibi
Rerumque prudens et secundis
Temporibus dubiisque rectus:
Vindex avarae fraudis et abstinens
Ducentis ad se cuncta pecuniae:
Consulque non unius anni,
Sed quoties bonus atque fidus

v. 31. *sileri* nonnulli Lamb. vid. Iani.

---

v. 30—44. *chartis meis*, carminibus meis, ut Carm. praeced. v. 21. *neque, Si chartae sileant.* — *labores tuos*, res praeclare a te gestas, cogita inprimis de laude, quam ex Galatia, cui V. C. DCCXXIX. Propraetor ab Augusto praepositus fuit, reportavit Lollius. — *inpune*, libere; nam qui virtutes alicuius ab oblivione vindicat, iniuriam quasi, quam facere volebat oblivio, punit et ulciscitur. — *Est animus tibi rerumque prudens* cett. digna enim est, quae carmine celebretur, tua in rebus gerendis prudentia et in utraque fortuna constantia. — *rectus*, erectus, firmus, constans; Ennius apud Cic. de Senect. c. 6. *Quo vobis mentes, rectae quae stare solebant Antehac, dementes sese flexere?* — *Vindex* (sc. animus) *avarae fraudis et abstin. duc. ad se cunct. pecuniae*, tibi est animus iustus et continens, h. e. in te tam iustitiae quam continentiae laus cadit; iustitiam enim exercet, qui fraudem et malas artes hominum avarorum supprimit; continentiam vero qui pecunia, quae capit et vincit omnia, se non capi et vinci patitur. — *Consulque non un. anni, sed quoties* cett. est tibi animus, qui non per unum tantum annum dignitatem consularem tuetur. — *Consul non unius anni*, plane ut III, 2, 19. atque simpliciter exprimit: perpetuum animus tuus consulatum gerit, quandoquidem *honestum praetulit utili.* Laudant Cic. Offic. III, 4. — *per obstantes caterv. explic. s. vict. arma*, animus, qui virtute sua, tanquam clipeo, bene munitus, fortiter se opponit turpitudini, suaviter fortis militis, vi sibi viam per obstantes catervas facientis, more omnia, quae eius virtutem impugnant, vincere dicitur.

v. 45—52. *Non possident. mult. voc. rect. beat.* cf. supr. II, 2, 1. sqq. *non ille timidus perire*, pro: ille non timet perire, h. e. volens lubensque mortem suscipit, supr. III, 19, 2. *Codrus pro patria non timidus mori.* (*D.*)

---

fuerit. [*Inornatum*] illaudatum, ut: *Quis te, magne Cato, tacitum aut te, Cosse, relinquat?* [*Rerumq. prud.*] philosophiae aptus, unde et rerum prudentes philosophi dicti sunt. [*Et secund. temp. dubiisq. rectus*] quem neque prospera neque adversa mutaverint. [*Vindex*] punitor. *Vindicare* enim apud veteres non tantum defendere, sed etiam punire significabat. [*Et abstinens*] abstinentem dixit Lollium pecuniae, quam aut ideo ad se cuncta ducere posuit, quia avari student pecuniis, aut quia pecuniosorum gratiam omnes sequuntur. [*Consulq. non un. anni*] fide, virtute et honestate Lollium praefert. [*Sed quot. bonus atq. fidus*] *quoties*, inquit, iudex bonus es, honestum utili praeponis vel quoties bellorum victoriis reipublicae consulis, *toties* consulari uteris potestate et virtute tua perpetuus consul efficeris. [*Honestum praetul. utili*] plus dilexit honestatem, quam utilitatem. [*Alto*] prudenti, profundo. [*Nocentium*] noxiorum et corrumpere iudicia tentantium. [*Victor*] vel cupiditatis vel hostium, quoties victor emerseris, toties consul efficeris. [*Non possident. multa vocaveris Recte beat.*] non recte divitem beatum vocari, sed illum rectius beatum dici, qui felicitatem moderetur et non habeat exsecrabilem paupertatem, plusque timeat morte peccatum. [*Occupat*] sibi vindicat. [*Callet*] ingenio se novit, ut ipse alibi: *Legitimumque sonum digitis callemus et aure.*

virtus; sic ut de illa, ita de hac quoque sileatur. [*Secund. Temp. dub. rectus*] i. e. prosperis et adversis aequitatem retinens. [*Vindex avarae fraudis*] *vindicem* nunc pro punitore posuit, quia vindicare apud veteres non tantum defendere, verum etiam punire significat. [*Ducent. ad se cuncta pecun.*] utrum pecunia pro avaritia posuit, quae merito ad se cuncta ducere dicitur, quia avari rapere omnia student, an ducentis ad se cuncta pecuniae, ad hoc referens dixit, quia pecuniosorum gratiam omnes sequuntur. [*Consulq. non un. anni*] virtutes tuae, inquit, te perpetuum consulem faciunt. [*Sed quot. bon. atq. fidus iud.*] *quoties*, inquit, animus tuus honesta iudicans praemia oblata a nocentibus respuit, *toties* gloriosus ex hostibus victoriam reportavit. [*Non possid. multa vocaver. Recte beatum*] Ordo: *Non recte vocaveris beatum multa possidentem.* [*Non ille pro caris amic. Aut patr. timidus perire*] deest *erit.* Ait autem eum, qui his artibus instructus sit, non dubitare pro amicis et patria mortem subire, si necesse sit.

Iudex honestum praetulit utili,
Reiecit alto dona nocentium
Voltu, per obstantes catervas
Explicuit sua victor arma.
Non possidentem multa vocaveris
Recte beatum: rectius occupat
Nomen beati, qui Deorum
Muneribus sapienter uti
Duramque callet pauperiem pati
Peiusque leto flagitium timet,
Non ille pro caris amicis
Aut patria timidus perire.

v. 41. in paucis libb. post *utili* et *vultu* additur *et*, unde Wadius fecit *aut*. Repetendum ἀπὸ τοῦ κοινοῦ *quoties* ante *reiecit* v. 42. et ante *per* v. 43. quae plane ratio Horatiana est, cf. III, 18, 7. III, 24, 40 sqq. IV, 8, 29 sqq. — (In Doeringi Edit. leguntur ista *et* – *et* v. 41 et 43. quae tamen omis. Cod. Goth. et Guelf.)

CARMEN X.

ARGUM. *Quemadmodum color huiusce ποιηματίου prodit, Horatius Graecum quendam poetam haud dubie imitatus est. Ad Ligurinum, puerum formosum, scribit, quem vere amatum Horatio fuisse, neque ex carminis argumento colligi potest, neque aliunde constat; nam quae supra IV, 1, 33. dixit: Sed cur, heu! Ligurine, cur Manat rara meas lacrima per genas? aeque ad phantasmata poetica pertinent ac totum hoc odarion secundum Graecum quoddam exemplar formatum.*

AD LIGVRINVM.

O crudelis adhuc et Veneris muneribus potens,
Insperata tuae quum veniet pluma superbiae,
Et, quae nunc humeris involitant, deciderint comae,
Nunc et, qui color est puniceae flore prior rosae,
Mutatus Ligurinum in faciem verterit hispidam:

v. 1. *O formosus* edidit Sanad. — 2. *bruma* (h. e. aetas provectior) coni. Bentl. et edidere San. Sivr. quae tamen emendatio valde friget. Hunc locum de adventu aetatis virilis recte accepisse videntur, ut sensus sit: ‚cum lanugine adventante aetatulam tuam istam, qua places, amiseris et pulchritudinem mollem.' — 4. *puniceo* emend. Cun. — 5. *mutatis* Lips. 1 a m. pr. *mutaris* idem a m. s. — *Ligurine* duo Torr. Et sic dedere Bentl. Cun. San. Putant, compellandum fuisse Ligurinum, quo scirent lectores, hunc esse, ad quem carmen pertineret. Tale quid Bentleium, virum celeberrimum, tacuisse mallem!

---

v. 1. *crudelis, durus,* ut supr. IV, 1, 40. — *Veneris muneribus potens, δῶρα Ἀφροδίτης,* quae saepius occurrunt apud Homerum, respicit, propter eximiam pulchritudinem. — lanuginem dixit *plumam* eamque *insperatam,* ex improviso atque inopinato venientem. — Ceterum iam supra adnotavimus, ubi de Glycerae arrogantia locuti sumus, superbiam Veneri odio esse. — *comae humeris involitant*, quod quidem ad pulchritudinem pertinebat, nam comae decenter in humeros dependentes totum corpus humanum maxime decorant atque exornant. — Hae comae autem iam iam *deciderint*, defluxerint. Et quum *color*, qui *nunc prior*, praestantior, pulchrior est *flore rosae*, rosa *punicea*, purpurea, mutatus et inde Ligurini facies in *hispidam*, pilosam versa fuerit. — *alterum*, vehe-

---

ACR. [*O crudelis adhuc*] ut: *O crudelis Alexi,* significans amoris querelam. De Ligurino iuvene loquitur, quomodo in senectute contristetur, cum eadem Venerea voluptas non perduraverit ei seni, quae nunc est iuveni. [*Et Veneris munerib.*] pulchritudine. [*Pluma superbiae*] *plumam* pro barba incipiente posuit. [*Et quae nunc humer. involit. decid. comae*] usque ad pubertatem enim pueris comae nutriri consueverant; ut: *Crines cui lactea cervix Excipit.* [*Puniceae*] sanguinei coloris, ut: *Puniceis invecta rotis.* [*Prior*] priorem pro meliore dixit. [*Hispidam*]

POR. [*O crudel. adhuc et Veneris munerib. potens*] haec ode in Ligurinum scripta est, querelam amoris continens. [*Muneribus potens*] i. e. ob munera, quae in te Venus contulit. [*Insper. tuae cum veniat pluma superb.*] *pluma* pro prima barba posuit. [*Nunc et qui color est*

Dices, heu! quoties te in speculo videris alterum:
Quae mens est hodie, cur eadem non puero fuit?
Vel cur his animis incolumes non redeunt genae?

CARMEN XI.

ARGUM. *Ad Phyllidem scribit, quam ad diem festum apud se celebrandum invitat, indicans, domum suam et vino annorum novem et floribus et argento abundare cett. Deinde causam, cur hunc diem tam sollenniter celebraturus sit, commemorat, quippe quod Idus Apriles agendae sint, Horatio inprimis propterea sanctae, quod idem dies Maecenatis exsistat natalis. Denique Phyllidem monet, ne Telephum, iuvenem ne suae quidem sortis sive conditionis, aliusque puellae occupatum amore, porro sectetur, sed lyrae condiscat modos, quibus animum possit exhilarare poeta, qui Phyllidem suorum amorum finem dicit.*

AD PHYLLIDEM.

Est mihi nonum superantis annum
Plenus Albani cadus: est in horto,
Phylli, nectendis apium coronis,
Est hederae vis

v. 6. *in* abest in nonnullis codd. in ceteris autem rectius legitur: *in speculo.* Bentl. laudat Virg. Eclog. II, 25. *Nec sum adeo informis, nuper me in litore vidi.*

---

menter mutatum neque tibimet ipsi, qualis olim fueris, similem. — Nunc in querelas erupit, aegre ferens, se nunc minime formosum aliter sentire quam olim, ubi formosus adhuc fuerit. — *incolumes*, integrae, quales antea erant.

---

v. 1. De vino *Albano* cf. Serm. II, 8, 16. ubi in optimis recensetur. — *est*, πάρεστι, parati sunt flores cett. — De *coronis ex apio deproperandis*, i. e. *nectendis*, ut hîc dictum est, vid. supr. II, 7, 24. et I, 36, 16. —

---

iam hirsutam barba. [*Dices: heu quoties te*] mutationem formae per aetatem adspectam dolebis in speculo.

punic. flore prior rosae] *prior* pro melior. [*In faciem verterit hispid.*] i. e. hirsutam.

ACR. [*Est mihi nonum*] ad Phyllidem scribit, amicam suam, invitans eam sub promissione vini Albani veteris, ad laetitiam convivii exhibendi natali Maecenatis. [*Albani cadus*] elocutio est, *Albani cadus,* ut: *Vina bonus quae deinde cadis onerarat Acestes.* [*Nectend. ap. coronis*] vel quia Alcaeus frequenter se dicit apio coronari, quia tardius deponatur, qui prandet, apio coronatus, ut: *Atque apio crines ornatus*

POR. [*Est mihi non. super. ann.*] significat se diem natalem Maecenatis velle celebrare, loquitur autem ad Phyllidem amicam. [*Qua crines relig. fulg.*] *fulgere* soles. Non enim iam coronatam esse dicit, sed

Multa, qua crines religata fulges.
Ridet argento domus, ara castis
Vincta verbenis avet immolato
Spargier agno.
Cuncta festinat manus, huc et illuc
Cursitant mixtae pueris puellae,
Sordidum flammae trepidant rotantes
Vertice fumum.
Vt tamen noris, quibus advoceris
Gaudiis: Idus tibi sunt agendae,
Qui dies mensem Veneris marinae

v. 5. Haerent in *fulges*, quia domi demum Horatii Phyllis coronanda fuerit et sic nondum iam nunc fulgere dici potuerit. Igitur *fulgeas* emend. quid. ap. Marcil. Doeringus sequitur Dousam, qui *fulgere* verbum tertiae coniugationis facit. — 8. *festinant* emend. N. Heins. ap. Bentl. — 11. *crepitant* coni. Bentl. sed frustra, ut sponte apparet. A librariis facile permutata *trepidare* et *crepitare*.

---

vis multa, magna copia, nota loquendi ratio. — *qua crines religata fulges*, qua coronata *fulges*, nitidior et pulchrior et venustior appares. — v. 6. *ridet*, *renidet*, ut supr. II, 18, 2. i. e. splendet *argento*, vasis argenteis, ut sponte apparet. — *ara*, vid. ad III, 8, 1—4. — *verbenis castis*, cf. I, 19, 20. ibiq. adnot. — *avet spargier agno immolato*, avide exspectat, ut spargatur sanguine agni, h. e. stat parata aptaque sacrificio. — *cuncta festinat manus*, omnium manus σπεύδουσι, gnaviter operantur, in labore acriter occupatae, *cursitant*, *huc et illuc* currunt, discurrunt iterum concurrentes atq. sim. — *Flammae trepidant rotantes*, celeri motu in altum agunt fumum adeo, ut *rotetur*, turbine quasi convolutus petat altum cett. *trepidare* de quacunque celeritate et festinatione, ut II, 4, 23. — *sordidum*, nigrum. — v. 13. Vt tamen scias, ad quem festum diem hilariter agendum voceris, audi, *Idus tibi esse agendas*. — *Veneri* sacer Aprilis, vid. Macrob. Sat. I, 12. Varr. L. L. V, 41. quamobrem Idus Horatius celebrat. Respicitur etymon *iduam*, ab Etrusco *iduare*, h. e. dividere, fin-

---

amaro. [*Religata*] i. e. coronata. [*Fulges*] i. e. splendes. [*Verbenis*] *verbenae* sunt omnes herbae frondesque festae ad aras coronandas, dictae quasi *herbenae*. [*Ridet*] i. e. splendet. [*Castis*] i. e. puris, sacris. [*Avet*] i. e. cupit. [*Spargier agno*] i. e. spargenda erit agno immolato. [*Cuncta festin. man.*] multitudinem ministrantium pro apparatus festinatione significat. [*Cursitant mixtae pueris puellae*] ut: *Totidemque pares aetate ministri*. [*Sordid. flammae trepid. rotantes Vertice fum.*] duo epitheta posuit, quia et flammae veluti sub quodam tremore volvuntur et *fumus sordidus* est, i. e. niger. [*Vt tamen noris*] diem natalem Maecenatis significat, ut fidem faciat promissae laetitiae. [*Agendae*] celebrandae. [*Qui dies mensem Veneris marinae Findit Aprilem*] quia Idus vel-

invitat eam, ut coronetur. [*Ridet*] pro grata est ac fulget. [*Cunct. fest. manus*] ad multitudinem ministrorum refertur. [*Sordid. flammae trepid.*] non otiosum, sed ἐναργῶς dictum est. [*Idus tibi sunt agendae, Qui dies mens. Veneris marinae Findit Aprilem*] *Idus Apriles* significat. *Aprilis* autem mensis ἀπὸ τῆς Ἀφροδίτης dictus videtur, nec immerito, cum in res Venereas eo ipso omnia animalia excitentur; signat

Findit Aprilem,
Iure sollemnis mihi sanctiorque
Pene natali proprio, quod ex hac
Luce Maecenas meus adfluentes
Ordinat annos.
Telephum, quem tu petis, occupavit,
Non tuae sortis iuvenem, puella
Dives et lasciva tenetque grata
Compede vinctum.
Terret ambustus Phaëthon avaras
Spes et exemplum grave praebet ales
Pegasus, terrenum equitem gravatus
Bellerophontem:
Semper ut te digna sequare et, ultra
Quam licet sperare nefas putando,
Disparem vites. Age iam, meorum

---

dere. — *marinae*, ἀναδυομένης, e mari isto mense exortae. — v. 20. *ordinat*, numerat *adfluentes annos*, accedentes. — v. 21. *quem tu petis*, vid. I, 33, 13.: *me melior quum peteret Venus*. — *grata Compede*, vid. I, 33, 14. — v. 25. Stultum et periculosum est, maiora, quam quae tibi conveniant, vel concupiscere et affectare vel sperare adeo. De Phaëthontis fabula consule Ovid. Met. II, init. — De Bellerophonte, a Pegaso excusso et in campos Aleios deiecto, vide, quos laudant intpp. ad Hygin. fab. 57. pag. 122. et apud Horat. I, 27, 24. et III, 7, 13. — *gravatus*, βαρυνόμενος, graviter ferens, portare nolens *terrenum equitem*, sc. cuius esset vivere in terra. — v. 31. *meorum amorum finis*, cuius amorem

---

uti dividunt mensem. *Aprilis* autem Veneri consecratus est. [*Iure solennis*] merito amicitiae. [*Pene natali prop.*] *pene* pro adulatione vitanda posuit. [*Luce*] die. [*Adfluentes*] i. e. crescentes aut multos. [*Ordinat*] disponat toto anno facienda. [*Telephum, quem tu petis, occupavit*] amavit. Verum ad eandem Phyllidem, an ad aliam loquatur, incertum est, quia non prodidit nomen. Dicit tamen Telephum puerum, quem ostendit ab ea amari, alterius ditioris amore occupatum. [*Non tuae sortis*] non tuae conditionis, non tuae mediocritatis nec professionis. [*Vinctum*] amoris vinculo. [*Terret ambustus*] ne quid avide et supra conditionem nostram appetamus, Phaëthontis et Bellerophontis exemplo monet, qui impossibilia cupiendo ad pericula pervenerunt. [*Gravat.*] graviter ferens. [*Bellerophontem*] dicitur hic ausus Pegaso ferri per aëra in terram decidisse. [*Semper ut te digna sequare*] possibilia suadet appetere et sibi competentia et digna sperare. Sensus hic est: O Phylli, vita potentiorem

autem Idibus Aprilis natalem diem Maecenatis esse, in cuius honorem sacrificet et epuletur. [*Teleph. quem tu petis, occupavit*] ad mulierem loquitur, cuius nomen non ostendit, signat autem amari ab hac Telephum puerum, quem iam alia occupaverat. [*Non tuae*] scilicet *non tuae* conditionis aut tuae mediocritatis. [*Tenetq. grata Comped. vinctum*] puellae *grata compede*, amoris vinculum ait. [*Terret ambust.*] ne quid avide et supra conditionem nostram appetere conemur, Phaëthontis et Bellerophontis proponit exempla. [*Disparem vites*] dicendo *Disparem vites*,

Finis amorum,
Non enim posthac alia calebo
Femina, condisce modos, amanda
Voce quos reddas: minuentur atrae
Carmine curae.

CARMEN XII.

Argum. *Tertium hoc Horatii carmen est, verno tempori sacrum, cum duobus superioribus I, 4. et IV, 7. comparandum. Carmen scriptum est ad Virgilium, sed quis ille Virgilius fuerit, magna adhuc sub iudice lis est, nam alii aliter cett. vide intpp. — Sed nihil certe impedit. quominus ad Virgilium poetam carmen scriptum credatur. Horatius laetitiae plenus, iucunde et hilariter epulari volebat cum amico. Cui tandem probabile sit, illi Virgilium, mercatorem aliquem, cui quidem generi minime faveret, potius quam Virgilium poetam, familiarissimum suum, in mentem venisse? Convenientius etiam Virgilio poetae, quam mercatori, quod iuvenum (ille) nobilium cliens dicitur, vid. v. 15. coll. v. 24. unde saepius eum divitum mensis adhibitum fuisse apparet. Pariter de Virgilii persona statuunt Mitscherlichius, Doeringus, Bothius, Ianius, Bentleius aliique plures. Ceterum nemo in dubium vocabit, ex inscriptionibus huius carminis de Virgilii persona plane nihil coniici vel potius inde quaesitum pro explorato haberi posse, quum inscriptiones fere omnes interpolatae librarios prodant commentantes.*

Ad virgilivm de vere Locher.
ad vergilivm de vere Venet. 1492.
ad virgilivm de vere et convivio Asc.
ad virgilivm vngventarivm Mentel.
ad virgilivm vngventarivm, veris descriptio paraenetice tres Torr.
ad virgilivm negotiatorem s. myropolam (sic Cod. Goth.) edd. nonnullae.

---

non nisi morte deponam, in qua amores meos finiam. — *alia calebo*, cf. I, 4, 19. ibiq. not. — v. 34. *condisce modos*, disce carmina in convivio meo canenda, ad citharam scilicet. Quo quidem *carmine*, cantu *minuuntur curae*, nos hilariter illum diem traducamus. — *reddas*, canas, quatenus didicit, cf. IV, 6, 43.: *Reddidi carmen.*

Telephum et tibi disparem, quia et aliam amat; sed dilige me, qui tibi par sum. *Finis* enim eris mei amoris, quia, si consenseris, aliam non amabo. [*Condisce modos*] disce, inquit, carmina et lyrae sonos, quos suavi voce cantes, ne rustica videaris. [*Minuentur atrae Carmine curae*] tunc enim voluptas admittitur, si cura pellatur.

difficilis dictionis phrasis. Monet autem, ut disparem vitet, ut possit se digna signa sequi et nefas habere, in spem referre plus, quam oportet. [*Non enim posthac alia calebo Femina*] quare finem amorum suorum hanc dixerit, ipse ostendit. Ordo est: *Iam meorum finis amorum, condisce modos.*

AD VIRGILIVM.

Iam Veris comites, quae mare temperant,
Inpellunt animae lintea Thraciae:
Iam nec prata rigent, nec fluvii strepunt
Hiberna nive turgidi.
Nidum ponit, Ityn flebiliter gemens,
Infelix avis et Cecropiae domus
Aeternum opprobrium, quod male barbaras
Regum est ulta libidines.

---

v. 1 — 12. *animae Thraciae*, venti septentrionales, qui ab Homero inde et aliis antiquis poetis Ioniis, quibus septentrionem versus sita fuit Thracia, appellati sunt *Thracii;* ut hic *animae Thraciae Veris comites* dicuntur, ita supr. I, 23, 19. *Eurus Hiemis sodalis* vocatur. — *Inpellunt lintea*, nagivationi repetendae secundo flatu suo favent, cf. supr. I, 4, 2. — *nec fluv. strep. hib. niv. turgid.* supr. IV, 7, 3.: *Decrescentia ripas flumina praetereunt.* — *Nidum ponit, Ityn flebil. gemens, Infel. av.* per *infelicem avem* intellige *Procnen*, quam alii in hirundinem, alii in lusciniam mutatam esse tradunt. Iam vero cum ad ea, quae veris reditu oculis subiiciuntur, hirundinis quoque adventum referre soleant poetae, (ipse Hor. infr. Epist. I, 7, 13. *cum Zephyris et hirundine prima;* et hinc *veris praenunciam* illam vocat Ovidius Fast. II, 853.) *infelicem avem, Ityn flebiliter gementem*, Interpretes de hirundine accipiunt. Fortasse *infelicem avem* de luscinia accipere praestat. Fabulam de Procne et Philomela tractavit Ovid. Met. IV, 425 seqq. — *Cecrop. dom. aetern. opprobr.* quae semper exstitura est familiae suae opprobrium, dedecus, ἔλεγχος, ὄνειδος. — de voce *opprobrium* cf. supr. ad II, 13, 4. *Cecropiae*, Atticae, fuit enim *Procne* Pandionis, regis Atheniensium, filia. — *regum*, Terei. —

ACR. [*Iam veris comites, quae mare temperant*] ad Virgilium negotiatorem scribit, admonens veris tempus aptum navigio. Vsitatum autem poetis est *animas* flatus ventorum dicere, dum ad Graecum vocabulum referunt animas, ut: *Quantum ignes animaeque valent.* [*Temperant*] tranquillum reddunt. [*Lintea*] vela. [*Iam nec prata rigent*] ipso enim tempore et hiems clauditur et veris amoenitas aperitur, quo Favonius coeperit flare. [*Ityn*] *Itys* filius fuit Prognes, quem occidit culpa Terei. [*Flebil. gem. Inf. av.*] Progne enim versa est in hirundinem. [*Cecrop. domus*] *Cecrops* dux fuit Atheniensium. Athenienses enim fuerunt Tereus et Progne. Per Prognen vero hirundinem significat, quae eo tempore apparet. Nota historia est, quod pro stupro sororis Philomelae ad vindictam filium Terei occiderit Progne et fuit poena peior peccato, dum committitur parricidium propter incestum. Vnde Tereus, comperto facinore, dum ambas insequitur, ipse in upupam dicitur mutatus, illae fugientes in hirundinem et lusciniam. [*Aetern, opprobr.*] in domo enim Ce-

POR. [*Iam veris comites*] Virgilium alloquitur, iterum et annuum veris tempus describit. Ceterum *animas* pro flatibus ventorum usitatissimum est poetis, sic denique Virg. ait: *Quantum ignes animaeque valent.* [*Iam nec prata rigent, nec fluvii strepunt Hiberna nive turgidi*] atqui veris tempore intúmescere flumina incipiunt. [*Nidum ponit*] adultum iam veris tempus vult intelligi, quoniam nix omnis elapsa est. [*Infelix avis*] Prognen ac per hoc hirundinem signat. [*Cecropiae domus*] *Cecropia domus*, quoniam Athenienses fuerunt, *Cecrops* autem Atheniensium dux. [*Regum est ulta libidines*] nota historia est. Progne obstupra-

Dicunt in tenero gramine pinguium
Custodes ovium carmina fistula,
Delectantque Deum, cui pecus et nigri
Colles Arcadiae placent.
Adduxere sitim tempora, Virgili,
Sed pressum Calibus ducere Liberum
Si gestis, iuvenum nobilium cliens,
Nardo vina merebere.
Nardi parvus onyx eliciet cadum,
Qui nunc Sulpiciis adcubat horreis,

v. 11. *Delectante* unus Bersm. Gott. Brod. Sax. Helmst. Zar. Gesn. Sivr. ut iungatur: *carmina, fistula delectante Deum*, cett. — Mox *nigrae* Bentl. 13. et sic ille, item Cun. San. Sivr. — 15. *Sic* Dess. 2. Bothius, qui Virgilium Maronem poetam substituit, Agrippam, Pollionem et Maecenatem illos *iuvenes nobiles* esse maluit. — 16. *mereberis*, nonnulli Lamb. unus Bersm. Bentl. 1, 9, 18 it. 13 pro var. lect. vid. Iani.

Dicunt in tenero gramine cett. — Dulcissima, quae sequitur, e vita pastoritia adumbrata imago delectare debebat Virgilium. — *nigri*, piniferi; cf. supr. I, 21, 7.

v. 13 — 24. *Adduxere sitim tempora*, nunc anni amoenitas et solis calor sitim adducere, h. e. bibendi cupiditatem excitare solent. — *Liberum Calibus pressum*, vinum Calenum, ab urbe *Cales* in Campania; supr. I, 20, 9. *uva Caleno prelo domita*. — *ducere*, largius bibere, cf. supr. ad I, 17, 22. — *iuvenum nobil. cliens*, o tu, qui iuvenum nobilium gratia ac favore frueris, *Voss: Freund.* — *nardo vina merebere*, pro unguento nardino, quod tecum attuleris, gratis apud me vinum Calenum bibes. — De *nardi* frutice, e cuius foliis et spicis unguentum exprimebatur, vid. Plin. XII, 12. XIII, 2. — *Nardi parv. onyx eliciet cad. Qui nunc Sulpic. accub. horr.*, h. e. allato enim a te vasculo unguentario nardi pleno,

---

cropis hoc scelus factum est. [*In tenero grem.*] ut: *Cum ros in tenera pecori gratissimus herba.* [*Custodes ovium carmina*] carmina Pana significant, a quo fistula Pandurium dicitur inventum, ut: *Pan primus calamos cera coniungere plures Instituit.* [*Deum*] Pana, ut: *Pan curat oves oviumque magistros.* [*Adduxere sitim temp.*] *sitim* pro aestate posuit. [*Press. Calib. ducere Liberum*] *Calenum* vinum *ducere*, i. e. bibere. [*Cliens*] aut Augusti aut privignorum eius Neronum aut Maecenatis dicit. [*Nardo vina mereb.*] ilocaliter nunc se Calenum vinum prolaturum promittit, si unguentum acceperit. Si dederis, inquit, nardum, tibi dabitur vinum a me. [*Nardi parv. onyx*] *onyx* metallum est gemmae simile. De hoc ad unguenta odorata, parva fiebant vasa, de quo Lucanus ad ostentationem luxus: *Totaque effusus in aula Calcabatur onyx.* [*Qui nunc Sulpiciis*] *Sulpicia horrea* dicebantur, ubi nunc Galbae; illic

tam et lingua debilitatam Philomelam sororem, a Tereo marito filium sibi communem et illi, Ityn nomine, occidit et epulandum imprudenti apposuit, deinde palam facto facinore, cum fugeret cum sorore infestum maritum, in hirundinem et lusciniam transfiguratas esse fingunt, ipsum quoque Tereum in upupam avem conversum. [*Cui pecus*] Pana pastoralem Arcadiae Deum esse signat. [*Iuv. nobil.*] Augusti, Maecenatis aut *nobilium* Neronum, privignorum Augusti dicit. [*Parv. onyx*] *onyx* genus ampullae marmoreae, ioculariter autem dicit: *Si adtuleris tu unguentum, demum*

Spes donare novas largus, amaraque
Curarum eluere efficax.
Ad quae si properas gaudia, cum tua
Velox merce veni: non ego te meis
Inmunem meditor tinguere poculis,
Plena dives ut in domo.
Verum pone moras et studium lucri,
Nigrorumque memor, dum licet, ignium,

v. 23. *tinguere*, h. l. scribunt unus Vat. Iann. et alii Lamb. Blandin. antiquiss. Cruqu. Pulm. 1, 4. Venett. Locher. Asc. Cruqu. Torr. Fabr. Bentl. Cun. Baxt.

---

vicissim ego vini Caleni cadum afferri iubebo. — *onyx* tam de gemma, (quae ob similitudinem Graecis ὄνυξ vocata est) quam de marmore, externam onychis speciem referente, sive *alabastrite*, dicitur. Iam quodque vasculum unguentarium, sive ex gemma sive ex quocunque alio lapide excavatum, *onyx* appellabatur. — *adcubat*, servatur, *Sulpicii horr.* — *horreum* de apotheca vinaria, ut supr. III, 28, 7. — *Spes donare novas largus*, pro: largus novae, quam donat, spei; supr. III, 21, 13. de amphora: *Tu spem reducis mentibus anxiis*; hinc infr. Epist. I, 15, 19. vinum *cum spe divite in venas et animum manare* dicitur. — *amara curarum*, graece, τὰ πικρὰ τῶν μεριμνῶν, pro: amaras curas. — *non ego meditor*, non mihi est animus, nos: *ich denke nicht daran.* — *immunem*, nihil ad compotationem conferentem. — *te tinguere meis poculis*, te vino meo madefacere, irrigare, τέγγειν. — *Plena dives ut in domo*, quasi apud me, sicuti in beatiorum domo aliqua, magna rerum omnium vinique sit abundantia.

v. 25 — 28. *Verum pone moras et studium lucri*, sed noli morari. — *pone studium lucri* nihil aliud esse videtur, quam quod supr. III, 8, 20. Hor. ad Maecenatem scribit: *linque severa*, vel quod scribit infr. Epist. I, 5, 30. ad Torquatum, quem ad coenandum apud se invitatum, *rebus omissis*, lucri studium deponere iubet. Quis enim verborum proprietatem urgeat in iis, quae familiares per iocum invicem sibi exprobrant? — *memor nigrorum ignium*, rogi, h. e. mortis. — *Misce stultit. consil. brevem*, positis nonnunquam studiis gravioribus, hilaritati indulge; aperte haec sententia respondet alteri v. 25. expressae: *lucri sudium ponere.* — desi-

---

hordeum condi consueverat. [*Spes donare novas*] *Cadus*, supple, maiora enim sibi per licentiam poti promittere sperando consueverant. [*Efficax*] potens, qui largitate sua curas expellat. [*Ad quae si proper. gaudia*] ut supra dixi, i. e. pocula non dabuntur tibi, nisi et tu ad me invicem merces, ampullam detuleris unguenti. [*Immunem*] si veneris sine munere. [*Tingere*] i. e. madefacere. [*Plena div. ut in dom.*] ut gratis pascam, sicut divites consueverunt. [*Nigror. memor, dum licet ign.*] lugubrium ignium, ut memor mortis laetitiam non recuset. [*Misce stultit.*

ego proferam vinum Calenum. [*Qui nunc Sulpic.*] *Sulpicii* Galbae horrea dicit, hodieque autem Galbae horrea vino et oleo similibusque aliis referta sunt. [*Spes donare nov.*] *cadus* scilicet; potulentos autem scimus plerumque maiora sperare. [*Cum tua Velox merce veni*] cum ampulla unguenti scilicet. [*Plena dives ut in domo*] ut scis, dives sum, et in domum meam omnium rerum plenam te invitem. [*Nigror. ignium*]

Misce stultitiam consiliis brevem:
Dulce est desipere in loco.

CARMEN XIII.

ARGUM. *Quemadmodum supra Carm. Lib. I, 25. Lydiam et III, 15. Chlorin, ita in hoc carmine Lycen tanquam vetulam vehementer perstringit omniumque derisui exponit. Ceterum lectorem benevolum argumenta carminum laudatorum conferre iubemus, quo facilius ac rectius de huius carminis argumento iudicare possit, nam carminum comparatio minime negligenda haud parvum praebet commodum lectoribus, ut quisque sponte intelliget.*

AD LYCEN.

Audivere, Lyce, Dî mea vota, Dî
Audivere, Lyce. Fis anus et tamen
Vis formosa videri,
Ludisque et bibis inpudens,
Et cantu tremulo pota Cupidinem

pere, liberius et licentius genio suo indulgere, ut *furere* supr. II, 7, 28. *in loco*, h. e. in tempore, ἐν καιρῷ, ut apud Terent. Adelph. II, 4, 8. *pecuniam in loco negligere.* Infr. Epist. I, 7, 57. *Et properare loco et cessare et quaerere et uti.*

v. 1—12. *Audiunt* Dii *vota*, vid. I, 2, 27. — *formosa*, ut infr. Epist. ad Pis. v. 4.: *mulier formosa*, i. e. pulchra, cf. Serm. I, 6, 31. et Serm. I, 3, 125. — *impudens ludis et bibis*, vid. supr. ad III, 15, 5. ibique v. 16. — *Cantu tremulo*, fracta prae senio voce, *sollicitas Cupidinem lentum*, in amorem pellicere volens, Cupidinem invocas, ut ad te veniat, qui tamen propius accedere ad te cum maxime cunctetur; *ille* enim *virentis*

consil. brev.] brevis temporis otium. [*Dulce est desipere in loco*] i. e. iucundum est a severitate aliquando discedere.

funebrium dicit quasi lugubrium ignium. [*Misce stult. consil. brev.*] *brevem stultitiam*, h. e. brevis temporis.

ACR. [*Audivere, Lyce*] ad Lycen meretricem scribit, de cuius superbia in tertio libro questus est, eo quod anus facta contemnatur a iuvenibus, quorum amore ante gaudebat. [*Vis formasa videri*] utrumque in muliere anu turpissimum est, ut et formosa velit videri et lascivire et ideo addidit *impudens.* [*Impudens*] pro impudenter, nomen pro adverbio posuit. [*Et cantu tremulo*] *tremulum* vel ad vocem vel ad aetatem retulit. [*Cupid. Lentum sollicitas*] *Iuvenum*, supple, qui ideo *lentus* est,

POR. [*Audivere, Lyce, dii mea vota*] ad Lycen loquitur, de cuius superbia in tertio questus est, in illa ode, cuius initium est: *Extremum Tanaim si biberes, Lyce.* Ergo senectutem illi nunc opprobrat, per quam ingrata iuvenibus facta fastiditur. [*Et tamen Vis formosa videri, Ludisq. et bibis impudens*] illam lascivire ait et ideo bene additum *impudens.* [*Cupid. Lent. sollicit.*] qui ideo *lentus* est, quoniam tu eis ingrata

Lentum sollicitas. Ille virentis et
Doctae psallere Chiae
Pulchris excubat in genis.
Inportunus enim transvolat aridas
Quercus et refugit te, quia luridi
Dentes te, quia rugae
Turpant et capitis nives.
Nec Coae referunt iam tibi purpurae,

v. 10. *frondes* pro *quercus* unus Torr. haud dubie ex I, 25, 19. — *lividi* Sax. fortasse ex Epod. V, 47.

et doctae psallere Chiae pulchris excubat in genis, (suave phantasma, a Graecis ductum, ad declarandam pulchritudinem, quae amorem inspirat videntibus, eosque defigit ac detinet) sedet, stationem habet. Sophocl. Antig. v. 777 sqq. *Ἔρως ἀνίκατε μάχαν, Ἔρως, ὃς ἐν κτήμασι πίπτεις, ὃς ἐν μαλακαῖς παρειαῖς νεάνιδος ἐννυχεύεις.* — *virentis*, cf. supr. I, 25, 17.: *Laeta quod pubes hedera virenti Gaudeat.* — *doctae spallere*, cf. supr. III, 9, 10.: *Dulces docta modos*, quod ibi declaratur per verba adposita: *citharae sciens.* — *Importunus transvolat aridas quercus*, similiter supra I, 25, 19—20.: *Aridas frondes Hiemis sodali Dedicet Euro*, imagine perparum mutata atque aliter expressa. — *refugit te*, contemnit ac despicit. — *luridi dentes*, pariter supr. II, 8, 3. *Dente nigro*, cf. Epod. VIII, 3. Epod. VI, 15. Epist. I, 18, 7. Epod. V, 47. — *capitis nives*, quemadmodum infr. II, 11, 15. *canos capillos* dixit, senectutem adpropinquantem intelligens, ita h. l. *nivem capitis* eodem sensu commemorat. Laudat Lambinus epigramma Antipatri ex Anthol. Graec. lib. III. *τῇδε Βίαντα κέκευθα, τὸν ἀτρέμας ἤγαγεν Ἑρμῆς εἰς Ἀΐδην, πολιῷ γήραϊ νιφόμενον.* — v. 13. *purpurae Coae*, vestes Coae, purpura tinctae. Erat *Cos* maris Aegaei insula, cf. *Index ad hunc Librum.* Ceterum vide Serm. I, 2, 101. — *lapides clari*, vide, quae leguntur in Lectionis Varietate. — *tempora, quae simul* praeterierunt aetatem iuvenilem. Proprie res per tempora gestae fastis *includuntur* s. designantur, quibus tamen notandis ipsum tempus praeter-

quoniam tu eis ingrata es per aetatem. [*Ille virentis et Doctae psallere Chiae*] multum decoram vult Chiam mulierem videri vel quod virenti aetate sit et *docta psallere*, vel quod genis, i. e. facie pulchra sit et ideo cupidinem *excubare in genis* eius induxit. [*Importun. enim transvolat aridas Quercus*] per irrisionem quercum aridam voluit anum mulierem intelligi, quas amorem, dum festinat ad iuvenes, necesse est transvolare. [*Luridi*] nigri, squamosi. [*Quia te rugae*] ut: *Frontem obscenam rugis arat.* [*Turpant*] foedant, ut: *Turpantem pulvere crines.* [*Et capitis niv.*] *nivem* pro canitie posuit. [*Nec Coae refer.*] Coae, pretiosae, a loco. In hac enim insula melior purpura tingitur. [*Nec clari lapid.*] significat, nec vestimentorum cultu, nec gemmarum pretiis reverti pulchritudinem, annis iam aetate consumptam. [*Inclusit*] signavit, deposuit, se-

es per aetatem. [*Ille virentis*] Cupido scilicet, ob multa autem decoram esse Chiam vult intelligi, quod virenti aetate sit et docta sit et ideo Cupidinem ipsum in genis eius dixit excubare. [*Import. enim transvolat arid. Querc.*] allegorice *aridas quercus* pro senio affectas mulieres et importunus iocus *ἀφρονία* dicitur. [*Nec Coae refer. iam tibi purpurae, Nec clari lapid.*] h. e. quod supra dixit: *et tamen vis formosa videri;* significat enim illam puellari se veste et gemmis excolere. [*Notis condita*

Nec clari lapides tempora, quae semel
Notis condita fastis
Inclusit volucris Dies.
Quo fugit Venus? heu! quove color? decens
Quo motus? Quid habes illius, illius,
Quae spirabat Amores,
Quae me surpuerat mihi,
Felix post Cinaram notaque et artium
Gratarum facies? Sed Cinarae breves
Annos fata dederunt,
Servatura diu parem
Cornicis vetulae temporibus Lycen:

v. 14. Aliquot codd. *cari*, quod placet Wadio aliisque. Verum hîc non de pretio, sed de pelluciditate lapidum sermonem esse, et Fea et alii recte monuere. Aptior, inquit Ianius, sensui lectio ‚*clari*', quia ad supplendam pulchritudinem, claritatem et splendorem gemmarum non pretium valere apparet. Vid. quoque supr. III, 24, 48.

---

lapsum digeritur atque consignatur. Solebant autem Romani cum res foris gestas, tum acta urbana singulorum annorum et *Coss.* nomina in fastis, memoriae publicae causa, perscribere; idcirco supra III, 17, 4. *memores factos* appellat, quod dictum infra IV, 14, 4. repetitum legitur. — v. 18. *Quid habes illius* cett. h. e. *quid* amplius *habes*, quantulum restat *illius faciei, quae spirabat amores*, nos: *welche Liebe hauchte.* Vossius sic: *Was bleibt jener, o jener noch, Die, holdselige Anmut Athmend, ganz mich geraubt mir selbst?* — *felix post Cinaram*, quae soli Cinarae pulchritudini cederet, inferior esset, hinc *nota*, fama et carminibus valde celebrata. — *quae me surpuerat* (antique pro: surripuerat) mihi, vid. Catull. XLIX, 5. *misero quod omnes eripit sensus mihi*, quo summa admirationis, voluptatis, amoris vis adumbratur et depingitur. — *artium gratarum*, quae oculis, nutu superciliorum, cervicis volubilitate, capitis gratia, totius denique corporis motu placet. (Schol. Cruq.) — v. 22. Sed fata *breves annos*, breve vitae spatium *Cinarae dedere*, concessere, *servatura Lycen*, (quam scilicet fastidit Orcus) vitam Lyces prolongatura, *parem temporibus cornicis vetulae*, eo usque, donec huius avis longaevae annos aequaret; quod quidem aeque iocose atque ironice poetae dictum animadver-

---

pelivit. *Inclusi* enim defuncti tumulo dicuntur. [*Venus*] venustas, cuius ab ea fugam ideo se simulat dolere, ut ei moerorem incitet maiorem. [*Motus*] saltatus, i. e. quid habes illius aetatis pristinae aut quid tibi praeteritae gratiae remansit? [*Surpuerat*] syncope pro surripuerat, h. e. alienum amorem fecerat. [*Felix*] pulchra. [*Post Cynaram*] *post* aut ad qualitatem pertinet aut ad tempus, i. e. secunda pulchritudine a Cynara ac post illam defunctam, tu ad amandum elegantior. [*Notaque et artium Gratarum facies*] probata et artifex. [*Breves Annos fata deder.*] tanquam quae immatura aetate perierit. [*Cornicis vetul.*] *cornix* enim diu dicitur vivere, cui Lycen comparat per longinquitatem vitae. [*Possent ut iuv. visere fervidi*] ut quae incenderat vultum suum, ad vicem facis,

fastis] quae iam retro acta sunt. [*Quae me surpuerat mihi*] i. e. surripuerat. [*Felix post Cynaram notaq. et art. Grat. facies*] *post Cynaram* utrum ad qualitatem pertinet, an ad tempus, i. e. secunda pulchritu-

Possent ut iuvenes visere fervidi
Multo non sine risu
Dilapsam in cineres facem.

CARMEN XIV.

Argum. *Quamquam huiusce carminis argumentum eiusque tractatio poetica quarto Lib. IV. carmini in universum persimilis sit, tamen alia via ad finem in Carm. XIV. sibi propositum tendit. Iussus Horatius celebrare Tiberii et Drusi Neronum victoriam de Rhaetis et Vindelicis reportatam, cum supra carmine IV. Drusi proprie laudes dixisset, tum hoc Tiberium inprimis celebrat. Ceterum conf. IV,* 2. *et IV,* 4.

AD AVGVSTVM.

Quae cura Patrum, quaeve Quiritium
Plenis honorum muneribus tuas,
Auguste, virtutes in aevum

---

te. Quod cornices adtinet, vid. III, 17, 13. — *Possent visere non sine risu*, ut riderent *iuvenes fervidi*, qui annosae vetulae suaviter opponuntur. — *Dilaps. in cin. facem*, sc. *faci* ardenti comparatur puella pulchra, calefaciens et accendens amore iuvenes. Igitur cum senescit, erit *fax in cineres dilapsa*, paullatim consumpta, informis facta, in cinerem resoluta, omni pulchritudinis vestigio exstincto.

---

v. 1 — 9. Significat, senatum populumque Romanum, quantumvis studii curaeque conferat ad iustos et meritos Augusto honores decernendos, nullos tamen eius in patriam meritis dignos decernere ullo modo posse. — *virtutes in aevum aeternare*, h. e. ita celebrare, ut ipsarum memoria *in aevum* perduret, aeternitati consecrare, congerendis in eum *honoribus*, iisque titulis s. *per titulos* ac *memores fastos* proditis. *Tituli* complectuntur monumenta publica, statuas cett. Cf. supr. III, 24, 27 et 28. — *Fasti.* Quod adtinet hoc verbum, hîc duplicem eius commentationem adponere placet, eam nempe, quam *Ianius* pag. 489. dedit, et nostram, quo facilius lector eruditus utramque non solum inter se comparare, sed etiam recensere possit:

---

in cinerem annis consumeretur aetatis, iuvenibus iam facta risui. Et quod *facem* dixerat, bene *delapsam* in cineres memoravit. [*Delapsam in cineres facem*] ita, inquit, misisti pulchritudinem, sicut fax consumpta in cinerem.

dine? [*Delaps. in cineres facem*] ἐμφατικῶς. Illam autem amoris *facem delapsam* ait in cineres et consumptam refrixisse.

ACR. [*Quae cura patrum, quaeve Quiritium*] negat ullos a senatu vel populo Romano dignos honores inveniri, qui pro meritis vel triumphis Augusti aeternitati ipsius consecrentur. [*Memoresq. fastos*] *fasti*

POR. [*Quae cura patr. quaeve Quirit.*] negat ullo senatus populive Romani obsequio posse pro meritis dignos honores inveniri virtuti-

Per titulos memoresque fastos
Aeternet? o, qua sol habitabiles
Inlustrat oras, maxime principum,
Quem legis expertes Latinae
Vindelici didicere nuper,
Quid Marte posses. Milite nam tuo

v. 4. *fastos* vid. Var. Lect. ad III, 17, 4.

FASTI, libri publici ap. Romanos, qui non solum dierum festorum et profestorum totius anni, Consulum nominibus signati, descriptionem et ordinem, sed etiam brevem recensum magistratuum, rerumque memorabilium, per annum eiusque singula tempora, gestarum, continerent, hactenus annales etiam dicti. Igitur finitus et praeteritus quisque annus iam cum omnibus suis diebus, temporibus, rebusque gestis, fastis conditus atque inclusus erat, quatenus et semel inscripta illis omnia et mandata erant, neque iam vel revocari vel aboleri aut infecta reddi poterant. Hinc praeteriti Lyces anni declarantur per tempora fastis condita, quod simpliciter accipiendum de temporibus, quae illa vidit, vivendoque superavit cett. Iani. *vid. Carm. IV*, 13, 15.

FASTI, sc. dies, primum ab Numa rege instituti, qui nefastos dies fastosque fecit, cf. Liv. I, 19. *extr. Die dies fasti werden nach der Reihefolge aufgezählt, und die Tagesbegebenheiten oder Ereignisse jedes Tages erzählt. Daher der Calender selbst oder das Buch, in welchem alle gerichtliche und ungerichtliche (fasti et nefasti), folglich auch festliche (festi) Tage, so wie die Namen der obrigkeitlichen Personen und ihre Thaten etc. aufgezeichnet standen. Weil nun die Geschichtschreiber, wenn sie Roms Geschichte beschreiben wollten, der Ordnung der Tage im Calender folgten; daher heissen Fasti: Chronik, Jahrbuch, Annalen. Liv. IX,* 18. — *In die Fasten wurden, wie schon bemerkt worden ist, alle obrigkeitlichen Personen, namentlich die Consuln, so wie alle Ereignisse des Tages, welche irgend wichtig (notatu dignae, sc. res gestae) waren, gewissenhaft eingetragen und niedergeschrieben. (Nunc sequitur omnium, qui huc pertinent, locorum interpretatio, quam lector benevolus in ipso compendio, suo tempore in lucem edendo, legere poterit.) In Q. HORATII FLACCI opera omnia LEXICON edidit Gvilielmvs Bravnhardvs Thuringus.*

v. 6. *maxime principum*, cf. I, 16, 11. III, 25, 4. III, 14, 5. — *legis expertes Latinae*, non antea a Romanis subacti, qualibus leges Romanae

sunt annales, qui ad commemorationem honorum vel rerum gestarum inventi sunt, ipsi enim fasti dicuntur indices virtutis sive in quibus memoria temporum continetur. [*Aeternet*] aeternum faciat et laudibus consecret. [*O qua sol habitabiles*] habitabiles, propter inhabitabilem κεκαυμένην. [*Quem legis expertes Latinae*] latinitatis nescii vel civitatis. Augusto imputat de Vindelicis Drusi victoriam, quia eius ordinatione et exercitu vicerat. [*Milite nam tuo*] hyperbaton. Ordo enim rectus est: *Drusus*

bus Caesaris, quibus in aeternum consecretur. [*Aeternet*] fictum verbum est *aeternet*. [*Quem legis expertes Latinae Vindelici didicere nuper, Quid Marte poss.*] non sic haec dicit, quasi ab Augusto Caesare Vindelici debellati sint, sed quod Drusus exercitibus auspiciisque Augusti eos debellaverit. [*Genaunos Breunosq.*] Cisalpinae gentes sunt hae. [*Et arces Alpibus imposit. tremend.*] non, ut dictum est, intelligamus, sed hos

Drusus Genaunos, implacidum genus,
Breunosque veloces et arces
Alpibus impositas tremendis
Deiecit acer, plus vice simplici.
Maior Neronum mox grave proelium
Commisit inmanesque Rhaetos
Auspiciis pepulit secundis,
Spectandus in certamine Martio
Devota morti pectora liberae
Quantis fatigarit ruinis,
Indomitas prope qualis undas

v. 10. *Genaunos* (Γεναύνους) et *Breunos* (Βρεύνους) [Ptolem. II, 13. Strab. VII. p. 313.] e codd. recte scripserunt intpp. Plerique codd. mire variant, vid. Iani. — 13. *Plus vice simplici*, i. e. non uno proelio, non uno conflictu Drusus debellavit Genaunos, Breunosque et arces Alpibus impositas deiecit, subvertit. Ianius *plus vice simplici*, puncto praeposito, refert ad sequentia, ut non unicum proelium postea memoretur a Tiberio factum. Vid. *Fea* ad h. l. — 19. *fatigarat* Dess. 2. Lips. 2 a m. pr. — *fatigaret* Doering, Mitscherlich, Fea, Iani. Sed *Iahnus* edidit *fatigarit* ex duobus Feae codd. quod propter *spectandus* necessarium esse videtur. Sic mihi quoque videtur, quamobrem *fatigarit* recepi. — *Spectatus*, i. e. probatus, pro *Spectandus* coni. *Iever.*

imponebantur. — *Quid Marte posses*, quam fortiter in pugna pugnares. — *didicere*, ut alias *sentire*, vid. supra IV, 4, 25. item 6, 3. — *arc. Alpib. imposit. tremendis*, castella Alpium iugis horrendae magnitudinis imposita; *deiecit*, h. e. deturbavit, apposite tam de montium incolis, quam de castellis in montium iugis exstructis. — *plus vice simplici*, ita ut non vicem tantum hostibus rependeret, sed multo gravius quam accepisset, iis damnum infligeret, cf. I, 28, 32.: *vicesque superbae*. — v. 17. *Spectandus*, περίβλεπτος, egregium sui spectaculum praebens, cuius fortitudo mirationem faceret. — *devota pectora*, morti enim pro libertate suscipiendae ita se vovere solebant Germani et populi Celtici, ut, se vitam potius pro libertate deposituros, quam se hosti dedituros esse, sacramentum darent. —

acer non simplici vice deiecit Genaunos. [*Implacid. genus*] implacabiles Genauni et Breuni gentes Galliarum. [*Tremendis*] terribilibus. [*Plus vice simplici*] aut non simplicem vicem, quia dupla, quam dederant, clade perculsi sunt, aut quia dixit, *acer non simplici vice.* [*Maior Neronum*] Drusus, qui maior natu fuit. [*Immanesq. Rhaetos*] i. e. fortes. [*Secundis*] prosperis. [*Spectandus*] famosus vel terribilis bellator. [*Devota morti pectora*] Rhaetorum gentis animos libertatis amore morti destinatos fuisse dicit. [*Quantis fatigaret ruinis*] tempestati furenti viri fortis animum comparavit. [*Pleiadum*] *Pleiades* dictae sunt, quae et Vergiliae,

tremendos, i. e. timendos, qui eas habitant. [*Deiecit acer plus vice simplici*] vult intelligi in vastandis his non tantam illis cladem intulisse, quantam ipsi dederant, sed duplam, h. e. eam non simplici vice reddentes. [*Maior Neronum*] ordo est: *Drusus est maior Neronum*, hic enim maior natu fuit. [*Devota morti pectora liberae*] eleganter, non metuens mortem liberam, perpetuo epitheto dictum accipe. [*Quantis fat. ruinis*] hostium ruinis supple. [*Indomit. prope qualis undas Exercet Auster*] mirum quod sequitur, cum enim praedixisset, *qualis*, non intulit, quod erat

Exercet Auster, Pleiadum choro
Scindente nubes: inpiger hostium
Vexare turmas et frementem
Mittere equum medios per ignes.
Sic tauriformis volvitur Aufidus,
Qui regna Dauni praefluit Appuli,
Quum saevit horrendamque cultis
Diluviem meditatur agris:
Vt barbarorum Claudius agmina
Ferrata vasto diruit inpetu
Primosque et extremos metendo
Stravit humum, sine clade victor:
Te copias, te consilium et tuos

v. 28. Codd. inter *meditatur* et *minatur* variant et utrumque habet, ut bene adnotat ad hunc locum *Iahnus*, V. D. quo defendatur; prius tamen magis poeticum esse videtur.

---

v. 20. Illustratur Tiberii in hostibus persequendis caedendisque virtutis ferocia Austri sub ortum Pleiadum maximas in mari turbas excitantis imagine. De Austro dominium in mare exercente cf. I, 1, 15. I, 3, 15. et III, 3, 5. — *impiger vexare*, in vexando, ut sexcenties alibi. — v. 25. Sequitur Tiberii cum torrenti omnia vastanti comparatio. — *tauriformis Aufidus*, *ταυρόμορφος*, quia tauri cornua vel a similitudine, quam fluctuum sonitus cum tauri mugitu habet, vel ab inexpugnabili robore fluviorum diis tribui solent. Ad rem cf. Homer. Il. ε', 87 sqq. Virg. Aen. X, 602 sq. — De *Aufido* vid. III, 30, 10. — *diruit*, Homer. Il. ε', 93. *κλονεῖν φάλαγγας.* — *sine clade*, sine damno suorum militum. — v. 33. Gesta sunt omnia

---

harum ortus tempestuosus est. [*Scindente nubes*] ita pugnantem Drusum scidisse dicit hostium turmas, ut ventus nubes undasque consuevit. [*Mittere equum*] irrumpendo in hostium cuneos. [*Per ignes*] per medium pugnae fervorem. [*Sic tauriform. volvit. Aufid.*] omnium fluminum famosorum vultus cum cornibus finguntur, ideo tauriformis propter impetus et mugitus aquarum. Vt: *Corniger Hesperidum fluvius.* [*Diluv. meditatur agris*] inundationem fluminis viro forti comparat, pro Drusi laude, ut: *Aut rapidus montano flumine torrens Sternit agros.* [*Primosque et extremos metendo*] ut: *Proxima quaeque metit gladio.* [*Sine clade*] sine damno suorum militum dicit. [*Te copias, te consil.*] Augusti auspiciis Drusum dicit hostes fudisse et felicitatem habuisse. [*Nam tibi, quo die*

constans, talis, sed *impiger*. Ergo sic totum intelligendum: *Qualis est Auster cum ortu Vergiliarum sive Pleiadum concitatus exercet undas, tam impiger Drusus hostium turmas vastabat.* [*Per ignes*] *ignes* nunc pro acerrimis concitatisque periculis accipere debemus. [*Sic tauriformis volvitur Aufidus*] omnia fluminum genera taurino vultu et cornibus pinguntur propter impetus et fremitum ipsarum aquarum. [*Cum saevit horrendamque cultis Diluviem meditatur agris*] male dixit *meditatur*, quia in ipso actu est, nec debet cogitare aut condiscere id, quod iam facit. [*Primosq. et extremos metendo*] sic et Virg.: *Proxima quaeque metit gladio*, de Aenea. [*Sine clade victor*] i. e. sine suorum clade. [*Te consil. et tuos Praebente Divos*] hoc ideo dicitur, quia auspisiis Caesaris

Praebente Divos. Nam, tibi quo die
Portus Alexandrea supplex
Et vacuam patefecit aulam,
Fortuna lustro prospera tertio
Belli secundos reddidit exitus,
Laudemque et optatum peractis
Inperiis decus adrogavit.
Te Cantaber non ante domabilis,
Medusque et Indus, te profugus Scythes
Miratur, o tutela praesens
Italiae dominaeque Romae!
Te, fontium qui celat origines,
Nilusque et Ister, te rapidus Tigris,
Te belluosus, qui remotis
Obstrepit Oceanus Britannis:

v. 35. *Alexandrea*, *Ἀλεξάνδρεια*, omnino praestat ob optimorum codd. consensum.

---

tuis *copiis*, tuo *consilio*, tuisque *auspiciis*. — v. 41. De *Cantabria* ab Augusto in provinciae formam redacta vid. II, 6, 2. et III, 8, 22. De *Medis* s. Parthis vid. III, 5. init. — *Indus*, cf. I, 12, 56. et IV, 15, 23. — *Scythes*, cf. II, 9, 23. et III, 8, 23. — *profugus*, ut I, 35, 9. — *tutela praesens*, ut supra III, 5, 2. *Divus praesens*, ubi vid. not. — v. 45. More poetico declarantur populi terraeque per fluvios: per *Nilum* Aegyptus, per *Istrum* Pannonia, Dacia, ipsaque Rhaetia, per *Tigrin* Armenia. —

Portus Alexandrea supplex] felicitati adsignat Augusti Drusi victoriam, demonstrando annos duodecim eo die Alexandriam ab Augusto captam, quo Drusus Vindelicos superavit. Pompeii enim mortem Actiaco bello ultus Augustus est. [*Vacuum*] sine hoste, sine domino. [*Et optatum peractis*] immortalitatem et consecrationem videtur significare. Peractis enim imperiis divinos honores meruit Augustus, ut idem in secundo epistolarum: *Praesenti tibi maturos largimur honores, Iurandasque tuum per nomen ponimus aras.* [*Non ante domabilis*] nulli ante Caesarem victus. [*Profugus Scythes*] aut sub aquilone interius constitutus aut qui nunquam in eodem loco maneat. [*O tutela*] Augustum dicit. Sic idem alibi: *Res Italas armis tuteris, moribus ornes.* [*Praesens*] aut potens sive propitia, ut Virgil.: *Et vos agrestum praesentia numina Fauni.* [*Te font. qui celat origin.*] origo enim Nili nescitur, ut: *Et genus si qua iacet nascenti conscia Nilo.* Gentes fluminum commemoratione designat. [*Belluosus*] plenus belluis et monstris. [*Obstrepit Oceanus Britannis*] Britanni enim interfuso Oceano a terris omnibus separan-

haec egisse dicitur. [*Nam tibi quo die*] ita evenit, ut post annos quindecim Drusus eo die Rhaetos Vindelicos vinceret, qua die Augustus Alexandriam vicerat. [*Et opt. peract.*] immortalitatem et consecrationem videtur significare, cum dicat: *peractis imperiis.* [*Te profugus Scythes*] *profugus* dicitur, qui nunquam eodem loco manet; unde etiam *νομάδες* dicuntur. [*Te non paventis funera Galliae*] per *ζεῦγμα* ex inferiore versu accipere debemus. *Non paventes* autem Gallos funera ait, quia

Te non paventis funera Galliae
Duraeque tellus audit Iberiae:
Te caede gaudentes Sygambri
Conpositis venerantur armis.

CARMEN XV.

Argum. *Augusti laudes hoc carmine canit, quamvis a canendis eius proeliis ab Apolline deterritum se fuisse dicat. Potissimum autem laudat eum, quod pacem suis reddiderit et refrenata morum corruptela eas artes revocarit, per quas amplificatum a maioribus fuerit imperium. — Sub Augusto Iani templum ter clausum fuit, vid. Sueton. Aug. Vit. c. XXII. primum quidem ā. u. DCCXXV. post victoriam Actiacam, secundum DCCXXX. post bellum Cantabricum, tertium DCCXLIV. Interpretes hoc carmen ad annum, quo tertium Iani templum clausum fuit, recte referunt. Ceterum compara cum hoc carmine huius libri quintum.*

AVGVSTI LAVDES.

Phoebus volentem proelia me loqui
Victas et urbes, increpuit lyra,

v. 2. *lyra* cum *loqui* iungendum esse, monuit Wadius et *Iahnus* addidit: recte, de qua iunctura (quam *Doeringus* quoque in Edit. Horatii quarta probatum ivit) ego quidem vehementer dubito, nam cur *increpuit* cum *lyra* iunctum (sic *M.* iungit, cuius interpretationem secutus sum, paucorum unus, ut ait *D.*, cui illa probabilis videtur) falso habeat, nullus intelligo. *Iahnii* ieiune additum ‚recte' minime sufficit in huiusmodi re, quae erat comprabanda. *Loqui* sexcenties simpliciter positum pro *canere* usurpatur, *increpuit lyra* autem optimum praebet sensum, cf. *Ianius* ad h. l.

---

belluosus, belluis scatens, ut III, 27, 26. *μεγακήτης*. — *tellus Galliae non paventis funera*, mortem non timentis. Cf. Caes. B. G. VI, 14. — *Iberiae durae*, vid. supr. IV, 5, 27—28.: *ferae Iberiae*. — *Sygambri*, vid. IV, 2, 36. ubi *feroces* audiunt; ita ut unum per alterum declarare possis. — *Compos. armis*, reconditis telis, bello composito, induciis factis sive pacis conditionibus atq. sim.

---

v. 1 — 4. *Me loqui volentem*, canere adgressum *proelia et urbes victas*, Augusti victorias, subito adstans (quod ex phantasmate poetico fin-

---

tur, ut: *Et penitus toto divisos orbe Britannos.* [*Non paventis funera Galliae*] Galli enim mortem ferocia non pavent. [*Duraeque*] laboriosae, ut: *Aut impacatos a tergo horrebis Iberos.* [*Te caede gaudentes*] bella optantes adsidua. [*Sigambri*] qui et Germani. [*Compos. vener. armis*] iam pacatis moribus et feritate deposita.

vel ferocia vel vera persuasione rursus renascendi, mortem non timebant, de quibus Lucanus ait: *Animaeque capaces Mortis et ignavum rediturae parcere vitae.* [*Compos.*] i. e. pacatis.

Ne parva Tyrrhenum per aequor
Vela darem. Tua, Caesar, aetas
Fruges et agris retulit uberes
Et signa nostro restituit Iovi,
Derepta Parthorum superbis
Postibus et vacuum duellis
Ianum Quirinum clusit et ordinem
Rectum evaganti frena Licentiae

v. 9. *Ianum Quirinum clausit.* Mss. omnes et codd. vett. habent *Quirini.* Sed iam Passeratius apud Lambinum, cui non displicet, coniiciebat, legendum *Quirinum.* *Clausit* vulgata omnium lectio, sed *clusit* emendat Cun. et recepit Iani, aliique plures, quia et in numis et in inscriptionibus reperitur. Vid *Fea* et *Ianius* in Var. Lect. ad h. l.

---

git) Phoebus *increpuit lyra*, lyra tacta admonuit, *ne* cett. *parva vela darem*, ne exigua rate *per aequor* navigarem atque altum petam. Allegoria est, quemadmodum supr. III, 3, 72.: *Magna modis tenuare parvis* dixit. — v. 5 — 16. *Tua, Caesar, aetas*, sc. te imperante s. sub imperio tuo. — *fruges uberes*, ubertatem, supr. IV, 5, 8.: *Nutrit rura Ceres almaque Faustitas.* — Mentionem facit signorum Romanorum militarium a Parthis receptorum, vid. argum. hui. libr. carm. V. — *postibus*, sc. templorum, cf. supr. III, 5, 18. — *vacuus duellis*, Iani templum quatenus clausum est signum imperii bello vacui. — *frena iniecit*, compescuit, edomuit morum *licentiam;* similiter supr. III, 24, 29.: *Indomitam audeat refrenare licentiam.* — *emovit*, funditus exstirpavit, excidit *culpas*; hinc supr. IV, 5, 22.: *Mos et lex maculosum edomuit nefas.* —

ACR. [*Phoebus volentem proelia me loqui Vict. et urb. increpuit lyra*] non lyra increpuit, sed volentem me praelia lyra loqui, quod est: lyrico carmine, Phoebus increpuit; amoribus enim aptum hoc est metrum, ut: *Cum canerem reges et praelia, Cynthius aurem Vellit et admonuit.* [*Ne parva Tyrrhen. per aequor*] per allegoriam significat, magnam materiam non sufficienti ingenio et humili generi carminis non debere committi. [*Fruges et agris retulit uberes*] seu quia in pace diligentior cultus uberiorem fructum facit seu quasi ipse Deus Caesar faveat frugibus. Vt: *Ecce Dionaei processit Caesaris astrum: Astrum, quo segetes gauderent frugibus.* [*Et signa nostro restituit Iovi*] quae interfecto cum exercitu Crasso a Parthis Augustus receperat. [*Et vacuum duellis*] i. e. bellis. [*Ianum Quirini claus.*] significat omnia pacata sub Caesare, templo Iani clauso, quod belli tempore semper patere consueverat. Vnde ad significationem futurae pacis apud Virgilium: *Claudentur belli portae.* [*Vaganti frena licent. Iniecit*] leges tulit, quibus mores regerentur. [*Amovitq. culp.*] removit, eiecit, ut: *Emoti procumbunt cardine postes.*

POR. [*Phoebus volent. prael. me loqui*] quidam separant hanc oden a superiore, sed potest illi iungi, quoniam hic laudes dicuntur Augusti. [*Increpuit lyra*] non lyra increpuit, sed volentem praelia me lyra loqui, i. e. lyrico carmine. [*Ne parva Tyrrhen. per aequor Vela darem*] *ἀλληγορικῶς* significat, ne magnam materiam humili generi carminis committerem. [*Et signa nostro restituit Iovi*] *signa*, quae adempta Romanis interfecto exercitu a Parthis, Crasso duce, Augustus recuperavit. [*Ianum Quirini clausit*] i. e. pacem ubique fecit, tunc enim claudebatur, belli vero tempore patebat, nam et Virgilius volens ostendere perpetuam pacem futuram, sic ait: *Claudentur belli portae.* [*Et ordin. Rect. eva-*

Iniecit emovitque culpas
Et veteres revocavit artes,
Per quas Latinum nomen et Italae
Crevere vires, famaque et imperî
Porrecta maiestas ad ortum
Solis ab Hesperio cubili.
Custode rerum Caesare, non furor
Civilis aut vis exiget otium,
Non ira, quae procudit enses
Et miseras inimicat urbes.
Non, qui profundum Danubium bibunt,
Edicta rumpent Iulia, non Getae,
Non Seres infidive Persae,
Non Tanain prope flumen orti.
Nosque et profestis lucibus et sacris

revocavit vet. artes, instituta et praecepta maiorum, quae Romanum auxere imperium, nempe continentiam, parsimoniam, omnemque virtutem, antiquam Romanorum disciplinam. — v. 17. *Custode rerum Caesare*, vid. ad IV, 5, 2. Simplicius tamen infr. III, 14, 14. eadem sententia habet pariter atque IV, 5, 27. — *ira, quae procudit enses*, inimicitiae civium, quae ad vim procedunt. — *qui prof. Danub. bibunt*, ut supr. II, 20, 20. — *Getae*, ultra *Dacos* quidem Orientem et pontum Euxinum versus ad Istrum sedem suam habebant Getae, vid. Strab. VII. pag. 467. — *Seres*, Seres vel Indi, in Romanorum potestatem subacti, vid. Sueton. Vit. Aug. c. XXI. — *Scythae*, vid. II, 9, 23. III, 4, 36. — v. 22. *edicta Iulia*, leges Augusti, *non rumpent*, i. e. nunquam adversus eum rebellabunt. Sunt *edicta* et verae leges, victis populis impositae et leges s. conditiones foederum pactorumque cum barbaris gentibus initorum. — v. 25. *Nos* beatissimi otio atque securitate fruentes auctorem tanti muneris, tanquam deum tutelarem, libatione et hymnis veneramur. Cf. IV, 5, 33. — *et profestis lucibus et sacris*, non solum sacris et festis diebus, in sollenni communique religione, sed etiam profestis et sic quotidie, suae quisque

[*Et veteres revoc. art.*] in his enim virtutibus veteres vitae artes esse dicebant, prudentia, iustitia, fortitudine et temperantia, per has omnes constare voluerunt politias. [*Ad ort. Solis ab Hesperio cubili*] ut: *Imperium Oceano, famam qui terminet astris.* Ab oriente ad occasum imperium significat pervenisse Romanum, ut: *Qua sol utrumque recurrens Respicit Oceanum.* [*Exuet*] excludet. [*Procudit*] incudibus producit et fabricat. [*Et miseras inimicat urbes*] *inimicat*, i. e. inimicas facit. *Miseras* autem, tanquam bellum patientes. [*Non qui profundum Danub. bib.*] gentes a fluvio, ut: *Qui Tiberim Fabarimque bibunt.* [*Edicta rump. Iulia*] a nullis gentibus dicit leges Augusti contemni, in Iuliam enim gentem fuerat adoptatus Augustus. [*Getae*] Gothi. [*Infidiq. Persae*] Crassum enim securum de pace persuaserant. [*Non Tanain prope flumen orti*] Scythae. [*Profestis lucibus*] diebus. *Profesti* dies dicebantur, qui

ganti frena licentiae Iniecit] ordo est: *Iniecit frena Licentiae ordinem rectum evaganti.* [*Non furor Civilis aut vis exiget otium*] *Exiget*, nunc excludet, ut sit, quasi extra aget, ut Terentius: *Spectandae an exigendae sint vobis.* [*Non ira, quae procudit enses*] *procudit*, h. e. fa-

Inter iocosi munera Liberi,
Cum prole matronisque nostris
Rite Deos prius adprecati,
Virtute functos, more patrum, duces,
Lydis remixto carmine tibiis
Troiamque et Anchisen et almae
Progeniem Veneris canemus.

domi et privatis in conviviis, ita faciemus. — *iocosi*, iocos excitantis, cf. III, 21, 2. — *virtute functos*, qui magnas res patrare sustinuere, qui gravissimos labores atque aerumnas virtutis causa tolerarunt. *Virtus*, ἀνδρία, strenue agendo ac perseverando spectatur. — *Lydis remixt. carm. tibiis*, h. e. carmine cum tibiarum et modos Lydios edentium cantu in vicem se excipiente. Noti apud veteres sunt in arte musica: *modi Dorii, Ionii, Lydii, Aeolii, Phrygii.* — *Troia*, tanquam Romanorum metropolis, ad partes vocatur, propter inde oriundos *Anchisen* et *Veneris progeniem*, gentem Iuliam, ab Iulo, Anchisae et Veneris nepote, descendere creditam, cui quidem Augustus per adoptionem adnumerari debebat atque ad eum ipsum haec omnia inprimis spectant.

ante festos erant. [*Iocosi*] laetitiam iubentis, ut: *Adsit laetitiae Bacchus dator.* [*Rite*] cum affectibus. [*Adprecati*] invocantes. [*Virtute functos*] duces, inquit, optimos parentum pietate venerabimur, inter quos Augustus est. [*Lydis remixto carmine tibiis*] *Lydis tibiis* laeta cantabantur, Phrygiis tristia, tres enim modos habebant tibiarum: *Ionicum, Lydium* et *Phrygium*, quem et Barbarum. In honorem autem Lydorum dictum, quod ipsi primi tibias invenerunt. [*Troiamq. et Anchisen et almae Progen. Veneris canem.*] in honorem Augusti Venerem laudari vult, qua ab Iulii descendit origine. Ordo est: *Nos adprecati deos, canemus duces functos virtute, more patrum, remixto carmine tibiis Lydis et Troiam.*

bricat. [*Et miseras inimicat urbes*] *inimicat* fictum verbum est, i. e. inimicas facit. [*Non Tanaim prope flumen orti*] Scythas signat. [*Lydis remixto carmine tib.*] aiunt tres modos tibiarum esse: *Ionicum, Lydium, Barbarum.* [*Et almae Progen. Vener. canemus*] i. e. gentem Iuliam, quae a Iulio, nepote Veneris, oriunda existimatur.

Q. HORATII FLACCI

EPODON LIBER.

CARMEN I.

ARGUM. *GODOFREDVS HERMANNVS, Vir Celeberrimus, in libro suo „Elementa Doctrinae metricae" inscripto pag. 670. de epodis fere haec dixit: Quantum ex iis, quae ad nos pervenerunt, reliquiis iudicari potest, antiquissima Graecorum carmina ex versibus unius generis, iisque non nexis constiterunt. Sed quum poesis ex epici carminis magnitudine et gravitate ad breviora et tenuiora argumenta transferretur, numeros quoque apta aliqua complexione concludi oportebat. Ita inventi sunt epodi, quorum antiquissimum genus versui heroico subiectum habuit pentametrum, ex duabus heroici partibus factum. Excoluit hanc epodorum rationem maxime ARCHILOCHVS, nunc duos simplices versus consocians, ut:*

πάτερ Λυκάμβα, ποῖον ἐφράσω τόδε;
τίς σὰς παρήειρεν φρένας;

nunc priorem ponens asynartetum, ut:

τοῖος γὰρ φιλότητος ἔρως ὑπὸ καρδίην ἐλυχθεὶς
πολλὴν κάτ᾽ ἀχλὺν ὀμμάτων ἔχευεν.

nunc posteriorem, ut est in hoc Horatii:

Horrida tempestas caelum contraxit et imbres
nivesque deducunt Iovem: nunc mare, nunc siluae.

nunc utrumque, si quidem id iam Archilochus, et non alii post eum instituerunt. Ita in hoc Simonidis:

πολλάκι δὴ φυλῆς Ἀκαμαντίδος ἐν χοροῖσιν Ὧραι
ἀνωλόλυξαν κισσοφόροις ἐπὶ διθυράμβοις.

Et ut minor versus praecederet, qui proodi potius vocantur:

Petti, nihil me sicut antea iuvat
Scribere versiculos, amore percussum gravi.

Habemus quoque Hephaestionis (de Metr. pag. 70. edit. Pauw.) definitionem epodorum: εἰσὶ δὲ ἐν τοῖς ποιήμασι καὶ οἱ ἀῤῥενικῶς οὕτω καλούμενοι ἐπῳδοί, ὅταν μεγάλῳ στίχῳ περιττόν τι *(impar)* ἐπιφέρηται, οἷον· Πάτερ Λυκάμβα, *vid. supr. Versus sunt Archilochi in socerum; unde etiam apparet, Epodorum opus praecipuum esse maledicere, ut sunt pleraque huius libri. — Iam*

vero, ait Doeringus, cum ipse Horatius Archilochi se imitatorem profiteatur, (Epist. I, 19, 23.: Parios ego primus iambos Ostendi Latio, NVMEROS ANIMOSQVE SEQVVTVS ARCHILOCHI, non res et agentia verba Lycamben. Cf. Th. Schmid et nos infr. ad h. l.) hic liber EPODON autem eius iuvenilia inprimis et maledicentiora carmina contineat, profecto eorum sententia, qui ipsum illa ad Archilochi exemplum sensu latiore Epodon inscriptione tam insignivisse quam publicasse, existimant, magnam veritatis speciem prae se ferre videtur. — Omnino, inquam, nihil melius illa sententia a nobis hic relata de Epodorum inscriptione statui potest. — Argumentum huius carminis tribus quatuorve verbis, quibus utitur H. Stephanus, describere placet: „Maecenati ad bellum Actiacum proficiscenti comitem se offert." Nempe ad ea, quibus verae amicitiae fides spectaretur, referri quoque solebat promptus paratusque vel in remotissimas terras amicum comitandi animus, de quo conferatur Carm. Lib. II, 6.: SEPTIMI, Gades aditure mecum.

AD MAECENATEM.

Ibis Liburnis inter alta navium,
Amice, propugnacula,

v. 1 — 4. Per *naves Liburnas*, de quibus vide supr. ad I, 37, 30. designatur classis Augusti, per *alta navium propugnacula* autem classis An-

ACR. [*Ibis Liburnis*] metrum hoc Iambicum dicitur, primus enim versus iambicus trimeter est, secundus dimeter iambicus. *Epodon* carmen vocatur, cuius primus versus maior est, secundus minor. Et primus versus ἐπᾴδεται, i. e. praecanitur; vel quia Graece ἔπος carmen dicitur, ideo ἐπῳδῶν hic liber nominatur, quia continuo tenore primi versus sensus versu consequenti concluditur. Huius vero metri inventor fertur *Archilochus.* Duo autem sunt genera huiusmodi stili: *Epodon* et *Proodon*; ἐπῳδὸν dicitur quasi *post*cantatio, ut quid dicat primus versus, ordo sequentis explanet; προῳδὸν per contrarium, quasi *ante*cantatio. Hoc ipsum item epodon quasi proodon, h. e. post vocem, post cantilenam. Liber iste Epodon appellatur. Et quaeritur de nomine ipsius. Solvitur sic: Aut quia in itinere posito Maecenati hoc dicit aut quoniam ita versus ordinati sunt, ut singulae quibusque clausulae recinant. *Clausulam* dicunt lyrici praecisos et non integros versus. Praecedit semper trimeter iambicus et sequitur dimeter. Trimeter autem dicitur, qui habet sex iambos, dimeter, qui habet quatuor. Iambicus trimeter tragicus recipit pedes dextros, videlicet, spondeum primum, tertium et quintum: sinistros iambos, videlicet, secundum, quartum et sextum: *Diu potentes ferre vix satis opem.* Comicus erit, qui frequentes tribrachos habet, ut: *Agite, quid dubitatis hilares dare choros.* Satyricus medius, ut: *Musae Iovem laudate et hilares date choros.* [*Ibis Liburnis*] Maecenatem prosequitur euntem ad bellum navale cum Augusto adversum Antonium et Cleopatram. Ad Actiacum enim bellum iturus Caesar Augustus, Liburnis praeposuit Maecenatem. Hac igitur illum poeta oratione solatur. *Liburnae* naviculae sunt textae viminibus. [*Amice, propugnacula*] ut in muro, ita et in

POR. [*Ibis Liburnis*] Hic liber *Epodos* inscribitur, scilicet quod ita versus in eo ordinati sunt, ut singulis quibusque clausulae suae succinantur. *Clausulas* autem lyrici appellant quasi pretiosos versus integris subiectos, qualis est secundus: *Amice, propugnacula*, et deinceps alterni, quibus tertia pars deest, qua minus sint praecedentibus similes ipsi

Paratus omne Caesaris periculum
Subire, Maecenas, tuo.
Quid nos? quibus, Te, vita, si superstite,
Iucunda, si contra, gravis?
Vtrumne iussi persequemur otium
Non dulce, ni tecum simul?
An hunc laborem mente laturi, decet
Qua ferre non molles viros?

v. 4. Wakefield corr. *tui*, Bothius *Caesari tuo*. Sed sensus est: Tu *tuo* ipsius periculo *Caesaris periculum* subire paratus es. — 5. Plurimi codd. *si*, alii *sit* exhibent, quod recepit *Iahn*, cui altera lectio nimis contorta esse videtur, quamquam alterum, quod sequitur, *si* antecedens eodem sensu tanquam rectum optime tueatur.

---

tonii et Cleopatrae, cuius *naves* (Flor. IV, 11.) *turribus atque tabulatis allevatae castellorum et urbium species prae se ferebant*. Cf. Dio L. 18. Virgil. Aen. VIII, 690. de classe Antonii: *pelago credas innare revulsas Cycladas aut montes concurrere montibus altos: Tanta mole viri turritis puppibus* instant. Cf. Plin. XXXII, 1. — v. 5. *Quid nos* capiemus consilii, *quibus vita*, ita demum *iucunda* atque expetenda videtur, si *superstite te fuerit*, contigerit, quae contra, te non superstite, *gravis*, molesta atque iniucunda futura est. Vid. II, 17, 5—8.:

Ah! te meae si partem animae rapit
Maturior vis, quid moror altera?
Nec carus aeque, nec superstes
Integer et quae sequuntur tenerrimum amorem testificantia. — v. 7—10. *persequemur otium*, domi ego vitam otiosam sectabor, *iussi*, ego quidem a te iussus remanere, *non dulce*, *ni tecum simul*, non nisi in tua societate iucundam, sc. vitam otiosam. — *an laborem*, nempe belli molestias, *mente*, animo *quo decet non molles*, fortes *viros*, fortiter

---

navibus fiunt propugnacula, post quae dimicantes armati consistunt. [*Quid nos*] ἔκλειψις, deest: *faciemus*. [*Superstite*] *Superstitem* pro praesenti posuit, ut Plautus: *Nemo adest hic superstes*. [*Vtrumne iussi*] a Maecenate aut a Caesare. Ipso enim agente Horatius ab Augusto meruerat militiae vacationem, quod in iucundum sibi sine ipso confirmat. [*An hunc*]

sequentes, quos merito Hellines clausulas appellant et ἀλλοιώσεις. Basi enim tertiae pars opus est, ut integer fiat. [*Inter alta navium, Amice, propugnacula*] non videtur verecundiae Horatii convenire, ut amicum se Maecenatis dicat, cum clientem debebat dicere. Numquid ergo sic ordinanda phrasis est, ut *amice Caesaris* intelligamus? et ideo bis *Caesaris* accipiendum erit, ut sit tale: *Amice Caesaris Maecenas, ibis Liburnis paratus omne periculum Caesaris tuo periculo subire*. [*Quid nos? quibus te vita sit superstite Iucunda, si contra, gravis est*] bis posuit *periculum*, si semel abundat. Melius enim sic loqueretur: *Quibus te superstite vita iucunda est, si contra, gravis*; ergo verbum extrinsecus accipiendum ex eo sit, ut plena fiat elocutio. [*Gravis*] i. e. superstiti contraria. [*Vtrumne iussi persequemur otium*] iussi a te? aut numquid a Caesare? dicitur enim Caesar Augustus dedisse Horatio militiae vacationem, cum aliis negasset. [*An hunc labor. mente laturi, decet Quem ferre non molles viros, Feremus*] Sensus autem hic est: Numquid animo laboraturi per absentiam tuam, suscipimus et corporis laborem te-

Feremus, et te vel per Alpium iuga,
Inhospitalem et Caucasum,
Vel Occidentis usque ad ultimum sinum
Forti sequemur pectore.
Roges, tuum labore quid iuvem meo
Inbellis ac firmus parum?
Comes minore sum futurus in metu,
Qui maior absentes habet.
Vt adsidens inplumibus pullis avis
Serpentium adlapsus timet
Magis relictis: non, ut adsit, auxilî
Latura plus praesentibus.
Libenter hoc et omne militabitur

---

tecum tolerabimus. — v. 11. *Feremus*, stat nobis propositum; statutum est mihi, te ubicunque sequi. — *Inhospitalis Caucasus* supr. I, 22, 6. eodem epitheto significatur, de qua quidem significatione vide notam ad l. c. — Quaeras fortasse, *quid tuum laborem*, te cum laboribus vel adeo maximis periculisque conflictantem *iuvem*, opem tibi afferre possim, *meo labore*, si periculorum fiam particeps? — v. 19—22. *ut avis*, *adsidens implumibus pullis*, dum adsidet, adest, praesens sit pullis, timet quidem serpentes; *magis* tamen timet, sollicita est, *relictis* iis (dandi casu accipio), quamquam absens: *ut adsit*, si vel maxime praesens sit, iis *praesentibus*, quatenus ipsa praesens iis facta, *non plus auxilii* allatura sit, non magis eos praesentia sua tueri possit. — v. 23. *hoc bellum militabitur*, socium me tibi in hoc et omnibus, quibuscunque tu interfueris bellis, adiungam, tecum belli pericula prompto animo capessam ac sustineam, *in spem tuae gratiae*, sperans, me ita, si hoc nempe fecerim, gratiam apud te initurum.

---

supple: tecum suscipiemus laborem, quem molles ferre non possunt? [*Inhospitalem*] aut propter nimia frigora aut *inhabitabilem* propter montis ipsius asperitatem, ut: *Inhospita Syrtis*. [*Pectore*] animo, μετωνυμικῶς. *Imbellem* enim se corpore in sequenti dicturus erat. [*Quid iuv. meo*] humanae mentis ratio est, ut per diversas suspiciones dilectis plus timeatur absentibus. Dicit ergo non quod comitatu suo imbecillis fortissimum virum posset iuvare; sed aut praesens cum eo tutior esse aut salutis eius minorem praesens sustinere sollicitudinem. Lucanus ut timorem sollicitae mentis ostenderet, cecinit: *Eventus belli sciat ultima coniux*. [*Comes*] si comes sum. [*Vt adsidens implumib. pullis avis*] apta, inertium curae, avium comparatio. Illae enim nidos non relinquunt cura pietatis, dum vindicare non possunt. [*Serpent. adlapsus*] ut ipsa serpentium incursus timent magis pullis relictis. [*Libenter hoc et omne militab. Bel-*

cum eundo? Corporis enim labor vult non mollium virorum. [*Comes minore sum futurus in metu, Qui maior absentes habet*] Sensus est: si comes sim, minorem metum patiar, qui semper absentibus esse solet. Attende a singulari numero ad pluralem transitum fecisse nunc. [*Vt adsidens implumibus pullis avis serpentium allapsus timet*] attende elocutionem *illis timet* per dativum casum, non pro illis timet. Sic Terent.: *Syre, tibi metui male*. [*Non ut adsit auxil. Latura plus praesentibus*] *sit* verbum hic deest et *si* particula, quia ordo et sensus hic est: *Non ut plus auxilii praesentibus sit latura, si adsit*. [*Pecusve Calabris*

Bellum in tuae spem gratiae:
Non ut iuvencis inligata pluribus
Aratra nitantur mea,
Pecusve Calabris ante sidus fervidum
Lucana mutet pascua,
Nec ut superni villa candens Tusculi
Circaea tangat moenia.
Satis superque me benignitas tua

v. 26. *Aratra nitantur mea*, apud Lamb. Bersm. Canter. Bentl. qui probat; quia possessivum *meus* cum propiore nomine coniungi debet, nec duplex adiectivum *iuvencis* rectius convenit. — alii *meis*, ut Cod. Goth. — 29. *superni villa candens Tusculi.* Contra mss. codd. et edd. omn. fidem Bentleius emendat et legit: *supini*, ad exemplum supr. III, 4, 23. ab Horatio propositum: *Tibur supinum.* In Cod. Goth. legitur *supremi* loco *superni*, memorabilis lectio. Mutantur vero saepius *supernus* et *supremus* ex errore librariorum.

— *Non ut iuv. inlig. plur. Aratr. nit. meis*, (sic *M. mea D.* vid. Var. Lect.) h. e. arent. *aratrum nititur*, obnititur *iuvencis*, quatenus aegre ac difficulter ab iis promovetur, vomere in terram impresso. — v. 28. In Calabria et Apulia oves hibernabant; aestivatum veniebant in Lucaniam montuosam, in Samnium, ad montes Reatinos sive Sabinos, teste Varrone de Re Rust. III, 1 et 2. III. in fine. [Calabriae et Lucaniae pascuis numerosos beatiores Romani greges et armenta alere solebant, ita quidem, ut ea ante ortum Sirii circa mensem fere Iunium e Calabria, vehementiori solis aestui exposita, (vid. supr. I, 31, 5.: *aestuosae Calabriae armenta*, ubi cf. not.) in saltuosam et frigidiorem Lucaniae regionem agerent et sic pascua Calabra cum Lucanis mutarent. Cf. infr. Epist. I, 8, 6. ibique *Th. Schmid* atque nos ad l. c.] — v. 29—30. Neque id quaero, ut villa mea Sabina Tusculum attingat, tam longe extendatur, h. e. eius aedificia adeo dilatentur, ut ad Tusculi suburbia continua serie porrigantur. — *Circaea moenia Tusculi*, i. e. Tusculum, vid. ad III, 29, 8. — *superni*, in colle siti. — De sententia, quam v. 31. pronuntiat, cf. Epist. I, 7, 15.: *Tu me fecisti locupletem.* Carm. Lib. II, 18, 12.: *nec — largiora flagito, satis beatus unicis Sabinis.* — Carm. Lib. III, 16, 38.: *Nec, si plura velim, tu dare deneges.* — Serm. II, 6, 1.: *Hoc erat in votis: modus agri non ita magnus, Hortus ubi et tecto vicinus iugis aquae fons Et paullum silvae super his foret.* — v. 31—34. *avarus ut Chremes*, non iste Terentii intelligitur, cuius quidem ingenium h. l. importunum videtur, sed qui apud Menandrum in *Thesauro* aurum in monumento quodam defodisse fingitur, uti Boettig. e Donato ad Ter. Eun. Prol. 10. colligit. — *nepotes*, homines luxuriosi et gulosi dicti; hinc *discincti*, laxa conspicui veste, quod hominum et molliorum et luxu diffluentium erat. Festus sub voce ‚nepos‘: *luxuriosae vitae homines nepotes appellantur, quod non magis his rei suae familiaris cura est, quam iis, quibus pater avusque vivunt.*

lum] nove et eloquenter dixit: *Militabitur bellum*, ut *pugnam pugno, servitutem servio.* [*In tuae spem gratiae*] non spe praedae, sed gratiae Maecenatem se dicit nolle deserere. [*Illigata*] implicata vel illaqueata. [*Ante sidus fervid.*] ante caniculares dies. [*Lucana mutet pasc.*] i. e. non ut saltus Lucaniae aestivos accipiam, ad quos greges vitantes aestus Calabriae transferantur. [*Superni*] alti, i. e. in superiora positi. [*Candens*] aut pro altitudine nivosa aut marmoribus compta. [*Circaea tangat moenia*] Telegonus, Circes filius, Tusculum condidit. Aut *Circaea* moenia Campaniae, i. e. nolo continuare agros Tusculanos usque ad Circaeum. [*Benignitas*] liberalitas. [*Paravero*] adquisivero. Et est *me benig. tua Ditav.*] donatum sibi in Sabinis fundum a Maecenate Horatius saepe testatus. [*Quod aut, avar. ut Chremes, terra prem.*] quoniam Chremes nomen senis est in comoediis, ibi enim fere avari finguntur. Videtur non immerito Chremetem avarum dixisse. Sensus autem: Non studebo nummos adquirere, quos thesauris conditos terrae subfodiam. Per quod ait nolle nummos habere plures quam opus sit ac per quos sollicitam habeat vitam. [*Discinct. aut perd. ut nepos*] *discinctos* pro negligentibus solent dicere. *Nepotem* autem veteres prodigum ac luxuriosum dicebant, quia revera solutioris delicatiorisque victus soleant esse, qui sub avo nutriuntur.

ante sidus fervid. Lucana mutet pascua] ambigua quidem elocutio est, sed cum ante *sidus fervidum* dicat et Calabriam manifestissimum sit calidam esse, apparet eum hoc dicere, non ut pecus ante fervidissimum aestatis tempus ex Calabris in Lucaniam transeat. [*Circaea tangat moenia*] Tusculum intelligendum, quia Telegonus, Circes et Vlyssis filius, hoc oppidum condidit. Sensus est autem: At neque in Tusculano possideam villam, quae ibi aedificia habeat usque ad ipsam urbem. [*Satis superq.*

Ditavit: haud paravero,
Quod aut, avarus ut Chremes, terra premam,
Discinctus aut perdam ut nepos.

CARMEN II.

Argum. *Horatius, qui divitiarum cupiditatem insatiabilem perstringere amat, ut aliunde satis constat, in hoc carmine Alphii feneratoris cuiusdam exemplum proponit, quem lucri fenorisque pertaesum vitam rusticam laudantem inducit. Postquam iste vero omnia, quae ad vitam rusticam spectant, gaudia, de quibus tamen carmen ipsum adi, tanquam ipse futurus rusticus non sine maxima laude enarravit, subito ad carminis finem sententiam suam mutat et, cupiditate habendi victus, feneratoris partes recipit. Cui hoc carmen legenti non venit in mentem illius sententiae, quam poeta infr. Epist. I, 10, 24. praeclare pariter ac vere enuntiavit: Naturam expellas furca, tamen usque recurret, quaeque in Alphii personam optime quadrat? — Feneratoris Alphii mentionem quoque facit Columell. I, 7, 2. — Quod vitae rusticae descriptionem adtinet, cf. infr. Serm. II, 6, 59 sqq. Virgil. Georg. II,* 458.

Beatus ille, qui procul negotiis,
Vt prisca gens mortalium,

v. 1. *Negotia* ad omne vitae genus pertinent, quod et molestias et periculi metum secum fert, maxime quaestuosum, cui opponitur vitae rusticae *otium* (vid. supr. I, 1, 16.: *otium et oppidi laudat rura sui.*). — *ut prisca gens mortalium*, ad auream aetatem respicit; Phaenom. 108 sqq. *Οὔπω λευγαλέου τότε νείκεος ἠπίσταντο, οὐδὲ διακρίσιος περιμεμφέος, οὐδὲ κυδοιμοῦ· αὔτως δ᾽ ἔζωον, χαλεπὴ δ᾽ ἀπέκειτο θάλασσα· καὶ βίον οὔπω*

pronunciatum futuri temporis, ut docuero. Virg.: *Donec me flumine vivo Abluero.* [*Vt Chremes*] nomen in Terentio divitis et tenacis. [*Discinctus*] dissolutus et liberius agens, ut: *Malchinus tunicis demissis ambulat.* [*Nepos*] luxuriosus, negligens.

Paterna rura bubus exercet suis,
Solutus omni fenore.
Neque excitatur classico miles truci,
Neque horret iratum mare,
Forumque vitat et superba civium
Potentiorum limina.
Ergo aut adulta vitium propagine
Altas maritat populos,
Aut in reducta valle mugientium
Prospectat errantes greges,

v. 11. *Aut.* Hos duos versus postposuerunt duobus sequentibus Georg. Fabricius et H. Stephanus, deinde Baxt. Cun. San. Oberl. Wakef. Klotz. Doering, alii contra omnium mss. fidem, quod versus de maritatione vitis continuo sequi debeant illos de insitione, propter argumenti cognationem; sed maritatio fit auctumno, insitio vere, ut docet Columell. Hunc ordinem quoque exhibent Cod. Goth. et Guelf.

νῆες ἀπόπροθεν ἠγίνεσκον, ἀλλὰ βόες καὶ ἄροτρα. — *paterna*, hereditate a maioribus accepta, cf. supr. I, 1, 11.: *Gaudentem patrios findere sarculo agros* cett. — Verbum *exercere* eadem significatione, qua poeta utitur, ab aliis quoque usurpatur scriptoribus, cf. Virg. Georg. II, 356. Aen. VII, 798. — *solutus omni fenore*, a lucri faciendi studio remotus. — v. 5-8. Neque militat neque navigat quaestus causa, neque vel litigat vel litigatoribus operam dat, neque potentiorum hominum aedibus emolumenti spe invitatus commoratur. — *Classico truci*, cf. ad II, 1, 17. — v. 9—22. *Ergo* — is igitur — *altas maritat populos*, vid. supr. ad II, 15, 4. et ad IV, 5, 30. — *Inutilesq.* — *inserit*, steriles resecat inseritque fertiliores ramos, qui fructus ferunt. — *Aut — greges* pascen-

---

ACR. [*Beat. ille, qui procul negot.*] laus vitae rusticae. Virgilius: *O fortunatos nimium, sua si bona norint, Agricolas.* [*Negotiis*] litibus sive difficultatibus urbanis. [*Vt prisc. gens mortal.*] antiquitatem significat, cuius aurea secula credita sunt, quod praeter civitatum munitiones omnes in agris vivebant. [*Exercet*] colit, ut: *Exercetque frequens tellurem atque imperat arvis.* [*Solutus omni fenore*] liber a debitis et a fenore. [*Class. miles truci*] terribili turba, ut: *Nec somnos abrumpit cura salubres.* [*Horret*] Timet. [*Forumq. vit.*] ut: *Insanumque forum aut populi tabularia vidit.* [*Et superba civ. potent. limina*] salutationes potentiorum vitans, ut: *Si non ingentem foribus domus alta superbis Mane salutantum totis vomat aedibus undam.* [*Adulta vitium propagine*] pro *adultarum*, quae iam duci et propagari possunt. [*Altas marit. populos*] coniungit. Sic enim *maritat* hic dixit, ut supra: *Viduas arbores* vitibus carentes. [*In reducta valle*] depressa sive secreta aut certe flexuosa, dum sequitur montes. [*Errantes*] libere pascentes, ut: *Ille*

POR. [*Beatus ille, qui procul negotiis*] haec ode laudes rusticae vitae continet, per *negotia* autem hic molestias urbanae vitae vult intelligi. [*Neque excitatur classico miles truci, Nec horret iratum mare, Forumq. vitat*] eleganter ostendit incommoda vitae, quibus rustici carent. [*Et superba civ. Potent. limina*] salutationum officia dicit. [*Altas maritat populos*] proprie maritari arbores dicuntur, cum vites his adiunguntur, sed speciem pro specie posuit, non enim populi maritari, sed ulmi solent. Hinc autem iam commoda rusticae vitae enumerare ac describere

Inutilesque falce ramos amputans
Feliciores inserit,
Aut pressa puris mella condit amphoris,
Aut tondet infirmas oves;
Vel, quum decorum mitibus pomis caput
Auctumnus agris extulit,
Vt gaudet insitiva decerpens pira,
Certantem et uvam purpurae,
Qua muneretur te, Priape, et te, pater
Silvane, tutor finium!
Libet iacere modo sub antiqua ilice,
Modo in tenaci gramine.
Labuntur altis interim ripis aquae,

v. 18. *agris* omnes Codd. in quorum uno alterove *arvis* legitur, quoniam librarii *agri* et *arvi* sexcenties permutarunt. Parum differt, utrum hoc loco *agris* vel *arvis* legas; nos tamen *agris* ob sensum huius verbi latiorem recepimus. — 21. *Quis* Cun. *Queis* San. Fea, incerta autem est huius lectionis auctoritas. — 25. *Ripis* loco *rivis* (sic Fea) ex codd. auctoritate cum Iahno aliisque legimus, cum *alti* (profundi) *rivi* ad amoenitatem nihil conferant.

---

tes in valle *reducta*, sc. in sinus, plane ut supr. I, 17, 17. — v. 13. Mellatio. Columell. IX, 15, 12. — *quum — extulit*, *Vossius* praeclare sic: *Wenn dann sein Haupt, mit reifem Obste schoen gekraenzt, Der Herbst im Fruchtgefild' erhub.* — *Vt gaudet decerpens*, magno cum voluptatis sensu decerpit *pira insitiva*, (*selbst gepfropfte*) quae ipse inseverit. — *Certant. uv. purpurae*, cf. supr. II, 6, 15.: *viridique certat Bacca Venafro*, ubi vid. notam nostram. Ad rem adi quoque supr. II, 5, 12. — *Munera* et *munerari* de sacrificiis passim. E diis agrestibus speciatim commemorat *Priapum*, hortorum, et *Silvanum*, ruris deum tutelarem. — v. 23-28. *modo — modo*, ut supr. I, 1, 21. — *tenax*, epitheton, ut aiunt, ornans, ad naturam graminis firmiter terrae radicibus inhaerentis referen-

---

meas errare boves. [*Inutilesq. falce ramos amput.*] putatorem significat arborum. [*Felicior. inserit*] fertiles, ut: *Exiit ad caelum ramis felicibus arbos.* [*Aut pressa puris mella condit amphoris*] h. e. favos premit, ut ceram separet et mel sincerum reparet. [*Aut tondet*] aut quae aestu velleribus premantur aut relictas taedio. [*Mitibus*] veluti de aestuum nimietate. [*Insitiva decerpens pyra*] proprii laboris fructum, ut: *Insere, Daphni, pyros.* [*Certant. et uvam purpur.*] ut: *purpureae, preciaeque.* [*Qua muneretur te, Priape*] dignis donis deorum. [*Silvane, tutor fin.*] custos agri sive fructuum. [*Libet iacere*] introducit quemdam feneratorem loquentem et laudantem vitam quietam nec tamen suum propositum deserentem. [*Sub antiq. ilice*] antiqua, magna, ut: *Forte sub arguta consederat ilice Daphnis*, h. e. refugio apta pastorum. [*Tenaci gram.*] quod terram radicibus stringat et cespite. [*Interim*] pro

incipit. [*Vel cum decorum mitibus pomis caput Auctumnus agris extulit*] poetica phantasia finxit auctumnum, quasi corporalem Deum, pomis coronatum. [*Insitiva decerp. pyra*] merito *insitiva*, non pyrorum arbores, quae sponte natae sunt, necesse est, ut dura atque aspera dent poma. [*Qua muneretur te, Priape*] et *munero* et *muneror* in activa signi-

Queruntur in silvis aves,
Fontesque lymphis obstrepunt manantibus,
Somnos quod invitet leves.
At quum Tonantis annus hibernus Iovis
Imbres nivesque comparat,
Aut trudit acres hinc et hinc multa cane
Apros in obstantes plagas,
Aut amite levi rara tendit retia,
Turdis edacibus dolos,

v. 27. *Frondesque* edidit Markland. *Fontes*, qui in codd. omn. exstant, opponuntur avium cantui, neque ad *altas ripas* pertinent. Cur autem flumina cum fontibus coniungi recte nequeant, nemo intelligit.

---

dum. — v. 25. *Interim*, dum lentus in umbra aut in toro gramineo recubat, aquarum lapsu delectatur. — *Queri*, *querelae* sollennia de cantu avium, ut *μύρεσθαι, μινυρίσματα* Graecis poetis. — Versu 25. amnes videtur innuere profundos, hic aquas leni cursu fluentes intelligit, quod quidem ex verbo *manare* recte colligis. — *obstrepunt*, *ἀντιαχεῦσι*, obmurmurant, sc. avium querelis, cum leni strepitu profluunt. — *Quod*, sc. murmur, ad posterius retulit membrum. — *leves*, vid. supr. II, 16, 15. et III, 1, 22. quibus locis *somnus* et *levis* et *lenis* dicitur. — v. 29 sqq. At instante hieme venationi et aucupio vacat. — *annus hibernus*, anni tempus hibernum, ut *pomifer annus* supr. III, 23, 8. — *Apros hinc et hinc*, undique *trudit*, compellit, cogit (*treibt*) *in plagas obstantes*, (ut nostri venatores dicunt: *in die Lappen* sive *einlappen*) oppositas, *multa cane*, ut supr. I, 15, 6.: *multo milite*. — Ad rem. cf. supr. I, 1, 28. — De *amite* conf. schol. Porph. infr. adpos. — *turdi edaces*, escae appetentiores *turdi* sunt aves, quas nostrates: *Zipp- und Weindrosseln* vel in universum (ut ait Doeringus) *Krammets-Voegel* appellant. — *dolus*, de hoc verbo in *Lexico* nostro *Horatiano* fere haec leguntur: *Voss* übersetzt richtig: *naschhaften Drosseln zum Betrug*. Die *List* des Vogelstellers ist die *Falle* oder das *Netz*, in welchem Voegel gefangen werden, und so laesst sich mithin aus der *Ursache* leicht die *Wirkung* er-

---

interea. [*Fontesq. lymph. obstrep. manantib.*] strepitu suo somnos suadent, ut: *Saepe levi somnum suadebit inire susurro*. [*Quod*] quae res, ut Terent.: *Qui habet salem, quod in te est*, i. e. quae res. [*Annus hibern. Iovis*] i. e. hiberna pars anni, ut: *Iupiter uvidus austris*. [*Comparat*] colligit. [*Trudit*] excludit, expellit, ut: *Frustra oppositum trudentes pectore montem*. [*Multa cane*] feminino genere canem dixit: *Visaeque canes ululare per umbram*. [*Obstantes plag.*] fugae aprorum oppositas *plagas*, h. e. retia, ut: *Retia rara plagae*. [*Amite*] pertica, qua rete tenditur. [*Levi*] limpido, gracili. [*Turdis edacibus dolos*] epi-

ficatione recte dicitur. [*Queruntur in silvis aves*] *queruntur*, inquit, quoniam veteres omnium animalium voces, praeterquam hominis, querelam dicebant. Virg.: *Et cantu querulae rumpunt arbusta cicadae*. Et de ranis: *Et veterem in limo ranae cecinere querelam*. Et de bobus: *Atque omne querelis Impleri nemus*. [*Fontesq. lymph. obstrep. manantibus, Somnos quod invitet*] suavis elocutio: *fontes obstrepunt, quod somnos invitet*. [*At cum tonantis annus hibernus Iovis*] *annus hibernus* pro hibernum tempus anni. Nota autem synecdochen esse, annum pro anni parte dicere, sic et Virgilius: *Nunc frondent silvae, nunc formosissimus annus*. [*Aut amite levi rara tendit retia*] *amites* hodieque

Pavidumque leporem et advenam laqueo gruem
Iucunda captat praemia.
Quis non malarum, quas amor curas habet,
Haec inter obliviscitur?
Quodsi pudica mulier in partem iuvet
Domum atque dulces liberos,
Sabina qualis aut perusta solibus
Pernicis uxor Appuli,
Sacrum et vetustis exstruat lignis focum
Lassi sub adventum viri,
Claudensque textis cratibus laetum pecus
Distenta siccet ubera,
Et horna dulci vina promens dolio

---

klaeren. — *adven. gruem*, aves *advenae* vel *peregrinae* (nos: *Zug-Voegel*) opponuntur *vernaculis*, h. e. quae in regione, ubi natae sunt, per hiemem quoque manent; *gruem* ad lautiores Romanorum epulas pertinuisse, apparet infr. Serm. II, 8, 87. — *iucunda praemia*, h. e. praeda. — *amor*, in Alphii ore, ut ita dicam, nihil alius esse potest quam *amor habendi*, ut infr. Epist. I, 7, 85. — *pernicis*, refer ad corporis agilitatem, quae multa exercitatione paratur sive potius simpliciter: impiger, strenuus. *Vossius* vertit sic: *keck*. — *perusta solibus*, *ἡλιοκαυστός*, de laborum patientia, quae solis radios haud reformidat. — *focum sacrum*, sc. *Laribus*; *vetustis*, i. e. aridis. — *pecus laetum*, saliens ob bonam corporis valetudinem. — *distenta siccet ubera*, mulgeat. — *horna vina*, hoc ipso

---

theta singulis dedit, *turdos edaces* dicendo et *pavidos lepores*. [*Advenam gruem*] quia transmarinae sunt, ut: *Strimoniaeque grues*. [*Quis non malarum, quas amor curas habet*] *amor*, i. e. avaritia habens *malas curas*, i. e. cupiditates. [*Pudica*] casta, ut: *Castum ut servare cubile Coniugis et parvos possit educere natos*. [*Sabina qualis*] exempla pudicitiae a mulieribus rusticis sumpta. [*Pernicis*] celeris, velocis, impigri, ut: *Progenuit pedibus celerem et pernicibus alis*. [*Sacrum vetust.*] diis enim penatibus sacer focus est. [*Exstruat lignis focum*] ut post laborem diligentia et studio reficiatur uxoris. [*Claudensq. textis cratibus*] *Crates* a pastoribus texi consueverunt, ad mutandas pecudibus mansiones, ut appositae greges muniant ab incursione ferarum, út: *Cum fremit ad caulas*. [*Laetum*] aut fecundum aut pingue. [*Distenta*] plena, ut Lucanus: *Distentas siccant pecudes*. [*Siccet*] mulgat, exprimat. [*Horna*] novella. [*Dulci dolio*] hypallage pro, dulcia vina. [*Dapes in-*

appellantur furculae, quibus retia in venatione vel in aucupio suspenduntur et est figura *ἐπεξήγησις*, quia retia *doli* sunt. [*Quod si pudica mulier in partem iuvet*] non ait, quod si et pudica uxor rusticis contingat, qualis Sabina. Nec enim existimat difficile, esse rusticam uxorem pudicam, cum omnes pudicas esse intelligi velit, sed hoc ait: quod si et uxorem habeat, quae alioquin pudica est. Potest autem utique accidere, ut est consuetudo, rustica ut uxor ei non sit, vel quia nondum ducta est vel quia aliquo casu adempta sit. [*Sacrum vetustis exstruat lignis focum*] proprie hoc vitae rusticae est: *focum amare*. *Sacrum* autem *focum* dixit, quia ara deorum Penatium est focus. [*Et horna dulci vina promens dolio*] *horna vina* dicuntur huius anni, non ergo dulci dólio, ut

Dapes inemptas apparet:
Non me Lucrina iuverint conchylia,
Magisve rhombus aut scari,
Si quos Eois intonata fluctibus
Hiems ad hoc vertat mare;
Non Afra avis descendat in ventrem meum,
Non attagen Ionicus
Iucundior, quam lecta de pinguissimis
Oliva ramis arborum,
Aut herba lapathi prata amantis et gravi

---

anno nata, adeoque fere adhuc mustum. — Hinc *dolium dulce*, quippe quod *horna*, novella *vina* continet, musti servantia dulcedinem. — *dapes inemptas*, ruri natas, quas fundus praestat, Virg. Georg. IV, 132. — v. 49 sqq. *Lucrina conchylia*, de quibus in *Lexico Horatiano* fere haec adnotavimus: *Conchylium*, *κογχύλιον*, das *Schalthier*. Bei *Horaz* finden wir dergleichen haeufig als Speisen, sogenannte *Delicatessen* erwaehnt, mithin: *Austern* und *Muscheln* aller Art. — *iuverint*, delectaverint, ut passim. — *rhombus*, (*Schollenfisch*, *Bütte*) quem Romani *rhombum* Graeco nomine, Graeci alio etiam Graeco *ψῆτταν* dicunt, ut scribit Athenaeus Lib. VII. cap. 40. — *scari*, *σκάρος*, vide, quos de hoc nobiliore pisce laudat *Iacobs.* in Animadv. ad Anth. Gr. Vol. III. Pars I. pag. 89. — *Si quos* cett. si quos scaros coorta tempestas et fluctus excitati in mari Ionio et Orientali ad hoc mare, nempe Tyrrhenum, convertant et compellant. — *Afra avis*, gallinam Africanam s. Numidicam (*Perlhuhn*) significat, de qua vid. *Schneid.* ad Columell. VIII, 2, 2. — 54. *attagen*, *ἀτταγήν*, (*Tetrao francolinus* LINN.) avis, quam quidam putant appellari ab Italis *francolino*, a Gallis *gelinotte de bois;* est autem in ciborum deliciis et *Ionicus* maxime celebratur, nos: *rothes gehaubtes Haselhuhn.* — *herba lapathi*, (*Sauerampfer*) a verbo *λαπάζειν*, h. e. inanire, sc. alvum; hinc infr. Serm. II, 4, 29.: *si dura morabitur alvus* — *pellent obstantia conchae Et lapathi brevis herba.* — *malvae*, vid. supr. ad I, 31, 16. alvum adstrictiorem levantes. — *Terminalia* in honorem Termini Dei celebrabantur a. d. VII. Cal. Mart. vide de iis Ovid. Fast. II, 639 sqq. — v. 61 sqq. *Vt iuvat*, magnam voluptatem affert, *oves bene pastas*, saturas e pastu domum properantes videre, textis cratibus includendas, v. 45. — *vomer. invers. collo trahentes*, h. e. aratra vomere inverso iugo suspensa trahentes; Virg. Eclog. II, 66. *Adspice, aratra iugo referunt suspensa iuvenci.* — *renidentes*, ignis in foco accensi splendore refulgentes. — *vernae* sunt servi in domo domini nati, quorum audacia saepius laudatur a scriptoribus Romanis, vid. infr. Serm. II, 6, 66. — v. 67. *Haec ubi locutus* cett. Fingit superiora illa omnia dicta esse a feneratore Alphio ostenditque tantam esse vitae rusticae iucunditatem et opportunitatem, ut etiam homines ab hac alienissimi eam laudare cogantur, qui

---

emptas] suo labore praeparatas, i. e. gratuitas, ut: *Dapibus mensas onerabat inemptis Vxor.* [*Apparet*] scilicet uxor. [*Lucrina*] de Lucrino Baiarum lacu. [*Iuverint*] delectaverint, ut: *Iuvat evasisse tot urbes Argolicas.* [*Magisve Rhombus*] *Rhombus* et *Scarus* pisces sunt pretiosi et sapore et raritate. [*Eois*] orientalibus. [*Hiems*] tempestas, ut: *Dum pelago desaevit hiems.* [*Afra avis*] struthio. [*Non attagen Ionicus*] *attagines* in Ionia abundare dicuntur. Et *attagen* masculino genere declinavit. [*Quam lecta de pinguiss. Oliva ramis arbor.*] nullas dicit delicias boni agri fructibus conferendas. [*Aut herba Lapathi*] ostendere vult agrum praeter utilitatem fructuum etiam herbas salutares afferre. [*Vel agna fest. caesa Terminalib.*] ad excludenda enim iurgia, *Terminaliorum* dies fuerat constitutus, qui per epularum festivitatem caesis agnis servari faceret fines constitutos: sive in honorem mortuorum ipse colebatur dies et post parentalia est eo, quod in sacris Termini poneretur. [*Vel haed. ereptus lupo*] factus gratior ex perdito. [*Properantes*] festinantes ad stabula, ut: *Ipsae lacte domum referent distenta capellae Vbera.* [*Fessos*] ipso labore, ut: *Adspice, aratra iugo referunt suspensa iuvenci.* [*Languido*] labore fesso. [*Positosq. vern. ditis examen domus*] pueri domi nati *vernae* dicuntur, ut: *Vnus vernula, tres domini.* *Examen* vero ad infantium multitudinem retulit. [*Renidentes*] scilicet splendentes, aut vultu aut garrulitate. [*Lares*] focos, *μετωνυμικῶς*. [*Haec ubi locutus fenerator Alph.*] feneratorem quendam inducit *Alphium*, qui laudans vi-

---

dictum est, sed translato epitheto *dulcia vina* intelligamus. Hoc quoque autem ad idioma rusticae simplicitatis pertinet *hornum vinum* bibere. [*Dapes inemptas apparet*] Virgilianum est; sic et ille, cum de vita rustica loqueretur, ait: *Dapibus mensas onerabat inemptis.* [*Non me Lucrina iuverint conchyl. Magisve rhombus aut scari, Si quos Eois intonata fluctibus Hiems ad hoc vertat mare*] intelligi vult *scaros* pisces in Orientali mari esse et difficile fieri, ut etiam in Italia capiantur, nisi quos inde violentia tempestatis adduxerit. [*Non Afra avis descendat in ventrem meum*] Afram autem gallinam Numidicam dicit. [*Non Attagen Ionicus*] cum *attagenas* feminino genere vulgo dicant, adtendendum, quod masculino genere hic dixerit. *Attagen* autem avis Asiatica inter nobilissimas habita. *Ionicus* vero ab Ionia dictus, quae est regio Asiae, in qua est urbs Ephesus. [*Vel agna festis caesa Terminal. Vel haedus ereptus lupo*] iucunde expressit rusticorum frugalitatem. [*Videre fessos vomerem invers. boves Collo trahentes languido*] hoc Virgilianum illud est: *Adspice, aratra iugo referunt suspensa iuvenci.* *Languido* autem *collo*, lasso. Et utique voluptas domino hoc cogitanti, quantum utilitatis ex aratione agrorum contulerit. [*Vernas, ditis examen domus*] h. e. qui *vernae* ditem domum faciunt. Hic *ditem* frequentem ac familiosam accipe, ne ultra *ditem domum* nunc intelligas, cum de rustico patrefamilias loquitur. [*Haec ubi loquutus fenerator Alphius*] urbanissime postremo finxit haec non de sua persona dicta esse, sed de cuiusdam feneratoris, per quod vult intelligi, neminem scire, quid iucunditatis habeat rustica vita, nec tamen quisquam ab ea, in qua consueverat, potest discedere. [*Omn. releg. Idib. pecuniam, Quaerit Kalend. ponere*] exigit, inquit, a

Malvae salubres corpori,
Vel agna festis caesa Terminalibus
Vel haedus ereptus lupo.
Has inter epulas ut iuvat pastas oves
Videre properantes domum!
Videre fessos vomerem inversum boves
Collo trahentes languido!
Positosque vernas, ditis examen domus,
Circum renidentes Lares!
Haec ubi loquutus fenerator Alphius,
Iam iam futurus rusticus,

Omnem redegit Idibus pecuniam,
Quaerit Kalendis ponere.

CARMEN III.

ARGUM. *Videtur Horatius allium sive potius moretum, edulii rustici genus, apud Maecenatem degustasse, quod quidem tanquam potentissimum venenum vehementer exsecratur. Ad Maecenatem, quem ipsum iocosum v. 20. appellat, iocose scribit, dum, si quid unquam tale concupiverit, precatur, manum puella savio opponat cett.*

AD MAECENATEM.

Parentis olim si quis impia manu
Senile guttur fregerit,
Edit cicutis allium nocentius.

---

tamen lucri dulcedine et sordibus irretiti eius suavitatem gustare non possint. — De *Calendis* in *Lexico Horatiano* leguntur fere haecce: *Calendae*, primus dies cuiusque mensis, a *καλεῖν*, vocare, a quo *calo, as*, factum est. Primis enim reipublicae temporibus, antequam *fasti* vulgarentur, solebat minor pontifex populum *calare* sive convocare in Curiam Calabram, ibique re divina facta pronuciare inter alia, quot numero dies a primo ad nonas superessent, quinquene an septem? cf. Varr. L. L. V, 4. — Am *ersten Tage* eines Monat waren die Zinsen *zahlbar*; indessen warteten die Creditoren auch bis zu den *Idus;* Serm. I, 3, 87. — *Calendis* et *Idibus* apud Romanos pecunia vel fenori dabatur vel fenori data redigebatur; de locutione *pecuniam redigere* vid. Bentl. ad h. l.— *pecuniam ponere*, fenori dare, sic infr. Epist. ad Pis. v. 421.: *dives positis in fenore nummis.*

---

tam rusticam, commoda tamen fenoris non omittit. [*Omn. releg. Idib. pecun.*] tanquam eum pro fenoris lucro iam receptae pecuniae poeniteret, ita recollectam Idibus, Calendis properat commodare. [*Ponere*] Deponere.

debitoribus pecuniam comparaturus praedia, cogitans iucunditatem vitae illius, quam in rusticis laudat, sed rursum stimulatus cupiditate pecuniarum, quaerit eam fenori dare.

ACR. [*Parent. olim si quis imp. manu*] *parentis*, patris, ut: *Pulsatusve parens.* Si quis ergo, inquit, parricidium fecerit, comedat allium pro poena, quia est veneno nocentius. [*Senile*] ad augmentum sceleris dixit *senile*, quia etiam si occisus non esset, mori tamen potuerit. Vt Lucanus: *Iam senis extremum piguit vergentibus annis praecipitasse diem.* [*Edat*] pro comedat; sic enim veteres declinabant, ut: *Te nec tantus edet tacitum dolor.* [*O dura messor. ilia*] fortia, ut: *Durus*

POR. [*Parentis olim si quis impia manu Senile guttur fregerit, Edat cicutis allium nocentius*] exsecratur *allium*, significans, se graviter vexari. *Edat* autem dicendum potius quam *edit*, quoniam sic declinatur *edo, es, est*, deinde modo optativo tempore futuro, utinam *edam, edas, edat;* pluraliter: *edamus, edatis, edant.* Et *allium* dicendum, ut *solium*,

O dura messorum ilia!
Quid hoc veneni saevit in praecordiis?
Num viperinus his cruor
Incoctus herbis me fefellit? an malas
Canidia tractavit dapes?
Vt Argonautas praeter omnes candidum
Medea mirata est ducem,
Ignota tauris inligaturum iuga
Perunxit hoc Iasonem,
Hoc delibutis ulta donis pellicem,
Serpente fugit alite.
Nec tantus unquam siderum insedit vapor

---

v. 5. *Quid hoc veneni saevit*, quid hoc veneni est, quod hoc venenum dicas, quod adeo *saevit*, tam rapide agit, tantos cruciatus ciet *in praecordiis.* — *cruor viperinus*, vid. I, 8, 9. proverbiali locutione: *vitare aliquid sanguine viperino cautius.* — *tractavit*, apparavit. — v. 9—14. Neque alio veneno Medeam usam esse crediderim. — *Mirari* ut supr. I, 4, 19. IV, 9, 15. cf. I, 36, 18. — *fugit serpente alite*, curru alatis serpentibus iuncto Athenas petiit. Res nota ex Euripidis Medea et Apollodor. I, 9, 28. — *Serpens ales*, ut supr. IV, 11, 26.: *Pegasus ales.* — v. 15-18. Nec tanto unquam solis aestu sub Sirii ortu arida illa terra Appulia (cf. III, 30, 11.) exusta est, nec tanto aestu fortis olim Hercules per ve-

---

arator observans. [*Num viperin.*] viperinum sanguinem venenum dicit. [*Incoctus*] permixtus. [*Canidia tractav. dapes*] *Canidiam* pro Gratidia posuit, non enim proprium nomen notari decebat in carmine, ut: *Nulli gravis est percussus Achilles.* Fuit autem *Gratidia* unguentaria Neapolitana quasi malefica. [*Mirata est*] adamavit, quem super omnes maleficiorum herbas allio perunctum tauros, ignem spirantes naribus, iunxisse significat. [*Hoc delibut. ulta pellic.*] Glaucen dixit, Creontis regis filiam, quam dum reversurus a Colchis Iason voluisset accipere uxorem, propter amorem Iasonis Medea repudiata, victa dolore, oblatione coronae, malefica arte compositae, incendit et occisis filiis Medo et Merinero, dolorem suum ulta, pennatis vecta draconibus fugit et Medeam constituit civitatem. [*Nec tantus unquam sider. insed. vapor*] non tanto ardore solis siccari Apuliam dicit, quanto ardore allium comedentium viscera per-

dolium, non, ut vulgo, *aleum.* [*Cicutis*] *Cicuta* herba est venenatissima. [*O dura messorum ilia*] qui foetidum allium prandent, de quibus et Virg. in Bucol.: *Thestylis et rapido fessis messoribus aestu Allia, serpillumque herbas contundit olentes.* [*Canidia tractavit dapes*] sub hoc *Canidiae* nomine *Gratidiam* Neapolitanam unguentariam intelligi vult, quam veneficam Horatius semper insectatur, sed quia non licet probrosum carmen in quemquam scribere, idcirco fere poetae similia effingunt; sic et Virg. in Bucol. pro Citheride Lycoridem appellat. [*Candidum Medea mirata est ducem*] Iasonem significat. Candoris autem nomine et Virg. in significatione pulchritudinis semper utitur, ut: *Candidus insuetum miratur limen Olympi.* Et: *Candida Dido.* Et: *Candida Maia.* Notam autem historiam hunc in locum convertit, quasi Medea allio perunxerit Iasonem, ut eum muniret adversus vim taurorum flammas spirantium, qui iussu regis subiiciendi erant, si vellet pellem auream accipere. [*Serpente fugit alite*] ut cum ait: *Ruens volens aderat.* [*Nec munus hu-*

Siticulosae Apuliae,
Nec munus humeris efficacis Herculis
Inarsit aestuosius.
At, si quid unquam tale concupiveris,
Iocose Maecenas, precor,
Manum puella savio opponat tuo,
Extrema et in sponda cubet.

CARMEN IV.

ARGUM. *Invehitur Horatius in hoc carmine in hominem quemdam ex servo tribunum militum factum, quam rem plane indignam ut vix ferendam describit. Vulgo hoc carmen inscribitur: In Sextum Maenam, Pompeii Libertum; sed cum de huius vita aliunde plane nihil constet, ab interpretibus recentioribus ista inscriptio recte deleta est. Nomen huiusmodi hominis scire non adtinet, Horatius autem unum pro multis adumbrasse et perstrinxisse eo magis putandus est, quo verisimilius est, illis temporibus, anno circiter V. C. DCCXVIII. quo carmen ipsum scriptum esse e*

---

stem a Deianira acceptam correptus est, quanto ego nunc per pestiferum, quod sumpsi, corripior allium. — *Sedere*, *insidere*, *premere*, *incubare* verba de caeli intemperie sollennia. — *Iocosus*, scilicet iocos fecisse videtur Maecenas, inter exquisitas dapes vilissimum rusticorum edulium (alliatum) apponendo, cuius quidem memor poeta Maecenatem *iocosum* appellat, ipse iocum suaviter subiungens, nempe manu opposita prohibeat, arceat illum osculari se puella et in *extrema sponda*, extrema lecti parte a te semota cubet, ne in tuis amplexibus allii foetore offendatur; quod iocose dictum toto in carmine cum maxime mihi placet.

---

urit. [*Nec munus humeris efficacis Herculis*] Nessus Centaurus vulneratus ab Hercule eo, quod Deianiram uxorem eius rapere voluisset, dum eam susceptam ab Hercule Evenum fluvium traiiceret, ut se de eo ulcisceretur, lanam tinctam sanguine suo Deianirae dedit, dicens, eam ab Hercule satis amandam, si ex accepta lana confectum vestimentum Herculi dedisset. Hoc illa muliebri facilitate servavit, quando autem amore Ioles se amari minus cognovit ab Hercule, pallium factum ei ut indueretur dedit. Quo tacto Hercules tanto ardore correptus est, ut ipse laniaretur, nec ardorem vinceret, nisi pyram sibi in Oeta monte Thessaliae fecisset. Cui se iniiciens, purgatus corpore, inter deos affirmabatur receptus. Deianiram autem Hercules acceperat, victo Acheloo, Aetoliae fluvio, quae Deianira fuit Oenei filia, Tydei soror. Hanc autem fabulam ideo commemoravit, ut ardorem Herculis incendio allii compararet. [*Tale*] i. e. aliquid simile, ut allium. [*Iocose*] laete, iucunde. [*Man. puella suavio opponat tuo*] i. e. refutet puella suavium tuum pro allii foetore et in sponda lecti fugiat olentem virum. Quidam volunt Terentiam concubinam Maecenatis eum significare voluisse.

meris efficacis Herculis] de veste illa loquitur sanguine Nessi delibuta, quam a Deianira coniuge oblatam Hercules cum se induisset, incendio eius absumptus est. *Efficacis* autem perpetuum epitheton vult esse *Herculis*. [*Iocose Maecenas*] opportune *iocosum* appellat, cui velit iocos suos commendatos esse.

---

versu 19. colligere licet, exstitisse haud paucos, in quos carminis argumentum bene quadraret. — Mihi hoc carmen legenti hominis cuiusdam famosi venit in mentem, qui, patre scilicet sutore natus, superbus nunc aliena ambulat pecunia. Sed, inquam, ne sutor supra crepidam, nam Fortuna non mutat genus, neque antecedentem scelestum Deserit pede Poena claudo!

Lupis et agnis quanta sortito obtigit,
Tecum mihi discordia est,
Ibericis peruste funibus latus
Et crura dura compede.
Licet superbus ambules pecunia,
Fortuna non mutat genus.

AD SEXTVM MENAM LIBERTINVM Cod. Guelf.
IN SEXTITIVM (sic) Cod. Goth.

---

v. 1—4. Quantum lupis cum agnis, tantum tecum mihi intercedit odium. De lupis et agnis Homer. Iliad. XXII, 263. *οὐδὲ λύκοι τε καὶ ἄρνες ὁμόφρονα θυμὸν ἔχουσιν, Ἀλλὰ κακὰ φρονέουσι διαμπερὲς ἀλλήλοισιν.* — *peruste*, lora enim, dum terga notant, dum homines vapulant, graviter simul urunt corpus vapulantis; hinc apud Catull. XXV, 10. *inusta flagella.* Infr. Epist. I, 16, 47.: *loris non ureris, aio.* — *funibus Ibericis*, ex sparto Iberico tortis, nam Hispania sparti feracissima. — v. 5. Licet *ambules*, magnifico gradu te inferas, incedas, tanquam parvus rex, sis *superbus pecunia*, divitiis efferaris, alios prae te contemnas atque tua arrogantia omnes offendas, *quales fere sunt, quos ex humili magna ad fastigia rerum extollit, quoties voluit Fortuna iocari*, Iuven. III, 39. Quod quidem optime quadrat in istum, quem supra nominavimus, sutoris filium. Cf. Serm. I, 2, 25.: *Malthinus tunicis demissis ambulat.* — *Viam Sacram*,

---

ACR. [*Lup. et agnis*] hic, quem alloquitur, libertus fuit Cn. Pompeii Magni. Postea, mortuo Pompeio, Sex. Pompeio filio eius exercente piraticam, ad Augustum, relicto Sexto, confugit. Iterum ad Sextum reversus est, rursus illo relicto ad Augustum rediit et ab eo tribunus militum factus est. [*Quanta sortito*] inimicitiae aut naturales sunt aut voluntariae. Sibi ergo cum isto naturales inimicitias esse dicit, sicut agnis et lupis. *Sortito* autem adverbium est qualitatis, i. e. quod ex sorte, h. e. naturaliter evenit. [*Iberic. peruste funib.*] i. e. cruciatibus afflicte et vinculis Hispanorum, qui sunt districti ad resecanda delicta. [*Peruste latus*] absolute dixit, ut: *Lacrymis oculos suffusa nitentes.* [*Dura compede*] ferrea aut cruda. [*Licet superbus*] i. e. liberum te esse, divitiae excusare non possunt. [*Sacram met. te viam*] cum indignatione ait, videns eum togatum incedere per forum. Metientem dixit ambulantem,

POR. [*Lupis et agnis quanta sortito obtigit*] hanc eclogam in Menam scripsit Libertum Pompeii Magni, qui praefectus classis fuit, Sexto Pompeio bellum adversum Augustum Caesarem gerente. Hic cum classe ad Caesarem transierat, deinde ad Sextum rediit et rursus refugit ad Caesarem. [*Tecum mihi discordia est*] intelligendum hic extrinsecus *tanta.* Sic enim consequens erit elocutio: *Quanta sortito obtigit discordia lupis et agnis, tanta mihi tecum est.* [*Ibericis peruste funib. latus*] restibus caesum saepe ac per hoc malum servum fuisse vult intelligi. *Ibericos* autem *funes* ideo dicit, quia in *Iberia*, i. e. Hispania plurimum

Videsne, Sacram metiente te Viam
Cum bis trium ulnarum toga,
Vt ora vertat huc et huc euntium
Liberrima indignatio?
«Sectus flagellis hic Triumviralibus
«Praeconis ad fastidium,
«Arat Falerni mille fundi iugera
«Et Appiam mannis terit,
«Sedilibusque magnus in primis eques,

v. 8. *bis trium* Barthius Adv. LIV, 26. Bentl. Cun. San. Doeringus aliique, recte, nam *bis ter* (quod est soloecum) Latine non dicitur.

---

quam inprimis frequentare solebant otiosi homines, cf. Serm. I, 9, 1.: *Ibam forte via Sacra.* — *te metiente*, gradu magnifico atque ad gravitatem composito incedente, pro, te prodeunte in publicum. — *metitur*, i. e. incedit eiusmodi homo vanus ita, ut gressus ad *mensuram* quandam dirigere videatur. — v. 8. Cum toga sex ulnas ampla, qualis divitum et delicatulorum erat hominum. — *Indignatio liberrima*, non obscure aut dissimulanter prodita, sed palam professa. — v. 11. Hic, inquit praetereuntium turba digitis monstrans, hic servorum quondam nequissimus, summaque ideo ignominia notatus, iam vero in summa opum affluentia constitutus et tribunus militum factus, vide ut insolentius se effert, ut luxu diffluit! — *praeconis ad fastidium*, h. e. eo usque caesus, ut praeco clamando fatigaretur. Praeconi enim hoc datum erat negotii, ut, quamdiu lictor virgis expeditis in tergum malefici saeviret, poenae causam praedicaret. — *Manni*, cf. supr. III, 27, 7. equi Gallici, (*Zelter*) parvi quidem, sed velocitate sua nobiles. — *Appiam terit*, per viam Appiam vehitur. — v. 15. L.

---

ut: *Stabili gressu metitur litora cornix.* [*Cum bis ter uln. toga*] sex enim ulnis habebat diffusam togam. [*Liberrim. indignatio*] iustissima. [*Sect. flag.*] tanquam qui ad maius vitae dedecus a publico sit iudice verberatus, nam ut tribunis plebem, ita triumviris ius erat alienos servos caedendi. *Sectus* ergo caesus, ut Iuven.: *Secat ille flagellis.* [*Arat Falerni mille fundi iugera*] *Falernum* regio est Campaniae vini boni fertilis. [*Sedilib. magn. in primis eques*] h. e. in ordine equitum, Othone contempto, inter primos sedet; quia Lucius Roscius Otho legem theatra-

spartum nascitur. [*Videsne Sacram metiente te viam*] ordo est: *Videsne, ut liberrima indignatio huc et illuc euntium vertat ora, te metiente Sacram viam, cum bis ter ulnarum toga?* Signat autem populum ex indignatione, quod ille oblitus conditionis tam magnificus incedat, detorquere ab illo adspectum et bene *liberrimam indignationem* dixit, quod libere ac palam hunc videntes in servitutem invehuntur. [*Cum bis ter ulnar. toga*] h. e. cum sex ulnarum toga, hanc autem iustae togae mensuram intelligendum est. [*Sectus flagellis hic triumviralibus*] *triumviralibus* quod dixerit, speciali elocutione usum esse pro generali puto, neque enim Triumviris tantum, sed etiam aliis potestatibus ius est alienos servos flagellare. [*Praeconis ad fastidium*] aspere, donec aliud agentibus triumviris, praeco cum vellet, desinere iuberet. [*Et Appiam mannis terit*] eleganter *mannis*, quia nimiarum deliciarum affluentia est, equos vulgo *burrichos* habere. *Mannos* autem equos vulgo *burrichos* appellant. *Appiam* pro qualibet via posuit. *Arat* autem proprie, quia Falerni agri meminerant, quo scilicet *Appia via* necesse est ire. [*Sedilibusq. magn. in primis eques Othone contempto sedet*] et *magnus*

«Othone contempto, sedet.
«Quid adtinet, tot ora navium gravi
«Rostrata duci pondere
«Contra latrones atque servilem manum,
«Hoc, hoc tribuno militum?«

CARMEN V.

Argum. *Puer a veneficis sub terra defossus mento tenus, fameque necandus, ut ex eius iecore et medulla conficerent philtrum, (apud nos vulgo: Liebestrank) omnibus diris istas devovet.*

IN CANIDIAM VENEFICAM.

At, o Deorum quidquid in caelo regit

In gratidiam veneficam Cod. Goth.
pvervm praetextatvm a canidia defossvm indvcit exclamantem Cod. Guelf.
Vand. A, in canidiam mvtato nomine; glossa: „Puerum praetextatum defossum inducit a Canidia, quo necato Alfio Varo daret potionem de-

---

Roscius Otho ā. u. DCLXXXVI. legem tulerat, ne quis in quatuordecim ordinibus, orchestrae proximis, sederet, nisi quis eques esset aut equestrem censum (quadraginta sestertium, cf. Epist. I, 1, 57.) haberet, atque ideo in istum ordinem adscriptus esset. Parem equitibus dignitatem habebant Tribuni militum, quibus adeo in istis gradibus sedendi ius erat. — Sed iste homo, quamvis ut tribunus militum equestri dignitate gaudebat, hactenus tamen Othonis legem *contemnebat*, quod ex mente Othonis plebs et servilis conditionis homines, qualis iste fuit, ab equitibus secerni debebant. — v. 17-20. *Quid adtinet*, quid expedit, *tot ora*, tanto apparatu bellum navale adversus *latrones* sive piratas instruere? — *Hoc, hoc tribuno militum*, tam flagitioso servo classi regendae praefecto. — Quid adtinet, inquam, bonum et honestum esse aliquem, si vel adeo homo abiectus, qualis supra laudatus, in civitate nonsolum toleratur, ut ita dicam, sed etiam sustentatur? — Quid prodest virtus, quid tandem scientiae, si homines nefarii summis funguntur muneribus, si stolidi sapientibus, stupidi doctis praeferuntur? — Talia autem fieri, eiusmodi iniuriae experto crede Ruperto.

---

lem tulerat, ut in quatuordecim ordinibus sederent equites, de quibus in duobus sederent tribuni, non tamen servi, quia Menas tribunus factus erat ab Augusto. Vt Iuvenal.: *Sic libitum vano, qui nos distinxit, Othoni.* [*Quid adtinet*] h. e. quid prodest superatos piratas, si is, qui piraticam exercuit, inter Sexti Pompeii servos tribunus factus est militum?

eques et *sedilibus in primis* cum vehementi indignatione profertur. Ex quatuor autem ordinibus, quos lege Roscius Otho tribunus pleb. in theatro equestri ordini dedit, duo primi versus Tribuniciis vacabant. [*Quid attinet tot ora nav. gravi Rostrata duci pondere*] Sensus est: Quid prodest classem rostratis navibus ducere adversum latrones ac fugitivos, quos Sextus Pompeius armavit, cum hunc patimur Tribunum equitum Romanum esse?

Terras et humanum genus,
Quid iste fert tumultus? aut quid omnium
Vultus in unum me truces?
Per liberos te, si vocata partubus
Lucina veris adfuit,
Per hoc inane purpurae decus precor,
Per inprobaturum haec Iovem,

linimentorum.“ D, idem habet in glossa; E, γ, H, I, P, in titulo; B, D, φ, IN GRATIDIAM CONVERSO NOMINE. B, φ, glossa: „ hanc Odam in execrationem Gratidiae veneficae edidit, quae raptim furata est quemdam puerulum speciosissimum de habitu praetextorum, ut de illo maleficia sua expleret, sicut in sequentibus narratur. Sed quia decretum erat, ut nemo publice nominatim aliorum vitia carperet, mutato nomine, pro Gratidia, Canidiam posuit.“ — Ceterum poeta *Canidiam veneficam* saepius commemorat. Cf. Epod. XVII. Serm. I, 8, 24. etc. — Dicunt eam unguentariam proprio nomine *Gratidiam* appellatam, Neapoli ortam et olim ab Horatio amatam esse. Vid. *Heindorf.* ad Serm. I, 8. ibique nostr. adnot. *Weichert.* in Commentat. *de Iarbita Timagenis aemulatore,* repet. in eiusd. POETARVM LATINORVM *Reliquiis* (Lips. 1830.) pag. 415. *Fea* ad Serm. II, 1, 48. eius patrem Canidium, maritum Albutium fuisse affirmat. Cf. ibid. *Bothius*, qui eam potius Albutii moechi scortum fuisse monet. — Quidquid sit de hac expositione, hoc notandum, Canidiam gentem plebeiam exstitisse Horatio coaevam, ut ex nummo aevi Augusti notat Eckhel. Doctr. vet. numm. V. pag. 161.

---

v. 1 — 10. Puer in haec verba erumpit: *At, o deorum quidquid in cael. reg. terr. et hum. gen.* h. e. at per deos immortales, quid sibi vult hic tumultuosus apparatus? *quidquid deorum*: Liv. III, 25. *et quidquid deorum est.* Idem I, 25. *quidquid civium.* — *tumultus*, videbat enim in rebus magicis apparandis huc et illuc discurrere veneficas. — *in unum*, sc. conversi. — *Per liberos*, bene pueri animum doloris, quem parentes (cf. v. 101.) de eius interitu suscepturi sint, subit cogitatio. — *si vocata Lucin.* cf. supr. ad III, 22, 3. — *partubus veris*, vere parienti, h. e. nisi forte eos aliis matribus per malas fraudes subduxeris. — *Per hoc inan. purp. decus*, per hanc togam praetextam, ingenuitatis meae in-

---

ACR. [*At o deorum*] in Canidiam veneficam scribit, inducta persona pueri, qui ad immolationes raptus, vociferans rogat, ne mulierum consciarum turba pereat inclusus. [*At o deorum*] *at* vacat, ut: *At tibi pro scelere, exclamat, pro talibus ausis.* Necromantiam factam detestatur a Canidia maga, quae infosso puero regio animam extorquere non ambigit. [*Aut quid omn.*] quasi etiam vultus crudelitate turbentur. [*Per liber. te*] vult intelligi, aut non peperisse Canidiam aut de adulterio sobolem suscepisse. [*Per hoc inane purp. decus precor*] velut praetextatus puer, apud eas purpurae decus inane dixit, quia non proderat perituro. [*Per improbatur.*] i. e. vindicaturum. Humanae enim victimae Iovi acceptae

POR. [*At o deorum*] verba praetextati vociferantis in domo Canidiae, quem significat ab ea furtim raptum, ut Necromantiam ex eo faceret. Et bene abrupta exclamatio in caelum. Hoc enim dicit, peremptum est, quidquid in caelo est, regens in terras. [*Quid iste fert tumultus*] *Tumultum* vim dicit rapinae ipsius, quam passus est. [*Aut quid omn. Vultus in unum me truces*] earum dicit, quae cum Canidia consciae ministrae sceleris huius fuerant. [*Per hoc inane purpurae decus*] quo ma-

Quid ut noverca me intueris aut uti
Petita ferro bellua?
Vt haec trementi questus ore constitit
Insignibus raptis puer,
Inpube corpus, quale posset inpia
Mollire Thracum pectora;
Canidia, brevibus inplicata viperis
Crines et incomptum caput,
Iubet sepulchris caprificos erutas,
Iubet cupressus funebres
Et uncta turpis ova ranae sanguine

---

signe, si me non tutum praestare potest a tua violentia, *inane*, vanum. — *aut uti petita ferro bellua*, vel ut saeva bestia eum, a quo petita est, intueri solet, torvis nempe et minacibus oculis.

v. 11 — 24. *caprific. erut. sepulchr.* ad infaustas enim et infelices arbores, quarum ligna in sacris magicis accendi solebant, pertinebat *caprificus* in sepulchris nata; cf. Propert. IV, 5, 74. — *cupressus funebres*, quia *cupressus* in tumulis poni solebat; hinc supr. II, 1, 5. dicitur: *invisa.* — *uncta*, polluta, contaminata, ut supr. II, 1, 5. *arma cruore uncta.* Infr. Serm. II, 2, 68.: *nec, sic ut simplex Naevius, unctam Convivis praebebit aquam;* et sic *unctae manus* Serm. II, 4, 78. — *turpis ranae*, rubetae, quae, quia sanguine venenato, ut vipera, turgere pu-

---

esse non poterant, qui a *iuvamine* hominum Iupiter dictus est. [*Insign. rapt. puer.*] spoliatus praetexta puerili. [*Impube corpus*] aut delicatum corpus aut pulchrum, quod et crudelitatem potuisset flectere Barbarorum. [*Brevib. implic. viper.*] tanquam ipsa venefica furiali habitu crines haberet viperis implicatos. [*Iubet sepulchr. caprif. erutas*] ligna etiam infelicia et sterilia e sepulchris collecta praeparata significat tanquam sacris inferis profutura. [*Cupress. funebres*] ut: *Ferales ante cupressos Constituunt.* [*Et uncta turp. ova ranae*] non *ranae ova*, sed uncta ranae sanguine. Rana enim infernum et venenosum animal est, ut Iuvenal.: *Et Stygia ranas in gurgite nigras.* [*Turpis*] grandis, ut: *Cui turpe caput.* Tales enim ranae vulgo rubetae dicuntur et magis venenosae sunt, de quibus ait Iuven.: *Ranarum viscera nunquam Inspexi.* Et

gis oneret atrocitatem sceleris huius, praetextatum ac per hoc honestum ac delicatum facit hunc puerum esse. *Inane* ergo decus purpurae apud eam intellige, quae scilicet sine respectu aetatis eius in eum saeviat. [*Insignibus rapt.*] *insignia* pueri intellige raptam praetextam ac bullam et est σχῆμα ἐπεξήγησις. [*Puer Impube corpus*] h. e. cuius impube corpus erat. [*Mollire Thracum pectora*] i. e. etiam Thracum. Sic dicitur illud apud Virgilium: *Quis talia fando Myrmidonum Dolopumve aut duri miles Vlyxi*, pro: etiam Myrmidonum Dolopumve. [*Brevib. implicat. viperis*] furiali habitu eam descripsit. Et *breves viperae* perpetuo ἐπιθέτῳ dicitur, nam sunt tales. Nota autem est figura elocutionis *illigata crines* et *illigata caput.* [*Iubet sepulchr. caprif. erutas*] non inde iubet, sed ex sepulchris notissimis *erutas* accipe, quoniam inferna venefica esse haec sacrificia intelligi vult. Talia denique sunt et quae subiiciuntur. [*Iub. cupressos funebres etc. Herbasq. quas Iolcos*] *Iolcos* urbs est Thessaliae. *Thessalia* autem venenorum ferax est, *Iberia* autem nunc, quae in Ponto, est intelligenda, ut Virgil.: *Nascuntur plurima ponto.*

Plumamque nocturnae strigis
Herbasque, quas Iolcos atque Iberia
Mittit, venenorum ferax,
Et ossa ab ore rapta ieiunae canis
Flammis aduri Colchicis.
At expedita Sagana per totam domum
Spargens Avernales aquas,
Horret capillis, ut marinus, asperis,
Echinus aut currens aper.

v. 28. *aut currens aper.* Ex mera N. Heinsii coniectura (quam ambabus amplexus est Clarissimus Doeringus, quem vidi ad hunc locum) Bentleius emendat *Laurens*, idque nititur probare hoc argumento: quod sit perpetuum epitheton poetis Italis. — Currit aper, quia actus, exagitatus a venatore vel canibus; tunc arma sua promit et furorem ostendit. Ovid. Halieut. 82.: *Actus aper setis iram denunciat hirtis Et ruit oppositi nitens in vulnera ferri, Pressus.* Virgil. Aen. X, 707 sqq.: *Ac velut ille canum morsu de montibus altis Actus aper, multos Vesulus quem pinifer annos Defendit, multosque palus Laurentia, silva Pastus arundinea, postquam inter retia ventum est, Substitit, infremuitque ferox et inhorruit armos.* Georg. IV, 407. Sil. Ital. I, 423 sqq. Vid. Fea ad hunc locum. — Locum, cuius sensus tam recte habet, tamque simplex ac verus est, quam huiusce loci sensus, emendare velle contra omnium Codd. auctoritatem, tale quid merito dixeris absurdum. *Vossius* sic: *Doch Sagana rennt eilfertig durch das ganze Haus, Und sprengt Avernusfluth umher, Ihr borstig Haupthaar aufgestraeubt, wie ein stachlichter Meerigel und die Bach' im Lauf.*

---

tabatur, sacris magicis inserviit; vid. Propert. III, 6, 27. — *nocturnae strigis*, ex noctuarum genere, ob flebilem inprimis vocem, quam noctu e culminibus et in bustis edit, inauspicatae; de eius, uti *bubonis*, in sacris magicis usu vid. Ovid. Fast. VI, 139 sqq. Senec. Med. 731 sqq. — *Iolcos*, urbs Thessaliae, ut omnis Thessalia, venenorum feracissima; Tibull. II, 4, 56. — *Iberia*, Ponti regio, Colchis vicina; intelliguntur igitur venenatae herbae, qualibus Medea usa sit. cf. Virg. Eclog. VIII, 95. — *Colchicis*, magicis, quales additis lignis infelicibus accenderit Medea Colchica.

v. 25 — 28. *expedita*, succincta, infr. Serm. I, 8, 23.: *Vidi egomet nigra* s u c c i n c t a m *vadere palla Canidiam.* — *sparg. Avern. aqu.* sc. ad domum lustrandam. *aquae Avernales*, ex Averno petitae. — *marinus echinus*, erinaceus, (*Meer-Igel*) hinc ducta proverbialis locutio ἐχίνου τραχύτερος.

---

idem alibi: *Miscet sitiente rubetam.* [*Nocturn. strig.*] ut Lucan.: *Quid trepidus bubo, quid Strix nocturna queruntur?* [*Herbasq. quas et Colchos atq. Iberia*] *Colchos* civitas Ponti est, herbis veneficis abundans, ut: *Has herbas atque haec Ponto mihi lecta venena Ipse dedit Moeris, nascuntur plurima Ponto.* Nam et hic quidam volunt *Iberiam*, non Hi-

[*Plumamq. nocturnae strigis*] sic dicuntur vulgo *strigiae*, quia a nominativo *strix*, non *strigia*, haec autem avis est nocturna mali ominis. [*Flammis aduri Colchicis*] per veneficia accendisse vult, sed hoc propter Medeam dicitur, quae Colchis fuit. [*At expedita Sagana*] *Saganam* hanc ex consciis ac ministris veneficii illius accipe. *Expeditam* au-

Abacta nulla Veia conscientia
Ligonibus duris humum
Exhauriebat ingemens laboribus,
Quo posset infossus puer
Longo die bis terque mutatae dapis
Inemori spectaculo,
Quum promineret ore, quantum exstant aqua
Suspensa mento corpora:
Exsucta uti medulla et aridum iecur
Amoris esset poculum,
Interminato quum semel fixae cibo
Intabuissent pupulae.
Non defuisse masculae libidinis
Ariminensem Foliam,

---

v. 29 — 40. *Abacta null. Veia conscientia*, Veia *humum exhauriebat*, scrobem effodiebat, *ingemens laboribus*, de duriore labore; sic fere apud Virgil. Georg. I, 48. *taurus aratro ingemere* dicitur. — *posset inemori*, pro: inemoreretur; *posse* enim saepe inservit periphrasi. — *medulla exsucta*, fame exesa et exsiccata; Ammian. Marcell. XXX, 4. *ad usque ipsas medullas* e x s u c t u s. — *Amoris poculum*, philtrum. — *quum semel*, h. e. simul ac. — *cibo interminato*, ad quem tangendum non admittebatur.

v. 41 — 46. *masculae libidinis*, Graecis eiusmodi femina, quae ipsa libidini suae contra leges naturae satisfacere studet, τριβὰς dicitur; vid.

---

spaniam dictam, sed Ponto civitatem vicinam, unde: *Et ferrugine clarus Ibera.* [*Et ossa ab ore rapta ieiunae canis*] ut Lucanus: *Morsusque luporum Exspectat siccis rapturae faucibus artus.* [*Flammis aduri Colchicis*] quales Medea tractavit apud Colchos de lignis infecundis. [*Expedita*] succincta. [*Sagana*] nomen veneficae alterius. Haec senatoris cuiusdam uxor fuit. [*Spargens Avernales aquas*] ut: *Sparserat et latices simulatos fontis Averni.* [*Asperis*] erectis ipso sacrorum furore, ut Lucanus: *Erectis discissa comis.* [*Currens*] furens, ut: *Infremuitque furens et inhorruit armos.* [*Abacta nulla Veia conscient.*] *Veiam* nomine veneficam etiam aliam sacrificio ipsi ait interfuisse, quam in nullo scelere non misceri commemorat. Vel quod melius est consortem omnium scelerum eorundem esse. [*Exhauriebat*] aperiebat, ut: *Latus hausit apertum.* [*Ligonib. duris*] ut infoderetur puer. [*Ingem. laboribus*] animositate operis laborantem significat. [*Quo posset infossus puer*] ut exstante capite infossus, dum diversos cibos porrigant, diu animam reservaret. [*Execta uti medulla*] ut de visceribus eius amatorium poculum facerent, vel ex medulla. [*Interminato*] interdicto iam cibo moreretur. [*Intabuiss.*] defecissent, ut: *Et sale tabentes artus in litore ponunt.* [*Nec defuisse masculae libidin. Ariminens. Foliam.*] magam aliam si-

tem succinctam videtur dicere. [*Abacta Veia nulla conscientia*] ablativi casus est et est sensus: *Veia*, quae nulla mala conscientia remota est. [*Longo die bis terque*] ut magis incitaretur puer, ait, illi apponi epulas et saepe mutari. [*Execta uti medulla*] nunc videtur causam tanti facinoris exponere. Significat autem Canidiam amoris potionem Varo praeparare, infert enim: *Non usitatis, Vare, potionibus.* [*Ariminen-*

Et otiosa credidit Neapolis
Et omne vicinum oppidum,
Quae sidera excantata voce Thessala
Lunamque caelo deripit.
Hic irresectum saeva dente livido
Canidia rodens pollicem,
Quid dixit? aut quid tacuit? O rebus meis
Non infideles arbitrae,
Nox et Diana, quae silentium regis,
Arcana quum fiunt sacra,
Nunc, nunc adeste! nunc in hostiles domos

Martial. I, 91. et cf. Iuvenal. VI, 310. — *otiosa*, Cl. *Mitsch.* ideo nunc Neapolin *otiosam* dictam esse putat, quod Romani, amoenitate regionis invitati, eo secedere soliti fuerint. — *voce Thessala*, carmine magico. — *Lunamq. cael. deripit*, Virgil. Eclog. VIII, 69. *Carmina vel caelo possunt deducere Lunam*, ubi vid. *Cerda.*

v. 47 — 54. *irresectum pollicem*, Furiae quoque, quarum externum habitum veneficis induunt poetae, *ungues irresectos* gerunt, cf. infra Serm. I, 8, 26. *livido*, lurido, carioso, quales vetularum dentes esse solent. *Quid dixit? aut quid tacuit?* nefanda quaeque effata et palam professa est. — *O rebus meis Non infid. arbitr. Nox et Dian.* etc. Noctem et Dianam sive Hecaten, sacrorum magicorum praesides, veneficarum more invocat Canidia; ut Medea apud Ovid. Met. VII, 192 sqq. — *quae silentium regis Arcan. quum f. sacr.* pro: quae sacra arcana moderaris, quum illa sub noctis silentio fiunt. — *Nunc, Nunc adeste! nunc in ho-*

---

gnificat, Ariminensem *Foliam* nomine, virorum libidine calentem. [*Otiosa credid. Neapolis*] aliena ab his curis et otio vacans, ut illud Virg.: *Illo Virgilium me tempore dulcis alebat Parthenope, studiis florentem ignobilis oti.* [*Quae*] subauditur *Folia.* [*Thessala*] magica, quod huiusmodi ars maxime Thessalorum est, ut et Lunam cantibus deponant et astra commoveant. [*Hinc*] tunc, ut: *Hic regina gravem gemmis auroque poposcit Implevitque mero pateram.* [*Canidia rodens pollicem*] habitum et motus Canidiae expressit furentis. Petronius, ut monstraret furentem: *Pollice*, ait, *usque ad periculum roso.* [*O rebus meis*] nunc verba sunt inducta Canidiae. [*Arbitrae*] consciae, testes. Sallust.: *Atque ibi procul amotis omnibus arbitris.* [*Diana*] pro Luna posuit. [*Arcana cum fiunt sacra*] i. e. dum secreta et nocturna sacra celebrantur. [*In hostil. dom.*] Vari cuiusdam, adversum quem, amore eius inflammata,

sem Foliam] dicit etiam *Foliam* nomine veneficam huic sceleri interfuisse, quod ait *masculae libidinis*, ad id pertinet, quod dicantur quaedam mulieres habere naturam monstruosae libidinis coeundi feminis, quo crimine etiam Sappho male audiit. [*Et otiosa credidit Neapolis*] videtur significare scelus hoc Neapoli factum, nam ut supra diximus, Gratidia haec Neapolitana fuit. *Neapolin* autem *otiosam* pro quietam dixit, simul quia otiosus, i. e. vitae quietiori aptissimus ille secessus est. [*Hic irresectum saeva dente livido*] sed illud adtende, ut duabus praepositionibus exaggerata sit facinoris atrocitas, *irresectum* pro valde et saepius sectum. [*Quid dixit? aut quid tacuit*] sensus est: Quae scelera non dixit aut quae silentio praeterire potuit? [*O rebus meis*] haec iam Canidiae verba sunt. [*Nunc in hostiles domos*] Varo haec imprecatur, a quo fastidie-

Iram atque numen vertite.
Formidolosae dum latent silvis ferae,
Dulci sopore languidae,
Senem, quod omnes rideant, adulterum
Latrent Suburanae canes,
Nardo perunctum, quale non perfectius
Meae laborarint manus. —
Quid accidit? Cur dira barbarae minus
Venena Medeae valent,
Quibus superbam fugit ulta pellicem,
Magni Creontis filiam,

---

v. 60. *laborarint*, alii *laborarunt*, sed illud praestat ob omn. codd. auctoritatem. — *laborarint*, ἐκπονήσαιντ᾽ ἄν.

---

stil. dom. Ir. atq. num. vert. „ex antiquo, ait *Mitscherl.*, precandi ritu, pro: mihi propitiae sitis, ira vestra in hostes, quicunque vobis sint, ablegata."

v. 55 — 60. *Suburanae canes*, in vico enim *Subura* s. *Suburra* nequitiae suae officinam habebant meretrices; hinc apud Mart. VI, 66. v. 1 sqq. de praecone puellam vendente: *Famae non nimium bonae puellam, Quales in media sedent Suburra, Vendebat modo praeco Gellianus.* cf. Pers. V, 32. — *nardo perunct.* — per *nardum* Canidia non proprie unguenta, quibus alias homines venustiores vel ridiculos adeo senes (cf. Plaut. Casin. Act. II. Sc. 3.) puellis placendi causa se delibuisse constat, sed satis salse venenatas herbas, quarum vi nunc adduci debebat Varus, intellexisse videtur, alias non addidisset: *quale non perfectius* (efficacius) *Meae laborarint manus.*

v. 61 — 70. *Cur dira venena Medeae*, cum Medea se comparat Canidia et quam illius venena vim habuisse feruntur, eandem suis quoque venenis vindicat, uti venefica apud Theocrit. β΄, 15. *Φάρμακα ταῦθ᾽ ἔρδοισα χερείονα μήτε τι Κίρκης, Μήτε τι Μηδείας, μήτε ξανθᾶς Περιμήδας.* — *barbarae*, Colchicae. — *superbam pellicem*, Creusam s. Glaucen, ob

---

sacrificabat. [*Formid. dum lat. silv. ferae*] ut nocte vexaretur, quae etiam feris quieti est, ut: *Cum tacet omnis ager: pecudes, pictaeque volucres, Quaeque lacus late liquidos, quaeque aspera dumis Rura tenent, somno positae sub nocte silenti.* [*Senem quod omnes*] usque in senectam amet et risui sit. [*Latrent suburbanae canes*] ut per amoris impatientiam nocte ambulans a canibus suburbanis latretur. [*Nardo perunct.*] ut placendi studio nardo uteretur, quale nec ipsa habere poterat, quae unguentaria erat. [*Quale*] ἀντίπτωσις pro *quali.* [*Quid accidit*] miratur, cur in capiendo Varo preces suae tardius audiantur: et aut se Medeam ponit, pro perfectione artis, aut Medeam ideo nominavit, tanquam quae invenerit et docuerit sacrum. [*Superba*] potens, ut: *Hinc populum late regem.* [*Vlta*] dolorem morte Glauces. [*Cum palla, tabo*]

batur. [*Quale non perfectius Meae laborarunt manus*] hinc scias illam, ut diximus, unguentariam fuisse. Attende autem elocutionem constitutivam: *Quale non perfectius*, cum sit dicendum: *quo non perfectius.* [*Quid accidit? cur dira barbarae minus Venena Medeae valent*] indignatur venena Medeae esse, quibus illa usa sit, cum se de pellice sua ulta est.

Quum palla, tabo munus inbutum, novam
Incendio nuptam abstulit?
Atqui nec herba, nec latens in asperis
Radix fefellit me locis.
Indormit unctis omnium cubilibus
Oblivione pellicum.
Ha! Ha! solutus ambulat veneficae
Scientioris carmine!

v. 71. *Ha! ha!* quod est interiectio laetantis vel gaudentis, hic propterea edidi, quod Canidia dolorem, quem ob aliam veneficam scientiorem sentit, callide dissimulare mihi videtur.

---

honorem, quo ab Iasone Medeae praelata fuerat, magnifice se nunc extollentem; simillime supr. Epod. III, 14. de Medea. — *tabo munus imbutum*, pallam, quam veneno infectam ut munus nuptiale Creusae miserat. — *fefellit me*, fugit meam artis magicae peritiam; — *cubilibus unctis oblivione*, cubilia, ubi nunc latebat Varus, Canidiae plane immemor, paulo sublimius *uncta oblivione* dicuntur, h. e. eiusmodi quasi herbis imbuta, quae oblivionem offunderent.

v. 71—82. *Ha! ha!* inquit, nunc scio, cur Varus non venerit; ille scilicet scientioris cuiusdam veneficae carmine a vi incantationis meae solutus nihil mea carmina curat, sed secure et libere circumvagatur. — *ambul.*, *ambulare* iam de iis, qui securi et tuti ab omni periculo incedunt; supr. IV, 5, 17.: *Tutus bos etenim rura perambulat.* — *multa fleturum*, — *multa*, pro: multum. — *Marsis vocibus*, *Marsi* ut serpentium

---

alii vestimentum, alii coronam oblatam a Medea volunt infectam venenis, qua sumpta accipiens periret incendio. Iason, filius Aesonis, profectus Colchos cum quibusdam Graecorum fortissimis ad rapiendum vellus aureum, quod Phryxus Marti sacraverat, a Medea magicae artis peritissima amatus est. Cuius auxilio Iason, promissa amoris suae perpetuitate, draconem, qui iussu Martis servando velleri aureo custos fuerat affixus, occidit, et, proscisso agro duobus ignem efflantibus tauris indomitis et seminatis inibi dentibus draconis, nati sunt Gigantes, qui primum impetum fecerunt in Iasonem, sed tandem se mutuis vulneribus occiderunt, postea aureo vellere accepto et spreta laboris sui adiutrice, Glaucen, Creontis filiam, sibi duxit uxorem. Vnde Medea, dolore contacta, geminos sui amatoris filios, quos ex Glauce genuerat, occidit et in Phasin fluvium mortuos mersit, prius veneno necata pellice, nam veste veneno delibuta Glaucen ipsum fecerat indui, cuius incendio turpiter periit. [*Atqui nec herba*] dicit se, dum nihil praetermiserit de his, quae a Medea facta sunt, cur ipsa nihil obtinet, admirari. [*Indorm. unctis*] ita nihil valere dicit actionem suam, ut Varus, adversum quem omnia fecerit, immemor sui odoratis pellicum cubiculis teneatur quietus. [*Ah, Ah! solutus ambulat*] actionem suam credit inventa doctiore venefica in cassum esse.

[*Cum palla, tabo munus infectum*] *palla*, *munus*, figura est, quae ἐπεξήγησις dicitur: *Tabo* autem nunc veneno. Aliter Virg.: *Huic atro linquuntur sanguine guttae Et terram tabo maculant.* [*Indormit unct. omn. cubilibus*] obscura elocutio, quae sic ordinanda est: *Indormit cubilibus unctis oblivione omnium pellicum* et est sensus: Nescio, quare sunt praesentiora veneficia, quae cubile ungunt medicaminibus, per quae medicamina oblivio ei datur omnium pellicum. *Pellices* autem Canidia pro se sola dixit. [*Ah, ah solutus*] h. e. quod ingemuit, quod alia sci-

Non usitatis, Vare, potionibus,
O multa fleturum caput,
Ad me recurres, nec vocata mens tua
Marsis redibit vocibus.
Maius parabo, maius infundam tibi
Fastidienti poculum.
Priusque caelum sidet inferius mari,
Tellure porrecta super,
Quam non amore sic meo flagres, uti
Bitumen atris ignibus.
Sub haec puer iam non, ut ante, mollibus
Lenire verbis inpias,
Sed dubius, unde rumperet silentium,
Misit Thyesteas preces:

---

venenatorum domitores praecipue celebrantur, vid. Aul. Gell. XVI, 11. hinc Virgil. Aen. VII, 758. *Marsis quaesitae montibus herbae.* — *Maius parabo* etc. multo fortius et potentius philtrum tibi parabo. — *Priusque caelum sidet* etc. Et prius totus rerum naturae ordo invertetur et confundetur, quam fieri poterit hoc, etc. — *Bitum.* de *bituminis* in re magica usu cf. Virg. Eclog. VIII, 82. *atris*, refer ad atrum fumum, quem bituminis flamma volvit rotatque.

v. 83—102. *Sub haec puer*, dum haec Canidia peragebat et puer nihil spei sibi relictum esse intelligebat. — *lenire*, sc. coepit. — *preces Thyesteas*, exsecrationes, qualibus Thyestes fratrem suum Atreum insectatus est. — *humanam vicem*, sortem hominum sceleribus destinatam; *ἀμοιβήν, ἀντίποινον*, cf. supr. I, 28, 33. — *diris vos agam*, malis exsecrationibus, *agere*, pro: urgere, persequi, ut carm. seq. v. 7. — *Nocturnus occurr. Furor*, tempore nocturno vobis vexandis et terrendis adero. Vti *Furiae* scelestos homines, ita puer veneficas persequi vult. — *Petamque vultus*, Ovid. in Ibid. 146. *Tum quoque factorum veniam memor*

[*Non usitat. Vare, potionibus*] ab amoris sui vinculis Varum dicit novis et magicis potionibus absolutum. [*O multa fletur.*] tanquam adversum quem adgredi vehementiora disponat, ita ut alienatus mente, voluptati eius velut nescius rapiatur et obediat. [*Vocibus*] incantationibus. [*Fastid. pocul.*] ut etiam vis poculi carminibus adderetur. [*Priusq. cael. sidet infer. mari*] ante, inquit, ipsis elementis rerum natura mutabitur, quam non ita Varus amore meo ardeat, ut igni bitumen adpositum. [*Iam non ut ante*] ut cui adderet desperatio libertatem. [*Mollibus*] blandis, ut: *Manditque trahitque Molle pecus.* [*Misit Thyesteas preces*] diras. Etenim tales infossus puer preces coepit effundere, quales in tragoediis in-

entior venefica inventa sit, quam ipsa est. [*Marsis redibit vocibus*] *voces* suas *Marsas* dicit, quasi magicas, ut sit sensus: Mens tua magicis meis vocibus semel evocata nunquam redibit ad sanitatem. Aut numquid hoc dicit: *Mens tua a me incantata nunquam redibit, etiamsi Marsis vocibus revocetur.* *Marsi* autem periti incantationum sunt, huic rei Virgilius testis est, qui sic ait: *Spargere qui somnos cantuque manuque solebat.* [*Fastidienti poculum*] fastidienti sc. me. [*Misit Thyest. preces*] i. e. diras exsecrationes, qualibus in tragoediis Thyestes Atreum exsecra-

Venena magnum fas nefasque, non valent

v. 87. Sensus est: „Venena, i. e. veneficia multum quidem valent et fas nefasque, omne officium, convertunt, at non possunt conditionem mortalium mutare et efficere, quominus veneficae poenas dent." — *Obbarius*, Vir Amicissimus, nuper ad me misit duas *Ieveri* coniecturas, quas ut ingeniosas in hac mea Horatii Editione repetendas curavi, iudicio tamen addito nullo, ita ut lector eruditus ipse de hisce coniecturis iudicare possit, quarum priorem supra in Var. Lect. ad IV, 14, 17. breviter laudavi, altera vero (eaque notatu dignior) haec est. Vulgo legitur:

Venena magnum fas nefasque, non valent
Convertere humanam vicem.

Desperatus locus et a variis varie tentatus, sed sine successu. Bentleius post Lambinum, Turnebum, Torrentium, Rutgersium aliosque timide ad correctionem accedit atque hoc modo refingit:

Venena Magica fas nefasque non valent,
Non vertere humanas vices:

verum non multum placet sibi hac emendatione, putatque frustra operam impendi in hoc loco, qui forte spurius et interpolatus sit, solaque spongia sanari possit! Absit vero sinistrum hoc omen! Tentemus agedum, annon medicabile hoc ulcus, si forte blanda et facili cura aeger convalescere poeta et cum valetudine in gratiam redire possit. Crediderim hoc modo haec restituenda:

Venena magica (pro nefas!) si non valent
Avertere humanae vices:
Diris agam vos. Dira detestatio
Nulla expiatur victima!
Quin, ubi perire iussus exspiravero,
Nocturnus occurram furor etc.

Hoc sensu: Quod si (pro nefas!) humanarum poenarum metus vos a malo facinore deterrere et magica venena vestra mihi avertere nequeant, diris vos devovebo et persequar: quin, si iussa a vobis morte exspiravero, noctu furialis umbra occurram etc. *Pro nefas!* Apta indignanti puero interiectio, qui videbat, se mollibus verbis et precibus nihil profecisse vs. 84. Dein: *si non valent.* Conditionalis haec coniunctio siquidem desiderari videtur, ut aptus ad diras fiat transitus. Si humanarum poenarum metus vestris a veneficiis me vindicare nequeant, diris vos devovebo. *Vices* hic proprie sunt lex Talionis, a Nemesi sive providentia divina sapienter constituta, scilicet, ut, quidquid mali quis immerito aliis fecerit, id ipse vicissim vel simile aliquid ab aliis patiatur; unde rectissime hoc loco Porphyrion dicit, ita appellari *poenas, quae in sceleratos regeruntur.* Hinc dicimus *vicem* alicui, id est par pari *referre.* Vidit hoc Torrentius et Bentleius, qui hic apposite citaverunt geminum plane poetae nostri locum Lib. I. Carm. 28. v. 30—34. *Negligis immeritis nocituram* etc. etc. *Vices* enim *superbae* ibi sunt contemptus poenae, quas vicissim ab alio exspectandas haberet, si naufragi preces contempsisset. *Avertere alicui venena* pro *ab aliquo* elegans et probum. Propert. Lib. III. Eleg. XXIII. v. 9.:

Quod mihi non patrii poterant avertere amici.

Avertere vero et *convertere* saepius confusa. [Iever ad Lucan. III, 627. Tom. I. p. 433. 434. ed. Weber.]

---

ducitur Thyestes cognitis filii membris in Atreum locutus. [*Venena magnum fas nefasq.*] lex enim humana habet malis poenam, bonis praemia

tur. [*Venena magn. fas nefasq.*] *magnum fas* venena sunt, si hosti-

Convertere humanam vicem.
Diris agam vos, dira detestatio
Nulla expiatur victima.
Quin, ubi perire iussus exspiravero,
Nocturnus occurram Furor
Petamque vultus umbra curvis unguibus,
Quae vis Deorum est Manium,
Et inquietis adsidens praecordiis
Pavore somnos auferam.
Vos turba vicatim hinc et hinc saxis petens
Contundet obscenas anus.
Post insepulta membra different lupi
Et Esquilinae alites,
Neque hoc parentes, heu mihi superstites!
Effugerit spectaculum.

---

umbra tuorum, Insequar et vultus ossea forma tuos. — *obscenas*, abominandas, detestabiles. — *Esquilinae alites*, intellige aves famelicas et rapaces. (*D.*)

---

pollicenda et ideo furens puer dicit, hoc eas carminibus mutare non posse. [*Diris agam vos*] promittit se in eas post mortem saeviturum, ut: *Omnibus umbra locis adero.* [*Quae vis deorum est Manium*] ut insomnes faciant et malis gaudeant. [*Post insepult. memb.*] ut iam quia eum ipsa poena sepelierant, illae gravius aliquid paterentur, expositae feris et avibus insepultae. [*Et Esquil. alites*] Romanae, i. e. vultures. [*Vos turba vicatim*] missurum se populo promittit furorem, ut ex omnibus vicis turba concurrens eas saxis obruat pro factorum crimine. [*Neque hoc parentes*] poenas earum etiam a parentibus suis ait videndas, quod cum dolore promittit, qui se vivere magis voluerit, quam vindicari.

bus dentur; magnum nefas, si amicis. [*Non valent Convertere human. vicem*] sic sensus est: Quamtumvis venena possunt, non tamen valent merita in contrarium vertere, ut liberent eos poena, qui male mereantur. *Vices* autem appellantur poenae, quae in sceleratos regeruntur. [*Dir. agam vos*] *Dirae*, ut dixi, exsecrationes dicuntur. Ac detestationis maledicto agam aut nunc persequar signat. [*Vos turba vicatim, hinc et hinc saxis potens, Contundet obscenas anus*] eleganter, quia insanos solent fustibus et lapidibus insectari, ut eos ab omnibus suis fugent. [*Esquil. alites*] et alibi saepe ostendit in aggeris regione, quae est extra portam Esquilinam, solita fuisse pauperum corpora vel comburi vel proiici. [*Neque hoc*] subaudiendum hic extrinsecus: *Vos*, et est ordo et sensus talis: *Neque hoc spectaculum effugerit vos, o parentes mihi superstites*, et bene *heu* ait. Dolenter iuxta parentum commemorationem gemitus insertus est *heu*, quia et ipse superstes esse vellet.

CARMEN VI.

Argum. *Scriptum est hoc carmen in hominem quemdam maledicum, quem cum cane ignavo adversus lupos comparat, qui innocentem allatret viatorem vel sibi minitantem timidus refugiat vel cibo proiecto perfacile placetur. In huiusmodi hominum genus, qui in alios integrae famae, maxime vero in eos, a quibus nihil sibi timent, maledicunt, vehementer invehitur, semet ipsum cum cane generosiore comparans, qui in feris persequendis fortiter persistit neque, quod petit, elabi sinit. Monet autem istum hominem, ne se lacessat, dum eodem modo, quo Archilochus et Hipponax vindictam sumpserint, se ulturum promittit. — Vulgo hoc carmen* IN CASSIVM SEVERVM *inscribitur, quam tamen inscriptionem recte delendam curarunt intpp. recentiores. Vide, quae de titulo Epod. Carm. IV. supra diximus.*

Quid inmerentes hospites vexas, canis,
Ignavus adversum lupos?
Quin huc inanes, si potes, vertis minas
Et me remorsurum petis?
Nam, qualis aut Molossus aut fulvus Lacon,
Amica vis pastoribus,
Agam per altas aure sublata nives,

v. 1 — 2. Quid *vexas hospites*, allatras homines tibi plane ignotos atque omnino innocentes, qui nihil mali in te meditantur, propereaque *immerentes*. — *Ignavus*, imbellis, timidus *adversum lupos*, adversus fortes, promptos paratosque ad propulsandas iniurias. — v. 3 — 4. Cur non potius me petis, quidni potius *huc*, in me, *si potes*, audes, *vertis minas*, sc. *inanes*, quia timidus et ignavus. — *me remorsurum*, qui vanas tuas minas morsu graviter vindicaturus sum. — v. 5—10. *Molossus aut fulvus Lacon*, canes Epirotici et Spartani paulo robustiores tum pastoribus cum venatoribus, illis quidem ad greges tutandas, his ad feras indagandas et persequendas, inserviebant. Virg. Georg. III, 404—408. *Nec tibi cura canum fuerit postrema: sed una Veloces Spartae catulos acremque Molossum Pasce sero pingui. Nunquam custodibus illis Nocturnum stabulis furem incursusque luporum Aut impacatos a tergo horrebis Iberos.* — Atque propterea hic isti canes *amica vis pastoribus* appellantur. — *Agam, quaec. praecedet*, quamcunque insectabor feram; *per altas nives* et *sublata au-*

ACR. [*Quid immerentes*] Cassium maledicum poetam in se irritat minaturque, si solita rabie fuerit elatus. [*Inmerentes*] nihil mali meritos. [*Hospites*] peregrinos. [*Vexas*] fatigas, ut: *Dulichias vexasse rates.* [*Canis*] bene maledicum *canem* vocavit, velut qui et ipse morderet. [*Ignavus adversus lupos*] lupis homines fortes comparavit. Vitas ergo, inquit, qui se ulcisci possunt, at miseros laceras, et quia carminibus alios notabat, provocat, ut in se audeat dicere, qui cum velit, ut lupus remordeat. [*Amica*] amicos canes pastoribus dixit, ut Virgilius: *Numquam*

POR. [*Quid immerentes hospites vexas, canis*] in hac ecloga ἀλληγορικῶς videtur loqui ad eum, qui cum dicacitatis amaritudine sectaretur quietos alioquin homines, in eo sibi gloriam adsignaverit, quod illi cedentes ei viderentur non sufficere respondendo. [*Amica vis pastoribus*

Quaecunque praecedet fera.
Tu, quum timenda voce complesti nemus,
Proiectum odoraris cibum.
Cave, cave! namque in malos asperrimus
Parata tollo cornua,
Qualis Lycambae spretus infido gener
Aut acer hostis Bupalo.

re, pertinaciae et alacritatis causa adiecta. — *Tu quum timenda voce compl. nemus*, tu vero, postquam satis superque frustra latrasti, ita ut vel adeo nemus resonaret, *proiectum odoraris cibum*, statim investigas, si quis tibi cibus obiectus sit, quem lubenter sumis. — v. 11—16. *Cave*, cum orationis vi repetitum, *Cave*, namque in *malos*, in eos nempe, qui immerentes hospites vexant, *asperrimus*, acerbissimus sum; cf. infr. Epist. ad Pis. v. 221. — *Παροιμιακῶς* haec poeta, desumpta a tauro feroci imagine: *parata tollo cornua*, promptissimus sum cornibus impetere, *ταυροῦσθαι*, ut passim apud Graecos. — *Qualis Lycamb. spretus*, qualis Archilochus, qui Lycamben socerum propterea, quod ille filiam suam sibi iam desponsam mutata voluntate se daturum negarat, tam maledicis et contumeliosis versibus insectatus est, ut illum aegritudini animi remedium suspendio quaerere coegerit atque ad idem mortis genus sponsam quoque suam adegerit. Cf. infr. Epist. I, 19, 25.: *non res et agentia verba Lycamben.* ibid. v. 30 — 31.: *Nec socerum quaerit, quem versibus oblinat atris, Nec sponsae laqueum famoso carmine nectit.* Epist. ad Pis. v. 79.: *Archilochum proprio rabies armavit iambo.* — *Aut acer hostis Bupalo*, Hipponax poeta, Archilocho aetate posterior, acerrimis in Bupalum et Anthermum iambis invectus, quod imaginem suam, foeditate notabilem, ridentium cir-

custodibus illis Nocturnum stabulis furem incursusque luporum Aut impacatos a tergo horrebis Iberos. [*Vis*] sagaces canes dixit, ut: *odora canum vis.* [*Agam per altas aure sublata nives*] servat metaphoram et dicit se agere, h. e. persequi aure ad latratus posita in feras et ostendit se persecuturum verba maledici. [*Tu cum timenda voce*] demonstrat eum pecuniam quaerere maledictis, qua accepta ita desinere, ut canis, qui reperto cibo insectari desinit. [*Cave, cave*] non se aut munere placandum aut precibus dixit, si maledictis eius coeperit respondere. [*Parata tollo cornua*] ut: *Cornu ferit ille, caveto.* [*Qualis Lycambe spretus infido gener*] *Lycambe* dativo casu posuit, cuius haec fabula est: Lycambes habuit filiam Neobulen; hanc cum Archilochus in matrimonium postulasset, promissa nec a patre data est, huic iratus Archilochus in eum maledicum carmen scripsit, quo Lycambes tanto est dolore compulsus, ut cum filia vitam laqueo finiret. [*Aut acer host. Bubalo*] Hipponactem significat, qui Bubali filiam nuptam petiit et pro deformitate est contemptus. Illud tamen verius volunt, Bubalum fuisse pictorem apud Clazomenas, civitatem Asiae, hic Hipponactem quendam poetam deformem pro risu pinxit, quo ille furore commotus, tali eum carmine percullit, ut

amica nunc pro utili dicitur. [*Agam per altas aure sublata nives, Quaecunque praecedet fera*] de se hoc poeta dicit, significans, non defuturam sibi linguae amaritudinem, si provocetur alicuius improbitate. [*Qualis Lycambe spretus infido gener*] *Lycambe* dativus casus. Archilochum autem significat, qui Lycamben probrosis carminibus usque eo insectatus est, ut ille mortem sibi conscisceret, hoc autem eo fecit, quod ille filiam suam in matrimonium promissam mox denegasset. [*Aut acer hostis Bubalo*] aeque dativi casus est, ut huic *Bubalo*. Hipponacta significat, qui aeque iam-

An, si quis atro dente me petiverit,
Inultus ut flebo puer?

CARMEN VII.

ARGUM. *Scriptum esse videtur hoc carmen eo fere tempore, quo Octavianus, Lepido victo et Sext. Pompeio occiso, novum bellum contra Antonium parabat, anno u. DCCXXII. quam belli civilis redintegrationem vehementer detestatur Horatius, Romanos ab huiusmodi temere ac nefarie incepto cum maxime deterrere tentans.*

AD POPVLVM ROMANVM.

Quo, quo, scelesti, ruitis? aut cur dexteris
Aptantur enses conditi?
Parumne campis atque Neptuno super
Fusum est Latini sanguinis?
Non, ut superbas invidae Carthaginis
Romanus arces ureret,

REPREHENDIT CIVILE BELLVM ITERARE VOLENTES Cod. Guelf.
IN ROMANOS SEDITIOSOS Cod. Goth.

---

culis proposuissent, Plin. XXXVI, 5. Bupalus pariter ac Lycambes mortem sibimet ipsi, iamborum scilicet acerbitate victus deque salute sua aliunde petenda desperans, conscivit. — *Inultus ut flebo puer?* non te extimescam ut puer; frequens est his generibus loquendi Homerus, v. c. Iliad. Υ, 431. *Πηλείδη, μὴ δή μ' ἐπέεσσί γε, νηπύτιον ὥς, ἔλπεο δειδίξεσθαι.*

---

v. 1. *Quo ruitis*, quid molimini, sed multo fortius hoc. — *conditi*, sc. vagina. — *campis atque Neptuno super*, cf. supr. ad II, 1, 29—36. — v. 5—10. *invida* dicitur Carthago, sc. de principatu contendens cum Roma, de summo rerum imperio terra marique obtinendo. — *Intactus*, vid.

---

se laqueo suspenderet. Vnde nunc similis carminis vim maledico minatur Horatius. [*Atro dente*] maledico aut obtrectatorio sermone.

bicis versibus Bubalum persecutus est. [*Inultus ut flebo puer*] Ordo: *Inultus flebo ut puer.*

ACR. [*Quo, quo, scelesti, ruitis*] illud bellum cum exclamatione significat, quod ab Augusto gestum est contra Brutum et Cassium, interfectores Caesaris. [*Enses conditi*] vaginis inclusi. [*Fusum est Lat. sanguinis*] civilis belli tempore. [*Intactus*] ante invictus. [*Vt descen-*

POR. [*Quo, quo, scelesti, ruitis*] eleganter in tumultu ab exclamatione incipit, ad eos autem dicit, qui furiosa mente instaurare bellum civile conabantur. [*Aut cur dexteris Aptantur enses conditi*] qui iam conditi erant, cur dexteris enses adcommodantur? ac si diceret: Stringitis gladios in vagina iam conditos. [*Neque hic lupis mos neq. fuit leonibus*

Intactus aut Britannus ut descenderet
Sacra catenatus Via,
Sed ut, secundum vota Parthorum, sua
Vrbs haec periret dextera.
Neque hic lupis mos, nec fuit leonibus
Vnquam, nisi in dispar feris.
Furorne caecus an rapit vis acrior?
An culpa? resposum date!
Tacent — et albus ora pallor inficit
Mentesque perculsae stupent.
Sic est: acerba fata Romanos agunt

v. 11. *Vnquam*, ita mss. omnes, quos se vidisse ait Fea, hoc quidem sensu: Neque hic mos unquam fuit feris lupis, neque leonibus, nisi in dispar genus. *Mos*, ut agerent contra suam speciem, quod Romani faciunt. Ferae illae natura atque indole sua, actu feroces non sunt, nisi in genus dissimile. In altera lectione *Nunquam* non vident, idem repeti in primo atque secundo membro et omitti necessarium. Vid. *Fea* ad h. l.

---

supr. III, 5, 3. ibiq. adnot. nondum adiectus imperio Romano, nondum igitur victus. — *descend. Sacra Via*, in triumpho duceretur per sacram viam. Laudant in hanc rem Cicer. Verr. V, 30. — *catenatus*, ex more, cf. supr. II, 12, 11—12. — *secund. vota Parthorum*, ex Parthorum votis, ita ut his satisfaciatis. Sententiae huic respondent illa Homeri Iliad. α', 255. *Ἦ κεν γηθήσαι Πρίαμος, Πριάμοιό τε παῖδες, Ἄλλοι τε Τρῶες μέγα κεν κεχαροίατο θυμῷ, Εἰ σφῶιν τάδε πάντα πυθοίατο μαρναμένοιν.* — v. 11—12. *nisi in dispar*, nisi adversus feras disparis naturae aliusque generis. — v. 13—16. *vis acrior*, divina s. fatalis necessitas; *furor caecus*, temerarius animi impetus: *culpa*, (vid. III, 6, 1.) delicta et scelera a maioribus perpetrata, quae nepotes nunc luere debent. — *Responsum date*, maxima cum vi pronuntiatum: Respondete! — *Tacent*, culpae conscientia convicti, cf. Cicer. Catil. I, 8. — *mentes perculsae stupent*, attonitae sunt, sc. facinoris atrocitate. — v. 17—20. *Sic est*, i. e.

---

deret] ut victus pro triumpho duceretur. [*Secund. vota Parthor.*] qui occiso Crasso metuebant Romanos, nisi bellum civile emersisset. [*Sua urbs haec per. dextera*] ut Lucanus: *In te verte manus, nondum tibi defuit hostis.* [*Neque hic lupis mos*] ut se ipsi persequerentur. [*In dispar feris*] h. e. in diversam naturam. [*Vis acrior*] fatalis quaedam necessitas. [*An culpa*] velut interroget causas furoris. [*Et alb. ora pallor inficit*] velut qui conscientiam peccati monstraret, ut: *pallor simul occupat ora. Albus* autem palloris epitheton. [*Stupent*] scilicet sollicitudine. [*Acerba fata Rom. agunt*] h. e. tanquam illis tacentibus,

Vnquam, nisi in dispar feris] Sensus est: Ferae non faciunt, quod vos, o Romani, sanguinem invicem petentes, nam ferae eiusdem quae sunt generis, inter se pacem habent, dispares se insectantur. [*In dispar feris*] *dispar* adverbium est, ac si diceret: *dispariter feris.* [*Furorne caecus an rapit vis acrior*] quae est *acrior vis* quam furor? aut numquid deorum ira? [*Tacent et ora pallor albus inficit*] elegans otiositas, quasi his verbis coniuncti steterint, deinde conscientia sceleris palluerint. [*Sic est, acerba fata Romanos agunt*] eleganter, quasi tandem invenerit furo

Scelusque fraternae necis,
Vt inmerentis fluxit in terram Remi
Sacer nepotibus cruor.

CARMEN VIII.

IN ANVM LIBIDINOSAM.

[IN GRATIDIAM Cod. Goth.]

Rogare longo putidam te seculo,
Vires quid enervet meas?
Quum sit tibi dens ater et rugis vetus
Frontem senectus exaret,
Hietque turpis inter aridas nates
Podex, velut crudae bovis.
Sed incitat me pectus et mammae putres,
Equina quales ubera,

---

palam ac manifestum est, Romanos sceleratos Deorum ira ad exitium cogi. — *Fata et scelus agunt Romanos*, urguent et premunt. — Scelus *fraternae necis*, occisi Remi parricidium *sacrum nepotibus*, cui expiando nepotes devoti sunt. Bella civilia ab hoc parricidio, tanquam prima Romanae gentis labe, repetit quoque Lucan. I, 95. *Fraterno primi maduerunt sanguine muri.*

---

ipse intellexerit belli civilis originem, inde in nepotes tractam, quia occiso fratre Romulus parricidium perpetravit, unde est: *Fraterno primi maduerunt sanguine muri.* [*Sacer*] exsecrabilis, exsecrandus.

ris huius causam, intulit. Sensus enim est: *Sic est*, h. e. sine dubio fato agimur ad hoc bellum, supplicium pendentes ob caedem Romuli in fratrem admissam. [*Sacer nepotibus cruor*] *sacer* utique pro venerabili nunc intelligendum, nisi forte epitheton, ut solet, ad ipsum facinus revocamus, ut *sacer cruor* pro sacro, i. e. exsecrabili caede effuso dictum sit. *Sacrum* autem et pro exsecrabili veteres dixisse, notum est, ut apud Virgilium: *Quid non mortalia pectora cogis Auri sacra fames*?

ACR. [*Rogare longo*] invehitur in eam, a qua dicebatur lentus in Venerem et foetoris ipsius vel aetatis esse affirmat magis, quod eam fastidiat, quam ipse nihil possit. [*Et rugis vetus Frontem senectus exaret*] *exaret*, i. e. contrahat. Senecta enim nonnunquam ex rugis apparet, ut: *Frontem obscenum rugis arat.* [*Podex*] pudenda pars corporis. Vt Iuven.: *Et podice levi.* [*Dens ater*] propter aetatem. [*Sed incitat me pectus*] ut revera *incitat.* [*Quales ubera*] pro qualia ubera. [*Venterq.*

POR. [*Rogare longo putidam te seculo*] in anum libidinosam scribit, quam aspernatur. Est autem sensus: Cum sis longae aetatis iam et deformis ac putida; mirum est, te desiderare complexus meos, praesertim cum etiam sine iniuria virium mearum hoc tibi provenire non possit. [*Et rugis vetus Frontem senectus exaret*] Virgilianum est: *Et frontem obscenam rugis arat.* [*Velut crudae bovis*] *crudam* pro dura aut indomita videtur dixisse. [*Venterq. mollis*] *mollem ventrem* necesse est esse, quae

Venterque mollis et femur tumentibus
Exile suris additum.
Esto beata, funus atque imagines
Ducant Triumphales tuum,
Nec sit marita, quae rotundioribus
Onusta baccis ambulet.
Quid? quod libelli Stoici inter sericos
Iacere pulvillos amant,
Inliterati num minus nervi rigent?
Minusve languet fascinum?
Quod ut superbo provoces ab inguine,
Ore adlaborandum est tibi.

---

mollis] luridus et rugosus. [*Femur tumentibus Exile suris*] aetate iam sine musculis et suris indiscrete sociatum. [*Beata*] *beatam* iam pro divite dixit, ut supra: *Nescias, an te generum beati Phyllidis flavae decorent parentes.* [*Ducant*] tanquam nobilium funus, imagines te praecedant maiorum. [*Nec sit marita*] matrimonio coniuncta. [*Quae rotundiorib. Onusta bacc. ambul.*] h. e. nulla marito sit cura comptior gemmis. *Baccas* autem gemmas dixit, ut: *Colloque monile Baccatum.* [*Quid? quod libelli Stoici inter sericos*] sive quod amicos haberet Stoicos, ut eos amoris et coitus * notaret; sive quia libros ipsos legere consueverat, ut docta videretur, quos ad ostentationem in sericis plumaclis ** reponebat. [*Illiterati num minus nervi rigent*] ita scholasticorum coitus eligis, tanquam minus in libidinem possint literas ignorantes. [*Minusve lang. fasc.*] virilem penem *fascinum* dixit, propter obscenam figuram, quam in sequenti adiecerat: *Lingua enim detersa fronte mulieres amputare se infantibus putant fascinum.* [*Superbo*] fastidienti. [*Ore adlabor. est tibi*] aut lingua aut magis blandimentis, ut Iuven.: *Vox blanda et nequam digitos habet.*

iam rugosa ac dissoluta sit. [*Et femur tumentib. Exile suris additum*] ingeniosa descriptio. Nihil enim tam deforme, quam crassiores pedes esse infra genua quam supra. Et illud signate, quod additum dixerit, quasi inconvenientem in hac diversitate tumoris et exilitatis, addita ergo quasi applicita ibi haec aut apposita videantur. [*Esto beata, funus atq. imag. Ducant triumphales tuum*] placeas tibi licet generositate ac divitiis, inquit, dum modo deformitatem hanc effugere non possis. In funere autem nobilissimi quique solebant praeferre imagines maiorum, quod observari videmus in funeribus principum. [*Quid? quod illi Stoici inter sericos Iacere pulvillos amant*] significat illam vindicare sibi studium philosophiae et ob id cum libro frequenter esse ad tegendam, scilicet, libidinis vilitatem. [*Illiterati num minus nervi rigent*] quid prodest, inquit, ostentare literatam esse, cum nihil ad hoc te adiuvare possit ad erigendum mihi penem, qui literas nescit nec earum studium habet. *Nervos* pro virili membro dixit et est ordo: *Non minus rigent nervi* et *rigent* pro frigidi sunt accipe ac per hoc lenti et marcentes. [*Minusve languet fascinum*] aeque pro virili parte posuit, quoniam prae fascinandis rebus haec membri deformitas adponi solet.

---

* sic in Edit. Basil. — ** sic, haud dubie scholion corruptum.

CARMEN IX.

ARGUM. *Cum primus de victoria proelii ab Augusto ad Actium contra Antonium et Cleopatram commissi Romam allatus esset nuntius, Horatius in maximam erumpens laetitiam, primum in Augusti honorem convivium paraturus, ad Maecenatem se convertit hisce verbis: Quando Caecubum ad festas dapes reservatum Tecum bibam? Sed statim hanc mutat sententiam et in Antonium vehementer invehitur. Deinde tanquam media in pompa triumphali exclamat: Io triumphe! Caesaris laudibus dicendis aliquamdiu immorans, ad carminis finem, unde abiit, redit puerumque capaciora pocula afferre iubet.*

AD MAECENATEM.

Quando repostum Caecubum ad festas dapes,
Victore laetus Caesare,
Tecum sub alta, sic Iovi gratum, domo,
Beate Maecenas, bibam,
Sonante mixtum tibiis carmen lyra,
Hac Dorium, illis Barbarum?

v. 1. *Quando ó repostum* ex Nicolai Heinsii coniectura Bentl. et Cun. — 3. *domu* Fea, ut supr. I, 3, 29. Sed vide nos in Lect. Var. ad IV, 6, 6. — 5. *mixtum*, duo mss. apud Lambinum *mixtis*, quod placuit Bentleio et Cun. Torrentius se id in nullo fide digno codice invenisse scribit.

---

v. 1—6. *repostum*, repositum et reservatum *Caecubum*, quod supr. III, 28, 2. eodem sensu *reconditum interioris notae* (ut II, 3, 8.) vinum dicitur. — *festas dapes* convivia diebus festis agenda dicit. — *victore laetus Caesare*, propter victoriam Caesaris, quemadmodum supr. IV, 2, 48. *recepto Caesare felix* dixit. — *sub alta domo*, de turri Maecenatiana sermo iam supra fuit Carm. Lib. III, 29, 6 et 10. ubi vid. not. — *sic Iovi gratum*, sic voluere Superi, in primis Iupiter ut Romae deus tutelaris. — *Beate Maecenas*, quia Fortunae bonis abundans. — *Sonante* etc. lyra ad modos Dorios, tibiis vero ad modos Phrygios carmen sonantibus, ita ut utrumque se excipiat carmen; similiter supr. IV, 15, 30.: *Lydis remixta*

ACR. [*Quando repost. Caecubum ad fest. dapes*] *repostum*, i. e. servatum, festis conviviis impendendum. Scribit autem de bello Actiaco, quod cum Antonio et Cleopatra a Caesare Augusto gestum est. [*Caecubum*] Campanum. [*Tecum sub alta*] in Maecenatis scilicet domo. [*Mixtum tib. carmen*] quod est artificis, miscere lyrae tibiarum sonitus. [*Hac Dorium, illis Barbar.*] *tibiis barbarum*, i. e. Phrygium, lyra Dorium. [*Vt*

POR. [*Quando repostum Caecubum ad festas dapes*] ad hoc repositum, ut non nisi ad festas epulas proferretur. [*Victore laetus Caesare*] ut ex inferioribus apparebit, eam victoriam Caesaris Augusti signat, quam de Antonio et Cleopatra quaesiverat. [*Tecum sub alta, sic Iovi gratum, domo, Beate Maecenas, bibam*] ut nos ob victoriam Caesaris laeti epulemur, quippe cum ipse sit auctor eius victoriae. [*Sonante mixtum tibiis carmen lyra, Hac Dorium, illis Barbarum*] nimirum tibiis Barbarum. Diximus autem et supra, tres esse species apud Graecos om-

Vt nuper, actus quum freto Neptunius
Dux fugit, ustis navibus,
Minatus Vrbi vincla, quae detraxerat
Servis amicus perfidis.
Romanus, heu! heu! posteri negabitis,
Emancipatus feminae,
Fert vallum et arma miles et spadonibus
Servire rugosis potest!

v. 14. *potest!* cum admiratione indignationeque legendum, ut notat Mancinellus.

---

carmina tibiis. — v. 7—10. *Vt nuper*, sc. ante quinque annos fecimus, devicto ad Siculum litus S. Pompeio. — *ustis navibus*, classe igne combusta. Quum S. Pompeius mari feliciter usus *Neptunius*, h. e. Neptuni filius ipse dici haberique vellet, hic ironice ita appellatur, quo acerbius clades, quam mari in pugna navali expertus erat, innueretur. — *actus*, nempe datus in fugam. — *freto*, Siculo, ubi pugnam illam prope Messinam commissam fuisse constat. — *Minatus* etc. nonsolum vincula, sed potius interitum ipsum minatus fuerat, quod quidem poeta admodum salse ita pronuntiavit, ut eiusmodi inceptum servorum manu eum perpetraturum fuisse diceret; *amicus*, tanquam amicitiae vinculis cum servis ipsis coniunctus. — v. 11-16. *Emancipatus feminae*, civis Romanus oblitus pristinae libertatis ac dignitatis se addixit, in potestatem ac dominium tradidit *feminae*, Cleopatrae, in eius gratiam *miles fert vallum et arma*, militat. — *posteri negabitis*,

---

nup. act. cum freto Neptunius] hac devotione, inquit, victo Antonio, tecum bibam, qua nuper superato Sexto Pompeio, qui servorum manum in Sicilia congregatam navali praelio in freto perdidit et insula pulsus est. Vnde et Neptunum ducem vocavit eligentem maritimum conflictum. [*Minatus urbi vincula*] *minatus* est *vincula*, quae detraxerat servis fractis ergastulis. [*Romanus, heu, heu! posteri negabitis, Emancipatus feminae*] ad Antonium redit, quem dicit pro mancipio Cleopatrae datum, nec a posteris pro infamia credendum, ut: *Sequiturque (nefas!) Aegyptia coniunx.* [*Fert vall. et arma miles*] quasi praeceptis Cleopatrae Romani milites servientes et arbitrio eunuchorum, quorum illa obsequiis utebatur.

nium carminum: *Ionicum, Lydium, Barbarum.* [*Vt nuper actus cum freto Neptunius Dux fugit ustis navibus*] ut nuper *bibimus* subaudiendum, cum Sex. Pompeius freto Siciliensi victus fugatusque est. Neptunum ducem Sex. Pompeium noli simpliciter dictum accipere, quasi qui in mari dux fuisset, sed quod eo stultitiae processisset, inflammatus marinarum rerum felicitate, ut Neptuni filium se diceret et *κυανείᾳ* veste obduceretur. [*Minatus urbi vincla, quae detraxerat Servis amicus perfidis*] et supra diximus Sex. Pompeium etiam fugitivis in Sicilia sollicitatis classem armasse. [*Romanus, heu, heu, posteri negabitis, Emancipatus feminae*] qui non intelligunt, putant importunum transitum repente a Sex. Pompeio ad Antonium factum, nescientes, redire poetam ad initium eclogae, ubi ait: *Victore laetus Caesare*, ubi de Antonio et Cleopatra victorem vult accipi. Deinde comparatione laetitiae praesentis mentione facta, Sex. Pompeii et fugae eius, referens id, quod coeperat, exsequitur, turpitudinem Antonii partiumque eius. [*Heu posteri negabitis*] non credent, inquit, posteri Romanos milites velut dotales Cleopatrae datos. Tam foeda sunt haec, ut non videantur ab ullo Romano admitti potuisse. Ordo est: *Romanus miles et spadonibus servire rugosis potest*, adiuvandum

Interque signa turpe militaria
Sol adspicit conopium!
Ad hoc frementes verterunt bis mille equos
Galli, canentes Caesarem;
Hostiliumque navium portu latent
Puppes sinistrorsum citae.

v. 15. *turpe.* Sunt, qui scribant: (*turpe!*) quos inter Cuningamius in corrigendis, in fine; vel *turpe!* — sed pertinet ad *conopium*, ut apud Propert. III. Eleg. 9, 4. *foeda conopia.* — 16. *conopium* s. *conopeum*, *κωνώπιον* et *κωνωπεῖον.* scribitur *conopium*, ubi penult. correpta usurpatur. — 17. *At hôc.* Fea interpretans: *sed hac de re* frementes Galli; *at* transitio adversans necessaria et hôc, ablativo casu, spectaculo, opprobrio militiae et nominis Romani. *Ad hunc*, sc. adversus Romanum sic degeneratum *Iahn.* Codd. multum variant h. l. Lectionem *ad hoc*, i. e. ad hoc turpe spectaculum, nempe quod feminae et eunuchis parendum esset, quod inter signa (militaria) conopium viseretur, prae indignatione Galli transfugerunt, receperunt Cuning. Baxt. Sanad. Gesn. Oberl. Combe, Wakef. *Ad hoc*, nos: *hierbei*, recte habere videtur, vid. nos in *Lexico Horatiano.* — 20. *citae*, i. e. citatae, motae, recte vindicavit Gronov. *Obs.* IV, 4. p. 424. Aliquot codd. *sitae.* *Classis cita* iam supr. I, 37, 24. dicitur. *Sinistrorsum*, ut indicet poeta, eam, quae Actium venerat, classem Augusti persequutura, ad sinistram in Aegyptum fugere paratam stetisse. Ex quo adseri potest cum Gesnero, totum hunc locum Horatii ostendere, scriptam esse hanc oden ad primos victoriae nuntios, quum nondum certo scirent Romae, quid factum esset classi fugienti et speciatim Cleopatrae atque Antonio. Ad Actium pugnatum est a. u. DCCXXIII.

---

fingit nempe posteros tam nefarie facta omnino credere non posse. Ceterum de militum Romanorum in bello laboris patientia laudant Ciceronis Quaest. Tusc. II, 16. — Quod *spadones rugosos* adtinet, cf. quae supr. ad I, 37, 9. adnotavimus. — Inter *signa militaria*, aquilas Romanas. — *Sol adspicit*, conspicitur conopium, *κωνωπεῖον*, velum apud Aegyptos ad arcendos culices, lectis praetendi solitum, mox inter luxus instrumenta habitum, intextis ei filis aureis, adspersisque tenuissimis maculis; significat fere idem, quod apud nos: *Zelt*, *Himmelbett* etc. — v. 17—20. *Ad hoc frementes*, ob hoc indignantes *verterunt equos bis mille Galli*, transierunt

---

Rugosi autem eunuchi aetate fiunt. [*Sol adspicit Conop.*] *κώνωπες* graece *culices* dicuntur et quia in Aegypto multi sunt, ea habitacula, quae sibi Aegyptii faciunt ad arcendam culicum molestiam, *κωνωπεῖα* appellantur. Quidam reticulum dicunt Aegyptiorum reginae, quod supra lectum tenderetur adversum culices, inter vexilla portatum. [*Ad hunc*] i. e. contra hunc, contra Antonium, quia ad Caesarem confugerunt et equos adversum Antonium cum sistro converterunt. [*Canentes*] laudantes, ut:

hoc pronunciatione, ut et rei indignitas et indignatio dicentis exprimatur. [*Sol adspicit Conopeum*] quasi retis genus est ad culices prohibendos, quo maxime Alexandrini utuntur, quia ibi ex Nilo culices abundant. [*Ad hunc frementes verterunt bis mille equos Galli, canentes Caesarem*] significat equitum Gallorum duo millia ab Antonii partibus ad Caesarem transfugisse, quorum mentio iam facta est, ut Romanos, qui sub praepositis spadonibus aequo animo militarent, magis oneraret per comparationem Gallorum, qui hoc dedignati ad Caesarem se contulerunt. [*Hostili-*

Io Triumphe! tu moraris aureos
Currus et intactas boves?
Io Triumphe! nec Iugurthino parem
Bello reportasti ducem,
Neque Africanum, cui super Carthaginem
Virtus sepulcrum condidit.
Terra marique victus hostis Punico

v. 21. *tu moraris aureos Currus et intactas boves?* cum interrogatione, ut bene Dacerius, h. e. ne dubites parare statim Augusto triumphum.

---

ad Caesarem non sine magna laetitiae acclamatione vel adeo *Caesarem canentes.* Ex Antonii copiis, quae in continenti stabant, quibusque Canidius praeerat, Gallograecos s. Galatas, Deiotaro et Amynta ducibus, ante pugnae discrimen ad Octavianum transmisisse, diserte tradunt Plut. Anton. p. 945. et Vell. Pat. II, 84. — *puppem ciere*, *πρύμναν κρούσασθαι*, *remis inhibere*, dicuntur, qui ad fugam vel defectionem simulandam, ita navem retro agunt, ut inverso cursu prora puppim, non puppis proram sequatur. — *sinistrorsum*, nam cum Antonio, classe e portu in altum evecta, dextrorsum Italiam versus acies explicanda esset, naves pugnae se subducturae sinistrorsum in portum se recipere debebant. — *Io triumphe*, ut supr. IV, 2, 49 et 50. — *currus aureos*, currum triumphalem, auro et ebore ornatum, pro, pompa triumphali. — *boves intactas*, sollenne Iovi Capitolino ab Augusto triumphante instituendum sacrificium, mactando sc. *boves intactas*, iugum nondum passas, ex more, ut satis notum. — Neque Mario de Iugurtho, nec Scipioni de Carthagine triumphanti tanta contigit gloria, i. e. Augusti gloria omnium, qui unquam triumphavere, gloriam superat. — v. 27—32. *Punico Lugubr mut. sagum*, inversa constructione: sagum puniceum s. purpureum mutavit cum veste sordida. Vte-

---

Regemque canebant. [*Pupp. sinistrors. citae*] veloces ad fugiendum, ut: *Prima citae Teucris ponam classis.* [*Intactas*] paratas ad sacrificandum pro triumpho. *Intactas* autem integras et sinceras, ut: *Et intacta totidem cervice iuvencas.* [*Nec Iugurthino parem*] non tanta, ait, gloria triumphavit Marius de Iugurtha. [*Super*] contra. Devicta enim Carthagine virtute Scipionis Africani, cum Afri adversum Romanos denuo rebellarent, consulto oraculo responsum est, ut sepulcrum Scipioni fieret, quod Carthaginem respiceret, tunc levati cineres eius sunt de Pyramide in Vaticano constituta et humati in sepulcro eius in portu Carthaginem respiciente. [*Hostis*] Antonius. [*Punico*] purpureo sago aut patrio. [*Ille*]

umq. navium portu latent Puppes sinistrorsum citae] ordo est: *Puppes hostilium navium latent portu.* Elocutionem attende mirandam: *συνεκδοχικὴν περίφρασιν.* *Sinistrorsum* autem *citae* quod dixerat, manifestum est, Alexandriam versus esse, intelligendum autem e litore Epiri, ubi pugna navalis cum Antonio fuit, si Italiam petas, in dextra necesse est; si Alexandriam, in sinistra. [*Io triumphe, tu moraris aureos Currus*] quasi deum invocat triumphum. Tu, inquit, moraris currus, qui iam parati sunt. [*Et intactas boves*] i. e. indomitas. Non sic dixit, quasi feminis tantum triumphantes sacrificent, sed quia metro quid gratius feminino genere boves quam masculino dicuntur. Denique ut Virgilius: *Ille meas errare boves, ut cernis.* [*Io triumphe, nec Iugurthino parem Bello reportasti ducem*] non tanta, inquit, gloria C. Marius de Iugurtha triumphavit. [*Terra marique victus hostis Punico lugubre mutavit sa-*

Lugubre mutavit sagum.
Aut ille centum nobilem Cretam urbibus
Ventis iturus non suis,
Exercitatas aut petit Syrtes Noto,
Aut fertur incerto mari.
Capaciores affer huc, puer, scyphos
Et Chia vina aut Lesbia,
Vel, quod fluentem nauseam coerceat,
Metire nobis Caecubum:
Curam metumque Caesaris rerum iuvat
Dulci Lyaeo solvere.

v. 33. *Aut Chia*, ita legi in vetustis codicibus adserit Torrentius idque concinnius putat. His codicibus et alio fultus Bentleius lectionem admisit in textum, ut elegantiorem, et interpunctionem mutat, ut *Chia* referatur ad *metire*. — 37. *Caesaris rerum.* Klotz legit ex ingenio *Caesaris tecum* et intelligit Maecenatem. Inepta mehercule! emendatio.

---

bantur autem imperatores in proelio chlamydibus aut sagis purpureis. — *cent. nobil. Cret. urb.* vid. supr. ad III, 27, 33. — *non suis*, adversis. — *Noto exercitatas*, cf. supr. ad I, 22, 5. — *incerto mari*, errat nesciens, quo in sinu quave in regione maris naviget. — *capacior. scyphos*, maiores calices, plus capientes, quam quibus quotidie utebantur; ad rem cf. III, 19, 9. II, 7, 21. II, 18. — De vino *Chio*, *Lesbio*, *Caecubo* cf. Index *ad hunc librum*. — *quod nauseam*, infirmioris ventriculi indicem, alvum fluentem *coerceat*, adstringat, vinum εὔτονον, ut audit Athen. I, 21. — *metire*, per cyathos, vid. ad III, 8, 13. — *Cura* et *metus Lyaeo solvitur*, vino diluitur animoque expellitur. — *rerum Caesaris*, ob eius victoriam, sollicitudinem de rerum, quibus gerendis cum maxime Caesar operam dat, eventu atq. sim.

Metellus sive Antonius, unde et Metellus Creticus dictus est. [*Centum nob. Cretam urbib.*] ut: *Centum urbes habitant magnas.* [*Ventis iturus non suis*] non optatis, non prosperis. [*Exercitat. aut petit Syrtes Noto*] non Noto petit, sed Noto exercitatas, h. e. vento tempestuosas et naufragas. [*Aut fert. incerto mari*] pro ipse incertus, et iturus, quo casus adtulerit. Vt: *Ibant obscuri sola sub nocte.* [*Capaciores*] pro laetitia maiores. [*Fluentem*] imminentem aut potu nimio profluentem. [*Metire nobis Caecub.*] imple vinum bonum, quod adversum nauseam prosit. [*Curam*] i. e. sollicitudinem et metum de absentia Caesaris venientem ebrietate sopire iuvat. [*Dulci Lyaeo solvere*] pellere, ut: *Nunc vino pellite curas.*

gum] h. e. deposuit coccineam chlamydem Antonius, qua scilicet imperator utebatur et accepit lugubrem, i. e. nigram, et utrum ob luctum victarum partium hoc facit, an ut in fuga lateat? [*Aut fertur incerto mari*] nam et alibi ait: *Vndas coercet Auster incerto mari*, ἀναφορά, ut ipsum, i. e. ipse fertur incertus consilii. [*Vel quod fluent. naus. coerceat Metire nobis Caecubum*] quia austerissimum est Caecubum vinum, merito nauseam coercet. Et *metire*, inquit, quia cyatho hauriebat ex cratere vinum.

CARMEN X.

Argum. *Malum poetam Maevium fuisse, ex Virgilii Eclog. III, 90.: Qui Bavium non odit, amet tua carmina, Maevi, luce ipsa meridiana, ut ita dicam, clarius constat. Quem quidem hominem famosumque versificatorem omnium nunc proponit risui, dum tragica quadam gravitate ei peregre, fortasse Athenas, ituro naufragium mortemque miserrimam imprecatur, lautissimumque, votorum ac precum suarum compos, Tempestatibus vovet sacrificium.*

IN MAEVIVM POETAM.

Mala soluta navis exit alite,
Ferens olentem Maevium.
Vt horridis utrumque verberes latus,
Auster, memento, fluctibus!
Niger rudentes Eurus, inverso mari,
Fractosque remos differat!
Insurgat Aquilo, quantus altis montibus

v. 8. *Plangit* ex divinatione propria in textum intulit Wakefield. — *Frementes* Cuningamius, more suo.

---

v. 1 — 4. *Mala alite*, ut supr. I, 15, 5.: *Mala avi.* — *soluta*, *solvere* nempe verbum de hac re proprium. — *exit*, sc. ex portu, quod quisque sponte supplet. — *olentem*, propter gravem odorem detestabilem; erat haud dubie homo infimae plebis, qui vel adeo propter sordes male olebat. — *utrumque latus*, sc. navis, nos: *beide Planken.* — *verberes*, labefactes. Quod quidem *Auster* faciat, primum rogat; deinde *Eurum* in partes vocat; denique *Aquilonem* ad idem perpetrandum invocat. — v. 5 — 14. *Niger*, ut supr. I, 7, 7.: *nigri venti*, ubi vid. adnot. — *inverso mari*, a fundo versum, commotum et turbatum, nos dicimus: *aufgewühlt.* — *fractos remos differat*, per fluctus spargat, cf. supr. I, 14, 4.: *Nudum remigio latus.* — *Insurgat Aquilo*, sc. tantus, *quantus*, i. e. tam vehementer flet, ut flare solet, si quercus in montibus frangit. — *trementes*,

---

ACR. [*Soluta navis*] *solvi* dicitur *navis*, quando de statione vel portu dimittitur, ut: *Solvite vela citi.* [*Alite*] hic et haec ales; sed hic pro auspicio posuit *alite.* [*Olentem*] putentem, ut: *Herbas contundit olentes.* [*Maevium*] de quo et Virg.: *Qui Bavium non odit, amet tua carmina, Maevi.* [*Auster, memento*] tempestatem imprecatur Maevio naviganti. [*Remos differat*] cessare faciat. [*Montibus altis*] qui ma-

POR. [*Mala soluta navis exit alite Ferens olentem Maevium*] hic est Maevius importunissimus poeta, quem et Virgilius consimili contumelia nominat: *Qui Bavium non odit, amet tua carmina, Maevi. Olentem* autem pro putido dictum accipe; est enim σχῆμα λεπτότης. [*Mala alite*] h. e. malo auspicio et attende alitem hic feminino genere dixisse, alibi masculino, ut: *Qualem ministrum fulminis alitem.* [*Vt horridis utrumque verberes latus Auster memento fluctibus*] iucunde, quasi vento praesenti praecipiat et utrumque latus navis utique intelligendum est. [*Niger rudent. Eurus inverso mari*] quid est *inverso mari?* an contra-

Frangit trementes ilices;
Nec sidus atra nocte amicum appareat,
Qua tristis Orion cadit;
Quietiore nec feratur aequore
Quam Graia victorum manus!
Quum Pallas usto vertit iram ab Ilio
In inpiam Aiacis ratem.
O quantus instat navitis sudor tuis
Tibique pallor luteus,
Et illa non virilis eiulatio,
Preces et aversum ad Iovem,

---

tremunt enim priusquam radicitus evulsae in terram cadunt; tremunt huc illuc nutantes, ventorum impetu contremiscentes, ut supr. III, 27, 23.: *ripae verbere trementes.* — *sidus amicum*, vid. supr. IV, 8, 31.: *Clarum Tyndaridae sidus ab infimis Quassas eripiunt aequoribus rates.* Et supr. I, 3, 2.: *Sic fratres Helenae, lucida sidera.* — *Orion*, cf. supr. III, 27, 17.: *Sed vides, quanto trepidet tumultu Pronus Orion.* Et supr. I, 28, 21.: *Orion* audit *devexus.* Propterea autem *tristis* dicitur, quod eum orientem semper tristis sequitur tempestas. — *Quam Graia victorum manus*, de Graecis naufragis quae narrantur, vide apud Virg. Aen. XI, 260 sqq. cf. Aen. I, 39. quae quidem fabula lectori erudito haud dubie nota. — Quamobrem Graecorum classis *impia* dicatur, iste mythus quoque a nobis laudatus satis docet. — v. 15 — 20. Pariter supr. I, 15, 9. Nerei vaticinium de futuris in bello Troiano pugnis pronuntiat: *Heu! heu! quantus equis, quantus adest viris Sudor!* — *aversum Iovem*, fingit nimirum, Iovem etiam esse Maevio iratum, quippe qui eius preces ratas esse nolit. — *Notus udus*, i. e. pluviosus in regula, ut ita dicam, *albus* in exceptione, ut ex Carm. Lib. I, 7, 15 — 17.: *Albus ut obscuro deterget nubila caelo Saepe Notus, neque parturit imbres Perpetuos*, recte colligi potest. — v. 21 — 24. Quodsi autem corpus tuum in litus eiectum et ibi porrectum mergis opima praeda contigerit, tum ego voti mei damnatus caprum et agnam immolabo Tempestatibus. — *opima praeda*, sive quod mergi eiecta corpora tanquam praedam opimam depasci soleant sive quod ipsi Maevio *opimum* corpus fuerit; utrumque per se spectatum bene habet. Prior explicandi ratio ex natura avium, quarum mentionem hic fecit, alteri ex coniectura suppositae praeferenda videtur. — *litus curvum* iam supr. IV, 5, 14.: *Curvo nec faciem litore demovet*, commemoravit; *curvum* est, ut aiunt, epitheton ornans. — De religioso *Tempestatum* cultu vid. *Cerda* ad Virg. Aen. V, 772. ubi Aeneas *agnam Tempestatibus* immolari iubet.

---

iori tempestati subiacent altitudine sui. [*Trementes*] commotas et vi venti inclinatas. [*Nec sidus atra nocte*] nigra. Sine amico navigantibus lunae lumine, h. e. prospero. Vt: *Nec candida cursum Luna negat.* [*Quia trist. Orion*] tempestuosus. In occasu signi ipsius maxime tempestates emergunt, ut: *Nimbosus Orion.* [*Cadit*] occidit, ut: *Suadentque cadentia sidera somnos.* [*Quietior. nec feratur aequore*] pro non minus concitato. [*Quam Graia victor. manus*] talem illi navigationis optat errorem, qualem post Troiae excidium Graeci victores pertulerunt; aut naufragium, quale revertentes in monte Caphareo fecerunt. [*Cum Pallas usto vertit iram ab Ilio*] Minerva enim sacerdote sua ab Aiace vitiata, iram verterat a Troianis in Graecos, ut: *Pallas ne exurere classem Argivûm atque ipsos potuit submergere ponto, Vnius ob noxam et furias Aiacis Oilei.* [*Et illa non virilis eiulatio*] planctus rationis expers et magis feminis conveniens, ut: *Femineum clamorem ad sidera tollunt.* Et Iuven.: *Flagrantior aequo Non debet dolor esse viri.* [*Aversum*] non audientem et iratum, ut: *Aversa deae mens.* [*Ionicus*] Hadriaticus. [*Carinam ruperit*] navem solverit tempestate, a parte totum. *Carina* enim totius navis compago est. [*Opima*] praecipua aut pinguis. [*Porrecta mergos iuverit*] h. e. si cadaver Maevii in litore eiectum marinis avibus iacuerit cibus. [*Porrecta*] extenta, ut: *Quaque iacet medium Rhodope porrecta sub axem.* [*Libidinosus immolabitur caper*] in similitudinem impudici et petulantis poetae animal comparat immolandum, si mortis eius voti compos exstiterit.

riis fluctibus? [*Qua tristis Orion cadit*] *qua*, scilicet nocte. [*Cum Pallas usto vertit iram ab Ilio in impiam Aiacis ratem*] h. e. ex Virgiliana lectione satis notum. [*Et illa non virilis eiulatio*] *eiulatio* potius id dicitur, quod est quasi gemitus flentis, τόπος ὀνοματοποιΐα. [*Ionius udo cum remugiens sinus, Noto carinam ruperit*] *udo* autem *Noto*, h. e. aquoso ac pluvioso. [*Opima quod si praeda curvo litore*] *opimam praedam* corpus ipsius Maevii intelligamus, ex quo apparet pinguem fuisse.

Ionius udo quum remugiens sinus
Noto carinam ruperit!
Opima quod si praeda curvo litore
Porrecta mergos iuveris:
Libidinosus immolabitur caper
Et agna Tempestatibus.

CARMEN XI.

Argum. *Pettio, amico atque sodali suo, quam parum amorem vincere animoque exuere valeat, libere aperit, dum quid sibi in Inachiae amore ante tres annos acciderit, ingenue profitetur. Nec tacet amorem, quo nunc captus teneatur, Lycisci, pueri cuiusdam pulchri ac formosi, ab quo quidem neque amicorum consiliis, neque illius iniuriis se liberari posse ait.*

AD PETTIVM.

Petti, nihil me, sicut antea, iuvat

v. 22. *Porrecta.* Bentleius suo periculo emendat (scilicet malam in partem) *proiecta.* Horatius imprecatur Maevio naufragium, ex naufragio ut mortuus a fluctibus ad litus propellatur et ibi extentus s. *porrectus* mergis pro esca sit. Sponte apparet lectionem *porrecta*, quam codd. omn. praebent, recte habere, Bentleium vero frustra h. l. emendasse, ut saepius ex emendandi et corrigendi nimia cupiditate.

Scribere versiculos, Amore percussum gravi:
Amore, qui me praeter omnes expetit
Mollibus in pueris aut in puellis urere.
Hic tertius December, ex quo destiti
Inachia furere, silvis honorem decutit.
Heu! me, per urbem, nam pudet tanti mali,
Fabula quanta fui! Conviviorum et poenitet,

v. 2. *perculsum* vulgo legitur: sed quum *perculsum* et *percussum* sexcenties permutarint librarii, cum Bentleio in textum recepi: *percussum*, quam lectionem *Doeringus*, V. Cl. quoque defendit hisce verbis: si *Amor*, ut sequentia postulant, iam deus est, qui sagittis suis hominum animos *percutit*, — (de qua quidem re nemo dubitabit) non *perculsum* cum Mitscherlichio, sed *percussum* cum Bentleio legendum est. *Fea* ob codd. plur. auctoritatem, ut ait, legit *perculsum*. Feam secutus est *Iahnus*.

---

v. 1 — 4. *scribere versiculos*, contemptim de studio suo, quod plane nihili faciat. Amor deus prae omnibus me cruciat, me vel pueros vel puellas amare cogit. — *molles puellae*, quales ex sua natura esse debent, nos: *zart*. Hodie vero nostrae puellae mollitie atque omni luxu diffluunt, ideoque nimis molles sunt. Num Horatius fortasse huiusmodi puellarum amore captus, i. e. deceptus fuerit? — *Vrere in aliquo* et *aliqua*, *ardere* et *aestuare in aliqua*, i. e. ob aliquam, locutiones notae. — *Hic tertius December silvis honorem decutit*, hic tertius annus est, *ex quo destiti Inachia furere*, ex quo Inachiam vehementius amare desii. *Furere*, *insanire aliqua* haud minus frequens structura quam paullo antea laudatae. — Quid sibi vult *silvarum honor?* olim ex me quaesivit Vir quidam, qui doctrinae speciem prae se ferre amat; cui quidem uti olim, ita nunc respondeo: per *silvae honorem* significat folia, quae silvae aeque honori sunt ac nobis comae. Ceterum cf. Virg. Georg. II, 404.: *Frigidus et silvis Aquilo decussit honorem.* (Sed longe aliter scriptores veteres classicos iste vir doctus Sondershusanus interpretari solet. Fiat voluntas tua, *Sondershusane*, quamquam vehementer erras! — *sane.*) — *Heu! per urbem Fabula quanta fui*, quomodo per ora hominum traductus fui! — *Fabulae* dicuntur, de quibus multum fabulantur; si quis aliquid fecerit quantumvis notatu indignum, statim adest fama, *malum*, ut Virgilius ait, *quo non velocius ullum;* neque desunt otiosi homines, qui fabulis narrandis haud parvam navent operam. Nos similiter dicimus: *Zum Stadtgespraech werden.* — *pudet tanti mali*, sc. fabulam urbis

---

ACR. [*Pecti*] metrum primo versu ternarium Iambicum. Secundus ex pentemimeri dactylica et iambica. Alii dicunt esse ternarium iambicum quadratum a dactylo et iambico. [*Nihil me*, *sicut antea*, *iuvat Scribere versiculos*] dicit se amore detentum ad faciendum versus nec delectationem habere nec animum. [*Inachia furere*] mulierem nomine Inachiam dicit. [*Expetit*] appetit, persequitur. [*Silvis honorem decutit*] hiemem significat per casus foliorum, ut: *Cum silvis Aquilo decussit honorem.* [*Nam pudet tanti mali*] non conviviorum poenitet, sed quia

POR. [*Pecti, nihil me, sicut antea, iuvat*] *Pectium* contubernalem alloquitur, indicans, occupato sibi amore Lycisci pueri non libere versus scribere. [*Hic tertius December, ex quo destiti Inachia furere, silvis honorem decutit*] silvarum honorem folia arborum et Virgilius dixit: *Frigidus et silvis Aquilo decussit honorem.* Revera autem mense fere Decembri spoliantur arbores foliis. [*Heu! me, per urbem*] hoc autem quasi

In queis amantem et languor et silentium
Arguit et latere petitus imo spiritus.
Contrane lucrum nil valere candidum
Pauperis ingenium? querebar, adplorans tibi;
Simul calentis inverecundus Deus
Fervidiore mero arcana promorat loco.
Quod si meis inaestuat praecordiis

---

fuisse, pudet tantae infamiae. — *poenitet conviviorum*, non tam conviviorum ipsorum, quam quod amorem suum variis modis detegerent, a convivis exagitandum ac deridendum. — De *silentio*, amoris signo, cf. supr. IV, 1, 35 et 36. — *arguit*, prodit, ut supr. I, 13, 7.: *humor et in genas Furtim labitur, arguens, Quam lentis penitus macerer ignibus.* — *spiritus imo latere petitus*, suspirium alte ductum. — *querebar adplorans tibi*, cum multis lacrymis apud te conquerebar, indignabar, *candidum pauperis ingenium nil contra lucrum valere*, hominem pauperem cum animi sui candore, probitate, fide, constantia in amore probata, prorsus nihil valere, *contra lucrum*, pecuniam, quod a beatioribus amatoribus Inachia acciperet atq. sim. — *inverecundus Deus*, ita Bacchus dicitur, quippe quod vinum largius sumptum haud raro causa est, cur tacenda aliquis detexerit inepte ac temere coram praesentibus loquendo. *Bacchus* s. vinum *arcana calentis* amore, h. e. mea, amorem meum, quo iam satis calerem, *mero fervidiorem* factum, auctum, incensum, *loco* suo, quo tegi oportuerat, h. e. ex intimo pectoris *promorat*, promoverat etc. Hinc *inverecundus*, qui supr. I, 27, 3. *verecundus* audit. — Ceterum cf. supr. III, 21, 15. de vino: *Tu sapientium Curas et arcanum iocoso Consilium retegis Lyaeo.* Et supr. I, 18, 16. et infr. Epist. I, 5, 16. — v. 15. *Quod si meis inaest.* etc. Lambinus hunc locum haud falso interpretatus est hisce

---

fabula fuerit. [*Conviviorum*] quod ut finem amoris eius ostenderet, sub poenitudine recordatur. [*In quis*] in quibus. [*Languor*] stupor sive animi torpor et cruciatus, qui solet amatoribus evenire. [*Arguit*] probat, ut: *Degeneres animos timor arguit.* [*Et latere petitus imo spiritus*] quia et suspiriis aliquoties amor proditur, ut ille: *Suspirans imoque trahens a pectore vocem.* [*Contraq. lucrum*] contra meretriciam cupiditatem, quae lucrum captans rivalem praeferebat Horatio, queritur ingenium poetae optimi nihil valere. [*Calentis*] amantis. [*Inverecundus Deus*] Dionysius. [*Simul*] postquam, ut: *Quae simul inversum contristat Aquarius annum.* [*Fervidiore mero*] h. e. vino accendebatur in amorem. [*Arcana promorat*] pro *promoverat.* [*Quod si meis inaestuat praecordiis*] ut iracundia commotus amatam, a qua spernebatur, et ipse contemneret.

iuxta se posito illatum est. Nam pudet tanti mali, quod ideo intulit, ut ostenderet, cur ingemuisset. [*Arguit*] *arguit* media syllaba producte pronunciandum, quia praesentis temporis est. [*Et latere petitus imo spiritus*] *spiritum latere peti*, non pectore ait, quia in suspirando constat latera laborare. [*Contraq. lucrum nil valere candidum Pauperis ingenium*] *contra lucrum*, contra studium lucri, i. e. contra avaritiam. Sensus autem est: Querebar tibi plorans, quod candor animi mei et honesta simplicitas sine divitiis nihil gratiae haberet apud avaram puellam. [*Querebar applorans tibi Simul calentis inverecundus Deus*, *Fervidiore mero arcana promorat loco*] et utique *amore calentis* accipiendum. Sensus verus est: Cum ebrietas severitatem pepulerat pectore meo, tum ego amoris mei iniuriam flens apud te querebar. *Inverecundum* ergo *Deum* Liberum vult intelligi, quod inverecundum se per vinolentiam faceret. [*Quod si meis inaestuet praecord. Libera bilis*] confundit lectorem va-

Libera bilis, ut haec ingrata ventis dividat
Fomenta, vulnus nil malum levantia;
Desinet inparibus certare submotus pudor.
Vbi haec severus et palam laudaveram,
Iussus abire domum, ferebar incerto pede
Ad non amicos heu! mihi postes, et heu!
Limina dura, quibus lumbos et infregi latus.
Nunc, gloriantis quamlibet mulierculam
Vincere mollitia, amor Lycisci me tenet:
Vnde expedire non amicorum queant

verbis: quodsi hae iniuriae, quae mihi ab Inachia inferuntur, iustum ac liberum mihi dolorem commoverint, meque ita irritarint, ut has inanes querelas et aegritudines animi, quibus non modo non consanescit amoris vulnus, verum etiam recrudescit, ex animo deponere ac delere et te contemnere atque aspernari possim, desinam impudenter cum potentioribus contendere, vel pudebit me non cedere superioribus vel desinam summoto et deposito pudore certare cum adversariis meis, qui plus apud te pretio et pecunia possunt. — Cui h. l. explicandi rationi haec *Doeringi* interpretatio propius accedit: quodsi igitur nunc tam libera in animo meo fervet ira, *ut ventis dividat*, ut ventis diripienda tradam, h. e. missa faciam. — *Fomenta* autem accipe et intellige de omnibus iis, quae amorem nutriunt; sunt igitur cogitationes, quae dolorem et curam ex amore proficiscentem alunt, fovent, amplificant, curae, querelae, cogitationes anxiae, suspiria, lacrymae atq. sim. — *libera bilis*, quae sibi non amplius temperat. — *ventis dividat*, vid. ad I, 25, 20. et I, 26, 1 — 3. quibus locis simili ratione ventis traduntur, quae amplius non curantur etc. — *vulnus*, de amore, vid. supr. ad I, 27, 12. — *Desinet impar. certare summ. pudor*, ego haud erubescam, palmam rivalibus meis concedere atq. sim. — v. 19 — 28. *Vbi haec palam*, coram *te laudaveram*, hoc consilium ceperam *severus*, animo ad id obfirmato. — Ab te domum meam abire iussus, gressum saepius inhibui, animoque fluctuans, mei ipsius oblitus, ad tuas, Inachia, aedes redii. *Pes incertus*, quatenus ipse animi incertus, dubius erat. Sed bene tribuit pedi, quod animo erat tribuendum. Tibull. II, 6, 13.: *Iuravi quoties, rediturum ad limina nunquam: Cum bene iuravi, pes tamen ipse redit.* — *lumbos et infr. latus*, ut supr. III, 10 20.: *Non hoc semper erit liminis aut aquae Caelestis patiens latus.* — v. 23. Nunc vixdum Inachiae amore solutus Lyciscum puerum quavis muliere molliorem perdite amo. — v. 25. *Vnde expedire*, quo me amore explicare ac solvere non possint amici neque libere monendo ac reprehendendo neque graviter et contumeliose obiurgando. *Expedire* ut supr. I, 27, 24. — *Sed alius ardor*, alius amor. — *Candida*, infr. Serm. I, 2, 123.: *Candida rectaque sit.* — *teretis*, τερεινοῦ, teneri, mollis; supr. II, 4, 21.: *teretesque suras.* — *long. com. renodantis*, religantis, in nodum colligentis. Pueri enim delicati alebant comam, ut satis notum est.

[*Ingrata*] sine effectu insita, ut: *Frustraque laborem Ingratum trahit* et ibi enim de equi coitu loquebatur. [*Fomenta vulnus nil malum levantia*] querelae enim solatia doloris, nec desiderio afferunt fructum. [*Iussus*] a te, Pecti, scilicet. [*Ferebar incerto pede*] ebrius, ut Terentius: *Neque pes, neque mens suum satis officium facit.* [*Dura*] implacabilia, quia exclusus limine est, dum amaret, ideo ait: *infregi latus.* [*Lycisci*] delicati pueri, cuius amor superbiam meretricis me fecit contemnere, quam amabam. [*Vnde expedire non amicorum queant Libera consilia*] nullis, ait, consiliis a pueri huius amore, nisi forsan alio amore revocabor. [*Candidae*] pulchrae, ut: *Candida Dido.* [*Teretis*] gracilis.

rietas elocutionis. Obliqua enim modo ratione transivit ad rectam, nam supra oblique dixerat: *Querebar tibi nihil valere candidum pauperis ingenium*, at haec iam est recta: *quod si meis inaestuet praecordiis.* [*Desinet imparibus certare summotus pudor*] *imparibus*, aemulis scilicet, qui largiri multa possunt, cum ego non possim. *Imparibus* autem certare per dativum casum figuratum est, ut Virgilius: *Tibi certet Amyntas.* [*Vbi haec severus te palam laudaveram*] h. e. severe dixeram arrogans mihi constantiae laudem. [*Iussus abire domum*] a te scilicet. [*Limina dura*] ideo quia iis lumbos et infregi latus. [*Vnde expedire non amicorum queant Libera consilia*] bene *libera*, quia veri amici bene solent delicta amicorum reprehendere, studio emendationis. [*Nec contumeliae graves*] non iam amicorum, sed ipsius pueri, qui amatur. [*Aut teretis pueri*] i. e. recta crura aut brachia habentis. *Teres* autem in longum rotundum dicitur.

Libera consilia, nec contumeliae graves;
Sed alius ardor aut puellae candidae
Aut teretis pueri, longam renodantis comam.

CARMEN XII.

IN ANVM LIBIDINOSAM.

Quid tibi vis, mulier, nigris dignissima barris?
Munera cur mihi, quidve tabellas
Mittis, nec firmo iuveni neque naris obesae?
Namque sagacius unus odoror,
Polypus an gravis hirsutis cubet hircus in alis,
Quam canis acer, ubi lateat sus.

ACR. [*Quid tibi vis, mulier*] eandem, quam supra alloquitur, impotentem in amorem suum. [*Nigris barris*] elephantis a barritu dictis: aut certe nigris, Indis sive Mauris, qui nigri sunt. [*Munera cur mihi, quidve tabellas*] quid mihi, inquit, munera aut codicillos amatorios dirigis? dum libidini tuae, nec sicut iuvenis sufficiam, nec foetoris tui sim nescius. [*Polypus an gravis*] dicit se nec putorem narium, nec hircum ferre, quo illa laborabat. Ab hircorum enim foetore dicti sunt et olentes titilli. [*Quam canis acer, ubi lateat sus*] sagacitatem suam inveniendo

POR. [*Quid tibi vis, mulier, nigris dignissima barris*] in mulierem foedam atque anum haec scribit. *Barri* autem elephanti dicuntur. Vnde et vox eorum *barritus* appellatur. Porro autem elephanti feruntur aversi coire, ex quo videtur poeta dicere, cum his eam concumbere debere, qui illam non videant, propter deformitatem ipsius. [*Nigris*] deformibus. [*Nec firmo iuveni*] h. e. non valido, qui sufficere libidini tuae possit. [*Neque naris obesae*] h. e. neque occlusae naris, ut possim putorem tui corporis ferre. [*Polypus*] *polypus* non in alis, sed in naribus intelligendum. [*Qui sudor vietis*] *vieta* dicuntur ex necessitate contorta

Qui sudor vietis et quam malus undique membris
Crescit odor! quum pene soluto
Indomitam properat rabiem sedare, neque illi
Iam manet humida creta colorque
Stercore fucatus crocodili, iamque subando
Tenta cubilia tectaque rumpit.
Vel mea quum saevis agitat fastidia verbis:
«Inachia langues minus, ac me;
«Inachiam ter nocte potes, mihi semper ad unum
«Mollis opus: pereat male, quae te,
«Lesbia, quaerenti taurum, monstravit inertem,
«Quum mihi Cous adesset Amyntas,
«Cuius in indomito constantior inguine nervus
«Quam nova collibus arbor inhaeret.
«Muricibus Tyriis iteratae vellera lanae
«Cui properabantur? tibi nempe;

---

muliebrium membrorum putore, cani comparavit feras quaerenti. [*Vietis*] marcidis, ut Terent.: *Vetus, vietus, veternosus senex.* Seu *Vietis* rugosis et vetustate confectis. [*Pene soluto*] *penem* tam mulieris quam viri posuit. [*Soluto*] i. e. coitu finito. [*Humida*] humefacta sudore. [*Stercore fucatus Crocodili*] hoc enim ad conservandam cutem vel candorem faciendum mulieres uti dicebantur. [*Iamque subando*] metaphora a *sue*, quae *subare* dicitur. Dum ergo cales tu tanta libidine, rumpis stratum, ut in coitum properes. [*Saevis agitat fastid. verbis*] tanquam eum non satis facientem furori suo verbis increpet. [*Inachia langues minus*] verba Canidiae, quam inducit loquentem contra se. [*Inachiam*] aliam puellam nominat, de qua illam fatigare consueverat. [*Mollis*] debilis. [*Opus*] pro coitu posuit, periphrastice, ut Virg. cum de coitu boum loqueretur: *Hoc faciunt, nimio ne luxu obtusior usus sit genitali arvo.* [*Pereat male*] mala Lesbiae imprecatur, quae sibi eum ostendit, dum illa validiorem quaereret taurum, i. e. iuvenem satisfacientem. [*Cum mihi Cous*] nomen pueri de Coo civitate, cuius inguinis nimietatem arbori comparat. [*Muricib. Tyriis*] Africae purpurae, h. e. pretiosae, quae secundo fucabantur, ut: *Tyrioque ardebat murice lana.* [*Cui properab.*] interroga-

ut Terentius ostendit: *Vietus, veternosus senex*, i. e. necessitate contortus. [*Malus undique membris*] hoc iam pronunciandum vel efferendum cum admiratione. [*Cum pene soluto Indomit. rab. properat sedare*] aspere, cum ex fastidio tui penis languet, tu tantum cupiens libidini tuae satisfacere, dum moveris, sudas diluisque ceram et stercus crocodili, quibus faciem fucare consuevisti. [*Iamq. subando Tenta cubilia tectaq. rumpit*] *subare* proprie sues dicuntur, cum libidinantur, unde translatio facta in cetera animalia. *Tenta* autem *cubilia* lectum dicit restibus sive fasciis subtentum. [*Vel mea cum saevis agitat fastidia verbis*] vel illud ait, quale est, cum me quasi per blanditias corripit, quod fastidio cum ea concumbam, imputans, quod exercitatiorem Venerem cum Inachia amica quam cum ipsa agam. [*Quaerenti taurum*] mihi quaerenti taurum. *Taurum* autem pro valido ac forti concubitu dixit. [*Cum mihi Cous adesset Amyntas*] h. e. cum non deesset mihi sagacissimi adolescentis occasio. [*Muricib. Tyriis iterat. vellera lanae*] purpuram Tyriam, quae

«Ne foret aequales inter conviva, magis quem
«Diligeret mulier sua quam te.
«O ego non felix, quam tu fugis, ut pavet acres
«Agna lupos capreaeque leones.«

CARMEN XIII.

ARGUM. *Die admodum tristi ac tempestuoso amicos suos ad capaciora pocula sumenda largiusque bibere adhortatur, sententiam illam sibi familiarem repetens, vitae gaudia esse capienda, dum per aetatem liceat, nam ex Orco reditus nullus, quo igitur si descenderis, nunquam redibis. Curas et sollicitudines amicos deponere atque aetate iuvenili hilares frui iubet. Cui quidem vitae praecepto novum in hoc carmine subiunxit exemplum, Chironis, qui Achillem, alumnum suum, postquam fatum, quod eum in bello Troiano maneat, vaticinatus fuerat, curas vino pellere iussisse traditur, auctoritate laudata.*

AD AMICOS.

Horrida tempestas caelum contraxit et imbres
Nivesque deducunt Iovem; nunc mare, nunc siluae
Threicio Aquilone sonant: rapiamus, amici,

---

v. 1—5. *Tempestates*, *χειμῶνες*, procellae *contrahunt caelum*, quatenus nubes conglomerant, cogunt, caelum nubibus obducunt. — *Imbres nivesq. deducunt Iovem*, ita caelum est nubilum nivibusque atque imbribus obscurum et turbulentum, ut videatur Iupiter in terram sive potius in nubes descendere. Huiusmodi tempestatem describit Homer. Odyss. ε', 291 sqq. Virg. Georg. I, 322. Aen. I, 129. — *Tempestas* dicitur *horrida*, quatenus caelum nubibus asperat, vid. supr. ad II, 9, 3. — *Threicio*, cf. supr. ad I, 25, 11. et II, 9, 6 et 7. — *rapiamus, amici, occasionem de die*,—

---

tive pronunciandum est. [*Magis quem dilig. mulier sua*] tanquam quae propterea vestibus pretiosis ornaretur, ut etiam ab alienis mulieribus amaretur.

iterum, i. e. bis tingitur conchylio, unde hodie dibaphas appellant. [*Ne foret aequales inter conviva magis, quem Diligeret mulier sua, quam te*] blanditur dicens, magnopere festinans illi pretiosis purpuris vestem conficere, ut ex hoc inter contubernales eius probaretur, quam illum diligeret.

ACR. [*Horrida tempestas*] hortatur amicos suos, ut pluvio aere, quod olim facere non possunt, laetitiae et poculis indulgeant. [*Caelum*] pro nubibus, ut: *Iam caelum terramque meo sine numine.* [*Et imbres*] ut: *Effusis imbribus atra Tempestas sine more furit.* [*Dumque virent*

POR. [*Horrida tempestas caelum contraxit*] hortatur contubernales, ut quoniam ipso caelo pluvio nequeant aliud agere, in convivium secedant. *Caelum* autem pro nubibus accipe. Et *contraxit*, in unum coegit ac per hoc densas fecit intelligendum. [*Nivesque deduc. Iovem*] suaviter, quasi cum imbribus ad terras Iupiter descendat. [*Rapiamus, amici,*

Occasionem de die, dumque virent genua,
Et decet, obducta solvatur fronte senectus.
Tu vina Torquato move Consule pressa meo.
Cetera mitte loqui: Deus haec fortasse benigna
Reducet in sedem vice. Nunc et Achaemenia
Perfundi nardo iuvat et fide Cyllenea
Levare diris pectora sollicitudinibus.
Nobilis ut grandi cecinit Centaurus alumno:

---

sententia ab nostratibus sexcenties repetita, — hoc triste caelum in rem nostram vertamus, utamur occasione, quam anni tempus praebet. *Rapere* cum delectu usurpavit poeta, ut Ennius apud Cicer. de Orat. III, 40. — *dumque virent genua*, dum per aetatem licet; pariter supr. I, 9, 17.: *Donec virenti canities abest Morosa.* Theocr. XIV, 70. *ποιῆν τι δεῖ ἇς γόνυ χλωρόν.* — *obducta solvatur fronte senectus*, frontem exporrigamus, hilaritati indulgeamus, iucunde vivamus; a fronte enim curarum nubibus quasi obducta dissolvatur senilis austeritas. — v. 6—10. *Tu vina Torquato move Consule pressa meo*, iam convivium accelerari iubet poeta et quasi iam adsint amici, eorum aliquem vinum Consule L. Manlio *Torquato* natum (vid. supr. III, 21, 1.: *O nata mecum consule Manlio* etc.) promere iubet. — *move*, supr. III, 21, 6.: *moveri digna bono die* etc. *pressa*, calcata, ut supr. IV, 12, 14.: *pressum Calibus ducere Liberum.* — *cetera*, *τὰ ἄλλα*, res scilicet a compotatione alienas, ut supr. I, 9, 9.: *permitte Divis cetera.* — *Deus reducet in sedem* pristinam, ordinem pristinum restituet, *benigna vice*, grata vicissitudine, *in melius referet*, ut Virg. Aen. XI, 426. — *perfundi nardo*, inungi unguento pretiosissimo, vid. II, 11, 16.: *Assyriaque nardo Potamus uncti.* — *Achaemenia*, vid. supr. ad III, 1, 44. — *fide Cyllenea*, lyra, quae ab eius inventore Mercurio, (cf. I, 10, 6.) in Arcadiae monte *Cyllene* nata, *Cyllenea* dicitur. — *levare pectora sollicitudinibus*, animum curis solvere. — v. 11—18. *Vt cecinit*,

---

genua] h. e. quando iuventus viret et senectus arida deponitur, ut de sene: *Genua labant, vastos quatit aeger anhelitus artus.* De iuvene: *Ille pedum melior motu.* [*Obducta solvatur fronte*] laetitia extendatur frons obducta maerore. [*Tu vina Torquato*] consule vina reposita proferri iubet, quo ipse natus est, Manlio Torquato. [*Deus haec fortasse benign. Reduc. in sedem vice*] si quae minus laeta sunt, ut quae sollicitudinem moveant, de deo speranda dicit, ut in melius mutentur, dummodo laetitiae non praemittatur occasio. [*Achaemenio*] Persico. [*Et fide Cyllenea*] lyra aut chorda, quam traditur Mercurius invenisse, qua accepta ab eo Amphion cantu dicitur muros fecisse Thebanos. [*Nobil. ut grandi cecinit Centaurus alumno*] ut Iuven.: *Iam grandis Achilles Cantabat patriis in montibus.* Nobilem autem Chironem dicit, cuius umbram po-

occasionem] utrum occasionem, quae de die pluvio incipit, an ut convivia de die dicebantur a primo mane coepta. [*Obducta solvatur fronte*] *obducta*, i. e. in rugas contracta. Ac per hoc severa ac tristis. Sic ergo et senectutem pro gravitate ac severitate accipe. [*Torquato move consule*] praecipit vina proferre Manlio Torquato consule diffusa, quo anno ipse natus sit, quod et alibi amphoram alloquens ostendit sic dicens: *O nata mecum consule Manlio*; ad hoc ergo pertinet, quod dicit: *Torquato meo.* [*Deus haec fortasse benigna Reducet in sedem vice*] sensus est: Haec quoque, de quibus sollicitus es, fortasse benignus restituet tibi deus, qui vices rebus humanis constituit. [*Et fide Cyllenea*] i. e. chorda, quam

Invicte mortalis, Dea nate puer Thetide,
Te manet Assaraci tellus, quam frigida parvi
Findunt Scamandri flumina, lubricus et Simois;
Vnde tibi reditum certo subtemine Parcae
Rupere, nec mater domum caerula te revehet.
Illic omne malum vino cantuque levato,
Deformis aegrimoniae dulcibus alloquiis.

v. 15. *certo*, quod evitari nequit, neque fallit. Bentleius falso corr. *curto.* — 18. Locum recte explicant, qui *vinum* et *cantus* interpretantur: *Troestungen*, ut *Vossius* in Interp. Germ. *Vinum* et *cantus* recte dicuntur *alloquia*, solatia. Bentleius tamen corr. *ac dulcibus.* Apparet, poetam *dulcibus alloquiis* et *vini* et *cantus* habito respectu per appositionem subiunxisse.

---

qualia vitae praecepta dedit *Centaurus nobilis*, Centaurorum praestantissimus, Chiron, *alumno*, *Achilli*, quem educasset, *grandi*, forti heroi. — Pro Troia est *Assaraci tellus*, regio ab Assaraco olim regnata. — *quam findunt*, *τέμνουσι*, dividunt *Scamandri flumina frigida*, *ψυχρὰ ῥέεθρα.* — *parvus*, tenuis, angusto alveo, ubi ab Ida descendit in primo eius cursu, qui fontis potius quam fluvii speciem habet, cum Simoente necdum commixtus. — *Simois lubricus*, tortuosus, sinuosus, instar anguis se provolvens. — *Parcae rumpunt*, abscindunt, intercludunt *reditum subtemine certo*, inevitabili: certa tibi mors ibi imminet, constitutum est a Parcis, te ibi mortem oppetere, mori. Certum vero est, quodcunque Parcae constituere, quodcunque in Fato est. — De Parcis, fata Achillis nendo deducentibus, vid. Catull. LXIV, 339 sqq. — *nec mater te domum revehet*, idem tantum variatum aliis exprimit verbis. — *caerula*, vid. ad I, 17, 20. III, 28, 10. — Illic vino cantuque te exhilarato, brevis vitae memor. *Alloquia*, *παραμύθια*, pro quovis levamento dicta, de quovis solatii et lenimenti genere, vid. Drakenb. ad Liv. IX, 6. T. II. p. 852. — *deformis*, vultum deturpans, contristans, ut *luctus turpes* II, 20, 22. perpetuo tristitiae epitheto. — *Dort denn jegliches Leid mit Gesang' und Weine verbannet: Die abgehaermter Graemlichkeit Liebliche Troestungen sind.* — *Voss.*

---

nit Achilli praedicentem fata sua. [*Assaraci tellus*] *Assaracus* avus Priami, a quo et Troiani. [*Tellus*] in qua sepeliendus erat. [*Findunt Scamandri flumina*] *Scamander* fluvius est, qui cum Europam ab Asia dividere dicatur, ideo posuit: *findunt.* [*Lubricus et Simois*] vel sanguine Troianorum, ut: *Vbi tot Simois correpta sub undis Scuta virûm, galeasque et fortia corpora voluit:* sive pro natura aquae *lubricus.* [*Certo subtegmine Parcae Rupere*] ut: *Rumpunt stamina Parcae.* [*Caerula*] nomen a colore maris, i. e. marina, ut: *Caeruleus Nereus.* [*Aegrimoniae*] aegritudinis animi.

Mercurius invenit ac per hoc lyram signat. [*Centaurus*] Chiron scilicet. [*Alumno*] Achilli. Vnde tibi reditum certo subtegmine *Parcae Rupere.* Tale est et illud: *Extremaque Lauso Parcae fila legunt.* [*Nec mater domum caerula*] per matrem Thetidem atque ex hac *μετονυμικῶς mare* intelligamus.

CARMEN XIV.

ARGUM. *Maecenati saepius carmen Horatium iambicum roganti poeta se excusat, omnem suae negligentiae culpam in amorem, quo gravius, quum olim Anacreon, torreatur, conferens, dum Maecenatem ipsum puellae amore detentum vehementer urere prodit.*

AD MAECENATEM.

Mollis inertia cur tantam diffuderit imis
Oblivionem sensibus,
Pocula Lethaeos ut si ducentia somnos
Arente fauce traxerim,
Candide Maecenas, occidis saepe rogando:
Deus, Deus nam me vetat
Inceptos, olim promissum carmen, iambos
Ad umbilicum adducere.

v. 8. *Ad umbilicum adducere.* Extremitas chartae papyraceae vel membranae, ex quibus conficiebantur volumina, adnectebatur bacillo et circumvolvebatur. Illius capita umbilici formam imitabantur. Quum vel scriptor vel lector ad finem perveniebat: pro, finem facere, dicebatur ad umbilicum adducere vel pervenire. Huiusmodi volumina passim videntur in antiquis monumentis. *Winkelm.* Storia delle arti de dis. III. p. 198. FEA.

---

v. 1—8. *mollis inertia*, *μαλακότης*, ignavum, quo quis molliter diffluit, otium, laboris impatiens ignavia. — *ducentia somnos*, adducentia s. afferentia somnos. — *Lethaeos*, talem torporem, quali obruuntur, qui ex Lethe biberunt. — *traxerim*, hauserim, biberim, nos *trahere* interpretamur: *schlürfen.* — *arente fauce* bibendi aviditatem significat. — *Candide*, amice, quem familiariter ita alloquitur. — *occidis saepe rogando*, toties me rogas, ut eneces; persaepe me rogas, ut supr. II, 17, 1.: *me querelis exanimas tuis.* — Quid per *inceptos, olim carmen promissum, iambos* intellexerit, non liquet; quod ego quidem de pluribus s. Epodon libro capere non possum, quia poetam id alia, quam hîc expressa, dicendi ratione significaturum fuisse puto. Horatius h. l. de singulari tantum carmine loquitur, quod Maecenati aliquando promisisse videtur. — *ad umbilicum adducere*, ad finem perducere; *umbilicus* fuit bacillus teres, qui extremis voluminum oris ita adiungebatur, ut eius adminiculo illa circumvolvi pos-

---

ACR. [*Mollis inertia cur*] dicit se inertia et oblivione oppressum, tanquam Letheum sumpserit poculum. [*Pocula Letheos ut si ducentia somnos Arente fauce traxerim*] Letheos, obliviosos. Vt: *Lethei ad fluminis undam, Securos latices et longa oblivia potant.* [*Fauce traxerim*] biberim. [*Candide*] pure, simplex. [*Ad umbilicum*] ad perfectio-

POR. [*Mollis inertia*] ad Maecenatem loquitur, significans, illum frequenter de se quaerere, cur negligat carmina scribere, deinde quasi interrogationes eius volens effugere, amorem causatur. [*Inceptos, olim promiss. carmen, Iambos*] ad iambos, utrum carmen olim promissum an olim inceptos, ambiguum est. [*Ad umbilicum adducere*] ad umbilicum adducere pro finire et consummare, quia in fine libri umbilici ex ligno aut

Non aliter Samio dicunt arsisse Bathyllo
Anacreonta Teium,
Qui persaepe cava testudine flevit amorem
Non elaboratum ad pedem.
Vreris ipse miser. Quod si non pulchrior ignis
Accendit obsessam Ilion,
Gaude sorte tua; me libertina, neque uno
Contenta, Phryne macerat.

---

sent; prominentes utrimque partes, ex auro, argento aliove metallo factae, dicebantur *cornua.* Liber igitur *ad umbilicum adductus* omnino est absolutus. — v. 9—16. Bathyllum, Samium, Anacreontis delicias fuisse, ex eius carminibus intelligitur. — *Anacreonta Teium*, hinc *fides Teia* supr. I, 17, 18. — *cava testudo*, lyra, quae supr. I, 10, 6. *curva* dicitur. — *non elaboratum ad pedem*, non ad artis regulas compositum, qualia Anacreontis carmina esse omnium constat, qui illa legerunt. *Flere* et *queri* de carmine amatorio verba sollennia. — *Vreris ipse miser*, tu ipse, Maecenas, sentis vim amoris, qui te vehementer cruciat. — *Quodsi non pulchrior*, quodsi Helena non fuit tua puella pulchrior ac formosior. *Ignis* tam de amata amica, quam hîc simul de igne, i. e. incendio Troiae, cuius causa exstitit Helena, intelligi potest; utrumque enim poeta perbelle per unum idemque exprimit verbum. Terent. Eunuch. I, 2, 5. *Accede ad ignem hunc, iam calesces plus satis.* Virg. Eclog. III, 66. *At mihi sese offert ultro meus ignis Amyntas.* — *gaude sorte tua*, hanc sortem tibi obtigisse, quod in talem amorem incideris. — *neque uno contenta*, meretrices s. concubinas unius viri amore haud esse contentas, res nota. Catull. LXVIII, 135. de amica sua: *Quae tamen etsi uno non est contenta Catullo.* — *macerat*, quippe quod curis afficit amatorem. De *Phryne* multa ad h. l. adscripsit Lambinus. (Edit. nova 1829.)

---

nem, ad finem. [*Arsisse*] amasse, ut: *Formosum pastor Corydon ardebat Alexin.* [*Bathillo*] *Bathillus* pantomimus fuit, de quo Iuven.: *Molli saltante Bathillo.* [*Anacreonta Teium*] a Teio poetam. [*Qui persaepe*] qui per metrum amorem suum flebiliter cantaverit. [*Vreris ipse miser*] aut valde dixit aut miser consolandi causa, tanquam qui frui amata non posset. Quod de Terentia, quae eius erat, significari non potuit et de patrono incongrue dicebatur. [*Quod si non pulchrior*] i. e. non melior, quam te iam urit Maecenas, quod gratificans dicit Terentiae, quam amavit Maecenas. [*Obsessam Ilion*] ad Helenam refert. [*Me libertina neque uno Contenta Phryne macerat*] libertinam se amare Phrynen affirmat, quae licet viro non sit uno contenta, turpitudinem tamen eius fatetur ferre prae amore.

osse solent poni. [*Arsisse Bathillo*] attende per ablativum dictum *arsisse Bathillo*, cum et hoc saepe Virg. per accusativum dixerit: *Formosum pastor Corydon ardebat Alexin.* [*Non elaborat. ad pedem*] hoc ideo, quia, ut supra ostendimus, lyrici poetae, prout libet cuique, versus sibi fingunt. [*Vreris*] Maecenati hoc dicit, quia et ipse Terentiam dilexit, cuius et supra sic meminit: *Manum puella suavio opponat tuo, Extrema et in sponda cubet.* [*Quod si non pulchrior*] in honorem Maecenatis gratificatur Terentiae, Helenae eam comparans; hoc autem ait: Si non fuit Helena speciosior, iucunda haec miseria est, et accendit Ilion, ad amorem magis pertinet, quo Troia cremata est; nec immerito, quia ipse amor *ignis* solet dici.

CARMEN XV.

ARGUM. *Queritur in hoc carmine, Neaeram, amicam suam, iusiurandum, quod sibi dederit, violasse fidemque datam rupisse. De quo quidem facto semet ipsum eo consolatur, quod alium in amore apud Neaeram se secutum idem experturum auguratur.*

AD NEAERAM.

Nox erat et caelo fulgebat Luna sereno
Inter minora sidera,
Quum tu, magnorum numen laesura Deorum,
In verba iurabas mea,
Arctius, atque hedera procera adstringitur ilex,
Lentis adhaerens brachiis,
Dum pecori lupus et nautis infestus Orion
Turbarit hibernum mare,

v. 8. Coniunctivum perfecti haud raro notione futuri exacti adhiberi, satis notum est. Minus recte igitur nonnulli ex aliquot codd. pro *turbarit* et *agitarit* scripserunt *turbaret* et *agitaret*, quae quidem cum *fore* non conveniunt.

---

v. 1—10. *Nox erat*, vid. Virg. Aen. III, 147. *Nox erat et terris animalia somnus habebat.* ibid. IV, 522. *Nox erat et placidum carpebant fessa soporem Corpora.* — *inter minora sidera*, ut supr. I, 12, 47.: *velut inter ignes Luna minores.* — *laedere deos*, sc. periurio, dii enim eos punire solent, qui iusiurandum violant, quatenus ipsi testes invocati in rem, de qua iusiurandum datur. — *Arctius* etc. verborum ordo hic est: *adhaerens lentis brachiis arctius atque procera ilex adstringitur hedera*, i. e. dum lentis tuis brachiis arctius meis amplexibus adhaerebas, quam (*atque*) hedera ilici adhaerere solet. Ceterum cf. supr. I, 36, 20.: *Lascivis hederis ambitiosior.* — *Dum pecori lupus et nautis infestus Orion*, per has naturae leges fixas, quae suo loco moveri nequeunt, more poetico significat idem, quod sermone pedestri dixeris: *semper.* — *Orion Turbar. hib. mare*, cf. supr. I, 28, 21. III, 27, 18. Epod. X, 10. — *Intonsosq.*

ACR. [*Nox erat*] Neaeram amicam suam alloquitur, periuriisque eius se deceptum significat, quod amorem suum in alium transtulisset, quem negat perpetuum futurum. [*In verba iurabas mea*] sicut ego ostendebam tibi iurare, ita iurabas et secundum verba, quae proponebam, iurabas, arctius te mihi coniunctum fore, quam ilici hederam. [*Arctius*] diligentius. [*Lentis*] Flexibilibus. [*O dolitura mea nim. virtute Neae-*

POR. [*Nox erat et caelo fulgebat luna sereno Inter minora sidera*] queritur de Neaera, quod non servet fidem iurisiurandi, quo se obstrinxerat, semper cum Horatio victura, deinde horrendum ipsum iusiurandum vult facere, noctis silentium erat, inquit, serenum ac luna lucebat. [*Cum tu magnorum numen laesura deorum*] ad eventum refert, quasi cum iuraret, iam perfidiam fallendi in animo haberet. [*In verba iurabas mea*] h. e. mea per verba conceptum iusiurandum. [*Lentis adhaerens brachiis*] i. e. amplexu brachiorum, cum haec iurares. [*Dum pecori lupus*] huic simile est: *In freta dum fluvii current, dum montibus um-*

Intonsosque agitarit Apollinis aura capillos,
Fore hunc amorem mutuum.
O dolitura mea multum virtute Neaera!
Nam, si quid in Flacco viri est,
Non feret adsiduas potiori te dare noctes
Et quaeret iratus parem,
Nec semel offensi cedet constantia formae,
Si certus intrarit dolor.

v. 15. *Offensi.* Sic Bentl. ex coniectura. *Offensae* Codd. ad unum fere omnes. Vand. A, glossa: „*offensus, inimicus*" — B, inter lineas legitur ad *cedet constantia:* „recedet fortitudo mea" ad *formae* „tuae" in margine „cum semel pro certo iratus fuero offensae formae tuae, non iterum frangar, neque cedet tibi amplius constantia mea, ut te amem, si tantum una vice offendas me." — Si codicum auctoritas lectionem *offensae* tanquam veram absque Horatio oriundam, ut ita dicam, comprobare potest, legendum erit: *offensae;* sin librarii erraverint, quod quidem vero haud absimile est, quia sexcenties fieri solet, vel adeo ex coniectura legere poteris: *offensi*, quae lectio optimum, ut sponte apparebit lectori erudito, praebet sensum. (Iahn. Fea, Mitsch. aliique plures *offensae* habent in textu, Doeringus vero *offensi* h. l. fortiter defendit.)

---

agitar. aura capillos, Apollinis crines intonsi essent; Tibull. I, 4, 37. *Sola aeterna est Phoebo Bacchoque iuventas, Nam decet intonsus crinis utrumque deum.* — v. 11—16. *virtus*, consilium te deserendi animo fortiter ad id obfirmato captum, quod me quidem cepisse, multum dolebis. Catull. VIII, 14. *At tu dolebis, cum rogaberis nulla, Scelesta, nocte.* — *Nam, si quid in Flacco viri est*, si ego vir sum; *Vossius* sic: *Denn wenn sich Flaccus fuehlt als Mann.* Terent. Eunuch. I, 1, 21. *sentiet*, (Thais) *qui vir siem.* Et I, 2, 74. *Eu noster! laudo, tandem perdoluit: vir es.* — *Non feret* etc. minime patietur, quod tu alii amatori totam per noctem te habilem praebes, qui te scilicet pudica noctu fruitur. — *Quaeret iratus parem*, ego autem puellam quaerere volo, quae amori meo par sit, neque fidem mihi datam rumpat, quemadmodum tu, Neaera, turpiter fecisti. — *potiori*, rivali mihi praelato, vid. III, 9, 2. — *Nec semel offensi* etc. *Nec* mea *constantia*, consilium te deserendi non *cedet formae*, minime vincetur formae tuae praestantia, *semel offensi*, quoniam ab Te semel offensus sum. — *Si certus* etc. si huius facti indignatione vere commovear. — v. 17—24. *quicunque es felicior*, potior mihique praela-

---

ra] quia si iratus fuero, contemnam te et incipies dolere. [*Nam si quid in Flacco viri est*] i. e. si quid habet in se virile Horatius. [*Non feret*] non sustinebit, nec patietur. [*Adsiduas*] frequentes. [*Potiori*] meliori rivali. [*Nec semel offensae cedet constantia formae*] tunc constantia amatoris cedit formae mulieris, quando laesus non audet abscedere, h. e. quod dicit: *Si offensus fuero, non cedam formae tuae*, i. e. non tibi ser-

brae Lustrabunt, convexa polus dum sidera pascet. [*Nam si quid in Flacco est viri*] i. e. si quid virile Flaccus in se habet. [*Potiori*] *potiori*, non ex sua persona Flaccus dixit, neque enim rivalem sibi suum praefert, sed qui apud te potior est. [*Nec semel offensae cedet constantia formae*] quoniam semel offensa est, i. e. non vinceretur constantia mea a tua forma, quo minus illam contemnat et relinquat, si indignationem certam concepero. [*Et tu quicunque es felicior*] ad rivalem hoc dicit.

At tu, quicunque es felicior atque meo nunc
Superbus incedis malo,
Sis pecore et multa dives tellure licebit,
Tibique Pactolus fluat,
Nec te Pythagorae fallant arcana renati,
Formaque vincas Nirea:
Heu, Heu! translatos alio moerebis amores,
Ast ego vicissim risero.

CARMEN XVI.

ARGUM. *Queritur, bellorum civilium nullum esse finem; quare de re publica Romana desperat, aliasque terras meliores insulasque fortunatas et ipse cogitat et aliis, ut idem faciant, suadet.*

AD POPVLVM ROMANVM.

Altera iam teritur bellis civilibus aetas,
Suis et ipsa Roma viribus ruit.

---

tus, propterea fortasse, quod maiorem pecuniae vim possides atq. sim. — *superbus incedis meo malo*, superbus ambulas ac me scilicet contemptum (a Neaera tibi posthabitum) contemnis atq. sim. — *licebit*, quamvis, ut infr. Serm. II, 2, 59.: *licebit Ille repotia — celebret.* — *Tibi fluat Pactolus*, in tui gratiam flumina Pactoli sint aurea. *Pactolus*, Lydiae fluvius, qui arenas aureas vexisse traditur. — *Pythagorae renati*, cf. supr. ad I, 28, 11. — *Nirea*, cf. supr. ad III, 20, 15. — *moerebis*, cum intimo tuo dolore senties, *alio amores transferri*, te ab Neaera deseri aliumque tibi praeferri. — *Ast ego vicissim risero*, *Vossius* sic: *Ich aber lache dann, wie du!*

---

v. 1 — 10. *altera aetas*, aetas triginta annorum spatium continet. Prior igitur aetas bellis civilibus vexata est, quae intra Syllae et Sulpicii, Octavii et Cinnae, Marii et Syllae, Pompeii et Caesaris tempora ver-

---

viam, non perseverabo iniuriam passus. [*Tibique Pactolus fluat*] *Pactolus* fluvius aureas trahens arenas. Sensus est: Quamquam habeas tantas divitias, ut tibi videatur Pactolus fluere. [*Nec te Pythagorae fallant arcana renati*] i. e. quamvis sis philosophus, Pythagoras enim dicebat animas post mortem redire in aliena corpora. [*Moerebis*] dolebis.

[*Superbus*] i. e. tibi placens ac gloriosus. [*Sis pecore et multa dives tellure licebit*] etiam divitiis felix sis praeter amorem Neaerae. [*Tibiq. Pactolus fluat*] i. e. abundes auro, quia *Pactolus* fluvius aurum ferre dicitur. [*Nec te Pythagorae fallant arcana renati*] i. e. licet doctissimus sis. Quare autem *renatus Pythagoras* dicatur, notum est, ut supra diximus. [*Formaque vincas Nirea*] hunc supra retulimus formosissimum ab Homero praedicari. [*Eheu*] ingemiscit iam vicem illius, qui relinqui meruit. [*Ast ego vicissim risero*] modo coniunctivo dicitur tempore futuro, ut est illud Terentianum: *Vxore opus est, duxero.*

Quam neque finitimi valuerunt perdere Marsi,
Minacis aut Etrusca Porsenae manus,
Aemula nec virtus Capuae, nec Spartacus acer,
Novisque rebus infidelis Allobrox,
Nec fera caerulea domuit Germania pube,
Parentibusque abominatus Hannibal:
Inpia perdemus devoti sanguinis aetas,
Ferisque rursus occupabitur solum.
Barbarus, heu! cineres insistet victor et urbem

---

titur. Altera autem aetas, quae caedem C. Caesaris consecuta est, multa item alia bella civilia vidit, Mutinense, adversus M. Antonium, Perusinum, contra L. Antonium, M. Antonii fratrem, Siciliense sive potius Fretense, contra Sex. Pompeium, Pompeii Magni filium, Thessalicum sive Philippense, adversus M. Brutum et C. Cassium, Actiacum, contra M. Antonium et Cleopatram. Vel potius cum *Mitsch.* sententiam ita explicemus, ut *iam alteram aetatem*, h. e. homines alterius aetatis bellorum civilium rabie *adtritos*, detrimentum passos, rarefactos (ut I, 2, 23.: *vitio parentum rara iuventus*) a poeta designari existimemus. — *viribus suis ruit*, supr. Epod. VII, 9.: *Sed ut, secundum vota Parthorum, sua Vrbs haec periret dextera.* — *finitimi Marsi*, designatur bellum Marsicum sive Sociale, de quo vid. supr. ad III, 14, 18. — *Min. aut Etrusca* etc. bellum Etruscum cum Porsena ex Liv. II, 9. notum. — *Aem. nec virt. Capuae*, Cicer. in L. Agr. II, 32.: *Maiores nostri — tres solum urbes in terris omnibus, Carthaginem, Corinthum, Capuam, statuerunt posse imperii gravitatem ac nomen sustinere.* — *Spartacus acer*, qui bellum servile contra Romam gessit, supr. ad III, 14, 19. — *Allobrox*, Caes. de B. G. III, 10. IV, 5. scribit, omnes Gallos rebus novis studere et ad bellum celeriter mobiliterque excitari. Allobroges Rhodani a lacu Lemano ad Isaram usque accolae. Quod tamen in coniuratione Catilinaria fidem haud rupere, id Cicero non tam Allobrogibus, quam potius Diis Romae propitiis refert acceptum. — *Nec fer. caerul. German. pube*, cf. supr. ad IV, 5, 26. — *parentibus abominatus*, ut supr. I, 1, 24.: *bella matribus detestata.* — *Inpia — aetas*, nos, quorum sanguis ad maiorum scelera expianda devotus est, Romam ad interitum vocabimus, cf. Epod. VII, 20. —

ACR. [*Altera iam teritur*] altera, quando Antonius dimicavit contra Augustum. [*Viribus ruit*] magnitudine sua laborat. [*Marsi*] qui primi movere bella civilia. [*Aemula*] invida. [*Novisq. rebus*] magnis, ut: *Pollio et ipse facit nova carmina.* [*Nec fera caerulea dom. Germania pube*] *caerulea* ad oculos retulit, quos στιγματικοὺς (sic) habent: aut gutta caesia oculorum colore, i. e., marino (in ms. catino †). [*Abominatus*] exsecrationibus habitus. [*Devoti sanguinis*] exsecrabilis et detestandi. [*Rur-*

POR. [*Altera iam teritur*] queritur in hac ecloga, quod bellis civilibus nullus finis imponatur. [*Altera aetas*] i. e. alterum seculum. [*Suis et ipsa Roma viribus ruit*] h. e. quod Titus Livius ait: *Vt magnitudine laboret sua.* [*Aemula nec virtus Capuae*] *aemula*, inquit, quia imperium ereptum iri Romanis speravit. [*Infidelis Allobrox*] hoc ad tempus illud refertur, quo Catilinae factio coniuravit et pene legati Allobrogum illi consenserant. [*Nec fera caerulea domuit Germania pube*] *caeruleos* Germanos ad colorem oculorum referens dixit. [*Impia perdemus*] hic concluditur sententia inde coepta: *Quem neque finitimi valuerunt perdere Marsi.* [*Devoti sanguinis*] pro abominati atque exsecrati dictum

Eques sonante verberabit ungula;
Quaeque carent ventis et solibus, ossa Quirini —
Nefas videre! — dissipabit insolens.
Forte, quid expediat, communiter aut melior pars,
Malis carere quaeritis laboribus.
Nulla sit hac potior sententia: Phocaeorum
Velut profugit exsecrata civitas,
Agros atque Lares proprios habitandaque fana
Apris reliquit et rapacibus lupis,

v. 15. ‚*Forte communiter* (omnes) *aut* certe *melior pars quaeritis, quid expediat carere laboribus malis*, i. e. ut careatis' etc.

Rursus, ut antea, nempe urbe nondum condita. — v. 11 — 24. *Victor barbarus*, barbarae copiae, Daci, Aethiopes et reliqui, qui in Antonii essent exercitu, cf. III, 6, 14. — *insistet cineres*, cineribus urbis sc. in pulverem versae. Vid. III, 3, 41. ibiq. adnott. — *urbem Eques sonante verberabit ungula*, *Vossius* sic: *Sein Reiter trabt mit lautem Hufschlag durch die Stadt.* — *Quaeque carent ventis*, similiter supr. III, 29, 23.: *caretque Ripa vagis taciturna ventis.* — *nefas videre!* ita plane Pseudo-Phocyl. v. 94 — 95.: *μὴ τύμβον φθιμένου ἀνορύξῃς, μητ' ἀθέατα Δείξῃς ἠελίῳ καὶ δαιμόνιον χόλον ὄρσῃς.* — *insolens*, *ὑβρίζων*. — *mali labores*, sunt bella civilia, quibus liberi esse volunt. — *Nulla sit hac potior sententia*, si me satis audire vultis, nihil prius nobis faciendum, quam ut Phocaeorum exemplum secuti, eamus, quocunque pedes nos ferent. Phocaeos quidem, quum ab Harpago, Cyri duce, gravissima obsidione premerentur, concesso unius diei ad deliberandum de rebus suis spatio, commune mutandi soli patrii consilium cepisse, cumque coniugibus ac liberis primo Chium, mox, negata ipsis in ista insula sede, Cyrnum s. Corcyram appulisse ibique consedisse, ante autem, quam patria cederent, publicis exsecrationibus iuramentoque, ne quis remaneret, neu quis prius reverteretur, quam massa ferri, quam mari immersissent, in eius superficie apparuisset, sanxisse seque obstrinxisse, post Herodot. I, 165. plures

---

sus] sicut antea. [*Victor*] ut: *Illi victor ego et Tyrio conspectus in nostro.* [*Ossa Quirini*] nonenim licet patefieri templum eius. [*Iuremus*] per

est. [*Barbar. Heu cineres insistet victor*] non barbarica exsecratur, sed civilia bella. Quomodo ergo dicit? nisi forte, ait, futurum, ut reliquias attritas bellis civilibus urbis Romanae barbari invadant. [*Quaeq. carent ventis et solibus ossa Quirini*] hoc sic dicitur, quasi Romulus sepultus sit, non ad caelum raptus aut discerptus, nam Varro post Rostra fuisse sepulcrum Romuli dicit. [*Forte quid expediat*] subdistinguendum, haec enim interrogativa figura dicitur. Ait enim fortasse, aut omnes communiter aut certe melior pars quaeritis carere malis laboribus? *Melior* ergo pro eo, quod est maior, dictum est, sicut apud Virgilium: *Nunc adeo melior, quoniam pars acta diei est.* [*Nulla sit hac potior sententia*] elocutionis sensus sic est ordinandus: Si quaeritis, quid vobis agendum sit, accipite consilium, ut nulla sit vobis potior sententia, quam ut eatis, quocunque pedes vos ferent, velut Phocaeorum civitas profugit exsecrata agros atque Lares patrios, habitandaque fana apris reliquit et rapacibus lupis. Phocaei autem, relicto patrio solo, in Galliam venerunt, Massiliamque urbem condiderunt. [*Velut profugit*] ingemiscit tam desertum futurum solum urbis Romae, quam fuerat antequam ipsa Roma condere-

Ire, pedes quocunque ferent, quocunque per undas
Notus vocabit aut protervus Africus.
Sic placet? an melius quis habet suadere? — Secunda
Ratem occupare quid moramur alite?
Sed iuremus in haec: simul imis saxa renarint
Vadis levata, ne redire sit nefas;
Neu conversa domum pigeat dare lintea, quando
Padus Matina laverit cacumina,
In mare seu celsus procurrerit Apenninus,
Novaque monstra iunxerit libidine
Mirus amor, iuvet ut tigres subsidere cervis,
Adulteretur et columba miluo,

v. 29. Fea in textum recepit *proruperit*; Vand. T, *decurrerit*. — 32. Vand. codd. omn. *miluo*.

---

tradidere. — *Ire, pedes quocunque ferent*, supr. III, 11, 49.: *I, pedes quo te rapiunt et aura.* — *protervus*, cf. supr. ad I, 26, 2. — *Sic placet?* ex sententiam rogantis formula: Itane censetis? *an quis melius* in rem consulere potest? — *Secunda alite*, bonis auspiciis, secundo omine; contra *mala avi* supr. I, 15, 5. coll. III, 3, 61. — v. 25 — 34. Posteaquam saxa ex imis aquarum vadis in summam aquam emerserint et exstiterint, tum nobis fas esse putemus in patriam a nobis relictam redire; prius autem redire, quam saxa e profundo enatarint, sit nefas. Quemadmodum Horatius in carmine praecedente v. 6 sqq. particulam *semper* per res, quae natura sua sibi semper constant, ita nunc particulam „*nunquam*" per res, quae natura sua fieri nequeunt, sive per *ἀδύνατα*, circumscripsit, quamquam eum in iis cumulandis iuveniliter luxuriasse dixeris. — *neu conversa domum*, neve tum pigeat navibus domum revehi, cum Padus, cite-

---

haec verba. [*Imis*] deest *ab*, ut: *Ilium et omnis humo fumat Troia.* [*Renarint*] supra mare nataverint vel sursum emerserint. [*Procurrerit*] occiderit, processerit, quod fieri non potest. [*Nova libidine*] novo desiderio. [*Subsidere*] succumbere, i. e. quando tigres convenient cum cer-

tur. [*Ire, pedes quocunque ferent*] hoc superioribus iungendum est: *Nulla sit hac potior sententia, quam ut eatis, quocunque vos pedes ferent.* [*Sic placet*] *sic placet* interrogative pronunciandum est. Sensus: Hoc nempe placet, an numquis vestrûm habet melius, quod suadeat? et attende figuram elocutionis: *an melius quis habet suadere? Suadere* enim verbum loco nominis positum est, pro *suadela*, quia sic accipiendum, an quis habet meliorem suadelam? [*Ratem occupare*] hoc iam hortative dicitur, quasi non proferendo meliorem suadelam, professi sint optimum consilium esse proficiscendi. *Secunda* autem *alite* prospero auspicio dicitur, ut supra. [*Simul imis saxa renarint*] per hoc revertendum esse non dicit. Haec enim saxa nunquam renabunt. [*Padus Matina laverit cacumina*] ne radices quidem Matini montis contingere potest Padus, nedum cacumina, quippe cum *Padus* fluvius Galliae sit, *Matinus* mons Calabriae. Per *αὔξησιν* ergo videtur reditum exsecrari. [*In mare seu celsus procurrerit Apenninus*] *Apenninus* mons per Italiam mediam porrigitur, longe a mari, sed eleganter dixit, *in mare procurret*, i. e. promontorium fiet. [*Mirus amor*] ipse ex subiectis ostendit, quam mirum. [*Ad-*

Credula nec flavos timeant armenta leones,
Ametque salsa laevis hircus aequora.
Haec, et quae poterunt reditus abscindere dulces,
Eamus omnis exsecrata civitas
Aut pars indocili melior grege; mollis et exspes
Inominata perprimat cubilia.
Vos, quibus est virtus, muliebrem tollite luctum,
Etrusca praeter et volate litora.
Nos manet Oceanus circumvagus: arva, beata

v. 33. Vand. E, *saevos;* al. omn. *flavos.* Sic Fea, cuius lectionem praebet quoque Codex Gothanus. *Ravus* color diversus est a *flavo;* mixtus et nigro et fulvo; medius inter flavum et caesium: lupis proprius, ut alter leonibus. — 37. Vand. γ, P, *expers.* — 38. D, T, *perprimet;* O, *perpremat.* — 39. R, *pellite.* — 41. *circumvagus arva,* sic Fea iungit, alii interpungunt post *circumvagus,* alii post *beata.* Si significationem verbi *circumvagus* propriam urgere velis, *Oceanus* potius cum *arvis* iungi debet, nam *circumvagus* sine addito nullibi est; sin poetam tale quid vel sponte intellexisse vel in sententia generaliter pronuntiata consulto omisisse posueris, *Oceanus circumvagus* sine addito quidem aeque recte ac vere, ni fallor, dici poterit. — *Mitsch.* qui *arva* cum *circumvagus* iungit, hunc locum ita explicat: „qua arva ambit, adeoque insulas in Oceano sitas, pro vulgari: nos manent arva Oceano circumflua.“ *Doeringo* locutio *circumvagus arva* pro: vagus circum arva, durissima videtur. Vand. B, E, φ, *circumvagus arva beata;* D, γ, H, V, *circumvagus arva beata.*

---

rioris Galliae fluvius, ad montis Matini, qui est in Calabria, verticem pervenerit; antequam id fiat vero, pigeat nos in patriam reverti. — *Apenninus,* mons longo tractu per Italiam porrectus. — *nova libidine,* esset enim nova et inaudita et monstri similis libido, si tigres feminae libidine incensae a cervis se subigi paterentur et si milvii cum columbis commiscerentur et cum vaccis leones atq. sim. — *credula,* de securitate sua persuasa eaque confidens. — *flavos,* cf. supr. Var. Lect. — v. 35 — 42.

---

vis in amore, qui sibi discordant per naturam. [*Credula*] ut credant se leonibus. [*Levis hircus*] levis hircus contra naturam, dum hispidus sit. [*Mollis et expes*] i. e. quietior et qui amore soli genitalis nolit sectari meliora, resideat in Penatibus propriis. [*Vos, quibus est virtus*] in animo supple: *discedite.* [*Muliebrem tollite luctum*] ut: *Non hoc ipsa sibi tempus spectacula poscit. Non lacrymis hoc tempus.* [*Hetrusca praeter et volate litora*] navigate Tyrrhenum mare. [*Nos manet Oceanus*]

ulteretur et columba miluo] iucunde *adulteretur,* quia dicitur columba nulli alii succumbere quam cui se semel iunxit. Nisi forte ad id retulit, quod adversum animal milvus sit columbae. [*Credula*] non quae semper credula sunt, sed in hoc credula facta, ut se leonibus committant. [*Ametq. salsa levis hircus aequora*] duplex diversitas, ut *amet aequora hircus,* i. e. ut in mari moretur; et ut *levis fiut,* cum alioquin setosus sit. [*Eamus omnis exsecrata civitas*] ordo: *Haec exsecrata,* i. e. exsecratione, i. e. iureiurando interposito et est figurata elocutio, *eamus, civitas,* ut: *Pars in frusta secant. Dulces* autem *reditus* non de his dicit, quippe cum abhorreant eos, sed qui alioquin dulces soleant esse. [*Aut pars indocili melior grege*] aut omnis civitas eamus, inquit, aut pars maior re-

Petamus arva, divites et insulas,
Reddit ubi Cererem tellus inarata quotannis
Et inputata floret usque vinea;
Germinat et nunquam fallentis termes olivae,
Suamque pulla ficus ornat arborem;
Mella cava manant ex ilice, montibus altis
Levis crepante lympha desilit pede.

v. 48. Vand. B, φ, P, *Nympha,* sed vid. Bentl. ad h. l.

---

exspes, de salute sua desperans. — *inominata cubilia,* inauspicata. — *divites insulas,* μακάρων νήσους, fortunatas insulas. Quae de illis narrantur, nota sunt; ceterum cf. de hisce insulis Index *ad hunc librum.* — v. 43 — 54. *Cererem reddit,* fruges fert; proprie quidem *Cererem reddere* dicitur ager cultus et aratus, qui semen sibi creditum cum fenore *reddit,* h. e. largas fruges ex semine profert. — *vinea imputata,* in insulis fortunatis agricola ne illam quidem curam impendere debet, quae supr. Epod. II, 13. commemoratur. Loquitur poeta de aurea aetate, de qua cf. Virg. Georg. I, 125. II, 538. et Aen. VIII, 319 sqq. — *termes,* proprie ramus oleae cum fructu; *nunquam fallentis,* quemadmodum supr. III, 16, 30. *segetis certa fides* dicitur, ita olea *nunquam fallens,* spem flore ostensam haud destituens. — Vbi *ficus pullae,* h. e. maturae ex *sua,* h. e. nativa arbore dependent, ubi in sua arbore ad maturitatem perveniunt. „Ficus, quae sponte et sine insitione aut cultura nascuntur, durae esse solent et fatuae ac cito decidere; ibi, inquit, tales nascuntur, ut etiam pullae ornent suam arborem, nec decidant, antequam sint maturae.“ Schol. Cruqu. — *Ornare,* verbum de fructu et foliis sollenne, vid. I, 17, 16. Epod. II, 6. Ceterum cf. Columell. V, 11, 7. Virg. Georg. II, 82. — *mella cava* etc. cf. Tibull. I, 3, 45. Virg. Eclog. IV, 22. — *cre-*

---

in quo sunt insulae fortunatae, ad quas Sallust. in historia dicit victum voluisse ire Sertorium. [*Divites*] fecundas, ut Virg.: *Dives opum variarum.* [*Reddit ubi Cererem tellus inarata*] ut: *Ipsaque tellus Omnia liberius nullo poscente ferebat.* [*Et nunq. fallentis*] i. e. fructibus abundantis. [*Termes olivae*] *termes* dicitur extremus ramus olivae, sicut

maneat, quae mollis animi et sine spe est, expersque virtutis. Fere autem imperitorum ac deteriorum maior modus est. Hoc est in melioribus victor, ut ait ille: χερείων νίκη. [*Inominata perprimat cubilia*] *inominata* num quid sic dictum est, ut abominata solet dici? an quasi nullo omine ac nulla religione condita et ideo infelicia. [*Nos manet Oceanus*] ordo est: *Oceanus circum arva beata vagus. Fortunatas* autem *insulas* per arva beata significat et bonum ἐπίθετον *Oceanus vagus.* [*Flor. usq.*] bene *usque* quasi semper aut numquid pro valde positum, quasi valde floret ac per hoc fertilis est. [*Fallentis termes olivae*] *termes* appellatur proprie caulis olearum arborum. Numquid *fallentis* autem, non est perpetuum epitheton oleae, sed sibi nunquam fallentis? [*Suamq. pulla ficus ornat arborem*] eleganter et *suam* et *ornat. Suam* enim ad illud pertinet, ut non insertas arbores fici, sed sponte natas intelligamus, sic enim e contrario Virg. cum de sativis arboribus loqueretur, ait: *Miraturque novas frondes et non sua poma.* Deinde quoniam alibi fici, quae sponte nascantur, durae atque inelegantes solent esse, hic ait *ficus ornat* arborem suam, ut pulchram et gratam nasci ostenderet. [*Pulla*] autem nigram significat, sicut Virgilius ait: *Ne maculis infuscet vellera pullis.* Vnde et *pullam* vestem appellamus. [*Levis crepante lympha*

Illic iniussae veniunt ad mulctra capellae,
Refertque tenta grex amicus ubera,
Nec vespertinus circumgemit ursus ovili,
Nec intumescit alta viperis humus.
Nulla nocent pecori contagia, nullius astri
Gregem aestuosa torret inpotentia.
Pluraque felices mirabimur: ut neque largis
Aquosus Eurus arva radat imbribus,

v. 51. Vand. φ, I, et quat. recent. *ovili;* D, *ovili*, corr. *ovile;* al. omn. *ovile. circumgemit ursus ovili*, inhians, insidians, obambulans, infestus. — Versus: *Nulla nocent pecori contagia, nullius astri Gregem aestuosa torret impotentia*, Fea post vs. 56. posuit, alii, e. g. Doeringus, post vs. 52. collocari iubent. De ordine, quo versus exhibeantur, copiosius agere non adtinet; perinde est, utrum istos versus, de quorum integritate neque iniuria, ut videtur, ambigitur, post vs. 52. an post vs. 56. collocatos legas.

---

pante pede, dulci murmure. — *Illic iniussae* etc. Virg. Eclog. IV, 21.: *Ipsae lacte domum referunt distenta capellae Vbera.* — *veniunt ad mulctra*, Virg. Eclog. III, 30.: *Bis venit ad mulctram.* — *grex amicus*, non solum propterea, quod hominum commodis inservit, ita dictus, sed etiam quod *iniussus* ac sine duce, i. e. pastore, domum redire solet. *Vossius amicus* interpretatur: *fromm. Nec vespertin. circumg. ursus ovili*, Virg. Georg. III, 537.: *Nec lupus insidiis explorat ovilia circum, Nec gregibus nocturnus obambulat.* Cf. Eclog. IV, 30. — *Humus alta intumescit viperis*, felici audacia in declaranda viperarum copia, pro, non alit viperas veneno tumidas. Frustra h. l. argutatur *Doeringus*, V. Cl. qui pro *alta humus* potius legere vult vel *alma* vel *atra.* Videtur verborum sensum consulto negligere. — *Humus* fingitur *alta*, quippe quae viperis *intumescat*, quo ad rem augendam significantius plane nihil dici poterat. — *Nulla nocent p. contagia*, neque morbis infestantur pecora. Sed pestilentiam posuit, subiecturus causam eius, *aestuosam astri impotentiam*, [ut supr. III, 13, 9.: *flagrantis atrox hora Caniculae*] nimium Sirii aestum, vid. supr. ad III, 1, 31. — v. 55 — 58. *neque larg. aq. Eur. arva radat imbribus*, nec crebrae pluviae hos agros vexent, nec siccitas eos exurat, i. e. media quaedam in his terris regnet aeris temperies. — *radat*, vid. infr. ad Serm. II, 6, 25.: *Sive Aquilo radit terras.* Similiter de campis Elysiis Hom. Od. δ, 567.: *Οὐ νιφετός, οὔτ᾽ ἄρ χειμὼν πολύς, οὔτε ποτ᾽ ὄμβρος, Ἀλλ᾽ αἰεὶ Ζεφύροιο λιγυπνείον-*

---

vitium palmes. [*Pulla*] nigra, ad colorem pomi retulit. [*Illic iniussae veniunt ad mulctra capellae*] sic Virgilius: *Ipsae lacte domum referunt distenta capellae Vbera.* [*Tenta*] distenta, plena. [*Nec vespert. circumgemit urs. ovile*] ut: *Nec magnos metuent armenta leones.* [*Nec intumesc. alta viperis humus*] ut: *Nec rapit immensos orbes per humum*

desilit pede] poetica elegantia dictum et *levis* et *lympha* et *crepante pede desilit* sonus. Versus imitatur velocitatem et strepitum aquae currentis. [*Refertq. tenta grex amicus ubera*] bene *amicus* refert, ut praedixerat sponte venire ad mulctram, hoc intelligamus. [*Plura*] plura quam supra dixi, inde refert, quae sunt haec plura. [*Vt neq. largis*] ut nec nimia pluvia humum radat nec rursum siccitas urat. [*Non huc Argoo*] Medeam significat, quae Iasonem persecuta cum Argonautis navigavit, per

Pinguia nec siccis urantur semina glebis,
Vtrumque rege temperante Caelitum.
Non huc Argoo contendit remige pinus,
Neque inpudica Colchis intulit pedem;
Non huc Sidonii torserunt cornua nautae,
Laboriosa nec cohors Vlixei.
Iupiter illa piae secrevit litora genti,
Vt inquinavit aere tempus aureum,

v. 58. Vand. D, *imperante*, corr. *temperante.* — 63. Q, *sacravit*, var. *secrevit.*

τας ἀήτας Ὠκεανὸς ἀνίησιν, ἀναψύχειν ἀνθρώπους. — *Semina pinguia*, fecundo succo turgida *urantur*, exuruntur, arefiunt, *glebis* nimio calore *siccis*, terra sole exusta, prae nimia siccitate. — Iove moderante *utrumque*, et aestatem et hiemem. Similiter supr. II, 6, 17.: *Ver ubi longum tepidasque praebet Iupiter brumas.* — v. 59 — 66. Homines ibi degunt ab omni hominum commercio integri ac sinceri, ad quos adeo non penetrarunt vitiorum contagia, navigationibus per terrarum orbem disseminata, adeoque probi, pudici, cupiditatibusque liberi. Ex iis autem, qui longinquis per Oceanum navigationibus celebrati sunt, Argonautas, Vlyssem et Phoenices ponit. — *pinus Argoo remige*, navis Argo, Argois remigibus, ut supra *multo milite* et *multa cane* dixit. — *impudica Colchis*, Medea. — *Sidonii*, Cadmo duce. Hic Phoenicum classe vectus rudibus adhuc Graecorum populis et civilioris cultus et literarum pingendarum auctor fuisse dicitur. Tacit. Annal. lib. II. — *cornua*, sc. antennarum, antennas, vela, *huc torserunt*, isti litori appulerunt. (Contrarium est in Virg. Aen. III, 549.) — *laboriosa cohors*, cf. carm. seq. vs. 16. Vlysses *πολύτλας.* — Iupiter *secrevit haec litora*, discretas has a ceteris hominibus sedes habitandas adsignavit *piis*, ab aetatis suae labe integris. Cf. Hesiod. *Ἐργ.* 167. *Τοῖς δὲ δίχ᾽ ἀνθρώπων βίοτον καὶ ἤθε᾽ ὀπάσσας Ζεὺς Κρονίδης κατένασσε πατὴρ ἐς πείρατα γαίης.* — *Καί τοι μὲν ναίουσιν ἀκηδέα θυμὸν ἔχοντες Ἐν μακάρων νήσοισι παρ᾽ Ὠκεανὸν βαθυδίνην.* — *Vt inquinav. acre temp. aureum*, posteaquam aetas aerea s. ferrea successit aureae. Aurum *inquinatur*, corrumpitur, deterius fit, iuxta Gr. *μιαίνειν*, quod omnino de quavis admixtione dici, pervulgata res est. — *aerea secula ferro duravit*, ferrea fecit. — *quorum*, cuius ferreae aetatis *fuga datur*, ex quo ferreae aetatis consortio aufugere licet

---

neque tanto Squameus in spiram tractu se colligit anguis. [*Colchis*] Medea. [*Non huc Sidonii*] Cadmi socios significat, ut: *Haec loca non tauri spirantes naribus ignem Invertere, satis immanis dentibus hydri.* [*Cornua*] capita velorum *cornua* dicuntur, ut: *Cornua velatarum obvertimus antennarum.* [*Laboriosa nec cohors Vlyssei*] ut supra: *Nec cur-*

quod significat veneficia eis ignota fuisse. [*Non huc Sidonii*] subaudiendum, si enim huc venissent, nollent recedere. Per *Sidonios* autem Cadmum, Thebarum conditorem, vult intelligi. [*Cohors Vlyssei*] *Vlyssei*, metri causa separatio, i. e. *διαίρεσις*, facta est, ut *materiai* et *pictai* solet dici, nisi forte ita declinavit, ut *diei*; nam utrumque nomen videmus producta syllaba terminari, ita et paulo post *Achillei* dixit. [*Iupiter illa piae secrevit litora genti*] h. e. ad hoc secrevit, ut a pia gente habita-

Aerea dehinc ferro duravit secula, quorum
Piis secunda, vate me, datur fuga.

CARMEN XVII.

ARGUM. *Sententia mea de huius carminis argumento eadem est, quam Doeringus, V. Cl. cum longe plurimis interpretibus in edit. sua protulit: „Canidia, quam Horatius supra Epod. Carm. V. ut anum libidinosam et veneficam acerbissime tractavit, vario modo iram suam ob illud carmen ita in poetam effudisse videtur, ut eum de integro contra se lacessitum ad hoc alterum carmen scribendum incitaret. Poeta se ipsum Canidiae artibus magicis petitum et saevissimis cruciatibus ab ea affectum esse fingens, non sine magna irrisione, ut sibi nunc quidem satis perdomito parcat, supplex eam orat et obsecrat." Est igitur palinodia ironica. Aliter vero de hoc carmine sentit Mitscherlichius: Tantum nempe huius cum Epod. carmine quinto nexum esse statuit, ut tela, in illo inchoata, hoc demum detexta et absoluta sit. Hinc a v.* 1 — 51. *non Horatium, cuius nomen expunxit, sed Varum loquentem inducit; de qua tamen re ego Viro Doctissimo adsentire non possum. Iam Doeringus, aberrare Mitscherlichium ab rei veritate, probatum ivit. Vide, si placet,* M. *et* D. *in huius carminis ARGVM.*

AD CANIDIAM.

Horatius.

Iam iam efficaci do manus scientiae
Supplex et oro regna per Proserpinae,

v. 65. *Aere, dehinc* Fea, eiusque Hilpertohusae et Novi-Yorici ‚*vitiose*' repetita Editio. Ex eadem officina, unde Feae editio Horatii prodiit, in lucem ad hunc usque diem emittitur *Orellii*, Viri Celeberrimi, Ciceronis Editio optima, sed pariter repetita ac *depravata*. Suum cuique!

---

piis, meliori nostrûm parti, quae bella civilia detestatur, *me vate,* me auctore, dum consilium, quod ego quidem cepi, strenue ac fortiter persequuntur, neque molles ab proposito semel capto timide recedunt atq. sim.

---

v. 1 — 7. *Iam iam effic. do man. sci. supplex*, iam supplex ad genua tua provolvor et artis tuae potentia me victum profiteor; *manum dare*, sollennis locutio de victis victori se submittentibus. — *regna per Proserpinae,* orat igitur per ea, quae Canidiae, ut veneficae, vel maxime cara et veneranda esse debebant. — *per Dianae non movenda numina,* per Di-

---

sus duplices per mare Vlyssei. [*Nulla nocent pecori contagia*] ut: *Nec mala vicini pecoris contagia laedent.*

rentur. [*Quorum Piis secunda, vate me, datur fuga*] quorum seculorum, i. e. *aerei* ac *ferrei,* fuga nobis piis datur a me vate, i. e. datur vobis consilio meo, ut effugiatis pessima secula.

Per et Dianae non movenda numina,
Per atque libros carminum valentium
Refixa caelo devocare sidera,
Canidia, parce vocibus tandem sacris,
Citumque retro solve, solve turbinem!
Movit nepotem Telephus Nereium,
In quem superbus ordinarat agmina
Mysorum et in quem tela acuta torserat.

v. 5. *Vand.* Codd. B, D, E, φ, I, et tres recent. *Defixa.* Etiam *revocare* pro *devocare* reperitur. *Refixa devocare sidera*, i. e. devocando refigere, devocare, ut refixa sint, quam lectionem difficiliorem putat *Iahn.* Quamvis autem lectio *defixa* habeat, quo commode defendi atque intelligi possit, eaque a Doeringo aliisque pluribus in textum haud falso recepta sit, tamen alteram *Refixa* ob codd. plur. et opt. auctoritatem illi posthabere nolui. Feae codd. omnes constanter exhibent: *Refixa.*

---

anam haud sollicitandam et ad iram lacessendam. — *refixa,* cf. Var. Lect. — *caelo devocare sidera,* ut supr. Epod. V, 45. *lunam caelo deripere.* — *vocibus sacris,* formulis vel carminibus magicis. — *Citumque retro sol., solv. turbinem,* fac, ut licia, quibus nunc me ligas, resolvantur; retro age turbinem sive rhombum magicum, h. e. vi magica, qua nunc vincior, me solve. — Scilicet ut citissime agitatus (*citus*) vel rotatus rhombus per licia attracta et advoluta incantatos vi magica ligabat et vinciebat, ita idem retro actus per licia remissa et revoluta eos vi magica solvebat; cf. Val. Flacc. I, 781.

v. 8 — 18. *Movit nepotem* etc. Facete ludit Canidiam, dum eam, ut mulierem abiectissimam, cum illustrissimis antiquitatis heroibus componit. — *Telephus,* rex Mysorum, cum contra Achivos, ad eius oras appulsos, exercitum duxisset et vulneratus ab Achille et eiusdem cura a vulnere sanatus esse dicitur; vid. Hygin. Fab. CI. Hinc Ovid. Trist. V, 2, 15. *Telephus aeterna consumptus tabe perisset, Si non, quae nocuit, dextra tulisset opem.* cf. Propert. II, 1, 65. — *nepotem Nereium,* mater enim Achil-

---

ACR. [*Iam iam efficaci do manus scientiae*] iterum in Canidiam magam dicit, quod efficaces eius artes probaverit. Fingit autem se Canidiae veneficiis superatum et ἀλληγορικῶς deprecatur, ut sibi parcat. [*Defixa caelo devocare sidera*] ut: *Sistere aquam fluviis et vertere sidera retro.* [*Movit nepotem Telephus Nereium*] Telephus, rex Mysorum, huic Graeci ad Troiam euntes, putantes eum Troianis adesse, bellum intulerunt. Telephus restitit et singulari certamine cum Achille conflixit, a quo et vulneratus est; sed cum postea, errore cognito, in amicitiam rediisset, ab Achille herbis curatus est, quarum scientiam habebat Chirone docente. Quod exemplum ideo ponit Horatius, ut sicut Achilles Te-

POR. [*Iam Iam*] in hac ecloga figuratim cum Canidia agit, namque ut satisfaciat, lacerat eam eleganti urbanitate. [*Scientiae*] veneficiorum scilicet intelligendum. [*Regna per Proserpinae*] eleganter quasi per deas ipsius orat eam, quia venficae Hecaten colunt. [*Non movenda numina*] h. e. non lacessenda, ut moveantur, i. e. irascantur. [*Per atq. libros*] ordo: *Atque per libros carminum,* ipsius autem Canidiae dicit. [*Parce vocibus tandem sacris*] vocibus, verbis. Dialogos nunc de sacris, quia sacrum religiosum et exsecrabile significat. [*Citumq. retro solve*] *retro solve* id, quod dubium est, *resolve;* dicimus *citum,* i. e. *cito. Turbinem* autem dicit, quod quasi obligaverit mentem eius. [*Movit*] exempla affert, quibus ostendat etiam inimicos precibus eorum, quibus irati erant,

Vnxere matres Iliae addictum feris
Alitibus atque canibus homicidam Hectorem,
Postquam relictis moenibus rex procidit
Heu! pervicacis ad pedes Achillei.
Setosa duris exuere pellibus
Laboriosi remiges Vlixei,
Volente Circa, membra; tunc mens et sonus
Relapsus atque notus in vultus honor.
Dedi satis superque poenarum tibi,

v. 11. *Vnxere.* Bentleius ex codd. nonnullis defendere conatur *Luxere.* Muretus utramque lectionem laudat. Sponte tamen apparet, *Vnxere* recte habere, quo verbo poeta indicat, ad preces Priami restitutum fuisse *cadaver* Hectoris. — 12. *Hectora* Cun. Bentl. infra (vs. 17.) bene adnotavit: Horatium in Iambis, Sermonibus et Epistolis Latinas declinationes libentius adhibere, in Carminibus Graecas, in quibus nimirum saepius exemplar Graeci cuiusdam poetae imitatus est. — 18. *Relapsus* codd. plur. et opt. lectio. Alii: *Relatus*, pro var. lect. nihil amplius.

---

lis, Thetis, Nerei filia fuit. — *Vnxere matres addict.* etc. Achilles, quamvis Hectoris corpus alitibus et canibus destinaverat, tamen, ut illud sepeliendum suis redderet, Priami precibus adductus fuit. — *Vnxere matres Iliae*, corpora enim sepelienda, ut satis notum, lavari et ungi solebant. Virgil. Aen. VI, 218. de sepeliendo Miseno: *Pars calidos latices et aëna undantia flammis Expediunt, corpusque lavant frigentis et ungunt;* ubi copiosissime de hoc ritu egit *Cerda.* — *Hector. addict. fer. alit. atque canibus*, Achilles enim, se corpus Hectoris alitibus et canibus proiecturum esse saepe minatus fuerat. Hom. Iliad. XXIII, 183. *Ἕκτορα δ' οὔτι Δώσω Πριαμίδην πυρὶ δαπτέμεν, ἀλλὰ κύνεσσιν.* — *homicidam*, *ἀνδροφόνον*, fortissimum. — *Postquam relict. moen. rex procid.* supr. I, 10, 14. Priamus *Ilio relicto*, ut corpus Hectoris redimeret, per Mercurium ad Achillem ductus dicitur. — *pervicacis*, supr. I, 6, 6. *Pelidae cedere nescii.* — *Setosa dur. exuere pell.* de Vlyssis sociis a Circa in sues mutatis et ab eadem, Vlysse deprecante, humanae formae restitutis vid. Hom. Odyss. X. — *setosa membra duris pellibus*, setosorum porcorum formam. — *laboriosi*, multis laboribus et aerumnis exercitati; cf. Carm. anteced. v. 62. Similiter Vlysses infr. Epist. I, 7, 40. *patiens* vocatur. — *notus honor*, pristina humanae formae pulchritudo et dignitas.

v. 19 — 26. *Dedi satis superque poen. tibi*, intelligit cruciatus per Canidiae veneficia sibi iniectos, quos ipse statim describit. — *Amata naut.*

---

lepho, ita sibi Canidia ignoscat. [*Homicidam*] pro viro forti posuit. [*Rex procidit*] etiam Priamo, inquit, roganti pro Hectore Achilles victor ignovit. [*Dedi satis superq. poenarum tibi*] ut: *Parcere subiectis.* [*Lu-*

ad miserationem adductos. Notum autem historia: Telephum ab Achille vulneratum esse fragmentoque hastae, qua vulneratus erat, ab eodem Achille curatum. [*Homicid.*] aliter dicit, quam vulgo dicitur. Nunc enim pro viro forti dictum, qui multos in bello occiderit. [*Heu pervicacis ad pedes Achillei*] de hac divisione in superiore ecloga locutus sum, circa nomen Vlyssis. *Pervicaces* autem dicuntur, qui in contentione usque ad pervincendum perseverant. [*Amata*] *amata* vocativi casus est, o amata, sed hoc urbanissima contumelia dicitur, sub illa laude, quod adeo pulchra

Amata nautis multum et institoribus.
Fugit iuventas et verecundus color
Reliquit ossa pelle amicta lurida,
Tuis capillus albus est odoribus,
Nullum a labore me reclinat otium.
Vrget diem nox et dies noctem, neque est
Levare tenta spiritu praecordia.
Ergo negatum vincor ut credam miser,
Sabella pectus increpare carmina,
Caputque Marsa dissilire nenia.
Quid amplius vis? O mare! o terra! ardeo,

v. 22. Intpp. contendunt, verecundum colorem *oribus*, non *ossibus* convenire. Hinc Scalig. Bentl. et Bothius, cuius tamen auctoritas non tanta est, ut ab ingenua ac vera codicum mss. lectione ,*ossa*' recedamus, receperunt *ora.* Sensus fere hic est: Omnis pudor me reliquit s. fugit, — ossa et pellis mihi supersunt.

---

mult. et institoribus supr. III, 6, 30. *Seu vocat institor, Seu navis Hispanae magister, Dedecorum pretiosus emptor.* — *Fugit iuventas*, acerbe exagitat Canidiae artem magicam, dum eius vi se nunc misere macerari et contabescere fingit. — *verecundus color*, rubor, color verecundiae; Ovid. Met. I, 484. *Pulchra verecundo suffunditur ora rubore.* — *Reliquit ossa pelle amicta lurida*, mutatus est in luridum. — *Tuis capillus albus est odoribus*, tuis incantationibus canescere incipio; per *odores* intellige herbas magicas, *φάρμακα.* Comparant Theocrit. II, 88. qui prae amore tabescentis imaginem adumbrat sic: *Καί μευ χρὼς μὲν ὁμοῖος ἐγίνετο πολλάκι θαψῷ, Ἔῤῥευν δ' ἐκ κεφαλῆς πᾶσαι τρίχες· αὐτὰ δὲ λοιπὰ Ὀστέ' ἔτ' ἦς καὶ δέρμα.* — *me reclinat*, me requiescere sinit — *a labore*, amoris aestu et cruciatibus. — *neque est*, *οὐδ' ἔστι*, neque licet; *levare tenta spiritu praecordia*, respirare.

v. 27 — 35. *Ergo negatum vinc. ut cred. miser*, ergo verum esse, quod antea de carminum magicorum efficacia negabam, miser ego, ut credam, experientia vincor. — *Sabella carmina* et *Marsa nenia* dicuntur carmina magica, quod Sabini et Marsi artibus magicis deditissimi fuisse dicuntur. — *pectus increpare*, impellere et commovere. — *dissilire* prae dolore nempe et aestu; *Marsa nenia*, cf. supr. Epod. V, 76. similiter

---

rida] tabida, nigra. [*Nullum a labore me reclinat otium*] nullum tempus sibi praestari carmine eius ad requiem ostendit. [*Increpare*] dirumpere sive incitare. [*Caputq. Marsa dissilire Nenia*] ut tanquam in mortuum canam. [*O mare, o terra*] sub indignatione exclamat, ut Terent.:

sit, ut a multis ametur. [*Fugit iuventas et verecundus color*] sibi dicit Horatius hoc fugisse per cruciatum, quem de carminibus illius patiatur. *Verecundum* autem *colorem* eleganter pro rubore dixit, ex quo significat se pallere. [*Tuis capillus*] nunc ostendit, quare supra dixit: *Fugit iuventas.* [*Nullum a labore*] laborem animi vult intelligi, quasi quibusdam tormentis animi per veneficia illius crucietur. [*Neq. est levare*] figurata elocutio pro neque contingit. [*Negatum vincor, ut credam*] i. e. adductus sum, ut credam Sabellis carminibus defigi mentes humanas. *Sabella* autem *carmina* pro Marsis posuit et *Neniam* pro incantatione, alio-

Quantum neque atro delibutus Hercules
Nessi cruore, nec Sicana fervida
Furens in Aetna flamma. Tu, donec cinis
Iniuriosis aridus ventis ferar,
Cales venenis officina Colchicis.
Quae finis aut quod me manet stipendium?
Effare: iussas cum fide poenas luam,
Paratus expiare, seu poposceris
Centum iuvencos sive mendaci lyra
Voles sonari: tu pudica, tu proba
Perambulabis astra sidus aureum.
Infamis Helenae Castor offensus vice,
Fraterque magni Castoris, victi prece,

v. 33. *Furens* ex codd. suis Fea recte vindicasse videtur. Pro var. lect. habent: *urens*, *vibrans*, *virens*, *vivens* atq sim. — 42. *Vicem* proposuit Dacerius ex aliquo ms. ex alio amplexus est Bentleius, sc. parum feliciter.

Ovid. Art. Am. II, 102. — *Quant. neque atro delibut. Hercul. Nessi cruore*, supr. Epod. III, 17.: *Nec munus humeris efficacis Herculis Inarsit aestuosius*, ubi vid. not. — *Nec Sicana fervida fur. in Aetna flamma*, Catull. LXVIII, 54. *Cum tantum arderem, quantum Trinacria rupes.* — *Tu, donec cinis* etc. tu nulla mei miseratione tacta tamdiu venenis Colchicis in me miscendis et comparandis insudas, donec me in aridum cinerem, protervis ventis dissipandum, redegeris. — *Cales officina*, pro: es mihi quasi officina, quae calet *venenis Colchicis*.

v. 36 — 44. *stipendium*, redemptionis pretium, poena mihi victo tibi victrici pendenda; cf. supr. ad IV, 8, 17. — *centum iuvencos*, hecatomben. — *mendaci*, qua nempe mulier impudica et improba ut pudica et proba laudatur. — *tu pudica, tu proba Perambulab. astra sid. aureum*, ego te carminibus meis ut pudicam et probam stellis inseram, h. e. ad caelum usque extollam. — *perambulabis astra*, te inter cetera astra iactabis. — *perambulare* notionem superbiae et iactantiae habet; cf. supr. ad Epod. IV, 5. — *Infamis Helenae Cast. offens. vice Frat. magni Cast.* Vt mitiorem te mihi praebeas, exemplo tibi sint Dioscuri, qui, quamvis Stesichoro ob probrosum, quo Helenam diffamaverat, carmen graviter irascebantur,

---

O terra, o maria Neptuni. [*Ardeo*] dicit se non voluntate amare, sed vi magici carminis. [*Aetna*] mons est Siciliae semper ignitus. [*Quod me manet stipend.*] certis enim stipendiis milites otia merebantur. [*Sive mendaci lyra*] tanquam de ea falsa caneret per timorem. [*Infamis Helenae*] Stesichorus poeta Siculus dum vituperationem Helenae dixisset, indignatione Castoris et Pollucis oculos amisit, sed placati ei postea dii lu-

quin *Nenia* proprie carmen est, quod mortuis cantatur. [*Cales venenis officina Colchicis*] ipsam mulierem officinam venenorum diserte dixit. *Colchicis* autem manifestum est propter Medeam dici. [*Quae finis aut quod me manet stipendium*] quod vult intelligi, apparet ex eo, quod statim infert: *Iussas cum fide poenas luam.* [*Infamis Helenae Castor offensus vice*] Stesichorum ferunt caecum factum esse, quod infamia carmina in Helenam fecisset, deinde oraculo admonitum palinodiam fecisse,

Adempta vati reddidere lumina.
Et tu, potes nam, solve me dementia,
O nec paternis obsoleta sordibus,
Nec in sepulcris pauperum prudens anus
Novendiales dissipare pulveres!
Tibi hospitale pectus et purae manus,
Tuusque venter Pactumeius, et tuo
Cruore rubros obstetrix pannos lavit,
Vtcunque fortis exsilis puerpera.

v. 50. Plerique codd. *Pactumēius*, quod interpretantur: partus ventris tui verus filius, non suppositus erat. *Ventrem* pro infante dictum esse putant. Vid. Bentl. et Schirach. p. 364. et 376. Alii nec pauci nec spernendi libb. *partumeius*, i. e. qui facillime parit, partum quasi meiit, quae lectio placuit *Feae*. Eodem modo *submeius* et *submeiulus* dicitur.

---

tamen eius palinodia, ut ereptum ei oculorum usum redderent, victi et permoti sunt; de fabula Stesichori vid. supr. ad Carm. Lib. I, 16.

v. 45 — 52. *potes nam*, δύνασαι γάρ, ex sollenni in precibus ad deorum numina formula. — *nec obsoleta*, h. e. despecta; res enim *obsoletae* in despectu fere esse solent. — *paternis sordibus*, sordida origine. — *Nec in sepulcr. paup. prud. an. novendial. dissip. pulveres*, nec es anus, quae calleas in pauperum sepulcris novendiales pulveres dissipare; cineres nimirum in sepulcris religiose condi et servari, non loco suo moveri et dissipari debebant, quod fiebat, si a sagis auferrentur. — *sepulcr. pauper.* nam ditiores sepulcris, ne cineres a sagis auferri possent, custodes addere solebant. — *novendiales*, qui ante novem dies, ut postulabat disciplina magica, conditi erant; de cinerum in re magica usu res nota; cf. Serm. I, 8, 22. — *Tuusque venter Pactumeius*, et filius tuus Pactumeius, quem te, ut sagam, alii matri subripuisse suspicantur homines, genuinus ventris tui fetus est, vere e ventre tuo editus est: *venter* pro filio; exempla vid. apud *Bentl.* Ceterum cf. supr. Epod. V, 5.: *Per liberos te, si vocata partubus Lucina veris adfuit* etc. (*D.*)

---

mina reddiderunt. [*Tibi hospitale pectus et purae manus*] ironice laudat omnia, hospitale pectus, puras manus et puerperium, cum pollutam eam humanis sacrificiis superius retulisset. [*Tuusque venter Pactumeius*] Pactumeium dicit filium Canidiae, quem habere se fecunditatis gratia laetabatur. [*Et tuo Cruore rubr. obst. pannos lavit*] κακόφατον in

i. e. contrario carmine eam laudasse et lumina recepisse. [*Et tu, potes nam*] Ordo est: *Solve me dementia, nam et tu potes.* [*O nec paternis*] urbanissime obscura dicitur ironia. In contrarium namque accipienda haec: *Quis enim sic laudat, qui simpliciter agit? o quae non es sordidi generis nec ossa humana ad maleficia colligis* et reliqua. [*Novendiales dissipare pulveres*] cineres reliquiarum vult intelligi, nam novendiale dicitur sacrificium, quod mortuis fit nona die, qua sepultus est. Nec illud sine amaritudine est in superiore versu, quod anum illam appellet, quae adhuc amari velit et adnotandum pluraliter dixisse pulveres. [*Tuusq. venter Pactumeius*] per ironiam haec dicuntur, vult intelligi illum Pactumeium, quem filium existimabatur supposuisse, sibi non peperisse. [*Et tuo Cruore rubros obstetrix pannos lavit, Vtcunq. fortis exsilis puerpera*] secundum veterum declinationem praesenti tempore dicitur *lavit*. *Vtcunque* autem quotiescunque significat. Et est sensus: Quotiescunque pa-

Canidia.

Quid obseratis auribus fundis preces?
Non saxa nudis surdiora navitis
Neptunus alto tundit hibernus salo.
Inultus ut tu riseris Cotyttia
Vulgata, sacrum liberi Cupidinis?
Et Esquilini Pontifex venefici
Inpune ut urbem nomine inpleris meo?
Quid proderat ditasse Pelignas anus,
Velociusve miscuisse toxicum?

v. 56. *Cotyttia* pro *Cocytia*, primus docuit Ang. Politianus Miscell. cap. 10. relato ad h. l. in edit. Henricopetrina Basil. 1580. ex vetustissimo libro Georgii Antonii Vespucci Florentini. τὰ Κοτύττια, *sacra Cotyttia*, ap. Strab. et Theocr. Vid. Fea ad h. l.

---

v. 53 — 59. *Quid obseratis auribus fundis preces?* etc. Canidia respondet, ostendens, se nullis precibus exorari, nulla ratione placari posse. — *Quid obser. aur. fund. preces?* pro, vanae preces tuae sunt. Aures *obseratae*, clausae, surdae, sunt hominis preces minime audientis. — *Saxa non surdiora*, h. e. non surdiora sunt s. quae Neptunus *alto salo tundit*, quibus altos fluctus impingit. Non sunt nautis surdiora saxa, quae fluctibus hibernis verberantur, supple: quam ego tibi sum. — *Cotyttia* dicta sunt sacra quaedam nocturna, flagitiosa, obscena et nefaria, a Cotyttone impudentiae et Veneris obscenae dea, cuius sacerdotes erant Baptae, cf. Iuven. II, 91 sq. — *vulgata*, profanata, tanquam mysteria, quae in vulgus emanare non debent etc. — *Pontifex*, erat pontificum, religiones et ceremonias tueri. — *Impune ut urbem* etc. egone patiar te inultum esse, qui populi fabulam (h. e. de qua multum populus fabulatur, rem aliter modo fingendo, modo in maius augendo) me feceris? — v. 60 — 69. *Quid prod. ditasse* etc. Quid profuisset mihi artes magicas non sine magna merede apud anus Pelignas didicisse? pro quo tamen *miscuisse toxicum*

---

sensu. — [*Quid obserat. aurib. fundis prec.*] ut: *Cur mea dicta negat duras demittere in aures?* [*Non saxa nudis surdiora navitis*] inducit Canidiam precibus suis implacabiliter respondentem et negantem sibi posse

ris, puerperio sanguinatos pannos obstetrix lavat. Sed illud argute dictum *exsilis fortis puerpera*, quia fortem vult intelligi eam, scilicet, quae non peperit. — [*Quid obserat. aurib. fundis preces?*] facit Canidiam respondentem. *Obseratis auribus* suis dicit Canidia, significans se preces eius nolle audire. [*Inultus ut tu riseris*] videtur Canidia commisisse Horatio sacrificia sua, quae ille ridens divulgaverit. *Cocytia* autem sacrum Cupidinis esse dicit, quia maleficia haec, quae per inferna fiunt, ad amorem pertinere vult intelligi. Et *Liberum* Cupidinem dixit, quod quasi nulli obnoxius sit et omnes amores laudat, sic denique et apud Virgilium dicitur: *Nate, patris summi qui tela Typhoëa temnis.* *Cocytia* sacra dicuntur, quae inferis diis a veneficis fiunt, inde fortasse, quod *Cocytus* fluvius sit inferorum. [*Et Esquilini pontifex venefici*] *pontificem* nunc quasi censorem ac iudicem dicit, quia pontifices de sacris iudicant. *Esquilini* autem merito, quia, ut ostendi saepe, extra portam Esquilinam, h. e. in Aggeribus religiones et sepulchra erant, inter quae noctibus illa malefica sacra conficiebantur. [*Quid proderit ditasse Pelignas anus?*]

Sed tardiora fata te votis manent:
Ingrata misero vita ducenda est in hoc,
Novis ut usque suppetas doloribus.
Optat quietem Pelopis infidus pater,
Egens benignae Tantalus semper dapis;
Optat Prometheus obligatus aliti;
Optat supremo conlocare Sisyphus
In monte saxum: sed vetant leges Iovis.
Voles modo altis desilire turribus,

v. 62. Fea pro *Sed* in textum recepit *Si*, quod sensum verborum exigere contendit, quem hisce verbis explicat: Quid proderit mihi, magno pretio conduxisse anus Pelignas et cum illis propinasse toxicum omnibus aliis potentius, si tardiora fata votis meis manent te, si evaseris e maleficiis meis etc. Sed cur Canidiae vota intellexerit, quae potius Horatii esse videntur, mihi non liquet. Canidia omnino recte dicere poterat: Frustra tibi toxica apparavi, sed nihilo minus fata te manent tardiora, quam tu quidem desideras, quae *fata votis tardiora* Canidia ipsa magis explicat vs. 63. — 64. *laboribus*, Asc. Loch. Bentl. Cun. Val. quae lectio mihi quoque cum maxime placet. Quemadmodum enim Herculis *labores* dicuntur supr. I, 3, 36. et Tantali *labores* supr. II, 13, 38. ita etiam hîc *labores* dici poterant ‚cruciatus' atq. sim. Si igitur, lector erudite, lectionem *laboribus* alteri: *doloribus*, praetuleris, ego tibi nullus repugnabo. Lectionem *laboribus* confirmat Cod. Goth. — 65. Pro *infidus* in textum retulit Bentleius: *infidi.* Vid. *Fea* ad h. l. si res tanti tibi videbitur.

---

posuit, per quod artem veneficam significat. *Sed tardiora fata*, cf. Var. Lect. ad h. l. — Tantalus, Pelopis pater *infidus*, qui, quae sibi ab Iove inter epulas concredita erant arcana, eloquutus est. *Fides* taciturnitate spectatur, cf. supr. III, 2, 25. et I, 18. sub fin. — *quietem*, poenarum intermissionem. — *egens benignae semper dapis*, erat igitur, ut Horatius supr. III, 16, 28. dixit: *inter opes inops.* De Prometheo mythus, qui narratur, satis notus. — *obligatus aliti*, cf. supr. ad II, 13, 37. — *Sisyphus*, cf. supr. ad II, 14, 20. — *in monte supremo*, i. e. in montis vertice. — *Sed vet. leges Iovis*, fata ab Iove constituta. — v. 70 — 81. *Voles modo* etc. modo voles te ex altis turribus praecipitem dare atq. sim. vel pectus fer-

---

reconciliari, quia vulgaverit eius veneficia. [*Cocyta*] infernalia. [*Dapis*] huius dapis.

fallit sensus hîc, quasi Canidia dicat se Pelignas anus donis ditasse et veneficiorum suorum artes se docere, sed subiecta repugnant huic intellectui. Ergo sic potius intelligendum: Quid tibi prodest, Horati, adhibuisse tibi magnis mercedibus Pelignas anus, quae veneficiis meis te per carmina liberarent? [*Velocius*] per quod tibi, Horati, arcesseris, ut tormenta vitae carminibus meis irrogata effugeres. [*Si tardiora fata*] tardius morieris, quam optasti. [*Novis ut usq. suppetas*] h. e. ut suppetes et quasi minister sis cruciatibus. [*Vectabor humeris*] quid est: *humeris vectabor?* nisi forte subaudiendum extrinsecus ‚iactantibus' aut tale quid. Sic enim *iactare humeros* solent, qui gloriantes incedunt. Quod si ita est, *inimicis eques* iungendum erit, ut si diceret: Equitabo super inimicos meos. Aut numquid *humeris inimicis*? quod si ita est, *inimicis vectabor* intelligamus, quasi super inimicorum meorum humeros ero, ac sic vectabor atque equitabo. [*Fastidiosa*] vitae fastidiosae, scilicet, et sunt ablativi casus *fa-*

Modo ense pectus Norico recludere,
Frustraque vincla gutturi nectes tuo,
Fastidiosa tristis aegrimonia.
Vectabor humeris tunc ego inimicis eques,
Meaeque terra cedet insolentiae.
An, quae movere cereas imagines,
Vt ipse nosti curiosus, et polo
Deripere Lunam vocibus possim meis,
Possim crematos excitare mortuos,
Desiderique temperare poculum,
Plorem artis in te nil agentis exitum?

v. 80. *pocula* Bentl. quod Canidia noverit plura philtrorum et potionum genera. Mira sane ratio! — 81. *agentis*, sic Fea h. l. Alii: *habentis*, alii: *valentis*. Sed *agentis* editores Horatii recentiores fere omnes in textum recepere, neque alia opus videtur, cum res plana ac simplex sit. Phaedr. III, 17, 13. *Nil agere, quod non prosit, fabella admonet.*

---

ro transfigere etc. — *Norico*, ut supr. I, 16, 9. — *nectes vincla gutturi*, te suspendere voles. — *Fastid. trist. aegrimonia*, animi aegritudine *tristis*, oppressus; *fastidiosa*, vitae fastidio. — *ego vectabor eques hum. inimicis*, inequitabo et insidebo tibi tanquam spectrum vel ipsa atrae imago mortis. — *Meaeque terra cedet insolentiae*, pro simplici: mihi insolenti. — *An, quae movere cereas imagines* etc. De *cereis imaginibus*, amantis effigiem in sacris magicis repraesentantibus, vid. Theocr. II, 28. Virg. Eclog. VIII, 80. Repraesentabant ita sagae absentem, quem incantarent, ut effectus incantationis suae mutato vultu effigiei eius et colore proditos observarent ac dignoscerent. — *ut ipse nosti curiosus*, vel quod Canidia hoc artis suae experimentum ei praebuisset vel quod intervenisset Canidiamque ista operantem oppressisset. — *polo deripere Lunam*, ut Epod. V, 46. — *desiderii poculum*, philtrum, φίλτρον, supr. carm. cit. v. 38. *amoris poculum* dicitur. — *vocibus*, formulis magicis. — *excitare*, in vitam revocare *mortuos* vel *crematos*. — Iunge: *An* (v. 76.) *plorem* (v. 81.), dolendi causam habeam, *artis nil*, κατ᾽ οὐδέν, nullum *exitum in te agentis; artis exitum* pro: ipsa arte, quatenus in ea exitus praecipue et effectus spectatur. *Vossivs* recte sic interpretatur h. l.: *An dir beweint' ich meiner Kunst Vereitelung?*

---

stiosa aegrimonia. [*Insolentiae*] nunc quasi novae potentiae intelligendum. [*Curiosus*] choro stellarum scilicet. [*Desideriq.*] i. e. amoris potionem conficere. [*Plorem*] Sensus hic est: An quae difficiliora facere possumus, i. e. cereas imagines animare et lunam caelo evocare et umbras mortuorum ab inferis elicere ac per hanc potionem mentem amore incendere; nihil in te potero artisque meae circa te impotentiam flebo?

CARMEN SECVLARE

PRO

IMPERII INCOLVMITATE.

ARGUM. *Quum ā. u. DCCXXXVII. ludorum secularium instaret celebratio, Horatio honorificentissimum munus carminis in huius festivitatis honorem componendi ab Augusto demandatum fuisse, memoriae prodidit Suetonius in Vita Horatii hisce quidem verbis: Scripta quidem eius adeo (Augustus) usque probavit, mansuraque perpetuo opinatus est, ut non modo SECVLARE CARMEN componendum iniunxerit, sed et Vindelicam victoriam Tiberii Drusique, privignorum. Ad ritus in ludis secularibus celebrandis ex libris Sibyllinis praescriptos pertinebat quoque hic, ut puerorum puellarumque chorus hymnum in Apollinem et Dianam, tanquam deos ἀλεξικάκους, ἀποτροπαίους, quorum benevolentiae deberetur tam aëris salubritas, quam agrorum fertilitas, caneret. Quod tamen ludos seculares adtinet, quum in universum tum de eorum origine, cum de stato, quo celebrati sint, tempore nihil certi statui possit, (vid. Mitsch. in Hor. carminis secularis argumento) Augustum eos ad Sibyllinorum oraculorum auctoritatem eo consilio, ut populus Romanus de magna, qua nunc frueretur, felicitate laetaretur, deosque de imperii incolumitate et perpetua prosperitate pie veneraretur, apparasse, tenere sufficiat, ut, secundum Mitscherlichii sententiam, brevius narrat Doeringus in Carm. sec. argumento. — Quum vero oracula, Sibyllarum auctoritate populo Romano nota, ludorum secularium agendorum normam, ab Augusto, qui hos pro rei publicae Romanae in summum a se fastigium evectae dignitate ac maiestate celebrandos statuisset, haud dubie refictam diserte exponant, eademque prima carminis secularis stamina contineant, quo rectius de poetae arte in detexendo eo fiat iudicium, VERSVS SIBYLLINOS* huc spectantes (ex Mitscherlichii, V. Cl. emendatione) hic exhibere placet:*

---

* Inspiciundis libris Sibyllinis primum *Duumviri* dati, tum *Decemviri* instituti ā. u. CCCLXXXVII. postea XV*viris*, penes quos omnino sacrorum faciundorum cura erat, custodia eorum tradita. — *Versus* illi *Sibyllini* exstant adhuc et leguntur apud *Zosimum* II, 6.

Ἀλλ᾽ ὁπόταν μήκιστος ἵκῃ χρόνος ἀνθρώποισι
Ζωῆς, εἰς ἐτέων ἑκατὸν δέκα κύκλον ὁδεύων,
Μέμνησ᾽ ὦ Ῥωμαῖε, καὶ οὐ μάλα λήσεαι αὐτὸς
Μεμνῆσθαι τάδε πάντα· Θεοῖσι μὲν ἀθανάτοισι
Ῥέζειν ἐν Πεδίῳ παρὰ Θύμβριδος ἄπλετον ὕδωρ,
Ὅππῃ στεινότατον, Νὺξ ἡνίκα γαῖαν ἐπέλθῃ,
Ἠελίου κρύψαντος ἑὸν φάος· ἔνθα σὲ ῥέζειν
Ἱερὰ παντογόνοις Μοίραις ἄρνας τε καὶ αἶγας
Κυανέας, ἐπὶ ταῖς δ᾽ Εἰλειθυίας ἀρέσασθαι
Παιδοτόκους θυέεσσιν, ὅπῃ θέμις. Αὖθι δὲ Γαίῃ
Πληθομένῃ χοῖρός τε καὶ ὗς ἱεροῖτο μέλαινα.
Ζάλευκοι ταῦροι δὲ Διὸς παρὰ βωμὸν ἀγέσθων
Ἤματι, μηδέ τε νυκτί. Θεοῖσι γὰρ οὐρανίοισι
Ἡμέριος πέλεται θυέων τρόπος. ὣς δὲ καὶ αὐτοῖς
Ἱρεύειν· δαμάλης δὲ βοὸς δέμας ἀγλαὸν Ἥρης
Δεξάσθω νηὸς παρὰ σεῦ. Καὶ Φοῖβος Ἀπόλλων,
Ὅς τε καὶ Ἠέλιος κικλήσκεται, ἶσα δεδέχθω
Θύματα Λητοΐδης· καὶ ἀειδόμενοί τε Λατῖνοι
Παιᾶνες κούροις κούρῃσί τε νηὸν ἔχοιεν,
Ἀθανάτων· χωρὶς δὲ κόραι χορὸν αὐταὶ ἔχοιεν,
Καὶ χωρὶς παίδων ἄρσην στάχυς, ἀλλὰ γονήων
Πάντων ζωόντων, τοῖς ἀμφιθαλὴς ἔτι φύτλη.
Αἱ δὲ γάμου ζεύγλαισι δεδμημέναι ἤματι κείνῳ
Γνὺξ Ἥρας παρὰ βωμὸν ἀοίδιμον ἑδριόωσαι
Δαίμονα λισσέσθωσαν. Ἅπασι δὲ λύματα δοῦναι
Ἀνδράσιν ἠδὲ γυναιξὶ, μάλιστα δὲ θηλυτέρῃσι.
Πάντες δ᾽ ἐξ οἴκοιο φερέσθων, ὅσσα κομίζειν
Ἐστὶ θέμις θνητοῖσιν, ἀπαρχομένοις βιότοιο,
Δαίμοσι μειλιχίοισιν ἱλάσματα καὶ μακάρεσσιν
Οὐρανίδαις· τὰ δὲ πάντα τεθησαυρισμένα κείσθω,
Ὄφρα τελῇ θυμέλῃσι καὶ ἀνδράσιν ἑδριόωσιν
Ἔνθεν πορσύνῃς μεμνημένος. Ἤμασι δ᾽ ἔστω
Νυξί τ᾽ ἐπασσυτέρῃσι θεοστέπτους παρὰ θώκους
Παμπληθὴς ἄγυρις· σπουδὴ δὲ γέλωτι μεμίχθω.

Ταῦτά τοι ἐν φρεσὶ σῇσιν ἀεὶ μεμνημένος εἶναι,
Καί σοι πᾶσα χθὼν Ἰταλὴ καὶ πᾶσα Λατίνη
Αἰὲν ὑπὸ σκήπτροισιν ὑπαυχένιον ζυγὸν ἕξει.

Alternis cecinisse pueros puellasque, interdum vero iunxisse voces, probabile facit ipsa carminis ratio; quid autem unicuique hemichorio aut choro toti sit tribuendum, quamquam coniici possit, tamen (quum libri taceant) pro certo exploratoque affirmari nequit. — Carmen Seculare Horatii s p l e n d i d i s s i m u m, cui supr. Carm. Lib. IV, 6. rite praelusit, bona Fortuna nobis servavit; nam quamdiu Musis honor suus stabit, tamdiu poetae digni, qui l a u r u coronetur A p o l l i n a r i, apud posteros vigebit a r s et v i r t u s, l a u s et m e m o r i a! — Carmen Seculare componendo Horatius revera e x e g i t m o n u m e n t u m a e r e p e r e n n i u s.

Vand. Cod. V. Glossa: „Iste secundus Liber epodos intitulatur *Carmen seculare.* Seculum vocabant C annos, quia tunc cursus planetarum in multis conveniunt, quo spatio finito et X annis super additis propter singulos denarios, ne in illis numerandis aliquos annos obliti essent, in sequenti anno, scilicet in centesimo XI, Romani summam solemnitatem celebrabant, et hoc ex praeceptis Sibyllae. Festum illud in tempore Horatii contigit; unde hunc hymnum composuit in honorem Phoebi et Dianae cantandum in festo illo; et quia quotidie cantabatur, vocatur Carmen seculare. Horum duorum beneficiis frequentius utimur; ideo festum magnum illis adtribuebatur." — *Vanderbourgius* aliique plures Carmen seculare ad finem Carm. Lib. IV. ponunt; quae quidem collocatio habet, quo se commendet. —. Anchersen. p. 511 sqq. et p. 106 sqq. cum Wadio et Mervillio hoc carmen ita distinxit, ut *pueri* vs. 9—12. 33 et 34. et 61—68. *puellae* 13—20. 35 et 36. et 69—72. et iunctus chorus 1—8. 21—32. 37—60. (quam tamen strophen divisit in duas partes aequales V o s s i v s, qui vs. 53—56. *pueris* et 57—60 *puellis* tribuit) 73—76 canat.

Phoebe, silvarumque potens Diana,
Lucidum caeli decus, o colendi
Semper et culti, date, quae precamur
Tempore sacro:
Quo Sibyllini monuere versus
Virgines lectas puerosque castos
Dîs, quibus septem placuere colles,

---

v. 1 — 8. *silvarumq. potens,* supr. III, 22, 1.: *montium custos nemorumque.* Cf. quoque supr. I, 3, 1. I, 6, 10. III, 25, 14. Vid. ad I, 21, 5. — *Lucidum caeli decus,* ἀστρῶν ἄγαλμα. Vid. Virg. Aen. IX, 405. Infr. v. 35. *siderum regina bicornis* audit. — *date, quae precamur tempore sacro, quo Sibyllini* etc. exaudite preces nostras (*temp. sacro,* stato ludorum secularium die, carmine, quod a XXVII. virginibus totidemque pueris canatur, e praescripto librorum Sibyllinorum, celebrando. — De Versibus Sibyllinis cf. ARGVM. — *virgines lectas,* debebant enim tam virgines quam pueri esse patrimi et matrimi, quorum cum patres tum matres adhuc viverent. Puellae puerique debebant esse casti, in tenera vitae aetate constituti, quique nondum meditarentur res amatorias atq. sim. — *Dís, quibus septem placuere colles,* ut supr. IV, 12, 11.: *cui nigri*

ACR. [*Phoebe, silvarumq. potens Diana*] secularis carminis duplex devotio esse consueverat. Aut enim pro sedanda aut vitanda pestilentia aut pro certo et constituto numero annorum. Centesimo enim decimo anno in Capitolio a pueris et puellis impuberibus cantabatur. Ideo autem tempora numeraturus ab Apolline et Diana principium sumpsit, quia ipsi in honore solis habebantur et Lunae, ut Virg. Georg. carmen dicturus sub aliorum vocabulis numinum ipsos invocavit, dicens: *Vos o clarissima mundi Lumina, labentem caelo quae ducitis annum, Liber et alma Ceres.* [*O colendi Semper et culti*] colendi in futurum, culti in praeteritum. [*Dís, quib. septem placuere colles*] Romam significat in septem collibus.

POR. [*Phoebe, silvarumq. potens Diana*] hoc carmen seculare inscribitur. Cum enim seculares ludos Augustus celebraret, secundum ritum priscae religionis a virginibus puerisque praetextis in Capitolio cantatum est. [*Lucid. caeli sidus*] hoc ad ambos refertur, ad Phoebum, quando idem sol est, ad Dianam, quia eadem Lucina est. [*Tempore sacro*] non tempore prisco dicendum est, sed tempore, quo prisca imitantur. [*Dís, quibus septem placuere colles*] i. e. quibus Roma placuit, quae in

Dicere carmen.
Alme Sol, curru nitido diem qui
Promis et celas, aliusque et idem
Nasceris, possis nihil urbe Roma
Visere maius.
Rite maturos aperire partus
Lenis Ilithyia, tuere matres:
Sive tu Lucina probas vocari
Seu Genitalis.
Diva, producas subolem Patrumque
Prosperes decreta super iugandis

v. 16. Bentleius operosa argumentatione contendit, legendum *Genetyllis.*

---

colles Arcadiae placent. Quid autem per *septem colles* intelligat, sponte apparet, Romam sc. — v. 9 — 12. *Alme Sol*, *curru* etc. vid. supr. III, 6, 44.: *amicum Tempus agens abeunte curru.* — *aliusque et idem nasceris*, semper alius nobis videris, semperque idem manes, sc. occidendo et oriundo. — *Possis nihil urbe Roma visere maius*, i. e. fac, Roma sit *princeps urbium* (IV, 3, 13.) imperiique totius terrarum orbis sedes. — v. 13 — 32. *Lenis aperire*, (ut supr. I, 24, 17. *lenis recludere*) lenis in aperiendis et proferendis maturis partubus: *Quae laborantes utero puellas Ter vocata audis*, III, 22, 2 — 3. — Sive Latina potius huius tuae virtutis appellatione, *Lucina* s. *Genitalis* vocari gaudes. Opponit adeo poeta Graecae *Ilithyïae* appellationi Latinas suae gentis *Lucinam* et *Genitalem.* — *producas subolem*, serves adque adultam aetatem pervenire iubeas incolumem. — *Prosperes decreta Patrum*, respexit poeta ad legem Iuliam de *maritandis ordinibus*, vide ARGVM. Carm. Lib. III, 6. — *Lex marita* dicitur *ferax novae prolis*, quatenus prolis augendae causa lata est; quia hac ipsa lege novae proli per connubia legitima procrean-

---

At Virg.: *Scilicet et rerum facta est pulcherrima Roma, Septemque una sibi muro circumdedit arces.* [*Alme Sol*] e contrario perpetuum Solis lumen ostendit, dando ei et praeteritum et futurum tempus, dum idem alius renascitur. Sicut enim ortu suo diem, ita discessu noctem facit. [*Possis nihil urbe Roma Visere maius*] magnitudinem suam precatur urbi Romae servari. [*Aperire*] aedificare. [*Lenis Ilithyia*] *lenis*, i. e. propitia, ipsam enim Lucinam, Lunam et Dianam ostendit, quam mystico nomine sicut in sacris dicebatur, Ilithyiam nominavit; sic eam et Homerus vocavit, ipsa enim partubus mulierum putabatur favere. [*Seu Genital.*] *Genitalem* vocavit Dianam, quam et Lunam intelligi voluit, quia ut calore Solis animantur semina, ita Lunae humore nutriuntur. Penes ipsam enim et corporum omnium ratio esse dicitur et potestas. [*Patrumq. Prospe-*

septem collibus constituta est. [*Alius et idem*] κακόζηλον, nam quomodo potest quis et idem esse et alius? Videtur ad illud retulisse, quod idem quidem sol semper sit, sed renovans diem alius esse videatur. [*Possis nihil urbe Roma*] et hîc ex superiore audiendum: precamur. [*Maturos aperire partus*] pro facilis ac propitia aperiundis partibus. Ostendit autem eandem Lucinam et Genitalem deam appellari. [*Diva sobolem*] implicata phrasis, quae sic ordinanda est: *Diva, producas sobolem prolis novae, patrum decreta prosperes super iugandis feminis ma-*

Feminis prolisque novae feraci
Lege marita:
Certus undenos decies per annos
Orbis ut cantus referatque ludos,
Ter die claro totiesque grata
Nocte frequentes.
Vosque, veraces cecinisse, Parcae,
Quod semel dictum est stabilisque rerum
Terminus servat, bona iam peractis
Iungite fata.
Fertilis frugum pecorisque Tellus

v. 27. Codd. inter *servet* et *servat* fluctuant.

---

dae ab Augusto sapienter prospiciebatur. — *undenos decies per annos*, hic CX annorum numerus in versibus Sibyllinis rite praescribitur. — *cantus referatque ludos*, cantus (carmen seculare) referat et ludos seculares. — *ter die claro totiesque* etc. tribus diebus totidemque noctibus. *Orbis per annos* CX circumvolutus *refert* ludos, quatenus redeunt exacto isto CX annorum *orbe*, *κύκλῳ*, spatio *certo*, a libris Sibyllinis praefinito s. praescripto. — *frequentes*, frequenter celebrandos, cuius festivitatis totus populus Romanus erat particeps. — *veraces cecinisse*, structura Graeca, veraces in canendo; *iungite bona fata peractis*, h. e. praeteritis, futura quoque populi Romani fata fausta esse ac prospera velitis,

---

res decreta] nuptialibus, inquit, legibus faveas. [*Feraci lege*] fecunde procreandorum liberorum causa promulgata est, quae lex Iulia dicitur. [*Certus undenos decies per annos*] decies undenos annos centum dixit, per orbem circuli annalis peractos, pro quibus et carmen seculare dicebatur. *Ludi* enim *seculares* ternis diebus et noctibus agebantur, pro cultu Solis die et nocte Lunae. [*Vosq. veraces cecinisse Parcae*] quae vera mortalibus praedicant futura. Et vos, ait, prosperate sacrum carmen, quod pro perpetuitate imperii Romani ex Sibyllae libris in celebritate ludorum constitutum est, unde est: *His ego nec metas rerum, nec tempora pono, Imperium sine fine dedi.* [*Stabilisq.*] perpetuus et immutabilis. [*Iam peractis*] perfectis rebus uberiora fata iungite, quae nihil habeant adversitatis. [*Fertilis frugum, pecorisq. tellus Spicea donet Cererem corona*] laudat Italiam et optat frugum ubertatem et prosperam pecorum feturam. Vnde et coronas offerre Cereri pro messium fertili-

ritaque lege feraci. Maritam autem *legem*, pro maritali, Plautiana videtur auctoritate dixisse; similiter enim et ille locutus est, ubi ait senex: *Pulchra, aedepol, dos pecunia est.* Alter respondet: *Quae quidem non marita est*, pro eo, quod est, quae non maritalis est. [*Certus undenos decies per annos orbis*] *orbem* nunc circulum temporum in se scilicet redeuntium accipe. *Certum* autem pro pleno atque perfecto. Sensus enim hic est: Vt perfectus orbis annorum centum et decem cantus referat et ludos. Pro eo, quod est: homines certi temporis cantus referant et ludos. [*Vosq. veraces*] σύλληψις est, ex verbo enim singularis numeri *servet*, pluralis nascitur *servent. Quod semel dictum est stabilisque rerum* ἐπίθετον est *termini.* [*Bona iam peractis Iungite fata*] *peractis*, i. e. praeteritis fatis bona iungite fata ac per hoc concessum ordinem fa-

Spicea donet Cererem corona:
Nutriant fetus et aquae salubres
Et Iovis aurae.
Condito mitis placidusque telo
Supplices audi pueros, Apollo:
Siderum regina bicornis, audi,
Luna, puellas.
Roma si vestrum est opus, Iliaeque

v. 31—32. *et aquae, salubres et Iovis aurae*, ita subdistinguit Baxterus.

---

iubeatis. — *Spicea don. Cerer. corona*, Hesiodus Cererem *ἐυστέφανον* appellat. Corona donabatur scilicet ab agricolis propter frugum ubertatem. Mihi hunc locum legenti venit in mentem coronae eandem ob causam ab rusticis nostris textae in bonae messis honorem, vulgo: *Erntekranz*. Ceterum cf. Tibull. I, 1, 15.: *Flava Ceres, tibi sit nostro de rure corona Spicea, quae templi pendeat ante fores.* — *Fetus*, h. e. omnem proventum tam agrorum quam animalium. — v. 33 — 48. *Condito mitis placidusque telo*, nunquam enim nisi iratus iaculatur Apollo, cf. supr. ad II, 10, 20. — *bicornis*, sic apparet luna primis novilunii diebus et sic in vet. numis, in honorem ludorum secularium excussis, conspicitur. — *Roma si vestr. est opus*, si et vestra auctoritate et vestris

---

tate promittit. [*Et aquae salubres*] dulces, serenae, ut: *Tu tenues dare rursus aquas et pascere rursus.* [*Et Iovis aurae*] Serenus aer, ut: *Solis ad occasum, cum frigidus aëra Vesper Temperat.* [*Condito mitis placidusq. telo*] mitem et placidum optat Apollinem, quia est sagittis armatus. Sic enim iratus ponitur: *Actius haec cernens arcum intendebat Apollo.* [*Siderum regina*] ita pro puellis Lunam, ut audiantur: ut Apollinem pro pueris precatur. [*Roma si vestrum est opus Iliaeque*] si Romam, inquit, numina coli iussistis turmis Iliacis, statuis vestris favete, ut semper felix sit, ut apud Virgilium: *Si tot responsa secuti, quae superi Manesque dabant.* Sive propter Iliam sacerdotem Romuli matrem dictam. [*Litus Hetruscum*] propter Evandrum, qui illic prior regnavit. [*Iussa*] deorum responsa, ut: *Auguriis agimur divûm.* Et alibi: *Mutancite bonorum futurorum.* [*Nutriant fetus et aquae salubres Et Iovis aurae*] *fetus* generaliter omnium rerum accipe animalium, quae ad utilitatem nostram pertinent. *Salubres* autem non tantum aquae, verum etiam aurae intelligendum. [*Condito mitis placidusq. telo*] hic sensus secundum eorum opinionem conceptus est, qui Apollinem pestilentem Deum putant esse. Porro autem quidam dii ideo placantur, ut prosint, quidam, ne obsint, secundum quod de Apolline dicitur: *Condito mitis placidusque telo Supplices audi pueros Apollo;* ne noceat, scilicet. Videtur autem sic et de illo sensisse Homerus, cum ait: *Τὸν δ' ἔκλυε Φοῖβος Ἀπόλλων, βῆ δὲ κατ' Οὐλύμποιο καρήνων.* Per quod significat ab eo pestem Graecis immitti et planctus. Plautus in Mercatore, fabula, idem sensit, cum inducit matremfamilias precari Apollinem, nato suo ut parcat. [*Siderum regina bicornis*] poeticum est dicere Lunam siderum reginam, quod clarior inter astra videatur. [*Roma si vestr. est*] quare Romam opus Apollinis et Dianae dicat, nondum video, nisi forte ex lectione Virgiliana hoc accepit, ubi dicitur frequenter Apollinis oraculis instructum Aeneam Italiam petiisse, ad quem intellectum et ipse nos addu-

Litus Etruscum tenuere turmae,
Iussa pars mutare Lares et urbem
Sospite cursu:
Cui per ardentem sine fraude Troiam
Castus Aeneas patriae superstes
Liberum munivit iter, daturus
Plura relictis:
Dì, probos mores docili iuventae,
Dì, senectuti placidae quietem,
Romulae genti date remque prolemque
Et decus omne.

v. 39. Vand. A, E, *urbes*. — 45—46. *docilis-senectutis* partim ex mss. legit Bentl.

---

auspiciis condita est. — *iussa pars*, Virg. Aen. III, 94 sqq. IV, 343—46. VI, 59. — *Lares mutare*, i. e. ex patria terra fugere novamque quaerere sedem. — *sospite cursu*, salvo cursu, nam salvi quidem in Italiam pervenerunt Troiani cum Aenea. — *Cui Aeneas liberum iter munivit*, cui per medium incendium Troianum sine vitae noxa s. pernicie effugiendi facultatem dedit, et quae sequuntur, vide ap. Virg. Aen. II, 632. — *sine fraude*, ut supr. II, 19, 20. quod *iter liberum* explicat. — v. 49—60. *bubus albis*, ex praescripto Sibyll. — *Anchisae Venerisque sanguis*, hinc supr. IV, 5, 1. Augustus *Divis ortus* dicitur. Ad vs. 51. cf. supr. III,

---

dae sedes. Et: *Italiam Lyciae iussere capessere sortes.* [*Sospite cursu*] propter navigationem, ut: *Bellum ingens geret Italia, populosque feroces Contundet, moresque viris et moenia ponet.* [*Cui per ardentem sine fraude Troiam*] aut ut Troia non proditione videretur eversa, sed fato; aut *sine fraude*, sine laesione, ut: *Bistonidum sine fraude crines.* [*Castus Aeneas*] pro religioso sive propitio posuit, ut: *Hac casti maneant in religione nepotes*, sivè pro animo incorrupto. [*Liberum munivit iter*] ut: *Flammam inter et hostes Expedior, dant tela locum flammaeque recedunt.* [*Daturus plura relictis*] posteris maiora daturus. *Da* syllaba brevis semper est, praeter in imperativo, ut: *Accipe daque fidem.* [*Remq. prolemq. Et decus omne*] imperium, decoreque optat et populum, ut et populo imperium et populus imperio Romano praestetur. [*Quique vos bobus veneratur albis*] ut: *Hinc albi, Clitumne, grèges et maxima taurus Victima.* Per quam rem devotionem Romanam vult intelligi religiosam. [*Lenis*] mitis, ut: *Parcere subiectis.* [*Clarus Anchisae Venerisque sanguis*] per Aeneam Romani accipiendi. [*Bellanti prior*] sive Augustum priorem dicit ad arma adversum rebelles et subiectis mitem, ut: *Parcere subiectis et debellare superbos.* Sive quia Romanis mos erat, ut iustis

xit poeta inferendo. [*Iussa pars mutare Lares et urbem*] sine dubio enim oraculo *iussa* intelligitur. *Pars iussa* autem ad illud refertur, quod non omnes Ilicenses cum Aenea fuerint, sed pars eorum alibi. [*Cui per ardent. sine fraude Troiam*] cum utique fraude Graecorum incensa Troia sit, sed sine sua fraude. [*Castus Aeneas patriae superstes*] quod ideo videtur dictum, quia quorundam opinione infamatus Aeneas est crimine proditionis. [*Daturus plura relictis*] scilicet suis Troianis, quos secum in Italiam adduxit, daturus plura quam in patria amissa reliquerant. [*Relictis*] ergo a nominativo plurali venit generis neutrius, quod est re-

Quique vos bubus veneratur albis,
Clarus Anchisae Venerisque sanguis,
Inperet bellante prior, iacentem
Lenis in hostem.
Iam mari terraque manus potentes
Medus Albanasque timet secures;
Iam Scythae responsa petunt, superbi
Nuper, et Indi.
Iam Fides et Pax et Honor Pudorque

v. 49. *Quaeque*, hoc sensu: ‚Quaecunque Augustus, vos bobus et sacrificiis veneratus, precatur, impetret', — in textum recepit *Iahn.* Sed etiam, idem inquit, altera lectio *quique - imperet*, habet, quo se commendet. Recte enim poeta precari poterat, ut Augustus, ut antea, ita etiam in posterum imperaret, quod a vss. 53—56. egregie comprobari videtur, neque aliter, inquam, huius loci sensum intelligo. *Clarus sanguis*, qui veneratur, est Augustus, ut patet ex sequentibus. — 53. *manum potentem* coniicit Bentleius, ut ad Augustum referatur. — 55. Torrentius et alii referunt *superbi* ad *Indos*. At *nuper* non animi dotem indicat, sed superbiam paulo ante conceptam ab Scythis ob res aliqua felicitate contra Romanos ab ipsis gestas, quum in fines Romanos incurrerent et populari solerent.

6, 5.: *Dis te minorem quod geris, imperas.* — *bellante prior*, hoste superior; *lenis in hostem iacentem*, victoria non acerbe utens, mitis adeo in hostem victum, ut decet virum fortem pariter ac generosum. — Virg. Aen. VI, 852.: *Tu regere imperio populos, Romane, memento, Hae tibi erunt artes, pacisque imponere morem, Parcere subiectis et debellare superbos.* — *Iam mari terraque* etc. Vulgarem sententiam: „Iam hostibus terra marique superatis, aureae aetatis felicitas nobis redibit," in seqq. amplificat. — *manus potentes*, *χεῖρας ἀάπτους*, potentiam sive, si ita dicere licet, imperii Romani omnipotentiam. — *Alb. secures*, fasces Romam ab Alba Longa translati. — De *Medis* cf. supr. IV, 14, 42. III, 5, 4. — De *Scythis* vid. supr. II, 9, 23. III, 8, 23. IV, 14, 42. et 15, 24. — *nuper superbi*, vid. ad II, 9, 23. — De *Indorum* legatione vid. Sueton. Aug. c. XXI. — *Fides*, *Πίστις*, IV, 5, 20. — *Pax*, *Εἰρήνη*, IV, 15, 9. pariter atque *Honor* et *Pudor* spectant ad civium felicitatem, si in civitate coluntur, i. e. si homines ex harum virtutum legibus agere solent

---

causis bella susciperent et, nisi per feciales indicta belli causa, minime pugnarent. [*Albanas secures*] Romanos magistratus. *Albanas*, quia ab Albanis, quos continet, dictae. Vt: *Albanique patres atque altae moenia Romae.* [*Iam Scythae responsa petunt*] i. e. praecepta, quae eos auctor servare iuberet, ut: *Hic mihi responsum primus dedit.* Et hoc in laudem Augusti. [*Superbi nuper et Indi*] ut: *Imbellem avertis Romanis arcibus Indum.* [*Iam fides et pax et honor. pudorq.*] armis pacem et honorem, pudoremque Romanos dicit quaesisse et reparata virtute, superiori tempore neglecta, rediisse fortunam. Ipsa enim est, quae *copiam*

licta. [*Clarus Anchisae Venerisq. sanguis*] hoc ad Caesarem Augustum pertinet, quia Iulia gens ab Iulio et per hoc a Venere et Anchise descendisse existimatur. [*Lenis in hostem*] sic et Virg.: *Parcere subiectis et debellare superbos.* [*Iam mari terraque manus potentes*] subaudiendum uti est Romanorum. [*Iam Scythae responsa petunt*] i. e. exspectant

Priscus et neglecta redire Virtus
Audet, apparetque beata pleno
Copia cornu.
Augur et fulgente decorus arcu
Phoebus acceptusque novem Camenis,
Qui salutari levat arte fessos
Corporis artus,
Si Palatinas videt aequus arces,

v. 65. *Palatinas - aras*, mss. ap. Pulm. Lamb. Cruqu. Torr. Bentl. Val. Por. edit. princ. Cruq. Gesn. Oberlin. Combe. Alii: *arces*, quam lectionem editores fere omnes recepere, quos inter eminet Bentleius, qui contra *aras* pugnat. Quisque concedere debet, lectionem *aras* recte habere, quamquam altera haud falso legitur in editionibus. Zosim. II, 5. *In Capitolio Temploque Palatino XVviri sedentes in suggestu lustralia populo distribuebant. Posteaquam populus universus in locis iis, quae diximus, et in Templo Dianae, quod est in Aventino colle, convenit, rem sacram faciunt... Die tertio in Apollinis Aede Palatini ter novem illustres pueri cum totidem virginibus, omnes utrimque florentes, h. e. qui ambos parentes adhuc superstites habent, hymnos et paeanas Graeca Romanaque lingua canunt, quibus subiectae Romanis urbes serventur.* — Vand. *γ*, *aras*; I, *aras*, var. *arces*; D, E, Q, *arces*, var. *aras*; al. omn. *arces*. Vanderbourgius in notis addidit haec: „La grande majorité de mes Ms. lit *arces*, comme les éditions vulgaires. Les deux leçons sont bonnes et peuvent s'entendre du temple d'Apollon nouvellement élevé sur le Mont-Palatin."

---

atq. sim. — *beata pleno Copia Cornu*, cf. supr. ad I, 17, 16. IV, 15, 4 et 5. Infr. Epist. I, 12, 28.: *aurea fruges Italiae pleno defundit Copia cornu.* — v. 61 — 72. *Augur*, supr. I, 2, 32.: *Augur Apollo.* Laudatur primum ut vates, *μάντις*, deinde ut arcitenens, *χρυσότοξος*, *ἀργυρότοξος*, tum ut Musarum praeses, *μουσαγέτης*, denique ut deus salutaris, *ἰατρός*. Pind. Pyth. *ε'*, 80 sqq. — *acceptus novem Camenis*, *φίλος Μούσαις*. — *levat artus fessos*, vigorem pristinum restituit *arte salutari* sua iis medendo. — *Si Palatinas videt aequus arces*, si mitis ille preces, quae nunc in monte Palatino funduntur, audit. Vs. 65

---

beato, i. e. divite cornu diffundit. Singula autem singulis adplicanda sunt: *fides* militibus, *pax* civitati, *honor* senatui. [*Audet*] properat, nil iam dubitat, ut Virg: *Magnus ab integro seculorum nascitur ordo.* [*Augur et fulgente decorus arcu Phoebus*] propter angurium et sagittarum usum atque Musicam. Virgilius: *Augurium citharamque dedit celeresque sagittas.* [*Acceptusque novem Camen.*] dilectus, quia sibi consecratae sunt Musae. [*Qui salutari*] ipse enim est deus medicinae. [*Levat arte*] medicinali peritia. [*Videt aequus*] propitius adspicit, ut: *Nec Saturnius haec*

praecepta Romanorum, per quod subiectos esse imperio Romanorum intelligi vult. [*Et neglecta redire virtus Audet*] *neglecta* superiore tempore, *iam*, i. e. temporibus Augusti. [*Copia cornu*] quasi corporalem deam hic accipe *copiam*, utique rerum omnium abundantiam. [*Si Palatinas videt aequus arces*] apparet, iam eo tempore ab Augusto dedicatum fuisse in Palatino Apollinis templum, cuius et Virg. sic meminit: *Ipse sedens niveo candentis limine Phoebi Dona recognoscit populorum.*

Remque Romanam Latiumque felix
Alterum in lustrum meliusque semper
Proroget aevum.
Quaeque Aventinum tenet Algidumque,
Quindecim Diana preces virorum
Curet et votis puerorum amicas
Adplicet aures!
Haec Iovem sentire Deosque cunctos,
Spem bonam certamque domum reporto

v. 68. Fea ex plerisque codd. *prorogat*, *curat* et *applicat* (sic etiam Bentl.) edidit, ut ad hos etiam versus *si* pertineat et a vs. 73. apodosis incipiat. Sed, inquit *Iahnus*, Vir Clarissimus, ut non haeream in sententia ,si Apollo et Diana preces audiunt, spero etiam Iovem eas auditurum esse', tamen me offendit illud: ,si Apollo rempublicam prorogat, spero' etc. Vanderbourgius ad hunc locum adnotat fere haec: „Les trois verbes qui se lisent dans les vers 68 — 71 — 72. ont été l'objet d'une grande discussion. Les meilleurs Mss. connus se partagent, et il en est de même des miens. Dans les Mss. les plus anciens *et*, même à la fin des mots, est souvent remplacé par ce signe &, et lorsqu'il étoit imparfaitement tracé, on a pu le prendre pour un *a*." — Quae cum ita sint, ego non dubitavi, lectionem vulgatam esse retinendam.

— 68 *Vossius* praeclare ita interpretatur: *Wenn geneigt Palatiums Hoehn er anschaut: Wird er Roma's Macht und Latiner Wohlfahrt stets vom Lustrum fort zu dem bessern Lustrum Dehnen auf ewig.* — *prorogare*, proferre, extendere, servare. — *Quaeque Aventin.* etc. Diana in monte Aventino et Algido colebatur. Eadem ut propitia quindecim virorum preces audiat, rite precatur. — *Algidumque*, vid. supr. ad I, 21, 6. — *Quindecimviris* singularis sacrorum secularium demandata fuit administratio. — v. 73 — 76. Epilogus. *Doctus* etc. qui hymno seculari laudes Apollinis et Dianae decantavit: Nos pueri puellaeque, qui carmen in Apollinis et Dianae honorem ac laudes dicere edocti sumus a *χοροῦ διδασκάλῳ*, cuius personam Horatius hic ipse agit, ut apertius idem fecit

oculis pater adspicit aequis. [*Alterum in lustrum*] ut sequentem annum semper meliorem exhibeat. [*Proroget*] dilatet, differat, et est tempus pro tempore, prorogabit. [*Quaeq. Aventinum*] sensus est: Et si Diana, quae Aventinum tenet et Algidum, quindecim virorum preces curat et votis puerorum aures applicat, in alterum lustrum aevum proroget. [*Algidumq.*] locus est vel mons appellatus ab adsiduo frigore. [*Quindec. Diana preces virorum*] in templo enim Dianae deputati erant quindecim viri, tam ad responsa captanda, quam sacrificia offerenda. [*Amicas*] propitias. [*Haec Iovem sentire deosq. cunctos*] finis sacri carminis hoc habebat, ut in haec verba devotio solveretur, quando dicerent sentire Io-

[*Alterum in lustrum meliusq. semper Proroget aevum*] sensus est: si acceptas aras habet Apollo, quae in Palatio dedicatae sunt, si propitius Romanos adspicit, melius seculum tribuat futurum. [*Quaeq. Aventinum tenet Algidumque Quindecim Diana preces virorum Curet*] hic quoque ex superiore sensu per *ζεῦγμα si* particula arcessenda est, ut sit: *Si quindecim virorum preces Diana curat et si amicas aures applicat*

Doctus et Phoebi chorus et Dianae
Dicere laudes.

IV, 6. extr.: *ego Dîs amicum, Seculo festas referente luces, Reddidi carmen, docilis modorum,* VATIS HORATI.

vem vota et deos cunctos, ad omnia etiam nomina precationem carminis pervenisse, auditos spe se certa domum reverti.

puerorum votis (et quae ex superiore ad Dianam pertinebit) *alterum in lustrum meliusve semper proroget aevum.*

METRA HORATII LYRICA.

PROOEMIVM.

Metra Horatiana a *Doeringo* in certum ordinem digesta in usum tironum propterea denuo edidi, quod Clarissimum Doeringum praeter *σχήματα* numerorum, quibus metra tanquam sub uno conspectu comprehensa perfacile perlustrare possis, omnino de metris etc. ne verbum quidem vel novum addidisse vel obsoletum resecuisse, sed potius doctrinam metricam plane intactam reliquisse, pro certo affirmare possum.

GODOFREDVS HERMANNVS, Vir Celeberrimus, de metris optime meruit in „*Elementis Doctrinae metricae.*" — Lipsiae 1816.

A. Versuum singulorum genera.

a) *Versus iambici.*

1) Versus iambicus dimeter acatalectus s. quaternarius.

⏑ –́ ⏑ –	⏑́ – ⏑ ⏓
– –́ ⏑ ⏑ ⏑	– –́
– ⏑́ ⏑	

Inarsit aestuosius Epod. III, 18.
Vel haedus ereptus lupo Epod. II, 60.
Imbres nivesque comparat Epod. II, 30.
Forti sequamur pectore Epod. I, 14.
Vide|re prope|rantes domum Epod. II, 62.
Ast ego | vicissim risero Epod. XV, 20.

Cf. de hoc versu num. 20 et 21.
Est in metro XV et XVI.

2) Versus iambicus trimeter catalectus.

⏑ – ⏑ – | ⏑ – ⏑ – | ⏑ – ⏓
– – ⏑ ⏑ ⏑ | – –

Mea renidet in domo lacunar II, 18, 2.
Iam te premet nox fabulaeque Manes I, 4, 16.
Regum|que pue|ris nec satelles Orci II, 18, 34.

Est in metro XII et XVIII.

3) Versus iambicus trimeter acatalectus s. senarius.

⏑ – ⏑ – | ⏑ || – ⏑ | ⏑ – ⏑ ⏓ *
– – ⏑ ⏑ ⏑ | – | – | – –
⏑ ⏑ – | – | ⏑ ⏑
– ⏑ ⏑ | ⏑ | ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑

Suis et ipsa Roma viribus ruit Epod. XVI, 2.
Heu! me, per urbem, nam pudet tanti mali Epod. XI, 7.
Tibi hospitale pectus et purae manus Epod. XVII, 49.
Deripe|re Lunam vocibus possim meis Epod. XVII, 78.
Infa|mis Hele|nae Castor offensus vice Epod. XVII, 42.
Opat quie|tem Pelo|pis infidi pater Epod. XVII, 65.
Aliti|bus at|que cani|bus homi|cidam Hectorem Epod. XVII, 12.
Vecta|bor hume|ris tunc | ego ini|micis eques Epod. XVII, 74.

In epodon Carm. XVI. Horatius puris iambis usus est.
Est in metro XI. XIV. XV. XVII.

b) *Versus trochaici.*

4) Ithyphallicus.

– ⏑ – ⏑ | – ⏓

In logaoedicis aut, si mavis, asynartetis no. 19.

5) Versus trochaicus dimeter catalectus.

– ⏑ – ⏑ – ⏑ ⏓

Truditur dies die II, 18, 15.

Horatius spondeum in secunda sede non admittit.
Est in metro XVIII.

c) *Versus choriambici.*

6) Versus Pherecrateus s. choriambicus monometer hypercatalectus cum basi, in qua apud Horatium semper spondeus est.

– – | – ⏑ ⏑ – | ⏓

Vis formosa videri IV, 13, 3.

Est in metro IV.

7) Versus Glyconeus s. choriambicus dimeter catalectus in pyrrhichium aut iambum, cum basi, quam apud Horatium semper spondeus tenet.

* Nota || locum caesurae designat.

– – | – ⏑ ⏑ – | ⏑ ⏓

Nil mortalibus arduum est I, 3, 37.

Bis in basi reperiretur trochaeus, si lectio servanda esset. *Teucer et* I, 15, 24. et *Ignis Iliacas* ibid. 36. Syllabae ultimae, qua versus abundat, vocalem elisam reperis IV, 1, 35.
Est in metro II. III. IV.

8) Versus Asclepiadeus minor s. versus choriambicus trimeter antecedenti similis, nisi quod uno choriambo locupletior est.

– – | – ⏑ ⏑ – || – ⏑ ⏑ – | ⏑ ⏓

Crescentem sequitur cura pecuniam III, 16, 17.

Caesura bis omissa est:

Dum flagrantia detorquet ad oscula II, 12, 25.
Non incendia Carthaginis impiae IV, 8, 17.

Semel in pausa brevis est syllaba:

Quam si quidquid arat impiger Appulus III, 16, 26.

Est in metro I. II. III. IV.

9) Versus Asclepiadeus maior s. choriambicus tetrameter, antecedenti similis, nisi quod uno adhuc choriambo auctior est.

– – | – ⏑ ⏑ – || – ⏑ ⏑ – || – ⏑ ⏑ – | ⏑ ⏓

Quis post vina gravem militiam aut pauperiem crepat? I, 18, 5.

Semel tantum caesura post secundum choriambum abest:

Arcanique fides prodiga perlucidior vitro I, 18, 16.

Est in metro V.

10) Versus Aristophanicus s. choriambicus dimeter catalectus in amphibrachyn (⏑ – ⏑) aut bacchium (⏑ – –).

– ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏓

Cur neque militaris I, 8, 5.

Est in metro VII.

11) Versus Sapphicus minor s. epichoriambicum hendecasyllabum, constans ex dipodia trochaica et versu antecedenti.

– ⏑ – – | – || ⏑ ⏑ – | ⏑ – ⏓

Ludit herbosa pecus omne campo III, 18, 9.

Saepe caesura est post syllabam brevem sextam:

Dauniae defende || decus Camenae IV, 6, 27.

praesertim in IV, 2 et 6. et in Carm. Secul. Semel neutro in loco: I, 2, 34. Graeci quidem utuntur in exordio versus tam dipodia trochaica pura (– ⏑ – ⏑) quam epitrito secundo – ⏑ – –, qui solus Horatio placuit. Porro caesuram observat, quam Graeci ignorant. — Interdum versus hypermeter est, i. e. ultima eius syllaba superflua eliditur vocali, a qua subsequens incipit versus: II, 2, 18. IV, 2, 22 et 23. Carm. Sec. 48.
Est in metro VI.

12) Versus Sapphicus maior. Oritur ex versu Sapphico praecedenti eodem modo ut Asclepiadeus maior (num. 9.) ex Asclepiadeo minori (num. 8.), inserto nimirum uno adhuc choriambo.


– ⏑ – – | – || ⏑ ⏑ – || – ⏑ ⏑ – | ⏑ – ⏓

Saepe trans finem iaculo nobilis expedito I, 8, 12.

Est in metro VII.

d) *Versus dactylici.*

13) Versus Adonicus s. dactylicus dimeter catalectus.



Terruit urbem.

Est in metro VI.

14) Versus Archilochius minor s. dimeter hypercatalectus s. penthemimeris (πενθημιμερίς) dactylica.




Pulvis et umbra sumus IV, 7, 16.

Horatius spondeis non utitur.

Est in metro IX. cf. num. 20 et 21.

15) Versus dactylicus tetrameter catalectus s. tetrameter heroicus.




Carmine perpetuo celebrare I, 7, 6.
O fortes peioraque passi I, 7, 30.
Mensorem cohi|bent Ar|chyta I, 28, 2. qui rarissimus est.

Horatius caesuram constituit post primam syllabam aut secundi aut tertii pedis; exceptis ter versibus Carm. Lib. I, 28.


Est in metro XIII.

16) Versus Alcmanius, qui est dactylicus tetrameter acatalectus.



cf. num. 19.

17) Versus hexameter, (heroicus) qui est catalectus.



Vos, quibus est virtus, muliebrem tollite luctum Epod. XVI, 39.


Interdum spondeus est in sede quinta I, 28, 21. Epod. XIII, 9. XVI, 17. Aliquoties caesura non in initio pedis tertii, sed secundi et quarti simul constituitur I, 7, 29; 28, 5. Epod. XVI, 21. Terne hic quidem observatur I, 28, 15 et 29. Epod. XV, 9.

Est in metro IX. X. XIII. XVI. XVII.

e) *Versus logaoedici.*

Sic ii dicuntur versus, in quibus seriem dactylicam subsequitur series trochaica. Nomen logaoedicorum inde acceperunt, quod rhythmus dactylicus ἀοιδῇ, trochaicus λόγῳ accommodatior est.


18) Versus Alcaicus decasyllabus, constans e duobus dactylis totidemque trochaeis.



Purpurei metuunt tyranni I, 35. 12.

Est in metro VIII.

19) Versus Archilochius maior.



Solvitur acris hiems grata vice veris et Favoni I, 4, 1.

Ex duobus compositus est membris sive κώλοις, nimirum
a) ex versu Alcmanio (num. 16.)
b) ex versu Ithyphallico (num. 4.)


Graeci quidem hos ita iungunt, ut ultima syllaba membri prioris, perinde quasi integrum claudat versum, et brevis et longa esse et hiatum quoque efficere queat. Contra Horatius nec pedem creticum — ◡ — neque spondeum in quarto loco posuit neque hiatu usus est; ideoque hoc metrum Horatianum a subsequenti versuum genere asynartetorum, inter quos numerari solet, excludendum videtur.

Est in metro XII.

f) *Versus asynarteti.*

Versus asynarteti (ἀσυνάρτητοι) s. inconnexi nominantur, qui duobus aut pluribus membris constant, quae tamen inter se non magis connexa sunt quam versus cum versu. Cuiusque igitur membri ultima syllaba eodem iure, ac si esset ultima versus, et longa et brevis esse potest neque eliditur. Hoc versuum genus invenisse Archilochus dicitur.


20) Versus elegiambus, compositus nempe ex elegiaci versus dimidio s. penthemimeri dactylica (num. 14.) et versu iambico dimetro acatalecto (num. 2.).



Desinet imparibus certare submotus pudor Epod. XI, 18.
Libera consilia nec contumeliae graves Epod. XI, 26.
Inachia furere, silvis honorem decutit Epod. XI, 6.
Fervidiore mero arcana promorat locò (cum hiatu) Epod. XI, 14.

Est in metro XI.

21) Versus iambelegus praecedenti similis, nisi quod inverso ordine membrum iambicum praecedit et elegiacum subsequitur.



Tu vina Torquato move consule pressa meo Epod. XIII, 16.
Levare duris pectora sollicitudinibus Epod. XIII, 10.

Est in metro X.

g) *Versus ionici.*

Sic dicti ob pedes ionicos, * ex quibus constant. Vnum tantum apud Horatium talium versuum genus reperitur:

* ◡◡—— Ionicus a minore, ——◡◡ Ionicus a maiore.

22) Versus ionicus a minore (ἀπ' ἐλάσσονος) tetrameter acatalectus.

⏑ ⏑ –́ – | ⏑ ⏑ –́ – | ⏑ ⏑ –́ – | ⏑ ⏑ –́ –

Miserarum est neque amori dare ludum neque dulci III, 12, 1.

Alii editores aliter carminis allegati versus ordinant, suntque qui et tetrametros ionicos aliosque versus exhibeant. Vide nos pag. 446.
Est in metro XIX.

h) *Versus ex diversis rhythmis mixti.*

23) Versus Alcaicus hendecasyllabus s. epionicum a maiore:

⏑ –́ ⏑ – | – || –́ ⏑ ⏑ – | ⏑ ⏓
– –

Dulce et decorum est pro patria mori III, 2, 13.
Tumultuosum sollicitat mare III, 1, 26.

Rarius tamen ab iambo incipit. — Quinquies caesuram neglectam reperies: I, 16, 21.; 37, 5 et 14.; II, 17, 21. IV, 14, 17.; quibus locis adde III, 2, 5. — In caesura hiatus II, 20, 30.; III, 2, 30. et brevis syllaba III, 4, 53. — Legitur II, 15, 17. versus sequens:

Nec fortuitum spernere cespitem.

Horatius vel a regula versus discessit vel syllabam penultimam vocis *fortuitum* produxit.
Est in metro VIII.

24) Versus Alcaicus enneasyllabus.

– – ⏑ – – – ⏑ – ⏓
⏑ –

Si fractus illabatur orbis III, 3, 7.
Ŏlentis uxores mariti I, 17, 7.

Rarius tantum iambo utitur in prima sede. — Versus longe plurimi caesuram habent post syllabam sextam.
Vltima syllaba superflua a vocali subsequenti versus eliditur in II, 3, 27.
Est in metro VIII.

B. Systemata.

I. Metrum Asclepiadeum primum, μονόκωλον μονόστροφον, versum Asclepiadeum minorem (num. 8.) usque repetens.

– – | –́ ⏑ ⏑ – || –́ ⏑ ⏑ – | ⏑ ⏓

I, 1.
III, 30.
IV, 8.

II. Metrum Asclepiadeum secundum, δίκωλον δίστροφον, quod ex versu Glyconeo (num. 7.) et versu Asclepiadeo minori (num. 8.) alternatim se excipientibus compositum est.

– – | –́ ⏑ ⏑ – | ⏑ ⏓
– – | –́ ⏑ ⏑ – | –́ ⏑ ⏑ – | ⏑ ⏓

I, 3; 13; 19; 36.
II, 9; 15; 19; 24; 25; 28.
IV, 1; 3.

III. Metrum Asclepiadeum tertium, δίκωλον τετράστροφον, constans ternis versibus Asclepiadeis minoribus, (num. 8.) quos subsequitur versus Glyconeus (num. 7.)

– – | –́ ⏑ ⏑ – || –́ ⏑ ⏑ – | ⏑ ⏓
– – | – ⏑ ⏑ – || – ⏑ ⏑ – | ⏑ ⏓
– – | – ⏑ ⏑ – || – ⏑ ⏑ – | ⏑ ⏓
– – | –́ ⏑ ⏑ – | ⏑ ⏓

I, 6; 15; 24; 33.
II, 12.
III, 10; 16.
IV, 5; 12.

IV. Metrum Asclepiadeum quartum, τρίκωλον τετράστροφον etc. Constat ex Asclepiadeo versu minori (num. 8.) bis posito, versu Pherecrateo (num. 6.) et Glyconeo (num. 7.).

– – | –́ ⏑ ⏑ – || –́ ⏑ ⏑ – | ⏑ ⏓
– – | –́ ⏑ ⏑ – || –́ ⏑ ⏑ – | ⏑ ⏓
– – | –́ ⏑ ⏑ – | ⏓
– – | –́ ⏑ ⏑ – | ⏑ ⏓

I, 5; 14; 21; 23.
III, 7; 13.
IV, 13.

V. Metrum Asclepiadeum maius, μονόκωλον μονόστροφον, cf. num. 9.

– – | –́ ⏑ ⏑ – || –́ ⏑ ⏑ – || –́ ⏑ ⏑ – | ⏑ ⏓

I, 11; 18.
IV, 10.


VI. Metrum Sapphicum, δίκωλον τετράστροφον. Ter repetit versum Sapphicum minorem (num. 11.) sequenti Adonico (num. 13.)

–́ ⏑ – – | –́ || ⏑ ⏑ – | ⏑ – ⏓
–́ ⏑ – – | –́ || ⏑ ⏑ – | ⏑ – ⏓
–́ ⏑ – – | –́ || ⏑ ⏑ – | ⏑ – ⏓
–́ ⏑ ⏑ | – ⏓

Quater vocem tertiae lineae ultimam dissectam invenies:


I, 2, 19; 25, 11. II, 16, 7. III, 27, 60.
I, 2; 10; 12; 20; 22; 25; 30; 32; 38.
II, 2; 4; 6; 8; 10; 16.
III, 8; 11; 14; 18; 20; 22; 27.
IV, 2; 6; 11.
Carmen Seculare.

VII. Metrum Sapphicum maius, δίκωλον δίστροφον. Habet versum Aristophanicum (num. 10.) et Sapphicum maiorem (num. 12.) alternatim positos.




I, 8.

VIII. Metrum Alcaicum, τρίκωλον τετράστροφον. Binos exhibet versus Alcaicos hendecasyllabos (num. 23.), versum Alcaicum enneasyllabum (num. 24.), denique versum Alcaicum decasyllabum (num. 18.)




I, 9; 16; 17; 26; 27; 29; 31; 34; 35; 37.
II, 1; 3; 5; 7; 9; 11; 13; 14; 15; 17; 19; 20.
III, 1; 2; 3; 4; 5; 6; 17; 21; 23; 26; 29.
IV, 4; 9; 15; 17.

IX. Metrum Archilochium primum, δίκωλον δίστροφον. Hexametro heroico (num. 17.) subiectus est versus Archilochius minor (num. 14.)




IV, 7.

X. Metrum Archilochium secundum, δίκωλον δίστροφον. Hexametro heroico (num. 17.) subiectus est versus iambelegus (num. 21.)




Epod. XIII.

XI. Metrum Archilochium tertium, δίκωλον δίστροφον. Post versum iambicum senarium (num. 3.) sequitur versus elegiambus (num. 20.)




Epod. XI.

XII. Metrum Archilochium quartum, δίκωλον δίστροφον, compositum ex versu Archilochio maiori (num. 19.) et versu iambico trimetro catalecto (num. 2.)




I, 4.

XIII. Metrum Alcmanium, δίκωλον δίστροφον. Hexametro Heroico (num. 17.) subiectus est versus dactylicus tetrameter catalectus (num. 15.)




I, 7; 28.
Epod. XII.

XIV. Metrum iambicum primum, μονόκωλον μονόστροφον, quod semper versum senarium (num. 3.) repetit.




Epod. XVII.

XV. Metrum iambicum secundum, δίκωλον δίστροφον, in quo versus iambicus senarius (num. 3 et 1.) alterna vice se invicem sequuntur.




Epod. I — X.

XVI. Metrum pythiambicum primum, δίκωλον δίστροφον. Hexametrum heroicum (qui et versus pythius nominatur) (num. 17.) excipit versus iambicus quaternarius (num. 1.)




Epod. XIV. XV.

XVII. Metrum pythiambicum secundum, δίκωλον δίστροφον. Hexameter heroicus (num. 17.) cum versu senario (num. 3.)




Epod. XVI.

XVIII. Metrum trochaicum, δίκωλον δίστροφον. Ex versu constat trochaico heptasyllabo (num. 5.) et iambico trimetro catalecto (num. 2.), quos si ἀσυναρτήτως (cf. supra sub lit. f.) connectis, tanquam seriem trochaicam novem pedum recitare potes.



II, 18.

XIX. Metrum ionicum a minore, μονόκωλον μονόστροφον, usque revolvens versum ionicum a minore tetrametrum (num. 22.)



III, 12.

Alii aliter versus carminis laudati digesserunt. Vide quae de metro huius carminis constituendo ad carmen ipsum supr. pag. 446. (Horat. Brhrd. Sect. II.) adnotavimus.

C. Syllabus

Carminum, adiecto metro, cui quaeque conveniunt.

Lib.	Carm.	Metrum	Lib.	Carm.	Metrum
I.	1	I.	I.	17	VIII.
	2	VI.		18	V.
	3	II.		19	II.
	4	XII.		20	VI.
	5	IV.		21	IV.
	6	III.		22	VI.
	7	XIII.		23	IV.
	8	VII.		24	III.
	9	VIII.		25	VI.
	10	VI.		26	VIII.
	11	V.		27	VIII.
	12	VI.		28	XIII.
	13	II.		29	VIII.
	14	IV.		30	VI.
	15	III.		31	VIII.
	16	VIII.		32	VI.

Lib.	Carm.	Metrum	Lib.	Carm.	Metrum
I.	33	III.	III.	15	II.
	34	VIII.		16	III.
	35	VIII.		17	VIII.
	36	II.		18	VI.
	37	VIII.		19	II.
	38	VI.		20	VI.
II.	1	VIII.		21	VIII.
	2	VI.		22	VI.
	3	VIII.		23	VIII.
	4	VI.		24	II.
	5	VIII.		25	II.
	6	VI.		26	VIII.
	7	VIII.		27	VI.
	8	VI.		28	II.
	9	VIII.		29	VIII.
	10	VI.		30	I.
	11	VIII.	IV.	1	II.
	12	III.		2	VI.
	13	VIII.		3	II.
	14	VIII.		4	VIII.
	15	VIII.		5	III.
	16	VI.		6	VI.
	17	VIII.		7	IX.
	18	XVIII.		8	I.
	19	VIII.		9	VIII.
	20	VIII.		10	V.
III.	1	VIII.		11	VI.
	2	VIII.		12	III.
	3	VIII.		13	IV.
	4	VIII.		14	VIII.
	5	VIII.		15	VIII.
	6	VIII.	Epod.	1 — 10	XV.
	7	IV.		11	XI.
	8	VI.		12	XIII.
	9	II.		13	X.
	10	III.		14	XVI.
	11	VI.		15	XVI.
	12	XIX.		16	XVII.
	13	IV.		17	XIV.
	14	VI.	Carmen Seculare		VI.

☞ *Die* ***Scholien*** *sign. A—D hat der Buchbinder nach dem Bogen des* ***Haupt-Titels****, d. h. nach der auf selbigem Bogen befindlichen* ***Vita Horatii****, einzubinden; die Titel* ***jeder*** *einzelnen Sect. desgl. die* ***Dedicationen*** *jedesmal* ***vor*** *einer* ***Sect.*** *einzuschalten. Uebrigens ist die Einrichtung getroffen worden, dass vorliegende Ausgabe in* ***Einem*** *Bande, nach Belieben, auch in* ***zwei*** *Theile abgetheilt werden kann.— Sect. III. bildet den* ***zweiten*** *Theil und wird* ***bald*** *nachfolgen.*

VOLUME 3

Q. HORATII FLACCI

OPERA OMNIA

EX

RECENSIONE

GVILIELMI BRAVNHARDI

VOLVMEN VNVM

PARS ALTERA

SERMONES ET EPISTOLAS CONTINENS

LIPSIAE
SVMPTIBVS LIBRARIAE NAVCKIANAE
(W. NAVCK)
MDCCCXXXV

Q. HORATII FLACCI
OPERA OMNIA.

TEXTVM DENVO RECENSVIT,
VARIETATE LECTIONIS INTEGRA INSTRVXIT,
OPTIMORVM INTERPRETVM COMMENTARIOS
SVBIECIT,
SVAS ADNOTATIONES CVM CRITICAS TVM
EXEGETICAS ADSPERSIT,
SCHOLIASTARVM VETERVM ACRONIS ET PORPHYRIONIS
SCHOLIA TYPIS EXCVDENDA CVRAVIT, ETC.

GVILIELMVS BRAVNHARDVS
THVRINGVS

SECT. III.

LIPSIAE
PROSTAT IN LIBRARIA GVILIELMI NAVCKII.
MDCCCXXXV.

GODOFREDO HERMANNO

GVILIELMVS BRAVNHARDVS

PRAEFATIO

AD

QVINTI HORATII FLACCI

SERMONES ET EPISTOLAS

Consilium, quod in Horatii carminibus lyricis edendis secuti sumus, etiam in sermonibus et epistolis nobis erat servandum. Sed, ne libri ipsius volumen nimis incresceret, lectionis varietatem arctioribus finibus circumscripsimus, eamque in epistolis plurimis plane omisimus. Quae tamen notatu digna videbantur, in commentarios recepimus. Artem criticam autem in omnibus Horatii sermonibus et epistolis, quotquot sunt, subtiliter adhibere, nobis non concessere temporis angustiae. Textus vero, quem interpretibus optimis, ducibus usi dedimus, ad optimorum librorum fidem castigatus, maximam partem sanus, criticorum manu non tam vehementer

indiget, quam nonnulli sibi persuadere videntur. Sed infitias ire nolumus, errare esse humanum; errores tamen nonsolum in nostra Horatii editione, sed in omnibus, quotquot in lucem prodiere, editionibus deprehendi posse, omnium satis constat. Praeterea lectorem benevolum conferre iubemus, quae in praefatione ad Horatii carmina lyrica pag. VII—VIII. diximus.

Vt in notis carminibus lyricis subiectis, ita in adnotationibus, quas sermonibus et epistolis adiecimus, locos, quod adtinet lectionis discrepantiam, breviter tractavimus, deque iis vel nostram vel aliorum sententiam tulimus. Quum vero editio, ut aiunt, critica ab consilio nostro abhorreret, non de omnibus, sed de iis tantum locis explicatu difficilioribus disseruimus, quorum explicatio et in promptu erat et non sine rei ipsius detrimento omitti poterat.

Interpretationem quod adtinet, in primis in partes vocavi:

a) Des Q. Horatius Flaccus Satiren erklaert von L. F. Heindorf.

b) Des Q. Horatius Flaccus Satiren kritisch berichtigt von C. Kirchner. (1ster Theil.)

c) Des Q. Horatius Flaccus Episteln erklaert von Th. Schmid.

His porro accedunt, quae partim critices, partim exegetices respectu habito scripsere Doeringius, Fea, Wielandius, Hochederus, nec non Cruquius, Lambinus, Bentleius aliique plures.

Quod Porphyrionis scholia adtinet, in epistola ad Pisones nonnullas lectionis varietates, quas Hochederus in codice manuscripto seculi decimi se invenisse ait, partim in scholia ipsa recepi, partim iis subscripsi.

Ceterum — ut cum Doeringio (quem vide in Praef. ad Horat. Tom. II. ed. sec. pag. XIII.) loquar — ‚quamvis ab obtrectatione, arrogantia et rixis istis, quae haud raro inter viros doctos, praecipue Criticos, humanitatis saepe, ad quam conformari debent bonarum literarum cultores, plane expertes, misceri solent, sum alienissimus, tamen‘ lectorem eruditum perlegere iubeo, quae in praefatione ad Horatii carmina lyrica pag. X—XI. aeque modeste ac vere (ut puto) pronuntiavi.

Denique nobis indicendi sunt INDICES in Q. Horatii Flacci OPERA OMNIA

locupletissimi, mox prodituri, quos quidem lectoribus Horatii benevolis, Viris doctis, literarumque cultoribus cum maxime commendatos esse volumus.

Scribebam Hilpertohusae pridie Idus Octobris MDCCCXXXIV.

BRAVNHARD.

Q. HORATII FLACCI SERMONVM s. SATIRARVM LIBER PRIMVS.

SATIRA I.

ARGUM. *KIRCHNERVS, Vir Doctissimus, de argumento huius satirae exponendo tam praeclare meruit, ut mihi quidem persuasum esset, in lectoris eruditi gratiam omnino nihil melius ac rectius illius sententia breviter enarrata dici posse, quamobrem Viri Clarissimi ipsissima verba hîc referamus: „Unzufriedenheit der meisten Menschen mit ihrem Loose, ein Haupthinderniss der Glückseligkeit. Die Ursache dieser Unzufriedenheit liegt nicht in dem Gegenstande selbst und dem Lebensberufe eines Jeden, da sie bei angebotener Wahl eben so wenig mit einem andern Lebensloose tauschen würden (v. 15—23); vielmehr in ihnen selbst, in ihren Wünschen und Begierden, welche sie über den gegenwärtigen Genuss hinausführen. Sie sammeln und quälen sich rastlos:* a) *unter dem Vorwande, Bedarf für das Alter zu sparen, wobei sie aber mit Häufen und Scharren nie aufhören, ohne jemals den Genuss zu beginnen (v. 28—40);* b) *um für ihr Bedürfniss stets reichlich gehäufte Vorräthe zu haben: eine Thorheit, da die Natur sich mit Wenigem begnügt, und Niemand mehr als satt werden kann (v. 41—50);* c) *aus eitler Lust an der Fülle des Besitzes, die doch nicht glücklicher macht, als eine geringe, doch genügende Habe, ja oft uns des wahren Lebensglücks beraubt (v. 51—58);* d) *unter dem Vorwande, dass man so viel gelte, als man habe (v. 61—62), welches die grösste Thorheit ist, da man schmachtet ohne zu geniessen und stets voll Angst und Sorge lebt (v. 63—79.), in Nöth und Krankheit keinen Freund und Beistand hat, und sich aller Welt, und selbst den nächsten Verwandten, die man so leicht für sich gewinnen könnte, verhasst macht (v. 80—91). Daher solche Geizhälse oft ein klägliches Ende nehmen (v. 92—100). Darum braucht man auf der andern Seite kein Verschwender zu seyn: vielmehr beruht das Richtige im besonnenen Maasshalten (v. 101—106). Aber diess beachten die Wenigsten. Es treibt die Unzufriedenen ihre unruhige und nimmer gestillte Begierde rastlos vorwärts, so dass*

Wenige mit ihrem Daseyn zufrieden sind, und mit dem Bewusstseyn glücklich gelebt zu haben, aus demselben scheiden (*v.* 106—119). *Mit einer launigen Wendung an den im Eingange angeredeten Maecenas wird das Ganze beschlossen.*" (*v.* 120—21.)

Quî fit, Maecenas, ut nemo, quam sibi sortem
Seu ratio dederit seu fors obiecerit, illa
Contentus vivat, laudet diversa sequentes?

v. 2. *fors* mss. ap. Lamb. omn. ap. Torr. alii *sors*, quae tamen lectio huius loci sensui minus convenit. *Ratio* et *Fors* ut nomina propria scribunt Baxt. Wakef. Fea, Iahn. *fors* et *ratio* sibi opponuntur apud Cicer. ad Att. XIV, 12. *Sed haec fors viderit, quae talibus in rebus plus, quam ratio potest.* — *ulla*, Fea, mss. ap. Bersm. *illa* recte legitur cum Kirchnero et Iahno. — v. 3. *vivas* ed. Colon. s. a. — *laudat* (sic Cod. Guelf.) ed. Venet. 1478. ms. Comb.

---

v. 1—3. De verborum structura: *quam sortem — illa*, pro: *illa sorte, quam*, etiam in lingua Graeca obvia, cf. LEXICON *Horatianum* ab nobis suo tempore edendum. — *nemo contentus vivat*, sed unusquisque (quod tamen recte [cf. *Lex.* supr. laud.] omittitur, quemadmodum apud Graecos post *οὐδείς* et *μηδείς, ἕκαστος*) *laudet*, probet, felicem praedicet, *ὀλβίζει, μακαρίζει,*

ACR. [*Sermonum libri*] ideo dicti, quia vili sermone sunt potius quam tumenti, sive quia ad praesentes scribuntur. *Epistolis* enim ad absentes loquimur, sermone cum praesentibus. Quamvis igitur hoc opus *satiram* esse Horatius ipse profiteatur, cum ait: *Sunt, quibus in satira videar nimis acer et ultra legem tendere opus*, tamen proprios titulos noluit ei adcommodari, hos primos duos libros sermonum, posteriores Epistolarum scribens. *Satira* dicitur *Lancis* genus, tractum a choro Liberi patris, qui est minister vini et epularum. Satira istius inter *Lucilii* est et *Iuvenalis.* Nam et asperitatem habet, quam Lucilius, et suavitatem, quam Iuvenalis, mixtam in opere suo. Denique nisi Iuvenalis scripsisset, isto nemo esset melior. Verum tamen sciendum, quia satiram carmen a primo omnium auctore Lucilio repertum est, plerique satiram a lance, quae plena diversis frugibus in templo Cereris infertur, nomen accepisse dicunt. Nam et ea hoc nomine appellatur. Ergo et hoc carmen propterea Satiram appellaverunt, quia ita multis et variis rebus refertum est, ut audientes *saturet.* Alii dicunt quod ideo satira vocitata est, quod ita in convicia et crimina hominum libere invadat, ut *saturi* homines, i. e. ebrii. [*Quî fit*] unde, quomodo, ex qua causa. Quae ratio, quae res facit, ut studia diversa laudent? [*Sortem*] propositum, professionem, institutum vivendi. [*Seu ratio dederit*] signate dixit: *Ratio dederit, sors obiecerit.* Aut *ratione* inimus propositum vitae aut *fortuna.* Verbi gratia: Aliquis init, ut militet, hoc *rationis* est; alius de summo gradu felicitatis ad ima detrusus

POR. [*Quî fit, Maecenas*] quamvis *satiram* esse opus hoc confiteatur, cum ait: *Sunt, quibus in satira videar nimis acer et ultra legem tendere opus*, tamen proprios titulos ei noluit adcommodare, nam hos priores duos libros *sermonum*, posteriores *epistolarum* inscripsit. In sermonum libris vult intelligi, quasi apud praesentes se loqui. Epistolas vero quasi ad absentes missas. [*Vt nemo quam sibi sortem*] mirari se ait tantam esse in animis hominum inconstantiam, ut omnibus aliena sors vitae magis, quam propria, sive eam ratio dederit sive fortuna obiecerit, placeat. *Quî* autem circumflexe pronunciandum, significat enim quare. Sicut etiam multi loquuntur: *Quî fieri potest*, pro *quomodo* fieri potest. Signate autem locutus est dicens: *Ratio dederit, sors obiecerit.* [*Iam fra-*

«O fortunati mercatores!« gravis annis
Miles ait, multo iam fractus membra labore.
Contra mercator, navem iactantibus Austris:
«Militia est potior! quid enim? concurritur: horae
Momento aut cita mors venit aut victoria laeta.«

v. 4. *gravis annis.* Constans omnium msstorum lectio, quam defend. Fea, Heindorfius, Iahnus, Doer. censor Lips. in Ephem. Litt. Lips. 1818. No. 274. — *gravis armis* coni. Bouhier. in Diario Trevolt. Iun. 1715. quem sequuntur novatores Sanadonus, Sandby, Val. Wakef. aliique plures, inter quos eminent Eichstadius et Wolfius, ille quidem ad van Ommer. p. 193. — 7. *Quidni?* Mss. Feae, qui recep. Idem Taurellus olim Lambino proposuerat. — 8. *aut cita mors* mss. ap. Lamb. quos sequitur Bentl. Kirchn. Iahnus, qui subiungit: „*aut* post *Momento* ex quinque codd. inserui. Bis enim *aut* ponitur, ubi pares res sibi opponuntur, semel, ubi deterior subiungitur."— *aut* ante *momento* omis. Cod. Guelf.

---

diversa sequentes, diversum vitae genus s. institutum. — v. 4. *gravis miles annis*, cf. Var. Lect. Miles optimo suo iure queritur de eo, quod tam multis militiae annis nihil divitiarum sibi parare potuerit; sententiae huius loci longe alienum esse videtur, quod intpp. militem de onere armorum ac fatigatione querelas facientem intelligunt, cf. Kirchn. ad h. l.: „*was ist für ein Krieger gemeint? — offenbar ein solcher, dem das Kriegshandwerk nach v.* 1. *durch Wahl oder Zufall als Lebensloos zu Theil geworden, der also nicht gezwungen und nur auf eine gewisse Zeit seiner Militaerpflicht Genüge leistet, sondern Krieger par métier ist.*"— v. 5. *fractus membra labore*, structura ab Graecis repetita, qua temp. perfectum pass. saepius exprimit perf. med. significationis transitivae. Cf. supr. Carm. Lib. I, 1, 21.: *membra sub arbuto stratus.* Grammatici autem de huiusmodi structuris nihil religiosius monere solent, quam quod *secundum* (*κατά*) suppleri iubent. — v. 6. De *Austro*, vento procelloso, cf. supr. ad Carm. Lib. III, 3, 4. IV, 14, 21. Epod. X, 4. — *iactantibus*, sc. modo huc, modo illuc, in omnem caeli regionem, ita ut nauta plane nesciat, ubi versetur. — *Mercator*, *ἔμπορος*, igitur in mortis periculo exclamat: *militia est potior*, sc. mercaturā. Cf. Carm. Lib. I, 1, 15. I, 31, 3. 24, 36. — 7. *quid enim, τί γάρ; denn warum?* — *concurritur*, ad manus conserendas, ad pugnandum. — v. 8. *aut — aut*, i. e. aut vincere aut mori. De particularum *aut — aut* repetitione *Heindorfius* recte animadvertit, quae sequuntur: „Nicht, wie Bentl. sagt, *elegantius* et *ma-*

---

init docendi aut orandi necessitatem, hoc *fortunae* est. [*Seu sors obiecerit*] breviter duas sectas tangit. Nam cum dicit *ratio*, Stoicos tangit; cum *sors*, Epicureos; *Stoici* enim dicunt omnia *ratione* fieri, *Epicurei fortuitu.* [*Contentus vivat*] illam Terentii tractat sententiam: *Nosmet nostri poenitet.* [*Diversa*] officia. [*O fortunati*] hinc instabilitatem humanae vitae carpit. [*Iam gravis annis*] figurata locutio. [*Fractus*] debilitatus. Figurate: *fractus membra*, sicut: *Pictus acu chlamydem*, i. e. fracta membra habens. [*Militia est potior*] *κατὰ νομίμου.* [*Quid enim*] quare non? et est Comicum. [*Concurritur*] confligitur milite in pugna. [*Momento*] in puncto temporis. Nam cito mori pro beneficio est. [*Agri-*

ctus membra] frequens apud Virg. haec figura. Sic enim dicitur: *Scissa comam.* Et: *Oculos deiecta decoros.* Sic et ipse Horatius: *Membra sub arbuto Stratus.* [*Quid enim? concurritur, horae Momento*] quasi inter-

Agricolam laudat iuris legumque peritus,
Sub galli cantum consultor ubi ostia pulsat.
Ille, datis vadibus qui rure extractus in urbem est,
Solos felices viventes clamat in urbe.
Cetera de genere hoc — adeo sunt multa — loquacem
Delassare valent Fabium: ne te morer, audi,

---

gis Horatianum, ist das aus Codd. aufgenommene erstere *aut*, sondern dem Sprachgebrauch gemaess, nach welchem, wo zwei nur einigermaassen verschiedene Begriffe verbunden oder getrennt werden, gewoehnlich das doppelte *et*, *neque*, *vel*, *aut* eintritt.“ Cf. nota in Var. Lect. repetita, quae tamen vel minus recte habere vel nimis subtilis, i. e. obscura esse videtur. — v. 10. *Sub galli cantum*, vid. Macrob. I, 4. *Primum tempus diei dicitur mediae noctis inclinatio; deinde gallicinium, inde conticuum, cum et galli conticescunt et homines etiam tum quiescunt; deinde diluculum, i. e. cum incipit dies dignosci; inde mane, cum dies clarus est.* Poeta tamen rem ipsam suaviter auget, nam iuris consultorum negotia, ut ita dicam, non tanta erant, quanta hic innuuntur. Idem fecit Cicer. pro Mur. cap. IX. — De *consultore* cf. *Lex. Hor.* sub h. v. — Ceterum ad h. l. spectat ille Epist. II, 1, 103.: *Romae dulce fuit et sollenne, reclusa Mane domo vigilare, clienti promere iura.* — *datis vadibus*, in iudicium vocatus. *Varro de L. L.* V, 7. *Vas appellatus, qui pro altero vadimonium promittebat.* Cf. Heinecc. Antiq. Rom. Iurispr. illustr. 4, 6, 20. 21. De verborum *praes* et *vas* significatione vid. *Lex. Hor.* sub his voc. — *clamat*, ex more rusticorum, quod tamen negat *Heindorfius*, ratione probabili addita nulla. — v. 13. *Cetera de genere hoc*, principium versus Lucretiani IV, 594. — Quod *Fabium*, de quo nihil certi constat, adtinet, cf. *Index ad hunc librum.* — *ne te morer*, ut brevius

---

colam laudat] beatum appellat. [*Iuris legumq.*] quia multa genera iuris sunt. [*Sub galli cantum*] prope galli cantum, ut: *Sub noctem cura recursat.* *Sub* autem quotiens tempus significat, accusativo iungimus; quotiens locum, ablativo. [*Consultor*] percunctator, nam interrogator non dicitur. *Consultus* est, qui docet; *consultor*, qui discit. [*Ille*] rusticus. [*Vadibus*] sponsoribus, a vadimonio, quod promittit is, qui ad iudicium provocatur, certo die affuturum. Vides ideo dicti, quod si eos dederit, vadendi habet potestatem. [*Extractus*] ad solvendum vectigal. [*De genere hoc*] qui diversa laudat de inconstantia. [*Delassare*] i. e. valde lassare. Ita sunt multa, ut si velit haec enumerare, homo garrulus nimium fatigetur. [*Valent Fabium*] fuit *Fabius* eques Romanus Narbonensis, qui aliquos libros pertinentes ad Stoicam philosophiam conscripsit. Hic autem Fabius Pompeianas partes secutus est et cum Horatio de disciplinis saepe contendit. Ideo ait *loquacem.* Magna brevitate occurrit quatuor personis, ut intelligas, trahi quovis posse. [*Audi, quo rem deducam*] quid volo dicere? qui omnes queruntur de professionibus suis et

pellante affectu hoc dicit et est etiam consuetudinis nostrae. [*Cita mors venit aut victoria laeta*] quasi diu navem iactantibus austris hoc dicitur. [*Sub galli cantum*] ita dictum est, ut: *Sub noctem cura recursat.* [*Ille datis vadibus, qui rure extractus in urbem est*] qui vadimonium promittere sub satisfactione et in urbem venire coactus est. *Vades* autem sponsores dici notum est, qui eos dederit, ei vadere, i. e. discedere interim liceat. [*Loquacem Delassare valent Fabium*] Fabius Maximus Narbonensis, equestri loco natus, Pompeianas partes secutus, aliquos libros ad Stoicam disciplinam pertinentes conscripsit. [*Eris tu, qui modo miles, Mercator: tu consultus, modo rusticus*] eleganter affecta ambiguitas.

Quo rem deducam. Si quis Deus, «En ego», dicat,
«Iam faciam, quod voltis: eris tu, qui modo miles,
Mercator; tu, consultus modo, rusticus: hinc vos,
Vos hinc mutatis discedite partibus. Eia!
Quid statis?« — nolint, atqui licet esse beatis.
Quid causae est, merito quin illis Iupiter ambas
Iratus buccas inflet, neque se fore posthac
Tam facilem dicat, votis ut praebeat aurem?
Praeterea, — ne sic, ut qui iocularia, ridens

v. 19. *nolint* mss. ap. Lamb. et Cruqu. omn. ap. Bersm. quatuor. Pulm. 2, 3, 4, 7. Lips. 1, 2. ms. vetust. ap. Canter. Nov. Lect. IV, 12. def. Turneb. Adv. VI, 25. Edd. Ven. 1494. 95. 98. Vulgo: *nolunt.*

---

dicam. — v. 15. *Si quis Deus* etc. Recte ad h. l. a *Kirchnero*, V. Cl. adnotata leguntur, quae hic propterea repetere volumus, quod lectorem etiam aliis locis huius sententiae ab nobis relatae memoriam servare iubemus: „Es ist, wie der Rec. in der *Allg. Lit.Zeit.* Jan. 1816. No. 10. sehr wahr bemerkt, eine bisher *nicht* genug beachtete Quelle des Komischen in Hor. Satiren, die er eingestaendig (vid. Serm. I, 4.) der aeltern Griechischen Komoedie nachgebildet hat, dass er nicht bloss einzelne Verse und Ausdrücke anderer Dichter hie und da travestirend einflicht (cf. vs. 114.), sondern ganze Erzaehlungen, dramatische Stellen, Aesopische Fabeln und Anekdoten zur Belebung seiner Darstellungen theils einmischt, theils parodirend nachbildet, was zum Theil auch in den Episteln geschieht.“ — Cf. *Davis* in Dissert. XXI. (T. I. p. 395. Reiske) de Tyrio Maximo, sophista. — *mutatis partibus*, refer ad ὑποκριτάς, nam ὥσπερ ἐν δράματι poeta Iovem partes personis distribuentem fingit. — Lectio *Nolint* recte habet; poeta enim ex animo id subiungit. — *licet esse beatis*, cf. Serm. I, 2, 51. Serm. I, 4, 39. Serm. I, 6, 25. Epist. ad Pis. v. 372. — v. 20. *Quid causae est* etc. satis facete Iupiter omnipotens *ambas buccas* prae ira *inflans* inducitur, qualis in comoedia vet. haud raro repraesentari solebat. — *Praeterea, ferner;* transit ad aliam hominum stultiam describen-

---

nemo vult eas deserere. [*Qui modo miles*] deest *eras.* [*Licet esse beatis*] mutatis scilicet conditionibus vestris. [*Quid causae est, merito quin illis Iupiter ambas Iratus buccas inflet*] qua causa Iupiter ira non inflet contra eos buccas suas, quod est indignationis signum, i. e. irascatur et exspuat in facies eorum et promittat se posthac preces eorum non admissurum. Ordo est: *Quid causae est, quin Iupiter merito iratus ambas buccas illis,* vel, *quid causae est, quin Iupiter merito iratus dicat neque iam fore se facilem posthac, ut praebeat aurem votis?* [*Votis ut praeb. aurem*] ut precibus illorum propitium se praestet. [*Praeterea, ne sic, ut qui iocularia ridens*] ne, quemadmodum qui iocularia narrat, ridens percurrit et ego ridens percurram, quod coepi, audi, qua ratione coepi. Ordo est: *Praeterea ne sic percurram ut qui ridens percurrit iocularia, quamquam quid vetat verum dicere ridentem?* [*Quamquam*] deest

Nam cum praedixerit a milite mercatoris sortem laudari et a mercatore militis, item a iuris perito rustici et ab hoc illud, ita subiunxit dictionem, ut cuiusvis liberum sit, in omnes personas sensum reducere. [*Quid causae est, merito quin illis Iupiter ambas Iratus buccas inflet*] *quin* nunc significat: *quo minus.* Sensus est: Aut nulla causa est, nec ratio querelis, quo minus illis Iupiter sit iratus. [*Praeterea, ne sic, ut qui iocularia ridens, Percurram*] ordo et sensus: *Praeterea nec sic iocularia percur-*

Percurram, quamquam ridentem dicere verum
Quid vetat? ut pueris olim dant crustula blandi
Doctores, elementa velint ut discere prima,
Sed tamen amoto quaeramus seria ludo. —
Ille gravem duro terram qui vertit aratro,
Perfidus hic caupo, miles nautaeque, per omne
Audaces mare qui currunt, hac mente laborem
Sese ferre, senes ut in otia tuta recedant,
Aiunt, quum sibi sint congesta cibaria: sicut
Parvola — nam exemplo est — magni formica laboris

v. 29. *Perfidus hic caupo, miles.* Mss. et edd. vulg. (vid. Wolf. Analect. litterar. Fasc. I, 4.) *campo* mss. ap. Feam. *Praefidus hic campo miles* ed. Fea e coni. *Fervidus in campo miles* coni. Bothius in Adnott. *Perfidus hic campo miles* edid. Iahn. ex quinque Feae codd. — *Causidicus vafer hic, miles* Markland. coni. in Epist. crit. ad Fr. Hare. *Callidus hic cautor, miles* coni. Valart. in Praef. *Perfidus hic cautor, miles* coni. Schrader in libr emendd. c. 4. — *hinc caupo* edd. Venet. 1483. 86. 94. 95. 98. — 31. *currunt* pro *recedant* Cod. Guelf. — 33. *Parvola* ms. Pulm. 3. Cruq. edd. Bentl. Cuning. Wolf. Heind. Vulgo: *Parvula.*

---

dam. — v. 25. *olim, manchmal,* ποτέ. Epist. I, 10, 42. Virg. Aen. VIII, 391. — v. 26. *elementa*, cf. Lex. *Hor.* sub. h. v. — *crustula*, vide Lex. *Hor.* sub h. v. — v. 27. *Sed tamen*, quae particulae, ut simpliciter *sed, igitur*, post longiorem parenthesin interruptam orationem excipiunt. Cf. Heusing. ad Cic. de Off. I, 1, 3. — v. 29. *Perfidus hic caupo*, sunt, qui aliter h. l. legant, quos tamen omnes vehementer errare, satis comprobavit Kirchn. quem vide ad h. l. — *caupo*, qui hic *perfidus* appellatur, Serm. I, 5, 4. *malignus* dicitur. — *nautae* mentionem fecit pro *mercatore* supra laudato, cf. Carm. Lib. II, 13, 14. — *cibaria*, victus, qui et magistra-

---

audi, quia ratione coepi. Sensus est: Quamquam laetitia ad veritatem discendam abesse non possit, sicut crustula infantes a literis non impediunt. Sive sic: Quamvis et ridentem licet verum dicere, ut risus remedio duritiae sit, quae dicentem vera sequitur, ne aspere audiatur, quod verum dicam. [*Olim*] nonnunquam, interdum. [*Crustula*] placentas. *Crustula* quando neutraliter dicimus, *edulia* significamus, ut Virgil.: *Et violare manu, malisque audacibus orbem, Fatalis crusti.* Quando feminino haec *crusta*, fragmenta significamus, ut idem Virgil.: *Concrescunt subitae currenti in flumine crustae.* [*Amoto ludo*] iocularibus rebus. [*Seria*] necessaria. [*Terram qui vertit aratro*] qui rusticae vitae studet. Superius de inconstantia dixit, modo de avaritia. [*Hac mente*] hoc consilio, hoc proposito. [*Aiunt*] ideo dicunt sese a prima aetate laborare, ut habeant in senectute. [*Congesta*] collecta. [*Multa cibar.*] via-

ram, ut qui ridens iocularia percurrit, ita et ζεῦγμα est et etiam cum *percurram* et percurrit non adsumimus, in hoc σύλληψις est. [*Pueris olim dant crustula blandi Doctores*] *crustula* et Lucilius dixit: *Gustavi crustula solus. Olim* autem nunc pro interdum ac nonnunquam positum est. [*Per omne audaces mare qui currunt*] proprie *currunt*, ut: *Vastumque cava trabe currimus aequor.* [*Cum sibi sint congesta cibaria*] cum sibi sint collecta, quae ad vitam tollerandam possunt satis esse. [*Parvu-*

Ore trahit, quodcunque potest, atque addit acervo,
Quem struit, haud ignara ac non incauta futuri;
Quae, simul inversum contristat Aquarius annum,
Non usquam prorepit et illis utitur ante
Quaesitis sapiens. Quum te neque fervidus aestus
Demoveat lucro, neque hiems, ignis, mare, ferrum;
Nil obstet tibi, dum ne sit te ditior alter:
Quid iuvat immensum te argenti pondus et auri
Furtim defossa timidum deponere terra? —
«Quod si comminuas, vilem redigatur ad assem.«

v. 38. *sapiens* mss. ap. Cruqu. omn. Lamb. 1, 6, 8, 9. Pulm. 6. Bentl. 1, 2, 6. sic ed. Steph. Bersm. Chab. D. Heins. Dacer. Bond. Bentl. Cuning. Sanad. Batt. Phil. Gesn. Oberlin. Comb. Wakef. Azara. Wolf. Heind. Camp. Doer. Pott. — *patiens* ed. Fea aliique plures.

---

tibus provincias Roma proficiscentibus et militibus distribui solebat, ad vitam in diem sustentandam pernecessarius. — v. 36. *Quae, simul. Quae* pro *At ea*, ut saepius, cf. Serm. I, 2, 48. Epist. I, 16, 33. Cic. de Orat. I, 1 init. — *annum inversum*, exactum; donec annus cursum suum peragit, dicitur *vertens;* cursu suo exacto, *inversus:* περιτελλόμενος, περιτροπέων ἐνιαυτός, περιπλόμενος, τετραμμένος. — v. 38. *et illis utitur ante quaesitis sapiens.* Recte *sapiens* vocatur *formica*, quae homine propterea est sapientior, quod paratis fruitur, homo autem avarus bonis suis non utitur. — *quum te neque*, sc. mercatorem nulla pericula ab lucro faciendo deterrent. — v. 41—42. *Quid iuvat — deponere terra? Sprich, was frommt's dir, des Silbers gewaltige Last und des Goldes Aengstlich hinab in den Grund, den heimlich du hoehltest, zu senken?* Kirchn. —

---

tica, alimenta. [*Nam exemplo est*] parenthesis est. [*Magni formica laboris*] *magni* ἀντίθετον: *Parvula magni laboris.* [*Haud ignara et non incauta futuri*] quia formica, quam tu in exemplum trahis, in eo cautior est, quam tu, quod per hiemem quiescit et utitur paratis; tu vero, ut nemo sit te ditior, nulla pericula pertimescis. [*Inversum*] mutatum, inclinatum in hiemem. Magnum epitheton anni, ut: *Vertitur interea caelum*, quoniam in se semper annus vertitur et volvitur, maximae autem pluviae et frigora commoventur, cum sol in aquarium venerit, hoc autem fit XVII. Calend. Februarii. [*Patiens*] contenta. Quaesitis per aestatem patiens utitur atque contenta. [*Cum te*] invadit avarum hominem. [*Demoveat*] cessare faciat vel prohibeat a negotio. [*Quid iuvat immensum*] cum omnia facias propter argentum, o avare, quid te iuvat, cum hoc defoderis in terram? Quasi ἀνθυποφορά est, ut dicat avarus, si coepero

la, nam exemplo est, magni formica laboris] ἀντίθετον *parvulae* est *magnum.* [*Iuversum annum*] perpetuum epitheton est anni, quia in se semper vertitur, i. e. revertitur. Maxime autem sole in Aquario constituto tempestates horrendae et frigora ingentia solent esse. Sol autem transit in Aquarium decimo septimo Calend. Februarii, in eo est diebus triginta usque ad XVII. Calend. Martii. [*Et illis utitur ante Quaesitis sapiens*] *sapiens* absolute dicitur, est enim nomen non participium, ut si diceret, quae ante, non enim illis sapiens. [*Quid iuvat immensum te argenti pondus et auri*] sensus est: Cum tanto studio pecuniam quaeras, quid te delectat eadem pecunia non uti, sed defossam in terram servare? [*Quod*

At, ni id fit, quid habet pulchri constructus acervus?
Millia frumenti tua triverit area centum,
Non tuus hoc capiet venter plus, ac meus: ut, si
Reticulum panis venales inter onusto
Forte vehas humero, nihilo plus accipias quam
Qui nil portarit; vel dic, quid referat intra
Naturae fines viventi, iugera centum an
Mille aret? — «At suave est ex magno tollere acervo.« —
Dum ex parvo nobis tantundem haurire relinquas,
Cur tua plus laudes cumeris granaria nostris?

v. 50. *viventis* coni. Chabot. et Cuning., recep. San. Phil. prob. Iahn.

---

v. 44. *quid hab. pulchri constructus acervus?* Similiter Theocr. XVI, 22. *Δαιμόνιοι, τί δὲ κέρδος ὁ μύριος ἔνδοθι χρυσὸς κείμενος;* — v. 45—46. *millia frumenti* etc. quamvis centum millia modiorum (quod tamen ex ellipsi omisit) frumenti terantur in area tua; *hoc*, ideo, *darum*, ut saepius cum comparativo iungi solet. — v. 47. Finge tibi servorum manum, quae herum rus proficiscentem comitetur, omnia, quae ad victum quotidianum pertinent, sesum portans. — *intra Naturae fines viventi*, quamquam dativus cum verbo *referre* coniunctus vix alibi reperiatur, tamen eo sensu, quo Hor. hac structura utitur, commode intelligi potest: *ist's für den, welcher sich auf den Naturbedarf beschraenckt, nicht gleich* od. *einerlei*? etc. — v. 53. *granaria*, ubi grana frugum servantur, nos: *Frucht-Boeden, grosse Kornspeicher, Magazine.* — v. 54. *liquidi* (liquoris, aquae) *urna*, ut infr. Serm. I, 5, 91. *urna*, vas aquarium,

---

argento hoc uti, redit ad assem, h. e. ad exiguum. [*Timidum*] scilicet, ut in Arte Poet.: *Inventis miser abstinet ac timet uti.* [*At ni id fit*] i. e. nisi hoc minuatur. [*Triverit*] *si* deest. [*Vt si reticul. panis*] quemadmodum inter servos plurimos, qui portat panis reticulum, non plus accipit, quam is, qui nihil portat, ita tuus venter non plus accipiet, quam meus, quamvis non multa possideam. *Reticulum* rete est, quo in urbe panis inter venales servos portari solet. [*Venales*] servos. [*Referat*] expediat, proficiat. [*Intra naturae fines viventi*] naturae fines sunt, ut satis sit homini, quod etiam exiguo censu contingere potest. Quod tantum est, quantum capit venter hominis per naturam. Id est, cum naturae fines non possis excedere magnitudine divitiarum, quia omnino est naturae legibus serviendum, quid tibi prodest, late possidere? [*Iugera centum an Mille aret*] numquid ideo, quia habes centum millia modios, plus potes comesse, quam ego, qui habeo centum modios? [*At suave est*] obiectio est. [*Dum ex parvo*] iterum interrogat. Quasi contentio inter duos dialogismos. [*Haurire*] accipere, consumere. [*Relinquas*] concedas. [*Cur tua plus cumer. laudes granaria nostr.*] *cumeram* di-

si comminuas, vilem redigatur ad assem] Horatius avari responsum dicentis, nisi defossam pecuniam servet, futurum, ut eam usque ad assem consumet. [*At ni id fit, quid habet pulchri constructus acervus*] iterum interrogantis poetae haec verba sunt, quorum sensus est: Quid ergo voluptatis erit in pecunia adquisita, si non impendis, cum usus eius ad nos pertineat, perinde est ac si non habeatur? [*Vt si Reticul. panis venales inter*] sensus est: Quemadmodum inter venales pueros, qui panes portabit, non plus accipiet, quam qui vacuus ambulabit; similiter quamvis plus laboraveris in adquirendo, factus cum sis pecuniosus, non plus venter tuus

Vt, tibi si sit opus liquidi non amplius urna
Vel cyatho, et dicas: «Magno de flumine malim,
Quam ex hoc fonticulo tantundem sumere.« Eo fit,
Plenior ut si quos delectet copia iusto,
Cum ripa simul avolsos ferat Aufidus acer.
At qui tantuli eget, quanto est opus, is neque limo

v. 55. *malim* mss. quinque ap. Lamb. plurimi optimique ap. Bentl. qui praetulit. Alii: *mallem* (*malle* Cod. Guelf.). Sed *malim* est in edd. Cuning. San. Wakef. Feae, Wolf. Heind. Pulm. Doer. — 59. *qui tantuli* mss. tres ap. Bersm. Bentl. 1, 6. et alii mss. — *qui tantulo* (sic Cod. Guelf.) mss. Pulm. 4, 6, 7. unus ap. Bersm. et quos laudat Kirchn. — *quantum est opus* Bentl. ex mss. Cun. San. Wakef. — *nec vitam*, Bentl. Cun. San.

---

nos: *Wasser-Krug.* — v. 55. *cyatho*, de vase aquario minore, nos: *Becher, Glas; urna* continebat quatuor congios, *congius* sex sextarios, *sextarius* duodecim *cyathos.* — *ex hoc*, δεικτικῶς, in vicinitate vel potius ante pedes ipsos manante. — *Eo fit*, hinc fit, ut ii, qui parvo fonte non contenti, ex magno flumine, qualis est Aufidus, haurire malint, huius fluctibus abrepti in aqua pereant, quod scilicet metaphorice de avaris intelligit, qui nunquam iis, quae possident, contenti pro nimia habendi cupiditate poenas luant. — *Aufidus*, supr. Carm. Lib. III, 30, 10.: *violens*, IV, 14,

---

cimus vas ingens vimineum, in quo frumenta reconduntur. Sic ipse alibi: *Forte per angustam tenuis nitedula rimam Repserat in cumeram frumenti.* Sive *cumerae* dicuntur vasa fictilia, similia doliis, ubi frumentum suum reponebant agricolae. Tertio *cumerae* dicuntur vasa minora, quae capiunt quinque sive sex modios, quae lingua Sabinorum *trimodiae* dicuntur. *Granaria* autem horrea, in quibus frumenta reponuntur, repositoria. [*Vt, tibi si sit opus*] Sensus est: Ita stultus est, quisquis ex magnis divitiis vult sumere, quod ad vitam possit sufficere, ut ille, cui cum certus modus aquae sit necessarius, malit eum de flumine, quam de fonte haurire breviore. [*Liquidi*] liquoris, aquae, potus. [*Eo fit*] exinde fit, ut multi propter avaritiam periclitentur. [*Copia*] multitudo, ut: *Respicio et quae sit me circum copia lustro.* Ordo est: *Copia plenior iusto.* [*Plenior*] maior. [*Iusto*] moderato, sufficienti, i. e. ultra usum, plus quam oportet. [*Cum ripa*] cum securitate sua vel cum domicilio, i. e. sede auferat eos periculum. [*Avulsos*] raptos. [*Ferat*] demergat. [*Aufidus*] species pro genere. *Aufidus*, Apuliae fluvius, cum impetu fluens,

recipiet, quam eius, qui exiguum possidet. [*Intra Naturae fines viventi*] h. e. legibus naturae servienti. Sensus est autem: Cum naturae leges nemo possit excedere divitiarum magnitudine, quid prodest late cupere et possidere? [*At suave est*] respodentem facit avarum, ut ipse poeta *καθ᾽ ὑποφορὰν* hoc dicit. [*Dum ex parvo nobis*] poeta avaro respondet dicens, nihil interesse ex magno an parvo acervo haurias, cum satiando ventri nostro non multum ac tantundem opus sit. [*Vt tibi si sit opus liquidi non amplius urna*] *liquidi* absolute, h. e. aquae. Et est sensus suavissimae comparationis. Ait enim ita stultum esse ex magnis potius velle quam ex parvis divitiis sumere, unde ventrem impleas ac si desideres urnam aquae vel cyathum et malis eam ex magno flumine haurire quam ex fonticulo. [*Eo fit, Plenior ut si quos delectet copia iusto*] per allegoriam diligentissime hoc est dictum eos, qui magnas divitias appetant, cum parvae illis ad vitam tuendam possint sufficere, plerumque ipsam adquirendi cupiditatem illis causam exitii esse. [*Avulsos ferat Aufidus acer*] *Aufidus* amnis in Apulia est rapidissimus, ideoque *acer* nunc dictus. [*At*

Turbatam haurit aquam, neque vitam amittit in undis.
At bona pars hominum, decepta cupidine falso,
«Nil satis est,« inquit, «quia tanti, quantum habeas, sis.«
Quid facias illi? iubeas miserum esse, libenter
Quatenus id facit, ut quidam memoratur Athenis
Sordidus ac dives populi contemnere voces
Sic solitus: «Populus me sibilat, at mihi plaudo

v. 63. *miseram* ms. unus ap. Val. qui recep. E Marcilii coniect. recep. Bentl. sequ. Cuning. Vulgo: *miserum.* — 66. *exibilat* Cod. Guelf.

25.: *tauriformis* dicitur. — v. 61. *bona pars*, h. e. satis magna, vid. Epist. ad Pis. v. 297. — *cupido*, gen. masc. vid. supr. Carm. Lib. II, 16, 15. III, 16, 39. Epist. I, 1, 33. — v. 62. *quia tanti.* Iuvenal. III, 143.: *Quantum quisque sua nummorum servat in arca, Tantum habet et fidei.* Plutarch. de Cupid. divit. p. 526. C. ταὐτά ἐστιν ἃ παραινοῦσι καὶ διδάσκουσι, κέρδαινε καὶ φείδου καὶ τοσούτου νόμιζε σεαυτὸν ἄξιον, ὅσον ἂν ἔχῃς. — v. 63. *Quid facias illi? τί χρήσει τούτῳ;* Cic. pro Caecin. 11. *quid huic tu homini facias?* Pro Sext. c. XIII. autem: *Quid hoc homine facias*, ut saepius. — *miserum* defendit *Heindorfius*, *miseram* rectius habere, ex Bentleii emendatione, probatum ivit Kirchn. — v. 64. *Vt quidam memoratur*, respexit *fortasse* (quod probe notandum) poeta, ut *Heindorfius* putat, Romanum aliquem nobiliorem, quem satis omnibus notum, invidiae evitandae causa, nominare noluit. Sed fortasse ne id qui-

---

sed nunc pro periculo posuit. [*Quanto est opus*] quantum sufficit. [*Limo*] pro eo, quod est perturbata vita. [*Turbatam haurit aquam*] quasi sordidus. [*Neque vitam amittit in undis*] i. e. non cadit in periculum, nec nimia mole obruitur, raptus aquae impetu. Hîc ἀλληγορικῶς docet paucis contentum neque sordidos quaestus sectari, neque implicari periculis. [*At bona pars*] maior. [*Decepta cupidine falso*] falsa opinione aut inepta et inani cupiditate. Et notandum cupidinem genere masculino pro cupiditate nove poni. Ita multi homines prava cupiditate oppressi, dicunt appetendam esse maximam pecuniam, cui defertur praecipue. [*Nil satis est, inquit, quia tanti, quantum habeas, sis*] dicit, quod nunquam satis divitiae congerantur, pro modo enim earum et personis defertur honor. *Avarus* ideo plus vult habere, quia cumulus divitiarum grandem hominem congeminat. [*Quid facias illi*] si talis est, ut ab hac persuasione removeri non possit, permitte eum miserum esse. Quid enim facias ei, qui talis est? Libenter miser est, qui pro voto suo magno labore quaerit maximam pecuniam. [*Quatenus*] quamdiu, donec. [*Vt quidam memoratur Athenis*] de Timone ait Atheniensi, qui cum odium generi humano indixisset, ipse tamen pecunia sua laetatus est. [*Populi contemnere voces*] quia solebat populus ingressis theatrum bene meritis plaudere, malos exsibilare. Vel aliter: *Quando donabat munus, pauca donabat et a populo sibilum patiebatur. Contemnere* autem *voces*, i. e. non curare de oblo-

qui tantuli eget, quanto est opus, is neque limo Turbatam haurit aquam] perseverat in allegoria. [*At bona pars hominum*] *bona* nunc pro magna dictum, ut saepe Ennius et alii veteres. [*Quid facias illi? iubeas miserum esse libenter*] relinque eum, inquit, qui miser sit, quoniam deduci ab ab hac opinione non potest, quo minus putet tanti esse unumquemque, quantas divitias habeat. [*Populus me sibilat*] belle, quia *sibilat* praedixerat, paulo post. Inde autem hoc dictum est, quod malos principes theatrum civitatis ingressos populus exsibilabat; bonos autem plausu excipiebat.

Ipse domi, simul ac nummos contemplor in arca.« —
Tantalus a labris sitiens fugientia captat
Flumina. Quid rides? mutato nomine de te
Fabula narratur, congestis undique saccis
Indormis inhians, et tamquam parcere sacris
Cogeris aut pictis tamquam gaudere tabellis.
Nescis, quo valeat nummus? quem praebeat usum?
Panis ematur, olus, vini sextarius; adde,
Quîs humana sibi doleat natura negatis.
An vigilare metu exanimem, noctesque diesque

v. 73. Non recte, inquit Iahnus, huic versui interrogandi signum apponunt. Non enim haec interrogat, sed ex vss. 70—72. indignabundus concludit et graviter monet, non fuisse cur Tantali fabulam rideret. His autem sequenti versu praecepta addit. (*Sic* nimirum Iahno videtur). — *quo valeat*, Fea, Kirchn. atque opt. Horatii editores. Alii: *quid valeat.*

---

dem statui necesse erit, ut *Kirchnero* persuasum est. — v. 71. *inhians*, *inhiare* = appetere cupide et tanquam ore aperto captare, summam exprimit cupiditatem habendi. — v. 73. *quo valeat*, ad quem usum suo aestimatur pretio. — *noctesque diesque*, νύκτα καὶ ἡμέραν, ἡμέραν καὶ νύκτα.

---

quis populi. [*Contemplor*] considero, conspicio. [*Tantalus a labris*] avaros ait poena urgeri, quam Tantalo fabulae adscripserunt, sed commendandum est hoc pronunciatione. Vult autem hoc dicere, quod similis est Tantalo, qui habet pecuniam et ea non utitur, quia quemadmodum Tantalus non potest uti praesentibus, ita neque avarus. Sed ille a Furiis, iste sua voluntate prohibetur. [*Captat*] desiderat, cupit. [*Inhians*] timens, sollicitus. Quidam ,stupens gaudio' accipiunt. [*Et tanquam parcere sacris Cogeris*] bene *sacra* in comparatione et picturam introduxit; unde nihil ad quaestum adimi potest, nam ex una parte religio prohibet, ex altera tantum ars sine fructu intuentium animus quoque illudit. [*Aut pictis tanquam gaudere tabellis*] eleganter tales ait avaris esse divitias ac si pictae sint tantum, quae per avaritiam tangi non possunt. Quid interest inter abstinentiam et picturam, nisi ut usu tantum fruaris? [*Nescis, quid valeat nummus*] increpat avarum usum pecuniae ignorantem. Emphasis est, ad quos factus est usus nummus, nescis. [*Panis ematur*] definitio, quibus rebus necessarii sunt nummi. [*Adde, Quis humana sibi doleat natura negatis*] i. e. adde etiam illa, quibus negatis dolet natura hominum. Dicit autem balneum usumque mulieris et alia huiusmodi, quibus aut frigus aut fames repellitur. [*Doleat*] aegre ferat. [*An vigilare*]

[*Tantalus a labris sitiens fugientia captat Flumina*] poena, quam fabulae Tantalo adscripserunt, avaros urgeri ait, quia ut ille, quamvis inter aquas, sitiat, ita hi abstinentes a pecunia, quam possident, egentibus similes fiant. Sed venusta pronunciatione exprimenda est. [*Et tanquam parcere sacris Cogeris*] Ordo est: *Et cogeris parcere tamquam sacris.* [*Aut pictis tamquam gaudere tabellis*] eleganter *tabellis* similes esse divitias suas avaris ait, cum iis non utantur, ac si eas pictas habeant. [*Adde, Quis humana sibi doleat natura negatis*] adiice, inquit, illa, quibus negatis sibi hominum vita crucietur. Non autem ea vult intelligi, quae ad delicias vitae pertineant, sed quae ad utilitatem, ut quae frigori aut fami repellendae et commodiori mansioni sunt necessaria, aliaque similia, [*An*

Formidare malos fures, incendia, servos,
Ne te compilent fugientes, hoc iuvat? horum
Semper ego optarim pauperrimus esse bonorum.
At si condoluit tentatum frigore corpus,
Aut alius casus lecto te adfixit, habes, qui
Adsideat, fomenta paret, medicum roget, ut te

v. 77. *malos fures* (sine dist.) ex sollenni dictione. Non recte Fea post *malos* comma posuit, ut vulgo. — 80. *At si — propinquis* (nulla interrog.) edd. multo plurimae. Alii: *Ac si.* — 81. *adfixit* mss. ap. Pulm. Cruqu. Marcil. Val. edd. vet. quas laudat Fea. Torrent. Dacer. Bentl. Cun. San. Batt. Phil. Val. Gesn. Comb. Wakef. — Nonnulli *afflixit* (sic Cod. Guelf.) habent, quos vide ap. Kirchn.

— v. 78. Servos domum compilasse atque aufugisse,' memoriae proditum reliquit Lucian. Toxar. c. 28.: *οἱ λοιποὶ δὲ τῶν οἰκετῶν ἅπαντα ἐκ τῆς οἰκίας συσκευασάμενοι ᾤχοντο φεύγοντες.* Tale quid revera haud raro accidisse videtur. — *horum bonorum*, animadverte ironiam satis acerbam! — *frigus*, quod cum febri esse solet, *Fieberfrost*, Epist. I, 11, 13. — v. 82. *fomenta, lindernde Baehungen*, sensu autem latiore omnia, quae ad corporis curam spectant, significantur. — v. 83. *pueri atque puellae*, similiter Serm.

quae patiuntur avari. [*Compilent*] exspolient fugituri. *Compilare* dicuntur milites, qui occisis quibusdam insignia in bello tollunt. [*Hoc iuvat*] semper timere, semper sollicitum esse, quae tu bona iudicas. [*Horum Semper ego optarim pauperrimus esse bonorum*] sic *bonorum pauperrimus*, ut *Dives opum*. Ego semper opto egentissimus esse, neque habere haec bona, quae mihi afferant cruciatum. [*Tentatum frigore corpus*] tentatum, aëre aut aqua vexatum, i. e. si tentatum corpus tuum frigore aut alio casu condoluerit, nemo te optabit convalescere. [*Habes, qui Adsideat*] qui prope te sedeat, praestans tibi curam. [*Fomenta paret*] *fomenta* dicta, quod aegritudinem foveant. Inde *fomites* dicti, quod flammas foveant. [*Suscitet*] i. e. sanum faciat. [*Miraris*] miraris te odio esse, cum tu omnia argento postponas, i. e. miraris si nemo te amat, cum omnibus rebus praeponas argentum, h. e. cum post argentum ponis omnia. [*At si cognatos*] sensus est: At si cognatos, quos tibi gratuitos natura concessit amicos, humanitate tua tibi devinxeris, ita videris operam perdere, ut ille, qui asino velut equo vult uti. De asino autem proverbiale est. Aliter: At si velis aliquo obsequio, aliqua sedulitate conciliare tibi tuos affines, perdes operam, sicuti is, qui vult docere asinum currere. Nam qui in cursu exercet asinum, perdit operam, quia exercendus equus est. Sicut operam perdit, qui vult asinum frenis regere, ut vice equi fungatur; ita etiam perdit studium divitiarum, qui sine aliquo

vigilare metu exanimem] hoc scilicet patiuntur divites avari. [*Horum Semper ego optarim pauperrimus esse bonorum*] pulcher et gravis sensus recusantis divitias, quae cruciatum vitae domino afferunt. [*Non uxor salvum te vult*] quibus scilicet per avaritiam tuam durus atque iniquus es. [*Cum tu argento post omnia ponas*] *τμῆσις*. Ordo est: *Cum tu argento omnia postponas*. [*At si cognatos*] sensus est: An te putas ita operam perdere, si cognatos, quos tibi sine labore tuo natura tribuit, retinere volueris sive amicos servare, ut si quis velit asinum frenis regere, ut equi fungatur officio. Et hoc videlicet de asino proverbiale est, quia infacetum et inurbanum erit, si putemus illud ad praesens a poeta fictum esse. [*Et finire laborem*] h. e. quod, antequam haberes divitias, facere cupiebas, si eas parasses. [*Dives ut metiretur nummos*] h. e. adeo dives. Et

Suscitet ac natis reddat carisque propinquis!
Non uxor salvum te vult, non filius, omnes
Vicini oderunt, noti, pueri atque puellae.
Miraris, quum tu argento post omnia ponas,
Si nemo praestet, quem non merearis, amorem?
At si cognatos, nullo natura labore
Quos tibi dat, retinere velis servareque amicos,
Infelix operam perdas, ut si quis asellum
In campo doceat parentem currere frenis!
Denique sit finis quaerendi; quumque habeas plus,
Pauperiem metuas minus et finire laborem
Incipias, parto, quod avebas! ne facias, quod

v. 88. *At si* (nulla interrog.) mss. ap. Cruqu. et Talbot plerique, recep. Kirchn. quem vide ad h. l. — *An si* mss. Cruq. 1, duo. Pulm. 2, 4, 6, 10. ap. Torrent. Edd. Glarean. in Venet. 1544. Bentl. Cuning. Sanad. Gesn. Iahn. — *An sic cogn. — amicos?* ms. Sorb. ap. Val. prob. Wakef. Edd. Val. Azara. Fea, Doer. — *Atqui* Baxt. Sandby. — *Ac si* mss. Pott. 7, 16. Ed. Heind. e coniect. Wolfii. — *Non si* coni. Markl. — *Aut si — perdas* coni. H. Steph. Diatr. V. p. 97. — 90. *operam perdes* mss. Pulm. 10. Alii etiam *perdis.* — 91. *In campum* ante Lamb. edd. omnes et Fabr. Bas. 1580. Burm. — 92. pro *cumque habeas*, quod recte exhibent codd. alii legunt: *quoque habeas.* A Mureto esse videtur, et recep. Cruq. Steph. Chab. Bersm. Baxt. Wakef. Phil. Gesn. Heind. Doer. prob. Markl. et Bothius in Adnott. — *dumque* ms. ap. Feam, qui tamen cum Bentleio in textu habet: *quumque habeas.*

II, 3, 130.: *Insanum te omnes pueri clamantque puellae.* — v. 88. *At si cognatos, nullo natura labore Quos tibi dat, retinere velis servareque amicos, Infelix operam perdas*, sic ego h. l. cum *Kirchnero* scribo, qui intpp. aliter legentes optime refutat. — v. 91. *campus*, sententiae intpp. inter se discrepant, num campus Martius an alius quisque intelligendus sit? Res non tanti videtur esse momenti, ut verbum amplius addam, est procul dubio *Campus Martius*, qui sine addito laudatur supr. Carm. Lib. I, 8, 4. II, 9, 18. III, 1, 11. Serm. I, 6, 126. Serm. II, 6, 49. Epist. I, 6, 59. Epist. I, 7, 59. Epist. ad Pis. v. 162. — *Vmmidius quidam*, sic ego cum *Kirchnero* h. l. scribo. Vmmidium enim Romae hominem tam notum fuisse, quam Bentl. et Fea volunt, mihi quidem parum

beneficio amicos sibi vult retinere. [*Nullo natura labore Quos tibi dat*] qui nullo nostro labore, nulla industria, nobis nascuntur propinqui. [*Parentem*] famulantem, obedientem, ut doceat currere parentem, ut faciat. [*Deniq. sit finis quaerendi*] sensus est: Postremo cum aucta sit pecunia tua, minus iam debes paupertatem metuere et labor tuus finem debet accipere, cum habeas adquisitum, quantum optaveras. [*Parto, quod avebas*] i. e. quantum avidus fueras quaerere aut avide cupiebas; unde *avidi* avari sunt dicti. [*Dives*] deest *hic*, ita ut sit, ita dives. [*Non unquam*]

adeo pronunciatione adiuvandum. [*At hunc liberta securi Divisit medium, fortissima Tyndaridarum*] eleganter, quia Clytemnestra Tyndari fuit filia, quae Agamemnonem maritum securi percussit. [*Quid mi igitur suades*] haec per *μεγαλοφωνίαν* fingit sibi dicentem eum, quem alloqui-

Vmmidius quidam. Non longa est fabula: dives,
Vt metiretur nummos, ita sordidus, ut se
Non umquam servo melius vestiret, ad usque
Supremum tempus, ne se penuria victus
Opprimeret, metuebat. At hunc liberta securi
Divisit medium, fortissima Tyndaridarum.
«Quid mî igitur suades? ut vivam Maenius aut sic
Vt Nomentanus?« — Pergis pugnantia secum

v. 95. Fluctuant codd. inter *Vmidius* et *Vmmidius* (sic Cod. Guelf.). Ex duobus Feae codd. cumque Charisio ingeniose fecit Iahn.: *Nummidius*, quasi a *nummis* dictum, *ein gewisser Reiche*, *ein Silbermann*. Pro *quidam* Bentl. legit: *qui tam*. Ego tamen a vulgata recedere nolui. Cf. Kirchn. in Var. Lect. ad h. l. — 97. *Nonnunquam* ed. Chabot. ex ing. Sed *Non unquam* fortius ad aures sonat, quemadmodum Graecorum *οὐδὲ εἷς* negationem facit fortiorem, quam *οὐδείς*. — 100. *Tyndarearum* Cun. e coniect. *Tyndariarum* idem coni. recep. San. Val. Phil. — 101. *Maenius* (cf. Epist. I, 15, 26.) et *Nomentanus* homines erant perquam prodigi. Vid. Serm. II, 3, 224 sqq. Alii tamen *Maevium* substituunt, hominem avarum et sordidissimum, alii *Naevium* (sic Cod. Guelf. qui etiam *mî* ante *igitur* omis.) legunt, ut Fea, Wakef. et rel. quos vid. ap. Kirchn.

---

persuasum est. Sed si cui altera lectio: *Vmmidius, qui tam (non longa est fabula) dives, Vt* etc. magis arriserit, ego illi repugnare nolim, nam habet utraque, quo defendi atque commode intelligi possit. Cf. *Doer. Fea, Kirch. Heind.* aliiq. plur. ad h. l. — *Vmmidius*, vid. Index. — v. 96. *metiri nummos, μεδίμνῳ τἀργύριον ἀπομετρεῖν, mit Scheffeln messen*, locutio proverbialis. — *Tyndaridarum*, genere masculino, vid. Bentl. ad h. l., tam filios quam filias complectente. — v. 100. De *Maenio* et *Nomentano* cf. Index. — v. 102. *pergis* etc. componis res, quarum altera alteri omnino est contraria; *avaris* enim opponuntur *prodigi*. —

---

potest et *nonnunquam* legi, ut perraro melius servo vestitus fuerit. [*Tyndaridarum*] Graecarum mulierum. Significat autem Clytemnestram aut Helenam. Nam Clytemnestra Agamemnonem, Helena Deiphobum interfecit et ambae Tyndari filiae. [*Quid mî igitur suades*] fingit sibi respondentem eum, quem alloquitur. [*Vt vivam Maevius*] Maevius enim tam parcus fuit, ut merito sordidus appellaretur. Contra Cassius Nomentanus tam prodigus fuit, ut sestertium septuagies libidini et gulae impenderet. Huius cocum nomine Damam Sallustius Crispus centenis millibus aeris conductum habuit. Aliter: Nomentanus aut proprium nomen est aut gentile, de Nomentana civitate. Significat quendam Cassium luxuriosum, qui inde fuit. [*Pergis*] perseveras. [*Pugnantia secum Frontibus adversis*] i. e. quare pugnantia contra se loqueris? quia *avarus* et *luxuriosus* pugnantia sunt et non magis convertis te ad id, quod est commodum, i. e. medium. Ordo est: *Frontibus adversis pugnantia.* [*Componere*] com-

tur. [*Vt vivam Maevius Aut sic ut Nomentanus*] *Maevius* fuit in tantum parcus, ut sordidus merito haberetur; contra L. Cassius Nomentanus adeo sine respectu bonorum suorum prodigus, ut sestertiûm septuagies gulae ac libidini impenderet. Huius libertum Damam nomine P. Sallustius Crispus, historiarum scriptor, fertur centenis millibus conductum habuisse. [*Est inter Tanain quiddam, socerumq. Viselli*] *Tanais* spado fuit, ut quidam aiunt, Maecenatis libertus, ut nonnulli, L. Munatii, ut nonnulli, Plan-

Frontibus adversis componere: non ego, avarum
Quum veto te fieri, vappam iubeo ac nebulonem.
Est inter Tanain quiddam socerumque Viselli.
Est modus in rebus, sunt certi denique fines,
Quos ultra citraque nequit consistere rectum.
Illuc, unde abii, redeo: nemon' ut avarus

v. 103. *componere* (nulla interrog.) praeter edd. vett. Mediol. et Venett. Cruq. Fabr. Steph. Chab. Bersm. Torrent. Bond. Burm. Phil. Azara, Fea, Camp. Iahn. Kirchn. — *componere*? Lamb. Bentl. Baxt. Cun. San. Wakef. Gesn. Wolf. Heind. Doer. — 108. *nemon' ut avarus* mss. Cruq. it. ap. Torr. Edd. Medioll. Ald. Bas. Venett. vett. Glarean. Lamb. Fabr. Steph. Chab. Torr. Bond. Burm. Bentl. Cun. San. Phil. Wakef. Zeun. Azara. Fea, Wolf. Heind. Iahn. — *nemone, ut avarus*, Ed. Mediol. 1477. Bersm. Doer. — *nemo ut avarus* ms. Cruq. cf. Kirchn. ad h. l. — *qui nemo ut avarus* Cruq. e msc. 1 antiquiss. — *Graser*, V. D. in dissert. spec. advers. in serm. Platonis (sc. contra *Stalbaum*) initio h. l. tractavit. Corrigendum esse censet vs. 108.: *Nemo nam ut avarus se probet*, signo interrogationis post *comparet* posito. Sed, si locus corrigendus est, cum Hermanno (cf. Leipz. Lit. Zeit. No. 251. — 1829) scribam ego potius sic: *Illuc, unde abii, redeo: qui nemo, ut avarus, Se probet ac potius laudet diversa sequentes, Quodque aliena capella gerat distentius uber, Tabescat, neque se maiori pauperiorum Turbae comparet; hunc atque hunc superare laboret, Si festinanti semper locupletior obstat.* Part. *si*, quam ex coni. recep. *Hermannus*, ms. uno ap. Cruq. confirmatur. Sensus ex Hermanni emendatione hic est: *ich kehre nun zurück, von wo ich ausging: wie niemand, gleich einem Geizigen, mit seinem Loose zufrieden ist, sondern das eines Andern preiset, wie er Andere beneidet und nicht sich lieber mit Aermern vergleicht; wie er den und jenen zu übertreffen bemüht ist, wenn ihm immer ein Reicherer im Wege steht.*

---

v. 104. *Vappa* hic dicitur perditus et luxuriosus, stultus, insulsus, qui nihil sapit; a vino corrupto et evanido, (*schaal*) quod saporem perdidit. *Nebulones* autem vani et leves, ut nebulae; nam cum sine certo consilio vitam degant, nebulis et umbris sunt hominum similes." Schol. Cruq. — *Visellius* et *Tanais*, de quibus, quemadmodum de omn. nomin. propr., cf. Index. — *Illuc, unde abii, redo* etc. vid. Var. Lect. et quae Kirchn. ad

---

parare, quoniam quae repugnant, frontes adversas habent. [*Non ego*] poeta ad avarum. [*Vappam iubeo ac nebulonem*] *vappae* dicuntur perditi et luxuriosi. *Nebulones* vero vani et leves, ut nebula. Aliter: *Vappa* dicitur stultus et insulsus, qui nihil sapit. Dicitur enim *vinum vappa*, quod perdidit saporem. [*Est inter Tanain quiddam socerumq. Viselli*] Tanais libertus Maecenatis, nobilissimus spado; *socer* autem Visellii Herniosi, ac si diceret, multum interest inter Eunuchum et Herniosum, i. e. inter ramicosum et spadosum. [*Est modus in rebus*] ut Terent.: *Ne quid nimis.* Ideo ait: *Est modus in rebus, τὸ μέτρον ἄριστον.* [*Vltra citraq.*] ultra hos modos, i. e. fines, et infra rectum consistere non potest, sed in iisdem. [*Illuc, unde abii, redeo*] quia digressionem fecit, inducta fabula Vvidii (*sic*),

cii: *Visellii autem socer Herniosi.* Sumpsisse hoc ex proverbio Graeco, sub nominibus relatum est. Illi enim ita dicunt; quod tamen et in Latino sermone usurpari scimus. [*Est modus in rebus*] *modus*, inquit, in omni negotio adhibendus est. Nam si quid ei adiicere aut minuere velis, sine vitio non erit. [*Consistere rectum*] *rectum* absolutum nomen est. [*Illuc, unde abii, redeo*] ad sermonis sui sensum, quem inchoaverat, recurrit.

Se probet, ac potius laudet diversa sequentes;
Quodque aliena capella gerat distentius uber,
Tabescat, neque se maiori pauperiorum
Turbae comparet, hunc atque hunc superare laboret!
Sic festinanti semper locupletior obstat:
Vt, quum carceribus missos rapit ungula currus,

v. 114. *Vt, cum — currus, Instat.* Sic distinx. Lamb. Torr. Azara. Fea, Wolf. Camp. Doer. — *Vt cum — currus: Instat* vulgo.

---

hunc locum iam satis, Medius fidius! conclamatum adnotavit in sua Edit. Contra *Kirchnerum*, V. D. tantum id urgere velim, quod eius notam: „das *ut avarus*, wie Einige thun, für „*gleich dem Geizhals*" zu nehmen verbietet der Sinn, wie die Grammatik" — minime intelligere possum, neque si res ita haberet, Hermannum latere potuisset. — v. 109. *at potius* cum Baxtero legit Doeringus, fortasse ex typothetarum errore; nam vitiis typographicis turpiter scatet editio tertia, ut ipse quidem fatetur. — v. 114. Versus huius comparationis, a ludis Circensibus translatae, sunt elegantissimi, ut iam Doer. animadvertit, et sic passim in Satiris Horatii versus occurrunt epici poetae sublimitate et numeris dignissimi, e. c.: Serm. I, 5,

---

transit modo ad propositum suum, i. e. ad danda praecepta. Et est duplex sensus: Aut quod omnes alienas conditiones laudant, suas vituperant; sed praecipue avarus, qui se miserum dicit et egentem. Aut quod ceteri quidem homines aliena studia approbant, avarus vero in eo, quod avarus est, sibi placet. [*Nemon' ut avarus*] quod nemo avarus se probet. Nemo avarus sibi sufficiat, nec de se iudicet. Probat esse se avarum, qui aliena cum gemitu miratur. [*Se probet*] sibi placeat, se laudet. [*Ac potius laudet diversa sequentes*] i. e. moderationem, temperantiam. Ad sermonis sui sensum, quem inchoaverat, recurrit, cum coeperit ante dicere, nullum hominem statu rerum suarum gaudere et laudare diversa, a quibus dissentire tamen avarum ait, qui solum proposito suo gaudet. Haec autem admiratio pronunciantis non ad illud pertinet, quod avarus se non probet, sed quod nemo alius. [*Quodq. aliena capella gerat distentius uber, Tabescat*] quomodo tabescat avarus, cum viderit pleniora esse ubera capellae vicini sui. Ovidius: *Fertilior seges est alienis semper in agris, Vicinumque pecus grandius uber habet.* [*Neque se maiori*] quia maior est numerus pauperum, moneo, ut nemo se existimet pauperem. [*Pauperior. Turbae comparet*] ad illud redit, ut dicat, quomodo avarus non patiatur se esse pauperem, sed studeat singulos superare divitiis. [*Sic festinanti*] superiores divitiis vincere cupienti. [*Vt cum carceribus missos rapit ungula currus*] totus iste versus διάφορον est. Nam hoc interposito ‚sequenti superiorem' sensui adiungit, qui sensus talis est: Quemadmodum auriga instat cum equis, his, qui vincunt equos suos; quando autem instat? tum, cum rapit ungula currum, contemnit autem sequentem,

Cum coeperit autem dicere: *Nullum hominem statu rerum suarum gaudere et laudare diversa*, a quibus dissentire tamen avarum ait, qui proposito suo gaudet solus. Haec autem admiratio pronunciantis non ad illud pertinet, quod avarum se probet, sed quod nemo alius. [*Quodque aliena capella gerat distentius uber, Tabescat*] his quoque colligit aliena nobis placere magis quam nostra. Proverbium autem, quo et Ovidius usus est, cum ait: *Vicinumque pecus grandius uber habet.* [*Sic festinanti*] tantam cupiditatem adquirendae pecuniae ait esse, ut nemo velit alium locupletiorem se esse, sicut quadrigis certantes praecedentes urgere contendunt, sequentes negligunt. [*Rapit ungula currus*] *ungula* pro equis

Instat equis auriga suos vincentibus, illum
Praeteritum temnens extremos inter euntem.
Inde fit, ut raro, qui se vixisse beatum
Dicat et exacto contentus tempore, vita
Cedat uti conviva satur, reperire queamus.
Iam satis est; ne me Crispini scrinia lippi
Compilasse putes, verbum non amplius addam.

v. 116. *euntes* in Cod. Guelf. — 118. *tempore, vita Cedat* mss. Pulm. 1, 3, 6, 7. tres ap. Bersm. ap. Cruq. omnes praeter 2. ap. Torr. duo opt. ap. Talbot. omnes. Edd. Cruq. Bentl. Cun. San. Val. Wakef. Fea, Wolf. Heind. Pott. Iahn. Kirchn. — *tempore vitae Cedat* mss. nonnulli, quos vid. ap. Kirchn. Edd. ante Cruq. omnes et Steph. Bas. 1580. Bersm. Torr. Bond. Burm. Baxt. Phil. Gesn. Azara. Camp. atque hoc tempore recent. Doer. quod fortasse mirari poteris. — 121. *ideo* in Cod. Guelf. loco: *verbum*, quod omis. ex errore. — Ceterum Var. Lect. maioris tantum momenti notavimus; reperiuntur tamen, quas omisimus, copiose exaratae ap. Kirchn.

---

9 et 10. 73. 74. Serm. II, 1, 14 et 15. Serm. II, 3, 136. Serm. II, 8, 78. Epist. I, 7, [illegible]—14. — v. 120. *Crispinus*, cf. Serm. I, 3, 138. et Serm. II, 7, 45. — *lippi*, qui fit, Doer. inquit, ut Horatius, qui semet ipsum Serm. I, 5, 30. et 49. ad *lippos* refert, Crispinum, ut hominem *lippum*, carpat? Multa et mira de hac re disputata sunt ab intpp. Equidem puto, sic enim Doer. pergit, Horatium, contemptim ab adversariis *poetam lippum* appellatum, hoc ridiculum convicii genus, a corporis vitio petitum, in eos, quos contemnebat, salse regessisse. Sed nihil aliud quam iocose dictum hîc expressisse videtur. Quam ridicule igitur Bentl. correxerit *lippum*, sponte apparet, *verbum non amplius* de huiusmodi emmendatione *addam*.

---

i. e. posteriorem, ita avarus semper festinat vincere ditiorem. [*Suis equis*] septimus casus est. [*Vincentibus*] dativus, h. e. his instat, qui praecedunt; vel equis instat suos vincentibus, i. e. nititur transire priores, contemnens eum, quem transierat. [*Inde fit, ut raro, qui se vixisse beatum*] ὑπέρβατον. Inde fit, ut raro reperire queamus, qui se vixisse beatum dicat, adeo aviditate pecuniae, etiam circa diem mortis cupiditas ardet, quia dum studet pecuniis, aliquam requiem habere non potest, quia desiderio possidendi agitur, cum mors ei advenerit. [*Iam satis est*] modum sibi statuit de avaris dicendi. [*Crispini*] philosophi cuiusdam loquacissimi qui ἀρεταλόγος dictus est. Hic *Crispinus* poeta fuit, qui sectam Stoicam versibus scripsit. Sufficit ergo, inquit, me de avaris dixisse, h. e. Stoice locutum fuisse. Nam Stoici maxime de divitiis dixerunt, i. e. ne me quidam putet de libris Crispini, quae dico, surripuisse. [*Scrinia*] capsae, in quibus libri continentur.

τρόπῳ συνεκδοχῆς dicitur. [*Instat equis auriga*] *instat* his equis, qui suos vincunt. [*Inde fit, ut raro*] Sensus est: Cum nemo suo contentus sit, sed amplius semper habere quaerat; merito evenit, ut nemo se feliciter vixisse credat, nec cum ad senectutem perductus sit, ita gratus e vita abeat ut conviva, qui bene acceptus satur ex convivio discedit. Ordo autem est: *Inde fit, ut raro reperire queamus.* [*Ne me Crispini scrinia*] *Crispinus* philosophiae studiosus fuit. Idem et carmina scripsit, sed tam garrula, ut *Aretalogus* diceretur.

SATIRA II.

Argum. *In vita humana mediocritas aurea servanda est s. in medio semper tutissimus ibis. Quam sententiam in hac satira ita descripsit, ut hominum, qui, dum vitia quaedam fugiunt, in contraria currunt, diversa genera perstringeret ac rideret. In vitium ducit culpae fuga Epist. II, 3, 31. — Ceterum nonnullis locis exceptis, qui artis criticae curam vehementer efflagitare videbantur, verborum interpretationem consulto omisi. Pariter atque hic res habet supr. Epod. VIII. et XII. nam et illa carmina et hanc satiram satis interpretantur scholia ACR. et POR.*

Ambubaiarum collegia, pharmacopolae,
Mendici, mimae, balatrones, hoc genus omne
Maestum ac sollicitum est cantoris morte Tigellî:
Quippe benignus erat. Contra hic, ne prodigus esse
Dicatur, metuens, inopi dare nolit amico,

---

v. 1—134. De personis, quae in hac satira commemorantur, cf. Index. — Quod tamen verba singula eorumque interpretationem adtinet, vid. Le-

---

ACR. [*Ambubaiarum collegia*] ambubaiae dicuntur mulieres tibicines, lingua Syrorum. Etenim lingua eorum tibia sive symphonia *ambubaia* dicitur. [*Pharmacopolae*] i. e. unguentarii. [*Balatrones*] *balatrones* luxuriosos ac perditos vocat, a Servio *Balatrone*, cuius in secundo meminit; ut ex huius nomine similis vitae homines *balatrones* sint appellati. Legitur et *barathrones*, qui bona sua lacerant, i. e. in *barathrum* mittunt, a balatu intortae vocis, qui idem et *balatrones* dicti sunt, qui proprie vaniloqui. Vel *balatrones* a *balatu* ovium, quasi ciborum sectatores et quasi comestores, qui rem suam in gulam mittunt. Ideo autem dixit *cantoris*, quia dicebatur in poematis suis placere voce, non carminum probitate. Mutato nomine per invidiam cantorem pro musico obtrectatore dicit. Fuit autem modulator optimus, in Sardinia natus, is carmina Horatii negabat satis perite modulata et idcirco carpitur ab illo. [*Cantor. morte Tigelli*] M. Tigellius Hermogenes, musicus peritissimus, et vocis eximiae, C. Caesari dictatori et post Cleopatrae acceptissimus, Augusto quoque Caesari amicissimus. Erat autem largitor adeo, ut scenicis et circulatoribus multa donaret. [*Benignus*] *πλεονασμός*. Non enim vere benignus erat, sed prodigus. Ex illorum autem persuasione dixit: *Quibus donabat et largus nimium videbatur.* [*Contra hic*] quicunque

POR. [*Ambubaiarum collegia*] Tigellius Hermogenes, musicae artis scientia praeditus, C. Caesari dictatori fuit familiaris, postea Cleopatrae, quia dulciter cantabat et urbane iocabatur. Augusto quoque ita placuit, ut inter familiares ac domesticos haberetur. Erat autem largitor adeo, ut omnibus musicis et circulatoribus multa donaret. Et ideo morte ejus tristes eos ait factos esse. Porro autem causam insectandi hominis, non mediocris ingenii, habuit Horatius, quod carmina eius parum scite modulata esse dicebat. *Ambubaiae* autem sunt mulieres vagae ac viles, quibus nomen hoc casu vanorum et ebrietate balbutientium verborum videtur esse inditum. Nonnulli tamen *ambubaias* tibicines Syria lingua putant dici. [*Balatrones*] *balatrones* a *balatu* et vaniloquentia dicuntur. Colligit autem hac satira fere homines, dum vitia vitent, in contraria vitia recidere. [*Hunc si perconteris*] si interrogaveris illum, inquit, cur maiorum suorum mores vitans, pecuniam devoret, respondebit, nolle se videri sordidi pusillique animi et erunt, qui eum laudent, alii, qui vituperent. [*Conductis nummis*] *conductis nummis*, fenore sumptis, eleganter

Frigus quo duramque famem depellere possit.
Hunc si perconteris, avi cur atque parentis
Praeclaram ingrata stringat malus ingluvie rem,
Omnia conductis coemens obsonia nummis:
Sordidus atque animi quod parvi nolit haberi,
Respondet. Laudatur ab his, culpatur ab illis.
Fufidius vappae famam timet ac nebulonis.
Dives agris, dives positis in fenore nummis,
Quinas hic capiti mercedes exsecat, atque

---

xicon *Hor.* — v. 7—8. *Hunc si perconteris, avi cur atque parentis praeclaram ingrata stringat malus ingluvie rem* etc. *ingrata ingluvies* ea est, quae numquam exsatiatur, numquam acceptis contenta est. Lucret. III, 1016.: *animi ingratam naturam pascere semper atque explere bonis rebus, satiareque numquam*; ubi posteriora *ingratam naturam* egregie definiunt. Eodem quaesitiore vocis usu Callimachus H. in Cer. 91. de Erysichthone: *τὰ δ' ἐς βυθὸν οἷα θαλάσσας ἀλεμάτως ἀχάριστα κατέῤῥεεν εἴδατα πάντα.* Idem in fr. a Bentl. coll. CVI. v. 4.: *ὅσσα τ' ὀδόντων ἐνδόθι, νειαίρην εἰς ἀχάριστον ἔδυ·* Luculentius hanc potestatem vocis expositam habes in Cratetis fragmento apud Stob. XVII. p. 156.: *γαστρὸς δὲ πειρῶ πᾶσαν ἡνίαν κρατεῖν. μόνη γάρ, ὧν πέπονθεν, οὐκ ἔχει χάριν, ἀεὶ δὲ τοῦ δέοντος ἐνδεῖται πλέον.* Contra *gratum* dicitur, in quo acquiescimus, quo contenti sumus. Ita Serm. II, 6, 16.: *Si, quod adest, gratum iuvat*, est: Si praesenti fortuna libenter acquiesco; et Epp. II, 2, 210.: *Natales grate numeras?* num contentus es annorum, quos vixisti, numero, ita ut, si tibi vita excedendum sit, libenter moriaris. Ceterum in v. *stringere* metaphora non a frondibus, sed a lima ducta; unde et *oblimare* Serm. I, 2, 62. *rem patris oblimare*, h. e. atterere, imminuere. Nam qui a limo hoc derivatum volunt, ut sit quasi limo patrimonium obducere, quod volunt esse: conspectui subducere, facere, ut evanescat, uti segetes limo obductae, imaginem a re alienam inferunt et ipsi latinitati vim faciunt. *Mitsch. Racemat. Venus. Fasc. III.*

---

alius diverse vivit. [*Praeclaram rem*] amplum patrimonium. [*Ingrata*] sine gratia, qui omnia sine norma vorent. Quia non est grata gula, si propter ipsam consumptum fuerit patrimonium; aut quia quidquid ei praestiteris, gratiam tibi habere non potest. [*Ingluvie*] *ingluvies* dicitur voracitas gulae. [*Stringat*] consumat, adtenuet, comminuat, radat. [*Conductis*] fenore sumptis. *Conducuntur* enim quasi nummi, pro quibus merces solvitur, quamvis aliis conductis, congregatis intelligant. [*Ab his*] a frugi hominibus. [*Ab illis*] a sordidis, ab avaris. Avarus quidam fenerator contrario vitio laborans. [*Vappae*] *vappa* proprie dicitur, quod nec vinum nec acetum est. [*Famam timet*] nisi acriter exigat usuras. [*Ac nebulonis*] quem egestas fecerit fraudulentum. *Nebulones* dicuntur, qui humili genere nascuntur, unde etiam Comici servos nebulones dicunt. *Vappa* ac *nebulo*, i. e. vilis ac nugator, qui usuras exigit, dicitur. [*Quinas hic capti mercedes exsecat*] quinis centesimis fenerat aut exsecat,

dixit. Sicut *conducti* opere dicuntur ii, quibus merces ob opus praestatur. [*Fufidius vappae famam timet*] i. e. timet, nisi acriter usuras exegerit, *vappa* vocetur. [*Ac nebulonis*] *nebulo* dicitur vilis ac nugatorius. [*Quinas hic capiti mercedes exigit*] *mercedes* pro usuris dixit, secundum illud superius: *conductis nummis. Exigit* autem *capiti* ad illud pertinet, quod avari feneratores cum dant usurariam pecuniam primi mensis, usu-

Quanto perditior quisque est, tanto acrius urget.
Nomina sectatur, modo sumpta veste virili
Sub patribus duris, tironum. «Maxime,» quis non,
«Iupiter,» exclamat, simul atque audivit? — At in se
Pro quaestu sumptum facit hic. Vix credere possis,
Quam sibi non sit amicus, ita ut pater ille, Terentî
Fabula quem miserum gnato vixisse fugato
Inducit, non se peius cruciaverit atque hic.
Si quis nunc quaerat: «Quo res haec pertinet?« Illuc:
Dum vitant stulti vitia, in contraria currunt.
Malthinus tunicis demissis ambulat; est qui
Inguen ad obscenum subductis usque facetus.

---

de sorte deducit graviter laedendo debitores; aut accipit, ut in charta notet. [*Quantum perdit. quisq. est*] tanto, inquit, gravioribus usuris onerat unumquemque hominem, quanto eum viderit negligentius res suas agere. [*Vrget*] exigit pecuniam a debitore. [*Modo sumpta veste virili*] i. e. deposita praetexta et sumpta virili toga. *Tirones* autem vocavit adolescentes, deposita praetexta. Sensus autem: Dicit eum tam praecipitem avaritia, ut non dubitet filiis patrumfamilias cum periculo exigendi pecunias credere, dum modo usuras graviores imponat, i. e. id agit, ut debitores adolescentes habeat. His dat pecunias mutuas, qui sunt adolescentes et vivunt sub duris patribus. Hi enim cum maximis usuris pecunias libenter accipiunt, qui etiam plus iusto illi possunt dare centesimas. [*Sub patribus duris*] quia non licet *tironibus*, i. e. adolescentibus fenerari, ne prodigi essent, promittentes multas usuras propter accipiendam pecuniam. [*Quis non Iupiter exclamet?*] interrogative pronunciandum. Quis non miretur, cum audierit, quod quandoque centesimas exigit et clamet. Sed fortasse dicit aliquis, quod pro quaestu suo erigat in victum et qui multum adquirit, fortasse habet opulentiam vivendi. Ad haec ita respondeam: Non potes credere tu, qui audis, quo modo is fraudat ingenium suum, i. e. quomodo se necat. [*Pro quaestu sumpt. facit hic*] largiter potitur suo censu et bene procurat corpus suum. [*Quam sibi non sit amicus*] quanto cruciatu se affligat. [*Ita ut pater ille Terenti*] ita sibi est inimicus avarus, ut non peius se afflixisse videatur Menedemus. [*Atque*] pro quam, ut sit pronomen hic, h. e. avarus. Alii sic exponunt: *Hic* adverbium, ut sit in hoc loco. [*Quo res haec pertinet*] quo mea sententia tendat. [*Dum vitant*] i. e. dum volunt dici prodigi, efficiuntur avari. [*Malthinus tunicis demiss. ambulat*] *tunicis demissis*,

ras capiti ipsius sortis statim amovebant, h. e. ergo *exigit* (sic). [*Quanto perdit. quisq. est, tanto acrius urget*] ac tanto, inquit, gravioribus usuris onerat unumquemque, quanto intellexerit eum negligentius res suas agere. [*Nomina sectatur*] dicit eum tam praecipitem esse avaritia, ut non dubitet etiam filiisfamilias cum periculo exigendo pecunias credere, dummodo creditori suo graves usuras imponat. [*Pro quaestu sumptum facit hic*] hoc *καϑ᾽ ὑποφορὰν* dicitur, cuius sensus est: Sed putat forsan aliquis pro modo quaestus sibi eum indulgere, cui haec respondet. [*Pater ille Terenti*] notus est apud Terentium Menedemus ille senex, qui de se poenas exigit, quod filium a se per duritiam suam fugaverit. [*Malthinus tunicis demissis ambulat*] sub *Malthini* nomine quidam Maecenatem suspicantur significare, ab re tamen finxit; *μαλϑακὸς* enim quasi *μαλακὸς* dicitur. Porro autem *tunicis demissis ambulare* eorum est, qui se mol-

Pastillos Rufillus olet, Gorgonius hircum.
Nil medium est. Sunt, qui nolint tetigisse nisi illas,
Quarum subsuta talos tegat instita veste:
Contra alius nullam, nisi olente in fornice stantem.
Quidam notus homo quum exiret fornice, «Macte
Virtute esto!« inquit sententia dia Catonis,
Nam simul ac venas inflavit tetra libido,
Huc iuvenes aequum est descendere, non alienas
Permolere uxores.« «Nolim laudarier,« inquit,
«Sie me,« mirator cunni Cupiennius albi.
Audire est operae pretium, procedere recte

---

ut sibi honestus videatur. Composuit autem nomen, quasi a *μαλϑακὸς Malthinus*. Maecenatem tangit, varicosus enim fuit, delicatior et solutus. [*Est qui Inguen ad obscen. subduct. usq. facetus*] est, qui sibi facetus esse videatur, si altiore veste utatur. [*Pastillos*] *διαπλάσματα*, unguenta. [*Rufillus olet*] hoc vult dicere, quod neque *pastillos* homo debet olere, neque *hircum*. [*Nil medium est*] nihil fit mediocriter. [*Sunt, qui nolint tetigisse*] *tetigisse* pro tangere. Proprie dixit *tetigisse*, unde et intactae virgines dicuntur, ut: *Cui pater intactam dederat*, i. e. sunt, qui nolint tangere, nisi matronas. [*Subsuta talos tegat instita veste*] quia matronae stola utuntur demissa usque ad imos pedes, cuius imam partem ambit instita subsuta. *Instita* autem dicitur *τὸ περὶ πέδιλον*, quod togae subsuebatur, quo matronae utebantur. *Subsutam vestem* praetextam dixit. *Instita* autem est tenuissima fasciola, quae praetexta dicitur. *ἀλληγορικῶς* autem dixit, alias non vult nisi matronas petitum ire. [*Quidam notus homo*] honestus et nobilis. Catone transeunte quidam exiit de fornice, quem cum fugeret, laudavit et revocavit. Postea cum frequentius eum exeuntem de eodem lupanari vidisset, dixisse fertur: *Adolescens, ego te laudavi, tanquam huc interdum venires, non tanquam hic habitares.* [*Macte virtute*] *macte*, magis macte, ut: *Macte nova virtute, puer.* [*Esto*] adverbium consentientis vel approbantis. [*Dia*] divina. Catonem illum Censorium dicit. [*Tetra*] odiosa, pessima. [*Huc*] ad fornicem. [*Permolere*] violare, polluere, affectare, appetere, subigitare, ut habemus in Terentio. De ipso actu turpi dicit. [*Cupennius*] *Cupennius* quidam, amator matronarum, ait, hoc modo me laudari nolo. Hic familiaritate Augusti clarus fuit, corporis sui diligens et sectator matronarum. *Albi* autem matronalis dicitur. [*Audire est operae pret.*] *audire*, inquit, quae patiuntur moechi, qui eos odistis. Fructus est his, qui oderunt moechos,

les ac delicatos haberi velint. [*Pastillos Rufillus olet*] haec quoque ad immoderatam intemperatamque voluptatem pertinent. Alii quippe munditias plus iusto affectant, alii nullam corporis sui habent curam. [*Sunt, qui nolint tetigisse*] matronas significat. Hae enim stola utuntur ad imos pedes demissa, cuius imam partem ambit instita adsuta. [*Quidam notus homo, cum exiret fornice*] M. Cato ille Censorius cum vidisset hominem honestum ex fornice exeuntem laudavit, existimans, libidinem compescendam esse sine crimine. [*Macte*] magis aucte, i. e. cumulate significat. [*Nolim laudarier, inquit, Sic me*] Cupennius Libo Cumanus, Augusti familiaritate clarus, corporis sui diligentissimus, sectator matronarum concubitus. *Albi* autem non pro candido videtur mihi dixisse, cum utique possint et vulgares mulieres etiam meretrices candidae esse, sed ad *vestem albam*, qua matronae maxime utuntur, relatum est. [*Audire est*

Qui moechos non voltis, ut omni parte laborent;
Vtque illis multo corrupta dolore voluptas,
Atque haec rara, cadat dura inter saepe pericla.
Hic se praecipitem tecto dedit; ille flagellis
Ad mortem caesus; fugiens hic decidit acrem
Praedonum in turbam; dedit hic pro corpore nummos;
Hunc perminxerunt calones; quin etiam illud
Accidit, ut cuidam testes caudamque salacem
Demeteret ferro. «Iure« omnes; Galba negabat.

---

audire, quantis incommoditatibus adstringantur. Vel etiam *operae pretium est audire*, quod etiam voluptas, quam capiunt moechi, non est plena. Imminuitur autem multis incommoditatibus. Ordo: *Operae pretium audire vos, qui non vultis.* Vel *operae pretium est audire moechos,* qui non vultis procedere recte ad meretricem, quemadmodum laborent omni parte et quemadmodum saepe cadat haec voluptas atque haec ipsa rara inter dura pericula corrupta multo dolore tam in expendendo pecunias quam propria membra perdendo. Vrbane abutitur Ennianis versibus. Ille enim ait: *Audire est operae pretium procedere recte, Qui rem Romanam Latiumque augescere vultis.* Sed illud urbanius, quia cum Ennius *vultis* dixerit, hic *non vultis* intulerit. [*Cadat*] pertingat, eveniat, quia raro contingunt concubitum matronarum, quas amant. [*Saepe inter dura pericla*] quae imminent illis, quia inter maxima pericula raro provenit voluptas. [*Hic se praecipitem tecto dedit*] de incommodis adulterorum. [*Ille flagellis ad mortem caesus*] hoc de Sallustio videtur dicere. Sallustius enim Crispus in Faustae filiae Syllae adulterio deprehensus, ab Annio Milone flagellis caesus esse dicitur, quem Asconius Pedianus in vita eius significat. *Ad mortem* autem prope mortem. [*Dedit hic pro corpore nummos*] nonne stupraretur, sed meliusne castraretur. *Pro corpore* autem, pro obscena parte corporis. [*Hunc perminxerunt*] *perminxerunt*, stupraverunt. *Calones* sunt ministri militum, liberi homines. *Lixae* vero sunt servi eorum. [*Accidit*] solet accidere. [*Testes*] testiculos. [*Caudamq. salacem*] virgam virilis membri. *Salaces* dicuntur libidinosi. *Salacem* ergo libidinosam. Dicitur enim membrum illud, in quo libido est, esse salsum. Alii a *saliendo* dicunt *salacem.* [*Demeteret*] abscinderet. Multis, inquit, etiam virilia amputata sunt. [*Iure omnes*] supple: factum esse dicebant. [*Galba negabat*] Galba iu-

operae pretium procedere recte] urbane abutitur Ennianis versibus: *Audire est operae pretium, procedere recte, Qui rem Romanam Latiumque augescere vultis.* Sed ille urbanius, quod cum Ennius *vultis* dixerit, hic *non vultis* intulerit. [*Vtq. illis multo corrupta dolore voluptas, Atq. haec rara cadat*] merito hoc dicitur, cum adulteris raro contingat concubitus earum, quas sectantur et ipso metu non sinceram inde voluptatem percipiant. [*Ille flagell. ad mortem caesus*] hoc de C. Sallustio dicit, qui deprehensus ab Annio Milone in adulterio Faustae, Syllae filiae, uxoris eius, caesus est. [*Dedit pro corpore nummos*] ne testes ei abscinderentur, poenam pecunia redemit. [*Hunc perminxerunt calones*] *perminxerunt* pro stupraverunt positum est. *Calones* autem servi dicuntur a *calando*, et hoc est, quod vocent ad ministerium. Nonnulli a *Calendis* putant, quod eo die cibaria accipiant. [*Quin etiam illud Accidit*] in adulterio deprehensis interdum evenisse, ut virilibus amputatis dimitterentur. [*Iure omnes, Galba negabat*] subaudiendum hic extrinsecus *Iure omnes* ,factum dicebant', Galba autem negabat. Amare autem Servium Galbam iurisconsultum perstrinxit, quasi contra manifestum ius pro ad-

Tutior at quanto merx est in classe secunda!
Libertinarum dico, Sallustius in quas
Non minus insanit, quam qui moechatur: at hic si,
Qua res, qua ratio suaderet, quaque modeste
Munifico esse licet, vellet bonus atque benignus
Esse, daret, quantum satis esset, nec sibi damno
Dedecorique foret; verum hoc se amplectitur uno,
Hoc amat, hoc laudat: «Matronam nullam ego tango.«
Vt quondam Marsaeus, amator Originis ille,
Qui patrium mimae donat fundumque laremque,
«Nil fuerit mî,« inquit, «cum uxoribus unquam alienis!«
Verum est cum mimis, est cum meretricibus, unde
Fama malum gravius quam res trahit. An tibi abunde
Personam satis est, non illud, quidquid ubique
Officit, evitare? Bonam deperdere famam,

---

ris peritus et ipse sectator matronarum, qui dicebat non iure factum, ut testes amputarentur, quia primo adulterii poena pecuniaria erat. [*Tutior at quanto merx est*] quanto melius est et tutius uti libertinis comparatione adulterii? Sed dicit, tanto ardore fertur Sallustius in libertinas, quanto moechus ardore fertur in matronas. Ipse enim Sallustio in senatu a censoribus hoc obiectum est. Tum ille non se matronarum, sed libertinarum sectatorem esse testatus est et ideo ex senatu expulsus est, quod excusat idem in Catilinae bello. Sensus autem hic est: Dico tutius esse, ut libertinae appetantur, sed et in ipsis si quis propensior fuerit, infamatur, ut Sallustius Crispus. [*Qua res*] in antiquioribus: *Quā res* invenio, ut sit sensus: In quantum res. Deest *tenus*, ac si diceret *eatenus.* Ex sequentibus enim hoc intelligimus: *Quā res, quá ratio*, quatenus res, quatenus ratio, ut hic, si vellet, iungamus, ut sit: Si hic vellet bonus videri, h. e. Sallustius si vellet ea ratione, qua modeste uti licet, largus atque benignus esse, daret quantum satis esset et quantum ipsa res flagitaret. [*Verum hoc se amplectitur uno*] hoc sibi solo blanditur, i. e. amore libertinarum. [*Vt quondam Marsaeus, amator Originis*] ordo: *Vt quondam*, inquit, *Marsaeus amavit mimam quandam Originem* nomine, in quam patrimonium suum expendit. [*Vnde*] ex quo amore maiorem pateris infamiam, quam profusionem, nam meretricibus uti conceditur, non amare. [*Fama malum gravius*] *fama*, i. e. opinio tua. Vnde fama malum trahit, quod gravius est, quam rei familiaris. [*An tibi abunde*] ζεῦγμα ab inferiori, evitare, i. e. non sufficit tibi evitare personam, nisi illud vitaveris, quod ubique obest. Non enim tantummodo obest tibi, si amas matronam, sed etiam meretricem. [*Bonam deperdere famam*] et

ulteris responderet, quia et ipse adulter esset. [*Tutior at quanto merx est*] ait quidem multo tutius esse, libertinae conditionis sectari mulieres, quas tamen si cupidius quis appetat, ut Sallust. Crispus, infamiam corruptorum morum incidere. [*Daret, quantum satis esset*] h. e. quantum permittitur Sallustio modestiae temperamento largiri. [*Vt quondam Marsaeus, amator Originis ille*] mima quaedam nomine *Origo* fuit iisdem temporibus, in quam Marsaeus patrimonium suum impendit. [*Vnde fama malum gravius*] hoc ex persona sua Horatius dixit, intelligi volens ex nimio mimarum aut meretricum amore vexari quidem censum, sed multo graviora damna famae accidere. [*An tibi abunde Personam satis est, non illud, quidquid ubique officit, evitare*] ait non satis esse personam

Rem patris oblimare, malum est ubicunque. Quid inter-
est, in matrona, ancilla peccesve togata?
Villius in Fausta Sullae gener, hoc miser uno
Nomine deceptus, poenas dedit usque superque
Quam satis est, pugnis caesus ferroque petitus,
Exclusus fore, quum Longarenus foret intus.

v. 63. Comma, quod vulgo post *ancilla* legitur, recte delevit *Heindorfius*. — *ancilla togata* est liberta meretrix, quae feminae togas gerebant, matronae autem stolas et pallas. — v. 80. *Nec magis huic,*

in matrona et in libertina et in meretrice. Hoc ex sua persona dicit Horatius, intelligi volens, ex nimio mimarum aut meretricum amore vexari quidem censum, sed multo graviora damna famae accedere. [*Oblimare*] deterere, consumere, tractum a *lima*, qua fabri utuntur aut certe a *limo*, ut sit obducere, ut dicimus quaedam limo obducta periisse. [*Quid inter Est*] negat interesse quidquam, utrum quis in matrona an in ancilla an etiam in adultera delinquat. Secutus opinionem Stoicorum, qui omnia peccata paria esse dicunt, neque enim rei admissae quantitatem, sed admittentis voluntatem spectant. [*Peccesve togata*] matronae, quae a maritis ob adulterium repudiabantur, togam accipiebant, sublata stola propter ignominiam. *Toga* autem meretrici apta, ita enim prostare solebant cum pullis togis, ut discernerentur a matronis. Et ideo quae adulterii damnatae fuerant, hac veste utebantur. Aliter *Togatae* dicebantur in publicum procedere feminae adulterii admissi causa. Alii togatam dicunt libertinam, quia antea libertinae toga utebantur. [*Villius in Fausta*] pro eo quod est, in matrimonio Faustae. Semper incerta pro certis. Nam Fausta, Syllae filia, Tito Annio Miloni nupta fuit, ut supra exposuit. Alibi: *Me dulces dominae Musa Licymniae Cantus*, pro Terentiae. Et: *Malthinus tunicis demissis ambulat*, pro Maecenas. Et hic: *Villius in Fausta*, i. e. Annius in Fausta, eodem numero syllabarum commutationem nominum fecit. [*Syllae gener*] non vere gener, sed quia filiam Syllae stupravit ita frequenter, ut ipse gener esse videretur. Nam Longarenum habuit maritum. [*Hoc miser uno Nomine deceptus*] quoniam nobilis filiam affectavit uxorem; vel hac re, quod dicebatur matronas appetere. *Deceptus*, quia amator decipitur nobilitate dilectae, qui putat hoc se minus peccare, quod nobilem stupret. Vel *deceptus*, quod filia Syllae esset hominis potentis et clari, sperans talis viri filiam castam fore victuram, nec unquam posse peccare. *Fausta* dicebatur filia Syllae; hanc cum Villius impetrasset uxorem, forte Longarenus adulter domi eiusdem puellae erat. Ita Villius collisus est plagis et nihilominus eam postea tenuit apud se propter nobilitatem. Annius Milo maritus fuit Faustae, Cornelii Syllae filiae, qui rediens a coena a familia Longareni, adulteri uxoris suae, ante aedes suas, ne adulterum deprehenderet, pugnis caesus est et ferro petitus. [*Exclusus fore*] a familia Longareni, moechi. Et notandum *fore* numero singulari. Terent. in Adelph.: *Quidnam concrepuit fores?* Item Cicero pro Cornelio: *Aperuit forem scalarum;* sed ex verbis accusato-

matronae evitare, nisi etiam illud, quidquid nocet atque officit, evites. [*Rem patris oblimare*] *oblimare* conterere significat, ut quae a fabris limantur. [*Quid inter-Est, in matrona*] negat interesse quidquam, utrum quis in matrona an in ancilla an etiam in adultera delinquat. Secutus opinionem Stoicorum, qui omnia peccata paria esse dicunt, nec rei admissae quantitatem, sed admittentis voluntatem spectant. *Togatae* autem in publicum procedere cogebantur feminae, adulterii admissi convictae. [*Villius in Fausta*] *Villius* pro Annio dixit. Annius autem Milo maritus fuit Faustae, Cornelii Syllae filiae, qui a familia Longareni rediens a coena

Huic si mutonis verbis mala tanta videntis
Diceret haec animus: «Quid vis tibi? numquid ego a te
Magno prognatum deposco consule cunnum
Velatumque stola, mea quum conferbuit ira?«
Quid responderet? «Magno patre nata puella est.«
At quanto meliora monet pugnantiaque istis
Dives opis natura suae, tu si modo recte
Dispensare velis ac non fugienda petendis
Immiscere! Tuo vitio rerumne labores,
Nil referre putas? Quare, ne poeniteat te,
Desine matronas sectarier, unde laboris
Plus haurire mali est, quam ex re decerpere fructus.
Nec magis huic, niveos inter viridesque lapillos

inter niveos viridesque lapillos sit licet, o Cerinthe, tuo tenerum est femur aut crus Rectius. Sic hunc locum constituere Bentl. Iahn, aliiq. plur. Sed inopportuna est matronae et Cerinthi comparatio, (quod etiam *Iahnus* sentit) cum non de Cerintho, sed de puellis togatis matronae praeferendis agatur. Vnde cum Fea ex plerisque codd. scribere malui: *Nec magis huic, inter niveos viridesque lapillos (Sit licet hoc, Cerinthe, tuum) tenerum est femur* etc. i. e. matronae femur, etiamsi tenerrimum sit et cum Cerinthi femore comparari possit, margaritis et smaragdis non magis tenerum redditur. Quare propter cultum matronae amor non expediendus est; sin autem pulchritudinem spectas, meretrices persaepe meliora femora ha-

ris ridentur, ut in Flacciana *strangulavit* posuit. [*Huic*] i. e. Villio, si animus loqueretur ex verbis mutonis. *Muto* autem dicitur membrum virile, ut Lucilius in VIII libro: *Laeso iam lacrymas mutoni absterget amica.* [*Magno prognatum deposco consule*] de stirpe magni consulis oriundam. [*Velatumq. stola*] proprie *toga* mulieris *stola* dicitur. Et notandum in hoc versu, quod toga et stola communem syllabam fecerint. [*At quanto meliora monet*] i. e. quanto meliora monet natura tuis sensibus, quia abundat necessariis; his scilicet, quae usus exigit. Abundat autem, si sis bonus dispensator, i. e. si tu his recte usus fueris. [*Dives opis naturae suae*] i. e. quae natura propriis opibus abundat, quoniam quantum est in ipsa, non denegat voluptatem simpliciter adquisitam. [*Modo*] tantummodo. [*Recte Dispensare velis*] i. e. si cum ratione velis erogare et vivere. [*Ac non fugienda petendis immiscere*] i. e. si non velis immiscere ea, quae debes fugere vel petere. [*Tuo vitio rerumne*] tu putas nihil interesse, utrum tuo vitio labores an naturae? Nostro vitio laboramus, si dolemus, cum desit phasianus: rerum natura laboramus, si dolemus, cum desit panis. Alii dicunt: vitio nostro laboramus matronam concupiscentes; rerum vitio, si usus feminae non adest. [*Vnde*] a quibus, ut: *Genus unde Latinum.* Non est autem loci, sed personae. [*Haurire*] adquirere, percipere. [*Quam ex re decerpere fructus*] plus mali

ante aedes suas, ne adulterum deprehenderet, pugnis caesus est et ferro petitus, quem ait nulla alia re in hanc iniuriam ac contumeliam incidisse, quam quod magnae nobilitatis uxorem habere affectaverit. [*Huic si mutonis verbis*] *mutonem* pro membro virili dixit, Lucilium imitatus, etenim ille in Serm. IV. sic ait: *Laeso iam lacrymas mutoni absterget amica.* [*At quanto meliora monet*] quanto meliora monet, quam tu, quae natura aestimat. [*Dives opis natura suae*] bene dicta *dives opis natura suae,*

(Sit licet hoc, Cerinthe, tuum) tenerum est femur aut crus
Rectius, atque etiam melius persaepe togatae est.
Adde huc, quod mercem sine fucis gestat, aperte,
Quod venale habet, ostendit; nec, si quid honesti est,
Iactat habetque palam, quaerit quo turpia celet.
Regibus hic mos est, ubi equos mercantur, opertos

---

bent. Ita quoque hic locus legitur apud *Kirchn.* — v. 84-85. *Quod venale habet, ostendit*, meretrix s. libertina suis ex moribus eam corporis partem, qua quaestum facit, scilicet pro nummis sibi solvendis, *ostendit*, ostendere haud erubescit, quod nequaquam facere solent matronae. Dum vero hac ratione omnem propellit pudorem, altera *neque quaerit, quo turpia celet*, (sicuti matronae per stolam) sed, quod pulchrum est, iactat palamque habet. — Doer. h. l. sic corr.: *nec, si, quod honestum est, Iactat habetque palam, quaerit, quo turpia celet*, i. e. nec, quamquam id, quod pulchrum est, iactat et palam habet, quaerit, (*quo*) quomodo turpia celet. — Mihi contra locus ita scribendus esse videtur: *neque, si quid honesti Iactat habetque palam, quaerit, quo turpia celet*, i. e. *auch ist sie nicht bemüht*, *wenn sie* (auf der einen Seite) *Hübsches zur Schau traegt*, (auf der andern) *Ungefaelliges zu verbergen.*— *Honesti* (omisso *est*) mss. tres ap. Bersm. Lips. 3. ACR.

---

accipit, qui amat nobilem, si fuerit deprehensus, quam fructus, si impetraverit. [*Nec magis huic*] i. e. nobili. Ostendit, non divitiis fieri pulchritudinem, sed natura. Et sermonem suum convertit ad puerum Cerinthum, pulcherrimum hoc tempore. Id est, nec magis erat tuum femur, o Cerinthe, tenerum aut crus rectum, si inter niveos viridesque lapillos iacueris. Hic autem docet natura, non ornatu pulchras esse mulieres. Hic autem Cerinthus dicitur illis temporibus fuisse prostibulum pulcherrimum. *Prostibulum* autem dicitur scortum. Fuit autem hic puer insignis facie atque candore. Ordo est: *Nec femur aut crus est magis tenerum huic*, i. e. nobilis inter niveos et virides lapillos, quam, o Cerinthe, hoc sit tuum, cum rectius femur atque etiam melius crus persaepe togatae. [*Viridesq. lapillos*] margaritas, gemmas. [*Melius*] decentius. [*Togatae*] plebeiae ancillae. Nec magis invenis pulchras nobiles, quam ignobiles. [*Adde huc*] ad commoda eorum, qui simplici contenti sunt femina, quae nullo lenocinio formatur. [*Sine fucis gestat aperte*] sine velamine simulationis, sine lenocinio et extraneis ornamentis. *Fucus* genus est herbae marinae, unde lana inficitur. Et in carminibus Horatii: *Neque amissos colores Lana refert medicata fuco.* Et Virg.: *Alba nec Assyrio fucatur lana veneno.* Inde etiam corruptae merces *fucatae* vocantur. Et pro dolis et fraudibus. Terentius in Eunucho: *Fucum factum mulieri.* [*Neque si quid honesti*] i. e. pulchri, ut poeta: *Et quocunque Deus circum caput egit honestum.* Matronae, inquit, si quid honesti habent, id solum ostentant; quod turpe est, magnopere occultant; non ita fit in meretricibus, quae aliquando et pulchriores sunt. [*Iactat habetq. palam*] ut divites matronae faciunt. [*Regibus hic mos est*] reges, quando emunt

quoniam quantum est in ipsa, non denegat voluptatem simpliciter quaesitam. [*Tuo vitio rerumne*] *tuo vitio* laboras, si matronem concupiscas; *rerum* autem, si feminam. [*O Cerinthe*] Cerinthus nomine prostitutus dicitur fuisse, insigni specie atque candore. [*Adde huc, quod mercem sine fucis portat aperte*] adiice huc, inquit, ad commoda eorum, qui simpliciter meretricum concubitu contenti sunt, quod nullo lenocinio tecta ac fucata corpora in usu habent, nudaque conspiciunt. Matronae autem si quid formosi habent, id solum ostendunt, quod reprehensibile est, magnopere occultant. [*Regibus hic mos est, ubi equos mercantur, apertos inspi-*

Inspiciunt, ne, si facies, ut saepe, decora
Molli fulta pede est, emptorem inducat hiantem,
Quod pulchrae clunes, breve quod caput, ardua cervix.
Hoc illi recte: ne corporis optima Lyncei
Contemplere oculis, Hypsaea caecior illa,
Quae mala sunt, spectes. — «O crus! o brachia!« — Verum
Depygis, nasuta, brevi latere ac pede longo est.
Matronae praeter faciem nil cernere possis,
Cetera, ni Catia est, demissa veste tegentis.
Si interdicta petes, vallo circumdata (nam te
Hoc facit insanum) multae tibi tum officient res;

---

equos, operiunt eos, ne pulchritudine inducti aut clunium aut faciei emant equum pedibus mollioribus. Hoc ergo dicit, unumquemque debere idem facere circa contemplationem mulieris, ut magis utilitatem quam speciem formae eius sectetur aut natalium. [*Ne, si facies*] ordo est: *Ne, si facies decora fulta est molli pede, inducat hiantem emptorem*, quia hiantes in bona non cernimus vitiosa. [*Inducat*] decipiat. [*Hiantem*] cupientem. [*Quod pulchrae clunes*] *Clunes* dixit in feminino genere, sed Iuven.: *Hic clunis* dixit, quod tenemus. [*Corporis optima*] pulcherrima in mulieribus. [*Lynceis Contempl. oculis*] *Lynceus* quidam tantam vim in acumine oculorum dicitur habuisse, ut trans parietem videret et dum staret in Sicilia, videret classes de Africa exeuntes, h. e. debes in utraque parte iudicium habere. [*Hypsea caecior*] matrona fuit quaedam eo tempore vitiosis oculis. [*O crus*] nescio, cur laudas crus et brachia, sed habet vitia inter nates et potes eam contemnere. [*O brachia*] quasi haec habere dicat spectator plebeiam nescio quam. [*Depygis*] i. e. sine natibus. *Pyga* enim est pars corporis posterior aut certe cum magnis natibus, ut *de* hic *valde* intelligatur. *Πυγή* autem Graece dixit. [*Brevi latere*] deforme est in feminis furcam latere habere maiorem. [*Matronae praeter faciem*] praeter faciem, inquit, nihil cernere matronae possis, reliquae enim corporis partes veste celantur; nisi forte Catiae similis est, quae neglecto pudore propter pulchritudinem crurum elata veste utebatur. Haec autem adeo vilis fuit, ut in aede Veneris theatri Pompeiani adulterium committeret. [*Si interdicta petes*] si honestae feminae, quam compellere non licet, concubitus appetes. *Interdicta* autem prohibita. [*Vallo circumdata*] custodiis munita, circumdata satellitibus, ἀλληγορικῶς, vel *vallo*, i. e. ornatu vestium. [*Insanum*] pronum ad libidinem. Sem-

ciunt] reges equos si emunt, *apertos* considerant, ne, si species eorum mollities ungularum destitueret, capti pulchritudine inutiles equos mercarentur. Hoc igitur dicit unumquemque debere facere circa contemplationem mulieris, ut magis utilitatem, quam speciem formae eius aut natalium sectetur. [*Hypsea caecior*] Placia Hypsea vitiosos oculos habuisse dicitur, quam hic amare in transitu percussit. [*Matronae praeter faciem*] praeter faciem nihil cernere matronae possis. Reliquae enim corporis partes veste teguntur, nisi forte Catiae similis est, quae ob pulchritudinem crurum, pudore neglecto, alta veste utebatur. Haec adeo vilis fuit, ut in aede Veneris theatri Pompeiani adulterium cum Valerio ac Siculo colono, tribuno plebis, obducto velo admiserit. [*Si interdicta petes vallo circumdata*] si honestae feminae, quam compellere non licet, propter quod maxime incenderis, concubitus appetes, multa sunt, quae te impediant, quominus perspicere possis, qualis sit, quam conspicis. *Vallo* autem *circumdata* ἀλληγορικῶς dicitur, quod est custodiis septa ac praemunita.

Custodes, lectica, ciniflones, parasitae,
Ad talos stola demissa et circumdata palla;
Plurima, quae invideant pure apparere tibi rem.
Altera, nil obstat; Cois tibi pene videre est
Vt nudam, ne crure malo, ne sit pede turpi;
Metiri possis oculo latus. An tibi mavis
Insidias fieri, pretiumque avellier ante
Quam mercem ostendi? — *Leporem venator ut alta*
In nive sectetur, positum sic tangere nolit,
Cantat et apponit: «*Meus est amor huic similis: nam*
Transvolat in medio posita et fugientia captat.« —
Hiscine versiculis speras tibi posse dolores

---

per enim ibi plus incendimur, quo difficilius pervenimus. [*Lectica*] quoddam vehiculum, quod trahitur a mulis et equis. [*Ciniflones*] ciniflones et cinerarii eadem significatione apud veteres habebantur ab officio calamistrorum, i. e. ferrorum in cinere calefaciendorum, quibus matronae capillos crispabant, cuius rei et Virg. meminit dicens: *Crines Vibratos calido ferro.* Dicti autem *Ciniflones* ab eo, quod in cinerem flant ad ferrum calefaciendum, quos cinerarios appellant. [*Palla*] pro περιποδίῳ posuit, quod dicunt tunicae pallium. [*Invidebant*] obstabant. [*Altera nil obstat Cois*] altera, inquit, quae prostat, praelucida utitur veste, ita ut nuda conspici possit. Haec autem vestis in Co insula conficitur, per cuius nimiam subtilitatem, quae sunt interiora, translucent. [*Pene videre est Vt nudam*] prope ita potes eam videre, ut nudam. Sensus est: Paupercula induta est Coa veste subtilissima et ideo potes eam totam videre, brachia, tibias et pedes, veluti nuda sit. [*Leporem venator ut alta in nive sectetur*] inducit quasi canticum amatoris matronae. Est autem canticum hoc: Venator persequitur leporem, ut capiat et captum contemnat. *Amor meus est huic similis*, absentia et difficilia desiderat et parata contemnit. [*Positum*] i. e. appositum in convivio ad comedendum paratum. [*Apponit*] addit ad cantum vel sociis apponit ad comedendum. [*Hiscine versiculis*] quos cantare amatorem dixit, quibus venatori amorem suum comparat. [*Curasq. graves*] quas patiuntur, qui matronas amant. [*Nonne cupidinibus*] nonne satius est quaerere, quem cupiditatibus finem natura statuerit, quid tolerare possit, si denegetur, quid denegatum sustinere non possit? Multum tibi prodest quaerere, quid doleat natura vel ferat. Ordo est: *Nonne quaerere plus proderit, quid negatum sibi natura sit latura*

[*Ciniflones*] *ciniflones* et *cinerarii* in eadem significatione apud veteres dicebantur, ab officio calamistrorum in cinere calefaciendorum, quibus matronae capillos crispabant, cuius rei et Virg. meminit: *Crines Vibratos calido ferro myrrhaque madentes.* [*Plurima, quae invideant pure apparere tibi rem*] h. e. et alia plurima, quae non patiantur tibi corpus eius apparere. [*Altera, nil obstat, Cois tibi*] *altera*, inquit, quae prostat, lucida veste utitur, velut nuda conspici possit. Haec autem vestis in *Co* insula conficitur, per quam ob nimiam subtilitatem, quae intra sunt, translucent. [*Leporem venator ut alta in nive sectetur, positum sic tangere nolit*] quemadmodum venator fugientem leporem capere, appositum autem in coena non vult tangere, hac spe matronam appetere ait, quia non sit licitus ac facilis eius complexus, meretrices autem fastidire, qua copia earum sit in promptu. [*Cantat et apponit: meus est amor huic similis*] amator, inquit, matronae hoc cantat. [*Transvolat in medio*] licitam venerem transcendit ac fastidit. [*Hiscine versiculis*] *his versiculis*, quia

Atque aestus curasque graves e pectore tolli?
Nonne, cupidinibus statuat natura modum quem,
Quid latura sibi quid sit dolitura negatum,
Quaerere plus prodest et inane abscindere soldo?
Num, tibi quum fauces urit sitis, aurea quaeris
Pocula? num esuriens fastidis omnia praeter
Pavonem rhombumque? Tument tibi quum inguina; num, si
Ancilla aut verna est praesto puer, impetus in quem
Continuo fiat, malis tentigine rumpi?
Non ego, namque parabilem amo venerem facilemque.
Illam: «*Post paulo:*« «*Sed pluris:*« «*Si exierit vir:*«
Gallis, hanc Philodemus ait sibi, quae neque magno
Stet pretio neque cunctetur, quum est iussa venire.
Candida rectaque sit; munda hactenus, ut neque longa

---

et quid dolitura. [*Inane*] inutile. [*Abscindere*] discernere. [*Soldo*] utili. Et est detractio, figura, *Soldo* pro *solido*, i. e. utilia ab inutili separare. *Solidum* est manducare panem, *inane* autem phasianum. [*Num, tibi cum fauces*] simile argumentum. [*Tument*] libidine inflammantur. [*Tentigine*] libidine, quod venas tendat distensione nervi. [*Non ego*] i. e. nolo ego rumpi tentigine, i. e. extensione, sed in praesentem venerem ruere. [*Parabil. umo venerem facilemq.*] *facilem* propter utilitatem sine dilatione. *Parabilem*, pretio viliorem. Et hi versus ex Graeco translati sunt. [*Illam post paulo*] i. e. illam, quae dixit: *veni, si exierit vir.* [*Sed pluris*] pretii maioris, quia difficilia cariora sunt. [*Gallis hanc Philodemus ait*] Gallis, qui aut proniores sunt in venerem aut multum donant. Ordo est: *Illam post paulo*, quae dicit: *veni, si exierit vir*, Philodemus dixit, *Gallis relinquo.* Philodemus autem quidam philosophus fuit physicus, qui Gallos multum donare mulieribus dixit aut quasi divites aut quasi in libidinem proniores. Alii dicunt Epicureum fuisse, qui cum multa de eadem secta scripsisset, dicens de muliere difficili, ait: *Gallis haec danda est matris* [corr. *mater*] *deûm, qui* [corr. *cui*] *concumbere non possunt.* [*Candi-*

cantare eum dixit, quibus venatori amorem suum comparat. [*Nonne cupidinibus statuit natura modum*] nonne satius est, inquit, quaerere, quem finem cupiditatibus natura statuerit, quid tollerare possit, si denegetur? quid denegatam sustineri non possit, quaerere magis prodest? Negari autem sibi homo prudens ea non aegre fert, sine quibus famem ac sitim frigusque submoveat. [*Et inane abscindere soldo*] ἀλληγορικῶς et inutilia aut vana ab utilibus ac necessariis recidere ac separare. [*Num, tibi cum fauces urit sitis*] eleganter ac probabiliter inferuntur. Ait enim, sicut qui famem ac sitim sedare cupiat, vasorum, quibus haec inferuntur, delectum non habet; ita rei venereae rationem esse, si quis rerum necessitatem non ex deliciis aut prava persuasione velit nosse. [*Non ego*] quod ad me pertinet, inquit, ego certe non faciam, ut malim tentigine rumpi, quam, ubi libet, necessitatem libidinis effundere, nam et illam malo, qua publice potiri possim. [*Illam paulo post*] haec distinguenda sunt, ut singula legantur. Ita enim demum significabantur verba eius, quare magno vendit et differendo amatorem sui cupidiorem faciat. *Gallis* autem has ait aptiores esse, quia Philodemus Epicureus, cuius sensum transtulit, relegat tales ad Gallos, qui magno adulteria mercantur vel propter divitias vel quod incensioris libidinis sint. [*Vt neq. longa*] h. e. qua simpliciter agat, nec proceritatem sibi staturae aut fucis colorem mentiatur. [*Dextro cor-*

Nec magis alba velit, quam dat natura, videri.
Haec ubi supposuit dextro corpus mihi laevum,
Ilia et Egeria est; do nomen quodlibet illi;
Nec vereor, ne, dum futuo, vir rure recurrat,
Ianua frangatur, latret canis, undique magno
Pulsa domus strepitu resonet, vepallida lecto
Desiliat mulier, miseram se conscia clamet,
Cruribus haec metuat, doti deprensa, egomet mi.
Discincta tunica fugiendum est ac pede nudo,
Ne nummi pereant aut pyga aut denique fama.
Deprendi miserum est; Fabio vel iudice vincam.

---

da] sine vitio corporis. Haec sententia Horatii est: Ne deprehensus aut pecunia se redimat aut ab adultero ad reddendam contumeliam constupretur aut certe manifestus adulterii reus cum ad iudicium productus sit, condemnatus fiat infamis. [*Hactenus*] in tantum. [*Nec magis alba velit, quam dat natura, videri*] ut nolit se illecebrosis fucis ornare. [*Ilia et Egeria est*] istiusmodi mulier, cum mecum inierit, do nomen illi *Iliae* et *Egeriae*, quae speciosissimae fuerunt. [*Vae pallida*] quidam putant *vepallida* unam partem orationis esse, quomodo *vesana*, sed magis dividendum est, ut *Vae* interiectio sit feminae timentis aut perturbatae. [*Desiliat mulier*] mire ostendit ab ipsa fugam esse faciendam. [*Conscia*] ancilla conciliatrix. [*Crurib. haec metuat*] propter tormenta. [*Doti deprensa*] quia antea adulterae dotem tantummodo perdebant. [*Discincta tunica*] quia omnes apud antiquos toga se cingebant aut quia omnes antea militabant; aut quia cingebant sese sub armi situm et ita procedebant omnes. [*Ne nummi pereant*] quibus adulteri redimebant adulterium. [*Fabio vel iudice vincam*] satis urbane significat *Fabium* pro adultero iudicaturum, si iudex in hanc rem constituatur, qui harum rerum et sectator sit, tamen miserum esse deprehendi et probe ait: nam si istum, qui est adulter, interrogem de qualitate adulterii, respondebit, malum esse et probari poterit, quod non expedit adulterari.

pus mihi laevum] h. e. quod Lucilius ait in quinto: *Et cruribus crura dilaxat.* [*Do nomen quodlibet illi*] eleganter fingo mihi in tenebris meretricem illam aliquam esse de nobilibus, per quod significat, non interesse, quae sit, cum eam non videas vel cum omnium eadem corporis natura sit. [*Vepallida lecto desiliat*] quidam putaverunt, *vepallida* nunc unam partem orationis esse, ut: *Vegrandi subere coctum*, quod ait Persius Flaccus, ut significet, valde pallida; sed mihi videretur imitativo charactere dictum, ut illa perturbata mariti adventu hanc lamentationis vocem proferat. [*Miseram se conscia clamet*] ancilla scilicet, quae conscia sit dominae in hoc adulterii facinore. [*Discincta tunica*] ἐναργῶς, h. e. otiose expressa perturbatio adulteri, de ipso lecto subito fugientis. [*Ne nummi pereant*] ne deprehensus aut pecunia redimat aut ab adultero inferenda contumelia stupretur aut certe manifestus adulterii reus, cum ad iudicium profectus sit, condemnatus, infamis fiat. [*Deprendi miserum est*] satis urbane. Si, inquit, Fabius pro adultero iudicaturus iudex in hanc rem constituatur, qui harum rerum sit ipse sectator, malum esse deprehendi censebit.

SATIRA III.

ARGUMENTUM *huius satirae* W e i c h e r t u s, *Vir Doctissimus, in Lect. Venus. Part. I. paucis verbis comprehendit sic: „Pulcherrimis Horatii carminibus dubitari nequit, quin Libri I. Satira tertia adnumeranda sit: in qua ille ab* H e r m o g e n e T i g e l l i o *Sardo, obtrectatore suo nuper mortuo, cuius levitatem et mirabilem in dictis factisque inconstantiam vividis coloribus describit, festiva irrisione exorsus ad pessimam istam et maxime vulgarem hominum consuetudinem transit, qua aliorum vitia vel levissima fastidiosius notent, in suis autem eisque gravissimis conniveant." — Huic sententiae respondet illa* H e i n d o r f i i: *„Die Satire ist gegen eine allgemeine, damals in Rom nicht mehr als überall und zu allen Zeiten (in primis, inquam, hac nostra aetate) im gesellschaftlichen Verein herrschende Untugend gerichtet: gegen die Geneigtheit der Menschen, eigene Fehler zu übersehen oder hoechst nachsichtvoll zu beurtheilen, die Fehler anderer mit dem schaerfsten Blick aufzusuchen, ohne dabei überwiegende Tugenden zu beachten, und, statt die Maengel und Schwaechen des Freundes zu beschoenigen, sogar seine guten Eigenschaften, wo fern sie nur irgend einer nachtheiligen Auslegung faehig sind, in Fehler umzudeuten; ein Verfahren, welches andere zu eben so strenger Beurtheilung unser selbst reizt und allen Geist der Geselligkeit aus dem menschlichen Leben verbannt."*

Omnibus hoc vitium est cantoribus, inter amicos
Vt nunquam inducant animum cantare rogati,
Iniussi nunquam desistant. Sardus habebat
Ille Tigellius hoc. Caesar, qui cogere posset,
Si peteret per amicitiam patris atque suam, non
Quidquam proficeret; si collibuisset, ab ovo

---

v. 2. *inducere animum* et *in animum* (vid. *Drakenb.* ad Liv. I, 17.) idem fere exprimit, quod nos dicimus: *sich wozu entschliessen.* — v. 4. De *Tigellio* cf. INDEX. — *hoc*, sc. vitium. — *Caesar*, Octavianus, qui ab Horatio in iis carminibus, quae scripsit, antequam ille nomen Augusti adsumpserat, *Caesar* simpliciter appellatur. Quam animadversionem *Doer.* quoque habet in sua Edit. — v. 5. *si peteret — non quidquam proficeret*, ὅτε αὐτὸν αἰτοίη, οὐδὲν ἂν ἔπραττε, structura in utraque lingua satis frequens. — *patris*, Caii Iulii Caesaris, cuius adoptatus filius fuit Octa-

---

ACR. [*Omnibus hoc vit. est cantorib.*] in hac ode docet, quod alter alterius vitia debet patienter ferre. [*Sardus*] *Sardus*, qui in Sardinia est natus; Sardiniensis enim incola est. [*Ille Tigellius*] quasi de noto dixit ille. [*Caesar*] Augustus, sub quo Horatius. [*Patris*] C. Cae-

POR. [*Omnib. hoc. vit. est*] in eundum Tigellium Hermogenem et hic invehitur eumque *Sardum* dixit, qui in Sardinia esset natus. Annotandum ergo *Sardum* et *Sardinensem* dici posse, nam Lucius Sarcitius *Sardinensem* dixit in sexto Satirarum: *Sardinensem terram.* At Licinius de Hermogene loquens: *Sardi Tigelli putidum caput venit.* Nonnulli tamen veterum Grammaticorum sic appellationes has diviserunt, ut *Sardum* putarent dici, qui in Sardinia natus sit, *Sardinensem* autem incolam Sardiniae. [*Vt nunq. ind. anim. cant. rog.*] subdistinguendum *cantare* et sic inferendum *rogati.* [*Ab ovo Vsq. ad mala citaret*] i. e ab initio coenae ad finem usque. *Ovum* enim hodie initium coenae, quippe cum in gustu statim a balneis offeratur. *Mala* autem apud veteres inter cetera

Vsque ad mala citaret: «Io Bacche!« modo summa
Voce, modo hac, resonat chordis quae quattuor ima.
Nil aequale homini fuit illi: saepe velut qui
Currebat fugiens hostem, persaepe velut qui
Iunonis sacra ferret: habebat saepe ducentos,

v. 7. *iteraret* ed. Bentl. e coniect. sq. Cun. Phil. refut. Fea et Doer. — 8. *modo ac* edd. Venet. 1494. 95. 98. Mediol. 1508. 12. — *resonat* mss. tres ap. Guil. Canter. Nov. Lect. 4, 12. Lips. 1, 2. — *resonet* mss. Pulm. 1—4. 7, 8. mss. ap. Lamb. alq. Ed. Mediol. 1508. 12. — *resonans* mss. alq. ap. Torr. Sic legit Turneb. Adv. XIX, 80. Edd. Ald. I. III. Bas. 1527. 80. Glar. Fab. — *chordis quae quattuor* edd. Lamb. Steph. Bond. Cun. San. Phil. — *quae e chordis quattuor imae s. ima* coni. Groebel. — *ima est* msc. un. ap. Bersm. *quatuor una* edd. Ven. 1478. 79. — 9. *Nil aequale animi fuit* ed. Chabot. — *fuit illi, saepe velut qui.* Sic dist. Iahn, et in eund. modum Lamb. et Cruq.: *velut, qui Currebat, fugiens hostem,* ut sit: qui currebat, velut fugiens hostem. — 10. *velut si* ed. Lamb. — 11. *alebat* ed. Bentl. e vestigiis cod. Vossiani, qui hab. *halebat.* seq. Wakef. Hunc locum v. 11—17. exhibet Seneca Epist. 120.

---

vianus, ut in vulgus notum est. — *Io Bacche!* prima verba carminis inter coenandum decantati, quod quidem ex verbis: *ab ovo usque ad mala* colligi posse videtur. Veteres pariter ac nos tota carmina verbis indicare solebant primis. — In *Bacche* vocalis brevis *e* in arsi posita producitur. In codd. legitur: *Io Bacchae*, ut Turneb. Advers. XIII, 1. — *summa voce, modo summa voce*, acutissima chorda, quae suprema est et νήτη dicitur; *modo hac voce*, i. e. chorda, quae crassa est et ima, quae ὑπάτη nominatur. — *chordis quatuor*, supple *in*, ut sit, quae est ima in chordis quatuor, h. e. in tetrachordo, musico instrumento, quod quatuor chordis constat. Schol. Cruq. — *modo summa voce, in der Hoehe, im Discant; modo hac*, sc. voce, *quae resonat* (est) in *quatuor chordis ima, in der Tiefe, im Bass.* Doer. — v. 11. *Iunonis sacra* etc. vide scholia ad h. l. quae tamen de κανηφόροις nobis dicenda essent, ea in Lex. *Horsaris.* [*Ab ovo usq. ad mala citaret*] ab initio coenae usque ad finem. *Ovum* enim initium coenae erat, quippe quod in gustu statim a balneis offerebatur. *Mala* vero in secundis mensis erant. *Citaret* autem, i. e. clamitaret. *Citari* dicuntur, qui voce clara vocantur. [*Summa*] acutissima, quae in summa parte organi est et ὑπάτη dicitur. [*Modo hac*] i. e. tenera voce sicut chordarum novissima teneriorem sonum emittit, quae in tetrachordo ima est. Haec eadem νήτη a musicis dicitur. [*Quatuor ima*] i. e. post quatuor ac per hoc quinta. [*Nihil aequale homini fuit illi*] ut Sallust. de Catilina: *modo citus, modo tardus incessus erat. In omnibus ostendit inaequalem.* [*Saepe velut*] ordo est: *Saepe currebat velut fugiens hostem.* [*Iunonis sacra ferret*] κανηφόροι apud Athenas hodieque dicuntur, qui sacra in capite portant et lento gradu incedunt. [*Modo*

secundae mensae afferebantur. *Citaret* autem recitaret, unde praecones *citare* solent, qui clarius voce dicunt. [*Modo summa voce*] i. e. modo clara voce, modo crassa et a tetrachordo hoc sumptum videtur, in quo est gravissimi soni chorda, quae ὑπάτη dicitur. [*Io Bacche*] hoc scilicet *citaret*, i. e. clare diceret: *Io Bacche!* [*Fugiens hostem*] currit. Ita κατὰ σύλληψιν, figuram, currebat et currit absumptum. [*Persaepe velut qui Iun. sacra ferret*] κανηφόροι hodieque Athenis appellantur, quae sa-

Saepe decem servos, modo reges atque tetrarchas,
Omnia magna loquens; modo: «Sit mihi mensa tripes et
Concha salis puri et toga, quae defendere frigus,
Quamvis crassa, queat!« Decies centena dedisses
Huic parco paucis contento, quinque diebus
Nil erat in loculis. Noctes vigilabat ad ipsum
Mane, diem totum stertebat: nil fuit unquam
Sic impar sibi. Nunc aliquis dicat mihi: «Quid tu?

v. 13. *Omnia magna — salis puri.* Citat. Priscian. VI, 10, 57. — *dedisset* ms. Comb. Lips. 1. — 17. *noctis* Cun. — *nocte* Ven. 1479. 83. 86.

---

accurate notata reperire poteris. — v. 12. *tetrarchas, Omnia magna loquens, tetrarcha* regiae dignitatis et potestatis erat, sed illi deerant iura regis; *loqui* de magniloquentia, nos: *Prahlerei*, hîc significat: *im Munde haben.* — v. 15. *Decies centena*, numerus rotundus, ut aiunt, (circa 55,000 thlr.) semper pro satis magna pecuniae copia usurpari solet. — *quinque dieb.* (sc. post) *nil erat in loculis*, omnia post quinque dies usque ad ultimum assem consumpta erant; *loculi*, sacculi, in quibus pecunia servatur. *Loculi eburnei* Martial. XIV, 12. Plerumque enim ex ebore vel ligno constabant, nos: *Kaestchen. Crumena* contra idem exprimit, quod hodie: *Geldbeutel.* — v. 17. *ad ipsum mane*, ut saepius in huiusmodi definitionibus vel temporis vel numeri *ipse* eadem significatione dici solet, qua nos dicimus: *ganz, genau.* — v. 18. *nil fuit*, i. e. nemo, ut Nep. Alcib. I. *Constat inter omnes, qui de eo memoriae prodiderunt, nihil illo fuisse excellentius vel in vitiis vel in virtutibus.* — v. 19—20. *Quid tu? nullane habes vitia? imo alia et fortasse minora.* Ob codd. plur. auctoritatem lectionem vulgatam relinquere nolui, quam tamen editores Horatii recentiores ad unum fere omnes neglexere, *Mitscherlichio* excepto, qui vulgatam optime defendit eamque recte habere comprobatum ivit in *Racem. Venus. Fasc.* III. — Omnes codices, ille ait, excepto uno a Fea inspecto, qui *haud* pro *et*, sed a manu secunda habet, conspirant in hac lectione, ab Aldo Manutio primum in *haud fortasse minora* immutata, quae inde plurimas editiones occupavit et nuper *Heindorfium* acerrimum defensorem nacta est. Duo poeta affert, [*Mitsch.* ad finem suae argumentationis addit] quae sibi Tigellii carpendi ius aliquod tribuant, primo, quod non iisdem vitiis teneatur, tum (itaque *et* pro copula unice habendum) non tam gravibus; qua quidem confessione simul sibi parat transitum ad illorum improbitatem, qui aliorum vitia acerbe notent, suis autem ignoscant.

---

reges atq. tetrarchas] *tetrarchae* dicuntur, qui quartam partem Imperatoris habent. [*Concha salis puri*] marina, in qua sal plerumque ponitur. *Puri* autem sine condimentis, simplicis, non conditi. [*Sit mihi tripes*] mensa a tribus pedibus dicta. [*Huic parco*] Ordo est: *Parco isti, parvis contento, si dedisses ducenta millia, post quinque dies nihil invenires.* [*Nil erat in loculis*] ab eo, quod est locus, deminutive *loculus.* [*Noctes vigilabat*] accusativum posuit, ut iugem ostenderet vigiliam, quomodo: *Vt cum gente tot annos Bella gero.* [*Sic*] quomodo iste. [*Imo alia*] Sensus est: Confiteor me habere vitia, sed leviora, nec sum similis Maenio, qui dicebat se ignoscere peccatis suis et ea tanquam leviora pro

cra capite portantes lento gradu incedunt. Dicit ergo Hermogenem adeo inaequali fuisse mente, ut interdum tardissimo gradu ambularet, interdum citato. [*Concha salis puri*] i. e. simplicis, non conditi. Et *concha* merito, quia pauperiores in marina concha salem tritum habere solent, quo cum pane vescantur. [*Noctes vigilabat ad ips. Mane*] adverbialiter di-

Nullane habes vitia?« Immo alia et fortasse minora.
Maenius absentem Novium quum carperet: »Heus tu,«
Quidam ait, »ignoras te, an ut ignotum dare nobis
Verba putas?« — »Egomet mî ignosco,« Maenius inquit.
Stultus et improbus hic amor est dignusque notari.

v. 20. *alia, haud fortasse* msc. Feae, al. ap. Lamb. Pulm. Ed. Ald. I. III. Glar. Bas. 1527. 80. Pulm. Fabr. Steph. Torrent. Bond. Burm. Doer. Iahn. Kirchn. Camp. — *alia, aut fortasse* msc. Feae. — *alia et fortasse* mss. Lamb. 1, duo. 2, 3, 5, 6, 7, 9. Pulm. 1, 2, 4, 6, 7. mss. quatuor ap. Bersm. ap. Cruqu. Talb. et Pott. omnes ap. Feam, plrq. Dorvill. 1, 2. Lips. 1, 2. Edd. vett. ante Aldum. Lamb. Chab. Bersm. Bentl. (qui defend.) Cuning. Sanad. Phil. Wakef. Wetz. Fea. Pott. — *alia, at fortasse* ed. Baxt. ex ing. seq. Azara. — 21. *Maenius* mss. Lips. 1, 2. vulg. *Maevius* et *Mevius*. — *dum carperet* ed. Doering. quod tamen Viro Clarissimo opprobrio vertere nolumus; est fortasse error typothetarum. Sed tirones cavere iubemus, ne huiusmodi editionibus vitiis typographicis turpiter scatentibus utantur. — 22. *Quidnam ait* ed. Bersm. contra ipsius mss. — *tu ignotum* msc. unus ap. Bersm. — *ut ignotus* msc. Comb. var. lect. ap. Feam. — *ignotis* Cun.

Recte itaque scholia Cruquiana: *Confiteor, me habere vitia, sed fortasse leviora; nec sum similis Maenio, qui se dicebat ignoscere peccatis suis.* Ceterum notatu dignum mihi videtur, quam vehementer intpp. discrepent sententiae. *Doeringo* nimirum modestiae responsio illa esse videtur, qua *haud fortasse minora* vitia se habere dicat; *Mitscherlichio* autem huiusmodi responsionem plane contrarium exprimere persuasum est, subiungenti, quae sequuntur: „*fortasse* cum *haud* iunctum iactantiam aliquam poetae proderet, vitia sua minora habentis, quam aliis videri possent.“ — v. 22. *verba dare*, i. e. decipere; an putas, te, ut hominem, qui, qualis ipse sit, ignorat, aliorum vitia carpendo fraudem nobis facere posse. *Doer.* — *pervideas*, perlustres *oculis mala lippus inunctis: Wenn du das eigene Schlecht triefaeugig, die Wimpern bebalsamt, Musterst.* Kirchn. — (*male* def. *Doer.* sed sana est vulg. lect. ap. *Acr.*] addi solet adiectivis ita, ut sit modo pro: *non*, uti *male sanus, male haerere* paulo post v. 31. sed si ibi *male* coniunxeris cum *laxus*, male est pro: *nimis*; modo de *eo, quod in fraudem alicuius*

---

nihilo ducere. [*Maenius absentem Novium cum carperet*] Maenius cum de Novio male loqueretur, ait illi alter: *Dic mihi, tu nescis te?* — Hic est Maenius, qui venditis rebus omnibus unam sibi columnam reservavit in Foro, unde gladiatores spectaret, quae columna Maenia dicebatur. [*An ut ignotum*] nescis et te vitiosum esse an putas te nesciri? [*Cum tua pervideas oculis mala lippus inunctis*] Ordo est: *Cum tua mala oculis inunctis lippus pervideas*, i. e. cum tua vitia non cernas quasi caecus, cur aliena perspicis oculis aquilae? *Inunctis* autem velut inunctis, ut Persius: *Hos pueris monitus patres infundere lippos* pro: velut lippos.

ctum est *noctes*, ut: *Flet noctes et Vna cum gente tot annos Bella gero.* Ad ipsum autem *mane*, usque ad ipsum *mane*. [*Maen. absent.*] qui de personis Horatianis scripserunt, aiunt Maenium scurrilitate notissimum Romae; hic post patrimonium abrosum, Calendis Ianuariis in Capitolio clara voce optavit, ut quadraginta nummorum aeris alieni haberet. Quaerente quodam, quid sibi vellet, quod tam sollenni die aes alienum optaret habere, noli mirari, inquit, octingenta habere debeo. Hic fertur domo sua, quam ad forum spectantem habuerat, divendita, unam columnam sibi ibi excepisse, unde gladiatores spectaret, quae ex eo columna Maenii nominabatur, cuius et Lucilius sic meminit: *Maenius columnam cum peteret.*

Quum tua pervideas oculis mala lippus inunctis,
Cur in amicorum vitiis tam cernis acutum,
Quam aut aquila aut serpens Epidaurius? At tibi contra
Evenit, inquirant vitia ut tua rursus et illi.
Iracundior est paulo, minus aptus acutis
Naribus horum hominum; rideri possit eo, quod

v. 25. *pervideas* mss. et edd. vulgo. defend. P. Victor. V. Lect. 20, 15. — *praevideas* msc. Bentl. 7. Coniecerat Rutg. et Talb. recep. Bentl. qui coniicit etiam: *cum tua tu videas*. seq. Cun. Azara. Wakef. — *provideas* msc. Comb. Feae. Hinc Bothius finxit: *Cum tua pro videas oculis!* — *praetereas* coni. Mervil. recep. San. — *male* mss. alq. ap. Cruq. et Muret. Edd. Mur. Bentl. Cun. San. Doer. Heind. — *mala* Fea, Iahn. Kirchn. — 29. *minus aptus aduncis* coni. Bentl.

---

depravatum est, ut h. l. *male lippus*; modo de *eo, quod recedit a iusto modo*, ut infr. v. 45. *male parvus*; modo pro: *importune*, ut *male sedulus*; modo pro: *moleste*, ut *male raucus* in sq. satira v. 66. modo pro: *misere*, sive de *eo, quod grave* et *mali ominis est*, ut *male tussire*, Serm. II, 5, 107. et multa alia, ubi particula *male* ad sensum rei, de qua sermo est, explicanda est. *Doer.*) — v. 29. *Iracundior est paulo*, *iracundus* non tam cupidus est puniendi doloris, *zornmüthig*, quam irritabilis, *ὀργίλος*, *reizbar, empfindlich.* — *Nares* appellantur h. l. *acutae*, quo magis istorum hominum acumen indagandi notandique aliorum in cultu vestituque negligentiam indicetur. Sunt enim *nares acutae* i. q. emunctae, sagaciter adorantes; inde ab Horatio Serm. I, 4, 8. Lucilius *emunctae naris* fuisse dicitur, utqui acute observaret hominum mores eosque in satiris vere exprimeret. Eis opponuntur *obesae nares.* — v. 30. *horum* referunt intpp. ad ingenium hominum, qui nunc vivunt, *der jetzt lebenden*, ut *Heind.* ait; *Doer.* vero refert ad eos, qui in v. 28. dicti sunt *illi*. Sed, ni fallor, *illi*

[*Aut aquila*] haec multum videre traditur, nam sola fert solis radios, h. e. rectis oculis solem spectat; deinde et ex alto latentem leporem concipit. [*Aut serp. Epidaurius*] quem Romani in templo Aesculapii posuerunt. Apud Epidaurum Graeciae civitatem Aesculapii templum est, in quo maxime colitur Aesculapius. Generaliter omnes serpentes multum videre dicuntur. *Epidaurum* autem propter historiam posuit, a libris enim Sibyllinis Romani sunt moniti pro remedio civitatis, ut simulacrum Aesculapii de Epidauro insula peteretur. Quo Romani cum venissent et errore multorum simulacrorum certum invenire non possent, in conspectu omnium serpens navem Romanorum petiit. Qui ad urbem delatus in ripa vel insula Tiberis visus subito non apparuit. In ipso autem loco templum Aesculapio condiderunt. [*At tibi contra*] ut sint aliqui e contrario, qui velint inquirere tua vitia. [*Et illi*] amici tui, quorum (*vitia*) reprehendis. [*Iracundior est paulo*] interrogative hic, quem non fers, quicunque alterius vitia notas. [*Minus aptus*] qui non aptant ad mores hominum, minus apti dicuntur, qui nesciunt rerum tempora, qui importuniores sunt. [*Acutis na-*

[*Cum tua pervid. ocul. mala lippus inunctis*] sensus est: Cum tua mala videas velut si lippiens unctus sis, cur ad amicorum perspicienda vitia magis acute perspicis, quam aut aquila aut draco? *Aquilam* autem tam acute cernere aiunt, ut rectis oculis radios solis intueatur. Pro dracone autem *serpentem Epidaurium* ideo dicit, quia cum Romani oraculo admoniti *Epidaurum* insulam misissent, inde ut Aesculapium afferrent, draco e templo eius repente progressus, navem legatorum conscendit, quem illi deum credentes esse, Romam advexerunt. [*Iracund. est paulo*] sensus est: Habet aliqua vitia ita, ut paulo iracundior sit, ne possit deridentium urbanitatem, quae tunc maxime exercetur,

Rusticius tonso toga defluit et male laxus
In pede calceus haeret: at est bonus, ut melior vir
Non alius quisquam; at tibi amicus; at ingenium ingens
Inculto latet hoc sub corpore. Denique te ipsum
Concute, num qua tibi vitiorum inseverit olim

v. 34. *sub pectore* msc. alq. ap. Lamb. unus ap. Bersm. Pulm. 2, 6. ap. Torr. quatuor ap. Bentl. qui refut. — 35. *Excute* coni. Markl. — *numqua* edd. Lamb. Cruq. Fabr. Chab. Bersm. Bentl. — *num qua* cett. — *num tibi quid vitiorum* Asc. IV. ex emend. Bonfin. Annot. 82. — *insueverit* mss. Feae. — *inseruit* alii ap. eundem. — *insederit* msc. ap. Lamb.

---

pariter atqui *hi* pertinent ad tum temporis viventes. — v. 31. *rusticius tonsus*, h. e. ab inaequali curatus tonsore, qui imperite capillos totonderat. Romanos autem tonsurae magnam curam impendisse, docuit Boettigerus in *Sabina* p. 330 sqq. Porro illi amico *toga defluit*, h. e. parum apte composita est. Apud Graecos ad *εὐσχημοσύνην* inprimis pertinebat *τὸ ἐπὶ δέξια ἀναβάλλεσθαι* et *ἐπ᾽ ἀριστερὰ ἀναβάλλεσθαι ἱμάτιον*, uti ostendit Boettig. in *Griech. Vasengem.* I, 2. p. 54 sq. et in *Sabina* p. 398. Athen. Lib. I. c. 38. p. 21. c. et Tom. I. p. 78. Schw.: *ἔμελε δὲ αὐτοῖς καὶ τοῦ κοσμίως ἀναλαμβάνειν τὴν ἐσθῆτα· καὶ τοὺς μὴ τοῦτο ποιοῦντας ἔσκωπτον.* Non minus Romani in superiniicienda toga eaque componenda diligentissimi erant, in primis oratores, teste Quintil. Inst. Lib. XI. c. 3. §. 137 sqq. — Denique ille amicus, ait Horatius, decori indiligens etiam in eo est, quod ei *calceus laxus in pede male haeret* sive quod ei pes vagus in laxa pelle natat, ut Ovid. A. A. v. 516. — Atqui apud veteres indicium *ἀγροικίας* fuisse *μείζω τοῦ ποδὸς τὰ ὑποδήματα φορεῖν*, testatur Theophr. Char. IV. ibiq. Casaub. p. 49. Concedit igitur Horatius, tria in illo amico esse, quae rideri possint, secutus ea in re communem

---

ribus] ab acutis hominibus rideri possunt hi, qui iracundiores sunt et inepti. *Acutis naribus* ergo *μεταφορικῶς* dicit a canibus, qui odore inveniunt cubilia bestiarum. Alii sic exponunt: Habet aliqua vitia, ita ut paulo iracundior sit, ne possit deridentium urbanitatem, quae tunc maxime exercetur, sustinere; praestat etiam de se ridendi materiam, quod rusticius tonsus sit et toga ipsius defluat, laxosque calceos habeat. [*Rusticius tonso toga defluit*] *rusticius*, imperitus. Comparativum est adverbialiter. Quidam dicunt de Caesare hoc dictum esse, quod fluebat eius semper toga, i. e. non erat semper bene composita et imperito tonsore utebatur. [*Male laxus*] indecenter vel valde laxus. Vel non *male laxus*, sed *male haeret*, pro *non haeret*. Vt: *Vnanimem alloquitur male sanu sororem.* Hic dicitur pulsare Virgilium, qui indecori et corporis et habitus fuit. [*Non alius quisq.*] docet poeta, non esse omnia vituperanda. [*At tibi amicus*] ita pronunciandum graviter, ut sit amicus verus. His exemplis colligit, amicorum vitia si sint levia, esse ferenda. [*At ingenium ingens*] quasi Maenius hoc dicat: sed haec in inculto corpore celantur. Quia non facile probat aliquis sapientem esse eum, qui male vestitur. [*Te ipsum concute*] excute, considera, diligenter exquire. Hoc Maenius respondet. [*Num qua tibi vitiorum inseverit olim Natura*] num quid aliqua natura

sustinere. Praestat etiam de se materiam ridendi, quod rusticius tonsus sit et toga eius defluat, laxosque calceos habeat. [*At est bonus, at tibi amicus*] his ergo colligit amicorum vitia, si levia sint, ferenda esse, secundum illud, quod praecipitur proverbium: *Amici mores noveris, non oderis. At tibi amicus* pronunciandum est, ut significatio eius exprimatur. [*Numq. tibi vitior. insev. ol. nat.*] *numqua* pro num aliqua, ut si diceret, *num-*

Natura aut etiam consuetudo mala: namque
Neglectis urenda filix innascitur agris.

Romanorum sensum et morem; nam quod Quintilianus de oratore scribit, et togam et calceum et capillum tam nimia cura, quam negligentia reprehendenda esse, id dubitari non potest, quin in honestissimo quoque viro observatum fuerit. — Est autem ille [sic pergit Clarissimus *Weichert.* in Lect. Venus. Part. I. p. 6.], qui tibi propter cultus vestitusque incuriam displicet risumque praebet, vir si quis alius *bonus*, et tibi *amicus* et *ingenium ingens sub hoc corpore inculto latet; denique te ipsum concute* etc. *concutere*, diligenter explorare. Ergo ignosces levibus eius vitiis neque offensus indecenti, quo in publicum prodire solet amictu, irrisione eum et cavillatione laedes, sed potius temet ipsum *concute*, excuties, perscrutabere, — *num qua tibi vitiorum inseverit olim Natura aut etiam consuetudo mala.* Scripta haec esse in istius aetatis homines *φιλοκαλλωπιστάς*, in aprico est. — C. Fr. Lvd. Arndt in *Analect. Horat.* (Lunaeburgi 1829.) vs. 25 — 39. ad acerbiorem amicorum vituperationem dicta esse putat. Nam tria, inquit, huic iniquitati opponuntur argumenta: primum amicos ab eo excitari, ut rursus illius vitia inquirant; alterum, iniquum esse, vitia reprehendere immemorem virtutum; tertium, vituperatori sua quoque esse vitia. — *Weichertus* contra sine omni dubitatione pro certo exploratoque affirmat, Horatii haec scribentis animo obversatum esse Maecenatem, diligentissimum externi in amicis habitus observatorem et castigatorem perurbanum. Vid. Epist. I, 1, 94—97. ibiq. *Obbarius*, Vir Doctiss. mihique Amicissimus. — Maecenas eiusque convictores sunt isti *acutis naribus* homines, quos Horatio hîc ob oculos versatos esse arbitratur *Weichertus*, cuius docta argumentatio propterea mihi cum maxime placet, quod scholiastarum veterum testimoniis optime fulta est, qui hominis, quem hîc Hor. depingit, imaginem ad *P. Virgilium Maronem* referunt. Vid. ACR. infr. ad h. l. Ibid. Schol. Cruq.: *de Virgilio hoc dictum esse volunt, quod flueret* (ita legendum pro *fluebat*) *semper eius toga, non bene composita, et uteretur imperito tonsore.* Idem ad v. 33.: *Iterum haec ad Virgilium referuntur, qui habitus erat incompositi: haec autem* (sc. animi candor et ingenium ingens) *in inculto corpore celantur, quia non facile putat aliquis, eum esse aut bonum aut sapientem, qui male vestitur.* Iam *Heindorfius* haec ex vano hausta esse negat. Cf. Donatus in Vit. Virgilii c. V. §. 19.: „*Corpore et statura fuit grandi, aquilo colore, facie rusticana, valetudine varia.*“ — Etsi nihil quidem hîc de cultu ac vestitu Virgilii commemoratum legimus, tamen scholiastis supr. laud. haud exiguum inde accedit praesidium. Nam cum Virgilius rure esset oriundus parentemque haberet agricolam, non mirum est, si rusticitatis quaedam labes moribus eius ac cultui adspersa haereret, eaque illo, quo Hor. haec scripsit, tempore nondum detersa esset politissimi Maecenatis eiusque sodalium consuetudine ac convictu, quo nuperrime demum frui coeperat. Cf. quoque Serm. I, 5, 48 sq. ibiq. Schol. Cruq. et Donat. c. V, §. 19.: „*plerumque ab stomacho et faucibus ac dolore capitis laborabat: sanguinem etiam saepius reiecit: cibi vinique minimi.*“ — Rem ex vero si aestimaveris, tantum abesse senties, ut Virgilius h. l. derideatur, ut contra Maecenas eiusque convictores tecte perstringantur etc. quae vid. ap. *Weichertum*, V. D. cuius quidem sententia (quamquam alios eam refutatum ire scio) tam probabilis mihi videtur, ut eam pro viribus lubenter defendam. — v. 37. *filix*, *Farrenkraut*, *urenda*, cf. Virg. Georg. I,

---

vitiorum insita fuerit, ut: *Iam nox humida caelo praecipitat.* [*Aut etiam consuetudo mala*] mire duo dixit. Vitia enim aut nascuntur aut mala consuetudine trahuntur. Ex consuetudine ostendit nasci multa mala, nam

qua inseverit aut pro insita fuerit. Hac figura et illud dicitur: *Praeci-*

Illuc praevertamur, amatorem quod amicae
Turpia decipiunt caecum vitia aut etiam ipsa haec
Delectant, veluti Balbinum polypus Hagnae.
Vellem in amicitia sic erraremus, et isti
Errori nomen virtus posuisset honestum.
At, pater ut gnati, sic nos debemus amici,

v. 40. *Hagnae* duo mss. ap. Torrent. ed. Bentl. qui restit. seq. Cun. Baxt. Gesn. Wakef. Azar. Wetz. Comb. Fea, Heind. Doer. Pott. Iahn. Kirchn. *Agnae* mss. Oberl. Edd. ante Bentl. fere omnes. — 43. *At pater* edd. Mediol. 1486. *Ac pater* mss. Oberl. — *Aut pater* emend. Both. — Ceterum codd. et edd. tum veteres cum recentiores fluctuant inter *gnati* et *nati*, utrumque recte habet. Ego tamen cum longe plurim. praetuli: *gnati*. — *gnato - amico* coni. Markl.

---

84 sqq. — v. 38. *praevertamur*, i. e. *illuc* potius nos convertamus atq. sim. — v. 41 — 42. *Vellem in amicitia sic erraremus* etc. quam inique agant homines in notandis amicorum vitiis, quum in superioribus exposuisset poeta, aequiora iam proponit, quae in aestimandis iis sequi deceat; ac primum quidem, ut in iis amatorum morem, qui amicarum vitia vel praetervideant vel adeo ex iis delectationem habeant, imitentur; aut, si parum dignum se existiment, ita errare, ut iis, parentum instar, qui liberorum suorum vitia speciosis nominibus obvolvant, virtutem, quae aliquam cum illorum vitiis cognationem habeat, qua v. c. homo *parcus* ac *tenax* dicatur *frugi*, praetexant. *Virtus* sensu strictiore h. l. sumenda ad animi praestantiam ac bonitatem, atque eam quidem h. l. referenda videtur, quae errores in aestimandis amicorum vitiis benevolentiae atque indulgentiae eorum adtribuit, neque ad obtusum ingenium, quod vitia virtutum loco habeat, refert, hoc quidem sensu: utinam error iste honestus haberetur ab iudicibus aequis ac benevolentibus, utinam ne turpe ac dedecori esset, ita in amicis errare. Cf. *Mitsch. Racem. Venus. Fasc.* V. — v. 43. *At*, *ἀλλά γε, nun ja.* Quod si nemo a se impetret, ut in vitiis virtutes, hoc *saltem* (*doch wenigstens, allerdings*) fieri consentaneum est, ut vitia in

---

si neglexeris, quemadmodum neglecto agro spinae nascuntur, ita indisciplinato vitia generantur. [*Praevertamur*] aut redeamus aut veniamus pro transeamus, sic ut: *Volucremque fuga praevertitur Hebrum.* Hoc est, quod dicit, non debemus offendi vitiis amicorum, sed nos vitia eorum saltem tollerare debemus. Debemus nos, inquit, imitari amatores, qui non solum non offenduntur amicarum vitiis, sed etiam laudant, quia aliquando turpes meretrices diliguntur. [*Turpia decip. caec. vitia*] quia vitia dilectae non apparent oculis amatoris aut videt et decipitur aut videt et delectatur. [*Polypus Agnae*] *Agna* nomen meretricis putidis naribus. *Polypus* autem vitium narium, quod adolescentem nobilem delectabat. [*Sic erraremus*] ut aut non videamus amicorum vitia aut visa laudemus. [*Et isti Errori*] quod laudamus vitia amicorum, i. e. virtus ipsa si ita errorem, appellaret me virum bonum. [*Honestum*] amicitiarum nomen, ut hic error virtus appellaretur. [*Vt gnati*] vitium non fastidit. [*Strabo-*

pitat nox et Prora avertit. Sensus autem: Te ipsum denique perspice, ne habeas aliqua vitia aut ingenio tibi aut mala consuetudine quaesita. [*Namq.*] manifesta allegoria. [*Illuc praevertamur*] pro *illuc* transeamus. Sic dicitur: *Volucremque fuga praevertitur Hebrum.* [*Veluti Balbinum Polyp. Agnae*] Luciliana urbanitate usus, in transitu amaritudinem adspersit. [*Vellem in amicit. sic errarem.*] utinam, inquit, hunc errorem circa amicos nostros pateremur, vitia illorum non intelligentes, qui error adeo laudaretur, ut virtus potius quam vitium diceretur. [*Stra-*

Si quod sit vitium, non fastidire. Strabonem
Appellat *paetum* pater; et *pullum*, male parvus
Si cui filius est, ut abortivus fuit olim
Sisyphus; hunc *varum*, distortis cruribus; illum
Balbutit *scaurum*, pravis fultum male talis.
Parcius hic vivit: *frugi* dicatur. Ineptus

v. 44. *Si quod sit vitii* Cun. ex ing. *Si quod sit, vitium non* sic dist. Iahn. *Si quod sit vitium, non* vulgo. — *si quid* msc. Comb. — 48. *Scaulum* coni. Dacer. quem carpit Bentl. — *parvis fultum* mss. Feae, alii ap. Val. Edd. Med. et Ven. — *talis fultum male pravis* ed. Cun. San. — 49. *hic vivit? — paullo est?* et seqq. per interrog. efferunt Lamb. Cruqu. Chab. Steph. Baxt. Phil. Wakef. Azar. Fea. Nulla interrog. cett.

---

amicis extenuet. — v. 44. *strabo*, nos: *schielend*. *Strabo* dicitur, qui est detortis oculis; *paetus* autem, qui est oculis leniter declinatis cuique huc atque illuc tremuli celeriter volvuntur. Schol. Cruq. *paetus*, idem, quod nos dicimus: *blinzelnd*. — *Pullum*, parvulum, pupum: nos *Putchen* vel *Bubchen*, ut vulgo loquitur plebecula. Cf. Sueton. Calig. c. XIII. *Laetissimo obviorum agmine incessit* (Caligula) *super fausta nomina sidus et pullum et pupum et alumnum appellantium.* — v. 47. *Sisyphus*, M. Antonio Triumviro *pumilio* fuisse dicitur intra bipedalem staturam, quem ipse *Sisyphum* appellabat ob ingenii calliditatem. Hic aliquando in Alexandrino mari, cum, inspectantibus Antonio et Cleopatra, in scapha velificaretur cum aequalibus, tanta dexteritate antevertit alios, ut eis quidem esset delectamento, aliis vero admirationi. Schol. Cruq. — v. 47. *hunc Varum*, Voss: *Schraegelchen heisst, wem die Bein' aussaebeln.* — *illum Balbutit scaurum pravis fultum male talis*: *jenem wird Klumpfüsschen gelallt, der auf kloziger Ferse daher stapft.* Ibid. — Ceterum hîc notandum est, quod *Wielandius* ad h. l. notavit: „da wir kein Wort für *scaurus* haben, so musste ich auch das Wort *balbutit* fallen lassen, das im Original eine besondere Anmuth deswegen hat, weil Horaz die *vaeterliche* Gewohnheit, wenn sie mit ihren Kleinen reden, ihr kindisches Stammeln und Schnarren nachzuahmen, dadurch ausdrückt.“ — *frugi*, cf. Lex.

---

nem Appellat paetum] *Strabo*, qui est detortis oculis, dicitur, *Paetus* autem leniter declinatis. Hoc autem et his quae subsequentur, ostendit a parentibus filiorum vitia aut non intelligi aut intellecta dissimulari. Idem praecipit circa amicos quoque esse faciendum. *Paeti* autem dicuntur proprie, quorum oculi huc atque illuc cum omni velocitate volvuntur. [*Male parvus*] valde parvus, dedecorose parvus, nimis exiguus. [*Vt abortivus fuit olim Sisyphus*] filii Antonii, nepos mariti Cleopatrae fuit pedalis. Alii dicunt fuisse intra bipedalem staturam, ingenii ignei. Antonius triumvir, frater Antonii Cleopatrae, habuit filium prodigiosae brevitatis; istum Sisyphum appellat, qui erat ardentissimi ingenii. [*Hoc Varum*] *Varus* appellatur introrsum pedibus retortis. [*Balbut. Scaur.*] *Scauri* sunt, qui exstantes talos habent. Pater autem balbutit *scaurum*, sic enim blandientes infantibus infingere linguam suam solent, ut eos imitentur. Alii dicunt *scauros* esse, qui habent talos inversos. Si filius habet talos tortuosos, pater balbutiendo vocat *scaurum*. [*Fultum male talis*] quia tali

bon. appell. paetum pater] *strabo*, qui detortis est oculis, dicitur; *paetus*, leniter declinatis. Haec autem ex his, quae sequuntur, ostenditur, a parentibus filiorum vitia aut non intelligi aut intellecta dissimulari, quod praecipit circa amicos quoque faciendum esse. [*Male parvus Si cui filius est*] mire dixit *male parvum*, volens intelligere macilentum. [*Abortivus fuit olim*] Sisyphus M. Antonii triumviri pumilio fuisse dicitur intra bipe-

Et iactantior hic paulo est: *concinnus amicis*
Postulat ut videatur. At est truculentior atque
Plus aequo liber: *simplex fortisque* habeatur.
Caldior est: *acres* inter numeretur. Opinor,
Haec res et iungit, iunctos et servat amicos.
  At nos virtutes ipsas invertimus, atque
Sincerum cupimus vas incrustare. Probus quis

v. 50. *paullo: concinnus* (omisso *est*) msc. Dorvill. — *amicus* Lips. 1. — 51. *ut dicatur* s. *habeatur* coni. Markl.

Hor. sub h. v.' — v. 49. *Ineptus*, cf. Cic. de Orat. II, 4. — v. 51. *truculentior*, *Polterer*, ut nos dicere solemus, ferocius et insolentius se efferens, paulo liberius et inconsideratius loquens. — v. 52. *simplex* est, qui quod sentit, eloquitur, *aufrichtig; fortis*, nihil timens, *bieder*, qui ita vivit, ut proverbium ‚*neminem laede, neminem time*' praescribit. — v. 53. *Caldior*, fervidioris ingenii; *acres*, vehementiores atq. sim. — vs. 49—53 *Vossivs* praeclare vertit sic: *Lebt dir der zu genau? Haushaelterisch heiss' er. Zu windig Und ruhmredig ist dieser ein weniges? Artig mit Freunden Hoert er sich gerne genannt. Doch Polterer ist er zu sehr und Ueber den Anstand frei? Für einfach nehmt ihn und bieder. Ist er zu rasch? Er gehoert zu den feurigen Seelen.* — v. 56—58. Poeta in antecedentibus pessimam hominum consuetudinem perstrinxerat, qui amicorum vitia, quae vel excusanda vel mollioribus verbis, virtutem

---

reliquum corpus sustentant. [*Parcius hic vivit*] hîc ostendit, quomodo amicorum vitia appellare et existimare debeamus, ut honestioribus verbis nominentur. [*Iactantior hic*] qui natura iactans est, habet stultitiam. [*Concinnus*] compositus, bonus, i. e. si iactans est aliquis, dicatur, quod vult videri apud amicos, *concinnus* et *bonus*. [*Truculentior*] iracundior. [*Plus aequo liber*] ultra quam oportet. *Plus aequo liber* est, qui, quod sentit, tacere non possit. [*Simplex*] non ambiguus aut bilinguis, sed qui quod sentiat, dicat. Vulgo autem *simplex* modestus dicitur. [*Caldior*] pro calidior, ferventior ad irascendum. [*Haec res*] qua vitia infringimus et levioribus nominibus appellamus. [*At nos virtutes ipsas invertimus*] i. e. male interpretamur. Sensus est: Nos vero adeo maligni sumus, ut non solum amicorum vitia non tegamus, verum etiam laudes mala interpretatione culpemus, dicentes quae bona, mala. Contra debebamus vitiis alia dare nomina, i. e. leviora. Nos etiam virtutes depravamus, i. e. laudes amicorum in vituperationem convertimus. [*Sincer. cupimus vas incrustare*] virtutem polluere vitio, ἀλληγορικῶς de bono viro, quasi de bono

dalem staturam, ingenio tamen vivax. [*Hunc varum*] hinc *vari* appellantur introrsum retortis cruribus. [*Illum Balb. Scaur.*] *scauri* dicuntur, qui exstantes talos habent. Suaviter autem dixit: *Balbutit scaurum*. Sic enim blandientes infantibus infingere linguam solent, ut quasi eos imitentur. [*Parcius hic vivit*] hîc iam ostenditur, qualia amicorum vitia existimare et appellare debeamus. [*Simplex*] *simplices* vulgo pro mansuetis ac modestis dicunt. Hîc simplicem dixit, quod qui sentiat de amico, libera lingua pronunciet. [*Caldior*] calidior ad irascendum honesto nomine *acer* dicatur. [*At nos virtutes ipsas invertimus*] i. e. maligni adeo ingenii sumus, ut non tantum vitia amicorum non tegamus, sed etiam laudes ipsas male interpretantes culpemus. [*Atq. Sincerum cup. vas incrust.*] ἀλληγορικῶς hoc dicitur. *Incrustari* autem *vas* dicitur, cum aliquo vitioso succo illinitur atque inquinatur, secundum quod et Lucilius in decima octava satira ait: *Nam vel regionibus illis Incrustatus calix*,

Nobiscum vivit, multum est demissus homo: illi
Tardo cognomen *pingui* damus. Hic fugit omnes
Insidias, nullique malo latus obdit apertum,
Quum genus hoc inter vitae versetur, ubi acris
Invidia atque vigent ubi crimina, pro bene sano

v. 57. *multum demissus homo, illi Tardo cognomen pingui damus* sic mss. plrq. ap. Lamb. Dorvill. 1, 2. Lips. 1. Edd. vett. Mediol. Venett. Loch. Colon. s. a. Ald. I. III. Asc. I. IV. Glarean. Bas. et Fabr. Cruqu. Chab. Bersm. Torr. Burm. Fea. prob. Bothius. — *homo ille, Tardo ac cognomen* sic. ed. Bentl. — *homo: illi Tardo ac cogn.* ed. San. Phil. *multum et dem. homo: illi Tardo cogn. pingui et damus* ed. Heind. e coniect. — *pingui et damus* recep. Doer. — *multum est demissus homo: illi Tardo cogn.* mss. Pott. 4, 9, 13, 19. Lips. 2. Edd. Lamb. Steph. Dac. Bond. Baxt. Gesn. Comb.-Azar. Wakef. Camp. Iahn. — *multum demissus homo ille est. Tardo cogn.* coni. Nann. Miscell. L. 3. — *multum dem. homo ille. Tardo cogn.* msc. Cruq. 1. vetust. Edd. Cruq. Cun. — *multum est dem. homo ille. Tardo cogn.* ed Wetz. — 58. *pingui* vulgo legitur. Nonnulli, quos vide ap. Kirchn., habent *pinguis*. — 60. *Cum genus — crimina* parenth. inclus. Lamb. Cruq. Steph. Chab. Bersm. Bond. Baxt. Cun. San. Phil. Gesn. Wakef. Azar. Wetz. Sine parenth. cett. — *versemur* msc. Cruq. 1, vetust. ed. Bentl.

---

simulantibus, extenuanda essent, iusto acrius notarent atque in peius verterent. Nunc malignam istam pravitatem iis finibus haud contineri, sed eo progredi ait, ut ipsas amicorum virtutes vitiorum nomine contaminent. Locum vero ipsum sic scribo: *Probus quis nobiscum vivit, multum est demissus homo: illi tardo cognomen pingui damus*, eodem sensu, quo *Vossius* haec verba interpretatus est: *Betraegt sich Ehrlich einer mit uns? O des gar Schwachmüthigen! Jenem Langsamen leihen wir den Namen des Dümmlichen.* — *homo demissus* hîc esse videtur is, qui animi deiecti s. pusilli est. Atque hoc eodem sensu usurpavit Cic. Off. III, 32. — Eodem modo poeta *tardum* et *pinguem* tanquam affinia invicem collocavit, quorum prior, quum diu ante consultet, quam agat, stupidi speciem induit; quo fit, ut calumniatores tarditati stuporis nomen inducant. *Probus — demissus* ad animi habitum, *tardus — pinguis* ad mentis indolem commode trahere poteris. *Tardus* autem hîc haud malam in partem dici, sponte apparet. Ita quidem cum *Mitscherlichio* (Racem. Venus. Fasc. II.) hunc locum intelligo, de quo tamen longe aliter statuunt Heind. Doer. vid. Var. Lect. — v. 59. *latus obdit apertum*, translatum a re

---

vino. [Lemma† *Lectum est et incrustare*] *incrustari vas* dicitur, cum aliquo vitioso succo illinitur et inquinatur, secundum quod et Lucilius in XVIII Satirarum: *Nam vel regionibus illis Incrustatur.* Vel etiam vasa, cum sint pura velut si sint fracta, incrustantur, h. e. cooperiuntur auro. [*Tardo cognomen pingui damus*] illum, qui *pinguis* est, *tardum* appellamus, naturam vertentes in vitium, pro *pingui tardo*. Pinguedo enim praegravat et tardos facit. [*Hic fugit omnes insidias*] si non vult se admiscere insidiosis et nullum laedere, stultum appellamus. [*Obdit*] obiicit, offert, opponit. [*Cum genus hoc inter vitae versetur*] cum in genere huius vi-

ruta caulis habetur. [*Illi Tardo cognomen pingui damus*] ordo est: *Illi pingui tardo cognomen damus*, i. e. sensus naturam in vitium vertentes pro *pingui tardum* dicimus. [*Latus obdit*] *obdit* nunc obiicit atque offert significat. [*Quam temere in nosmet*] *temere* nimis agimus sic iudicantes de amicis nostris, quia incipiunt et illi de nobis iudicantes eandem legem constituere. [*Vitiis nemo sine nascitur*] nemo est, inquit,

Ac non incauto, *fictum astutumque* vocamus.
Simplicior quis et est, qualem me saepe libenter
Obtulerim tibi, Maecenas, ut forte legentem
Aut tacitum impellat quovis sermone: »*Molestus!*
Communi sensu plane caret«, inquimus. Eheu
Quam temere in nosmet legem sancimus iniquam!
Nam *vitiis nemo sine nascitur; optimus ille est,*
Qui minimis urgetur. Amicus dulcis, ut aequum est,
Quum mea compenset vitiis bona, pluribus hisce
(Si modo plura mihi bona sunt) inclinet, amari

v. 63. *Simplicior quis et est, qualem* mss. ad un. omnes ap. Pulm. Bersm. Cruq. Torr. Talb. Bentl. Edd. Cun. San. Phil. Wakef. Heind. Doer. Iahn. — *Simpl. quis: et est, qualem* ed. Gesn. Fea. — *Simpl. quis at est, qualem* mss. ap. Lamb. plrq. Edd. Lamb. Torr. — *Simpl. quis est, qualem* ed. Asc. IV. — *Simpl. si quis, qualem* ed. Ald. III. Bas. 1527. 80. Ven. 1559. Glar. Lamb. ed. pr. Fabr. Steph. Chab. Bersm. Bond. — *Simpl. si quis est, qualem* ed. Medioll. 1486. Ald. I. — *Simpl. quis si est, qualem* msc. Dorvill. 2. — *qualem — Maecenas* parenthesi incl. Loch. et quos laud. Kirchn. qui recep. — 65. *impellat* mss. ap. Pulm. Cruq. Bersm. Torrent. omn. et edd. Med. Ven. Bas. etc. quas laud. Kirchn. it. Steph Bond. Burm. Baxt. Gesn. Wakef. Azara. Wetz. Fea, Heind. Doer. Iahn. — *impellam* ed. Muret. 1559. — *appellat* msc. un. ap. Lamb. — *impediat* ed. Bentl. e coni. — *sermone: molestus* sic Mediol. 1477. Iahn. — *sermone? molestus!* sic Zeun. Wetz. Fea. — *quovis sermone molestus* ceteri iungunt. — *sermone modestus* mss. Comb. vid. Kirchn. — 66. In carminibus cum Fea et Iahno fere semper *Heu, heu* scripsi, quod tamen in satiris, quorum sermo haud raro pedestris ad aures sonat, vix necesse esse videtur. — 71. *inclinet, amari Si volet: hac lege* sic dist. Acr. Edd. vett. omn. (quas vidit Kirchn. qui recep.) et Lamb. Fabr. Cruq. Steph. Chab. Bersm. Torrent. Bond. Burm. Bentl. Cun. San. Phil. Azara. Fea. — *inclinet: amari Si volet hac lege* sic Wakef. Heind. Doer. Iahn.

---

gladiatoria. — v. 61. *crimina, διαβολαί,* criminationes. — v. 71. *amari si volet* etc. pro *amari* Doeringo legendum esse videtur *amare*, quod ferri potest, ut sit: *si volet hac lege* me *amare*, ad eandem legem vicis-

---

tae versetur insidiosorum. [*Simpl. si quis*] Ordo est: *Si quis simplicior est, qualem me tibi obtulerim, o Maecenas, hunc appellant molestum et stultum.* Sensus vero hic est: Si quis libere et sine observatione temporis appellaverit amicum suum, hunc dicunt *stultum* et *molestum.* [*Communi sensu plane caret*] si quis est simplex, ut legentem aut cogitantem molestus interpellet, statim eum carere communi sensu dicimus. [*Inquimus*] συστολή, quia media syllaba longa deberet esse. [*Quam temere in nosmet legem sancimus iniquam*] qui eadem ab aliis patimur et eidem conditioni subiacemus, quia etiam illi eandem de nobis legem statuerunt. *Sancimus* autem firmamus, constituimus. [*Nam vitiis nemo sine nascitur*] ideo vitio amicorum debemus ignoscere, ut illi nostris ignoscant. [*Vrgetur*] gravatur. [*Amicus dulcis, ut aequum est*]

qui in se vitia non habeat. [*Amicus dulcis, ut aeq. est*] Ordo et sensus est: *Cum vitiis meis mea bona compeset.* Sic ergo ex eo, quod est bona, per figuram σύλληψιν bonis adsuimus. [*Amari si volet*] ἀλληγορικῶς hoc

Si volet hac lege, in trutina ponetur eadem.
Qui, ne tuberibus propriis offendat amicum,
Postulat, ignoscet verrucis illius: aequum est,
Peccatis veniam poscentem reddere rursus.
Denique, quatenus excidi penitus vitium irae,
Cetera item nequeunt stultis haerentia: cur non
Ponderibus modulisque suis ratio utitur ac, res
Vt quaeque est, ita suppliciis delicta coercet?
Si quis eum servum, patinam qui tollere iussus
Semesos pisces tepidumque ligurrierit ius,
In cruce suffigat, Labeone insanior inter

v. 74. *ignoscet* mss. fere omn. pariter atq. edd. tum vett. cum recent. — alii: *ignoscat.*

---

sim a me amabitur. — *trutina*, statera, translate de norma vel ratione, ad quam res aliqua ponderatur. Cic. de Orat. II, 38. — v. 76 — 79. *quatenus*, quoniam, Serm. I, 1, 64. — *excidi penitus,* radicitus exstirpari. — *stultis haerentia*, sc. nobis s. hominibus, quos Stoici fere omnes non solum *stultos*, sed *insanos* appellabant, velut praeter Stoicorum sapientiam

---

amicus bonus debet compensare mea vitia cum bonis. Et si plura sunt bona, ad ea propensior, i. e. ea magis laudare. [*Amari si volet*] accedet ad plurima mea bona et recedet a malis, si amari vult. [*Trutina ponetur eadem*] i. e. et de ipso eodem modo aestimabitur ἀλληγορικῶς. Qui ignoscit vitiis aliorum, mox eandem veniam consequetur. [*Qui ne tuber. propriis*] hoc dicit: Quod si quis magnis suis vitiis veniam poscit ab amico, minoribus vitiis amici debet ignoscere. *Tuber* est gibbus, hinc tuberosus, i. e. gibberosus. [*Deniq. quatenus excidi*] quoniam vitia irae et alia vitia non possunt penitus aboleri ab hominibus, debemus moderate ea vituperare. Si non possunt, inquit, dissimulare vitia amicorum, saltem tamen existimentur, qualia sunt, nec debemus ea malignitate augere. Iam paulatim eo descendit, ut adversus Stoicos disputet, qui dicunt peccata omnia paria esse. Animum ergo peccantis, non quantitatem peccati spectent. [*Ponderib. modulisq.*] propriis aestimationibus, iudiciis, mensuris debet uti et hoc modo debet punire peccatum. [*Ac res Vt quaeq. est*] prout unaquaeque res est et quemadmodum vitium est in quavis re, ita et poena ratione procedit, i. e. pro qualitate vitii poenam debemus adhibere. Hic autem tangit Stoicos, qui dicunt omnia vitia paria esse. [*Si quis eum servum*] a simili argumentum facit et docet non omnia peccata esse similia ac per hoc nec similes poenas esse. [*Ligurrierit*] degustaverit. [*Labeone insanior*] M. Antistius *Labeo*, iuris peritus, memoratae libertatis, nam in Augustum libere invectus est, ideo eum nunc poeta male

significat, qui ignoscet vitiis meis, indulgentia et ego vitia illius aestimabo. [*Qui ne tuberib. propr. offend.*] haec allegoria ad praecedentem sensum et ad subiectum pertinet. [*Deniq. quatenus excidi*] *denique*, inquit, si non potes dissimulare vitia amicorum, saltem talia illa aestimato, qualia sint, noli ea malignitate tua augere. Deinde hinc paulatim descendit eo, ut adversus Stoicos disputet, qui dicunt peccata omnia paria esse et similia et animum spectandum peccantis, non quantitatem rei, in qua peccatum est. [*Labeone insan.*] M. Antistius Labeo, praetorius, iuris etiam peritus, memor libertatis, in qua natus erat, multa contumaciter adversus Caesarem dixisse et fecisse dicitur, propter quod, nunc Horatius adulans

Sanos dicatur. Quanto hoc furiosius atque
Maius peccatum est! paullum deliquit amicus;
Quod nisi concedas, habeare insuavis; acerbus
Odisti et fugis, ut Rusonem debitor aeris,
Qui nisi, quum tristes misero venere Calendae,
Mercedem aut nummos unde unde extricat, amaras
Porrecto iugulo historias captivus ut audit.
Comminxit lectum potus mensave catillum

v. 83. *dicatur?* sic Cun. Doer. — *quanto furiosius* (omisso *hoc*) mss. Pulm. 1, 4, 7. *hoc* obelo notatum in msc. Cruqu. 1 vetust. — 85. *Quoi s. cui nisi* coni. Bentl. — *habere* msc. Lips. 2. Edd. Loch. Heind. satis vitiose! — *insuavis: acerbus Odisti* msc. Pulm. 7. Bentl. Heind. Iahn. In parenth. (*Quod - insuavis*) Markl. Fea, Wakef. Doer. — *insuavis, acerbus: Odisti* sic distinx. Med. 1477. Ven. 1478. vid. Kirchn. in Var. Lect. ad h. l. — 90. Codd. et Edd. nomen propr. *Rusonem* varie exhibent, dum eius scriptura mirum in modum fluctuat, vid. Kirchn.

---

alia plane nulla fuisset! — v. 86. De *Rusone* pariter ac de *Labeone* v. 82. cf. Index. — Rusonis, feneratoris famosissimi, acerbitatem, cum dies, quo sors aut usurae solvendae essent, venisset, nulla alia re mitigare et effugere potuisse debitores fama fert, quam si illi historias vel omnino scripta sua recitanti aures patienter commodarent. Quod quam fuerit ridiculum, nemo non intelligat. Sed satis notum est, quod mali scriptores scripta sua recitando eos, quos sese audire cogunt, *occidere* dicuntur; cf. Epist. ad Pis. v. 475. et infr. Serm. I, 9, 74. ubi Horatius se *sub* garruli hominis *cultro esse* ait. — *Porrecto iugulo* igitur significat ita fuisse iniucundam ac molestam debitoribus recitationem illam, ut ultro iugulum Rusoni praebere et iugulari mallent, quam audire. Ruso scilicet recitando debitores occidebat. — v. 90. *lectum*, instratam lecto tricliniari vestem stragulam. Doer. Nos: *Polster* vel *Sopha*. — De *Evandri* persona cf.

---

tractat, ut gratificetur Augusto. [*Sanos*] sapientes. [*Quanto hoc furiosius*] quod fecit dominus, quod servus admisit. [*Paulum deliquit amicus*] si peccavit amicus, odisti eum, quod peccatum parvum nisi concesseris, saevus et acerbus videare. [*Vt Rufonem*] significat hunc *Rufonem* feneratorem fuisse et eundem historiae malum scriptorem, qui solitus esset a debitoribus suis audientiam exigere. [*Qui nisi*] ordo est: *Qui nisi unde extricat numos*. Qui debitor nisi paraverit usuras aut sortem, audiet historias Rufonis feneratoris, i. e. lites et convicia. Alii dicunt historias, quod hic malus historiographus fuerit, adeo ut debitores eius cum non haberent, unde redderent, pro poena eum recitantem suas historias paterentur audire. [*Misero*] debitori. [*Venere Calendae*] quia in Calendis, sicut in Epodo dixit in Idibus, quibuscunque credita erat pecunia, reddere cogebantur. Et iste debitor nisi undecunque extricasset, i. e. collegisset mercedem aut nummos, audiebat ut captivus amaras historias, *porrecto iugulo*, quasi morti addicendus esset. [*Porrecto iugulo*] *iugulus* incerti generis est, nam hic *iugulus* et *iugulum* dicitur. [*Historias*] iniurias, contumelias. Ordo est: *Vt captivus audit*. Ast hic allusit, quoniam malus historiographus dicitur fuisse. [*Comminxit lectum*] invitasti quendam amicum tuum ad coenam, is potus comminxit lectum tuum aut

Augusto, *insanum* eum dixit. [*Odisti et fugis, ut Drusonem debitor aeris*] Octavius Drusus acerbus fenerator fuisse traditur, idem scriptor historiarum, ad quas audiendas significat solitum fuisse cogere debitores suos, quibus scilicet alia audire poena gravissima erat, hoc enim signifi-

Evandri manibus tritum deiecit; ob hanc rem
Aut positum ante mea quia pullum in parte catini
Sustulit esuriens, minus hoc iucundus amicus
Sit mihi? Quid faciam, si furtum fecerit aut si
Prodiderit commissa fide sponsumve negarit?
Quîs paria esse fere placuit peccata, laborant,
Quum ventum ad verum est: sensus moresque repugnant
Atque ipsa utilitas, iusti prope mater et aequi.
Quum prorepserunt primis animalia terris,

v. 91. *manibus tortum* coni. Bentl. recep. Cun. — 97. *ad usum est* msc. Comb. *repungant* Lips. 1.

Index. — *tritum*, tornatum, Virg. Ecl. III, 38. ibiq. Voss. Potest accipi de opere caelato maximi pretii. Artifex vel torno vel caelo vel scalpro eradit et deterit ex materia, quod inde detritum esse vult, ut iam Doer. ad h. l. adnotavit. — *commissa fide*, ut supr. Carm. Lib. III, 7, 4.: *Constantis iuvenem fide*. Vid. ibid. Var. Lect. — *sponsumve negarit*, se spopondisse negarit. — v. 97. *Cum ventum ad verum est*, *verum* hîc significat rerum naturam, qualis re vera est; Stoici nempe ex idea, ut ita dicam, peccata omnia esse paria contendebant, quae quidem in vita consistere, i. e. vera reddi nequit, nam poena culpae semper par esto! — Cic. de Fin. IV, 19.: *recte facta omnia aequalia, omnia peccata paria (esse); quae cum magnifice primo dici viderentur, considerata minus probantur: sensus enim cuiusque et natura rerum atque ipsa veritas clamat quodammodo, non posse adduci, ut inter eas res, quas Zeno exaequaret, nihil interesset.* — v. 98. *iusti prope mater*, contra Stoicorum rationem ac sapientiam iam ex Epicuri doctrinam affert sententiam, qualem laudat Diog. Laert. X, 150. — v. 99. *Quum proreps.* etc. haec

---

si fregerit catinum, eo debes illum odisse? [*Evandri manib. tritum*] Evandrum ferunt caelatorem ac plasten Atheniensem, a M. Antonio Alexandream perductum et inde inter captivos Romam venisse ibique multa admiratione digna fecisse. Hîc allusit ad speciem materiei dicens: *Vas fictile caelatum fuisse*. [*Ob hanc rem*] quia vas aut calicem deiecerit nobiliter factum, ideo debet minus iucundus videri. Ordo est: *Ob hanc rem minus iucundus amicus sit mihi, quia antepositum pullum in mea parte catini sustulit, ideo hunc debeo persequi?* [*Sponsumve negarit*] promissum, si in placito pro me noluerunt spondere. [*Quîs paria*] dogma reprehendit Stoicorum, qui peccata paria esse dicunt et ait, ne ipsos quidem in sententia permanere. [*Ad verum*] ad existimationem, in hoc, quod facilius diiudicatur furtum, quam homicidium, quod Stoici nolunt. [*Sensus*] consuetudo probat, non paria esse peccata, quia aliter punimus furem, aliter homicidam. Sensus est: Aliter indignatur animus, cum audierit homicidium factum, aliter cum furtum. [*Moresq.*] iudicium et aestimatio hominum, i. e. cum venerimus ad veritatem, h. e. ad iudicandum de peccatis, mores abnuunt paria esse peccata, quia aliter sentiunt homi-

cat: *porrecto iugulo*. [*Mensave catillum Evandri*] qui de personis Horatianis scripserunt, aiunt Evandrum hunc caelatorem et plasten statuarum, quem M. Antonium ab Athenis Alexandriam transtulisse, inde inter captivos Romam perductum multa opera mirabilia fecisse. [*Quîs paria esse fere placuit peccata*] Stoicorum dogma reprehendit, qui omnia peccata paria esse dicunt et ait ne ipsos quidem in hac sententia permanere, nisi verbo tenus. Iam hinc tractatus habeatur, sed ut vere de amisso quaeratur. [*Atq. ipsa utilitas iust. prope mater et aequi*] *matrem* re-

Mutum et turpe pecus, glandem atque cubilia propter
Vnguibus et pugnis, dein fustibus, atque ita porro
Pugnabant armis, quae post fabricaverat usus;
Donec verba, quibus voces sensusque notarent,
Nominaque invenere: dehinc absistere bello,
Oppida coeperunt munire et ponere leges,
Ne quis fur esset, neu latro, neu quis adulter.
Nam fuit ante Helenam cunnus teterrima belli
Causa, sed ignotis perierunt mortibus illi,
Quos venerem incertam rapientes more ferarum

v. 107. *teterrima* mss. ap. Pulm. Bersm. Torr. omnes, ap. Lamb. plrq. Lips. 1, 2. Edd. vulgo. — *deterrima* msc. Feae, aliique plur.

---

quoque de primo generis humani ortu et cultu narratio ad Epicureorum sententiam adcommodata est, ut secundum alios ad h. l. notavit Doer. — v. 100. *mutum et turpe pecus*, i. e. homines illi recentes a pecudibus parum admodum differentes, nondum scilicet sermonis usu, nec civili cultu reperto, nondum denique legibus ullis constitutis. *Mutum*, i. e. *ἄλογον*, rationis et orationis expers, non quod revera tales essent primi homines, sed quod victu et cultu parum a mutis animantibus differrent. — v. 107. *nam fuit ante Helenam cunnus* etc. i. e. fuerunt enim ante Helenam aliae mulieres, e quibus belli causae natae sunt, fuerunt alii ante Paridem adulteri. Athen. lib. III. c. 4. complures mulieres enumerat, quae belli principia causasque praebuerint, et Herodotus Lib. I. init. prima inter Graecos et barbaros bella ob feminas hinc et illinc raptas orta esse ostendit. Sed non solum bellorum omne principium, sed etiam, ut historia ab Mose conficta tradit, omnium peccatorum repetere debemus ab femina prima! — Vides ergo, quam arcte huiusmodi omnium fere gentium traditiones, ut ita dicam, invicem cohaereant. — v. 109. *Venus incerta* Lucretio IV, 1064. dicitur *volgivaga*. Cf. idem V, 960.: *Et venus in silvis iungebat corpora amantum; Conciliabat enim vel mutua quamque cupido Vel violenta viri vis.* — *viribus editior*, alter altero viribus praestantior prior expugnare solebat coitum, quemadmodum inter boves fieri constat. — v. 113 — 117. *Nec nat. potest* etc. quorum verborum sensum Doer. hisce verbis bene explicat: Quemadmodum natura per se iniquum a iusto secernere nequit, quamvis (*ut*) bona et mala, petenda et fugienda, *dividit*, (distinguit) ita Stoicorum philosophia probare et evincere non poterit hoc, ut is, qui teneros caules in horto alieno fregerit, et is, qui noctu sacrilegium fecerit, unum idemque peccatum committant. — v. 119. De *scutica*, qua leviora peccata puniebantur, et de *flagello*, quod propterea dicitur *horribile*, quod ad mortem usque eo caederentur servi

---

nes ceteri quam Stoici. [*Atq. ipsa utilitas iusti prope mater et aequi*] ingeniose ait iustum et aequum ex utilitate descendere. Inter *iustum* autem et *aequum* haec differentia est: *Iustum* est, quod ex lege descendit; *aequum* vero, quod ex natura. Maro: *Haud vinclo nec legibus aequam.* Est autem utilitas vera iusti et virtutis mater. Altera est, quae videtur pecuniaria. Illa ergo utilitas, iusti mater, repugnat praeceptis Stoicorum. Ostendere vult non esse iustitiam naturalem, sed natam esse ex utilitate. [*Cum prorepserunt*] i. e. processerunt. Docet, quomodo ex utilitate nata est iustitia. [*Primis animalia terris*] *ὑπαλλαγή*, pro prima animalia. Intelligendum autem homines. [*Turpe*] incultum. [*Vsus*] diligentia. [*Verba, quib. voc.*] quia *verba* et *voces* notent et sensus nostros. [*Dehinc absistere*] secedere, separari, *ζεῦγμα*: *coeperunt*, posteaquam inventae sunt leges. [*Oppida coeperunt munire*] hoc eo pertinet, ut probet, quod supra dixerat, homines inter se ab initio, cum orti sunt, pugnam habuisse, sed primo ferino ritu, deinde ad arma paulatim processisse. [*Et ponere leges, Ne quis fur esset*] ecce ut probat iusti matrem esse utilitatem. [*Ignotis perierunt mortibus*] quia nemo de illis scripsit, ignorantur. [*Incertam*] omnibus expositam, quia non habebant certas uxores. [*Iura inventa metu iniusti*] necesse est, inventas esse leges propter metum incommoditatis. Adhuc ostendere vult iustitiam non esse naturalem, sed inventam propter utilitatem. Natura enim praestat scire, quae sunt appetenda, quae etiam fugienda, sed ratio, quae plus valet, discernit iustum ab iniusto. [*Tempora si fastosq. velis evolvere*] si antiquitatem volueris retexere, in qua leges nullae erant, invenies iustitiam inventam propter utilitatem, non propter naturam. [*Nec natura potest iusto secernere iniquum*] novit natura, quid sit amarum, quid dulce, quid album, quid nigrum, quid iustum, quid iniustum nescit. Non potest enim tollere cupiditatem habendi et timorem amittendi, quae utraque non natura, sed vita nos docet et neque iustum diligit neque vituperat iniustum. [*Dividit, ut bona diversis*] i. e. quo modo potest natura separare mala a bonis, ita non potest separare iusta ab iniustis, sicut Stoici voluerunt. Natura enim bona ac fugienda operi suo adtribuit, sed iustum ab iniusto ratio secernit, quae ratio non obtinet hoc, ut tantum peccet, qui caules eripuit, quam qui sacrilegium fecerit. Non ita per naturam quid iustum sit aut iniustum intelligere possumus, quo modo intelligitur, quid utile aut inutile sit aut quantum malum distet a bono. [*Nec vincet ratio*] nec potest probare ratio hoc, quod tantum is peccet, qui alienum hortum vexarit, quam qui patrem occiderit. [*Nocturnus*] pro noctu, ut alibi: *Vos exemplaria Graeca Nocturna versate manu.* [*Legerit*] furatus sit, ut poeta: *Vel quae sublegi tacitus.* Vnde et *sacrilegi* dicti. [*Regula*] iustitia, moderatio. [*Quae poenas irroget aequas*] utpote parvis parvas, magnis magnas. [*Scutica*] loro, habena, graece dixit: deest *non vereor*, ne mali-

cte dixit. [*Nam fuit ante Helen. cunnus teterr. belli causa*] hoc eo pertinet, ut probet id, quod dixerat homines inter se ab initio cum orti sint, pugnas habuisse, primo ferino ritu, deinde paulatim ad arma processisse. [*Nec natura potest iusto secernere iniquum*] non ita, inquit, per naturam quid iustum, quid iniustum sit, intelligere quis potest, ut intelligat, quid utile, quid inutile sit, aut quod malum a bono distet. [*Nec vincet ratio hoc tantundem ut peccet*] nec hoc unquam ratio obtinebit, ut eadem

Viribus editior caedebat, ut in grege taurus.
Iura inventa metu iniusti, fateare necesse est,
Tempora si fastosque velis evolvere mundi.
Nec natura potest iusto secernere iniquum,
Dividit ut bona diversis, fugienda petendis:
Nec vincet ratio hoc, tantundem ut peccet idemque,
Qui teneros caules alieni fregerit horti
Et qui nocturnus sacra Divûm legerit. Adsit
Regula, peccatis quae poenas irroget aequas,
Ne scutica dignum horribili sectere flagello.

v. 117. *sacra Divum* et *Divum sacra* pariter exhibent et codd. et edd. tum vett. cum recentt.

Nam, ut ferula caedas meritum maiora subire
Verbera, non vereor: quum dicas esse pares res

v. 120. *Nam ferula caedas* msc. ap. Feam. — *Nam ferula ut cae-*
das msc. ap. eund. quam lectionem prob. Both. qui disting.: *Verbera?*
non vereor: aut legendum proponit: *Ne ferula caedas.* — *Neu ferula*
coni. *Pet. Hoss* in programm. (Koeln 1827.)

---

et malefici, cf. *Lex. Hor.* sub his voc. — v. 120 — 121. *Nam, ut ferula*
caedas meritum maiora subire Verbera, non vereor: quum dicas etc.
Locus si quis alius satis superque conclamatus, qui interpretibus ansam
multarum disceptationum praebuit: *Heindorfio* et *Doeringo* ad scriptorum
anacolutha referendus esse videtur. Iahn. ponit verba „*non vereor, ut*"
affirmare, hoc sensu: „non dubium est, quin eum, qui multo maiore poena
dignus sit, ferula tantum caedas." — Alii aliter hunc locum constituen-
dum esse censent, cf. Var. Lect. Sed omnes parum feliciter crucem e
medio tollere student, dum sensum modo alienum sententiae fingunt, modo
ipsi latinitati vim faciunt. Veritati propius accessisse videtur *Arndt* in
Anal. Hor. supra laudat. (cf. *Jen. Lit. Zeit.* No. 217 — 18. Novbr.
1832.) fere haecce subiungens: „Potest finis negativus, quem indicant verba
metuendi, significari additā particulā *ne*, etiam quum praecesserit negatio:
non vereor, ne, h. e. abest metus, ne. Tum illam anxietatem, qua futu-
rum malum repraesentatur, abesse indicatur; additur tamen finis negati-
vus, ad quem spectat illa sollicitudo. Potest vero etiam sic coniungi ne-
gatio antecedens cum verbo, ut negato timoris affectu intelligatur securi-
tas quaedam vel fidentia, cui subiiciatur ea res, ad quam illa spectet,
additā particulā *ut*. Absente enim anxietate abesse etiam potest ex cogi-
tatione mentis finis negativus. Particula autem *ut* pariter hic locum ha-
bet ac post *probabile est*, *verisimile est*, *spes est*, in quibus atque simi-
libus particulâ illâ circumscribi notionem demonstrativam docuit *Fr. El-*
lendt in censura grammaticae Zumptii. [*Berliner Jahrbücher*. 1828. Octbr.
No. 72 sqq.] Pronunciando, sic ille pergit, iuvari debebat sensus. Nam
patet, si post *non vereor* sequatur *ne*, gravius pronuntiari verbum *vereor*;
sin *ut* sequatur, distinctius proferri negationem: *nón vereor*." — Fortasse
illa verborum structura ita explicari potest, ut genus s. modum brevius
dicendi statuas, quo Romani *non vereor, ut* dixerint pro: *non vereor*, fore
s. futurum esse, *ut*. (Vid. *Grotefend* in Gr. Lat.) Ceterum recte habet
verborum structura — ex ingenio atque indole linguae latinae diiudican-
da — *ut ferula caedas — nón vereor*, quippe qui perbene sciam, te num-
quam peccatum gravius poena esse ulturum leviore. [*Non vereor, ne no-*
ceat, i. e. *ich befürchte nicht, dass es schade*, sed nihilo minus noce-
re poterit, nam innocuum esse haud satis scio; *non verepr, ut noceat*, i.
e. *ich befürchte nicht, dass es schade*, scio enim innocuum esse.]
Istos autem, qui ex regulis ab ratione modoque dicendi potiori (i. e. fre-
quentiore) repetitis rem dirimere conantur, de alia dicendi ratione quam
semel pro lege habita minime cogitare, res nota. Hinc illae lacrymae! —

---

gnum supplicio afficias leviore, cum minêris pari supplicio omnia peccata
persequi, si tibi fuerit imperium. [*Nam ut ferula caedas*] parvo sup-
plicio afficias eum, qui graviora commisit. [*Non vereor*] nam qui di-
cat paria esse peccata, severus admodum est. *Severus* autem levia
supplicia nescit ferre. [*Cum dicas esse pares res*] cum tu, o Stoice,
dicas omnia crimina aequaliter esse punienda, non vereor, ne eum tor-
peccata credenda sint sacrilegi et eius, qui cauliculos de horto furatus sit.
[*Nocturn. sacra divum legerit*] collegerit ac per hoc subduxerit ac fu-
ratus sit, unde sacrilegi impii, qui hoc flagitium admittunt, appellantur.
[*Nec scutica dignum horribili sectere flagello*] sensus est: Ne leviter
caedendum flagellis verberes, nam et illud te non moneo, ne gravius pu-

Furta latrociniis, et magnis parva mineris
Falce recisurum simili te, si tibi regnum
Permittant homines. Si dives, qui sapiens est,
Et sutor bonus et solus formosus et est rex:
Cur optas, quod habes? «Non nosti, quid pater,» inquit,
Chrysippus dicat: «Sapiens crepidas sibi nunquam
Nec soleas fecit; sutor tamen est sapiens.» Quî?
Vt, quamvis tacet Hermogenes, cantor tamen atque

v. 128. *Qui?* var. lect. ap. Lamb. mss. ap. Cruqu. 1. Bentl. 15. alii
mss. ap. Val. Edd. Bentl. Cun. San. Azara. Wakef. Wetz. Fea, Heind.
Doer. Iahn. *Quo?* mss. ap. Pulm. omnes. ap. Cruq. Edd. ante Bentl.
omnes.

---

v. 122. *Et magnis parva* etc. i. e. et mineris te similem poenam ad le-
via peccata vindicanda adhibiturum atque ad gravia. *Simili falce reci-*
dere posuit pro eo, quod est, simili poena coercere. — v. 124. *Si dives,*
qui sapiens etc. Stoicos deridet, dicens, nonne hoc vestrum est, sapien-
tem esse divitem, sutorem, formosum atque etiam regem? quid igitur ve-
tat, quominus regia potestate utaris? etc. — v. 125. *Et sutor bonus* etc.
scilicet secundum Stoicorum doctrinam. Stob. Eclogg. Eth. P. II. p. 208.:
ὃν τρόπον λέγομεν πάντ' εὖ ποιεῖν τὸν αὐλητὴν ἢ κιθαρῳδόν, συνυπα-
κουομένου τοῦ τὰ μὲν κατὰ τὴν αὔλησιν, τὰ δὲ κατὰ τὴν κιθαρῳδίαν,
τὸν αὐτὸν τρόπον πάντα εὖ ποιεῖν τὸν φρόνιμον καὶ ὅσα ποιεῖ καὶ
ναὶ μὰ Δία καὶ ἃ μὴ ποιεῖ, τὸ γὰρ κατὰ λόγον ὀρθὸν ἐπιτελεῖν
πάντα καὶ οἷον κατ' ἀρετήν, περὶ ὅλον οὖσαν τὸν βίον τέχνην. —
v. 127. De *Chrysippo* cf. INDEX. — v. 130. *vafer*, callidus, quoniam *iuris*

---

queas levi poena, qui dignus est maxima. Scilicet cum aequatis crimini-
bus nullum tam leve putes, quod ferula vindicandum sit. [*Falce recisu-*
rum] *ἀλληγορικῶς*, supplicio amputaturum. [*Si dives, qui sapiens est*]
dicunt Stoici sapientem divitem esse, si mendicet; et nobilem, si servus
sit; et pulcherrimum esse, etiamsi sordidus sit. Ordo iste est: *si quis*
sapiens est et dives est et sutor bonus et formosus et rex, secundum
Stoicam sectam. Ait ergo Horatius: Si secundum te, o Stoice, sapiens
haec omnia habet, cur ad correctionem morum regnum petis, quod te ha-
bere dixisti? [*Cur optas, quod habes*] inconsiderate ait illum optare
regnum, cum sapientem, etiamsi sutor sit, regem esse dicat. [*Non nosti,*
quid pater] Chrysippus restitutor Stoicae sectae et eruditus praeceptor,
de quo etiam Cicero meminit. Nunc autem personam contradicentis sibi
inducit, ut et Stoicos et reliquos irrideat. [*Soleas*] caligulas bene inci-
sas. [*Quo*] *quo?* interrogative ponitur. [*Vt, quamvis tacet Hermogenes*]
quasi Stoicus. Redit ad principium, nam de cantoribus coeperat. [*Vt Al-*
niendum ferula caedas, quoniam scio nullum peccatum leve putandum esse.
[*Mineris Falce recisurum*] *ἀλληγορικῶς* significat, quod mineris eadem
te poena vindicare et magna et parva peccata. [*Si dives, qui sap. est*]
hoc ad illud refertur, quod de affectione sapientis Stoici dixerat: *Si tibi*
regnum Permittant homines. Porro autem Stoici existimant perfectae
sapientiae virum omnia habere, in quo et Lucilius versatus sic ait: *Non-*
dum etiam haec omnia habebit Formosus, dives, liber, rex solus voce-
tur. Quae tamen poeta non simpliciter, sed per derisum Stoicorum dicit.
[*Non nosti, quid pater, inquit, Chrysippus*] personam contradicentis
poeta per urbanitatem fingit, ut et Stoicos et alios, quorum nomina sub-

Optimus est modulator; ut Alfenus vafer, omni
Abiecto instrumento artis clausaque taberna,
Sutor erat: sapiens operis sic optimus omnis
Est opifex solus, sic rex. Vellunt tibi barbam
Lascivi pueri, quos tu nisi fuste coerces,
Vrgueris turba circum te stante miserque
Rumperis et latras, magnorum maxime regum!
Ne longum faciam, dum tu quadrante lavatum

v. 132. *Sutor erat* mss. et edd. vulgo. *Sutor erat* mss. Cruq. 1. Acr. msc. ap. Bentl. habet: *abiecta tonstrina.* Inde Bentl. recep. *Tonsor erat* seq. Cun. San. Oberl. Azar. — *Sutor erat sapiens operis: sic opt.* Sic dist. edd. vett. Mediol. et Ven. et Fea, Iahn. — Sed quis (ex historia) comprobare poterit, utrum *sutor* an *tonsor* Alfenus fuerit? — 133. *Est opifex solus: sic rex* mss. Pulm. Lamb. Edd. Ven. Mediol. Lamb. Cruq. Steph. Chab. Bersm. Bond. Bentl. (qui def.) Baxt. Cun. San. Wakef. Fea, Heind. Doer. Iahn. — *Est opifex: solus sic rex* msc. un. ap. Bersm. Kirchn. (quem vide) semicolo post *opifex* posito.

---

consulti, quodcunque causae suae prodesse ac favere possit, prudenter ac callide in partes vocant, in commodum rei convertunt; hinc infr. Serm. II, 2, 131. *vafri inscitia iuris.* — De *Alfeno* cf. INDEX. — v. 133. *Vellunt tibi barbam* etc. de proverbiali locutione: τὸν πώγωνα τίλλειν τίνι, pro: habere aliquem ludibrio, ignominiose aliquem tractare, vid. *Casaub.* ad Pers. I, 133. — v. 136. *Rumperis*, sc. prae ira. — *latras*, tanquam canis latrans convicia iacis. — v. 137. *Ne longum faciam*, ut brevius dicam, ut Serm. II, 1, 57. Cic. de Legg. I, 7. — *quadrante*, quarta assis parte. Pauper enim pro balneo quadrantem dabat. — v. 138. *stipator*,

---

phenus vafer, omni Abiecto instrumento artis] urbane satis Alphenum vafrum Cremonensem deridet, qui abiecta sutrina, quam in municipio suo exercuerat, Romam venit, magistroque usus Sulpicio iuris consulto, ad tantam pervenit scientiam, ut et consulatum gereret et publico† funere efferretur [corr. *officio fungeretur*]. Aliter Alphenus sutoris filius, qui ita iuris studio intendit, ut beneficio artis huius latum clavum sumeret et ad consularem consurgeret dignitatem. Sunt, qui dicant, hunc Cremonensem fuisse. *Vafer* autem astutus, cordatus. Antiqui etiam pro bono hoc dicebant. [*Sic optimus omnis*] Ordo: *Hic omnis sapiens optimus est artifex.* [*Vellunt tibi barbam*] usque adeo non es rex, ut si ad vellendam barbam tuam venerint pueri, non nisi baculo vindiceris. [*Lascivi pueri*] aut quia Epicurei dicunt summum bonum in voluptate positum aut simpliciter *lascivos pueros* dixit. [*Dum tu quadrante lavatum Rex ibis*] per irrisionem dixit, dum tu rex quadrante lavatum ibis, quod rex non facit et est sensus iste:

iecit, derideat. [*Vt Alph. vaf. omn. Abiect. instr. art. claus. tab.*] sic, inquit, Stoicus rex et quidquid sibi adsignat, potest dici, ut Alphenus sutor, quamvis tabernam clauserit et omne instrumentum sutrinae vendiderit. Is enim abiecta sutrina, quam in municipio suo exercuerat, Romam petiit, Marcoque Sulpicio iurisconsulto usus, ad tantum dignitatis pervenit, ut consulatum gereret et publico (*vid. supr. Acr.*) funere efferretur. [*Vellunt tibi barb. Lascivi pueri*] quomodo rex es, inquit, Stoice, cum petulantiam puerorum barbam tibi vellentium non aliter possis repellere, quam baculo tuo. Per quod ostendit, vanissima persuasione sibi vindicare, quod non habeat. [*Dum tu quadrante lavatum Rex ibis*] perquam urbane. Sensus autem: Quamdiu tu solus lavabis, quadrante balneatori dato, neque quisquam comitabitur, nisi unus Crispinus, disciplinae Stoicae sectator. Facile erit,

Rex ibis neque te quisquam stipator, ineptum
Praeter Crispinum, sectabitur; et mihi dulces
Ignoscent, si quid peccaro stultus, amici,
Inque vicem illorum patiar delicta libenter,
Privatusque magis vivam te rege beatus.

SATIRA IV.

ARGUM. *Ex Lucilii poetae temporibus ad Horatii usque aetatem nemo Romae exstiterat, qui illa dicendi atque hominum vitia perstringendi liberalitate uteretur, qua Lucilium usum fuisse constat. Horatius igitur primus erat, qui Lucilii satiram renovaret, eamque moribus ac suae aetatis indoli adcommodaret, sed nihilominus iniqua hominum de satiris suis iudicia expertus est. Quam ob rem in hac satira animum profitetur, quo ad satiras scribendas accedat. Nullus negat se morum aetatis suae iudicem non tam factum, quam potius natum (poeta nascitur, non fit) satiras componere, dum semet ipsum contra istos, qui de satirarum scribendarum ratione ridicule pariter ac temere iudicasse videntur, i. e. obtrectatores suos, optime defendit. — De argumento huius satirae compara Dissert. de Horatii iudicio de vetustioribus poetis in Manso's vermischt. Abhandl. p. 87. — De eodem nuperrime disseruit Carolus Passovius in Horatius' Vierte Satire lateinisch und teutsch mit Rechtfertigungen.* (Berlin 1828.)

Eupolis atque Cratinus Aristophanesque poetae
Atque alii, quorum comoedia prisca virorum est,

v. 140. *peccaro* msc. 1. antiquiss. ap. Lamb. mss. Pulm. 1, 4. un. ap. Bersm. Talb. 3, 12, 14. Bentl. 2, 6, 21. alii mss. ap. Val. Comb. Gesn. Feam, prob. Lamb. Edd. Bentl. (qui restit.) Cun. San. Oberl. Comb. Wakef. Fea, Heind. Doer. Iahn, Kirchn. — *peccavero* nonnulli ap. Pulm. et edd. ante Bentl. omnes. — *peccabo* mss. ap. Lamb. alq. Pulm. tres ap. Bersm. quinque ap. Torr.

---

satelles, quales in regis comitatu esse solent. Satis acerbe Stoicum hic perstringit! — De *Crispino* cf. INDEX.

Quemadmodum non potes probare te regem esse, ita non potes probare paria esse peccata. Nam qua ratione rex es, qui nummo dato lavas te et uno comite pergis ad bellum? Mihi autem ignoscent amici mei, si quid peccavero et ego illis, i. e. dum tu contemnis omnia et dicis non esse veniam dandam peccatis et dicis omnia peccata paria esse, ego si quid peccavero, impetro ab illis veniam et invicem praesto. Per utramque ergo partem nititur Horatius probare, neque regem esse Stoicum neque paria esse peccata. Dicendo namque dum tu pergis lavatum nummo dato probat non esse regem. Dicendo etiam ignoscent mihi amici et ego illis, ostendit peccata non esse paria, nam sicut peccatum dignum est venia, peccata paria esse non possunt. [*Crispinum*] *Crispinus* Stoicus fuit, qui de Stoica secta scripsit versibus. [*Stultus*] ut tu putas aut imprudens. [*Privatus*] non ea sentiens, quae tu sentis. [*Beatus*] pro beatior.

si non paria esse peccata omnium, ut non probent te regem esse. [*Privatusq. magis vivam te rege beatus*] Ordo et sensus est: *Magis beatus vivam, quam tu, rex.*

Si quis erat dignus describi, quod malus ac fur,
Quod moechus foret aut sicarius aut alioqui
Famosus, multa cum libertate notabant.
Hinc omnis pendet Lucilius, hosque secutus,
Mutatis tantum pedibus numerisque, facetus,
Emunctae naris, durus componere versus.
Nam fuit hoc vitiosus: in hora saepe ducentos,
Vt magnum, versus dictabat stans pede in uno.
Quum flueret lutulentus, erat, quod tollere velles:

v. 3. *aut fur* mss. Feae, un. ap. Bentl. Edd. ante Bentl. fere omnes et Baxt. Gesn. Wetz. Fea, qui def. Heind. Camp. Iahn. Doer. — *ac fur* mss. ap. Feam. Edd. Bentl. qui indux. Cunn. San. Phil. Val. Azar. Wakef. — *Ac* saepius eadem significatione dicitur, qua *et quidem* usurpatur. Cf. *Goerenz* ad Cic. de Fin. B. et M. I, 9, 31. ad Acad. II, 27, 86. Terent. Eunuch. I, 2, 95. *Vtinam istuc verbum ex animo ac vere diceres.* Ibid. III, 5, 43. *ego vero illud fecerim ac lubens.* Hoc sensu positum *ac* videtur esse praeferendum. Praetulere Kirchn. et Car. Passovius. — 7. *pedibus tantum* msc. unus ap. Bersm. — *numerisque facetus: Emunctae* sic dist. Mediol. 1477. 86. 1508. 12. Venet. 1478. 79. 83. 86. 94. 95. 98. Bas. 1527. 80. Lamb. Fabr. et Cruq. Chab. Bersm. Burm. *numerisque: facetus, Emunctae* sic dist. Colon. s. a. Asc. I. IV. Steph. Torr. Bentl. Bond. Baxt. Cun. Phil. Gesn. — 11. *Dum flueret* msc. unus ap. Bersm. — *Garrulus — laborem,* (*Scribendi — moror.*) *ecce Crispinus.* Ita Both. vult iungi, ut garrulus ad *Crispinum* trahatur.

---

v. 1—5. De *comoedia*, quae a Grammaticis Alexandrinis descripta est in *veterem*, *mediam*, *novam*, cf. INDEX coll. LEX. *Hor.* sub h. v. — v. 8. *Emunctae naris*, de quo translate dicto iam supra diximus ad Serm. I, 3, 30. — *durus componere versus*, ingenium Lucilii non satis expolitum impedimento erat, quo minus se versus scabros, incomptos et inconcinnos fundere sentiret; *nam fuit hoc vitiosus*, ob hoc, ex hanc potissimum cau-

---

ACR. [*Eupolis atq. Cratinus*] Eupolis, Cratinus, Aristophanes, hi primi *Archaeas Comoedias* scripserunt, in quibus hominum vitia amaritudine stili secuerunt. Mire autem origo satirae per hoc ostenditur. Dicit igitur modo, unde nata sit satira, simul qualis esse debeat satira. [*Atq. alii, quorum*] Ordo est: *Atque alii virorum, quorum.* [*Aut alioqui*] alio modo, hîc in alia re. [*Multa cum libertate*] ideo ut et nomina ostenderent. [*Hinc omnis pendet Lucilius*] *Lucilius* Graecos poetas secutus, ipse poeta Romanus. [*Mutatis tantum pedibus numerisq.*] illi enim Iambicis, quasi in Comoediis usi, Lucilius heroicis. [*Hosce*] praedictos poetas Graecos. [*Facetus*] urbanus. Habens peritiam risum movendi et secandi homines vitiosos. [*Emunctae naris*] tersae elegantiae vel mundae. Significat autem sapientem, quia e contrario muccosum stultum appellamus. [*Durus componere*] asper ad componendos versus. [*Nam fuit hoc vitiosus*] ut asperos versus faceret. [*In hora saepe ducentos, Vt magnum, versus dictabat*] putabat maximum, si multos versus in momento fecisset. *Vt magnum*, sicuti magnum, sed non est magnum mul-

POR. [*Eupolis atq. Cratinus Aristophanesq.*] hi Archaeas comoedias scripserunt, in quibus civium vitia amaritudine prosciderunt. Mire autem per hoc origo Satirae ostenditur. [*Mutatis pedibus*] quia scilicet alio metro usi sunt antiqui poetae, qui comoedias scripserunt; alio Lucilius satiras composuit. [*Emunctae naris*] versus elegantes et decentes. [*Vt magnum*] h. e. magnam rem se facere putans, si multos versus mi-

Rex ibis neque te quisquam stipator, ineptum
Praeter Crispinum, sectabitur; et mihi dulces
Ignoscent, si quid peccaro stultus, amici,
Inque vicem illorum patiar delicta libenter,
Privatusque magis vivam te rege beatus.

SATIRA IV.

ARGUM. *Ex Lucilii poetae temporibus ad Horatii usque aetatem nemo Romae exstiterat, qui illa dicendi atque hominum vitia perstringendi liberalitate uteretur, qua Lucilium usum fuisse constat. Horatius igitur primus erat, qui Lucilii satiram renovaret, eamque moribus ac suae aetatis indoli adcommodaret, sed nihilominus iniqua hominum de satiris suis iudicia expertus est. Quam ob rem in hac satira animum profitetur, quo ad satiras scribendas accedat. Nullus negat se morum aetatis suae iudicem non tam factum, quam potius natum (poeta nascitur, non fit) satiras componere, dum semet ipsum contra istos, qui de satirarum scribendarum ratione ridicule pariter ac temere iudicasse videntur, i. e. obtrectatores suos, optime defendit. — De argumento huius satirae compara Dissert. de Horatii iudicio de vetustioribus poetis in Manso's vermischt. Abhandl. p. 87. — De eodem nuperrime disseruit Carolus Passovius in Horatius' Vierte Satire lateinisch und teutsch mit Rechtfertigungen.* (*Berlin* 1828.)

Eupolis atque Cratinus Aristophanesque poetae
Atque alii, quorum comoedia prisca virorum est,

v. 140. *peccaro* msc. 1. antiquiss. ap. Lamb. mss. Pulm. 1, 4. un. ap. Bersm. Talb. 3, 12, 14. Bentl. 2, 6, 21. alii mss. ap. Val. Comb. Gesn. Feam, prob. Lamb. Edd. Bentl. (qui restit.) Cun. San. Oberl. Comb. Wakef. Fea, Heind. Doer. Iahn, Kirchn. — *peccavero* nonnulli ap. Pulm. et edd. ante Bentl. omnes. — *peccabo* mss. ap. Lamb. alq. Pulm. tres ap. Bersm. quinque ap. Torr.

---

satelles, quales in regis comitatu esse solent. Satis acerbe Stoicum hic perstringit! — De *Crispino* cf. INDEX.

Quemadmodum non potes probare te regem esse, ita non potes probare paria esse peccata. Nam qua ratione rex es, qui nummo dato lavas te et uno comite pergis ad bellum? Mihi autem ignoscent amici mei, si quid peccavero et ego illis, i. e. dum tu contemnis omnia et dicis non esse veniam dandam peccatis et dicis omnia peccata paria esse, ego si quid peccavero, impetro ab illis veniam et invicem praesto. Per utramque ergo partem nititur Horatius probare, neque regem esse Stoicum neque paria esse peccata. Dicendo namque *dum tu pergis lavatum nummo dato* probat non esse regem. Dicendo etiam *ignoscent mihi amici et ego illis* ostendit peccata non esse paria, nam sicut peccatum dignum est venia, peccata paria esse non possunt. [*Crispinum*] *Crispinus* Stoicus fuit, qui de Stoica secta scripsit versibus. [*Stultus*] ut tu putas aut imprudens. [*Privatus*] non ea sentiens, quae tu sentis. [*Beatus*] pro beatior.

si non paria esse peccata omnium, ut non probent te regem esse. [*Privatusq. magis vivam te rege beatus*] Ordo et sensus est: *Magis beatus vivam, quam tu, rex.*

Si quis erat dignus describi, quod malus ac fur,
Quod moechus foret aut sicarius aut alioqui
Famosus, multa cum libertate notabant.
Hinc omnis pendet Lucilius, hosce sequutus,
Mutatis tantum pedibus numerisque, facetus,
Emunctae naris, durus componere versus.
Nam fuit hoc vitiosus: in hora saepe ducentos,
Vt magnum, versus dictabat stans pede in uno.
Quum flueret lutulentus, erat, quod tollere velles:

v. 3. *aut fur* mss. Feae, un. ap. Bentl. Edd. ante Bentl. fere omnes ex Baxt. Gesn. Wetz. Fea, qui def. Heind. Camp. Iahn. Doer. — *ac fur* mss. ap. Feam Edd. Bentl. qui indux. Cun. San. Phil. Val. Azar. Wakef. — *Ac* saepius eadem significatione dicitur, qua *et quidem* usurpatur. Cf. *Goerenz* ad Cic. de Fin. B. et M. I, 9, 31. ad Acad. II, 27, 86. Terent. Eunuch. I, 2, 95. *Vtinam istuc verbum ex animo ac vere diceres.* Ibid. III, 5, 43. *ego vero illud fecerim ac lubens.* Hoc sensu positum *ac* videtur esse praeferendum. Praetulere Kirchn. et Car. Passovius. — 7. *pedibus tantum* msc. unus ap. Bersm. — *numerisque facetus: Emunctae* sic dist. Mediol. 1477. 86. 1508. 12. Venet. 1478. 79. 83. 86. 91. 94. 98. Bas. 1527. 80. Lamb. Fabr. Cruq. Chab. Bersm. Burm. *numerisque: facetus, Emunctae* sic dist. Colon. s. a. Asc. I. IV. Steph. Torr. Bentl. Bond. Baxt. Cun. Phil. Gesn. — 11. *Dum flueret* msc. unus ap. Bersm. — *Garrulus — laborem, (Scribendi — moror.) ecce Crispinus.* Ita Both. vult iungi, ut garrulus ad *Crispinum* trahatur.

---

v. 1—5. De *comoedia*, quae a Grammaticis Alexandrinis descripta est in *veterem, mediam, novam*, cf. Index coll. Lex. *Hor.* sub h. v. — v. 8. *Emunctae naris*, de quo translate dicto iam supra diximus ad Serm. I, 3, 30. — *durus componere versus*, ingenium Lucilii non satis expolitum impedimento erat, quo minus se versus scabros, incomptos et inconcinnos fundere sentiret; *nam fuit hoc vitiosus*, ob hoc, ex hac potissimum cau-

---

ACR. [*Eupolis atq. Cratinus*] Eupolis, Cratinus, Aristophanes, hi primi *Archaeas comoedias* scripserunt, in quibus hominum vitia amaritudine stili secuerunt. Mire autem origo satirae per hoc ostenditur. Dicit igitur modo, unde nata sit satira, simul qualis esse debeat satira. [*Atq. alii, quorum*] Ordo est: *Atque alii virorum, quorum.* [*Aut alioqui*] alio modo, hic in alia re. [*Multa cum libertate*] ideo ut et nomina ostenderent. [*Hinc omnis pendet Lucilius*] *Lucilius* Graecos poetas secutus, ipse poeta Romanus. [*Mutatis tantum pedibus numerisq.*] illi enim Iambicis, quasi in Comoediis usi, Luciiius heroicis. [*Hosce*] praedictos poetas Graecos. [*Facetus*] urbanus. Habens peritiam risum movendi et secandi homines vitiosos. [*Emunctae naris*] tersae elegantiae vel mundae. Significat autem sapientem, quia e contrario muccosum stultum appellamus. [*Durus componere*] asper ad componendos versus. [*Nam fuit hoc vitiosus*] ut asperos versus faceret. [*In hora saepe ducentos, Vt magnum, versus dictabat*] putabat maximum, si multos versus in momento fecisset. *Vt magnum*, sicuti magnum, sed non est magnum mul-

POR. [*Eupolis atq. Cratinus Aristophanesq.*] hi Archaeas comoedias scripserunt, in quibus civium vitia amaritudine prosciderunt. Mire autem per hoc origo Satirae ostenditur. [*Mutatis pedibus*] quia scilicet allo metro usi sunt antiqui poetae, qui comoedias scripserunt; allo Lucilius satiras composuit. [*Emunctae naris*] versus elegantes et decentes. [*Vt magnum*] h. e. magnam rem se facere putans, si multos versus mi-

Garrulus atque piger scribendi ferre laborem,
Scribendi recte; nam ut multum, nil moror. Ecce,
Crispinus minimo me provocat: »Accipe, si vis,
Accipiam tabulas; detur nobis locus, hora,
Custodes; videamus, uter plus scribere possit.«
Dî bene fecerunt, inopis me quodque pusilli
Finxerunt animi, raro et perpauca loquentis.
At tu conclusas hircinis follibus auras,

v. 15. *Accipiam* praestat ob codd. plur. et opt. auctoritatem. *Accipe iam* scribunt et Bentl. et al. ex nonnullis codd. et edd. — 18. *loquentem* coni. Lamb. quod recep. et def. Bentl. vulgatam tuente H. Steph. Diatr. II. p. 46.

---

sa, *vitiosus*, quippe qui *lutulentus flueret*, vid. schol. Por. — *tollere* h. l. idem significare quod auferre, delere atq. sim. sensus ipse satis evidenter docet, quem tamen *Heindorfius* indocte neglexit, qui *tollere* contra usum loquendi ita interpretatur, ut idem sit quod *servare.* — *piger ferre*, ut paulo ante v. 8. *durus componere.* Vid. supr. Carm. Lib. IV, 14, 22.: *impiger vexare.* Huiusmodi structurae linguae Gracae usui adcommodatae apud Horatium haud raro reperiuntur. — v. 14. *minimo*, sc. pretio. *Doer.* ad hunc locum fere haec adnotavit: Fieri scilicet solet, ut alter de duobus, qui sponsione posita de re aliqua contendunt, si de rei, de qua certatur, veritate plane non dubitat, maius pretium opponat minimo. —

---

tos versus scribere, sed bonos, quamvis paucos. [*Lutulentus*] sordidus. Cui contrarium *luculentus*, h. e. [non] liquida et pura copia. [*Erat quod tollere velles*] etiam quando asperos faciebat versus, erat tamen, quod velles imitari. Hoc est: erat in asperis versibus illius aliquid dignum imitatione. [*Garrulus*] superfluus. [*Atq. piger*] non enim emendabat opus suum. [*Scribendi ferre laborem, Scribendi recte*] *scribendi recte* non ferebat laborem, nam scribendi quomodocunque ferebat. [*Vt multum*] Sensus est: Nam in multum scribendi non diffiteor facilem fuisse. [*Nil moror*] non recuso, i. e. concedo *multum* scribere, nego *recte.* Virg.: *Nec dona moror.* [*Ecce Crispinus minimo me provocat*] huius Crispini etiam in superioribus meminit: *Ne me Crispini scrinia lippi Compilasse putes.* Hic similiter, ut Lucilius, multos, sed malos versus faciebat. *Minimo* autem *digito* solent provocare, qui volunt ostendere plus esse virium in suo *digito minimo* quam in alterius toto corpore. Vel *minimo provocare* dicuntur hi, qui in responsione plus ipsi permittant, quam exigant ab adversario. *Minimo* igitur me *provocat*, quasi nihilum, quasi quem facile potuit superare. [*Hora, Custodes*] ut infra, quo certius videamus, qui plus versuum facit, et *custodes*, ut proprios faciamus. [*Pusilli*] per quem non multa possum scribere. [*Perpauca loquentis*] ad illud refertur, quod ait: *Inopis me quodque pusilli.* [*Conclus. hirc.*

nimo tempusculo dictaret. [*Cum flueret*] ἀλληγορικῶς a *flumine*, quo significat multa eum, sed inordinate dixisse, ex quibus tantum sunt nonnulla, quae velis inde excerpere et pro tuis habere. [*Scribendi recte*] non, inquit, laborabat, ut recte scriberet, sed multum; sed ego hoc nolo. [*Ecce Crispinus minimo me provocat*] sensus ex proverbiali consuetudine ductus. Solemus enim dicere minimo me digito provocat, cum volumus quem intelligi tantum valere *minimo digito*, quantum alius totis viribus. Crispinus autem non tam bonos quam malos versus faciebat, cuius et supra meminit dicens: *Ne me Crispini scrinia lippi Compilasse putes.* [*Accipe, si vis, Accipiam*] *accipiam*, ait; μιμητικῷ autem charactere provo-

Vsque laborantes dum ferrum molliat ignis,
Vt mavis, imitare. Beatus Fannius ultro
Delatis capsis et imagine, quum mea nemo
Scripta legat volgo recitare timentis ob hanc rem,
Quod sunt quos genus hoc minime iuvat, utpote plures
Culpari dignos. Quemvis media elige turba;
Aut ab avaritia aut misera ambitione laborat.

v. 25. *quem vis* (seiunctim) ed. Bas. 1580. — Ex codd. nonsolum vulgo, sed etiam recte scribunt *elige.* Bentl. corr. *arripe.* Alii *erue*, ut Iahn. qui recep. et def. it. Fea cett. — 26. *ab avaritia* ex duobus Bentleii et uno Marcilii cod. ediderunt. Reliqui libri in lect. *ob avaritiam* consentiunt. *Ab avaritia* prim. reperitur ap. Ian. Dousam Comment. cap. VIII. quem secutus est Marcil. Quamvis *ob avaritiam laborare* recte haberet, tamen cum Fea, Heind. Doer. Camp. Iahn. *ab avaritia* retinui. — *miser ambitione* pro var. lect. vid. Kirchn. Vulgo: *misera ambitione.*

---

v. 21. De *Fannio* cf. Index. — v. 22 – 25. *Delatis capsis* etc. cistis vel thecis, in quibus scripta Fannii reposita fuere, una cum eius imagine (*Büste*) in bibliothecam publicam deportatis. *Heindorfius* non bibliothecam Palatinam ab Augusto (a. u. DCCXXVI.) fundatam, sed primam illam bibliothecam publicam intelligit, quam Asinius Pollio post triumphum Dalmaticum ex manubiis instruxisse traditur, Plin. H. N. VII, 31. De more, quo imagines scriptorum in bibliothecis conspectui exponi solebant, vid. Plin. H. N. LII, 2. et *Lips. de biblioth. syntagm.* c. 9. *Opp.* L. III. p. 1137. [Haec nota ab nobis repetita et apud *Heindorfium* et apud *Doeringum* legitur; notandum vero est, *Doeringum* multo serius *Heindorfio* scripsisse. Nobis *Doeringi* ipsissima verba notare placuit.] — v. 25. *Quemvis*, τὸν τυχόντα, *den ersten besten*, ut nos dicimus. — *Eligere* etiam supr.

---

follib.] *follibus* pro pectoribus. Translatio a fabris. [*Auras usque laborantes dum ferrum molliat ignis, Vt mavis, imitare*] tu vero, Crispine, multa cogitando imitare hircinos folles. *Hircinis follibus* comparavit pectus Crispini et auris festinantibus inceptas cogitationes. Per hoc ostendit, Crispinum inflate scribere et turgide. Vnde Persius: *Tu neque anhelanti coquitur dum massa camino*, i. e. animo et cura diligentia scribendi. [*Beatus Fannius*] poeta, cui ultro delatae sunt capsae, ut suos libros mitteret et auctoritatem reciperet. *Fannium* quendam non satis bonum poetam recepit in auctoritatem senatus. Aliter: Fannius iste malus poeta fuit, qui cum antea contempsisset datam sibi imaginem a senatu, postea, dum moreretur, petiit, ut delatis in publicum capsis suis, cum propriis libris incenderetur. Aliter: Fannius loquacissimus poeta fuit, cui senatus audiendi fastidio ultro imaginem et capsas dedit. Idem aliter: Fannius Quadratus eo tempore satiram scribebat et erat sine liberis. Huius imagines et libros hereditate in publicas bibliothecas referebant, nullo merito doctoris. [*Vltro delatis capsis*] ad bibliothecam. [*Et imagine*] quia is, qui fuisset in auctoritatem receptus, eius *imago* ponebatur inter poetas. [*Vulgo recitare timentis ob hanc rem*] qui cum secet mores aliorum, in publico non recitat. [*Quod sunt, quos genus hoc minime*

cantem se ad scribendum Crispinum ostendit. [*Inclusas hircinis follibus auras*] per haec significat Crispinum inflata ac turgida scribere. Hinc autem Persius illud transtulit: *Tu neque anhelanti coquitur dum massa camino.* [*Beatus Fannius*] urbanissima amaritudine dicitur. Sensus autem est; O beatum Fannium, cuius imago et capsae cum libris in biblio-

Hic nuptarum insanit amoribus, hic puerorum;
Hunc capit argenti splendor, stupet Albius aere;
Hic mutat merces surgente a sole ad eum, quo
Vespertina tepet regio, quin per mala praeceps
Fertur uti pulvis collectus turbine, ne quid
Summa deperdat, metuens, aut ampliet ut rem.
Omnes hi metuunt versus, odere poetas.
»Foenum habet in cornu, longe fuge; dummodo risum
Excutiat sibi, non hic cuiquam parcet amico,
Et quodcunque semel chartis illeverit, omnes
Gestiet a furno redeuntes scire lacuque,

v. 27. *insanit* mss. et edd. vulgo. *insanus* ed. Baxt. Gesn. et edd. inde expressae, etiam Both. et Oberl. — 35. Rutgers. corr. *tibi*, quod probant Heind. et Both. Sed *sibi* est dativus commodi. Risum aliis excutit de eo, quod ipse dixit. Def. Car. Passovius. *Sibi* recep. Kirchn.

Carm. Lib. III, 6, 26.: *neque eligit, cui donet* etc. — v. 28. *Albius* homo quidam ignobilis. — v. 29. *ad eum*, sc. solem, occidentis descriptio. Infr. Epist. II, 2, 185. — v. 31. Cf. infr. Epist. I, 1, 45 sq. — v. 39. *esse poetis*, ACR. legit ad. Serm. I, 6, 25. *poetis*, ubi reliqui *poetas* exhibent. *Poetis* hic (secundum Acronem l. c.) dedit Bentl. Recte, est enim magis

---

iuvat, utpote plures Culpari dignos] hoc genus satirae scilicet. Quia sunt quidam digni culpari, quos hoc genus carminis minime delectat. Ordo est: *Ideo mea scripta nemo legit, quod sunt, quos hoc genus carminis non iuvat, quasi dignos culpari.* [*Quemvis media elige turba*] de medio populo, qui est ante conspectum, producito. [*Ambitione*] cupiditate honoris. [*Hunc capit argenti splendor*] alter pecuniam diligit, desiderat alter argentum. [*Aere*] supple *Corinthio* ac per hoc *statuis*, non pecunia. Nam supra argenti cupidos dixit. [*Hic mutat*] ita Maronis illud: *Nec nautica pinus Mutabit merces.* [*Vespertina tepet regio*] *tepere* dixit occidentalem plagam, ad comparationem orientis, quia ibi sol acrius fervet, i. e. alter lucri et mercimonii causa navigat ad occidentem. [*Ne quid Summa deperdat, metuens*] propterea sic se periculis committit, ut aut nihil decedat de summa patrimonii sui aut certe, ut augeatur. [*Omnes hi metuunt versus*] quod huiusmodi vitiis dediti sunt. [*Odere poetas*] qui satiras scribunt. [*Foenum habet in cornu*] sermo vulgi de satiricis; nam sic loquuntur inter se, qui sunt vitiosi: *Fuge istum poetam satiricum, qui foenum habet in cornu.* Μεταφορικῶς autem dixit, quia quando feriunt boves, eorum in cornibus ligatur foenum. [*Chartis illeverit*] scripserit. [*A furno redeuntes*] servos a pistrino sive a nympha. [*Age dum, pauca accipe contra*] audi tu, qui reprehendis satiricos poetas.

thecas ultro receptae sunt, cum mea e contrario scripta nemo norit nec velit nosse, primum quod publice non recitentur, deinde quod conscii sibi peccatorum, non delectentur hoc poemate, quorum vitia carpuntur. [*Stupet Albius aere*] *Albium*, quem infra quoque male viventem ostendit, cupiditate vasorum et signorum Corinthiorum teneri ait. [*Foenum hab. in cornu*] imitativo charactere hoc fingit dicere eum, qui conscientia peccatorum timeat maledicum poetam. Romae autem videmus hodieque foenum velut ansulam factum in cornulo bovis, quo signum datur transeuntibus, ut eum vitent. Hic ergo translatio ad poetam. [*Omnes Gestiet a furno redeuntes scire*] i. e. etiam vulgares vult scire, cum maledicat de

Et pueros et anus.« — Agedum, pauca accipe contra.
Primum ego me illorum, dederim quibus esse poetis,
Excerpam numero: neque enim concludere versum
Dixeris esse satis; neque, si quis scribat, uti nos,
Sermoni propiora, putes hunc esse poetam.
Ingenium cui sit, cui mens divinior atque os
Magna sonaturum, des nominis huius honorem.
Idcirco quidam, comoedia necne poema
Esset, quaesivere, quod acer spiritus ac vis
Nec verbis nec rebus inest; nisi quod pede certo
Differt sermoni sermo merus. — At pater ardens
Saevit, quod meretrice nepos insanus amica

v. 41. Qui cum Bentleio ex nonnullis codd. *si qui* ediderunt, ad malum sonum provocare non dedebant. *Quis*, *qua*, *quid* et *aliquis*, *aliqua*, *aliquid* substantiva sunt, adiectiva autem *qui*, *quae*, *quod* et *aliqui*, *aliquae*, *aliquod*. Quin igitur, inquit Iahnus, et hoc loco et I, 6, 79. II, 6, 78. II, 7, 24. Epist. II, 1. 239. *quis* praeferendum sit, non est dubium. — 49. *insanus* mss. plur. opt. Edd. vett. et recentt. v. c. Fea, Heind. Doer. Iahn. Kirchn. cett. cett. — *insanit* alii; similis permutatio est vs. 27.

Horatianum. — v. 42. *Sermoni propiora*, sc. pedestri, vulgari, quotidiano. Cf. Epist. II, 1, 250.: *sermones repentes per humum.* — v. 43 — 44. *Carolus Passovius* comparat cum hoc loco Carm. Lib. IV, 2, 1 — 8. — v. 48 — 52. *At pater* etc. Schol. Cruq.: quoniam dixit in comoedia non esse verba seria et sensum vehementem et idcirco non videri poema: fingit adversarium ostendere ei, inesse spiritum acrem, siquidem patrem intro-

---

[*Primum ego me illorum*] non quia Horatius multum recitet, sed quod videtur conscius peccatorum. [*Dederim quibus esse poetus*] i. e. quibus concesserim, ut sint poetae. Primum ego me eximo de numero eorum, quibus do nomen poetae, i. e. non me dico esse poetam, neque enim qui scit versus facere, est poeta. [*Sermoni propiora*] vicina fabulis et orationi. [*Idcirco quidam Comoedia nec ne poema Esset, quaesivere*] quia verba eorum apta sunt prosae orationi, dubitatio est, utrum Comoedia poema dici potest. [*Quaesivere*] dubitavere. [*Quod acer spiritus ac vis Nec verbis nec rebus inest*, *nisi quod pede certo Differt sermoni sermo merus*] eo quod elata verba in Comoedia esse non debent, sed quae hoc non habet, dubitatur, an Comoedia sit an poema. In comoedia neque verba elata sunt, neque sensus, sed solo metro differt Comoedia a prosa oratione. [*At pater ardens Saevit*] dixit superius: *Multi dubitant, utrum poema dicatur Comoedia, quia in ea non sunt verba neque sensus elati.* Qui autem vult videri poema esse Comoediam, dicit acrem esse spiritum, siquidem patrem ostendit in luxuriosum filium saevire vehementer. [*Nepos*] filius, affectavit obscuritatem. [*Ebrius et*, *magnum*

unoquoque. [*Primum ego*] Ordo est: *Primum ego me illorum excipiam numero, quibus dederis poetas esse.* Sensus est autem: Primum omnium ego me non pono in numero eorum, quos consentio poetas esse, quippe sermoni quotidiano propiora scribens. [*At os Magna sonaturum*] i. e. eloquens os et similia canens. [*Nisi quod pede certo Differt*] qui in comoedia vel in versibus metris continetur, hoc solo differt, quod sermo ille metro concludatur. [*Quod meretrice nepos*] bellam obscuritatem af-

Filius, uxorem grandi cum dote recuset,
Ebrius et — magnum quod dedecus — ambulet ante
Noctem cum facibus. — Numquid Pomponius istis
Audiret leviora, pater si viveret? „ Ergo
Non satis est puris versum perscribere verbis,
Quem si dissolvas, quivis stomachetur eodem,
Quo personatus pacto pater. His, ego quae nunc,
Olim quae scripsit Lucilius, eripias si
Tempora certa modosque et, quod prius ordine verbum est,
Posterius facias, praeponens ultima primis:
Non, ut si solvas, »Postqvam *discordia tetra*

---

ducit, utpote Menedemum apud Terentium (Heautont. V, 1.) vehementer et acriter saevire in filium suum luxu perditum. — *ante noctem*, propterea igitur *magnum dedecus*, quod iuvenis prius quam coenare solebant Romani, ebrius cum facibus ambularet. Post coenam *comissari*, *κωμάζειν*, ad eas res pertinebat, quae quotidie fieri solitae erant. — v. 58 — 62. *Tempora certa* etc. pedes ex longioribus et brevioribus syllabis constantes; *certos modos*, numeros ad certam mensuram compositos, rythmum. — *disiecti poetae*, intpp. multa coniiciunt, ad quem poetam epitheton *disiectus* referendum sit. *Heindorfius* de Absyrti fabula cogitat, *Carolus*

---

quod dedecus, ambulet] Ordo est: *Quod ambulet cum facibus, quod magnum est dedecus.* [*Ante noctem cum facibus*] pro: per noctem, aut ante tempus noctis, quia caeci sunt amatores, qui utuntur facibus eo tempore, quo non est utendum. [*Numquid Pomponius istis Audiret leviora?*] verba eius, qui dicit Comoediam non esse poema. [*Pater si viveret*] num leviora verba luxuriosus audiret Pomponius quam audit filius a comico patre? Hoc vult intelligere, quod etiam sine Comoedia sic increpantur a patribus luxuriosi. [*Non satis est puris versum perscribere verbis*] non sufficiunt pura verba ad appellandum poëtam, metro conclusa. Debet enim poeta et gravia verba et composita cum sensibus elatis habere. *Puris* autem sine figuris et magno sono. [*Personatus*] iucunde de Comico. Personam comicam gerens de Comoedia, qui personam patris accipit. [*Eripias si*] Ordo est: *Si eripias his.* Sensus hic est: Si ordinationem metricam in opere Lucilii vel meo mutes, non eandem gravitatem invenies, quam in Ennii versu vel Pacuvii soluto, i. e. non ita invenies, quemadmodum si solvas versus Ennii aut Pacuvii, qui etiam soluti altitudinem et tumorem poematis obtinent. [*Tempora*] dixit moras syllabarum et correptiones. [*Non*, *ut si solvas*] ordo est: *Non* fectavit *nepos*, non filius dicendo; sed nepos luxuriosus atque prodigus intelligendus est. [*Magn. quod dedecus*] quod magni dedecoris est. [*Numquid Pomponius*] mira urbanitate et amaritudine Pomponii persona abusus est, quasi argumenti loco, ut eum carperet. [*Quem si dissolvas, quivis stomachetur eodem, Quo personatus pacto*] quem versum si dissolvas, inquit, ea verba ibi invenies, quibus quis de vulgo irascens in filio suo utitur. Venuste autem personarum patrem dixit senem de comoedia. [*His ego quae nunc*, *Olim quae scripsit Lucilius*] ex eo, quod est *scripsit*, scribo adsumendum est *κατὰ σύλληψιν*. Totum enim tale fit. His ego quae nunc scribo, olim quae Lucilius scripsit. Et est sensus: Si dissolvas versus vel meos vel Lucilii, non invenies eadem verba, quae sunt in Ennianis versibus, qui magno scilicet spiritu et verbis altioribus compositi sunt, velut hi sunt. [*Postquam discordia tetra Belli ferratos*

Belli ferratos postes portasque refregit:«
Invenias etiam disiecti membra poetae.
Hactenus haec: alias, iustum sit necne poema,
Nunc illud tantum quaeram, meritone tibi sit
Suspectum genus hoc scribendi. Sulcius acer
Ambulat et Caprius, rauci male, cumque libellis,
Magnus uterque timor latronibus: at bene si quis
Et puris vivat manibus, contemnat utrumque.
Vt sis tu similis Caeli Birrique, latronum,

Passovius de Orphei mytho: „Ohne Zweifel liegt eine Anspielung auf die bekannte Sage vom *Orpheus* in den Worten, nach der naemlich der Kopf und die Lyra desselben, von den Thrakern in's Meer geworfen, unter Citherspiel und Trauergesang auf den zerrissenen Saenger (*σπαραγμὸς τοῦ Ὀρφέως*) Sturm und Meereswelle übertaeubt und somit zerfleischt noch fort toenend gen Lesbos sich gerettet habe.“ Lucian. adv. Indoct. cap. 11—13. Id. de Saltat. cap. 51. Cf. Virg. Georg. IV, 523 sqq. Ovid. Metam. XI. ab init. — *Doeringus* verbum non amplius addidit. Quae cum ita sint, fortasse simplicius ac rectius *disiectus* retuleris ad id, quod poeta in antecedentibus dixit: *si verbum quod ordine prius est, posterius facias*, habebis poetam *disiectum*, h. e. (poetae) *disiectum poema*. — Horatium illa dicentem de mytho s. fabula cogitasse etc. neminem, puto, coniectura adsequi posse. — v. 65—68. *hoc genus scribendi*, sc. quo hominum vitia ridentur. — *rauci*, lonquendo scilicet facti. — *libellus* in iure

---

invenias ita ut Ennii versus si solvas, nam si meis Lucilii scriptis ordinem dissipes metri, non amplius poetae pondus apparet. [*Postquam discordia tetra Belli, ferratos postes, portasq. refregit*] haec Ennii verba sunt. [*Hactenus haec*] hucusque dixerim, utrum satira et Comoedia poema sint an non. [*Alias*] alio tempore, alio in loco, ut Terentius: *Quid alias malim quam hodie has fieri nuptias?* Non *alias* modo, ut quidam volunt. [*Nunc illud quaeram*] deest *audire*. Nunc dicam, utrum iure oderis hoc poema, utrum iure metuas. [*Sulcius acer Ambulat et Caprius*] *Sulcius* et *Caprius* nomina fuerunt delatorum. Alii actores volunt fuisse causarum. Inde etiam *rauci* traduntur adsiduitate agendi. [*Latronibus*] viventibus male, vitiosis. [*Libellis*] in quibus accusationes continentur. Si tu vis, inquit, similis esse male viventibus, cur ego per carmen istud videor similis esse accusatoribus? et est sublimis invectio. [*Non ego sim Capri neque Sulci*] i. e. ego debeo mordere vitiosos. [*Nulla taberna meos habeat neque pila libellos*] negat se libros suos

postes portasque refregit: Invenias etiam disiecti membra poetae] eleganter nulla signa poetica inveniri ait in verbis versuum suorum vel Lucilii [*si*] dissolvuntur, quia de sermone communi sunt. [*Alias iustum sic necne poema*] subaudiendum ‚tractabimus‘ aut ‚quaeremus‘ aut tale quid. [*Sulcius acer Ambulat et Caprius rauci male*] hi acerrimi delatores et causidici fuisse traduntur et ideo rauci, quod in contentionem iudiciorum clament. Cum *libellis* autem, quibus adnotant, quae deferunt. [*Vt tu sis similis Celi Birrhique, latronum*] etiamsi tu, inquit, qui poetam times, tam nocens sis, quam Celius aut Birrhus, non tamen ego delator sum aut accusator, propter quod me ita timere debeas, ut Caprius timetur aut Sulcius. [*Nulla taberna meos*] negat se libellos suos edere bibliopolis, qui vel tabernas habeant vel armaria, quae sunt apud pilas, ne in sordidos, qualis est Tigellius Hermogenes, incidant. [*In medio qui scripta foro recitent*] hoc pronunciandum est et perinde inferendum per responsum

Non ego sum Capri neque Sulci: cur metuas me?
Nulla taberna meos habeat neque pila libellos,
Quis manus insudet volgi Hermogenisque Tigelli;
Nec recito cuiquam nisi amicis, idque coactus,
Non ubivis coramve quibuslibet. In medio qui
Scripta foro recitent, sunt multi, quique lavantes;
Suave locus voci resonat conclusus. Inanes
Hoc iuvat, haud illud quaerentes, num sine sensu,
Tempore num faciant alieno. »Laedere gaudes,«
Inquit, »et hoc studio pravus facis.« — Vnde petitum
Hoc in me iacis? est auctor quis denique eorum,
Vixi cum quibus? Absentem qui rodit amicum,

v. 70. *Non ego sum* mss. alq. ap. Torr. qui prob. Edd. Mediol. 1477. Heind. Doer. — *Non ego sim* msc. Berol. Lips. 1, 2, 3. Kirchn. Iahn. et vulg. — *Sum* recte def. h. l. *Car. Passovius*. — 73. *recitem* multi codd. exhibent et recep. Bentl. Baxt. Gesn. Oberl. Wakef. Wetz. Iahn. Vulgo *recito*, quod recte recep. Kirchn. de consuetudine Horatii [pro: „*recitare soleo*“] explicandum. *Non recito* Heind. — *Nec recito* Doer. — *quicquam* Bentl. Cun. San. Oberl. Wakef. — 79. *Inquis* nonnulli mss. et recep. Fea, Iahn. Rectius ceteri *Inquit* legunt. Vid. Bentl. ad h. l. Sic Heind. Kirchn.

---

pro ipsa accusatione habetur. — *Sulcius* et *Caprius*, cf. INDEX. — v. 79. *Vnde petitum*, sc. opprobrium. — v. 81. *rodit*, carpit, infr. Serm. I, 6,

---

edere bibliopolis, ne in imperitam turbam incidant, qualis est Hermogenes Tigellius. Plerumque enim in pilis vel in columnis epigrammata scribebant poetae vel bibliopolis tradebant. Hoc ideo posuit, quia bibliopolae stationes vel armaria circa pilas vel columnas habebant ac per hoc ostendit, se non temere cuiquam libellos suos edere nisi nobilissimis personis. [*Non ubivis*] in omni loco. [*Coramve quibuslibet*] i. e. neque semper neque aperte neque extra amicos recito. [*In medio qui Scripta foro recitent, sunt multi*] hoc sic pronunciandum est, quasi quis dicat, contemnens Horatium; ideo tu secrete recitas, quia multi non indigniores te sunt, qui in medio foro recitant. Deinde consentit Horatius et addit: Non mirandum hoc, nam multos esse, qui et in balneis recitent. Ideoque amamus hanc causam per ironiam, quia in balneis melius vox sonet. [*Inanes*] vanos poetas. Quasi hoc modo Horatius respondeat. [*Laedere gaudes*] subiectio est. [*Hoc studio pravus facis*] forte dicis, quia satiram scribis, o Horati, quae notat homines, ideo clam recitas. [*Vnde petitum*] auditum, acceptum. A quo didicisti hoc, si quid sit pravum. [*Hoc in me iacis*] i. e. hoc quasi telum unde sumpsisti? [*Est auctor quis denique eorum*] Ordo est: *Quis denique eorum est auctor*, i. e. quis eorum delator est, cum quibus convivatus sim? quibus ergo coniecturis colligis, crimine hoc me dignum esse? i. e. quis de his, cum quibus vixi, dicere potest, quod malus sim et ideo

quoddam. [*Quique lavantes*] et est sensus: Sed dicit multos ita gloriari in versibus suis, ut eos etiam in medio foro recitent. Consentio ac non tantum ibi, verum etiam in balneis haec fieri, quippe cum suaviter resonans vox ipsos versus gratiosiores faciat. Sed totum hoc urbanissima amaritudine dicitur. [*Hoc studio pravus facis*] h. e. quia pravus es, studio facis. Potest et *τῇ ὑπαλλαγῇ* accipi *pravo studio facis*. [*Vnde petitum hoc in me iacis*] *unde*, inquit, carmem hoc in me colligis et hoc

Qui non defendit, alio culpante, solutos
Qui captat risus hominum famamque dicacis,
Fingere qui non visa potest, commissa tacere
Qui nequit: hic niger est, hunc tu, Romane, caveto!
Saepe tribus lectis videas coenare quaternos,
E quibus unus amet quavis adspergere cunctos,
Praeter eum, qui praebet aquam, post hunc quoque potus,
Condita quum verax aperit praecordia Liber.
Hic tibi comis et urbanus liberque videtur
Infesto nigris: ego si risi, quod ineptus

v. 87. *unus* edd. vulgo, opponitur cunctis, neque recte Fea ex nonnullis libb. *imus* scripsit, cui accedit Morgenstern. Doer. Indocte. — *avet* mss. et edd. vulgo. *amet* msc. Cruq. 1 vetust. Inde recep. Bentl. Cun. San. Wakef. Phil. Azara. Heind. Doer.

---

45. — v. 86. *Saepe tribus lectis*, in singulis lectis discubitoriis magna ex parte veteres illi, quaterni discumbebant; ita in ternis lectis discumbebant duodeni: plures autem, quam quaternos in singulis lectis discumbere, erat incommodum et sordidum. — *adspergere*, falsis dictis carpere et vellicare, maledictis insectari, cf. Lamb. — v. 88. *Praeter eum, qui praeb. aquam*, cf. supr. ad Carm. Lib. III, 19, 6. infr. Serm. II, 2, 68—69. — Sententia v. 89. expressa in carminibus lyricis persaepe legitur, quamvis alio modo inducta etc. — v. 90. *comis*, facetus, commodus, facilis, suavis, et *urbanus*, *von heiterer Laune und feinem Scherz*. — *tibi Infesto nigris*, laedere gaudentibus, absentes rodentibus. — v. 92. Hic versus iam

---

gaudeo laedere. [*Absentem qui rodit amicum*] *rodit*, mordet, lacerat. Nunc ait, qualis sit, qui studio laedit aliquem. [*Qui non defendit alio culpante*] sunt enim quidam, qui dum volunt se urbanos haberi, quasi per facetias lacerant alios. Dummodo risum excutiant sibi, non hic cuiquam parcit amico. [*Famamq. dicacis*] favi, iocosi, ut diceretur loquax, iocosus. *Dicaces* sunt, qui risum movent male dicendo, qui habent ioca mordacia. [*Hic niger est*] maledicus, malignus, lividus sive obscurus et latens. Sic *nigrum* ait malum et venenatum Virg.: *Nigri cum lacte veneni.* [*Hunc tu, Romane, caveto*] huius actus debes, Romane, metuere, non me. [*Quaternos*] i. e. duodecim homines in triclinio. Nam inde et triclinium dictum est a tribus lectis. [*Quavis*] qua ratione, quocunque modo vis, ut poeta: *Qua facere id possis, nostram nunc accipe mentem.* [*Adspergere*] notare sermonibus vel veneno vel male loqui de omnibus. [*Praeter eum, qui praebet aquam*] praeter convivatorem. Qui pascit, qui prandium exhibet. [*Verax*] mire *verax*, nam ideo liber. [*Condita praecordia*] quasi condita in praecordiis. [*Infesto nigris*] tibi irato

poeta proprie de se dicit. Est autem *μεταφορικῶς* dictum quasi de telo aliquo aut lapide, qui tollitur utique aliunde, ut mittatur. [*Absentem qui rodit*] haec etiam graviter dicuntur. [*Solutos Qui captat risus hominum*] h. e. qui meram urbanitatem putant, si carpendo aliquem risum circumstantibus movent. [*Hic niger*] i. e. hic malus ac venenatus est. Virg.: *Nigri cum lacte veneni.* [*Avet*] probris scilicet adspergere. [*Praeter eum, qui praebet aquam*] i. e. qui pascit, sed videamus, an commoda *συνεκδοχῇ aquam praebere* dicatur pro pascitur. [*Condita cum verax*] h. e. cum per ebrietatem ea, quae in penitiora mentis condiderat, prodit, publicat. [*Hic tibi comis*] i. e. tibi, qui nigris, i. e. malignis infestus es. [*Si risi*] propter levia quorumdam vitia. [*Mentio si qua*]

»Pastillos Rufillus olet, Gorgonius hircum,«
Lividus et mordax videor tibi. Mentio si qua
De Capitolini furtis iniecta Petillî
Te coram fuerit, defendas, ut tuus est mos:
»Me Capitolinus convictore usus amicoque
A puero est, causaque mea permulta rogatus
Fecit, et incolumis laetor quod vivit in urbe:
Sed tamen admiror, quo pacto iudicium illud
Fugerit.« Hic nigrae succus loliginis, haec est
Aerugo mera, quod vitium procul afore chartis
Atque animo prius, ut si quid promittere de me

v. 95. *defendas* mss. et edd. vulgo. *defendis* mss. Feae. *defendes* msc. Dorvill. 2. — 96. *amico* (omisso *que*) mss. Lamb. 2, 3. et alii ap. eund. — 100. *loliginis succus* edd. vulgo. Fea ex uno cod. *fucus* edidit, quod prob. Morgenst. — 101. *afore* mss. ap. Lamb. plrq. et opt. Cruq. Bersm. Bentl. Gesn. Cun. San. Phil. Azara. Wakef. Heind. — *Affore* mss. nonnulli ap. Pulm. et Torr. — *abfore* alii, quos vide. ap. Kirchn. qui tamen recep. *afore*.

---

supra positus est Serm. I, 2, 27. — v. 95. *defendas, ut t. est mos*, defendas Petillium, ut soles, hunc in modum vel his verbis: *Me Capitolinus* etc. — v. 100. *succum loliginis* appellat orationem invidiae ac malevolentiae plenam, quae alterius famae maculam adspergat. Describit autem hîc hominem improbum, perfidum atque insidiosum, qui, quae nihil ad rem pertineant, laudet, ea autem, de quibus quaeritur, carpat et vituperet. — *Loligo* genus est piscis marini, succum habens nigrum et atramento similem (*Tintenfisch*) Schol. Cruq. — v. 101. *Aerugo* translate de invidia et livore. — *quod vitium*, quam malevolentiam amicitiae simulatione tectam ita esse afuturam et ab animo meo et a scriptis, promitto. — *animo prius*, ani-

---

malis. [*Ego sic risi*] hoc modo ad Maecenatem loquitur. [*Pastillos Rufillus olet*] saepe in convivio vides aliquem de omnibus male loquentem, excepto eo, qui pascit; ego si aliquem merito vituperavero, reprehendes? [*Mentio si qua*] ut alibi: *Spartacum si qua potuit vagantem Fallere testa.* [*De Capitolini furtis iniecta Petillî*] *Petillius* cum Capitolio praeesset, coronam rapuit. Est autem genitivus de furtis Capitolini Petillî, nam ex crimine Capitolinus Petillius dicebatur de exspoliatione Capitolii accusatus. Dubium autem, utrum gratia iudicum sit absolutus, tamen *Capitolinus* vocabatur. Aliter: Petillius dum Capitolii curam gereret, coronae sublatae causam dixit et absolutus est ab Augusto. Fingit se loqui cum quodam, qui amicus sit Petillî, amici Caesaris. [*Vt tuus est mos*] aut ad Maecenatem aut ad amicum Petillî hoc dicit. [*Iudicium illud*] capitalem sententiam. [*Succus*] virus nimiae malitiae. Livor mentis, noxia malignitas. [*Loliginis*] *Loligo* genus piscis est, a quo atramentum fit. [*Aerugo mera*] venenum purum. [*Procul abfore*] aut abesse aut abfuturum esse libris. [*Chartis Atque animo*] hanc malitiam, qua solent per-

inquit, si forte mentio de Capitolini criminibus facta fuerit, secundum consuetudinem malignitatis suae, ita eum defendes, ut dicas a puero tibi amicum fuisse et gaudere te, quod incolumis in urbe vivat. Miraris tamen, quomodo iudicium illud effugerit. Hic ergo est livor ac voluntas venenata damnare sententia sua, quem iudices absolverunt. Petillius autem Capitolinus, cum Capitolii curam ageret, coronae subreptae de Capitolio causam dixit absolutusque a Caesare est. [*Succus loliginis*] ex *loliginis* succo

Possum aliud vere, promitto. Liberius si
Dixero quid, si forte iocosius, hoc mihi iuris
Cum venia dabis. Insuevit pater optimus hoc me,
Vt fugerem, exemplis vitiorum quaeque notando.
Quum me hortaretur, parce, frugaliter atque
Viverem uti contentus eo, quod mî ipse parasset:
»Nonne vides, Albî ut male vivat filius utque
Barrus inops? magnum documentum, ne patriam rem
Perdere quis velit.« A turpi meretricis amore
Quum deterreret: »Scetani dissimilis sis!«
Ne sequerer moechas, concessa quum venere uti
Possem: »Deprensi non bella est fama Trebonî,«
Aiebat: »sapiens, vitatu quidve petitu
Sit melius, causas reddet tibi: mî satis est, si

v. 103. *Possum*, quod sensus evidenter efflagitare videtur, edidi cum Kirchn. — *aliud vere, promitto.* Sic recte Bentl. Gesn. Heind. Doer. Kirchn. — *si quid* — *aliquid vere*, depravata lect. apud Iahnum. — 108. *parassem* Cod. Leidens. ceteri: *parasset.* — 115. *quidve petitu* Fabr. legend. censet, unde fortasse acceptum def. Doer.

---

mum enim primum ab huiusmodi vitio liberum esse debere, apparet. — *insuevit pater hoc me*, *insuescere* cum duob. acc. ἐθίζειν τινά τι, εἴθισμαι τοῦτο. — v. 115. *vitatu quidve petitu*, Doer. iam. supr. v. 75. pro *quique lavantes* legere se malle ait *quive lavantes*, quia non iidem et in balneis et in foro sint. Sed tale quid omnino fieri non posse, sponte apparet, neque distinctione anxie quaesita v. 75. opus esse videtur. Magis placet, quod hîc *quidve* pro *quidque* legendum esse putat. Quum nempe oppositio magis iuvetur *quidve* ponendo, mihi quoque *ve* (sexcenties cum *que* permutatum, vid. *Bentl.* ad Epist. I, 8, 5. *Drakenb.* ad Liv. XXIV, 10. §. 2.) hîc praeferendum esse videtur. — *Sapiens* vero causas tibi reddet, cur quidque vitare aut petere melius sit. — v. 116. Mihi satis est,

---

sequi etiam amicos suos, amovebo a libris meis atque animo. Ordo est: *Si quid de me promittere possim et hoc vere* polliceor abfuturam esse malignitatem, quae etiam amicis nocet. [*Hoc mihi*] in hac re ut liberius loquar, quae sentiam. [*Insuevit*] admonuit, docuit, ad libere loquendum, monstrando vitiorum singula ut effugerem. [*Cum me hortaretur*] i. e. quando monebat pater ad rectam vitam, exemplis me docebat et proferebat hominum et virtutes et vitia. [*Quod mî ipse parasset*] i. e. patrimonio. [*Vt male vivat*] *ut*, quomodo, et est ζεῦγμα: *aiebat.* Mira urbanitate, dum quasi ostendit, quomodo se pater suis monitis monere solitus esset, interea multos percutit. [*Sapiens vitatu*] dicebat, philosophus

livorem mentis vult intelligi, ex aerugine venenum. *Malos* autem *homines* atros ac venenatos dicere solemus. [*Insuevit pater optimus hoc me*] pater meus, inquit, eam mihi disciplinam dedit atque in eam consuetudinem induxit, ut neque cogitarem quid maligni, neque dicerem. Deinde mira urbanitate dum ostendit, quomodo pater suus monere solitus esset, ut vitia fugeret, multos probrosis iocis percutit. Cum me hortaretur parce frugaliterque vivere. [*Sapiens*] philosophus tibi rationem reddet, quare quid peti debeat aut vitari, mihi satis est, si opiniones a maioribus

Traditum ab antiquis morem servare tuamque,
Dum custodis eges, vitam famamque tueri
Incolumem possum; simul ac duraverit aetas
Membra animumque tuum, nabis sine cortice.« Sic me
Formabat puerum dictis, et sive iubebat,
Vt facerem quid: »Habes auctorem, quo facias hoc,«
Vnum ex iudicibus selectis obiiciebat:
Sive vetabat: »An hoc inhonestum et inutile factu
Necne sit, addubites, flagret rumore malo quum
Hic atque ille?« Avidos vicinum funus ut aegros
Exanimat mortisque metu sibi parcere cogit:

v. 119. Bentl. primus recte restit. *possum.* Ante Bentl. legebatur: *possim.* — 124. *factu* msc. Pulm. 4. duo mss. ap. Bersm. Edd. vulgo. — *factum* mss. Pulm. 1, 2, 3, 6, 10. mss. ap. Lamb. plrq. ap. Cruq. omnes ap. Torr. — *factu* edidi cum Kirchn. aliisq. plurim. editor. recent.

---

traditam a veteribus consuetudinem retinere vitamque ac famam tuam, tantisper dum puer es et impubes, ab omni dedecore ac turpitudine integram tueri. — v. 118. *custodis*, sc. paedagogi, cf. Serm. I, 6, 81. — v. 120. *nabis sine cortice*, per te sapere poteris, alienis praeceptis non egebis; ductum ab iis, qui primum nare discunt; tum enim sibi diffidentes subere aut cortice nituntur. Sed natandi peritia instructis cortice non amplius opus est. — v. 123. pater *obiiciebat*, i. e. opponebat sive ante oculos ponebat unum ex iudicibus selectis et ita dicebat: *habes auctorem* etc. habes illum, cuius auctoritatem secutus, ita vivas. — *selecti iudices* dicebantur ii, qui a praetore urbano vel ex senatorio vel ex equestri ordine vel ex tribunis aerariis seligebantur atque in albo proponebantur. Lamb. — Proferebat in exemplum virum aliquem illustrem ex senatorio vel equestri ordine, qui aliquando propter aequitatem et iustitiam fuerat selectus in iudices. Schol. Cruq. — *an*, pro: utrum. — v. 127. *Exanimat*, stupefacit, terrore complet, conturbat. — *sibi parcere*, sibi consulere, va-

---

te docere poterit melius, quae sunt vitanda sive appetenda; ego autem te docui ea, quae sunt in usu constituta. A philosopho, inquit, postea cognosces, quid iustum aut iniustum sit, quidve appetas vel vites. *Quid* autem bis intelligendum, ut sit, quid vitatu quidve petitu. [*Causas reddet tibi*] magister vel philosophus. [*Custodis*] paedagogi. [*Duraverit*] firmaverit. [*Nabis*] i. e. natabis. [*Sine cortice*] vives tuo arbitrio, non egens admonitu alieno, quando aetas tua se roboraverit. Metaphora a natatoribus. *Nabis sine cortice*, sine difficultate; sic enim discunt natare pueri, qui nesciunt, adiunctis ad ventrem corticibus. Proverbialiter autem posuit: *Nabis sine cortice*, h. e. sine alieno adminiculo te reges. [*Vnum ex iudicibus selectis*] exemplum proferebat, h. e. unum de equestri ordine demonstrabat; quia ex equestri ordine iudices legebantur. [*Sive vetabat*] adhuc patris verba sunt. Aiebat, dubitas, utrum hoc sit bonum an malum, cum videas in hac re illum nescio quem infamia laborare? [*Exanimat*] stupefacit. Bene comparavit infirmam aetatem aegris, dicendo

traditas tibi monstro. [*Nabis sine cortice*] i. e. natabis per te sine adminiculo et hoc ἀλληγορικῶς dicitur. [*Vnum ex iudicibus select. obiiciebat*] *iudices* equites Romanos dixit, ex equestri enim ordine iudices leguntur hodieque. [*Avidos vicin. fun. ut aegr. Exanim.*] sensus est: ut intemperantes aegri si forte audierint aliquem efferri, admoniti morte observantius secum agunt, ita tenerae mentes a vitiis submoventur, cum

Sic teneros animos aliena opprobria saepe
Absterrent vitiis. Ex hoc ego sanus ab illis,
Perniciem quaecunque ferunt, mediocribus et quis
Ignoscas, vitiis teneor. Fortassis et istinc
Largiter abstulerit longa aetas, liber amicus,
Consilium proprium. Neque enim, quum lectulus aut me
Porticus excepit, desum mihi: »Rectius hoc est:
Hoc faciens vivam melius: sic dulcis amicis
Occurram: hoc quidam non belle; numquid ego illi
Imprudens olim faciam simile?« Haec ego mecum
Compressis agito labris; ubi quid datur otî,

v. 136. *quidem* Heind. cuius editio vitiis typographicis laborat.

---

letudinis suae curam habere, non aviditatem edendi vel bibendi explere velle, sed abstinere ab iis, quae valetudini obsunt; vid. infr. Epist. I, 7, 11. — v. 129. *Ex hoc*, ex his praeceptis paternis sive ex illo tempore, quo pater haec mihi dedit praecepta. — v. 132. Fortasse etiam de his mediocribus vitiis aetas longior, ubi iuvenilis fervor et vehementia deferbuit, multum detraxerit. *Doer.* — *largiter* usurpatur substantive, ut Plaut. Rud. IV, 4, 144. *inesse auri et argenti largiter*, i. e. satis multum. — *liber amicus*, qui de vitiis amicum humaniter aeque ac libere (*freimüthig, offen und edel*) monet atq. sim. — *Consilium proprium*, quod quisque suopte iudicio et suapte sponte cepit. — v. 133. *lectulus*, Sueton. Aug. 78. *lecticula lucubratoria*, ein *Sopha*, quibus incumbentes tum Romani cum Graeci literarum scientiis studere sive in universum meditari solebant. — *porticus* (cf. Epist. I, 1, 71.) ambulantes *excipere* solebat. — *Neque desum mihi*, animi mei excolendi semper bene

---

avidos et intemperantes. Idem aliter: Avidos et aegros dupliciter possumus intelligere. Nam et de avaro utrumque recte dicitur et de aegrotante ac languido. Si avarum accipis, sibi parcere persequitur, i. e. largius vivere admonetur, quia avarus est morti vicinus. Quemadmodum, inquit, aegrotantes vicinum funus absterret a cibi aviditate, ita saepe animos teneros a vitiis infamia revocat aliena. [*Mortisque metu*] vicini funus avaros admonet vitae indulgere. [*Ex hoc*] a patre. [*Sanus ab illis*] i. e. alienus sum et quasi separatus ab his rebus, quae perniciem afferunt facientibus. [*Mediocribus*] fortasse habeo vitia, sed talia, ut his ignoscas. [*Largiter*] aut penitus aut multo. [*Liber amicus*] qui potest me libere increpare. [*Neque enim cum lectulus*] Sensus est: Neque enim cum aut deambulo aut lectulo iaceo, cogitatione careo honestatis. [*Desum mihi*] non sum incogitans, sed exquiro, quemadmodum rectius sit vivendum. [*Rectius hoc est*] i. e. hoc expedit mihi facere. [*Vivam melius*] inducit verba, quae cogitat. [*Hoc quidam non belle*] i. e. nescio quis non bene fecit hoc negotium ac per hoc vitandum est mihi. [*Imprudens*] aut valde prudens aut cogito, ne per imprudentiam tale quid committam. [*Compress. agito labris*] sermones duo sunt: ἐπικὸς καὶ προφορικός. ἐπικός, quo utimur cogitantes, προφορικός vero, cui

opprobria aliorum audiunt. *Exanimat* autem non occidit significat, sed conturbat ac tremefacit. [*Ex hoc ego sanus*] his, inquit, praeceptis patris mei effectum est, ut a perniciosis vitiis temperarem. [*Liber*] i. e. libere proferens apud me, si quid de me aequius sentiat. [*Neque enim cum lectulus*] tractare secum ait semper, cum solus deambulet aut iacens

Illudo chartis; hoc est mediocribus illis
Ex vitiis unum, cui si concedere nolis,
Multa poetarum veniat manus, auxilio quae
Sit mihi — nam multo plures sumus — ac veluti te
Iudaei cogemus in hanc concedere turbam.

SATIRA V.

Argum. *Itineris, quod Horatius Roma Brundusium fecit, suavissima descriptio, in qua tamen fere nulla inest acerbitas satirica. Videtur poeta amicorum voluntati satisfaciens, quae de itinere illo memoriae proditum reliquit, litteris mandasse; vid. Por. infr. in scholiis, qui perbene Lucilium cum Horatio hic comparat.*

v. 140. *nolis* mss. et edd. vulgo. Recte. — *noles* ed. Bentl. e coniect. (Ohe!) — 141. *auxilio quae* recte legitur, quod quidem sensus comprobat. Sic Fea, Heind. Doer. Iahn. Kirchn.

---

memor sum, neque, si vitia mihi sunt corrigenda, eorum unquam obliviscor, sive in lectulo quiescens sive in porticu ambulans. — v. 136. Dii prohibeant, ut quidquam tale admittam etc. — v. 138. *compr. labris*, tacitus nimirum. — Vbi suppetit aliquid otii, ego has meas cogitationes mando litteris et scribo satiras ludibundus. — v. 140. *concedere*, ignoscere. — v. 141. Vrbane et facete poetarum multitudinem notat. — v. 142. *plures sumus*. Recte habet *Car. Passovii* nota ad hunc versum adscripta: *plures* sind so wenig Satiriker, als fingirte Personen, sondern *in genere* die unermessliche *Schaar* Dichter*linge* aus der Augusteischen Zeit, welche *Horaz* hier zu guterletzt noch mit einem *empfindlichen* Botenlohne *heimschickt*. — v. 142 — 143. Ridicule cum Iudaeis poetas confert, significans, tantam esse poetarum turbam ac multitudinem tantamque in scribendo pertinaciam, ut, quemadmodum Iudaei plerosque ad suam superstitionem suasque caeremonias pertrahere et perpellere solent, ita poetae hominibus sua studia improbantibus facile sint vim allaturi eosque ad sententiam suam perducturi! — Nos poetae, inquit, tanquam Iudaei, cogemus te in hanc poetarum multitudinem transire et nostras partes sequi. Nos poetae, qui, ut Iudaei, numero vincimus et, pene dicam, iustum exercitum conficere possumus, nec minus in scribendi studio, quam Iudaei in sua religione, pertinaces et obfirmati sumus, te in nostram sententiam et quasi in nostra castra traducemus. Lamb.

---

lingua suppeditat. [*Illudo chartis*] perdo chartas scribendo. Hoc est unum, quod dixi, vitium: *perdo chartas scribendo.* [*Auxilio quae sit mihi*] quia multa manus poetarum auxilio veniet. Ostendit se bene scribere, nam non omnes poetae mali sunt. [*Multo plures*] valde multi aut multo plures quam putas aut plures sumus, quam Iudaei et possumus cogere te consentire nobis, ut non iudices, malum scribere esse vitium. Ordo est: *Ac veluti Iudaei cogemus te in hanc turbam concedere*, i. e. cogemus te, ut consentias nobis non esse vitium scribere. [*Turbam*] aut quae nobis veniam tribuit aut quae nobis favet.

in lecto vigilet, de officio boni viri. Atque extrarie singulos sibi proponentem quaerere, quid ipse sequi imitarique debeat. [*Vbi quid datur oti*] h. e. mediocribus illis ex vitiis unum. Vrbanissime iterum opponit vitio poemata scribere. Sed et cetera, quae subiecta sunt, eadem urbanitate dicuntur.

Egressum magna me excepit Aricia Roma
Hospitio modico: rhetor comes Heliodorus,
Graecorum longe doctissimus. Inde Forum Appî,
Differtum nautis, cauponibus atque malignis.
Hoc iter ignavi divisimus, altius ac nos
Praecinctis unum: minus est gravis Appia tardis.

v. 1. *me excepit* msc. Pulm. 1. Cruqu. mss. tres. ap. Bersm. tres. alii mss. ap. Val. plrq. ap. Feam. Edd. vett. Medioll. Ald. Asc. Iunt. Ven. Bas. etc. Muret. Fabr. Steph. Torrent. Dacer. Bond. Baxt. San. Gesn. Phil. Oberl. Comb. Azar. Wakef. Wetz. Fea, Heind. Doer. Iahn. Kirchn. — *me accepit* mss. ap. Lamb. alq. Pulm. et Torr. et quos laud. Kirchn. Edd. Lamb. Cruq. Chab. Bersm. Bentl. — 3. *longe doct.* codd. mss. plur. opt. Edd. vett. et recentr. omn. Nonnulli pro var. lect. *linguae doct.* exhibent. — 4. *cauponibus*, *atque malignis* dist. Azar. et Fea, cum Acr. (refut. Both.) — 5. *Hinc iter* coni. Both. (refut. Iahn.) — 6. *minus est gravis* mss. et edd. vulgo. — *nimis est gravis* msc. Cruq. 7. sic ex uno msc. ed. Fea, quem seq. Doer.: sed verba *nimis est gravis*, sive serio sive iocose dicta, commodum sensum non habent, ut adnot. ad h. l. Iahn.

---

v. 1—4. *Aricia*, cf. INDEX. — *hospitio modico*, ubi non larga, sed modica ciborum copia datur, cf. infr. Epist. I, 5, 2.: *modica coenare olus patella.* — *De Heliodoro*, cuius mentio hîc facta est, aliunde plane nihil constat. — *Graecorum longe doctissimus*, *der Hellenen Gelehrtester*, recte interpretatus est Kirchn. Horatius, qui una cum Heliodoro illud iter se fecisse ait, comitem suum humaniter neque sine laude commemorare debebat, quemadmodum decoro par erat. — *Forum Appí*, oppidum in via Appia, unde per paludes Pontinas ad Feroniae fanum navigabatur. Sic *forum Aurelium* apud. Cic. in Catil. I, 9. — Nos: *Marktflecken.* De *foris* et *conciliabulis* cf. LEX. *Hor.* sub his voc. — *nautae*, *ναῦται*, *Matrosen*, inserviebant locutioni proverbiali, qua cum apud veteres tum apud recentiores hominum genus omni eruditione plane destitutum significatur. — *caupones*, *κάπηλοι*, iam supra Serm. I, 1, 29. *perfidi* dicti, despectum hominum genus. — v. 6. Lectionem vulgatam: *minus est gravis Appia tardis* ad codd. quosdam *Fea* ita refinxit: *nimis est gravis A. tardis*, idque recepit *Doeringus*, quem recte refutat *Mitscherlichius* in Racem. Venus. Fasc. V.: „Enimvero“ — *Mitsch.* inquit — „nulla idonea ratio excogitari potest, cur via Appia, in planum porrecta, *tarde* procedentibus *gravior* sit, quam gressum accelerantibus; contra plures causae se offerunt, quae viatorem in Appia iucunde detinere possint, ut saepius gressum inhibeat et omnino *tardius* procedat; in quibus non diversoria atque habitacula cum Schol., sed monimenta potissimum, quae et artis commendationem habent maximam, quaeque illustrium virorum ingererent memoriam, numeraverim; quae quidem viam istam praetexuisse (Senec. ep. 91.) satis constat.“ — v. 8. *haud animo aequo*, impatiens morae, quae mihi erat propter comites. Horatius, qui cum primum proficisci mallet, quam hîc, ubi ne coenabat quidem, diutius remanere, non sine animi impatientia amicos a coena redeuntes exspectasse videtur. — v. 12. *Huc navem appelle!* unus servorum clamat; et iterum, quum — nave appulsa — maiorem [quam ex pacto constitutum] hominum numerum in eam descendere videt, clamat: „Ohe! desine plures inserere, iam satis est!“ atq. sim. — v. 15. *ut*, dum, vid. Bentl. ad hunc locum. — *amica*, mulier

---

ACR. [*Egressum magna*] iter suum ab urbe Roma Brundusium usque describit. *Egressus Roma* dicimus et Romam. [*Me excepit Aritia*] *Aritia* civitas, quae abest ab urbe decem M pass. [*Graecorum longe doctissimus*] notandum quod hanc particulam superlativo iunxit, nos enim dicimus *longe* doctior, quoniam nimietas admittitur, comparatio non admittitur. Possumus enim dicere *longe doctior*, non possumus *valde doctior* et *valde doctissimus.* [*Heliodorus*] Caesar tenebat terram citra mare, Antonius vero ultra. Horatius missus fuit cum Heliodoro a parte Caesaris. Et ipse describit loca, per quae transit. [*Differtum nautis*] plenum scilicet his nautis, qui in Pontinis paludibus navigabant. [*Malignis*] deest *hominibus.* [*Hoc iter ignavi divisimus*] i. e. ab urbe usque ad Forum Appii biduo venimus, cum velociores uno die soleant venire.

POR. [*Egressum magna*] Lucilium hac satira aemulatur Horatius iter suum a Roma usque Brundusium describens, quod et ille in III libro fecit; primum a Roma Capuam usque et inde fretum Siciliense. [*Differtum nautis*] pervenisse ad forum Appii indicat, ubi turba esset nautarum, qui in Pontinis paludibus navigabant; item cauponum ibi morantium. Iter autem illud expeditioribus unius diei esse dicit, quod ipse biduo confecerit. [*Altius*] i. e. expeditius et agilius. [*Hic ego propter aquam*] hodie in foro Appii viatores propter aquam, quae ibi teterrima est, manere vitant. Dicit ergo Horatius se ibi coenare noluisse, ne necesse haberet bibere. [*Huc appelle, trecentos ingeris*] verba sunt nautae irascentis, cum plures navi imponantur, quam pepigerat, i. e. pactus erat. [*Dum aes exigitur*] manifestum est, illis temporibus per paludes Pontinas non talem viam fuisse, ut vehicula illa ire possent. Itaque navem solitos conscendere viatores, quasi iumentum aliquod conducerent. [*Absentem cantat amicam*] sic enim leves ac vulgares homines nocte, solatia vigiliarum, quaerere solent cantica amatoria. [*Ac missae pastum*] post-

Hîc ego propter aquam, quod erat teterrima, ventri
Indico bellum, coenantes haud animo aequo
Exspectans comites. Iam nox inducere terris
Vmbras et caelo diffundere signa parabat.
Tum pueri nautis, pueris convicia nautae
Ingerere: — »Huc appelle!« — »Trecentos inseris, ohe!
Iam satis est.« Dum aes exigitur, dum mula ligatur,
Tota abit hora. Mali culices ranaeque palustres
Avertunt somnos. Absentem ut cantat amicam

v. 7. *teterrima* Bentl. Wakef. Heind. Doer. Kirchn. — *deterrima* Fea, Iahn. — 15. *absentem ut cantat* mss. Pulm. 1, 2, 4, 6, 10. alii mss. ap. Torr. Bentl. Gesn. Comb. Feam. Edd. Bentl. Cun. San. Gesn. Phil. Oberl. Comb. Azar. Wakef. Wetz. Fea, Heind. Doer. Iahn. Kirchn. alii: *absentem cantat.*

[*Altius ac nos Praecinctis*] magis expeditis, strenuioribus. [*Vnum*] pro unius. [*Minus est gravis Appia tardis*] *Appia* via est non molesta tardioribus, quia habitaculis frequentatur, ubi possunt manere, quocunque pervenerint. [*Hic*] apud Appii forum. [*Indico bellum*] i. e. famem, non illi do alimenta, nam ieiunavi, quia aqua mala erat. [*Inducere terris Vmbr.*] adspergere umbris terram. [*Tum pueri*] ad Feroniam per paludes navigaverunt, quia via interiacens durior. [*Aes exigitur*] naulum datur. Mula enim iungenda erat, quae contra aquam navigium traheret. [*Tota abit hora*] maior pars noctis absumpta est. [*Ranaeq. palustres*] quia ab Appii foro per paludes navigatur, quas paludes Caesar derivavit.

Multa prolutus vappa nauta atque viator
Certatim; tandem fessus dormire viator
Incipit, ac missae pastum retinacula mulae
Nauta piger saxo religat stertitque supinus.
Iamque dies aderat, nil quum procedere lintrem
Sentimus, donec cerebrosus prosilit unus
Ac mulae nautaeque caput lumbosque saligno
Fuste dolat. Quarta vix demum exponimur hora.
Ora manusque tua lavimus, Feronia, lympha.
Millia tum pransi tria repimus atque subimus
Impositum saxis late candentibus Anxur.
 Huc venturus erat Maecenas optimus atque

v. 24. *lavimus* mss. omn. edd. vulgo. — *lavimur* coni. Nic. Heins. recep. et def. Bentl. — 25. *repimus* mss. ap. Lamb. fere omn. etc. Edd. Cruqu. Steph. Chab. Bersm. Torrent. Bond. Burm. Bentl. Baxt. Cun. San. Phil. Val. Gesn. Oberl. Azar. Wakef. Wetz. Fea, Heind. Doer. Iahn. Kirchn. — alii: *repsimus.*

---

impudice amata. — *prolutus*, madefactus, uvidus, *βεβρεγμένος*, similiter infr. Serm. II, 4, 26.: *praecordia leni mulso proluere.* — v. 21. *cerebrosus*, ein *Tollkopf*, ut nos fere dicere solemus. — v. 23. *Doer.* ad hunc versum fere haecce adnotavit: *Fuste lumbos dolare*, iocosa apud Romanos in vita communi fuisse videtur locutio, uti nos ad alias ab aliis operibus ductas imagines in vernacula dicere solemus: *einen durchdreschen, durchgerben, ausgerben, auswalken, zerwalken* etc. pro: *durchprügeln.* — v. 24. *Feronia*, prisca apud Italos dea, quae modo *Nympha* (ob fontem, cui praesidebat), modo coniux Iovis Anxuri (Virg. Aen. VII, 799.) appel-

---

[*Prolutus vappa*] multo vino satiatus. *Prolutus*, plenus. Virg.: *Et pleno se proluit auro.* [*Nauta atq. viator*] *nauta* in nave, *viator*, qui mulam ducebat. [*Ac missae pastum*] Ordo: *Ac missae pastum mulae nauta retinacula saxo religat. Nauta* enim est, licet curam mulae habeat susceptam, quod is navem servat. [*Cerebrosus*] *αὐθάδης*, iracundus. [*Prosilit*] cito surgit. [*Vnus*] aut de sociis nostris aut de his, qui simul navigabant nobiscum. [*Ac mulae nautaeq. caput lumbosq.*] *mulae lumbos, nautae caput.* [*Dolat*] ferit. [*Ora manusque*] ostendit, ubi essent expositi. Fanum Feroniae in tertio milliario est a Tarracina. Haec est Iovis Anxuris uxor, cuius et Virg. meminit: *Viridi gaudens Feronia luco. Anxur* autem Iupiter Tarracinae colitur. [*Repsimus*] processimus, ambulavimus. Ostendit adscensum. [*Imposit. saxis*] non quia in monte est posita Tarracina, sed quia prope montem est. [*Anxur*] *Tarracinam* dicit, *Anxur* autem dictam, quod ibi imberbis colitur Iupiter, i. e. ad An-

eaquam obdormierunt viatores, ducit nauta mulam disiunctam pastum missam, navis retinacula ad saxum ligat. [*Feronia*] Tarracinam se quarta hora tandem pervectum esse dicit, hodieque autem paulum citra Tarracinam fons Feroniae est. [*Millia tum pransi*] quia illis temporibus adhuc Tarracinensis urbs in altissimo monte erat, inde postea in aequiorem locum deposita est, ut non solum sint adhuc vestigia aedificiorum in monte, sed et murorum. [*Saxis late candentib.*] mons ille, in quo Tarracina constituta erat, non candida saxa habet, sed calci coquendae aptissima, ergo a *calce* videtur *candida* dixisse. [*Huc venturus erat Maece-*

Cocceius, missi magnis de rebus uterque
Legati, aversos soliti componere amicos.
Hic oculis ego nigra meis collyria lippus
Illinere. Interea Maecenas advenit atque
Cocceius, Capitoque simul Fonteius, ad unguem
Factus homo, Antonî, non ut magis alter, amicus.
Fundos Aufidio Lusco praetore libenter
Linquimus, insani ridentes praemia scribae,

v. 34. *Aufidio Fusco* ed. vetust. ap. Cruq.

---

latur. *Doer.* — v. 29. *aversos amicos*, ab Antonio missus fuerat Fonteius Capito legatus; ab Augusto Maecenas, intercedente Cocceio Nerva, proavo Nervae imperatoris, qui et Augusto et Antonio gratus erat, cum Agrippa; ea autem conditione convenerant legati, ut de summa rerum tractarent, exortamque dissensionem inter duos hos imperatores componerent, quod et fecerunt et utrumque exercitum iuxta Brundusium in una castra cum magna laetitia coegerunt, ut refert Liv. Lib. CXXVII. — *collyrium, κολλύριον,* sc. *φάρμακον,* medicamentum, fere idem, quod nos dicimus: *Augensalbe.* — v. 32. *ad unguem factus*, concinnus plane et bellus, cf. infr. schol. Acr. et Por. — v. 34. *Aufidius Luscus*, homo vanus, scriba, qui, quasi ipse esset praetor, externis insignibus, praetexta, lato clavo ac prunae batillo, praetoris dignitatem ridicule prae se ferre et adsimulare studebat. Horatius admodum salse istius hominis vanitatem designat, dum accidisse ait, ut eo ipso (Aufidio Lusco) praetore proficisceretur, ex more Romanorum, qui omnia facta s. res gestas secundum consules, a quibus

---

xur venimus civitatem, quae est posita super monte candente. Declinatur genere neutro *hoc Anxur.* [*Missi magnis de rebus uterq.*] de reconciliatione missi erant legati ab Augusto ad Antonium, qui postea bellum civile gesserunt, iam tum enim dissentire coeperant. [*Aversos solitì componere amicos*] quoniam inter Augustum et Antonium reliquiae adhuc erant dissensionis. Cocceius Nerva, proavus Nervae, qui postea imperavit Romae, mandavit Augusto, ut mitteret, qui de summa rerum tractarent. Ergo missus est Maecenas cum Agrippa, qui utrumque exercitum in una castra coegerunt, ut ait Livius lib. CXXVII. Intelligendum autem quod, Fonteio misso ab Antonio, Augustus Maecenatem et ceteros ad eundem locum emiserit. [*Collyria lippus Illinere*] i. e. illinebam cotem, ut postea oculos inungerem. [*Fonteius ad unguem Factus homo*] *ad unguem facti homines* dicuntur, qui sunt urbani, qui sunt eloquentes, qui sunt dicaces, qui non habent vitium. Translatio a marmoribus, quorum iuncturae unguibus explorantur. Persius: *Vt per lene severos Effundat iunctura ungues.* Virg.: *In unguem Arboribus positis secto via limite quadret.* [*Antonî, non ut magis alter, amicus*] ut non inveniretur, qui magis esset amicus Antonii. [*Fundos Aufidio Lusco praetore*] praetorem pro magistratu dixit, h. e. duumviro. [*Fundos*] nomen oppidi, quod in numero plurali dixit tantum. [*Insani*] scilicet qui inanem honorem

nas] dissensione orta inter Caesarem Augustum Antoniumque Cocceius Nerva, avus eius, qui postea Romae imperavit, petiit a Caesare, ut aliquem, qui de summa rerum tractaret, mitteret Tarracinam. Et primum Maecenas, mox et Agrippa congressi sunt, hique pepigerunt fidem confirmatissimam et in una castra conferri signa utriusque exercitus iusserunt. Hoc et T. Liv. in Lib. CXVII. refert, excepta Capitonis mentione. [*Ad unguem Factus homo*] translatio a marmorariis, qui iuncturas marmorum tum demum perfectas dicunt, si unguis superductus non offendatur. Vnde

Praetextam et latum clavum prunaeque batillum.
In Mamurrarum lassi deinde urbe manemus,
Murena praebente domum, Capitone culinam.
Postera lux oritur multo gratissima, namque
Plotius et Varius Sinuessae Virgiliusque
Occurrunt, animae, quales neque candidiores
Terra tulit neque quis me sit devinctior alter.
O qui complexus et gaudia quanta fuerunt!
Nil ego contulerim iucundo sanus amico.
Proxima Campano ponti quae villula, tectum

v. 36. *batillum.* mss. ap. Lamb. alq. Pulm. Edd. vett. Mediol. Ven. Glar. Lamb. Cruq. Steph. Chab. Bersm. Torr. Bond. Burm. Bentl. Cun. San. Phil. Wakef. Azar. Wetz. Heind. Doer. Kirchn. — alii: *vatillum*, quod recep. Fea (qui def.) Iahn. — *bacillum* ed. Iunt. 1503. Inde Baruffald. ap. Gesn. coni. *prunique bacillum.* prob. Both. pro var. lect. exstat quoque *catillum.* — 44. *praetulerim* msc. un. ap. Bersm.

---

annus insigniri solebat, notarent etc. — *prunae batillum*, idem esse videtur, quod apud nos: *Kohlenschaufel.* Ceterum cf. de hoc vocabulo Lex. *Hor.* — *Heindorfii* sententia de huius dicti sensu haec est: „*Vielleicht* liess Auf. Luscus im Ornat daher schreitend eine Kohlenpfanne vor sich hertragen, anzudeuten, dass er bei der Ankunft des Maecenas, wie bei einer Epiphanie von Goettern, opfern wollte." — v. 47. *tempore*, tempe-

---

magni penderet, quia extollebat sese quasi praetor. [*Praemia*] insignia dignitatis. [*Scribae*] quia de curia scribarum fuerat et hoc pro praemio fuerat consecutus, ut magistratus esset. [*Latum clavum*] purpuram, quae in pectore extenditur senatorum, τὸν κολοβίωνα. [*In Mamurrarum*] in Formias civitatem, quia *Mamurrae* quidam fratres dicebantur senatores, qui maximam partem Formianae civitatis possidebant, ideo dicebatur Mamurrana civitas. Mamurrarum ut Lamiarum familia fuit, quae a Formiis originem duxit. [*Murena praebente domum*] hospitium, i. e. mansimus apud Murenae vicum, coenavimus apud Capitonem. [*Capitone culinam*] *culina* dicta est coquina, quia ibidem dii Penates colantur. Aliter: *Culina*, i. e. coquina ab eo, quod colat carbones. [*Sinuessae*] nomen civitatis, quasi dixisset Capuae. [*Candidiores*] pulchriores, meliores, benigniores, dulciores. [*Contulerim*] comparaverim. [*Sanus*] quam diu sanus sum. [*Villula*] quae est intra XIII lapidem a Capua. *Parochi* genus officii, qui solent peregrinis salem et ligna praebere et significat publicum cursum. Vel *Parochi* sunt, qui solent legatis reipublicae causa iter fa-

iam quaecunque perfectissima esse volumus significare, ad unguem facta dicemus. [*Insani ridentes praemia scribae*] Aufidium Luscum de curia scribarum significat fuisse, qui nunc in oppido Fundis magistratum gereret, quem sibi risui fuisse ait, quod magni penderet indutum se esse lato clavo ac praetexta et de balneis publicis prunas sibi domum a mediastinis afferri. [*In Mamurrarum lassi deinde urbe manemus*] Formias urbem significat, hinc namque fuit familia Mamurrarum honesto loco nata. [*Murena praebente domum, Capitone culinam*] dicit se Formiis Murenae domo hospitatum fuisse, sed apud Capitonem coenasse. [*Sanus*] quamdiu sana mente sum, inquit, nihil putabo comparabile esse iucundo amico. [*Proxim. Campano ponti quae villula*] hic subintelligendum extrinsecus verbum est, quia plenum sic fit: *Quae villula proxima est ponti Campano, tectum praebuit.* Significat autem iuxta pontem Campanum, qui

Praebuit et parochi, quae debent, ligna salemque.
Hinc muli Capuae clitellas tempore ponunt:
Lusum it Maecenas dormitum ego Virgiliusque;
Namque pila lippis inimicum et ludere crudis.
Hinc nos Coccei recipit plenissima villa,
Quae super est Caudî cauponas. Nunc mihi paucis
Sarmenti scurrae pugnam Messîque Cicirri,
Musa, velim memores, et quo patre natus uterque

---

stive, nos: *bei guter Zeit.* — v. 51. *Caudî cauponas*, quae sita est trans cauponas ad Caudium, Samnii oppidum, in via Appia, inter Capuam et Beneventum, ignominiosa Romanorum clade satis notum. *Doer.* Cf. Liv. IX, 2. et Index *ad hunc librum.* — v. 54. Dum poeta scurrile Messii et Sarmenti certamen epica gravitate instruit, colores quoque a monomachiis heroum Homericis mutuatur. Itaque, sicuti illi, antequam congrediuntur, generis sui prosapiam invicem exponunt, ita eadem de his scurris poeta memorat; qui tamen, quantum in hoc genere ab illis heroibus distent, lepide declarat. (*Mitsch.* Racem. Venus. Fasc. V.) — Antiquitas istius gentis (sc. *Oscorum*) in hac designatione (*clarum genus Osci*) respicienda est, quae ad ultimam memoriam adsurgat, ideoque ad Aborigines s. *αὐτοχθόνας* referatur. Iam quum Romani hominem incertae et obscurae originis terrae filium perhibeant, manifestum est, lusum captasse poetam in vocis ambiguitate, qua eadem Cicero in Epist. ad Trebat. VII, 9. *Cn. Cornelium summo genere natum terrae filium* appellat. Ita h. l. Messius, *clarum*

---

cientibus necessaria ministrare, publici muneris. *παρέχειν*, i. e. exhibere. [*Clitellas*] sarcinas sive sellas, instrumenta, quibus animalia sternuntur. Alii uncinos ligneos, quibus onera imponuntur. [*Tempore*] notandum *tempore* pro tempori, ut: *De villa tempori venimus.* [*Crudis*] ad Virgilium retulit, qui difficile digerebat; dicebatur enim stomachum dolere Virgilius. Alias *crudis* aut imperitis aut indigestis, nam qui stomachi dolorem patiuntur, tardius digerunt. [*Hinc nos Coccei*] *Coccei Nervae*, ut superius diximus copiose. [*Caudî cauponas*] *Caudium* est civitas Samnii. Lucanus: *Vltra Caudinas speravit ponere furcas.* Non longe autem abest a Benevento. *Caudî cauponas*, quae villa supra Caudî cuiusdam cauponas est. Alii tabernas Caudî, alii oppidum volunt. [*Musa, velim memores*] eleganter, quasi phantasia poetarum operis heroici, ut: *Nunc age, qui reges, Erato.* Et: *Pandite nunc Helicona, Deae.* Et: *Quis mihi nunc tot acerba Deus?* Quidam reprehendunt Horatium, quod de rixa dicturus petivit auxilium Musae stulte, sed oratorie hoc fecit. Quando autem de levi re dicturi sumus, attentum debemus facere auditorem propter levitatem rei. Vel etiam quia descripturus viam suam non debuit praetermittere, quod in ea iucunde factum videbatur sive ludo nar-

est citra XVI milliarium a Capua, in villa se mansisse. [*Et parochi quae deb. ligna salemque*] ex verbo *praebuit*, quod est in principio versus, *praebuerunt* hîc adsumendum est. *Parochi* autem copiarii dicuntur ἀπὸ τοῦ παρέχειν, i. e. ab *exhibendo;* hodieque autem a copiariis praestantur haec iis, qui reipublicae causa iter faciunt. [*Nam pila lippis inimicum et ludere crudis*] se *lippum* dixerat, ergo *crudum* Virgilium intelligamus, quia videtur singula singulis adsignasse. *Lippis* igitur *inimicum*, ut mihi, *crudis*, ut Virgilio. [*Quae super est Caudî Cauponas*] a Capua profectus in Coccei Nervae villa mansisse se indicat, quae est supra tabernas Caudii, oppidi. [*Nunc mihi paucis*] ostendit se relaturum contentionem, quam inter se Sarmentus et Cicerius habuerunt, ambo ex urbanitate

Contulerit lites. Messî clarum genus Osci;
Sarmenti domina exstat. Ab his maioribus orti
Ad pugnam venere. Prior Sarmentus: »Equi te
Esse feri similem dico.« Ridemus: et ipse
Messius: »Accipio; caput et movet: »O, tua cornu
Ni foret exsecto frons,« inquit, »quid faceres, quum
Sic mutilus miniteris?« At illi foeda cicatrix
Setosam laevi frontem turpaverat oris.
Campanum in morbum, in faciem permulta iocatus,
Pastorem saltaret uti Cyclopa, rogabat;
Nil illi larva aut tragicis opus esse cothurnis.

v. 60. *miniteris* mss. ap. Pulm. Bersm. Bentl. Edd. vett. Mediol. Ven. Flor. Bentl. (qui rest.) Cun. San. Phil. Val. Wakef. Wetz. Heind. Doer. Kirchn. — alii mss. *minitaris*, rec. Fea, Iahn. cett.

---

genus, Oscus, h. e. terrae filius, h. e. ignobilis generis audit atque sic paria facit cum Sarmento, cuius *domina exstat.* — Eadem antithesis est in Claud. in Eutrop. II, 79. Cf. Pers. VI, 57. *claro quod nobilis ortu, quum vivant domini.* — *Messius* cognominatus *Cicirrus*, Κικιῤῥος, ἀλεκτρυών, ab galli cantu ita dictus. — v. 58. *Accipio*, sc. provocationem. — v. 61. *laevi oris*, notanda locutio, pro laeva sive sinistra parte faciei. — v. 62. *Campanum in morbum*, hoc enim quasi a natura Campanis fere omnibus inest, ut capitis temporibus magnae verrucae innascantur in modum cornuum, quas cum incidi faciunt, cicatrices in fronte manent quasi notae exsectorum cornuum. In hunc ergo morbum, i. e. faciei vitium, iocatur Sarmentus. Schol. Cruq. — Saltatio illa pantomimica, quae *Cyclops* vocabatur, expressisse videtur ridiculas, quas vastioris corporis Polyphemus apud Galateam fecit, delicias. Similiter infr. Epist. II, 2, 125. — v. 64. *Nil*

---

rat poetico. [*Osci*] Campani, quia *Oscia* Campania dicta est, aut εἰρωνικῶς cuiusdam Osci ignobilis, unde Osceni figurate, ut: *Cressa genus Pholoe.* Et: *Qui genus*, unde domo, nam est figurata locutio: *Messî genus Osci.* Cum autem convivatores essent Horatii, ioci causa se invicem verbis fatigarunt. [*Sarmenti domina*] hîc libertum ostendit fuisse, licet postea dominam acceperit. [*Feri similem*] grandem et durum, quia procerus erat Messius. [*O tua cornu*] deridet illum, quod commovit caput et ait, si non esses mutilatus praesecto cornu de sinistra parte frontis, quid faceres, quomodo minitareris, ut taurus? [*Mutilus*] debilitatus. [*Campanum in morbum*] aut oris foeditatem aut arrogantiam. Dicuntur enim Campani et foedi esse et arrogantes. Si *foedi* accipimus, κατὰ τὸ αὐτό. Aliter: Campani, qui et *Osci* dicebantur, ore immundi habiti sunt, unde etiam *Oscenos* dicimus. Aut ideo dixit *in Campanum morbum*, quia Campani morbum dicacitatis patiuntur. [*Cyclopa*] quia magna statura erat. [*Nil illi larva*]

et audacia noti, equites tamen Romani. [*Sarmenti domina exstat*] sic hîc dicitur, quasi Libertinus fuerit Sarmentus. [*Messî clarum genus Osci*] figurata elocutio, *Messî genus* Osci sunt. [*Laevi frontem turpaverat oris*] attende elocutionem: *laevi oris frontem*, pro laevam partem ponit in fronte. [*Campanum in morbum*] Campani, qui Osci dicebantur, ore immundi habiti sunt. Vnde et *Oscos* dictos putant quasi *obscenos.* [*Donasset iamne catenam Ex voto Laribus, quaerebat*] urbanissime haec dicta sunt in eum, qui servilibus esset natalibus. Translatione sumpta a generosis pueris, qui bullam auream egressi pueritiae annos apud lares solent suspendere. [*Scri-*

Multa Cicirrus ad haec: donasset iamne catenam
Ex voto Laribus, quaerebat? scriba quod esset,
Deterius nihilo dominae ius esse. Rogabat
Denique, cur unquam fugisset, cui satis una
Farris libra foret, gracili sic tamque pusillo?
Prorsus iucunde coenam producimus illam.
Tendimus hinc recta Beneventum, ubi sedulus hospes
Pene, macros, arsit, dum turdos versat in igne:
Nam vaga per veterem dilapso flamma culinam
Volcano summum properabat lambere tectum.
Convivas avidos coenam servosque timentes
Tum rapere atque omnes restinguere velle videres.

v. 70. *producimus* mss. Pulm. Torr. Bentl. Gesn. Oberl. Comb. ap. Feam fere omnes. Ed. Bentl. (qui revoc.) seq. Cun. Wakef. Wetz. Heind. Kirchn. — *produximus* tres mss. Pulm. Edd. ante Bentl. omnes, Baxt. San. Phil. Val. Gesn. Azar. Fea (qui def.) Iahn. Doer. — alii: *perduximus.* — alii: *perducimus.* — 72. Fea cum Lambino ex uno cod. scripsit *arsit macros*, sed vulgarem ordinem recte def. Cun. Both. aliique.

---

illi larva etc. neque larva ei opus esse, quia ore ita deformi esset, propter foedam cicatricem, ut instar larvae videri posset, neque cothurnis, quia magna corporis esset statura. — v. 65. *Donasset iamne catenam* etc. urbanius haec dicta sunt in Sarmentum, qui servilibus erat natalibus, sumpta translatione a generosis pueris, qui egressi annos pueritiae, iam sumpta toga, Diis penatibus bullas suas consecrabant, ut puellae pupas. Ad hunc modum ridendo interrogat Sarmentum, catenamne suam et compedes (*Fussschellen*) diis suspendisset, quibus ipse servus fuisset concatenatus? Schol. Cruq. cf. Acr. et Por. — v. 66. *Scriba quod esset* etc. quod autem scriba esset Sarmentus, non eo minus esse servum neque servilem conditionem excussisse aut certe non minus esse libertum. — v. 67. Denique rogabat, cur hic Sarmentus fugisset unquam a domina, quasi ab ea nimis parce aleretur etc. — v. 72. Verborum ordo hic est: *ubi sedulus hospes, dum macros turdos in igne versat, pene arsit*, propemodum igne combustus est. — v. 76. *videres*, ἴδοις ἄν, *da konnte man sehen.* — Infr. Serm. I, 8, 34. ibd. 50. — Virg. Ecl. IV, 27. — *restinguere*,

---

propter prolixitatem barbae. [*Donasset iamne catenam Ex voto Laribus*] solebant pueri, postquam pueritiam excedebant, diis Penatibus bullas suas consecrare, similiter puellae pupas. Modo ergo ridens interrogat, si consecrasset compedes et catenam, qua fuerat ligatus quasi servus. *Bullas* senatores nobiles gerebant, sic et hic servus catenam. [*Scriba quod esset*] non, inquit, quia factus es scriba, amisisti conditionem servilem. [*Deterius nihilo*] imminutum esse ius servitutis. [*Dominae ius*] ostendit eum servum fuisse. [*Tamque pusillo*] quia brevis erat staturae. [*Sedulus*] diligens, officiosus. [*Pene, macros*] Ordo: *Pene arsit, macros turdos.* [*Dilapso*] i. e. sparso igni, errante flamma per coquinam. [*Lambere*] adtingere, ut: *Lambere flamma comas et circum tempora pasci.*

ba quod esset] i. e. nullum praeiudicium dominum passum, quod illum de curia scribarum sibi comparasset. [*Pene, macros, arsit*] ordo est: *Pene arsit.* [*Nam vaga per veterem*] mira energia hic sensus est explicitus. [*Incipit ex illo montes Apulia notos Ostentare mihi*] accipiendum melius *notos mihi*, quam *ostentare mihi.* Ideo maxime *notos* est intelligen-

Incipit ex illo montes Apulia notos
Ostentare mihi, quos torret Atabulus et quos
Numquam erepsemus, nisi nos vicina Trivici
Villa recepisset, lacrymoso non sine fumo,
Vdos cum foliis ramos urente camino.
Hîc ego mendacem stultissimus usque puellam
Ad mediam noctem exspecto, somnus tamen aufert
Intentum veneri; tum immundo somnia visu
Nocturnam vestem maculant ventremque supinum.
Quatuor hinc rapimur viginti et millia rhedis,
Mansuri oppidulo, quod versu dicere non est,
Signis perfacile est: venit vilissima rerum
Hîc aqua, sed panis longe pulcherrimus, ultra
Callidus ut soleat humeris portare viator:

v. 89. *ultra* codd. plur. opt. et edd. vett. Horatii editores recentiores ad unum fere omnes. — Nonnulli: *ultro*.

---

suppl. ignem. — v. 77-85. *Atabulus*, Senec. Q. Nat. V, 17. *Atabulus* Appuliam infestat, Calabriam Iapyx, Athenas Sciron, Pamphyliam Cataegis, Galliam Circius. Ventus hic laudatus nunc dicitur *Sirocco*. — *erepsemus*, contracte pro: erepsissemus. — *fumus* dicitur *lacrymosus* a lacrymas ciendo. — v. 86-92. *rapimur*, celeriter vehimur rhedis, rapido avehimur cursu atq. sim. — *oppid. quod versu* etc. quia eius nomen versus metrum respuit. — *venit*, sc. ob raritatem. — *ultra*, *weiter*. — v.

[*Montes Apulia notos*] bene dixit *notos*. Appulus enim fuit sive Venusinus. [*Ostentare mihi*] non *ostentare mihi*, sed *notos mihi*. [*Quos torret*] i. e. incendit, quia nimio calore flans ventus illam regionem exsiccat. Vnde et pestifer dicitur esse et gravis. [*Atabulus*] nomen venti *ἀπὸ τῆς ἄτης βάλλειν*, i. e. qui pestilentiam immitat. [*Erepsemus*] pro *erepsissemus*, i. e. transissemus et est detractio, figura, sive pene transissemus. [*Trivici*] oppidi in fine Campaniae, quo vehicula iuncta accedere nequeunt, ergo Horatius ad villam divertit. [*Vdos*] humidos, virides. [*Ramos urente camino*] i. e. accepit nos cum fumo, quia ibi urebantur rami. [*Exspecto*] exspectavi. [*Somnus tamen aufert*] illam scilicet exspectationem et abundat *tamen*. [*Intentum veneri*] exspectantem venerem. [*Oppidulo, quod versu dicere non est*] *Equotutium* dicebatur oppidum et non poterat in versu suo ponere huiusmodi nomen ac per hoc signis utitur, quibus indicat, quod vellet. Ita autem: *Dicere non est*, ut dicimus: *solvendo non est*. [*Venit*] venditur, distrahitur, ab eo, quod est *veneo*. [*Callidus*] providus, sapiens. [*Aquae non ditior urna*] quia in

dum, quia sic hoc vellet intelligi, ostentat nobis, montes solos videre incipiat. [*Atabulus*] ventus in Apulia ferventissimus, Graeca appellatione, quasi *τὴν ἄτην βαλῇ*. [*Trivici*] oppidum in fine Campaniae est. [*Mansuri oppidulo, quod versu dicere non est, Signis perfacile*] Equotutium significat, cuius nomen hexametro versu complecti non potest. Hoc autem exemplo Lucilii, nam in septima satira sic ait: *Servorum est festus dies hic, Quem plane hexametro versu non dicere possis.* [*Panis longe pulcherrimus*] adeo dicit hic bonum panem fieri, ut qui *callidi*, i. e. periti sunt illius, inde sibi ferant. [*Aquae non ditior urna*] de *Canusio* hoc, non de

Nam Canusî lapidosus, aquae non ditior urna,
Qui locus a forti Diomede est conditus olim.
Flentibus hîc Varius discedit maestus amicis.
Inde Rubos fessi pervenimus, utpote longum
Carpentes iter et factum corruptius imbri.
Postera tempestas melior, via peior ad usque
Barî moenia piscosi. Dein Gnatia lymphis
Iratis exstructa dedit risusque iocosque,
Dum flamma sine tura liquescere limine sacro
Persuadere cupit: credat Iudaeus Apella,
Non ego: namque Deos didici securum agere aevum,

v. 93. *Flentibus hîc* mss. ap. Bersm. Torrent. (qui prob.) Bentl. Feam. Edd. antiq. Bentl, Cun. San. Val. Oberl. Comb. Azar. Wakef. Wetz. Heind. Doer. Kirchn. — *Flentibus hînc* alii mss. ap. Bentl. Feam, qui ed. et def. seq. Iahn. — 100. *Iudaeus apella* (ut appellativum) scrib. msc. Berol. (cum glossa: „sine pellè“) Edd. vett. Med. Ven. Loch. (qui expl.: „circumcisus“) — Ceteri: *Apella*.

---

91. Panis (inquit Horatius) Canusii lapidosus est, qui locus, nempe Canusium, haud multo magis abundans aqua, quam Equotutium, olim a Diomede conditus est. Lamb. Vid. Strab. VI, 9. — v. 92. De huius versus integritate dubitat Bentleius, recte quidem, ut *Doeringus* putat, non ego. — v. 97. *Gnatia* sive *Egnatia*, oppidum maritimum (nunc *Monopoli*) *lymphis Iratis exstructa*, vel quia eget aquis vel quod eas salsas habet et amaras vel quod in pede montis sita est; ei idcirco videntur aquae irasci, cum torrentes de montibus impetu magno decurrentes saepe magnas urbis partes diruunt. Schol. Cruq. — v. 99. *Dum flamma sine* etc. vid. Plin. Hist. Nat. II, 111. *In Salentino oppido Egnatia imposito ligno in saxum quoddam ibi sacrum, protinus flammam existere (reperitur apud auctores)*. Cf. de hac re *Salmas. ad Solin. c. 5.* — v. 100. *Iudaeus Apella*, pro: quivis Iudaeus. *Apella* nomen proprium esse, recte comprobavit Bentl. Epist. ad Mill. p. 520. Ed. Lips. — v. *Deos didici* etc. Epicurus

---

Equotutio aquae est inopia et similiter apud Canusium oppidum Apuliae lapidosus est panis. Hac de causa Equotutio emitur panis similiter et ubi aqua deest, ut in Equotutio. [*Inde Rubos*] oppidum Italiae. Hinc putant Virgilium dixisse: *Nunc facilis Rubea texatur fiscina virga.* [*Corruptius*] nobis molestius, difficilius. [*Postera tempestas*] posterum tempus, postera dies, status caeli, h. e. serenitas. [*Via peior*] post pluviam. Alio die fuit iter incommodum, nam pluvia nondum infusa terra tolerabilior est. [*Barî moenia*] *Baris* civitas Apuliae, quae appellatur *Barium* et *Adbaris* dicitur hodieque, ut dixit grammaticus Theotistus. [*Gnatia lymphis Iratis exstructa*] vel quia eget aqua vel quia habet salsam aquam et amaram. [*Dedit risusq. iocosq.*] risimus, inquit, quod apud Gnatiam audivimus, in aris flamma sine tura consumi. [*Apella*] finxit nomen quasi *sine pelle* aut certe *Apella*, quia praeputium non habet. [*Namque deos*] se-

Equotutio, cuius superius meminimus. [*Discedit maestus*] *maestum* dicit mutuum desiderium. [*Dehinc Gnatia lymphis Iratis exstructa*] hoc propter penuriam aquae dicit. [*Risusq. iocosq.*] De Gnatiae ara, in qua lignis exstructis ignem sua sponte gliscere dicunt, opinionem deridet. [*Credat Iudaeus Apella*] *Apella*, quod *pellem* in parte genitali non habeat. [*Namq. deos didici*] hoc de opinione Epicureorum, qui deos aiunt non

Incipit ex illo montes Apulia notos
Ostentare mihi, quos torret Atabulus et quos
Numquam erepsemus, nisi nos vicina Trivici
Villa recepisset, lacrymoso non sine fumo,
Vdos cum foliis ramos urente camino.
Hic ego mendacem stultissimus usque puellam
Ad mediam noctem exspecto, somnus tamen aufert
Intentum veneri; tum immundo somnia visu
Nocturnam vestem maculant ventremque supinum.
Quatuor hinc rapimur viginti et millia rhedis,
Mansuri oppidulo, quod versu dicere non est,
Signis perfacile est: venit vilissima rerum
Hic aqua, sed panis longe pulcherrimus, ultra
Callidus ut soleat humeris portare viator:

v. 89. *ultra* codd. plur. opt. et edd. vett. Horatii editores recentiores ad unum fere omnes. — Nonnulli: *ultro.*

---

suppl. ignem. — v. 77-85. *Atabulus*, Senec. Q. Nat. V, 17. *Atabulus* Appuliam infestat, Calabriam Iapyx, Athenas Sciron, Pamphyliam Cataegis, Galliam Circius. Ventus hic laudatus nunc dicitur *Sirocco.* — *erepsemus*, contracte pro: erepsissemus. — *fumus* dicitur *lacrymosus* a lacrymas ciendo. — v. 86-92. *rapimur*, celeriter vehimur rhedis, rapido avehimur cursu atq. sim. — *oppid. quod versu* etc. quia eius nomen versus metrum respuit. — *venit*, sc. ob raritatem. — *ultra, weiter.* — v.

[*Montes Apulia notos*] bene dixit *notos.* Appulus enim fuit sive Venusinus. [*Ostentare mihi*] non *ostentare mihi*, sed *notos mihi.* [*Quos torret*] i. e. incendit, quia nimio calore flans ventus illam regionem exsiccat. Vnde et pestifer dicitur esse et gravis. [*Atabulus*] nomen venti *ἀπὸ τῆς ἄτης βάλλειν*, i. e. qui pestilentiam immitat. [*Erepsemus*] pro *erepsissemus*, i. e. transissemus et est detractio, figura, sive pene transissemus. [*Trivici*] oppidi in fine Campaniae, quo vehicula iuncta accedere nequeunt, ergo Horatius ad villam divertit. [*Vdos*] humidos, virides. [*Ramos urente camino*] i. e. accepit nos cum fumo, quia ibi urebantur rami. [*Exspecto*] exspectavi. [*Somnus tamen aufert*] illam scilicet exspectationem et abundat *tamen.* [*Intentum veneri*] exspectantem venerem. [*Oppidulo, quod versu dicere non est*] *Equotutium* dicebatur oppidum et non poterat in versu suo ponere huiusmodi nomen ac per hoc signis utitur, quibus indicat, quod vellet. Ita autem: *Dicere non est*, ut dicimus: *solvendo non est.* [*Venit*] venditur, distrahitur, ab eo, quod est *veneo.* [*Callidus*] providus, sapiens. [*Aquae non ditior urna*] quia in

dum, quia sic hoc vellet intelligi, ostentat nobis, montes solos videre incipiat. [*Atabulus*] ventus in Apulia ferventissimus, Graeca appellatione, quasi *τὴν ἄτην βαλῇ.* [*Trivici*] oppidum in fine Campaniae est. [*Mansuri oppidulo, quod versu dicere non est, Signis perfacile*] Equotutium significat, cuius nomen hexametro versu complecti non potest. Hoc autem exemplo Lucilii, nam in septima satira sic ait: *Servorum est festus dies hic, Quem plane hexametro versu non dicere possis.* [*Panis longe pulcherrimus*] adeo dicit hic bonum panem fieri, ut qui *callidi*, i. e. periti sunt illius, inde sibi ferant. [*Aquae non ditior urna*] de *Canusio* hoc, non de

Nam Canusi lapidosus, aquae non ditior urna,
Qui locus a forti Diomede est conditus olim.
Flentibus hic Varius discedit maestus amicis.
Inde Rubos fessi pervenimus, utpote longum
Carpentes iter et factum corruptius imbri.
Postera tempestas melior, via peior ad usque
Bari moenia piscosi. Dein Gnatia lymphis
Iratis exstructa dedit risusque iocosque,
Dum flamma sine tura liquescere limine sacro
Persuadere cupit: credat Iudaeus Apella,
Non ego: namque Deos didici securum agere aevum,

v. 93. *Flentibus hic* mss. ap. Bersm. Torrent. (qui prob.) Bentl. Feam. Edd. antiq. Bentl. Cun. San. Val. Oberl. Comb. Azar. Wakef. Wetz. Heind. Doer. Kirchn. — *Flentibus hinc* alii mss. ap. Bentl. Feam, qui ed. et def. seq. Iahn. — 100. *Iudaeus apella* (ut appellativum) scrib. msc. Berol. (cum glossa: „sine pelle") Edd. vett. Med. Ven. Loch. (qui expl.: „circumcisus") — Ceteri: *Apella.*

---

91. Panis (inquit Horatius) Canusii lapidosus est, qui locus, nempe Canusium, haud multo magis abundans aqua, quam Equotutium, olim a Diomede conditus est. Lamb. Vid. Strab. VI, 9. — v. 92. De huius versus integritate dubitat Bentleius, recte quidem, ut *Doeringus* putat, non ego. — v. 97. *Gnatia* sive *Egnatia*, oppidum maritimum (nunc *Monopoli*) *lymphis Iratis exstructa*, vel quia eget aquis vel quod eas salsas habet et amaras vel quod in pede montis sita est; ei idcirco videntur aquae irasci, cum torrentes de montibus impetu magno decurrentes saepe magnas urbis partes diruunt. Schol. Cruq. — v. 99. *Dum flamma sine* etc. vid. Plin. Hist. Nat. II, 111. *In Salentino oppido Egnatia imposito ligno in saxum quoddam ibi sacrum, protinus flammam existere (reperitur apud auctores).* Cf. de hac re *Salmas. ad Solin. c.* 5. — v. 100. *Iudaeus Apella*, pro: quivis Iudaeus. *Apella* nomen proprium esse, recte comprobavit Bentl. Epist. ad Mill. p. 520. Ed. Lips. — v. *Deos didici* etc. Epicurus

---

Equotutio aquae est inopia et similiter apud Canusium oppidum Apuliae lapidosus est panis. Hac de causa Equotutio emitur panis similiter et ubi aqua deest, ut in Equotutio. [*Inde Rubos*] oppidum Italiae. Hinc putant Virgilium dixisse: *Nunc facilis Rubea texatur fiscina virga.* [*Corruptius*] nobis molestius, difficilius. [*Postera tempestas*] posterum tempus, postera dies, status caeli, h. e. serenitas. [*Via peior*] post pluviam. Alio die fuit iter incommodum, nam pluvia nondum infusa terra tolerabilior est. [*Bari moenia*] *Baris* civitas Apuliae, quae appellatur *Barium* et *Adbaris* dicitur hodieque, ut dixit grammaticus Theotistus. [*Gnatia lymphis Iratis exstructa*] vel quia eget aqua vel quia habet salsam aquam et amaram. [*Dedit risusq. iocosq.*] risimus, inquit, quod apud Gnatiam audivimus, in aris flamma sine tura consumi. [*Apella*] finxit nomen quasi *sine pelle* aut certe *Apella*, quia praeputium non habet. [*Namque deos*] se-

Equotutio, cuius superius meminimus. [*Discedit maestus*] *maestum* dicit mutuum desiderium. [*Dehinc Gnatia lymphis Iratis exstructa*] hoc propter penuriam aquae dicit. [*Risusq. iocosq.*] De Gnatiae ara, in qua lignis exstructis ignem sua sponte gliscere dicunt, opinionem deridet. [*Credat Iudaeus Apella*] *Apella*, quod *pellem* in parte genitali non habeat. [*Namq. deos didici*] hoc de opinione Epicureorum, qui deos aiunt non

Nec, si quid miri faciat natura, Deos id
Tristes ex alto caeli demittere tecto.
Brundusium longae finis chartaeque viaeque.

SATIRA VI.

Argum. *Vt invidiam, quam Horatius amicitia, qua coniunctus erat cum Maecenate, sibi contraxisse videtur, suorum obtrectatorum infringeret, hanc scripsit satiram, in qua docet, se nullius artificii opera in Maecenatis gratiam ac benevolentiam fuisse receptum, sed animi atque ingenii virtute et integritate. Maecenas, quem maiores honores nunquam appetivisse, sed semper in ordine equestri mansisse constat, genus, unde quis oriundus esset, minime spectabat. Horatius igitur, patre libertino natus, quo melius Romanis coaevis, in primis iis, qui eum humili loco natum in civitate summa ambire munera crederent, causas redderet, cur Maecenatis amicitia tanquam sodalis fere perpetuus uteretur, omnes rationes Maecenatem pariter ac semet ipsum, patris dilectissimi disciplina optime excultum, spectantes perbelle exponit etc. Huc accedunt ex* Wielandii *sententia, quae sequuntur: „Nach dem von Maecenas für die neue Herrschaft entworfenen Plane, der auf eine allmaehlige,* kaum *bemerkbare Umgestaltung der Republik in eine Monarchie berechnet war, schien es nothwendig, die Ansprüche der noch übrigen alten Geschlechter niederzuschlagen und, damit alles von dem Alleinherrscher abhaengig würde, den Grundsatz im Staate geltend zu machen, dass fortan minder auf Ahnen als auf persoenlichen Werth zu achten sey.“ Debebat igitur hic Horatii sermo Maecenati esse acceptissimus, quippe qui narraret, quo modo ipse (Maecenas) de vera (animi) nobilitate iudicaret.*

Non, quia, Maecenas, Lydorum quidquid Etruscos
Iocoluit fines, nemo generosior est te,

v. 104. Codd. fluct. in scriptura nom. propr. *Brundusium*, quod modo sic, modo aliter (*Brundisium*) scriptum exhibent. Cf. Index.

enim docet, deos res humanas non curare, cf. Lucret. VI, 57. — v. 103. *tristes*, iratos s. minaces. — De *Brundusio* cf. Strabo IV, 6-8. Plin. H. N. III, 16. Index *ad hunc librum* de nominibus propriis etc.

v. 1 — 5. De gente Cilnia, unde Maecenas oriundus erat, de Lydis pariter atque Etruscis cf. Index. — *naso suspendis adunco*, irrides, sub-

cundum dogma Epicureorum loquitur, qui dicunt deos agere seculum sine cura, ut poeta: *Nec curare deûm credis mortalia quemquam?* Lucretius de Deo: *Nec bene prò meritis capitur nec tangitur ira.* [*Tristes*] in scrutando sollicitos, severos. [*Ex alto tecto*] Plautus in Amphitryone: *In superiore qui habito cenaculo.* Sunt autem verba Iovis. [*Longae finis chartaeq. viaeq. est*] i. e. et carminis mei et viae finem fecit Brundisium.

aliter posse immortales esse, nisi quieti et ab omni cura separati sint. [*Nec si quid faciat miri natura*] verissima opinione hoc dicitur. Constat, non omnia miracula certa ratione fieri, de quibus Epicurei prudentissime disputant. [*Brundusium*] iucunde satis ita tunc finem viae Brundusium sibi fuisse significat, ut nunc relationis.

Nec, quod avus tibi maternus fuit atque paternus,
Olim qui magnis legionibus imperitarint,
Vt plerique solent, naso suspendis adunco
Ignotos, ut me libertino patre natum.
Quum referre negas, quali sit quisque parente
Natus, dum ingenuus; persuades hoc tibi vere,
Ante potestatem Tullì atque ignobile regnum

v. 4. *regionibus* msc. Feae. Wakef. e coni. recep. Fea, seq. Doer. prob. Heind. Both. — Codd. ad unum fere omnes: *legionibus.* — *imperitarint* mss. alq. ap. Lamb. Torr. duo ap. Bersm. Bentl. — *imperitarent* mss. Lamb. Pulm. un. ap. Bersm. Bentl. et pleriq. alii. Edd. Bentl. (qui indux.) Baxt. Cun. San. Phil. Gesn. Wakef. Wetz. Heind. Iahn. Doer.

sannas; est enim *sanna* risus solutus eorum, qui detortis naribus sonitum mittunt in alicuius fastidium. Schol. Cruq. Nos: *die Nase rümpfen;* sic infr. Epist. I, 19, 45. — v. 8. *dum ingenuus*, h. e. modo ne servilis conditionis sit, uti Heind. exponit. Ego epitheton *ingenuus* cum *Mitscherlichio* de sola morum honestate intelligo. Ita quoque Graecis utroque sensu τὸ εὐγενὲς usurpari, docte adstruxit Welkerus ad Theogn. p. LXII. Habemus adeo sententiam, Graecis admodum frequentatam, veluti Menandro apud Stob. s. LXXXIV. et inde in ed. Meinek. p. 191.: ὃς ἂν εὖ γεγονὼς ᾖ τῇ φύσει πρὸς τἀγαθά, κἂν Αἰθίοψ ᾖ, μῆτερ, ἐστὶν εὐγενής.

ACR. [*Non, quia, Maecenas*] Maecenatem alloquitur, candorem animi eius commemorans, qui generosos atque humiles absque discrimine accipiat. [*Lydorum quidquid Hetruscos Incoluit fines*] deest *habes.* Lydi quondam Tusciam possederunt, a quibus originem Maecenas trahebat. Sensus hic est: Non te, inquit, extollit nobilitas gentis et sanguinis, ut despicias eos, qui ex infimis nati sunt, sciens quod non genus, sed virtus in homine est quaerenda. Non quia habes Hetruscos, i. e. Tyrrhenos fines, quos incoluit, quidquid Lydorum fuit; nec eo, quia nemo est te generosior, i. e. neque quia nobilis es, ideo derides ignobiles et libertinos, nec ideo, quia imperavit pater tuus et avus, irrides ignotos pauperes vel ignobiles. [*Naso suspendis adunco Ignotos*] i. e. nec ignoti tibi fastidia afferunt, quod vulgo *sannam* dicunt. *Suspendis* autem spernis, subsannas, fastidis, i. e. non irrides. Novimus enim quia qui irrident homines, *sannas* faciunt. [*Referre*] interesse. [*Dum ingenuus*] dum modo *ingenuus* sit, *ingenuus* autem ad morum probitatem pertinet. [*Persuadeas hoc tibi vere*] recte, inquit, hoc tibi persuades, o Maecenas, quod ante imperium Tullî, qui unus ex septem regibus, servili tamen genere fuit, alii multi ignobiles, sed viri boni et vitae optimae. Sensus hic est: Recte hoc sentis, qui non nobilitatem magni pendis, sed virtutem. [*Ante potestatem Tullî*] sensus est: Non solum Tullium, sed alios multos ex ignobili genere claros fuisse. Fuit autem Tullius, Tarquinii Prisci Lucumonis servus e captiva natus, de quo

POR. [*Non, quia, Maecenas*] Maecenatem alloquitur, candorem eius animi commemorans, qui generosos atque humiles sine discrimine accipiat. [*Lydorum quidquid Hetruscos Incoluit fines*] Lydia quondam profecti incoluere Hetruriam, quod et Virgilius testatur, cum dicit: *Vbi Lydius arva Inter opima virûm leni fluit agmine Tibris.* [*Naso suspendis adunco*] quod vulgo dicunt *desannas*, i. e. per fastidium quoddam derides. [*Persuades hoc tibi vere*] liquet tibi, inquit, et ante Tullium regem multos ignobili genere natos, probos viros fuisse usosque amplis honoribus. Tullium autem nominavit, quia serva captiva fornicularia fuit natus et ideo

Multos saepe viros nullis maioribus ortos
Et vixisse probos, amplis et honoribus auctos:
Contra Laevinum, Valeri genus, unde Superbus
Tarquinius regno pulsus fugit, unius assis
Non unquam pretio pluris licuisse, notante
Iudice, quo nosti, populo, qui stultus honores
Saepe dat indignis et famae servit ineptus,
Qui stupet in titulis et imaginibus. Quid oportet
Nos facere a volgo longe lateque remotos?
Namque esto, populus Laevino mallet honorem

v. 13. Vulgo legitur *pulsus fuit;* sed *fugit* ut lectionem difficiliorem probat etiam Kirchn. ad Serm. II, 3, 278. — 15. *quo nosti* mss. ad. un. omn. ap. Pulm. Bersm. Cruq. Torr. Bentl. Gesn. Feam. Edd. Bentl. (qui vindic.) seq. Cun. Baxt. San. Phil. Gesn. Oberl. Comb. Wakef. Azara. Fea, Wetz. Heind. Doer. Iahn. — *quem nosti* Ald. II. III. (qui indux.) Lamb. Fabr. Steph. et rel. quos laudat Kirchn. — 18. *Nos facere* mss. et edd. vulgo. Schol. Acr. Por. — *Vos facere* ed. Bentl. e coni.

---

v. 10. *nullis*, ignobilibus, ut *Servius Tullius* apud Liv. IV, 3. *nullo patre natus* esse dicitur; apud Graecos *ἀπάτωρ* idem exprimit. — v. 15. *quo nosti*, quemadmodum apud Graecos: *ὥς γε κριτῇ τῷ δήμῳ ᾧ σύ γ᾽ οἶσθα*, idem sonaret. Exempla huius structurae dedit Heind. ad h. l. — v. 17. De *titulis* et *imaginibus* vid. Lex. Hor. — v. 19 — 20. Quid tum, (*Quid*

Virgilius: *Otia qui rumpet patriae residesque movebit Tullus in arma viros.* [*Nullis*] non nobilibus. [*Vnde*] a quo, ut: *Genus unde Latinum.* [*Licuisse*] a licitatione, i. e. valuisse, aestimasse. Quoniam omne, quod licet, valet *κατὰ κοινόν.* [*Notante*] indicante, aestimante. [*Nosti*] deest, *ut.* [*Famae*] nobilibus. [*Qui stupet in titulis*] dum virtuti praefert nobilitatem. [*Quid oportet Nos facere*] nos, qui sumus sapientiores populo, si populus recte iudicat, qui frequenter errat, nos nonne debemus honorem merentibus magis quam nobilibus? [*Nam esto*] hoc quasi praecedente subiectione dicit. Quasi aliquis dicat, magis debuit honorem accipere Levinus, homo nobilissimus, quam nescio quis ignotus. Cui ita respondet: Concedo, quod magis debuit populus mandare honorem Levino nobili, quamvis ignavo; quam Decio ignobili, quamvis forti. Quare autem hoc concedo? quia debet unusquisque contentus esse ordine suo et hîc *βιωφελῶς*

regnum eius ignobile dixit. [*Nullis maioribus ortos*] nemo est utique, qui nullos maiores habeat, sed cum memoria illorum propter humilitatem nulla sit, quasi non videtur fuisse. [*Contra Levinum, Valeri genus*] i. e. Val. Levinus a Valerio Publicola, qui cum Iunio Bruto Tarquinium Superbum expulit. *Valeri genus*, i. e. genus habens, periphrasin autem necessario fecit sicut Lucilius, cum dicit: *Valeri sententia dia.* Quia scilicet nomen quatuor brevium syllabarum est, eo non potest in hexametrum versum recipi. [*Vnde*] pro: a quo. Terent.: *A praedonibus, unde emerat, se audisse.* [*Vnius assis*] hic P. Valerius adeo foedis ac proiectis in omnem turpitudinem moribus vixit, ut provehi non potuerit ultra quaesturae dignitatem. Ergo sensus est: quamvis populus adsueverit honores dare indignis, dum titulis atque imaginibus movetur, tamen ille vilis apud eundem populum fuit, notatusque ab eo est, quamvis etiam populus indignis etiam honores tribueret. [*Quid oportet Nos facere*] quanto nos, in-

Quam Decio mandare novo, censorque moveret
Appius, ingenuo si non essem patre natus,
Vel merito, quoniam in propria non pelle quiessem.
Sed fulgente trahit constrictos Gloria curru
Non minus ignotos generosis. Quo tibi, Tilli,
Sumere depositum clavum fierique tribuno?
Invidia accrevit, privato quae minor esset.

v. 24. *Tilli* recte habet; nonnulli *Tulli* legunt, sed falso. — 25. pro *fierique tribuno*, quod per adtractionem recte dicitur, alii *tribunum* legunt.

---

oportet nos facere) si populus stulte iudicaret? quid hoc ad nos philosophantes? Plus dicam: quid si censor nobilitatis studiosus me senatu excluderet? quid tum? an ideo deterior essem? Hîc vero colligit se et retractat ac merito hoc facturum censorem affirmat, ut stultam superbiam reprimat. Gesn. — v. 27. *insanus*, qui stulte sibi placet in externis insigni-

---

docet, unumquemque debere sorte propria contentum esse. Iste Levinus originem ducebat a Valerio Publicola, qui, quia pepulit de civitate Tarquinium cum Bruto, semper contemptus est a populo. Si ergo populus, qui ducitur nobilitate et divitiis, saepe ignavos, quamvis nobiles, spernit, quid nos oportet facere? Quanto, inquit, minus ad honorem possumus pervenire, qui vulgo sumus ignotissimi, si nobiles notantur a populo. Melius est ergo tuo iudicio quam populi placere. [*Quam Decio*] ignobili familia nato. [*Mandare novo*] subito senatores facti *novi* iudicantur. [*Censorq. moveret Appius*] hic est Appius, qui libertinos in urbanas tribus redegit. Concedo, quod recte potuisset me censor removere a senatu, cum non essem honesto patre natus. [*Vel merito*] valde merito. [*Quoniam in propria non pelle quiessem*] i. e. proprio ordine et statu. Sumptum est ex proverbio. Nam non quiescere in pellibus suis dicimus eos, qui humiliore loco nati maiora desiderant. [*Sed fulgente trahit*] sed in *fulgente curru* stat gloria, quae illicit ad se tam ignobiles quam nobiles. Et est alia subiectio: Gloria, quae stat in curru fulgente, ita trahit homines, quasi ibi ligati sint. [*Constrictos*] cupiditate plenos vel impeditos. Hîc cupiditatem per gloriam designavit. [*Gloria curru*] curru triumphali; hîc cupiditatem designat. [*Quo tibi, Tulli, sumere depositum clav.*] Sensus: Quid necesse est ad ipsos honores affectare, quamvis omnes cupiant pervenire? Iste Tullius senator fuit et ante remotus est a senatu per Caesarem quasi Pompeianus; occiso Caesare, recepit clavum, i. e. senatoriam dignitatem, fuit autem ignobilis. *Tibi* autem *tribuno* dixit: quia recepto ordine senatorio factus est tribunus militum. *Fieri tribuno* figurate per dativum. Vt supra: *Dederim quibus esse poetis.* [*Privato quae minor esset*] Ordo: *Quae invidia minor erat tibi privato*, i. e. dignitatem non habenti. [*Nam ut quisq. insanus*] comparative: Quilibet, id est, no-

quit, qui non vulgariter sapimus, minus mirari nobilitatem contemptu ignobilium debemus. [*In propria si pelle quiessem*] ex proverbio sumptum est in eos, qui mediocritatis suae obliti maiora se ipsis appetunt, quos non contineri intra pelliculam dicimus. Et hoc inde sumptum est, quod ductores in pellibus dormitent, cui rei et Lucilius testis est, cum dicit: *Per mihi lectum Imposuique pedem pellibus habes*†. Et Plautus, cum de anu ebria iocaretur, ait: *In pellis periculum protenditur.* [*Sed fulgente trahit*] Sensus est: Rapit omnes cupiditas gloriae. Sed quod *curru fulgente* dixerit, a triumphis videtur sumpsisse. [*Quo tibi*] post Caesarem occisum; nam pulsus ante senatu fuerat. [*Fierique tribuno*] figurate per dativum casum dixit ad pronomen *tibi tribuno.* Ceterum illud simplicius

Nam ut quisque insanus nigris medium impediit crus
Pellibus et latum demisit pectore clavum,
Audit continuo: »Quis homo hic?« et, »Quo patre natus?«
Vt si qui aegrotet, quo morbo Barrus, haberi
Vt cupiat formosus; eat quacunque, puellis
Iniiciat curam quaerendi singula, quali
Sit facie, sura, quali pede, dente, capillo:
Sic qui promittit, cives, urbem sibi curae,
Imperium fore et Italiam et delubra Deorum;
Quo patre sit natus, num ignota matre inhonestus,
Omnes mortales curare et quaerere cogit. —
Tune, Syri, Damae aut Dionysî filius, audes

v. 29. *hic, et quo* mss. ap. Torr. omnes. alii ap. Bentl. Talb. multi ap. Feam. Edd. Gesn. Oberl. Wetz. Comb. Fea, Iahn. — *hic, ex quo* msc. Berol. — *hic, aut quo* mss. Bentl. 6, 14. Edd. vett. Fabr. Bentl. Cun. San. Azara. Wakef. Doer. — *hic est? quo* Lamb. — 31. *Vt cupiat* mss. ap. Lamb. fere omnes. Edd. Lamb. Bond. Bentl. Cun. San. Phil. Val. Wakef. Azara. Zeun. Wetz. Fea, Heind. Iahn. — alii: *et cupiat*. — *si cupiat* coni. Bonfin. — 33. *sura, quali pede* sic dist. msc. Berol. Edd. Ven. Ald. Asc. Fabr. Bentl. Cun. San. Phil. Fea, Heind. Iahn. Doer. — *sura quali, pede*. Edd. Ald. Bas. Lamb. Cruq. Steph. — 35. *Italiam et delubra*. Edd. vulgo. Alii: *Italiam, delubra*.

---

bus, homo vanus. — '*Insanos* hîc vocat, qui subito, nulla causa apparente, prodeunt cum lato clavo. Gesn. — *nigris pellibus*, ad insignia nobiliorum et senatorum pertinebant quoque nigri coloris corrigiae, quibus inter

---

vus et ignobilis et cupiens senatoriae dignitatis, qui cupit rem incommodam, unde pateretur invidiam et exponeretur maledictis, materia lacerandi. Hic notat eos, qui nolunt appetere honores, quos habuerunt sui maiores. [*Impediit*] dignitatis calceamentis ligaverit. Circumdedit medium crus ideo dicit, quia altiores sunt calcei senatorum. [*Pellibus*] calceamentis longis. [*Demisit pectore*] media parte corporis. [*Audit continuo quis homo hic aut quo patre natus*] audit a populo: Quis homo? aut inquirentium est aut opprobrantium hic sermo. [*Vt si qui aegrotet*] alia comparatio. Aegrotare morbo dicuntur hi, qui habent aliquam cupiditatem, quia omnis cupiditas aegritudo est. Quemadmodum, inquit, qui habet studium moechandi et voluerit videri formosus, iniicit puellis curam interrogandi: qualis iuvenis facie sit, quali dente, quali capillo; ita et is, qui promittit se curaturum rempublicam, facit homines quaerere de parentibus suis. [*Quo morbo Barrus*] i. e. libidine *Barrus* iste cupiebat formosus videri. Significat autem hominem adulterum in stupro Aemiliae virginis Vestalis ante damnatum. [*Sic qui promittit*] nam qui accipit dignitatem, videtur promittere: curae sibi esse patriam. Ordo est: *Nam si quis promittit cives et urbem esse sibi curae, cogit omnes mortales de se curare et de suis natalibus: sicut insanus habitu novo et qui vult videri pulcher.* [*Tune, Syri, Damae*] Sensus est: Tu, qui libertinis ex parentibus, audesne

erat, fierique tribunum. [*Vt si qui aegrotet, q. m. B.*] hic *Barrus* vilissimae admodum libidinis atque vitae fuit, adeo ut Aemiliam virginem Vestae incestasse dictus sit. Certe adulteras sincerissima [corr. *insanissima*] cupiditate sectabatur. Sic qui promittit se inservire senatorio ordini et rempublicam administrare cupit, adstringit se ad eam necessita-

Deiicere e saxo cives aut tradere Cadmo?
»At Novius collega gradu post me sedet uno:
Namque est ille, pater quod erat meus.« — Hoc tibi Paullus
Et Messala videris? At hic, si plostra ducenta
Concurrantque foro tria funera, magna sonabit
Cornua quod vincatque tubas; saltem tenet hoc nos.

v. 39. *deiicere saxo* (omisso *e*) edd. Ven. Mediol. Loch. — 42. *Messala*. Edd. vett. et recentt. (*Messalla* praeferunt Manut. Orthogr. p. 511. Spanhem. de praest. numism. I. p. 129. Drakenb. ad Liv. 27, 5. Nolten et alii, e Fastis Capitol. al. inscriptt. et numm. Sed *Messala* constanter in num. ap. Goltz. etiam Augustei aevi, aliisq. inscriptt. ap. Grut. et alios. Libri mss. variant.)

---

se impeditis cruri adstringebantur calcei. — *Deiicere e saxo*, tu, qui es ignobilis et libertinis parentibus, audes tribunatu plebis fungi? Nam tribuni plebis damnatos de saxo Capitolino (s. Tarpeio) praecipitari iubebant

---

tribunatum administrare? Ignobilium quorundam de Syria nomina. Dama ignobilis et quasi unus de populo verba ad eum facit, qui ex genere humili ad honores et imperium cupit pervenire. [*Aut Dionysi filius*] alterius cuiusdam plebeii verba ad illum, qui e servili conditione dignitatem adipiscatur. [*Deiicere e saxo cives*] tribuni enim damnatos capite saxo Capitolino praecipitant. [*Aut tradere Cadmo*] *Cadmus* fuit carnifex notae crudelitatis; damnati autem de Tarpeio monte praecipitabantur. Vnde Iugurtha traditur deiectus. [*At Novius collega*] subiectio. Quare non appetam senatoriam dignitatem, cum habeam collegam ex ordine equestri libertum. Quasi respondentis verba sunt. Est autem ὑποφορά, ex persona filii Damae. [*Gradu post me sedet uno*] in quatuordecim ordinibus equestris dignitatis. [*Namq.*] pro *et* posuit. [*Ille pater quod erat meus*] i. e. eques Romanus sive liber, ad personam suam retulit poeta. [*Hoc tibi Paulus et Messala videris*] hac ratione. Rursum interrogantis modo Horatius. Paulus et Messala optimi fuerunt illius temporis advocati et Novius quamvis garrulus, vocis tamen gratia Paulo exercitius agere videbatur. Sensus ergo est: Ideo tu videris tibi Paulus et Messala esse, quia Novium uno gradu praecedis? Aliis placet Novium praeconem fuisse et vocis merito patrimonium adquisivisse, ut sit sensus: Hoc tibi ergo videris Messala et Paulus, quia praecedis praeconem? Hoc loco docet vitandam esse arrogantiam. [*At hic*] modo respondet subiectioni. [*Magna sonabit*] aut magna cornua aut magna funera, aut *magna sonabit* pro magne. Vt Virg.: *Infanda furentem.* Ordo est: *Quod vincat cornua et tubas.* [*Saltem tenet hoc nos*] Delectat nos eloquentia, i. e. propter

tem, ut inquiratur in eum a civibus, quo genere natus est, in quanto censu sit constitutus. [*Audes deiicere e saxo*] audes tribunatu plebis fungi. Nam tribuni plebis damnatos de saxo Capitolino praecipitabant. [*Aut tradere Cadmo*] *Cadmus* carnifex illo tempore fuisse dicitur. [*At Novius collega gradu post me sedet uno*] sed *Novius*, inquit, qui libertinis parentibus natus, proximus mihi in equestri ordine, sedet *post me uno*, i. e. inferiori. [*Namque est ille*] patre libertino natum esse Horatium et in narratione, quam de vita ipsius habui, ostendi. Ergo Novium hunc libertinum esse indignatur atque eum tamen in quatuordecim ordinibus sedere. [*At hic plaustra ducenta*] nunc Novium dicit garrulum et vulgarem esse in causis agendis, per quod gloria studiorum efficeret et aequo animo sustineatur, quod dissimulata humilitate natalium paulo exercitius agat. [*Saltem tenet hoc nos*] ad id pertinet, quod dixit eum causidicum esse. Ergo sensus: Hoc me saltem solatur, ut illum sustineam, cum in-

Nunc ad me redeo libertino patre natum,
Quem rodunt omnes libertino patre natum;
Nunc, quia sum tibi, Maecenas, convictor; at olim,
Quod mihi pareret legio Romana tribuno.
Dissimile hoc illi est, quia non, ut forsit honorem
Iure mihi invideat quivis, ita te quoque amicum,
Praesertim cautum dignos adsumere, prava
Ambitione procul. Felicem dicere non hoc
Me possum, casu quod te sortitus amicum;
Nulla etenim tibi me Fors obtulit: optimus olim
Virgilius, post hunc Varius, dixere, quid essem.

v. 53. *possum* mss. Pulm. Cruq. Bersm. Gesn. Comb. Edd. vulgo. Mediol. Ven. Flor. Bas. H. Steph. Lamb. Cruq. Fabr. Steph. Chab. Bersm. Baxt. Gesn. Azar. Wetz. Fea, Heind. Kirchn. — *Me possim* (*ich moechte wohl nicht koennen*) ed. Iahn. aliiq. plur. — 54. *mihi te* Iahn. Kirchn.

---

aut carnifici tradi. Schol. Cruq. — *convictor*, frequens et perpetuus fere conviva. — v. 48. *tribuno*, sc. in Bruti exercitu, cuius partes secutus est Horatius ā. u. DCCX. viginti duos annos natus. — v. 50. *Quivis*, vid. supr. Serm. I, 4, 25. — v. 52. Non idcirco me felicem nominare debent, quod casu aliquo aut fortunae beneficio tibi sum factus amicus; cum nulla fors me tibi obtulerit, sed amicorum et virorum bonorum commendatio,

---

hoc nos delectat, quod est orator. Hoc solum, inquit Horatius, est, quod indignationem nostram cohibet, Novium in equestri ordine sedere, quod advocatus est et magnae vocis; aut ipse Novius ait, clara voce saltem hoc stamus, qui licet advocati nomen habeat, tamen in quatuordecim ordinibus sumus. Vel tenet hoc nos, i. e. hoc distat inter me et Novium, quod sum dicturus. [*Rodunt*] lacerant maliloquio. [*Convictor*] pro eo, quod conviva. [*At olim, Quod mihi pareret legio Romana tribuno*] sensus est in istis versibus satis obscurus, verum ratione hac potest fieri manifestus: Forsitan tribunatus mihi invidiam parare debuerat, quia fortunae bona merentur invidiam, quod casu quodam etiam indigni perveniunt ad honores. Virtus vero carere debet invidia. Verae enim virtutis est et certi meriti, Maecenas, tuo iudicio comprobari. [*Quia non, ut forsit honorem Iure mihi invideat quisquam*] honor forsitan non convenit libertini filio, amicitia viri magni quare non conveniat docto, i. e. non ita iure mihi invident, quod sum tuus amicus et conviva, quemadmodum fortasse iure inviderent, quod fui tribunus. Nam ad amicitiam tuam non felicitate, sed merito perveni. Felicitati autem invidendum est, non merito. [*Ita te quoq. amicum, Praesertim cautum*] cum sis cautus et peritus ad amicos diligendos. [*Dignos*] amicos, qui longe sunt a prava ambitione. Consimilis causa est, quod invideant mihi amico tuo et quod antea invidebant tribuno. [*Non hoc Me possum casu*] i. e. neque casu aliquo, neque beneficio fortunae factus sum tibi amicus, sed beneficio meo. [*Singultim pauca*

digner alioquin libertinum equestrem ordinem tenere. [*Nunc quia sim tibi, Maecenas, convictor*] dicit sibi invidere, quod vivat cum Maecenate et quod ante tribunus militibus praefuerat, quasi utrumque supra humilitatem generis eius sit. [*Quia non, ut forsit honorem Iure mihi invideat*] prudentissime dictum, forsitan enim merito invideri debeat et qui fortunae beneficia habeat, quae plerumque temere et sine iudicio illis proveniant. At amicitia Maecenatis quod virtute sit provocata, non potuit. Porro autem quod virtute ac vero iudicio quis adsequitur, ei invideri non debet, quum

Vt veni coram, singultim pauca loquutus, —
Infans namque pudor prohibebat plura profari —
Non ego me claro natum patre, non ego circum
Me Satureiano vectari rura caballo,
Sed, quod eram, narro. Respondes, ut tuus est mos,
Pauca. Abeo, et revocas nono post mense iubesque
Esse in amicorum numero. Magnum hoc ego duco,
Quod placui tibi, qui turpi secernis honestum,
Non patre praeclaro, sed vita et pectore puro.
Atqui si vitiis mediocribus ac mea paucis
Mendosa est natura, alioqui recta — velut si
Egregio inspersos reprehendas corpore naevos —
Si neque avaritiam, neque sordes aut mala lustra

v. 57. *Infans* — *profari*. Haec verba vulgo parenthesi includunt, praeter Med. 1477. 86. 1508. 12. etc. Kirchn. verba: *Infans* — *narro* lineolis separavit. — 67. Et *reprehendas* et *reprehendes* et *reprendas* partim in codd. et edd. tum vett. cum. recentt. reperitur. — *reprehendas* cum Kirchn. recepi. — 68. *aut mala*, recte; alii: *ac mala*, quod tamen minus placet. — *nec mala* msc. Cruq. 1. Coni. Lamb. etc.

---

locutus] cum intervallo, interruptis verbis, impediente verecundia. [*Infans namq. pudor*] quia fari non posset. Quoniam qui pudorem habet, non multum loquitur, ut infans, i. e. elinguis. [*Non ego circum*] ordo est: *Non ego narro me circum rura vectari caballo Satureiano*, i. e. Tarentino, quia Satureia dicta est Tarentina civitas. *Satureiani fundi* sunt in Apulia fertiles et equorum nobilium genitores. [*Nono post mense*] ut: *Longo post tempore venit.* Vt appareat diu exploratum ad amicitiam admissum displicere non posse. [*Magn. hoc ego duco*] i. e. gratum mihi erat vel gloriosum hoc ego existimo, quod placuit tibi, non propter nobilitatem parentum, sed propter meritum conversationis meae. [*Sed vita et pectore*] quia dixerat: *Non patre praeclaro*, ideo haec subiecit, quae amplius in se contineant, quam pater praeclarus. [*At qui si vitiis mediocribus*] Ordo est: *Et si mediocribus et paucis vitiis* reprehendenda est vita mea, attamen in quibusdam est laudanda. ὑπέρβατον tale est: Atqui si vitiis careo et probatae sum vitae, his bonis pater causa est, i. e. si nobilitas non est vel haec paterna sunt. [*Velut si Egregio*] comparat vitam suam formoso vultui adsperso naevis. [*Ac mala lustra*] *lustra* ferarum cubilia sunt et quoniam meretrices lupae dicuntur, bene hoc no-

magno cum labore hoc ei constet. [*Infans namq. pudor*] manifestum est, *infantem* a *non fando* nunc dixisse, nec enim ad aetatem relatum est. Porro haec revera natura nobis est, ut ad sublimioris dignitatis viros cum adhuc ignoti accedamus, verecundia nos elingues faciat. [*Satureiano*] Satureiani nomine fundi in Appulia illis temporibus fuisse dicuntur, satis ampli ac nobiles, per quos Appulum equum significat. *Appulum autem equum* utique pro optimo accipere debemus. [*Revocas nono post mense*] plerique gravis iudicii viri ideo non temere in amicitiam recipiunt, ne facile dimittant. Ostendit ergo, Maecenatem per novem menses de se iudicasse ac sic in amicitiam recepisse. [*Ac mea paucis Mendosa est natura*] verecunde confitetur esse nonnulla vitia, verum tamen mediocria et videtur hoc verum esse, ut nemo non in aliquo vitio sit constitutus. Sed iam dudum bene est, si vitium illud sit parvum et cui ignosci possit. [*Ac mala lustra*] lustra non ferarum cubilia tantum, sed et ‚lupanaria‘ dicun-

Obiiciet vere quisquam mihi; purus et insons
(Vt me collaudem) si et vivo carus amicis:
Causa fuit pater his, qui macro pauper agello
Noluit in Flavî ludum me mittere, magni
Quo pueri magnis e centurionibus orti
Laevo suspensi loculos tabulamque lacerto,
Ibant octonis referentes Idibus aera;
Sed puerum est ausus Romam portare docendum
Artes, quas doceat quivis eques atque senator

v. 70. *si et vivo* mss. ap. Cruqu. omn. tres ap. Bersm. Edd. vett. ante Muret. (praeter Ascens. IV. quae hab. *et si vivo*) post eum Fabr. Bas. 1580. Torr. Heins. Bentl. Baxt. Gesn. Val. Wakef. Azar. Wetz. Fea, Heind. Iahn. Doer. Kirchn. — *si vivo*, *et* e Mureti correctione recep. Ven. 1559. Xyl. Lamb. Cruq. Steph. Chab. Bersm. Bond. Cun. San. Phil. Sivr.

---

qui me noverant. Schol. Cruq. — v. 74. *Laev. susp. locul. tab. lacerto*, tabulam et loculos laevo lacerto suspensos portantes; *suspensi* (*ἐξηρτημένοι τὸν ἄβακα*) qui sibi suspenderunt *loculos*, in quibus calculi et alia, quibus opus erat in ludis vulgaribus, portabantur. — *tabulam*, in qua et characteres arithmeticos notabant et calculos ordinare discebant. — *Octonis*, secundum *Doeringum* est epitheton ornans; rectius tamen h. v. interpretatus est censor quidam in *Ien.* Lit. Zeit. No. 218. 1832.: „*für acht Idus*," i. e. weil die Zinsen an den Idus bezahlt wurden, für *acht* Monate. Horaz, der alles gern individualisirt, giebt uns hier ein Beispiel von Aufgaben, wie sie der gute Flavius seinen Schülern zum Ausrechnen vorlegte. — v. 77. *doceat*, docendas curet. — *in magno ut populo*, Heind. explicat: *In so fern diess in dem grossen Volke moeglich ist, wo man sich trotz guter Kleidung und einem Gefolge von Sclaven doch unter der Menge verliert, dass man von Wenigen beach-*

---

mine lupanaria appellavit. Et quare *mala?* ad differentiam illorum, ubi praeda videtur inclusa. *Lustra* non solum ferarum dicuntur cubilia, sed et popinae, in quibus scorta sunt et illecebrae libidinum. [*Purus et insons, ut me collaudem*] Ordo est: *Si neque avaritiam* in me reprehendis neque tabernas et amicis meis carus sum, insons sum et innocens sum, ut me laudem. [*Causa fuit pater his*] harum rerum, harum virtutum pater causa fuit, ut sim innocens et amicis carus; quem alii ut ignobilem obiiciunt, ille haec contulit. [*Quid macro pauper agello*] deest *quamvis*, ut sit: *Quamvis macro*, i. e. sterili. [*In Flaví ludum*] *Flavius* quidam fuit illis temporibus calculator. [*Suspensi loculos*] *ὑπαλλαγή*, non ipsi suspensi, sed *suspensos loculos* habentes. [*Tabulam*] *buxum*, in quo meditantur scribere. [*Octonis*] nummos pro mercedibus, octonos asses aeris, quia ante Idus mercedes dabantur. [*Artes, quas doceat*] doceri faciat, ut: *Quos illi Daedala Circe supposita de matre, notos furata, creavit.* [*Vestem servosq. sequentes*] Ita me honeste tractavit, ut si quis

tur. Nam et Plautus in Casina ait: *Vbi in lustro iacuisti malo. Lustra* autem *mala* perpetuo epitheto dixit, nec enim sunt bona, ut ad discretionem eorum *mala* dixerit. Sic dicitur a Plauto Athenis *Atticis* et a Lucilio Campana *Capua.* [*Obiiciet quisquam vere mihi*] bene additum est *vere.* Illud enim nobis curandum est, ne probra, quae in nos dicuntur, *vere* dicantur, alioquin quin dicantur, in nostra non est potestate. [*In Flaví ludum*] videlicet hunc Flavium oratorum doctorum fuisse. [*Serva-*

Semet prognatos. Vestem servosque sequentes
In magno ut populo si quis vidisset, avita
Ex re praeberi sumptus mihi crederet illos.
Ipse mihi custos incorruptissimus omnes
Circum doctores aderat. Quid multa? pudicum —
Qui primus virtutis honos — servavit ab omni
Non solum facto, verum opprobrio quoque turpi,
Nec timuit, sibi ne vitio quis verteret, olim
Si praeco parvas aut — ut fuit ipse — coactor
Mercedes sequerer, neque ego essem questus. At hoc nunc
Laus illi debetur et a me gratia maior.
  Nil me poeniteat sanum patris huius: eoque

v. 79. *si quis.* Edd. vulgo. — *si qui.* Edd. Bentl. (qui restit.) seq. Cun. Wakef. Heind. Doer. — 87. *At hoc* msc. Feae. Edd. Ald. I. restit. Rutg. Fea, Heind. Iahn. Doer. [*Hoc* absolute usurpatum pro *hac de causa* atq. sim. saepius in sermonibus redit, ut iam supra notatum est.] — *ob hoc* in al. mss. et edd. — *ad hoc* in nonn. mss. et edd. etiam *ad haec* in quibusd. legitur etc.

---

tet wird. — v. 80. *avita ex re*, Horatio, libertini filio, *rem avitam* recte tribui posse negat *Heind.* Sed homines, in quorum conspectum Romae veniebat puer Horatius, non de eius patre quaerebant, sed eum, veste pretiosa indutum et servis comitatum, ex gente divite vel avita prognatum esse opinabantur. Nota haec legitur apud Doer. qui recte Heind.

---

me vidisset, putaret me a maioribus meis esse nobilem atque divitem. [*Incorruptissimus*] ad comparationem aliorum, qui interdum luxuriarentur scholastici, donis student suos corrumpere paedagogos. [*Pudicum Qui primus virtutis honos*] quia pudicitia summum bonum est. [*Ab omni non solum facto*] non solum servavit me turpi facto, sed etiam a fama. *Non solum* enim sufficit vitiis carere, nisi etiam suspicionem vites infamiae. [*Nec timuit sibi, ne vitio quis verteret*] *nec timuit*, inquit, *ne sibi vitio quis obiiceret*, si me ita instituisset, ut essem praeco aut coactor, quod ipse fuit. *Praecones* dicebantur, qui stabant ad hastam, nunciabant enim pretia oblata. *Coactores* autem mercenarii eorum, qui habebant argentariam. Sunt autem argentarii, qui habent summam rerum venalium. Argentarium dicimus eum, qui habet summam divitiarum, a quo accipiunt circumforanei. *Coactor*, qui exigit nummos a circumforaneis. Aliter: *Coactores* dicuntur argentarii in auctionibus, qui pecunias cogant, ipsi sunt convectarii. [*Neque ego essem questus*] si me fecisset praeconem aut coactorem, quia potuit hoc praestare sine reprehensione. [*Ad hoc nunc*] alii *ad haec* legunt, ut sit *ad haec*, quae praestitit. Alii *ad hoc* scilicet, ne me poeniteret, quia patrem habui operarium et libertum, qui vir bonus

vit ab omni Non solum facto, verum obprobrio quoque turpi] eleganter. Forsitan enim parum sit ita vivere, ne probrosi in te aliquid admittas, nisi etiam suspicionem omnem amoveas. [*Nec timuit, sibi ne vitio quis*] quid? quod, inquit, non verebatur meus pater, ne in malam existimationem apud cives et cognatos recideret, si mihi liberalia studia non praestitisset, cum humilis fuerit praeco et satis sibi potuerit esse, si paternam vitam imitaretur. Ergo hoc ipso se multo maiorem gratiam patri suo debere dixit, quod supra vires status sui filium sit prosecutus. [*Vt fuit ipse coactor*] argentarius scilicet coactor, quod humile ac turpissimum ge-

Non, ut magna dolo factum negat esse suo pars,
Quod non ingenuos habeat clarosque parentes,
Sic me defendam. Longe mea discrepat istis
Et vox et ratio. Nam, si natura iuberet
A certis annis aevum remeare peractum,
Atque alios legere, ad fastum quoscunque parentes
Optaret sibi quisque, meis contentus honestos
Fascibus et sellis nollem mihi sumere; demens
Iudicio volgi, sanus fortasse tuo, quod
Nollem onus, haud unquam solitus, portare molestum.
Nam mihi continuo maior quaerenda foret res
Atque salutandi plures. Ducendus et unus
Et comes alter, uti ne solus rusve peregreve
Exirem; plures calones atque caballi
Pascendi; ducenda petorrita. Nunc mihi curto
Ire licet mulo vel, si libet, usque Tarentum,

v. 95. *legere, ad fastum quoscunque parentes Optaret.* Hunc versum alii disting. aliter. Vid. Kirchn. ad h. l.

---

fuit. [*Nil me poeniteat*] non poenitet me huiusmodi patris et ideo non
me defendam eo modo, quo solent homines sese defendere, quibus obiici-
tur ignobilitas, qui dicunt non dolo suo neque voluntate factum esse, ut
ab istius modi parentibus nascerentur. [*Non, ut magna dolo*] ordo est:
Non sic me defendam, ut magna pars hominum. [*Ratio*] sententia.
[*Nam si natura iuberet*] i. e. si natura concederet, ut homines renasce-
rentur. Vel: Quod si natura faceret aliquem a certo anno repetere vi-
tam suam post mortem et fieret illi potestas eligendi a fatis, quos vellet,
parentes, contentus essem parentibus meis. [*Ad fastum*] ad superbiam
ac nobilitatem; an ad eligendi fastidium, quod ex copia nascitur? [*Ho-
nestos Fascibus aut sellis*] magis meos eligerem quam consules aut se-
natores. [*Demens iudicio vulgi*] ζεῦγμα: *fortasse.* [*Sanus fortasse tuo*]
mire hoc dixit, quia ipse eques permansit, contempto senatorio ordine.
[*Onus*] pro toga. [*Solitus portare molestum*] quia re vera molestiam
habent, qui a nobilibus nascuntur. [*Maior quaerenda foret res*] si ad-
eptus essem maiorem dignitatem, multa mihi essent necessaria. [*Petor-
rita*] genus vehiculi. Alii carpenta intelligunt, nonnulli carrucas. [*Man-

nus quaestus habeatur. [*Sic me defendam*] Ordo est: *Eoque non sic me
defendam.* Et est sensus: plerumque cum humilitas gravis opprobratur
alicui, sic se solet defendere, ut non suam culpam dicat esse, quod de ta-
libus parentibus natus sit. Ego autem, Horatius inquit, non tantum non
dicam hoc verum esse, sed e contrario talibus parentibus natum gloriabor.
Nam si natura permitteret renasci et eligere parentes, ex quibus nasce-
retur, non ego mallem ex hominibus honoribus functis nasci, quam eis,
quibus natus sum. [*Ad fastum*] h. e. ad fastidium ac per hoc superbiam,
[*Demens iudicio vulgi*] *vulgus* enim magni facit nobilitatem generis et
eos, qui gesserunt magistratus. [*Sanus fortasse tuo*] hoc ad Maecena-
tem recte dicitur, qui abhorrens senatoriam dignitatem in equestri gradu
se continuit. [*Ne solus rusve peregre aut*] ordo est: *rusve aut pere-
gre exirem.* [*Ducenda petorrita*] *petorritum* genus vehiculi, quod vulgo
carrus dicitur. [*Mantica*] *mantica* pera est, sed hoc ex Luciliano illo

Mantica cui lumbos onere ulceret atque eques armos.
Obiiciet nemo sordes mihi, quas tibi, Tilli,
Quum Tiburte via praetorem quinque sequuntur
Te pueri, lasanum portantes oenophorumque.
Hoc ego commodius quam tu, praeclare senator,
Millibus atque aliis vivo. Quacunque libido est,
Incedo solus; percontor quanti olus ac far;
Fallacem Circum vespertinumque pererro
Saepe Forum; adsisto divinis; inde domum me
Ad porri et ciceris refero laganique catinum.

v. 107. *Tilli* ed. Bentl. e mss. seq. Cun. San. Phil. Val. Sivr. Wakef. Azar. Fea, Iahn. — *Tulli* edd. ante Bentl. omnes et Baxt. Gesn. Heind. Doer. — 111. *Millibus* mss. et edd. vulgo. — *multis* Lamb. e coni. seq. Cruqu. Chab. Bersm. Burm. Heind. Camp. Doer.

---

refut. — v. 113. *Fallacem*, propter samardacos (σαμαρδάκους = *imposto-
res*) et sortilegos et mathematicos, qui ad metas spectatores circumstabant
et imperitos sortibus et nugis fallebant. Schol. Cruq. — *divinis*, sortile-
gis, rerum futurarum vel somniorum interpretibus. Hinc schol. Cruqu.:
altioris dignitatis homines erubescunt sero in his vulgi circulis consistere.
— v. 115. *laganiq.* — *lagana* sunt placentulae quaedam vulgares, qua-
si membranulae compositae, quae cum pipere et liquamine conditae depro-
mi solebant ad coenam moderatam et parabilem. Idem fere quod apud

---

tica] pera vel averta, si malus onus intelligendum. Alii involucrum vel
pera, quam dicunt pistaciam; quia pauperes, cum insident iumentis, post
se sarcinas habent. [*Sordes*] ignobilitatem. Illis enim obiicitur ignobilitas,
qui ex infimis orti se nobilissimos esse contendunt. [*Quas tibi, Tulli*] de
quo superius dixerat: *Quo tibi, Tulli, sumere depositum clavum?* [*Lasa-
num*] vas, in quo exoneratur venter, i. e. quo ventrem purgamus, inven-
tum ad exquisita naturae. [*Hoc ego commodius quam tu*] in hoc, quod
(non) multa mihi sunt necessaria, vel caballi vel calones vel comites et multis
aliis rebus commodius vivo. [*Millibus atq. aliis*] i. e. si millia sunt se-
natorum, commodius me fateor victitare; nam a *Millio*, ut quidam putant,
falsum est; nam numeri tantum singularis est *Millium.* [*Libido*] volun-
tas. [*Fallacem Circum*] Suburam maiorem, in qua vesperi furtivae res
semper venundabantur. Et notandum, quia *fallacem* dixit *Circum*, non-
nulli volunt esse praepositionem, nam si nomen sit, locum Circi videtur
significare, in quo furtivae res distrahuntur. An *fallacem Circum* propter
Circenses incerti eventus aut propter samardacum? Samardacus enim, qui
circa metas solebat inducere. Illic enim mathematici olim steterant. [*Ve-
spertinumq. pererro Saepe Forum*] vespertinum, quia quibusdam in locis
mercimonia aguntur circa vesperam. Forum est singularum regionum pro-

sumptum est: *Mantica cantari costas gravitate premebant.* [*Quas tibi,
Tulli*] Tullium hunc et supra increpuerat, quod senatoriam dignitatem re-
cepisset, non sufficiens ei nec censu, nec moribus. [*Fallacem Circum*]
mihi videtur Suburam dicere, quod fere hora sena furtivas res solent eo
venum deferre. Non autem hoc dicit Horatius quasi res furetur et eo
deferat, sed potius, quod inde occasionem emendi captet. [*Adsisto divi-
nis*] sortilegis, sortilatores dicit. Porro autem altioris dignitatis homines
erubescunt, sero in his vulgi circulis stare, quod tamen si licere Horatius
dicit per vitae libertatem, in qua esset in senatoria dignitate constitutus.
[*Ad porri et ciceris*] hanc escam et vulgarem esse nemo est, qui ne-

Coena ministratur pueris tribus, et lapis albus
Pocula cum cyatho duo sustinet: adstat echinus
Vilis, cum patera guttus, Campana supellex.
Deinde eo dormitum non sollicitus, mihi quod cras
Surgendum sit mane, obeundus Marsya, qui se
Voltum ferre negat Noviorum posse minoris.

v. 117. *echinus* propter codd. auctoritatem videtur praeferendum, recep. Iahn. Kirchn. Heind. Bentl. Doer. et alii plur. commate post *vilis* posito, quum *guttus* et *patera* verbis *Campana supellex* satis describantur.

---

nos: *Plinsen*, ait *Heind.* — 116—118. *lapis albus.* Hunc accipit *Fea* de *engytheca* sive *basi* vasorum collocandorum causa parata in abacis, ubi, quia stare per se nequibant pocula, fundo eorum sphaerico, non plano, ut in nostris, basi inserebantur. — *echinus*, Fea: nempe de *concha salis*, supr. Serm. I, 3, 14. *salinum* Carm. Lib. II, 16, 14. quia concha fiebat ex *echinis concharum*, ut notat Acr. ad Carm. Lib. II, 7, 23. quem vide. — *guttus*, a *gutta*, vasculum, e quo liquores guttatim demittebantur. — *Campana supellex*, cf. Serm. II, 3, 144: *Campana trulla.* — v. 120. „*Marsya*, Schol. Cruq. *Marsya statua erat pro rostris, ad quam convenire solebant causidici, qui lites et negotia tractabant et componebant. Locus autem a statua nomen accepit, quod ibi causae agi solebant et vadimonia sisti.* Martial. II, 64, 7. Fora litibus omnia fervent, Ipse potest fieri Marsya causidicus. Cf. Seneca de benefic. VI, 32. ibiq. Lipsius. Ueber die latein. Form *Marsya* f. *Marsyas* s. Bentlei Epist. ad Mill. p. 320. ed. Lips. — v. 121. *qui se Voltum ferre negat* etc. Schol. Cruq. *Minor enim Noviorum ad hanc statuam turpissime fenerabatur summo mane, quare iocatur Horatius, inquiens, Marsyam alteram habere manum erectam* (vid. Servius ad Aen. IV, 58.) *ad depellendum Novios, quod eorum feneratorum impudentiam non posset sustinere.*" Improbavit Heindorfius Vossii versionem, quam quoque *Sicklerus*, V. D. refutat in progr. ā. 1823.

---

prium, ad quod meridianis horis usque ad vesperam viciniores procedunt, ut sit: *πρὸς ἀντιδιαστολήν*, ad matutina illa fora maiora et magis communia. [*Adsisto divinis*] aut samardacis aut sortilegis. [*Laganique*] *lagana* sunt de siligine quaedam facta quasi membranae compositae, quas cum piperis liquamine coquunt et sic comedunt. [*Catinum*] ad prandium vile sive moderatum. [*Lapis albus*] mensa marmorea, quam vocant delphicam. [*Adstat Echinus*] *echinum* dixit vas aeneum, in quo calices lavantur, quod modo trullam appellamus. Alii ampullam vitream dicunt, alii lignum cum uncinis, in quo suspenduntur calices. In modum echini marini factum. [*Vilis*] non magni pretii. [*Guttum*] vas unguentarium. [*Campana*] fictilis vel viminea vel aenea, quia in Campania dicebantur aeneae res optime fabricari. [*Obeundus Marsya*] *Marsya* statua erat in Rostris, ad quam solebant homines illi convenire, qui inter se lites atque negotia componebant. Nam et a statua nomen locus acceperat, in quo solebant esse accusatores. [*Vultum ferre negat Noviorum*] *Novii* fra-

sciat. [*Et lapis albus*] marmoream mensam delphicam significat, scilicet quae prètii non magni est. [*Adstat echinus Vilis*] praeter echinum. Lucilius sic dixit, quasi scortea ampulla sit, ut cum ait: *Echinus hìc nabam* (corr. pro: *chinabam*) *infectus.* Hìc tamen vitream ampullam intelligere debemus. [*Campana*] scilicet quia Capuae hodie aerea vasa studiosius fabricari dicuntur. [*Qui se vultum ferre negat Noviorum*] duo Novii fratres illo tempore fuerunt, quorum minor tumultuosus fenerator fuisse dicitur. Satirice autem et eleganter hoc dictum, quasi ideo manum levet Marsyas, quod in foro sustinere non possit hunc Novium. Obeundus autem Marsyas, quia in foro

Ad quartam iaceo, post hanc vagor aut ego, lecto
Aut scripto, quod me tacitum iuvet, ungor olivo,
Non quo fraudatis immundus Natta lucernis.
Ast ubi me fessum sol acrior ire lavatum
Admonuit, fugio Campum lusumque trigonem.
Pransus non avide, quantum interpellet inani
Ventre diem durare, domesticus otior. Haec est
Vita solutorum misera ambitione gravique.
His me consolor victurum suavius ac si
Quaestor avus pater atque meus patruusque fuisset.

SATIRA VII.

ARGUM. *Rupilii et Persii, cuiusdam negotiatoris, rixam facete describit. Litis causae ipsi agendae ut iudex praeerat M. Brutus* (ā. u. 711.). *Vterque* (*Rupilius et Persius*) *modo ac more se in iudicio gerendi ri-*

v. 126. *fugio rabiosi tempora signi* mss. adhuc inspecti omnes, praeter duos ap. Cruq. et Val. Acr. Por. Edd. ante Bentl. omnes, et Camp. — *rabidosi* mss. Oberl. Dorvill. l. — *fugio Campum lusumque trigonem* msc. Cruq. antiquiss. unde recep. et def. Bentl. seq. Cun. (qui coni. *trigona*) San. Baxt. Phil. Val. (ex msc. regio Paris.) Gesn. Sivr. Oberl. Comb. Wakef. Azar. Wetz. Fea, Heind. Iahn. Doer. Kirchn.

De hoc loco vide nos in INDICE. — v. 126. *lusumque trigonem*, pilae ludus, in balneis praecipue corporis exercendi causa institutus, ideo, quod tres ludentes, quorum alter ab altero pilam excipiebat, in trianguli figuram dispositi, stabant, *trigon* (*τρίγωνον*) appellabatur. *Doer.* — v. 131. *Quaestor*, quaestores enim divitiarum congerendarum cupiditate haud raro erant infames, quorum scilicet nobilitas posteris laudi esse non poterat.

---

tres fuerunt, quorum minor ad locum, qui appellatur Marsya, venerari consueverat. Hi autem Novii fuerunt acerrimi feneratores et iocatur de hac re Horatius: Ideo, ait, puto Marsyam unam erectam manum habere, quod illorum feneratorum impudentiam non potest sustinere. Deinde quod ad statuam Marsyae vadimonium statuebatur. [*Fraudatis*] expilatis, evacuatis. [*Immundus Natta*] nomen tenacissimi usque ad immundiciem. [*Sol acrior*] calidior hora quinta. [*Rabiosi tempor. signi*] aestuosos dies caniculares. [*Pransus non avide*] aestus causa tantum pransus, quantum me separet a ieiunio, quantum potest diem durare, h. e. non multum pransus. [*Interpellet*] sustineat, prohibeat. [*Domesticus otior*] domi otiosus maneo. Notandum *otior* fictum verbum. [*Misera ambitione, gravique*] ab omni cupiditate prava, quae miseros facit, quia graviter officit. [*His*] hac vita, his rebus. [*Ac si*] pro quasi, ut: *Non secus ac iussi faciunt.*

vadimonium sistendum apud signum Marsyae sit. [*Aut ego lecto*] *lecto* producta syllaba enunciare debemus, quia frequentativum est ab eo, quod est *lego.* [*Immundus Natta*] *Natta* pro sordido homine posuit. [*Rabiosi tempora signi*] caniculares dies dicit. [*Interpellet*] h. e. prohibeat. Dicit autem parum se prandere ac tantum, ne ieiunus sit, nam in ieiunio vires deficiunt. [*Domesticus otior*] verbum finxit, i. e. otium ago. [*Ac si Quaestor avus*] sensus est: suavius humilitate generis et dignitatis meae sum victurus, quam si ex senatoria familia atque ipse senator essem.

sum praebuit audientibus, inprimis Persius illa, ad finem huius satirae posita, sententia, qua Brutum satis ridicule adloquitur: Per magnos, Brute, Deos te Oro, qui reges consueris tollere, cur non Hunc Regem iugulas?

Proscripti Regis Rupilì pus atque venenum
Hybrida quo pacto sit Persius ultus, opinor

v. 1-3. *Publius Rupilius Rex,* Praenestinus, postquam a Praenestinis in exsilium missus esset, in Attica militavit sub Attio Varo: deinde cum praeturam gereret, in triumviratu proscriptus ab Augusto confugit ad Brutum, in cuius castris cum Horatio commilito aegre tulit, tribunum eum esse militum, generis ignobilitatem ei saepius exprobrans. Quare Horatius, ut se ulcisceretur, describit infacetum et arrogans eius in iurgando cum Persio ingenium. Schol. Cruq. Idem in Acr. et Por. schol. vid. infr. — *pus* et *venenum* de mordacitate et amaritudine linguae accipiendum. Nos similiter coniungimus: *Gift und Galle. Pus* tamen fere idem exprimit, quod nos dicimus: *Geifer.* — *et lippis.* Quod explicationem huius verbi adtinet, prae ceteris nobis enarranda est *Doeringi,* Viri Clarissimi, sententia. „Plures interpretes," ille ait, *lippis* „accipiunt de hominibus, qui, dum lippitudinis curandae causa in tabernis medicorum sedent, otii terendi gratia de rebus novis et urbis fabulis sermones conferant. Sed vix puto lippitudinem esse morbum, cuius curandi causa homines in medicorum tabernis magna copia confluxerint. Nam in loco Plauti Amphitr. IV, 13. *omnes plateas perreptavi, gymnasia et myropolia: Apud emporium atque in macello, in palaestra atque in foro: In medicinis, in tonstrinis, apud omnes aedes sacras: sum defessus quaesitando; Nusquam invenio Naucratem* etc. nulla lipporum facta est mentio." [Quod tamen nihil probat facitve ad rem.] — Cogitabat Doer. primum de aniculis, quas, non raro lippientes, Horatius supra quoque Serm. I, 4; 38. ad eos refert, a quibus res novae vel maxime captari et diffamari solent. Sed nunc aliter sentit. Putat nimirum Horatium ab obtrectatoribus *lippum* saepius appellatum, hoc ineptum convicii, a corporis vitio petitum, in istos homines consulto regessisse. Quamvis haec sententia admodum probabilis videatur, tamen coniectura rem vix quemquam dirimere posse puto; quamobrem altius in hoc fortasse iocose ac lepide dictum inquirere nobis displicet. — v. 6. *Durus,* σκληρός, intractabilis, pervicacis animi. — *odio qui posset vincere Regem,* h. e. pervicacia animi, qua aliis odiosus ac molestus esset. — *Confidens* in malis, sed *fidens* in bonis Schol. Cruq. — v. 9 — 10. *Postquam nihil inter utrumque convenit: hoc etenim sunt omnes iure molesti, Quo fortes, quibus adversum bellum incidit.* Schol. Cruq. ita

ACR. [*Proscripti Regis Rupili*] describit iurgium P. Rupilii cuiusdam, cognomento Regis, qui aliquando in Horatium ioculariter dixit, et Hybridae Persii. Hic Rex Rupilius Praenestinus fuit. Iste post exsilium praetor cum a triumviris condemnatus esset, confugit ad Brutum et comes eius habitus est, ibique Horatium iurgio lacessivit, ob quod amaritudinem stili sui in eum constrinxit. Item aliter: *Publius Rupilius,* cognomine *Rex,* Praenestinus, post exitum belli civilis commilito fuit Horatii in castris Bruti. Hic aegre ferens, quod Horatius tribunus esset, saepe ignobilitatem generis illi obiiciebat. Idcirco nunc eum ex persona alterius lacerat. [*Hybrida quo pacto sit Persius ultus*] Persius ex diversis parentibus natus, nam Clazomenius fuit, patre Asiatico, matre Romana. Translative ergo Horatius laceraverat Persium, quasi semi-Romanum. Tractum ab Aquila ea, quae ex aquila et vulture nascitur. *Hybridae* etiam dicuntur proprie canes, qui nascuntur ex cane venatico et cane gregario. Ideo et *Hybrida* dicebatur Persius, quia de matre Graeca natus fuerat et patre Romano. Aliter Hybrida dicitur, qui habet patrem Graecum et matrem Italam; aut per contrarium Hybridam dicunt appellari, qui mixto genere sermonis loquatur Graece Latineque. [*Proscripti*] condemnati a Duumviris, quoniam secutus est partes Bruti et Cassii contra Augustum. [*Pus atq. venenum*] malignitatem atque livorem. [*Lippis*] otiosis, sedentibus apud medicum. [*Notum et tonsoribus*] *tonsores,* qui solent tardi esse studii; *lippi,* qui solent oculorum cura alieni esse a negotiis, sciunt, quomodo Hybrida Persius persecutus est malitiam Rupilii Regis. [*Clazomenis*] apud civitatem Asiae, Clazomenon (*sic*). Hîc pluralis numeri est et adverbium loci. [*Atque odio qui posset vincere*] odio, pro molestia, ut Terentius: *Cum isto odio, Laches.* Reges invisissimi erant et eorum nomen propter memoriam Tarquinii exsecrabile, hunc quoque odiosum faciebat. [*Confidens*] audax, temerarius, improbus. Terent.: *Homo confidens, qui illum dii omnes perduint. Fidens bonis, confidens malis.* [*Adeo*] usque adeo. [*Sermonis amari*] mordacis, maledici. [*Sisennas Barros*] pro maleficis posuit, i. e. malae vitae hominibus. *Sisennas* fuit illis temporibus maledicus et mordax. *Barri* enim dicuntur maledici, i. e. adeo erat sermonis maledici, ut Sisennas Barros videretur vincere et de his triumphare, qui et ipsi maledici fuerunt; i. e. adeo erat odiosus, ut de

POR. [*Proscripti Regis Rupili pus atq. venen.*] hoc in Rupilium Regem, Praenestinum, cuius contentionem cum Persio commemorat, cuius Persii iocum refert. Quamvis Graecus fuit hic Persius, civitatem tamen Romanam sumpserat, unde *Hybridam* appellat. *Rupilius,* cognomine *Rex,* Praenestinus post exsilium, in quod damnatus profugerat, militavit in Attica sub Actio Varo. Deinde cum praeturam gereret, proscriptus a triumviris confugit ad Brutum et inter comites habitus est. Ibi militantem Horatium Flaccum iurgio lacessivit, propter quod amaritudinem stili poeta in eum strinxit. [*Hybrida quo pacto sit Persius ultus*] Persius Clazomenius fuit. *Hybridae* autem proprie dicuntur canes, qui ex imparibus parentibus nati sunt, h. e. ex venatico et gregario. Ad hanc similitudinem videlicet hunc Persium parentes habuisse, i. e. Graecum et Romanum, ideo *Hybridam* appellatum opinor. [*Lippis notum et tonsoribus*] adeo ait divulgatum esse, quibus modis insectatus sit Persius Rupilium, ut et in tonstrinis haec et medicinis narrata sint. Fere autem in his officinis otiosi solent consedere ac res rumoribus frequentatas fabulis celebrare. [*Permagna negotia dives habeb. Clazomenis*] *Clazomenae* Asiae civitas. Ergo *Clazomenis,* ut *Athenis.* [*Adeo sermonis amari, Sisennas, Varros ut equis praecurreret albis*] adeo fuit, inquit, in rabie orationis amarus Persius, ut Sisennam atque Varrum longo anteiret, sed hoc ipso gloriabatur, quasi quadrigis triumphalibus incederet. Videlicet Sisennam et Var-

Omnibus et lippis notum et tonsoribus esse.
Persius hic permagna negotia dives habebat
Clazomenis, etiam lites cum Rege molestas,
Durus homo atque odio qui posset vincere Regem,
Confidens tumidusque, adeo sermonis amari,
Sisennas, Barros ut equis praecurreret albis.

v. 3. *haud lippis* coni. T. Faber. refut. Bentl. — 4. *dives agebat.* Sic cit. Serv. ad Aen. IV, 345. refut. Bentl. — 7. *tumidus* codd. mss. Edd. vett. recentiores ad unam fere omnes. — Pro var. lect. in nonn. inest: *timidus.* — 8. *Sinsennas* msc. Corbei. *Sarsennus Varros* quidam legi volunt ap. Torr. quos refutat. — *Barros* mss. Lips. 1, 2, 3. et aliorum. Edd. vulgo. Sed in nominibus propriis codd. mss. sibi nunquam constare, res satis nota est.

Ad Regem redeo. Postquam nihil inter utrumque
Convenit: — hoc etenim sunt omnes iure molesti,
Quo fortes, quibus adversum bellum incidit; inter
Hectora Priamiden animosum atque inter Achillem
Ira fuit capitalis, ut ultima divideret mors,
Non aliam ob causam, nisi quod virtus in utroque
Summa fuit; duo si discordia vexet inertes

v. 10. *hoc etenim — missis*. Haec verba parenth. inclus. edd. Colon. s. a. Asc. I. IV. Lamb. Cruq. Steph. Bersm. Baxt. Cun. San. Phil. Gesn. Azar. Wakef. Wetz. Fea, Camp. Iahn. Doer. — Nulla parenth. (puncto post *missis*) edd. Mediol. 1477. 86. 1508. 1512. Ven. 1478. 79. 83. 86. 94. 95. 98. Loch. Ald. I. III. Bas. 1527. 80. Glar. Muret. Bentl. Heind. Nos Kirchneri distinctionem, qua virgulis illa verba separantur, secuti sumus. — 15. *verset* mss. ap. Lamb. alq. Ed. Bentl. qui def. seq. Cun. San. Wakef. Fea, Kirchn. — *vexet* ex plurimis et optimis libris scripsere Horatii editores recentiores fere omnes: Heind. Iahn. Doer. cett. Eadem varietas infr. Serm. I, 8, 19. ubi *versant* propter codd. auctoritatem praeferendum est.

---

explicat: *omnes molesti*, i. e. calumniatores et maledici *sunt hoc iure*, hanc potestatem sibi vindicant, *quo*, quam habent viri fortes inter se contendentes de gloria, qui tamdiu inter se dimicant, donec alter victor discedat. — Hanc verborum structuram, qua *molesti* vim subiecti habeat, damnat *Heindorfius*, quem tamen refutat *Mitsch*. Racem. Venus. Fasc. V. qui ipse fere haecce affert: *Ius* h. l. non proprie accipiendum, nec de potestate cum schol. intelligendum, sed de eo, quod consuetudine agendi iuris quandam speciem induit, dum homines, hoc vel illo modo affecti eandem agendi normam sequuntur, plane ut Graecis δίκη usurpatur. Sensus igitur est: *omnes molesti*, difficiles, contentiosi, pervicaces *hoc* s. eodem *iure sunt*, utuntur, eandem sibi legem statuunt, eodem modo agunt, *quo fortes* fortitudine sibi pares, *quibus adversum bellum incidit*, inter quos certamen (suppl. singulare) oritur. Quod igitur inter duo fortes obtinet, ut ferro inter se decernant, hoc idem hominibus pervicacibus proprium est, ut causam suam summa contentione agant ac tueantur. Ceterum *molesti* substantive, ut *tristes* Serm. I, 8, 15. ubi cf. schol. Por. — *Doeringus* divinabat pro *iure* legi posse *more* (ingenio). Qua tamen emendatione non opus esse, iam *Mitscherlichium* satis evidenter comprobasse existimo. —

---

ignobilissimis detractoribus triumphum ageret Persius Clazomenius. [*Equis praecurreret albis*] ἀλληγορικῶς, ut facile eum superaret, quia *equi albi* dicuntur esse nobiliores, sicut laudat Virg.: *Qui candore nives anteirent, cursibus amnes.* [*Postq. nihil inter utrumq. convenit*] postquam capitales inimici et inexpiabiles facti sunt. *Convenit* autem transactum est. [*Hoc etenim sunt omnes iure molesti*] sensus est: Ita enim inter se mali homines decertant et nesciunt cedere, ut viri fortes in bello. Aliter: Hoc sunt modo omnes molesti, quo hi, qui contra se habent bellum et quare? quod usque adeo dimicant uterque donec, uno superato, alter victor discedat. [*Capitalis*] magna, periculosa. [*Divideret*] dirimeret, litis finem faceret. [*Duo*] pro *duos*, ut Virg.: *Si duo praeterea tales Idaea tulisset.* [*Terra viros aut si disparibus*] inter virum fortem et ignavum.

rum maledicos fuisse dicit. [*Hoc etenim sunt omnes iure molesti*] pertinacia ea, inquit, mali homines inter se contendunt, qua bellant viri fortes. [*Duo si discordia vexet inertes*] si incitet impares, ut Diomedem et Glaucum, cito contentio finietur, cedente inferiore et ultro dante adversario

Aut si disparibus bellum incidat, ut Diomedi
Cum Lycio Glauco: discedat pigrior, ultro
Muneribus missis — Bruto praetore tenente
Ditem Asiam, Rupilî et Persî par pugnat, uti non
Compositum melius cum Bitho Bacchius. In ius
Acres procurrunt, magnum spectaculum uterque.
Persius exponit causam, ridetur ab omni
Conventu; laudat Brutum laudatque cohortem:
Solem Asiae Brutum appellat, stellasque salubres
Appellat comites, excepto Rege; *Canem* illum,

v. 17. *discedat* mss. ap. Lamb. alq. ap. Pulm. omn. Oberl. vett. Ven. Mediol. Asc. Mur. Lamb. Cruq. Steph. Bas. 1580. Chab. Bersm. Torr. D. Heins. Bond. Burm. Bentl. Cun. San. Phil. Val. Azar. Wetz. Heind. Camp. Iahn. — *discedet* Wakef. Fea, Doer. praeter alios vetustiores. — 20. *Compositum* mss. Pulm. ap. Torr. duo ap. Bersm. qui prob. ap. Bentl. haud pauci. Edd. Baxt. Gesn. Fea, Heind. Iahn. Kirchn. — *compositus*. Edd. ante Bentl. et Baxt. fere omnes, et Azar. Camp. Doer. — 21. *procurrunt* edd. inde ab Ald. I. III. vulgo. — alii: *concurrunt*.

---

v. 21. *procurrunt*, locutio ab re militari repetita. — v. 23. *conventus*, corona auditorum in iudiciis; in provincia potius de ,ius dicturis' intelligendum. — v. 24. *Solem Asiae*, quasi omnia in provincia Asia splendore suo collustret, sic ap. Graecos ἥλιος de eo, qui gloria et virtutibus exsplendescit; vid. *Iacobs*. ad Meleag. XXXV. Anthol. Graec. Tom. I. pag. 55. — v. 27. *Flumen ut hibernum*, χειμάῤῥους, cf. Carm. Lib. IV, 2, 5 sq.

[*Vt Diomedi cum Lycio Glauco*] *Glaucus* enim confessus se victum, munus Diomedi misit sua arma aurea et Diomedes sua aerea. Aliter: Diomedes et Glaucus inimici fuerunt. Diomedes fortis, Glaucus ignavus et Diomedi munera misit, ut ab armis discederet. [*Ditem*] copiosam. [*Rupilî et Persî par pugnat*] μεταφορὰ a gladiatoribus et satis amare, quasi de gladiatoribus. [*Cum Bitho Bacchius*] *Bithus* et *Bacchius* gladiatorum nomina celebrata apud Suetonium Tranquillum sub Augusto. Mire in metaphora perduravit, i. e. melius pugnant in lite Rupilius et Persius quam memorati gladiatores in pugna. [*In ius*] quasi gladiatorum. Alii: in iudicium, in litem. [*Acres procurrunt*] quia non potuerunt finiri causae eorum. Ordo est: *Si discordia vexet duos inertes, in ius acres procurrunt.* [*Magn. spectaculum*] mire rursus perdurat in translatione theatri et iudicii. [*Solem Asiae Brutum*] ut Virg.: *O lux Dardaniae, spes o fidissima Teucrûm.* Rupilius Rex comes fuit Bruti, *solem* ergo dicebat *Brutum* et comites *stellas salubres*. Rupilium vero canicularem stellam,

munera. [*Vt Diomedi cum Lycio Glauco*] Glaucus natione fuit Lycius, qui cessit Diomedi arma sua aurea, acceptis a Diomede aereis, quod apud Homerum in Iliade legitur. [*Rupilî et Persî*] ioculariter contentionem horum refert, quasi gladiatoriam pugnam. [*Cum Bitho Bacchius*] *Bithus* et *Bacchius* gladiatores optimi illis temporibus fuerunt, qui multos interemissent, commissi inter se mutuis vulneribus conciderunt. Et cum eodem tempore mulier, quae septem extulerat, nuberet ei, qui uxores septem amiserat, compertum est epigramma. [*Laudat Brutum, laudatque cohortem*] *cohortem* comites dicit Bruti, qui in consilio eius erant, sic et Lucilius ait: *Vt praetoris cohors, ut nostris dixit aruspex.* Opportune laudans Brutum et comites eius, Soli et stellis salubribus eos comparat.

Invisum agricolis *sidus*, venisse: ruebat
Flumen ut hibernum, fertur quo rara securis.
Tum Praenestinus salso multoque fluenti
Expressa arbusto regerit convicia durus
Vindemiator et invictus, cui saepe viator
Cessisset, magna compellans voce cuculum.

v. 28. *multoque fluenti* mss. alq. praestant. ap. Torr. duo mss. Bersm. (in quibus est *fluente*) Bentl. qui restit. seq. Baxt. Gesn. Cun. San. Val. Oberl. Comb. Wakef. Azar. Wetz. Heind. Iahn. Doer. Kirchn. — alii mss. ap. Bentl. et Talbot. *multumque fluenti.* — 31. *cuculum* msc. un. ap. Bersm. commend. Torr. Edd. Bentl. Baxt. San. Gesn. Azar. Wakef. Fea, Iahn. Kirchn. — *cucullum* edd. vulgo.

— v. 28. *salso multoque fluenti*, i. e. fluebat salsus et multus. Dativus casus pendet ab verbo *regerit*. — v. 29—31. Bene hic dicit *vindemiator*, quia in praecedenti versu dixit *arbusto* pro pectore. Solent rustici levia circa viam arbusta vindemiantes a viatoribus *cuculi* appellari, a quibus illi provocati tantam verborum amaritudinem in eos retorquent, ut viatores eis cedere cogantur, contenti eos *cuculos* iterum atque iterum appellare quasi pigros et laborem vindemiandi subeuntes alieno tempore, *cuculo* scilicet cantante. Schol. Cruq. — *Cuculus*, non *cucullus*, ut nonnulli scribunt, ad avis vocem formatum: *Kukuk*. — Plin. H. N. XVIII, 66, 2. XV diebus primis (post aequinoctium vernum) agricolae rapienda sunt ea, quibus peragendis ante aequinoctium non suffecerit, dum sciat inde natam exprobrationem foedam putantium vites per imitationem cantus alitis temporarii, quem *cuculum* vocant. Dedecus enim habetur opprobriumque meritum, falcem ab illa volucre in vite deprehendi, ut ob id petulantiae sales etiam cum primo vere ludantur. — v. 35. *operum tuorum est*, i. e. hoc profecto ad res a te gerendas (*Grossthaten*, ut nos dicimus) pertinet; *operum tuorum*, sc. unum, Graece, ut supr. Carm. Lib. III, 13, 13.: *Fies nobilium tu quoque fontium.*

h. e. Syrium. [*Invis. agricolis sidus*] quia pestiferum. [*Ruebat Flumen ut hibernum*] i. e. Ita ruebat eius oratio, quasi torrens descendens ab altissimo monte. [*Quo rara securis fertur*] h. e. ad quem montem raro venitur praecidendorum gratia lignorum. Fabula talis est: Quodam tempore rusticus dum iuxta fluvium ligna caederet, casu securis eius in fluvium cecidit. Mercurius hoc de summo monte videns, descendit ad rusticum interrogavitque eum, quid amisisset. Ille simplicitate sua ait: *securim ferream perdidi.* Mercurius levavit auream, ille suam sibi reddi cupiebat. Collaudavit eum deus et suam illi et auream condonavit. Alter agricola hac fama commotus ivit ad fluvium et dum se simulat ligna caedere velle, securim in fluvium voluntate proiecit. Similiter hoc deus videns, descendit levavitque ferream. Ille auream se perdidisse fingebat; iratus deus et illam dimisit. Itaque qui auream habere cupiebat et suam perdidit. Ergo dicit modo poeta, sic in iniuriam Rupilii Persius irruebat, quomodo fluvius ille, qui raro habebat auream securim. [*Fertur quo rara securis*] quia omnia ligna secum trahit torrens, non eget securi. [*Tum Praenestinus*] Rupilius Rex. [*Salso*] i. e. de amaro et copioso et maledico pectore protulit convicia et remisit. [*Expressa arbusto*] i. e. prolata pectore, ἀλληγορικῶς. [*Regerit*] invicem mittit. Voluit virum acrioris malitiae exprimere. [*Durus vindemiator*] *vindemiator* non dicitur, sed *vindemator* et ni ita dixeris, versus non stabit. Hoc autem ipsa re novimus, quod viatores saepe cum vindemiatore conviciis agant, cum transierint, et illi respondent ita, ut cuculum eum appellent, quasi pigrum et laborem dicunt eum subire alienum, sicut cuculus, quia aliena ova fovet; et recitant hoc custodibus eo, quod semper adsident. Bene autem perseveravit in metaphora, quia *arbustum* pectus eius dixit, modo illum duro comparat vindemiatori. [*Cui saepe viator cessisset*] solent enim vindemiatores cum viatoribus falsa fatigatione contendere. [*Cuculum*] *cuculus* avis est abiecta, quae hoc vitio naturali laborat, ut ova ubi posuerit oblita saepe aliena calefaciat. Vnde rustici sibi obiiciunt quasi alieni fetus curam sustinentes. Est autem [tam] pigra, ut interdum pigritia ne volet [et] fame moriatur. [*Italo perfusus aceto*] Romana amaritudine et hoc propter arbustum, i. e. afflictus Itala mordacitate. [*Per magnos, Brute, deos te*] iste, qui Caesarem occidit. [*Qui reges consueris tollere*] aut propter Caesarem dicit hoc, qui est interfectus in senatu a Cassio et Bruto, aut quia originem ducebat a Bruto, qui pepulit de urbe Tarquinios.

[*Fertur quo rara securis*] nam utique non facile itur in ea loca ad caedendum ligna, quae sint nimis alta atque abrupta. [*Tum Praenestinus*] urbane ac copiose, inquit, locuto Persio, invicem Rupilius convicia regerit, non minus ridiculus, quam rustici vindemiatores, solantes se in eos viatores, a quibus per derisum *cuculi* appellantur. Nam solent levia rustici circa viam arbusta vindemiantes a viatoribus *cuculi* appellari, cum illi provocati tantam verborum amaritudinem in eos effundant, ut viatores illis cedant, contenti eos *cuculos* iterum atque iterum appellare. Salso ergo multoque fluenti arbusta, ad vindemiatores arbusti relatione facta dictum esse intelligere debemus. [*At Graecus postquam est Italo perfusus aceto*] ἀλληγορικῶς. Postquam est, inquit, Persius acrius conviciis Rupilii repercussus, Persius exclamat: per magnos, Brute, deos oro, qui reges consuesti tollere, cur non hunc regem iugulas? Vrbanissimus iocus, quia Tarquinius Superbus, rex Romanorum, per Iunium Brutum in exsilium actus est et C. Caesar, qui regnum videtur affectasse, per Brutum in senatu est occisus, quasi infestum Bruto nomen esse videtur iam regnum. Ergo iocans in nomen Regis Rupilî ait: O Brute, sequere generis tui gloriam et hunc Rupilium Regem exstingue.

At Graecus, postquam est Italo perfusus aceto,
Persius exclamat: »Per magnos, Brute, Deos te
Oro, qui reges consueris tollere, cur non
Hunc Regem iugulas? operum hoc, mihi crede, tuorum est!«

SATIRA VIII.

ARGUM. *In Canidiam, quam Horatius iam supra Epod. Carm. V. et XVII. ut anum libidinosam et veneficam acerbissime tractavit, in hac satira acrius, quam in carminibus laudatis factum est, invehitur. Rationem modumque, quo Canidiae artes magicas deridet, ab Horatio satis facete esse excogitatum, lector eruditus ipse perfacile sentit. Inducit nempe Priapum, hortorum custodem, loquentem et Canidiae artes magicas, quarum in hortis Esquiliis illum fingit spectatorem, valde ridentem.*

v. 34. *consueris* mss. ap. Bentl. et alios fere omnes. Edd. vett. et recentt. Heind. (qui def.) Doer. — *consuesti* msc. Bentl. Edd. Ven. Med. Asc. I. IV. Bentl. qui revoc. seq. Cun. San. Phil. Franc. Val. Sivr. Wakef. Azar. Fea, Iahn.

Invisum agricolis *sidus*, venisse: ruebat
Flumen ut hibernum, fertur quo rara securis.
Tum Praenestinus salso multoque fluenti
Expressa arbusto regerit convicia durus
Vindemiator et invictus, cui saepe viator
Cessisset, magna compellans voce cuculum.

v. 28. *multoque fluenti* mss. alq. praestant. ap. Torr. duo mss. Bersm. (in quibus est *fluente*) Bentl. qui restit. seq. Baxt. Gesn. Cun. San. Val. Oberl. Comb. Wakef. Azar. Wetz. Heind. Iahn. Doer. Kirchn. — alii mss. ap. Bentl. et Talbot. *multumque fluenti*. — 31. *cuculum* msc. un. ap. Bersm. commend. Torr. Edd. Bentl. Baxt. San. Gesn. Azar. Wakef. Fea, Iahn. Kirchn. — *cucullum* edd. vulgo.

— v. 28. *salso multoque fluenti*, i. e. fluebat salsus et multus. Dativus casus pendet ab verbo *regerit*. — v. 29—31. Bene hic dicit *vindemiator*, quia in praecedenti versu dixit *arbusto* pro pectore. Solent rustici levia circa viam arbusta vindemiantes a viatoribus *cuculi* appellari, a quibus illi provocati tantam verborum amaritudinem in eos retorquent, ut viatores eis cedere cogantur, contenti eos *cuculos* iterum atque iterum appellare quasi pigros et laborem vindemiandi subeuntes alieno tempore, *cuculo* scilicet cantante. Schol. Cruq. — *Cuculus*, non *cucullus*, ut nonnulli scribunt, ad avis vocem formatum: *Kukuk*. — Plin. H. N. XVIII, 66, 2. XV diebus primis (post aequinoctium vernum) agricolae rapienda sunt ea, quibus peragendis ante aequinoctium non suffecerit, dum sciat inde natam exprobrationem foedam putantium vites per imitationem cantus alitis temporarii, quem *cuculum* vocant. Dedecus enim habetur opprobriumque meritum, falcem ab illa volucre in vite deprehendi, ut ob id

---

h. e. Syrium. [*Invis. agricolis sidus*] quia pestiferum. [*Ruebat Flumen ut hibernum*] i. e. Ita ruebat eius oratio, quasi torrens descendens ab altissimo monte. [*Quo rara securis fertur*] h. e. ad quem montem raro venitur praecidendorum gratia lignorum. Fabula talis est: Quodam tempore rusticus dum iuxta fluvium ligna caederet, casu securis eius in fluvium cecidit. Mercurius hoc de summo monte videns, descendit ad rusticum interrogavitque eum, quid amisisset. Ille simplicitate sua ait: *securim ferream perdidi*. Mercurius levavit auream, ille suam sibi reddi cupiebat. Collaudavit eum deus et suam illi et auream condonavit. Alter agricola hac fama commotus ivit ad fluvium et dum se simulat ligna caedere velle, securim in fluvium voluntate proiecit. Similiter hoc deus videns, descendit levavitque ferream. Ille auream se perdidisse fingebat; iratus deus et illam dimisit. Itaque qui auream habere cupiebat et suam perdidit. Ergo dicit modo poeta, sic in iniuriam Rupilii Persius irruebat, quomodo fluvius ille, qui raro habebat auream securim. [*Fertur quo rara securis*] quia omnia ligna secum trahit torrens, non eget securi. [*Tum Praenestinus*] Rupilius Rex. [*Salso*] i. e. de amaro et copioso et maledico pectore protulit convicia et remisit. [*Expressa arbusto*] i. e. prolata pectore, ἀλληγορικῶς. [*Regerit*] invicem mittit. Voluit virum acri-

[*Fertur quo rara securis*] nam utique non facile itur in ea loca ad caedendum ligna, quae sint nimis alta atque abrupta. [*Tum Praenestinus*] urbane ac copiose, inquit, locuto Persio, invicem Rupilius convicia regerit, non minus ridiculus, quam rustici vindemiatores, solantes se in eos viatores, a quibus per derisum *cuculi* appellantur. Nam solent levia rustici circa viam arbusta vindemiantes a viatoribus *cuculi* appellari, cum illi provocati tantam verborum amaritudinem in eos effundant, ut viatores illis cedant, contenti eos *cuculos* iterum atque iterum appellare. Salso

At Graecus, postquam est Italo perfusus aceto,
Persius exclamat: »Per magnos, Brute, Deos te
Oro, qui reges consueris tollere, cur non
Hunc Regem iugulas? operum hoc, mihi crede, tuorum est!«

SATIRA VIII.

Argum. *In Canidiam, quam Horatius iam supra Epod. Carm. V. et XVII. ut anum libidinosam et veneficam acerbissime tractavit, in hac satira acrius, quam in carminibus laudatis factum est, invehitur. Rationem modumque, quo Canidiae artes magicas deridet, ab Horatio satis facete esse excogitatum, lector eruditus ipse perfacile sentit. Inducit nempe Priapum, hortorum custodem, loquentem et Canidiae artes magicas, quarum in hortis Esquiliis illum fingit spectatorem, valde ridentem.*

v. 34. *consueris* mss. ap. Bentl. et alios fere omnes. Edd. vett. et recentt. Heind. (qui def.) Doer. — *consuesti* msc. Bentl. Edd. Ven. Med. Asc. I. IV. Bentl. qui revoc. seq. Cun. San. Phil. Franc. Val. Sivr. Wakef. Azar. Fea, Iahn.

---

petulantiae sales etiam cum primo vere ludantur. — v. 35. *operum tuorum est*, i. e. hoc profecto ad res a te gerendas (*Grossthaten*, ut nos dicimus) pertinet; *operum tuorum*, sc. unum, Graece, ut supr. Carm. Lib. III, 13, 13.: *Fies nobilium tu quoque fontium*.

---

oris malitiae exprimere. [*Durus vindemiator*] *vindemiator* non dicitur, sed *vindemator* et ni ita dixeris, versus non stabit. Hoc autem ipsa re novimus, quod viatores saepe cum vindemiatore conviciis agant, cum transierint, et illi respondent ita, ut cuculum eum appellent, quasi pigrum et laborem dicunt eum subire alienum, sicut cuculus, quia aliena ova fovet; et recitant hoc custodibus eo, quod semper adsident. Bene autem perseveravit in metaphora, quia *arbustum* pectus eius dixit, modo illum duro comparat vindemiatori. [*Cui saepe viator cessisset*] solent enim vindemiatores cum viatoribus falsa fatigatione contendere. [*Cuculum*] *cuculus* avis est abiecta, quae hoc vitio naturali laborat, ut ova ubi posuerit oblita saepe aliena calefaciat. Vnde rustici sibi obiiciunt quasi alieni fetus curam sustinentes. Est autem [tam] pigra, ut interdum pigritia ne volet [et] fame moriatur. [*Italo perfusus aceto*] Romana amaritudine et hoc propter arbustum, i. e. afflictus Itala mordacitate. [*Per magnos, Brute, deos te*] iste, qui Caesarem occidit. [*Qui reges consueris tollere*] aut propter Caesarem dicit hoc, qui est interfectus in senatu a Cassio et Bruto, aut quia originem ducebat a Bruto, qui pepulit de urbe Tarquinios.

ergo multoque fluenti arbusta, ad vindemiatores arbusti relatione facta dictum esse intelligere debemus. [*At Graecus postquam est Italo perfusus aceto*] ἀλληγορικῶς. Postquam est, inquit, Persius acrius conviciis Rupilii repercussus, Persius exclamat: per magnos, Brute, deos oro, qui reges consuesti tollere, cur non hunc regem iugulas? Vrbanissimus iocus, quia Tarquinius Superbus, rex Romanorum, per Iunium Brutum in exsilium actus est et C. Caesar, qui regnum videtur affectasse, per Brutum in senatu est occisus, quasi infestum Bruto nomen esse videtur iam regnum. Ergo iocans in nomen Regis Rupilî ait: O Brute, sequere generis tui gloriam et hunc Rupilium Regem exstingue.

Olim truncus eram ficulnus, inutile lignum,
Quum faber, incertus scamnum faceretne Priapum,
Maluit esse Deum. Deus inde ego, furum aviumque
Maxima formido; nam fures dextra coercet
Obscenoque ruber porrectus ab inguine palus,
Ast importunas volucres in vertice arundo
Terret fixa vetatque novis considere in hortis.
Huc prius angustis eiecta cadavera cellis
Conservus vili portanda locabat in arca.

v. 7. *fixa* mss. et edd. vulgo. — *scissa* msc. ap. Feam, *scixa* ap. eund. — *fissa* ed. Fea e coni.

---

v. 1—9. *inutile lignum,* ad nihil aptum; nam materia eius ar-
boris propter fragilitatem nullis fabris est idonea. Idem apud Graecos
exprimit σύκινος, verbi causa ἀνήρ, συκίνη γνώμη, ἐπικουρία, vid.
Lamb.— *furum aviumque,* Virg. Georg. IV, 100. *Et custos furum atque avi-*
um cum falce saligna Hellespontiaci servet tutela Priapi. — *formido,* nos:
Scheuche. — *dextra* modo fustem, modo falcem tenebat. — *Obscenoq.*
ruber. Annal. Brunck. II. p. 284. 2. Ἀγροφύλαξ ἕστηκα — τοῦτο λέγων
πρὸς ἕκαστον, Ἐπὴν γελάσῃς ἐσιδών με τοῦ σκεύους, χώρει τὴν κατὰ
σαυτὸν ὁδόν. Ἢν δὲ παρεκβαίνῃς ἐς ἃ μὴ θέμις, οὔ τί σ᾽ ὀνήσει ἡ λά-
χνη· τρυπᾶν πάντας ἐπιστάμεθα. Ibid. I. p. 227. 26. — *arundo fixa,*
i. e. *ein aufgesteckter Rohrbüschel.* — *novis in hortis,* nuper a Mae-
cenate institutis. Antea Esquilina regio sepulcris servorum et miserorum
erat dedicata; Maecenas autem, considerans aeris salubritatem, hortos eo
loco constituit. Schol. Cruq. — Cf. schol. POR. ad Epod. V, 100. — *prius,*

ACR. [*Olim truncus eram ficulnus, inutile lignum*] Priapus loqui-
tur exsecrans venena Canidiae. Inducit Priapum, qui stat in hortis Esqui-
linis dicentem, non tam sibi laborandum in servandis furibus quam venefi-
ciis perferendis. Quomodo autem a *Corylo colurnus,* ita a *fico ficulnus*
derivatur. [*Inutile*] ad nullos usus genitum. [*Cum faber incertus*] sup-
ple *esset.* [*Maxima formido*] deest *factus sum.* [*Nam fures dextra*
coercet] quia fustem tenens figuratur. [*Obscenoque ruber*] e ligno virile
membrum factum. [*Importunas volucres*] quae hortis noceant. [*Vetatq.*
novis considere in hortis] *novis,* quia semper exercentur nova cultura
aut propter recenten dedicationem Maecenatis, *novis,* h. e. nuper institu-
tis ac recens satis. Aut quia antea sepulchra erant in hoc loco, in quo
nunc sunt horti Maecenatis, ubi modo thermae Traianae. Ante enim tanta
misericordia tenebantur maiores, ut etiam publica monumenta pauperibus
et servis aedificarent. [*Huc*] ad illum locum, in quo Priapus stabat, huc
aliquando cadavera portabantur plebeiorum sive servorum, nam sepulchra
publica erant antea, modo Maecenatis horti. [*Prius*] ante hoc tempus. [*An-*
gustis eiecta cadavera cellis] *angustis cellis,* vilissimis tuguriis. [*Conservus*]
pauperum et servorum cadavera hîc olim sepeliebantur, nam ideo subdit con-
servus. [*Commune sepulchr.*] soliti enim erant carnifices in Esquilina via puteos

POR. [*Olim truncus eram*] Priapum positum in hortis, qui erant
extra portam Esquilinam, antequam aedificiis locus occuparetur, inducit
referentem, non tam magnum sibi esse custodiendos hortos a funeribus at-
que avibus, quae semina consumant, quam a veneficiis, quae se in iisdem
locis inquietent. [*Inutile*] merito. Nam haec materia nullis fabricis ido-
nea est. Attende nomen a *fico* derivatum *ficulnus,* non, ut vulgo, *ficul-*
neus. [*Vetatq.*] ideo dixit, quod cum Esquilina regio prius sepulchris

Hoc miserae plebi stabat commune sepulcrum,
Pantolabo scurrae, Nomentanoque nepoti.
Mille pedes in fronte, trecentos cippus in agrum
Hic dabat: heredes monumentum ne sequeretur.

v. 11. *Pantolabo* mss. et edd. vulgo. — Mallius Verna trans Tiberim ingenuis parentibus natus, quia a multis pecuniam mutuam rogabat, *Pantolabos* cognominatus est. — 13. *sequeretur* edd. inde a Lambino vulgo, recentt. omnes. — Vett. nonn. legunt: *sequerentur.*

---

olim, antequam Maecenas hortos ibi instituerat. — v. 12. *Mille pedes in*
fronte etc. haec erat formula verborum, quibus testatores significabant, se
certum loci spatium e suis agris excipere, quod et suis heredibus adime-
rent et rei publicae s. alicui corpori et universitati s. libertis et familiae
suae donarent, ut esset vel populi et universitatis vel familiae sepulcre-
tum. Haec Horatii verba Lambinus sic explicat: *Hic,* i. e. in Esquiliis, ubi
nunc sunt horti Maecenatis, *cippus* (columella) erat defixus et locatus in
terra, qui verbis aut litteris quibusdam incisis significabat, *mille pedes*
agri Esquilini ad sepulturam plebis tribui *in fronte,* (*in der Breite*) i. e.
ea parte, quae viam publicam adtingebat, *trecentos in agrum,* (*in der*
Tiefe) i. e. eam partem versus, quae ad agros coniunctos pertinebat, ne
heredes hunc sibi locum vindicarent neve in hoc monumentum heredum re-
liquiae inferrentur: *Heredes monumentum ne sequeretur.* In *cippo* fines
vel termini agri, communi sepulcreto dicati, descripti et designati fuerunt:
IN. FR. P. — IN. AG. P. (In Fronte Pedum. — In Agrum Pedum.) —
additis ex formula sollenni litteris his: H. M. H. EX. T. N. S. (hoc mo-
numentum heredes ex testamento ne sequatur) sive: H. M. AD. H. N. TRANS.

---

facere, in quos corpora mittebant. [*Portanda locabat*] quia conservi lo-
cabant et sepeliebant alios servos. [*In arca*] in loculo vel sepulcro.
[*Stabat*] statutum erat. [*Pantolabo scurrae*] *Pantolabus Mallius* Verna
trans Tiberim ex ingenuis parentibus natus, quia a multis pecunias accipie-
bat, inde Pantolabus dictus est, qui quamvis multis vitiis abundaret, pro-
pter scurrilitatem tamen compluribus erat domesticus et notus. *Scurrae*
dicuntur homines vilissimi et abiecti, utpote scenici. [*Nomentanoque ne-*
poti] *Nomentanus* prodigus fuit et omnia bona sua comederat et elegan-
ter his duobus Pantolabo et Nomentano apud Esquilia in publicis ustrinis
monumentum dicit fuisse, quia privatum habere locum non poterant, om-
nibus suis absumptis. [*In fronte*] in latitudinem. [*In agro*] in longitu-
dinem. Titulus erat scriptus agri modum ex utroque spatio designans.
Ideo *cippus* erat positus, ne heredes illius regionis haberent potestatem
aviti sive paterni. [*Heredes*] nescio, quis donavit agrum suum populo ad
sepulcra et posuit fines, ut habeant in latitudine mille pedes, trecentosque
in longitudine. Hoc tantum fecit, ne heredes eius publicum invaderent
monumentum, ne haberent facultatem petendi spatium illud mille pedum
et trecentorum. Item inscriptum erat sepulcro, ne ad heredes pertineret,
h. e. ne corpora aut reliquiae alienae inferrentur. [*Ne sequerentur*] quia

vacaret, primus Maecenas ad salubritatem aëris hortos ibi constituit. [*No-*
vis] i. e. recens satis. Tunc enim aves prohibendae ex hortis sunt, ne
semina colligant. [*Pantolabo scurrae*] urbanissime dicitur. Haec regio
namque publicas ustrinas habebat. Quare eleganter *Pantolabo Nomenta-*
noque, qui bona sua comederant, publica monumenta praestare nunc dici-
tur, quia privata habere non poterant. Solent autem privatis inscribi mo-
numentis, quot pedes in fronte, quot in agro habeant. Item singularibus
litteris notari: H. M. H. N. S. i. e. hoc monumentum heredes non sequi-
tur. Videlicet ne pro suis habeant, inferendi reliquiis aliorum multorum.
Fuit autem Mallius Verna trans Tiberim ingenuis parentibus natus, qui,

Nunc licet Exquiliis habitare salubribus atque
Aggere in aprico spatiari, quo modo tristes
Albis informem spectabant ossibus agrum.
Quum mihi non tantum furesque feraeque, suëtae
Hunc vexare locum, curae sunt atque labori,
Quantum carminibus quae versant atque venenis
Humanos animos: has nullo perdere possum
Nec prohibere modo, simul ac vaga Luna decorum
Protulit os, quin ossa legant herbasque nocentes.
Vidi egomet nigra succinctam vadere palla
Canidiam, pedibus nudis passoque capillo,

v. 15. *quo modo* vulgo ante Bentl. qui corr. *qua modo.* prob. Zeun. recep. Cun. San. Phil. Sivr. Azar. Wetz. Heind. Doer. — Kirchn. et Iahn. legunt *quo*, referentes ad v. *aggere.*

(hoc monumentum ad heredes ne transeat.) — v. 13. *dabat*, significabat. — v. 15. Sententia huius loci fere haec est: Qui locus antea visu deformis erat, nec nisi ab iis visebatur, qui funera, ibi humanda, prosequerentur; huius loci facies ita nunc immutata est, ut propter amoenitatem ibi commorari volupe sit. *Mitsch.* Racem. Venus. Fasc. V. — v. 17. Pro *Cum mihi* malit *Doer. Dum mihi.* — v. 23. *Vidi egomet*, quasi dicat, Et ut melius mihi credas, ecce, nominatim tibi duas recito, quas egomet vidi. Habent hi versus aliquid tragicae (epicae) descriptionis, ut illi Virgilii Aen. III, 623. — Ceterum quoque cf. Ovid. Metam. VII, 182. Heroid. VI, 89. Virg. Aen. IV, 509 et 510. Senec. Med. 752. — v. 25. *ululantem*, cf.

---

venditum erat. [*Nunc licet Esquiliis*] *Esquiliae* dicitur locus, in quo ante sepeliebantur corpora extra portam illam, in qua est sessorium. [*Habitare salubribus*] recte dixit *salubres.* Loca enim salubria sunt, in quibus amoenitates sunt. Sensus hic est: Ibi nunc amoenitas aedificiorum grandis est, ubi aliquando albebant ossa miserorum, i. e. tristes homines intuebantur hunc agrum aliquando album ex ossibus cadaverum. *Salubribus* igitur, quia nemo ibi modo sepelitur, sublata enim sunt sepulcra et modo ibidem horti. [*In aprico spatiari*] quia sepulturae sunt mutatae in hortos. [*Modo*] paulo ante. [*Furesq. feraeq.*] *Fures* propter hortos, *Ferae* propter cadavera mortuorum. [*Versant*] mutant. In aliis *vexant* lego. [*Simul ac*] mox ut. [*Vaga*] quia per zodiacum vagatur, ut Maro: *Hic canit errantem Lunam.* [*Protulit os*] Virgil.: *Extulit os sacrum.* [*Vidi egomet*] hic versus tragice profertur, ut: *Vidi egomet, duo de numero cum corpora nostro, Prensa manu magna, medio resupinus in antro, Frangeret ad saxum.* [*Canidiam*] pro *Gratidia*, Neapolitana un-

quia a multis pecuniam mutuam rogabat, *Pantolabos* est cognominatus. Sed quamvis aliquot vitiis teneretur, compluribus tamen erat domesticus. Horatius autem Cassii Nomentani huius, quem nepotem propter prodigam vitam appellavit, saepe meminit. [*Nunc licet Esquil.*] quia quae ante longius ustrinae salubres factae sunt Esquilinae. [*Tristes Albis inform. spectab. ossibus*] manifestissima ἔκλειψις, non utique alii quam homines intelligendum. [*Vaga luna*] bene *vaga*, sicut Virg.: *Errantem Lunam.* [*Canidiam*] et alibi dictum est, *Gratidiam* nomen fuisse, Neapolitanam unguentariam, quam Canidiam hîc appellat et ut veneficam carpit, maxime in Epodo carmine. [*Cum Sagana maiore*] memini me legere apud Helenium Acronem *Saganam* fuisse nomine libertam Pomponii, senatoris, qui

Cum Sagana maiore ululantem — pallor utrasque
Fecerat horrendas adspectu. Scalpere terram
Vnguibus et pullam divellere mordicus agnam
Coeperunt; cruor in fossam confusus, ut inde
Manes elicerent animas responsa daturas.
Lanea et effigies erat, altera cerea: maior
Lanea, quae poenis compesceret inferiorem;
Cerea suppliciter stabat servilibus, ut quae
Iam peritura, modis. Hecaten vocat altera, saevam
Altera Tisiphonen: serpentes atque videres

v. 25. *pallor — adspectu.* Parenth. inclus. Lamb. Cruq. Steph. Chab. Bersm. Bond. Baxt. Phil. Gesn. Cun. Azar. Fea, Doer. Nulla parenth. cett. — *utraque* edd. Ven. 1483. 86. Loch. [Fortasse legere poteris *utramque*, coll. Serm. I, 5, 28.: *missi magnis de rebus uterque Legati.*] — 32. *stabat servilibus, ut quae* (var. lect. *utque*) sic dist. Asc. I. Bas. 1527. 1580. Glar. Mur. Bersm. Torr. D. Heins. Wakef. Camp. Iahn. — *stabat, servilibus ut quae.* Sic cett.

Virg. Aen. VI, 257. Ovid. Metam. VII, 190. Lucan. VI, 685 sqq. — v. 27. De huiusmodi artibus, h. e. *νεκρομαντείαις*, cf. Cic. Tusc. I, 16. De Divinat. I, 58. unde Appium, Ciceronis amicum, tale quid tractasse apparet. — v. 31—33. Canidia duas effinxerat imagines; altera et quidem *maior*, ipsam Canidiam repraesentans, fuit *lanea, quae poenis compesceret inferiorem*, quae eum, a quo amari cupiebat, sibi subiectum et devotum redderet, Ita quidem, ut *inferior* cedere deberet *poenis*, potentiae magicae; altera, scilicet eius, quem Canidia compescere et amore ad se rapere volebat, fuit *cerea;* haec *stabat suppliciter*, supplicis, ut *maior* parcat *inferiori*, speciem prae se ferens. Doer. — Solebant mulieres, quae veneficiis et magicis artibus utebantur, imagines adhibere et cereas, ut is, quem amore sui capi vellent, instar cerae mollesceret, et cretaceas, ut is se in alias mulieres obfirmaret atque obduresceret tanquam creta, et laneas, ut amore sui incenderetur atque inflammaretur non aliter quam lana. Lamb. Cf. Virg. Ecl. VIII, 80 sq. Theocr. Idyll. II, 28 sq. — *saevam*, cf. Carm.

---

guentaria, quam semper ut veneficam carpit Horatius. [*Cum Sagana maiore*] ostendit fuisse etiam minorem aut maiorem natalibus aut aetate aut censu aut maiorem quam fuit ipsa Canidia. [*Pullam*] nigram. [*Divellere*] dilacerare. [*Mordicus*] adverbium a *mordendo.* Aliter pro eo, quod est morsibus velut adverbialiter locutus, ut radicitus. [*Manes*] quid sint *Manes*, animae responsa daturae, ἐπεξήγησις. [*Elicerent*] provocarent. [*Lanea*] bis subaudis *effigies*, ut *lanea* effigies, *cerea* etiam. [*Quae poenis*] sic steterant, ut ceream lanea coerceret, i. e. stabat effigies cerea ante laneam, quasi passura poenam. [*Servilibus*] gravissimis verbe-

a triumviris est proscriptus. Sed cum dicat *maiorem*, apparet, aut sororem hanc habuisse minorem se aut fuisse et aliam Saganam illis temporibus minorem hac vel aetate vel natalibus vel censu. [*Pullam divellere mordicus agnam*]. haec videlicet iam ad maleficia pertinent veneficarum. *Pullam* autem nigram accipere debemus, ut et Virg. ait: *Reiice, ne maculis infuscent vellera pullis Nascentum.* [*Vt inde Manes*] mire dictum est *Manes* animas, h. e. quae animae *Manes* sunt, ac si diceret *Manes mortuorum.* [*Lanea*] ordo est: *Lanea effigies erat, altera cerea.* [*Maior Lanea*] quia sic figuratas dicit fuisse has duas effigies, ut *lanea* sup-

Infernas errare canes, Lunamque rubentem,
Ne foret his testis, post magna latere sepulcra.
Mentior at si quid, merdis caput inquiner albis
Corvorum, atque in me veniat mictum atque cacatum
Iulius et fragilis Pediatia furque Voranus.
Singula quid memorem? quo pacto alterna loquentes
Vmbrae cum Sagana resonarint triste et acutum,
Vtque lupi barbam variae cum dente colubrae
Abdiderint furtim terris, et imagine cerea
Largior arserit ignis, et ut non testis inultus

v. 41. *resonarint* msc. unus ap. Val. Ed. Bentl. ex ing. prob. Iahn. [qui addidit haec: „vix est dubium, quin recte Bentl. correxerit: *resonarint;* certe, quomodo *resonarent* ferri possit, non video. Insolita perfecti forma corruptionis ansam praebuit.] seq. Baxt. Cun. San. Phil. Val. Sivr. Gesn. Oberl. Comb. Wakef. Wetz. — *resonarent* mss. adhuc inspecti omnes. Edd. ante Bentl. omnes. Fea, (quidef.) seq. Heind. Iahn. Doer. Camp. — Kirchnerus Bentleium sequitur in Edit. sua.

Lib. I, 28, 20. ibd. I, 35, 17. et al. loc. plur. — v. 39. Quis *Iulius* fuerit, incertum est; certe cum *Pediatia* propter linguae leges coniungi nequit. De *Pediatio*, quem hîc ob eius naturam effeminatam *Pediatiam* appellat, cf. INDEX. — *Voranus*, cf. INDEX. — v. 41. *triste*, lugubre et metuendum; *acutum*, tenue, subtile, quia sine corpore emittebantur voces. Schol. Cruq. Vmbrae τρίζουσι, Hom. Odyss. Ω', 6 sqq. — v. 42. *variae*, maculosae. — v. 43. *cerea*, duabus syllabis pronunciandum, ut *ostrea* infr.

---

ribus, flagris. [*Infernas errare canes*] aut Cerberum dixit aut Furias. [*His*] factis scilicet. [*Post magna latere sepulcra*] ioculariter, ne quis ea videret, latebant post sepulcra. [*Mentior at si quid*] si quid mentior. [*Iulius*] quidam infames temporis illius. Alii dicunt poetas fuisse pessimos. [*Pedatia*] nomen viri est, sed soluti. Alii perditos triviales exponunt. *Fragilis* autem mollis, fluxus. [*Furq. Voranus*] istum dicunt furem fuisse iudicem. [*Alterna loquentes*] respondentes. [*Triste et acutum*] h. e. metuendum et lugubre. [*Variae*] maculosae. [*Imagine cerea*] hypermetrus versus, ut: *Solio tum Iupiter aureo.* [*Largior arserit ignis*] sermo iste molestus dicitur ἐπιφερόμενος κατὰ κοινόν. Quid me-

plicium de *cerea* sumere videretur. [*Serpentes atque videres Infernas errare canes*] sic fere instituit Horatius coniunctiones, ut non suo loco ponat. Et est ordo: *Serpentes videres errare atque infernas canes.* Sic et paulo supra dictum est: *Lanea effigies erat, altera cerea.* [*Iulius et fragilis Pediatia*] Pediatius (*sic*) eques Rom. honesto patrimonio consumpto et castitatem corporis amiserat et indulgentia parentum mollius evaserat, ut omnem libidinem cum voluptate pateretur, propter quod Horatius feminino genere *Pediatiam*, non *Pediatium* appellavit, ob eandem causam et *fragilem* dixit et *mollem*. *Voranus* autem, Q. Luctatii Catuli libertus, omni loco, omni tempore furacissimus fuisse dicitur, de quo etiam illud traditur, cum deprehensus a nummulario esset, cuius de mensa nummos subtractos in calceos sibi insarciverat, quidam iocans: *Belle*, inquit, *si te nummularius ille exchalceaverit*, cum adspiratione scilicet primae syllabae, simul ut χαλκόν, i. e. aes ablatum ex calceamento obiiceret. [*Et imagine cerea*] versus hypermetrus, ut est ille Homericus: Κάστορα ἱππόδαμον καὶ πὺξ ἀγαθὸν Πολυδεύκεα. Vt Virgilius: *Hic finis fandi,*

Horruerim voces Furiarum et facta duarum.
Nam, displosa sonat quantum vesica, pepedi
Diffissa nate ficus. At illae currere in urbem:
Canidiae dentes, altum Saganae caliendrum
Excidere atque herbas atque incantata lacertis
Vincula, cum magno risuque iocoque videres.

SATIRA IX.

ARGUM. *In hominum et elegantioris et amoenioris ingenii turbam, qui tum temporis Romae vivebant, quique Horatio propterea satis molesti fuisse videntur, quod amicitia eius, qui Maecenatis familiaritate utebatur, amicitiam ipsius poetarum fautoris ac patroni, ut ita dicam, sibi parare posse crederent, in hac satira iocose pariter atque acerbe*

v. 45. *Horruerim vultus* msc. unus ap. Bersm. — *Obruerim voces* ap. Feam, qui recep. seq. Iahn. Doer. qui subiungit fere haec:" pro *Horruerim voces*, dedi *Obruerim*, h. e. oppresserim, suppresserim, oppedendo fecerim, ne amplius audirentur veneficarum voces. — Kirchn. recep. *Horruerim*. — *Diffissa* mss. omnes ap. Pulm. Lips. 1, 2, 3. Edd. vulgo. Var. lect. vid. ap. Kirchn. Quam varie huiusmodi verba scripserint librarii, inter Viros Doctos satis constat.

Serm. II, 2, 21. — v. 48. *caliendrum*, *Voss: lockiger Haarputz*, quae tamen interpretatio rem ipsam parum explicat, pariter atque illa *Schelleri: Haartour, tour de cheveux.* — Derivatur ab καλινδεῖν vel κυλινδεῖν, involvere. Eruditi putant, caliendrum esse idem ac ricinium, quod Graeci vocabant κρήδεμνον vel θέριστρον, velamentum scilicet capitis instar galeri altum atque elatum, quodque recte interpretari possis Italice *caffia*, Latine etiam *calyptram*. Vid. LEX. *Hor.* sub h. v. — v. 50. *Vincula*, quaedam licia ex diversis coloribus, quibus mentes hominum vinciebant. Virg. Ecl. VIII, 74. — *Vincula*, i. e. *Zaubergebinde s. Liebesknoten*, quibus amatoris pectus vinctum tenetur. — *incantata*, sc. formulis magicis, nos: durch *Zaubersprüche geweiht.*

---

morem, ut largior arserit ignis? deest tamen *ut*. [*Et ut non testis inultus*] quid dicam, quomodo eas ultus sum prae timore et quomodo inultus non recessi, sed eas terrui. [*Displosa*] rupta percussione. *Explosum*, est eiectum: *displosum*, cum impetu eiectum. [*Diffisa nate ficus*] ἀναφορά, i. e. ego *ficus*, qui e ficu factus sum Priapus cum diffisa nate pepedi. [*Altum Saganae caliendr.*] *Caliendrum* dicitur ornatus capitis mulierum, quo ad exornandos crines utuntur; sive suppositus crinis, quem pro naturalibus capillis accipiebant. [*Excidere*] nimia scilicet senectute. [*Incantata*] aut non cantata aut valde cantata. [*Vincula*] quaedam licia ex diversis coloribus.

solio tum Iupiter aureo. Et alibi: *Iamque iter emensi turres et tecta Latinorum.* [*Canidiae dentes altum Saganae caliendrum Excidere*] iocatur in has, quasi altera dentibus appositis uti solita sit, altera quod gibba fuerit, *caliendrum*, h. e. galericulum habere consueverit. *Caliendri* meminit et Varro in eo libro, qui inscribitur: *Virgula divina*, dicens, ego nunc postulo Agamemnona meum tantis cothurnis accipi Critona Caliendrum. [*Atque herbas*] verbum revocandum: *Excidere videres.*

invehitur, dum huiusmodi generis hominem importunum, h. e. Zudringlichen, *vivis coloribus describit.*

Ibam forte Via Sacra, sicut meus est mos,
Nescio quid meditans nugarum, totus in illis.
Accurrit quidam, notus mihi nomine tantum,
Arreptaque manu: »Quid agis, dulcissime rerum?«
»Suaviter, ut nunc est,« inquam, »et cupio omnia, quae vis.«
Quum adsectaretur: »Num quid vis?« occupo: at ille,
»Noris nos,« inquit, »docti sumus.« Hic ego, »Pluris
Hoc,« inquam, »mihi eris.« Misere discedere quaerens,
Ire modo ocius, interdum consistere, in aurem

v. 1. *Ibam ut forte* ed. Bentl. ex ing. — *sic ut* (seiunctim) ed. Iahn. — 4. *dulcissime rerum?* sic msc. Berol. Lips. 1, 2, 3. Edd. Mediol. 1477. 86. 1508. 12. Ven. 1478. 79. 83. 86. 94. 95. 98. Ald. I. III. Bas. 1527. 80. Glar. Mur. Fabr. Torr. Bond. Bentl. Cun. San. Phil. Val. Azar. Fea, Heind. Iahn. — *dulcissime, rerum?* Acr. Edd. Colon. s. a. Asc. I. IV. Lamb. Cruq. Steph. Chab. Bersm. Burm. Baxt. Gesn. Wakef. Wetz. Doer.

---

v. 1 — 5. *Via Sacra* e foro in Capitolium ducebat. — *nugarum*, carmen aliquod, quod secum meditabatur, verecunde *nugas* dixit; sic infr. Epist. II, 2, 141. *abiectae nugae*, de abiecto carminum componendorum studio. — *totus in illis*, cf. Epist. I, 1, 11.: *omnis in hoc sum: condo et compono, quae mox depromere possim.* Terent. Adelph. IV, 2, 50. *Ctesipho autem in amore est totus.* — v. 6. *adsectaretur*, sc. ex officio tenuiorum et non occupatorum civium. — *Num quid vis?* formula valedicentis. Terent. Eun. II, 3, 50. *rogo, num quid velit? Recte, inquit. Abeo.* Ibid. I, 2, 110. *Ph. In hoc biduum, Thais, vale. Th. Mi Phaedria, et tu: num quid vis aliud?* Adelph. II, 2, 49. *Num quid vis quin abeam?* Plaut. Aulul. II, 2, 85. *num quid vis me?* etc. — *occupo*, (*Gronov.* ad Sen. Thyest. 270. vid. *Drakenb.* ad Liv. XXI, 39.) *occupare*, i. e. priorem facere. — v. 7. *Noris nos*, sc. volo, quod tamen sponte ex formula antecedente: *Num quid vis?* intelligitur. — v. 8. *Misere*, ut v. 14. pro: val-

---

ACR. [*Ibam forte Via Sacra*] de Epagomeno dicit. Refert, se cuiusdam ignoti diuturna garrulitate fatigatum. [*Nescio, quid meditans nugarum*] *nugarum*, versuum; satis verecunde versus more satiricorum *nugas* dixit, quia satirici solent etiam sese carpere. [*Notus mihi nomine tantum*] cuius nihil aliud nisi nomen noveram, Epagomenus dictus. [*Quid agis, dulcissime rerum*] deest *ait.* Ordo: *Quid rerum agis mihi dulcissime.* [*Et cupio omnia*] proveniant tibi, ex animo cupio. [*Quae vis*] cupio te vivere ex sententia tua, i. e. suaviter ago, ut tempus modo permittit et tibi cupio bene evenire. [*Num quid vis? occupo*] praevenio illum hoc sermone dicens: *Num quid aliud vis, num quid tibi necessarium est?* [*Noris nos?*] i. e. hoc volo, ut scias nos, qui docti sumus, i. e. non sumus indigni, quos scias. [*Pluris Hoc, inquam, mihi eris*] magis honorandus. *Hoc*, i. e. hac re, quia doctus es, ideo tibi honorem habeo. [*Cum*

POR. [*Ibam forte via sacra*] refert hac satira incedentem se *Via Sacra* incidisse in hominem molestum et garrulum, neque se ab eo avelli potuisse, nisi adversarius supervenisset, a quo vadimonium sibi dictum est. Et totum hunc sermonem *δραματικῷ χαρακτῆρι* alterno sermone variat. [*Nugarum*] sic verecunde poetae nugas et risus solent appellare

Dicere nescio quid puero, quum sudor ad imos
Manaret talos. O te, Bolane, cerebri
Felicem! aiebam tacitus, quum quidlibet ille
Garriret, vicos, urbem laudaret. Vt illi
Nil respondebam, »Misere cupis,« inquit, »abire,
Iamdudum video: sed nil agis; usque tenebo;
Persequar. Hinc, quo nunc iter est tibi?« — »Nil opus est te
Circumagi; quemdam volo visere non tibi notum:
Trans Tiberim longe cubat is, prope Caesaris hortos.« —
»Nil habeo, quod agam, et non sum piger; usque sequar te.«

v. 10. *puero, cum sudor — talos. O te* sic dist. Mediol. 1477. 86. Ven. 78. 79. Ald. III. Bas. 1527. 80. Glar. Mur. Xyl. Fabr. Bersm. Bond. Heind. Iahn. — *puero: cum sudor — talos, o te* sic cett. fere omnes. — 11. *Bolane* mss. opt. ap. Torr. ap. Bentl. (qui revoc.) fere omnes. Edd. Fea, Heind. Iahn. Doer. Kirchn. — *Bollane* in codd. quos vide ap. Kirchn. minus recte habet. — 16. *Prosequar* in mult. codd. quod est eorum, qui officii et honoris causa aliquem comitantur. Recep. Bentl. Cun. San. Wakef. Azara. Heind. Doer. Kirchn. — *Persequar* ex codd. vindicavit Fea, q. v. Edd. vett. ad unam omnes, Lamb. etc. Recep. Oberl. Comb. Wetz. Fea, Camp. Iahn. def. Mitsch. — *Prosequar (s. persequar). Hinc quo — est tibi?* sic vulgo distinguunt. *Prosequar* (s. *persequar*) *hinc, quo — est tibi?* Sic dist. Med. 1477. 86. Ven. 1478. 79. 83. 86. Fabr. Bentl. Cun. San. Phil. Wakef. Heind.

---

de, cf. Lex. *Hor.* sub h. v. — v. 10. *puero*, servo pedissequo, qui apud Graecos *ἀκόλουθος* audit. — v. 11. Schol. Cruq.: dicebam intra me, *Bolanum* esse *felicem*, qui *ὀξύχολος* nullius ineptias ferebat, sed statim vel in faciem quemvis reprehendebat vel de eo quid sentiret, non dissimulate dicebat. — *cerebri Felicem*, cf. supr. Serm. I, 5, 21. *cerebrosus*, de quo vid. not. — v. 15. *nil agis*, frustra, sc. abire tendis; *usque tenebo*, ut v. 19.: *usque sequar te*, constanter tibi adhaerebo. — v. 18. *cubat*, aeger iacet, cf. Epist. II, 2, 68. Serm. II, 3, 259. Minus recte verbum *cubat* interpretatus est Vossius: *haust.* Tu quidem rectius vernacule dixeris: *ist bettlaegrig.* Cf. Ovid. Heroid. XX, 164. et Sueton. Ner. 34. — *Caesaris hortos*, de quibus cf. Suet. Caes. 83. — v. 20. *Demitto auriculas*, Plat. de rep. X. p. 613. C. *τὸ μὲν πρῶτον ὀξέως ἀποπηδῶσι* (οἱ

---

sudor] cum ex taedio et molestia illius flueret sudor. [*O te, Bolane, cerebri Felicem*] cum sudarem prae angustia, dicebam apud me, felicem esse Bolanum *ὀξύχολον*, qui possit eum verbis asperioribus removere. Quare autem *felicem* ait *ὀξύχολον*, quia non patiebatur molestiam, qui solebat prae iracundia in faciem quemvis reprehendere et libere dicere, quid sentiret. [*Misere*] valde, ut Terent. in Heaut.: *Eam misere amat.* [*Video*] intelligo. [*Sed nil agis*] non recedes a me. [*Vsque tenebo*] toto die te tenebo. [*Nil opus est te*] i. e. aio, illi non est opus te huc atque illuc circumduci. [*Cubat*] aegrotat, languet, iacet. [*Nil habeo, quod agam*] garrulus. [*Et non sum piger*] i. e. possum multum ambulare. [*Demitto auriculas*] lassi enim asini vel equi aures deponere soliti sunt. [*Si bene*

versiculos suos. [*O te, Bolane, cerebri Felicem*] tacitus *Bolanum* hominem nescio quem fuisse dicit, adeo liberum, ut nullius ineptias ferret, quando quod de eo sentiret, statim in eum diceret. [*Nil opus est*] hoc ex Horatii persona intelligendum. [*Nil habeo, quod agam, non sum pi-*

Demitto auriculas, ut iniquae mentis asellus,
Quum gravius dorso subiit onus. Incipit ille:
»Si bene me novi, non Viscum pluris amicum,
Non Varium facies: nam quis me scribere plures
Aut citius possit versus? quis membra movere
Mollius? invideat quod et Hermogenes, ego canto.«
Interpellandi locus hic erat. »Est tibi mater,
Cognati, quîs te salvo est opus?« »Haud mihi quisquam;
Omnes composui.« — Felices! nunc ego resto!
Confice; namque instat fatum mihi triste, Sabella
Quod puero cecinit divina mota anus urna:

v. 22. *Si bene me novi.* Cit. Diomed. (not. Cruq.) — *me noris* s. *nosti* coni. Markl. et Hamann ap. Both.

δρομεῖς), *τελευτῶντες δὲ καταγέλαστοι γίγνονται τὰ ὦτα ἐπὶ τῶν ὤμων ἔχοντες καὶ ἀστεφάνωτοι ἀποτρέχοντες.* — *subiit*, ultima propter caesuram longa usurpatur. — v. 22. De *Visco* et *Vario* cf. INDEX. — v. 24. *quis membra movere Mollius?* quis gesticulari et saltare possit facilius quam ego? Schol. Cruq. Ovid. Art. Amat. I, 595. *Si vox est, canta, si mollia brachia, salta.* — v. 26. *Interpellandi locus* etc. hîc commodum et opportunum erat, eum interpellare. — v. 27. *quîs te salvo est opus?* quibus optabile et utile est, te salvum esse. — v. 28. *Omnes composui*, rite sepeliendos curavi. *Componere*, ut nos dicimus eadem significatione: *beisetzen*, proprie de hac re dixit, Graece: *περιστέλλειν*. — *Felices! nunc ego resto*, pariter acerbe ac iocose dictum, quod tamen tacite subiungit.

---

me novi] i. e. si bene fretus sum conscientia mea, intelligo, quia magis mihi defers quam illi. [*Non Viscum pluris amicum*] *Viscus* disertus illius temporis homo. Nonnulli poetam dicunt amicum Horatii. Est autem sensus: Non Viscum amicum pluris facies, h. e. qui tibi amicus est, potiorem duces. [*Non Varium facies*] *Varius*, poeta, Virgilii et etiam Horatii amicus. [*Nam quis me scribere plures*] mire sic garrulum ostendit molestum. [*Quis membra movere Mollius*] cum gestu scilicet pronunciationis, i. e. quis cum gestu corporis potest pronunciare, quemadmodum ego? ita pronuncio, ut Hermogenes Tigellius, de quo supra: *Io Bacche.* [*Interpellandi*] respondendi illi. [*Quis te salvo est opus?*] i. e. quibus necessaria salus tua est. [*Haud mihi*] garrulus: Neminem habeo. [*Omnes composui*] omnes in urnis sepelivi. [*Felices*] sunt illi mortui, quia te caruerunt. [*Confice*] interfice, eneca. Tacite hoc loquitur. [*Mota anus urna*] i. e. ipsa commota ex urna dixit imminere mihi fatum ex garrulo; aut mota urna ipsa anus cecinit, quoniam sortes de urna tolluntur. Significat Sabinam nutricem se Horatius habuisse, quae urna sortes ducere

ger] haec ille molestus dicit. [*Non Fuscum*] et Fuscum et Varum Horatius amicos habuit. De Fusco infra dicetur. Varus tamen de doctissimis fuit et magnus his temporibus habitus est. Nam et tragoedias fecit. [*Nam quis me*] eleganter dicit eum iis rebus sibi placere, quae ad doctrinam non adtinent, ideo ostendit imperitum satis et importunum hominem fuisse. [*Est tibi mater*] hoc Horatius interrogans ad illum dicit. [*Haud mihi quisquam*] ille molestus hoc dicit. [*Nunc ego resto*] hoc Horatius tacitus apud se dicit. Ait se superesse, quem ille occidat per importunam

»Hunc neque dira venena, nec hosticus auferet ensis,
Nec laterum dolor aut tussis, nec tarda podagra;
Garrulus hunc quando consumet cumque: loquaces,
Si sapiat, vitet, simul atque adoleverit aetas.«
Ventum erat ad Vestae, quarta iam parte diei
Praeterita, et casu tunc respondere vadato
Debebat; quod ni fecisset, perdere litem.
»Si me amas,« inquit, »paullum hîc ades.« — »Inteream, si
Aut valeo stare aut novi civilia iura;
Et propero quo scis.« »Dubius sum, quid faciam,« inquit,

— Fingit Horatius anum sibi cecinisse fatum, ex quo mors haud aliunde sibi instaret, quam a garruli parte, quem se occisurum ista (*Sabella*) praesagiverat. — v. 33. *quando consumet cunque*, quandocunque, quandoque, *über kurz oder lang*, ut Ovid. Metam. VI, 544. *Si non perierunt omnia mecum, Quandocunque mihi poenas dabis.* — v. 35. *Ventum erat ad Vestae*, ut ap. Graecos: *εἰς Ἀπόλλωνος, εἰς Ἀσκληπιοῦ* etc. — v. 36. *vadato, vadari*, i. e. in ius vocare, vadibus, h. e. fidei iussoribus, acceptis. De hoc verbo cf. LEX. *Hor.* — v. 37. *quod ni fecisset, perdere litem*, nisi adfuisset in iudicio, se damnari aiebat; sic Cicer. de Orat. I, 36. sub fine: *neque intelligebat, si ita esset actum, litem adversarium perditurum;* et sic *causam perdere* ap. eund. in Orat. pro Roscio Comoedo cap. IV. *Hic tu si amplius* H—S. *nummo petisti, quam tibi debitum est, causam perdidisti.* Nos: *den Process verlieren.* — v. 38. *Si mĕ ămas*, sine elisione, sic Virg. Ecl. VIII, 108. sed hoc tantum in verbis monosyllabis fieri, notandum est. Infr. Serm. II, 2, 28.: *num ădest honor idem? adesse*, verbum proprium de advocatis. — v. 39. *valeo stare*, sc. in iudicio coram iudicibus, qui in sellis sedebant; cf. Cicer. pro Quintio VIII. S. 31. — v. 41. *rem*, accusationem, litem. — *Me, sodes*, sc. relinque. —

---

erat solita, unde dicit, quod eum aliquando monuit ipsa nutrix sua, cavere garrulos, quoniam ab his esset interficiendus et id sibi nunc a fastidioso garrulo posse fieri putabat. [*Tarda podagra*] quia *tardos* facit et est *ὑπαλλαγή*. [*Hunc quando consumet cunque*] *τμῆσις* est pro *quandocunque.* [*Ventum erat ad Vestae*] i. e. templum, sicut in Pacis, in Concordiae. Terent.: *Vbi ad Dianae veneris.* [*Vadato*] in iudicio, quia *vadatus* eum fuerat, vel quia eum vadimonio obligaverat. Participium est ab eo, quod est *vador, vadaris* et est verbum commune *Vado*, i. e. voco te ad iudicium; et *vador*, i. e. vocor a te ad iudicium. Respondere ergo debebat ei, a quo vocatus est ad iudicium aut ei, quem ipse vocasset, [*Huc ades*] i. e. adesto mihi. [*Et propero, quo scis*] oblitus est Horatius, quod dixit sibi visendum esse nescio quem. [*Me, sodes*] supple

garrulitatem. [*Instat fatum mihi triste*] sibi dicit Horatius instare fatum, significat autem *Sabellam* natione nutricem habuisse sortilegam, quae urna sortes ducere solita esset. [*Hunc neq.*] haec verba sunt sortis ipsius ductae. [*Quando consumet cunq.*] ordo est: *Quandocunque.* [*Ventum erat ad Vestae*] subaudiendum *aedem* aut tale quid. Amant, nescio quomodo, *ἔκλειψιν* in relatione sui loco sacra; sic denique et Terent. ait: *Vbi ad Dianae veneris.* Sic denique nos hodie *in Claudii* vel *Telluris* dicimus, nec addimus ‚templum' aut ‚aedem.' [*Perdere litem*] et hîc subaudiendum per *ζεῦγμα* debebat, ut sit: *Perdere litem debebat.* [*Inteream, si*] hoc Horatius dominus negat se posse eum spectare †. [*An rem*] rem

Tene relinquam, an rem.« — »Me, sodes.« — »Non faciam,« ille,
Et praecedere coepit: ego, ut contendere durum est
Cum victore, sequor. — »Maecenas quomodo tecum?«
Hinc repetit; »paucorum hominum et mentis bene sanae:
Nemo dexterius fortuna est usus: haberes
Magnum adiutorem, posset qui ferre secundas,
Hunc hominem velles si tradere; dispeream, ni

v. 44. Verba *paucorum hominum — est usus* recte garrulo isti tribuisse videntur Turneb. Advers. XV, 18. Torr. Bentl. Heind. Both. quamvis ea Horatio denuo adscripserit Manso loc. ad Carm. Lib. III, 14, 11. cit. p. 294. Vix enim Horatius [vid. Iahn. cuius haec verba sunt] Maecenatem *dexterius* (*pfiffiger*) fortuna usum esse dixisset, quippe cui *sapientius* certe dicendum erat. Friget etiam haec Maecenatis laus, siquidem ab Horatio dicitur. — Horatio illa verba tribuunt Por. Bersm. Steph. Chab. Bond. Baxt. Gesn. Val. Wakef. Azar. Wetz. Fea. — 45. *deterius*. Lemma ad Acr. Bas. 1580. Ed. Mediol. 1477. coni. Morgenstern.

v. 43. *Maecenas quomodo tecum? Hinc repetit*; etc. Doeringus horum verborum sensum ita explicat: *Hinc repetit* (de integro incipit) garrulus: (qui usque ad verba: *Non isto vivitur illic*, loquitur) Quomodo tecum versatur Maecenas? Versatur sane Maecenas cum paucis et quidem cum eiusmodi tantum hominibus, qui bene animo exculti sunt. Hac quidem cum Maecenate versandi fortuna nemo prudentius et *dexterius* usus est, quam tu, Horati; immo tu primas partes apud Maecenatem agis! (hoc enim ex sequentibus suppleri potest) Si *hunc hominem* (pro, *me*, garrulus enim digitum intendit in se) commendare et tradere velles Maecenati, haberes per me magnum adiutorem, qui secundas partes sustinere posset. Ne vivam, ni brevi omnes alios a Maecenate per me submovisses. — Nunc respondet Horatius: Haec se gerendi ratio, qua alter alterum pellere et submovere studet, apud nos, qui cum Maecenate versamur, haud locum habet, uti tu opinaris etc. — v. 46. *adiutorem*, hic ad rem scenicam alludit, ubi *adiutor* is est, qui suis partibus, quas ipse agit, alterius partes adiuvat. Pariter (sc. de re scenica) explicandum est, quod dixit *secundas*. Tres in scenam prodire solebant actores, quorum primus *primas*, secundus *secundas*, tertius *tertias* partes ageret. Cf. Cic. Divinat. in Verr. XV.: *Vt in actoribus Graecis fieri videmus, saepe illum, qui est*

linque. [*Ego ut contendere*] sciens, durum esse contendere cum pertinace, coepi sequi eum. [*Maecenas quomodo tecum*] deest *ait*; initium locutionis et coepit interrogare, quomodo circa te, Maecenas, est. [*Hinc repetit*] post illa verba coepit ad hunc sermonem venire. [*Paucorum hominum et mentis bene sanae*] i. e. qui et sapiens est et raro habet parem, qui multorum amicitia non gaudet. [*Deterius*] felicius. [*Haberes*] i. e. haberes apud Maecenatem, qui tueretur partes tuas, si me ei commendare velles. [*Hunc hominem si velles tradere*] δεικτικῶς se ipsum tangit digito. [*Dispeream*] i. e. valde peream, si non removisses omnes

pro *lite* dixit, sic denique et in legibus scriptum inveniri solet: *Rem sive litem*. [*Cum victore*] contendere cum victore, i. e. pertinace. [*Maecenas quomodo tecum*] mihi, inquit, molestus ille, Maecenas *quomodo tecum?* et subaudiendum *agit*, [*Paucorum hominum*] Horatius dicit. Necesse est frequenter ostendere, quis verba habeat aut unde incipiat loqui. Ob hoc observandum est deinceps et supra, ut, ubi duo puncta interposita sunt, alteram personam loqui intelligas. Certe iam sensus ipse docet,

Submosses omnes.« — »Non isto vivitur illic,
Quo tu rere, modo: domus hac nec purior ulla est,
Nec magis his aliena malis: nil mî officit umquam,
Ditior hic aut est quia doctior; est locus uni
Cuique suus.« »Magnum narras, vix credibile!« — »Atqui
Sic habet.« — »Accendis, quare cupiam magis illi
Proximus esse.« — »Velis tantummodo: quae tua virtus,
Expugnabis; et est qui vinci possit, eoque
Difficiles aditus primos habet.« — »Haud mihi deero:
Muneribus servos corrumpam: non, hodie si
Exclusus fuero, desistam; tempora quaeram;

v. 50. *unquam* mss. Pott. Dorvill. Corb. Acr. Edd. ante Bentl. fere omnes, et Baxt. Gesn. Val. Sivr. Wetz. Fea, (qui def.) Heind. Iahn. Camp. Kirchn. — *inquam* mss. ap. Pulm. omn. ap. Lamb. alq. Cruq. un. ap. Bersm. Talb. 1, 4, 10, 12. mss. tres opt. et alii ap. Torr. Bentl. 2, 6. et septem alii. msc. ap. Lamb. Bos. Anim. p. 59. Comb. alii ap. Pott. msc. Dorvill. 1. Mentel. Berol. Lips. 1, 2, 3. Edd. Bentl. qui indux. seq. Cun. San. Phil. Wakef. Azar. Doer.

secundarum aut tertiarum partium, quum possit aliquanto clarius dicere, quam ipse primarum, multum submittere, ut ille princeps quam maxime excellat, sic faciet Allienus, ubi Asconius observat haec: *Est persona primarum partium, quae saepius actu regreditur, secundarum et tertiarum, quae minus minusque procedunt*. Reliq. de hac re scen. vid. in Lex. *Hor.* — v. 47. *Hunc hominem*, δεικτικῶς se ipsum demonstrat. Schol. Cruq. Sic Terent. Heaut. II, 3, 115. Pariter ap. Graecos, cf. Soph. Oedip. Colon. v. 649.: θάρσει τὸ τοὐδέ γ' ἀνδρός· οὔ σε μὴ προδῶ. – [ὅδε ἀνὴρ καὶ ἥδε pro ἐγώ.] — *tradere*, i. e. commendare, cf. Epist. I, 9, 3. coll. Epist. I, 18, 76 et 78. — v. 50. *his malis*, invidia, simultate, insidiis, detractionibus, factionibus. Schol. Cruq. — v. 53. *Sic habet*, sic se habet, οὕτως ἔχει, pariter *bene habere* pro: bene se habere, quae locutio sexcenties, omisso *se*, apud scriptores Lat. classicos reperitur. — *Accendis, quare*, hoc dicendo multo me magis accendis, ut cupiam ei familiaris esse. Schol. Cruq. — *quae tua virtus*, pro virtute tua, ac si diceret, ea est tua virtus, ut facile sis expugnaturus, vel ea, qua praeditus es, virtute facile ad Maecenatis amicitiam pervenies. Sic Cic. epist. ad Rufum V, 20. ad Trebat. VII, 13. pro Sylla VI, 18. pro Coelio XIX, 45. ad Attic. VII. — *tempora, günstige Augenblicke*, quae captare de-

ab amicitia Maecenatis. [*Non isto*] respondet Horatius. [*His aliena malis*] insidiis, factionibus. [*Nil mí officit unquam*] i. e. quicunque est ditior, non officit mihi in domo Maecenatis. [*Vix credibile*] ut non sit factio in tanta domo. [*Accendis*] hoc dicendo multo magis me accendis ad amicitiam eius. [*Velis tantummodo*] si volueris me commendare, impetrare possis, homo tantae virtutis. [*Quae tua virtus*] i. e. pro tua virtute, pro tuis viribus. Opus est, inquit, hoc solum, ut velis ei amicus esse et eum merito virtutum tuarum facile poteris promereri. [*Et est qui vinci possit*] hoc vitium habet Maecenas, ut licet difficulter, tamen vincatur. Hic est, inquit, Maecenas, cui si saepe instes, vincatur. Hoc est, quod inquit, Persius: *Omne vafer vitium ridenti Flaccus amico Tangit*. Et tunc iucunde ex alterius persona eum reprehendit. [*Eoque*] i. e. ea re, qui postea se faciliorem reddit. [*Exclusus*] deductus a placito.

Occurram in triviis; deducam. Nil sine magno
Vita labore dedit mortalibus.« — Haec dum agit, ecce
Fuscus Aristius occurrit, mihi carus, et illum
Qui pulchre nosset. Consistimus. »Vnde venis et
Quo tendis?« rogat et respondet. Vellere coepi
Et prensare manu lentissima brachia, nutans,
Distorquens oculos, ut me eriperet. Male salsus
Ridens dissimulare: meum iecur urere bilis.
»Certe nescio quid secreto velle loqui te

v. 60. *Haec dum agit* mss. Kirchneri omn. Edd. vulgo inde ab Aldo. — *Haec dum ait* mss. ap. Lamb. alq. unus ap. Bersm. prob. Both. sed falso. — *agit*, i. e. cum vehementiore corporis motu dicit, recep. Iahn. Kirchn. al. plur. — 62. *Vnde venis et Quo tendis?* sic Kirchn. cum Ven. 1483. 86. 94. 95. 98. Colon. s. a. Asc. I. Ald. I. D. Heins. cf. Serm. II, 4, 1. — *unde venis? et Quo tendis?* sic vulgo distinguunt. — 64. *prensare* mss. ap. Cruq. et Bersm. omnes, ap. Torr. plures et opt. Talb. Pott. Dorvill. Lips. 1, 2, 3. Edd. ante Lamb. omnes et post eum pleraeque. — *pressare*. Edd. Lamb. qui indux. seq. Xyl. Bersm. Bond. Fea (qui def.)

bent, qui nobiliorum favorem sibi conciliare cupiunt; vid. Virg. Aen. IV, 293. *mollissima tempora fandi.* — *deducam*, nobiliores a clientibus vel ab iis, qui eos venerabantur, in forum *deduci* et reduci solebant. *Doer.* — v. 60. *Nil sine magno Vita labore dedit mortalibus*, πάντα πόνος τεύχει θνητοῖς μελέτη τε βροτείη. — De *Fusco Aristio* cf. Carm. Lib. I, 22. Epist. I, 10, 1. Serm. I, 10, 83. et INDEX *ad hunc librum*. — *Vnde venis et quo tendis?* eleganter mixtum inter se et confusum sermonem interrogandi respondendique expressit. Schol. Cruq. — v. 64. *lentissima brachia*, suaviter homini, qui, dum vellicatur, se id non sentire simulat, *brachia* tribuuntur *lentissima*, h. e. omni sensu carentia. *Doer.* Recte iam Schol. epitheton *lentissima* interpretantur ‚flexibilia'; minus bene *Vossius* vernacule reddidit: *boshaft straeubend.* Kirchn. melius sic: *schlaff nachgebend.* — v. 66. *dissimulare*, dissimulabat se scire, quid

[*Ecce Fuscus Aristius occurrit*] *Aristius Fuscus*, grammaticus doctissimus illius temporis, amicus Horatii. [*Et illum Qui pulchre nosset*] inducit illum, qui supervenerat, dissimulare, ut ipse odiosi hominis molestia fatigaretur. [*Vnde venis et Quo tendis*] ἐπιφερόμενον κατὰ τὸ αὐτό. [*Vellere*] vellicare. [*Et pressare manu*] i. e. restinguere. [*Lentissima*] flexibilia, ut: *Quantum lenta salix.* [*Nutans*] innuens et significans, ut me eriperet. Est autem *nutare* aliquid oculis nutantibus velle demonstrare. [*Male salsus*] male prudens in perniciem meam aut male iocosus et urbanus irrisor. [*Meum iecur urere bilis*] vehementer irascebar. [*Trigesima sabbata*] quae Iudaei Neomenias dicunt, quoniam per sabbata Iudaei numeros appellant lunares. Aliter: *Trigesima sabbata* dicuntur, quando calendis occurrit sabbatum. Item: *Trigesima sabbata* dicuntur,

quid Horatius ‚*ille* molestus' dicat. [*Fuscus Aristius*] Aristius Fuscus praestantissimus grammaticus illo tempore et amicus Horatii fuit. [*Vnde venis*] eleganter mixtum inter se et confusum sermonem interrogandi ac respondendi expressit. [*Lentissima brachia*] *lentissima* nomen positum est pro adverbio. Non enim *lentissima brachia*, sed *lentissime* pressare brachia intelligendum. [*Male salsus*] stolidus ac derisor. [*Certe nescio quid*] hoc Horatius ad Fuscum quaerens aliquam causam, qua se ab importuno

Aiebas mecum.« — »Memini bene, sed meliore
Tempore dicam; hodie tricesima Sabbata: vin' tu
Curtis Iudaeis oppedere?« — »Nulla mihi,« inquam,
»Religio est.« — »At mî; sum paullo infirmior, unus
Multorum; ignosces; alias loquar.« — Hunccine solem
Tam nigrum surrexe mihi! Fugit improbus ac me
Sub cultro linquit. Casu venit obvius illi
Adversarius, et: »Quo tu turpissime?« magna

vellem. Schol. Cruq. — *iecur*, cf. Carm. Lib. I, 13, 4. ibiq. not. — v. 69. *tricesima Sabbata* cum Lambino, Dacier. Sanad. Hagedorn. Torrent. ad Sueton. Aug. 76. aliisque de festo *Passah* intelligit Iahnus, quod die XV mensis Nisan (medio Aprili) celebrabatur. Annum autem Iudaei a. d. IX. Calend. Octbr. incipiebant. Alii aliter statuunt. — Schol. Cruq.: quae Neomenias esse dicunt, quoniam per *sabbata* Iudaei numeros lunares accipiunt et sabbatum magnum in renovatione lunae a Iudaeis etiam hodie celebratur. Cf. infr. *ACR.* et *POR.* et *Scalig.* de Emend. Temp. 3. p. 309. — Quum vero Fusci hoc sit facete dictum, de certo Iudaeorum festo hîc cogitare, vix necesse esse videtur. — v. 70. *Iudaeis oppedere*, ex more plebeculae hîc loquitur poeta, Aristophanem imitatus, ut videtur. Recte sensum horum verborum explicat *POR.* — v. 71. *infirmior*, i. e. *ein minder starker Geist.* — v. 72. *Hunccine solem*, diem, ut saepius. — De structura, qua accusativus cum infinitivo ab iis usurpari solet, qui vel exclamant vel mirantur aliquam rem, vid. *Grotef.* Gramm. Lat. §. 311. et *Matth.* Gramm. Graec. §. 544. — v. 75. *Adversarius*, petitor, qui garru-

quando veniunt Calendae in prima luna per sabbata. Qui dies maxime a Iudaeis observantur aut quia trigesima sabbata religiosius colebantur. [*Curtis*] quia pellicula imminuti sunt. Quia Moses, rex Iudaeorum, cuius legibus reguntur, negligentia medicinalis effectus, et ne solus esset notabilis, omnes circumcidi voluit. [*Iudaeis oppedere*] Iudaeos contemnere, eis contradicere. *Oppedere* quasi contra pedem opponere. Alii verbum foeditatis esse volunt, sed falsum est. [*Nulla mihi, inquam, Religio est*] i. e. facile eos contemno, quorum religione non teneor. [*Infirmior*] i. e. timidus vel superstitiosus et hac de causa colo omnes religiones, quia nimiam religionem infirmitas facit et metus. [*Ignosces*] Ordo: *At mihi ignosces.* [*Hunccine solem*] i. e. diem tam moleste ortum esse? [*Tam nigrum*] i. e. tam perniciosum, tam tristem et adversum, cui contrarium est: *Hunc, Macrine, diem numera meliore lapillo.* [*Surrexe*] surrexisse, ut Virg.: *Cum genere exstinxem* pro *exstinxissem.* [*Improbus*] malus scilicet, qui non subvenit amico suo. [*Sub cultro linquit*] proverbium est, i. e. maxima in molestia sub illo garrulo. [*Obvius*] ἐπιφερόμενος. [*Ad-*

illo avellat. [*Trigesima sabbata*] *Sabbata* lunaria significat, quia vulgares homines ferias sibi adsumunt. [*Curtis Iudaeis*] *curtos* dixit propter virilis membri recisam pelliculam. [*Oppedere*] contemnere eos ac religiones eorum deridere. [*At mihi*] hoc Fuscus dicit, ne Horatium cupientem avelli ab illo molesto liberaret. [*Solem Tam nigrum*] Horatius dicit *nigrum* ac per hoc tristem diem sibi illuxisse, qui in illum molestissimum inciderit. [*Quo tu*] cum adversarius occurrisset illi importuno, hoc ei dicit. [*Licet antestari*] adversarius molesti illius Horatium consulit, an permittat se antestari iniecta manu, extracturus ad praetorem, quod vadimonio non paruerit. De hac autem lege duodecim tabularum his verbis cautum est: *Si vis vocationi, testamini, igitur em capito antestari.* Est er-

Inclamat voce, et: »Licet antestari?« Ego vero
Oppono auriculam. Rapit in ius: clamor utrimque,
Vndique concursus. Sic me servavit Apollo.

SATIRA X.

**Lucili, quam sis mendosus, teste Catone,*
Defensore tuo, pervincam, qui male factos
Emendare parat versus. Hôc lenius ille,
Est quo vir melior, longe subtilior illo,

v. 76. *Inclamat.* Edd. Princ. D. Heins. Rutg. Burm. Bentl. (qui adseruit) Cun. San. Batt. Val. Wakef. Camp. Iahn. Doer. — *Exclamat* alii mss. ap. Pott. msc. Berol. Lips. 3. Edd. ante D. Heins. vulgo et Baxt. Gesn. Phil. — *Adclamat* var. lect. ap. Feam. — *Licet antestari?* Cit. Eutyches ap. Putsch. p. 2186. — 77. *Oppono* mss. et edd. vulgo. — *Appono* mss. Feae. Recep. et def. Fea argutiis, seq. Iahn.

---

lum vadatus erat, vid. supr. vs. 36-37. — v. 76. *antestari*, cf. Lex. *Hor.* sub h. v. — *Sic me servavit Apollo*, compara Hom. Il. XX, 443. τὸν δ' (Hectorem cum Achille pugnantem) *ἐξήρπαξεν Ἀπόλλων ῥεῖα μάλ', ὥστε θεός, ἐκάλυψε δ' ἄρ' ἠέρι πολλῇ.* Apollinis praesidio se servatum propterea dixit, quod Apollo poetarum deus tutelaris credebatur. Res nota.

---

versarius] creditor. [*Et: licet antestari?*] denunciantes litem antestatos habebant, quibus praesentibus conveniebant, ita ut aurem illis tertio vellerent. Sic Servius magister urbis exponit. Alii sic exponunt: Quod Horatium interrogaverit, si testis esse pateretur, et Horatius obtulerit aurem ultro. Solebant enim testium aures tenere et ita dicere: Memento, quod tu mihi in illa causa testis eris, quod est *antestari.* Aliter. Olim qui antestabantur, auriculam contingebant. Ideoque poeta ait, libenter auriculam obtuli. Tangens autem auriculam his verbis loquebatur: *Licet antestari?* Si ille respondisset: *Licet*, iniectione manus adversarium suum in iudicium trahebat. Quod si antestatus non esset et manum iniecisset, iniuriae reus constitui poterat. Plaut. in Persa: Leno ad Satyrionem, parasitum: *Nonne antestaris?* Et parasitus: *Tuane ego causa carnifex cuiquam mortali libero aures adteram?* Aliter. *Antestari*, i. e. teste uti, quod iudicii causa volo manum iniicere. Nam haec erat consuetudo, si quis vadato non paruisset, ei adversarius aliquem de praesentibus antestabatur, i. e. tangebat eius aurem et dicebat: *Licetne antestari?* Si respondisset ille: *Licet*, tunc iniiciebat vadatus manum in eum, qui non paruisset et ducebat in iudicium, aliter si iniecisset manum, iniuriarum poterat accusari.

go *antestari*, scilicet antequam manum iniiciat. [*Ego vero Oppono auriculam*] hoc Horatius. Porro autem, qui antestabatur, auriculam ei tangebat dicens: *Licet antestari?* Si ille responderet: *Licet*, tum iniecta manu adversarium suum extrahebat; nisi ita antestatus esset, qui iniicere manus adversario volebat, iniuriarum reus consituitur. [*Sic me servavit Apollo*] hoc de sensu Homerico sumpsit, quem et Lucilius in IX Satira repraesentavit, sic dicens: *Vt discrepat hac, quem rapuit Apollo, fiat ergo.* Significat sic liberatum se ac recreatum, dum illum molestum adversarius suus rapit, Apollinem imitatus.

Qui multum puer et loris et funibus udis
Exhortatus, ut esset, opem qui ferre poetis
Antiquis posset contra fastidia nostra,
*Grammaticorum equitum doctissimus. Vt redeam illuc.**

Wie voll Makel du seyst, Lucilius, zeuge mir Cato,
Dein Vertheidiger selbst, sieghaft, der mancherlei Unvers'
Auszumakeln beginnt. Desto zartsinniger thut er's,
Je mehr tüchtiger Mann er ist, weit feiner, denn er da,
Der gar sehr als Knabe mit Riem und gefeuchtetem Strange
Ward erfleht, dass wäre, wer Hülf' altvaetrischen Dichtern
Leisten koennt', und Schutz vor unseres Gaumes Becklung,
Als der grammatischen Ritter gelehrtester. — Wieder
auf jenes! Voss.

** Priores octo versus spurios esse, comprobatum ivit *Eichstadius* (contra *Doeringum*) in Indice schol. in Vniv. Ien. hab. per hiemem ā. MDCCCXXII. Istos versus esse genuinos, probare studuerunt *Morgensternius* et *Franckius*, de quorum tamen coniecturis nobis plane nihil est dicendum. Contra *Doeringum*, versuum laudatorum defensorem acerrimum, *Eichstadius* fere haec protulit:

ad a) „Quaestio prae reliquis omnibus de codicum singulorum origine ac familiis instituenda est, ne, quae non sunt nisi multae unius vocis imagines, pro totidem diversis vocibus numerentur."

Huc accedit, quod *Codex Gvelferbytanvs** optimus priores octo versus plane omittit, satiram particula *Nempe* feliciter incipiens. Ceterum *Doeringi* argumentatio: „Quod *Eichstadius* observat, veterum codicum fidem non ex eorum numero, sed ex cuiusque origine et familia metiendam aestimandamque esse, in hac re facile ei adsentimus; immo ponamus, in uno tantum codice octo illos versus repertos esse; iam unius codicis auctoritas ad probandam, quam de versuum illorum *αὐθεντίᾳ* tuli, sententiam sufficit," — plane nihil probat; nam ponamus, inquam, unum tantum codicem octo illos versus omisisse; iam unius codicis auctoritas ad contrarium (i. e. versus esse spurios) comprobandum sufficit.

ad b) „Singula verba Horatio quidem videntur digna, non vero totius periodi color, ordo atque contextus."

Quod si Cato Lucilii versus re vera emendasset, pariter imprudenter ac temere egisset; neque probabile est, illum senem sexagenarium poetae versibus emendandis insudavisse. Ceterum sponte apparet, istos versus languide procedere, neque formula: „*Vt redeam illuc,*" lectorem vel auditorem *illuc* reduci, quo eum revocare volebat.

ad c) Respondet quidem sententia in his vss. expressa satirae argumento, sed absens plane non desideratur ac sine ullo rei detrimento abesse potest. Cf. *Nitsch.* In Observ. ad Hor. Serm. I, 10. T. N. p. 569. qui istos versus „*pannum adsutum,*" i. e. *poetischen Flicklappen*, appellat.

ad d) „Miratur *Eichstadius*, istam de abrupto initio dubitationem mo-

---

* Cf. PRAEFATIO ad *Q. Horatii Flacci Carmina Lyrica*, pag. V. sub lit. b.

tam esse ab viro, qui, qua ratione solvi eam oporteret, et scivit et paulo post ipse declaravit.“

Quamvis in universum particula *Nempe* habere debeat, quo referatur, tamen causam nullus ego intelligo, cur Horatium, ab obtrectatoribus suis valde laesum, iisque irascentem, particula *Nempe*, ironice usurpata, orationem incepisse non statuam? Quum vero particula *Nempe* promiscue usurpari soleat pro: *scilicet*, i. e. *freilich, allerdings*, iam ex eo apparet, *Nempe* e ratione *εἰρωνικῶς* loquendi in sermonis initio Latine dici posse, ita quidem, ut nulla re, quae suppleri debeat, opus sit. Recte, cf. *Gesnerus* in Thesaur. Ling. Lat. sub voc. *Nempe*. Terent. Andr. V, 4, 47. — *Ramshornius* in Gramm. Lat. ed. nov. §. 187. — *Eichstadius* simile initium satirae tertiae apud Persium comparat, qua tamen comparatione ne opus quidem esse videtur. Interpretes particulam *Nempe*, primam huius satirae vocem, falso impugnasse, ex iis, quae supra diximus, recte colligi posse, putamus: quis tandem, quaeso, contra codicum vetustissimorum auctoritatem *Nempe* ab Horatio ipso profectum esse negabit?

Argum. *Ex huius satirae argumento facile intelligitur, obtrectatores haud paucos Horatium, qui supra in satira quarta Lucilium tanquam poetam non satis excultum (cuius versus admodum fluerent inconcinni) quamquam merito reprehenderat, tamen ob hanc de illo poeta (qui tum temporis in gratia multorum erat) latam sententiam, quacunque ratione adspersisse calumniis. Horatius vero, dum se contra istos calumniatores optime defendit, constanter manet in sua sententia: in Lucilii satiris laudanda ingenue laudat, merito reprehendenda recte vituperat, obtrectatorum iniurias salse deridet.*

Nempe incomposito dixi pede currere versus
Lucilî: quis tam Lucilî fautor inepte est,
Vt non hoc fateatur? At idem, quod sale multo

v. 2. *inepti est* msc. opt. ap. Torrent. Feam, Lips. 1, 2. — *inepte* (omisso *est*, superscr. *ineptus*) msc. Berol. *ineptus* coniect. Doer. (quae tamen et nomen et omen habet).

---

v. 1. *incomposito*, hinc supr. Serm. I, 4, 8.: *durus* (non *duros*, ut *Doer.* falso ad h. l. citat) *componere versus.* — v. 6. *Laberi mimos.* Macrob. Sat. II, 7.: *Laberium, asperae libertatis equitem Romanum, Caesar quingentis millibus invitavit, ut prodiret in scenam et ipse ageret mimos, quos scriptitabat. Sed potestas non solum, si invitet, sed etiam si supplicet, cogit; unde se et Laberius a Caesare coactum in prologo testa-*

ACR. [*Nempe*] aut non firmantis aut interrogantis, i. e. certe confiteor me dixisse, quod asperos et incompositos versus fecisset Lucilius. Respondet his, a quibus culpatus fuerat, quod Lucilii versus damnasset in satira: *Eupolis atque Cratinus*, et dicit se non poetam increpasse, sed versus. [*Inepte*] stulte; *inepte* favemus alicui, quando aperta vitia eius negamus. [*Vt non hoc fateatur*] quod asperior et incompositus est. [*At idem*] subiectio est, i. e. sed in multos principes civitatis multa venuste et iocose dixit in eodem opere et perseveravit in metaphora dicendo: *sale defricuit.* [*Quod sale multo*] venuste, facete. *Sale multo* ideo ait numero singulari, quod dicturus erat *perfricuit*, ut quasi vere sal faceret.

POR. [*Nempe incomposito*] respondet iis, a quibus inculpatus erat, quod Lucilii versus damnasset in ea satira, quam supra habuit, quae sic incipit: *Eupolis atque Cratinus Aristophanesque, poetae.* Nam dixerat ibi: *Durus componere versus.* Et: *Nam fuit hoc vitiosus.* Nunc autem dicit, non se poetam improbasse, sed versus eius, quos non suo vitio duros, sed seculi fecit. [*At idem, quod sale multo urbem defricuit*] salem

Vrbem defricuit, charta laudatur eadem.
Nec tamen hoc tribuens, dederim quoque cetera: nam sic
Et Laberî mimos, ut pulchra poemata, mirer.
Ergo non satis est, risu diducere rictum
Auditoris; et est quaedam tamen hic quoque virtus:
Est brevitate opus, ut currat sententia, neu se
Impediat verbis lassas onerantibus aures;
Et sermone opus est modo tristi, saepe iocoso,
Defendente vicem modo rhetoris atque poetae,

---

tur his versibus, quos ad hunc locum exhibuit *Wielandius.* — v. 9. *Est brevitate opus*, carpit Lucilium, cuius satirae nimis sunt verbosae, dum brevitatem prae reliquis laudat, cf. Serm. I, 4, 9-12. — v. 12. *defendere vicem*, tueri partes, nos: *eine Rolle durchführen.* Sic *partes actoris defendere* infr. in Epist. ad Pis. v. 194. — *urbanus*, vid. Serm. I, 4, 90. *parcit viribus*, gravius et acerbius dicendo temperat, *consulto* (vires) *extenuans*,

---

Nam *sales* pluraliter dicendi sunt, cum urbanitas significatur. [*Vrbem defricuit*] non urbem, sed principes urbis, *Mutium* et *Lupum*, et ceteros. [*Charta laudatur eadem*] in eodem poemate. [*Nec tamen hoc tribuens*] i. e. quamvis concedo facetias et venustatem Lucilio, tamen non ideo concedo ei omnia, quae debet habere poeta, quia iocose et satis urbane laceravit vitiosos homines. [*Nam sic Et Laberi mimos*] i. e. si dico Lucilium ideo bonum poetam esse, quod habet facetias, idem mihi dicendum est de Laberio, mimographo, nam et is habet facetias; sed multis caret, quae poeta debet habere, nam et mimorum ioca sic laudo, ut non cetera illis adsignem, quae perfecti sunt operis. Per hoc Lucilii opus Laberii mimis comparat. [*Risu diducere rictum*] aperire os et risum movere. *Rictus* incerti generis est, nam et *hic rictus* dicitur et *hoc rictum*, mensura oris. Et est auditorem movere ad risum. [*Est brevitate opus*] si vis opus perfectum facere, brevitate opus est, ut cito sententia finiatur. Sententia illa, quae risum movet, debet esse cita et manifesta. Aliter. Sensus: Non solum eo est opus, ut pauca copiose, sed ut breviter multa dicantur. Sic et Cato a Sallustio laudatur, quod multa paucis absolverit. Aliter. Sententia non debet esse prolixior, ne aures oneret auditoris et non intelligatur. [*Et sermone opus est modo tristi, saepe iocoso*] i. e. opus est sermone et qui modo iocos dicat, modo defendente vicem oratoris, modo poetae, modo urbani, parcentis viribus suis. Nam cum inducis loquentem rusticum, non debes loqui pro ingenio tuo, sed pro ingenio ru-

pro urbanitate posuit. Sed *sales* in hac significatione pluraliter solent dici, verum *defricuit* erat dicturus, necesse habuit, quasi vere id *sal* faceret, loqui, et ideo singulari numero dixit. Scimus autem Lucilium urbanis salibus multos Romanos carpsisse. [*Nam sic Et Laberi mimos ut pulchra poemata mirer*] negat Lucilii versus magnopere mirandos esse, quamvis iocis et amaritudine abundantes, [*tamen*] sint revera humiles et in verbis et in conceptionibus et in materia. [*Ergo non satis est risu diducere rictum Auditoris*] non satis est, inquit, tantummodo loqui, ut qui audiat, rideat, quamvis non negaverim, esse etiam in hoc nonnullam virtutem. [*Est brevitate opus*] brevitate orationis utendum esse ait, cum cito sententia finiatur, ne defatigetur auditor. Eloquentiae enim virtus non tantum in eo est, ut pauca copiose, sed etiam ut breviter multa dicat. Sic et M. Cato et Sallustius laudantur multa paucis absolvisse. [*Interdum urbani parcentis viribus*] qui aliquando parcit viribus, i. e. laborare non vult atque etiam si quid roboris in corpore habet, vult data opera delica-

Interdum urbani, parcentis viribus atque
Extenuantis eas consulto. Ridiculum acri
Fortius et melius magnas plerumque secat res.
Illi, scripta quibus comoedia prisca viris est,
Hoc stabant, hoc sunt imitandi, quos neque pulcher
Hermogenes unquam legit, neque simius iste,
Nil praeter Calvum et doctus cantare Catullum.

---

dicendi vim et gravitatem. — v. 14. *Ridiculum acri Fortius*, Macrob. Sat. II, 1. *ni longum esset, referrem, in quibus causis, cum nocentissimos reos tueretur* (Cicero), *victoriam iocis adeptus est.* — v. 15. *secat*, dirimit vel decidit, ut infr. Epist. I, 16, 42.: *Quo multae magnaeque secantur iudice lites.* — *plerumque*, saepe, infr. Serm. II, 5, 55. Epist. ad Pis. 14 et 95. — v. 16. *Illi, quibus — viris*, plane ut supr. Serm. I, 4, 2. — v. 17. *pulcher*, fortasse hîc idem exprimit, quod apud nos: *Stutzer.* — v. 18. *simius*, VOSSIVS hunc versum ita vertit: *oder das Aeflein, Welches den Calvus allein abtrillerte und den Catullus.* Iste homo *simius* dicitur de affectatione, qua alios imitabatur. Aliter Schol. Cruq. notat M. quendam Demetrium, quem *simium* nominat propter deformitatem et brevem staturam; erat autem *δραματοποιός*, h. e. modulator, histrio, actor fabularum. Sed vid. *Heind.* ad h. l. — v. 20. *At magnum,*

---

stici, qui tantum quantum poetae est. [*Interdum urbani parcentis viribus*] interdum urbani hominis sermone opus est, qui ut delicatus videatur, minus se ostendit facere quam possit, sed non qui in dicendo viribus parcat, sed qui aliis vires minores demonstret. Saepe urbanus rustico loquens, cum multo plura possit, parcit viribus in loquendo et *consulto*, i. e. sponte et dispensatorie extenuat vires suas quasi non copiosius cum eo agere valeat. [*Ridicul. acri Fortius*] iocus saepe plus movet hominem quam res acris. Plerumque, inquit, venuste et ridicule dicta plus mordent quam quae acriter et turbulenter prolata sunt. Item saepe ioculare maledictum gravius vulnerat quam res aspera, i. e. satira. [*Illi, scripta quibus comoedia*] i. e. antiqui comoediographi ideo placuerunt, quia temperabant fabulas suas iocoso et tristi et hi modo partes rhetoris sequebantur, modo poetae. [*Hoc stabant*] i. e. eo ipso placebant, quod ridicula eorum magis morderent quam si acria protulissent. [*Hermogenes unquam legit*] Hermogenes et Demetrius, quem iste simium appellat genere masculino, propter deformitatem et brevem staturam, ambo obtrectatores fuerunt Horatii. Erant autem musici modulatores. [*Simius*] Demetrium quendam poetam significat, qui fuit brevis staturae. Hic praeter Calvum et Catullum poetas alios non legerat, ad nullam rem doctus nisi Catulli et Calvi versus cantare et imitari, qui δραματοποιὸς erat, h. e.

tus videri. [*Ridiculum acri Fortius et melius*] interdum, inquit, venuste et ridicule dicta magis mordent, quam quae acri et turbulenta oratione prompta sunt. [*Illi, scripta quibus comoedia prisca viris est, Hoc stabant*] absolute, h. e. hac re. Et *stabant*, constabant ac valebant, significat. Eo autem pertinet *stabant*, quod dixerit: *Ridiculum acri Fortius ac melius magnas plerumque secat res.* [*Neque Simius iste*] adnotandum, cum vulgo receptum sit *simiam* tantum dici debere, *Simium* dixit. M. Demetrium autem, modulatorem, propter maciem ac parvitatem corporis, hoc nomine appellat. Hos autem duos, Hermogenem et Demetrium, negat antiquas comoedias legere, neque alios quam Lucii Calvi et Valerii Catulli versus modulari. Itaque fastidit eorum iudicium. Et infra ait: *Demetri, teque, Tigelli, Discipularum inter iubeo plorare cathedras.* [*At magn. fecit, quod verbis Graeca Latinis Miscuit*] castigat eos, qui mi-

»At magnum fecit, quod verbis Graeca Latinis
Miscuit.« — O seri studiorum! quine putetis
Difficile et mirum, Rhodio quod Pitholeonti
Contigit? — »At sermo lingua concinnus utraque
Suavior, ut Chio nota si commixta Falerni est.« —
Quum versus facias, te ipsum percontor, an et quum

v. 24. *Suavior, ut Chio — est. Cum v. facias, te ipsum.* Sic vulgo. *Suavior (ut Chio — est) Cum v. facias. Te ipsum.* Sic dist. Cun. San. Franc. Sivr. Azar. Fea, Camp. — *et Chio* msc. Iaeck. 1.

---

obiectio eius, qui defendit Lucilium. Schol. Cruq. — v. 21. *O seri studiorum*, ὀψιμαθεῖς, qui sero studiis vacare coepistis. Castigat eos, qui propterea mirantur Lucilium, quod inseruerit verba Graeca Latino carmini, quasi non quivis alius possit hoc facere, cum Pitholeon Rhodius, ineptus aliquis poeta, in suis epigrammatis etiam Latinis Graeca immiscuerit. — *quine putetis*, i. e. si solveris hoc brevius dictum, *o seri studiorum, putatisne*, et, *o seri studiorum, qui putetis.* Exempla de hoc loquendi usu vide apud *Heind.* — v. 24. *nota*, cf. supr. ad Carm. Lib. II, 3, 8. (*non* 38, ut *Doer.* falso cit.) — v. 25. *Quum versus facias — bilinguis.* Hunc locum intpp. ad unum fere omnes varie interpretati sunt; nonnulli emendatione qualicunque sensui succurrere tentant, alii alia ratione

---

amatorias cantiones scripserat. [*O seri studiorum*] ὀψιμαθεῖς, qui sero studiis vacare coepistis, qui seri estis ad studia admissi. Castigat eos, qui mirantur Lucilium, quod Latinis Graeca miscuerit. [*Quine*] quasi curne aut vacat *ne*, ut *qui* pronomen sit, i. e. putatisne eum aliquid magnum fecisse, quod scripsit sicut Pitholeon abiectus poeta? Nam dicitur Pitholeon epigrammata ridicule scripsisse, in quibus Graeca verba mixta erant cum latinis. Aliter. Pitholeon Rhodius huiusmodi fecit epigrammata, ut Latinis Graeca coniungeret; quod adeo est difficile et ideo non dignum miraculo, etenim infirmitatis putatur, non compleri latinis, quae latinis sunt coepta. [*Concinnus*] compositus, coniunctus. [*Vt Chio nota si commixta Falerni est*] genera vini optimi, vini Chii et Falerni. *Chium* enim dulce est, *Falernum* austerum. Ergo mixtum iucundum fit. Vel subiectio est, i. e. sed suavis fit sermo coniunctus ex Latino et Graeco, quemadmodum si miscueris Falernum vinum cum Chio. Sed comparatio haec non congruit. Nam vinum Chium mixtum cum Falerno facit suavitatem, quia Chium dulce est, Falernum austerius. Graeca vero cum Latinis mixta dissimilitudine naturae carent suavitate. *Nota* autem ideo quod aut vina notantur in lagenis aut consules. [*Te ipsum percontor*] a simili argumentum facit. Te, inquit, qui Lucilium defendis, consulo, utrum tunc tantum Latinis Graeca permisces, cum versus facias aut quando causam durissimam Petilii de furto Capitolino adversus Pedium Publicolam sive adversus Messalam Corvinum peroras? Ita autem hi a Graecis abhorruerunt, ut Messala

rantur Lucilium, quod inseruit verba Graeca carmini Latino, cum id facere quisque possit. Sicut Pitholeon Rhodius, qui huiusmodi epigrammata effutivit magis, quam scripsit. Etenim infirmitatis putat esse orationem Latinam verbis Graecis fulcire. [*O seri studiorum*] ἔκλειψις, deest: qui vultis docti videri. [*Quine putatis*] *ne* adiectum, ut *egone;* abundat *ne* syllaba. Est sensus: *O seri studiorum*, qui putatis difficile esse, quod Rhodio Pitholeonti contigit. Hic autem perquam ridicule Graeca Latinis admiscuit. [*Vt Chio nota si commixta Falerni est*] dulce austeris, vino Falerno Chium mixtum suavem saporem facit, non tamen intelligi vult verba Graeca ac Latina mixta eadem ratione concinnam reddere orationem.

Dura tibi peragenda rei sit causa Petilli?
Scilicet oblitus patriaeque patrisque Latini,
Quum Pedius causas exsudet Poplicola atque
Corvinus, patriis intermiscere petita

v. 27. *oblitos* coni. Bentl. recep. Heind. Doer. — *oblitus* mss. et edd. vulgo. *Latini* mss. plrq. ap. Bersm. et Pott. ap. Torr. omnes. Gesn. 1. Dorvill. 1, 2. Berol. Lips. 1, 2, 3. Edd. ante Lamb. quas vidit Kirchn., omnes. Muret. Fabr. Steph. Bas. 1580. Chab. Burm. Bond. Despr. Dacer. D. Heins. Bentl. (qui def.) Gesn. Phil. Oberl. Comb. Wakef. Azar. Wetz. Heind. — *Latine* mss. Lamb. et quos laudat Kirchn. ad h. l. Edd. Lamb. Cruq. Torr. Bersm. Talb. Baxt. Cun. San. Batt. Val. Fea; (qui def.) Iahn. Camp.

---

manus aegro admovent, sed unusquique verum se vidisse putat, quod sane haud mireris. Longum esset, hic omnia referre, quae de hunc locum interpretandi ratione in medium prolata sunt, quaeque modo magis modo minus feliciter de eadem disputarunt VV. DD. Quod quidem nos adtinet, non tam audaces sumus, ut locum corrigamus. Quid tandem, quaeris? Respondeo: Sensum horum verborum haud aliter intelligere possum, quam *Mitscherlichius* eum intellexit in Racem. Ven. Fasc. II. Id quidem, qua fide par est, affirmare possum, me fere eadem, quae apud *Mitsch.* leguntur, scripturum fuisse, si ille de hoc loco haud prius scripsisset, quam haec Horatii editio ab nobis parari coepta est. Nunc vero rectius facere nobis videmur, si *Mitscherlichii* ipsissima verba hic repetenda censemus, quam si propria narrare velimus, nam permagna Viri Clarissimi est auctoritas. „Ostensurus (Horatius), quam absurdum sit, hoc in laude haberi, quod reprehendi debeat, inductione quadam utitur poeta, dum ineptum Lucilii fautorem percontatur, an etiam causarum actori talis bilinguis sermo laudi ducendus sit? quod quam insulsum sit statuere, statim apparet. Itaque quaerit poeta, an etiam in foro, quum dura aliqua causa, in qua quam maxime conniti deceat, ut iudicem adtentum et benevolum nobis paremus, an etiam tum malit Graeca immiscere, interiectis causis, cur id absurde fiat, partim ab origine eius Latina, quae eum Latine loqui iubeat, [*oblitus patriaeque patrisque Latini*] partim ab exemplo summorum oratorum, [*cum Pedius causas exsudet Poplicola atque Corvinus*]

---

primus *Funambuli* nomen intulerit et post eum Terentius: *Funambuli eodem accessit exspectatio.* Aliter. Quomodo suavis est sermo Graecus coniunctus Latino? cum versum facis, tum etiam, cum reum defendis Petilium? *Petilium* hunc dixit superius coronam rapuisse de Capitolio, qui quamvis absolutus est, tamen duram causam habuit; nam ab Augusto absolutus est. *Petili* autem genitivus est. Pedius Publicola et Messala Corvinus oratores fuerunt, qui observaverunt, ne Graecis sermonibus uterentur. Erant autem fratres causidici optimi. [*Exsudet*] cum sudore agat, omni studio, omni instantia. [*Patriis intermiscere*] Ordo: *Te ipsum percontor,*

[*An et cum Dura tibi peragenda rei sit causa Petilli*] maligue Petillium Capitolinum duram causam habere dixit, quamvis absolutus sit. Hunc autem et supra retulimus reum fuisse furtorum Capitolii, cuius custos fuerat. [*Cum versus facias, te ipsum percontor*] eum, qui versus Lucilianos laudaverat, quod Graeca Latinis admixta habeant, reprehendens, interrogat: utrum hoc ipse tunc tantum facturus sit, cum poema scribat an etiam, cum reum defendat? [*Cum Pedius causas*] Publicola et Messala adeo curasse dicuntur, ne Graeca Latinis verbis immiscerent, ut Messala primus *funambulum* dixerit σχοινοβάτην. Post hunc Terentius dixit: *Funambuli eodem accessit exspectatio.* [*Vetuit me tali voce Quirinus*] eleganter a Quirino se prohibitum ait Graeca Latinae linguae admiscere,

Verba foris malis, Canusini more bilinguis!
Atque ego quum Graecos facerem, natus mare citra,
Versiculos, vetuit me tali voce Quirinus,
Post mediam noctem visus, quum somnia vera:
»In silvam non ligna feras insanius, ac si

v. 25—30. *Cum versus facias, te ipsum percontor, an et cum Dura tibi peragenda rei sit caussa Petilli? Scilicet oblitos patriaeque patrisque Latini, Cum Pedius caussas exsudet Poplicola atque Corvinus, patriis intermiscere petita Verba foris malis, Canusini more bilinguis!* Sic totum hunc locum in sua edit. exhib. Kirchn. — *exsudat* mss. Bentl. 6, 8. Feae 3, a. Ed. Zar. — *Poplicola* edd. Mur. Venet. 1559. Lamb. Pulm. Cruqu. Steph. Bas. 1580. Bersm. Bond. Torr. D. Heins. Dacer. Burm. Bentl. Cun. San. Phil. Azar. Fea, Heind. Camp. Iahn. — *Poblicola* ed. Fabr. — *Publicola* mss. Pulm et Bersm. omnes. Vid. Kirchn. ad h. l.— 31. *Atque ego.* Quatuor mss. ap. Bersm. Berol. Lips. 1, 2. Edd. ante Lamb. fere omnes, et Fabr. Steph. Bas. 1580. Chab. Torr. D. Heins. Dacer. Bond. Baxt. Gesn. Phil. Camp. Iahn. Kirchn. — *Atqui ego* mss. Bentl. 2, 15. Comb. Feae. Edd. Lamb. Gryph. 1566. Cruq. Bersm. Burm. Bentl. Cun. San. Val. Wakef. Azar. Wetz. Fea, Heind. Doer.

---

qui quam maxime illud caverint, petitis." — v. 30. *Canusini more bilinguis*, Canusium, oppidum in Appulia, conditum a Diomede, a quo Canusini Graecam linguam acceperunt, quare dicebantur *bilingues*, quia utebantur Graeco et Latino sermone, unde totus eius regionis tractus olim magna Graecia dicta est. Schol. Cruq. — *causas exsudet*, cum sudore agat, h. e. Latine pronuntiet magno studio et constantia. Schol. Cruq. Cf. Liv. V, 5.: *Relinquendae haec censetis, ut ad aestatem rursus novus de integro his instituendis exsudetur labor?* IV, 13.: *certamine, quod ingens exsudandum esset.* — v. 31 — 45. *iugulat*, homo ineptus ineptiis suis alterum *iugulare, occidere, enecare* dicitur, ut iam supra vidimus. — *turgidus Alpinus*, rivalem quemdam poetam Gallum tangit, qui dum pugnam describit inter Achillem et Memnonem, ita hoc facit, ut iterum videatur Memnona iugulare suis carminibus. Schol. Cruq. qui *rivalem* loco *Vivalium* scripsit; sed multo rectius hoc nomen correxit *Bentleius: Bibaculum*, ita ut *Furius Bibaculus* hic dictus sit, de quo cf. Serm. II,

---

an patriis intermiscere. [*Canusini more bilinguis*] *Canusini* enim cum sint Latinae gentes, a Diomede Graecitatis partem traxerunt et per istius regionis tractum Graeca lingua in usu fuit; unde ea pars Italiae Graecia magna dicta est. Aut quia *Canusium* oppidum constat ex Graecis et Latinis, quidam istum Pitholeontem Canusinum fuisse dicunt aut pro quocunque Canusino dixit. Aliter. De Pitholeonte dicit, nam et iste de Canusio fuit. Dicit autem *bilinguem*, quia et Graeci et Latini apud Canusium habitabant et utuntur utroque sermone. [*Cum Graecos facerem*] cum facere vellem, ut: *Cum canerem reges et praelia.* [*Natus mare citra*] in mediterranea regione et a Graecia longe positus. [*Post mediam noctem*] tunc enim digestior animus vera somniat, quando iam pituitis caremus. Vnde *vetuit*, non *vetavit*, quamquam hoc etiam possumus dicere. [*In silvam ne ligna feras*] ac per hoc inter Graecos auctores, qui plurimi

quoniam utique Romulus ut nominis, ita etiam linguae Romanae auctor videtur esse. Ferunt post mediam noctem somnia veriora esse, quia tunc iam mens et cibo et potu purior est. [*Canusini more bilinguis*] *bilinguis* dicitur, quoniam utraque lingua Canusini usi sunt, sicut per omnem illum tractum Italiae, quem ex maiori parte Graeci incoluerant. Ex quo magna Graecia nomen accepit. Ideo ergo †Brunius Brichacae (†*sic*) bilingui

Magnas Graecorum malis implere catervas.«
Turgidus Alpinus iugulat dum Memnona, dumque
Defingit Rheni luteum caput; haec ego ludo,
Quae neque in aede sonent certantia, iudice Tarpa,
Nec redeant iterum atque iterum spectanda theatris.

v. 37. *Defingit* mss. ap. Lamb. plrq. tres mss. ap. Bersm. ap. Torr. alq. mss. meliores ap. Bentl. quatuordecim ap. Val. Edd. tum vett. cum recentt. praestantioris notae, quas singulas commemorat Kirchn. qui recep. *Defingit.* — *Diffingit* mss. ap. Lamb. alq. un. ap. Bersm. duo ap. Torr. ap. Bentl. alq. — 38. *Quae neque in* praeter multos alios ed. Bentl. (qui revoc.) Cun. San. Val. Fea, Heind. Iahn. Kirchn. — *Quae nec* edd. Ald. I. III. Bas. 1527. 1580. Glar. Mur. Xyl. Lamb. Cruq. Fabr. Steph. Chab. Bersm. Bond. Torr. D. Heins. Dacer. Burm. Baxt. Gesn. Phil. Wakef. Azar. Wetz. Doer. Camp.

5, 41. — *Defingit*, describit, ita tamen, ut *descriptioni* insit simul notio *fictionis.* Doer. — *iudice Tarpa*, Metius (sive potius *Maecius*, vid. Bentl. ad Epist. ad Pis. v. 387.) Tarpa fuit iudex criticus, auditor adsiduus poematum et poetarum in aede Apollinis seu Musarum, quo convenire poetae solebant suaque scripta recitare, quae nisi a (quae tamen praepositio in Edit. Doer. falso omissa est) Tarpa aut alio critico probarentur, in scenam non deferebantur. — *Arguta*, callida, vid. Epist. I, 14, 42. —

---

sunt, velis misceri. [*Turgidus Alpinus iugulat dum Memnona*] Alpinus hinc Memnonis bella descripsit et quia male, ideo ait *iugulat*, quasi malis carminibus ipsum Memnona necat. Vel Vivalium quendam poetam Gallum tangit. *Iugulat* ergo dixit aut nos audientes descriptionem. Rheni et Memnonis aut ipsum Memnona occidit describendo et facit eum fortem pene sordidum ac lutulentum ita describens. [*Diffingit*] male format, i. e. describit. [*Luteum Rheni caput*] non quia *luteum caput* habet Rhenus, sed quod luteum facit ipse describendo male. *Luteum* et ad naturam fluminis retulit, quoniam semper turbidum est, et ad vitium poetae. [*Hoc ego ludo*] *ludo* ait, quoniam verecunde poetae versus suos lusus appellant. [*Quae nec in aede sonent*] in museo, in Athenaeo, i. e. ea scribo, quae neque recitentur in Athenaeo neque sunt agenda in theatro. [*Certantia, iudice Tarpa*] quasi ad certaminis provocationem venientia Tarpa quidam criticus illis temporibus fuit et magister ludi et auditor adsiduus poetarum, qui versus eorum pueris traderet decantandos. Veteres autem ludimagistri in aedibus sacris docebant, quorum maximus Tarpa erat. *Iudice* ergo ait eo, quod pueri versus sonantes sub eo iudice essent. Vel in aede Musarum ait, quo solebant poetae venire et dicta sua multis audientibus recitare, captantes laudem ex versibus et ideo Tarpam iudicem voluit vel quod Tarpa probare consuevisset, quae ad scenam deferenda essent. Per hoc illud ait: Dicta mea alienum iudicium non exspectant,

dixerunt. [*Turgidus Alpinus*] Cornelius Alpinus Memnona hexametris versibus nimirum descripsit et belle *iugulat Memnona* διαλογῶς ait. Nam sub ea specie, quasi dicat, dum describit, quemadmodum iuguletur, intelligi vult ab ipso potius iugulari, dum male scripsit. [*Dumq. Defingit Rheni luteum caput*] et hoc διαλογῶς. Nam in describendo Rheno, qui recte *luteus*, quod et turbidis semper aquis et limosis ripis sit, quasi ab ipso poeta luteum fieri mala descriptione ostendit. *Defingit* autem figurat ac per hoc ‚describit' significat. [*Haec ego ludo*] supra dictos inverecundos poetas versus suos facere ait, sed id genus carminis scribere, quod Metii Tarpae arbitrio non subiiciatur. Nam ii fere, qui scenas scribebant, ad Tarpam hunc, quasi emendatorem, eas afferebant. [*Quae nec in aede*

Arguta meretrice potes Davoque Chremeta
Eludente senem comis, garrire libellos,
Vnus vivorum, *Fundani: Pollio* regum
Facta canit, pede ter percusso: forte epos acer,
Vt nemo, *Varius* ducit: molle atque facetum
Virgilio adnuerunt gaudentes rure Camenae.
Hoc erat, experto frustra Varrone Atacino

v. 41. *senem comis, garrire* sic dist. Kirchn. — *senem, comis garrire* vulgo. — *senem comis garrire* (nulla dist.) edd. vett. Mediol. 1477. 86. 1508. 12. Ven. 1478. 79. 83. 86. 94. 95. 98. Heind. Iahn. — 44. *Varus* mss. Pulm. 4, 6. msc. un. ap. Bersm. msc. Berol. Lips. 3. Mentel. — *Varius ducit: molle* msc. Pulm. Talb. Lips. 1, 2. Edd. vulgo. — *Varius dicit* msc. un. ap. Bersm. Comb. Feam, Dorvill. 1. Lips. 1 a m. s.

Eludente, illudendo emungente. Terent. Phorm. V, 7, 2.: *summa eludendi occasio 'st mi nunc senes, Et Phaedriae curam adimere argentariam.* — *garrire*, nugari, propter personarum humilitatem, quae in comoedia loquuntur. Schol. Cruq. — De *Pollione* pariter ac de reliquis personis Horatianis vide nos in INDICE. — Pro *ducit* Doer. scribere malit *dicit*, quod ferri omnino potest. — *facetum*, vid. Quintil. VI, 3, 20. *Facetum* quoque non tantum circa ridicula opinor consistere. Neque enim diceret Horatius *facetum carminis genus natura concessum esse Virgilio.* Decoris hanc magis et excultae cuiusdam elegantiae appellationem puto. Ideoque in epistolis Cicero haec Bruti refert verba: *Nae illi sunt pedes faceti ac deliciis ingredienti molles.* Quod convenit cum illo Horatiano: *molle atque facetum Virgilio.* — v. 46. *Hoc erat*, hoc scribendi genus satiricum erat, in quo ego melius Varrone Atacino et qui-

---

nec Comoedias scribo, quae saepius spectatae apud populum vilescant, sed mihi satisfacio. [*Arguta*] callida. [*Comis*] suavis. [*Garrire*] scribere, nugari, ut de se ait. [*Haec ego ludo Vnus vivorum, Fundani*] inter omnes vivos tu bene scribis comoediam. Ostendere illis temporibus optimum Comoediographum fuisse Fundanium. [*Pollio regum Facta canit*] Pollio tragoediam scripsit trimetro, quia trimetri dicuntur tragoediarum versus esse. [*Pede ter percusso*] i. e. trimetro iambico, quoniam tres caesuras habet. Epos dictum, quod unum versum componit. Epodos, quod unum versum maiorem habet, alterum minorem. Forte *epos* autem, i. e. magno impetu expressos versus. [*Vt nemo, Varius ducit*] i. e. nemo, ut Varius, graviter canit. [*Molle atq. facetum Virgilio adnuerant*] molle ac facetum Virgilio adnuerant rure Camenae, i. e. Virgilio concesserunt Musae Georgica scribere. Adnuerunt Musae, nam nihil ioculariter in Georgicis scripsit. Apparet illo tempore Virgilium adhuc tantum *Bucolica* et *Georgica* scripta habuisse. [*Hoc erat, experto frustra Varrone*

sonent] in aede Musarum, ubi poetae carmina sua recitabant. [*Arguta meretrice*] solum illis temporibus Fundanium dicit comoedias bene scribere et Pollionem Tragoediam, quae trimetris versibus fere texitur. Epicum autem carmen validissime Varium, molle autem et elegans Virgilium. Sed apparet, cum hoc Horatius scriberet, sola adhuc *Bucolica* et *Georgica* Virgilii in notitia fuisse. [*Hoc erat experto frustra*] quoniam alii carminum genera consummate scriberent, quorum mentionem habuit. Sermonem autem frustra tentasse Terentium Varronem Narbonensem, qui *Atacinus* ab *Atace* fluvio dictus est. Item Ennium, qui quatuor libros satirarum reliquit ac Pacuvium huic generi versificationis non suffecisse. Ait enim, ut aliis maior sit, sic Lucillo minor, quem inventorem huius car-

Atque quibusdam aliis, melius quod scribere possem,
Inventore minor; neque ego illi detrahere ausim
Haerentem capiti multa cum laude coronam.
At dixi fluere hunc lutulentum, saepe ferentem
Plura quidem tollenda relinquendis. — Age, quaeso,
Tu nihil in magno doctus reprehendis Homero?
Nil comis tragici mutat Lucilius Atti?
Non ridet versus Ennî gravitate minores?
Quum de se loquitur, non ut maiore reprênsis?
Quid vetat et nosmet Lucilî scripta legentes

v. 52. *Tun' nihil* coni. Bothius. — *reprehendis* tres mss. ap. Bersm. Oberl. Lips. 1, 2, 3. Edd. Mediol. Venett. Ald. III. Bentl. Franc. Sivr. Fea, Iahn. — *reprendis* edd. Bas. 1527. 80. Glar. Mur. Lamb. Cruq. Fabr. Steph. Chab. Bersm. Torr. D. Heins. Dacer. etc. Heind. Doer. — *reprehendis* cum Kirchnero in textum recepi. — Pro var. lect. nonn. legunt: *deprehendis*, aliique: *deprendis*. — 53. *Atti.* Edd. Lamb. Cruq. Steph. Chab. Torr. Burm. Dacer. Val. Heind. Kirchn. — *Acti* msc. unus ap. Bersm. Lips. 3. Ed. Baxt. — *Acci* mss. ap. Pulm. omnes. Dorvill. 1, 2. Berol. Mentel. Lips. 1, 2. Edd. ante Lamb. omnes et Fabr. Bas. 1580. Bersm. Bond. D. Heins. Bentl. Baxt. Cun. San. Gesn. Phil. Wakef. Azar. Wetz. Fea, Camp. Iahn. Doer.

busdam aliis versari possem. — v. 48. *Inventore minor*, sc. Lucilio quatenus satirae auctore. — v. 50. *At dixi fluere hunc lutulentum, saepe ferentem*, cf. Serm. I, 4, 11. et Epist. II, 2, 113. — v. 53. *Nil comis* (*urbanus* v. 65.) *mutat Luc. Atti?* numquid Lucilius ipse mutat, i. e. emendat, reprehendit, corrigit, vituperat aliquid in Attio Tragoediographo? — v. 56. Si licuit Lucilio Attium et Ennium reprehendere: quid vetat, quo minus et nos Lucilii scripta examinemus videamusque, num vel sua culpa vel earum rerum, quas tractavit, vitio non sit adsecutus com.

Atacino] ordo ex inferioribus: *Hoc erat, quod ego melius possem scribere*, i. e. Satiram, quam Varro Atacinus et alii multi, qui conati sunt scribere. Varro quidem tentavit satiram scribere et scripsit, et ideo non edidit. [*Neque ego illi detrahere ausim*] rursum Lucilium sibi praefert, quia ille inventor fuit. [*At dixi*] dixi quidem lutulentum fluere, sed habere multa laudanda. [*Plura quidem tollenda relinquendis*] quae plura essent quam ea, quae relinquerentur. [*Nil comis*] i. e. elegans ipse Lucilius nonne vituperat quaedam in Accio et deridet Ennium, quasi non habentem gravitatem? sed ita, ut eos sese fateatur meliores esse. [*Acci*] hic apud Latinos primus tragoediam scripsit. [*Cum de se loquitur*] i. e. quando de se loquitur, non sic dicit quasi melior sit illis poetis, quos ipse

minis merito dixit, quia primus Lucilius satirica carmina scripsit. [*At dixi fluere hunc lutulentum*] supra dixerat: *Saepe ducentos, Vt magnum, versus dictabat, stans pede in uno, Cum flueret lutulentus.* [*Plura quidem tollenda relinquendis*] age, quaeso, tragici Accii nil mutat Lucilius et hoc interrogativa figura cum ironia quadam pronunciandum, quia ex contrario intelligendum. *Comis* autem Lucilius propter urbanitatem dicitur, et *mutat* pro eo, quod emendat, positum est. Facit autem Lucilius cum alias, tum vel in tertio libro et nono et decimo. [*Non ridet versus Ennî gravitate minores*] eadem, qua supra, figura et hoc dicitur. Sensus autem est: Non ergo etiam Ennî versus ridet quasi minores, tanquam dignitatem eius possit adsequi. [*Cum de se loquitur*] h. e. cum ita sua

Quaerere, num illius, num rerum dura negarit
Versiculos natura magis factos et euntes
Mollius, ac si quis, pedibus quid claudere senis,
Hoc tantum contentus, amet scripsisse ducentos
Ante cibum versus, totidem coenatus? Etrusci
Quale fuit Cassî rapido ferventius amni
Ingenium, capsis quem fama est esse librisque
Ambustum propriis. Fuerit Lucilius, inquam,
Comis et urbanus, fuerit limatior idem,
Quam rudis et Graecis intacti carminis auctor,

v. 59. *an, at, ac* (pro var. lect. in codd. mss. reperitur) *si quis*, de qua lectionis varietate vide Kirchnerum, si tibi placuerit, ad h. l.

positum et politum scribendi genus? LAMB. — *rerum dura natura*, rerum scribendarum difficilior materies sive argumentum non sine intentiore et molestiore studio tractandum. Doer. — *factos*, cf. Cic. de Orat. III, 48.: *oratio polita atque facta quodammodo.* — v. 63. *capsis quem fama* etc. ad ingentem librorum, quos Cassius scripserit, copiam designandam eius rogo exstruendo ligni loco ipsius libri librorumque receptacula adhibita esse dicuntur. Doer. — v. 66. Schol. Cruq. Sensus est: sit Lucilius limatior quam rudis auctor carminis et intacti Graecis, i. e. non usitati et usurpati a Graecis scriptoribus; nam Lucilius primus invenit satiram. — *fuerit limatior idem Quam rudis* etc. ordo verborum talis est: *fuerit idem Lucilius auctor carminis satirici intacti Graecis, limatior quam rudis* etc. ita ut *quam* medium locum teneat inter comparativum et positivum eiusdem casus, non satis usitata structura; verum ut auctores, extra invidiam collocati, consulto saepe negligunt superstitiosos grammaticos, ita nihil opus est ornatioris dictionis gratia, obscurius et perturbatius interpretari sententiam, quam clarius et commodius. Quin ad hanc

reprehendit. [*Quid vetat*] ut ego legam Lucilium? quaeram, utrum natura sua negarit ei compositos versus facere an natura rerum, de quibus scripsit? Aliter. Quid prohibet quaerere, utrum ingenio an natura duriores fecerit versus an operis necessitate. [*Dura*] operis satirici dispositio. [*Euntes*] mire. Quia pedibus currunt, *Euntes* dicuntur, quasi leniter fluant, qui non sunt asperi. [*At si quis pedibus*] si quis invenitur, qui contentus est qualescunque versus facere, dummodo plures faciat, concedo politum esse Lucilium, qui asper fuit. [*Hetrusci*] Parmensis, quia de Parma erat, civitate Hetruriae. [*Rapido ferventius amni*] Cassium malum poetam rapido amni, qui multa purgamenta secum trahit, comparat, qui multos in parvo momento scripserat nullius utilitatis, ideo post mortem decrevit senatus, ut libri cum corpore incenderentur. [*Limatior*] politior, emendatior, i. e. quamvis Graeca carmina Lucilius Latinis primus admiscuerit, quod superius reprehendit. [*Graecis intacti carminis*] quia

ostentat et scripta Enniana reprehendit, ut non tamen Ennio se praeponat, per quem vult intelligi Horatius, et sese ita Lucilii versus reprehendisse, ut non tamen ei se anteponat. [*Num illius*] sensus est: Num illius natura aut numquid magis rerum earum, quas scripsit, difficultas negarit ei versus molliores. [*Hetrusci Quale fuit Cassii*] Cassium Hetruscum Parmensem dicit, cuius tragoedia ‚*Thyestes*‘ exstat. [*Capsis quem fama est esse librisq. Ambustum*] aspere, quod tam verbose aut tam multa scripserit, ut cum non viderentur legi digna, illis ipsis exustus sit. [*Et Graecis intacti carminis auctor*] hoc ideo dictum, quia nulli Graeco-

Quamque poetarum seniorum turba: sed ille,
Si foret hoc nostrum fato delatus in aevum,
Detereret sibi multa; recideret omne, quod ultra
Perfectum traheretur, et in versu faciendo
Saepe caput scaberet, vivos et roderet ungues.
 Saepe stilum vertas, iterum quae digna legi sint,
Scripturus: neque, te ut miretur turba, labores,
Contentus paucis lectoribus. An tua demens
Vilibus in ludis dictari carmina malis?

v. 68. *dilatus* cum longe plurimis recepit Kirchn. — *delatus*, Fea, (qui def.) Iahn. Doer. — 72. *iterum quae digna* Bentl. Cun. San. Heind. Iahn. Camp. — *iterum, quae digna* praeter nonn. vett. Wetz. Fea, Doer.

---

quoque loquendi formam Columella lib. ult. sic scribit: *idcirco reddit timidiorem quam virilem pluribus.* Cruq. — Lambinus hunc locum ita explicat: Demus (inquit Horatius) Lucilium limatiorem fuisse, quam auctorem satirae Graecis intactae esse videmus, quod idem fere valet ac si dicat, demus, Lucilium fuisse limatiorem quam ipse sit. — Bothius, adnotat Iahn. in sua edit. ad h. l., hunc versum recte cum Heindorfio interpretatus esse videtur: ‚Do, Lucilium esse limatiorem, quam facile sit aliquis auctor carminis rudis et Graecis intacti.' Sed vs. 66. de Ennio intelligit *Manso* et Doer. q. vid. ad h. l. — [Lector eruditus ipse inter haec verum dispiciat]. — v. 71. *vivos et roderet*, ad vivum roderet. — v. 72. *stilum vertas*, natum hoc loquendi genus a veterum consuetudine, qui stilo inverso, i. e. superiore stili parte, quae erat obtusior, id, quod acumine s. acie stili exaratum erat in tabulis ceratis, delebant et ceram rursum complanabant. Huc pertinet ille locus Epist. II, 1, 166 sqq. et Epist. ad Pis. v. 289 sqq. — v. 75. *dictari*, a ludi magistris recitari et a pueris edisci. — *in ludis*, cf. Epist. I, 20, 17. — *Arbuscula*, cf. Cicer. ad Att.

---

primus satiram Graecis intactam versibus hexametris scripsit, etiam Graecis auctor huius operis est. Antea enim soli comici mores suorum carpebant apud Graecos. Quia dicuntur Graeci satiram non puram scripsisse. [*Auctor*] satirae. Graeci non scripserunt satiram integram, h. e. heroico carmine, sed miscuerunt cum comoediis. [*Si foret hoc nostrum*] si hoc tempore natus fuisset Lucilius, multa sibi detraheret, multa adderet, ut aptaret se auribus audientium, quia modo student homines versuum lenitati, per hoc ait illum incuriose scripsisse. [*Detereret*] detraheret. [*Recideret omne*] i. e. amputaret omne, quod abundaret. [*Saepe caput scaberet*] ut eos versus faceret, quos putaret legentibus placere. [*Vivos et roderet ungues*] fricaret quaerendo, quod bene diceretur. Saepe enim hoc faciunt, qui volunt invenire, quae placeant. Persius: *Nec pluteum caedit, nec demorsos sapit ungues.* [*Saepe stilum hoc* (sic) *vertas*] ut deleas et emendes. Si vis scribere ea, quae mereantur legi, saepe stilum, fac, vertas, ut adhibeas lituram male scriptis. [*Neque, te ut miretur turba, labores*] noli laborare, ut placeas multis, sed paucis et doctis esto contentus, quasi melioribus. [*Vilibus in ludis*] ut etiam librarii dictent car-

rum hexametris versibus hoc genus operis scripserunt. [*Saepe caput scaberet, vivos ac roderet ungues*] hic Persius illud scripsit: *Non pluteum caedit, nec demorsos sapit ungues.* Non cessat Lucilium tangere, quasi incuriose scripserit. [*Vilibus in ludis dictari carmina malis*] *ludos* literarios dicit, in quibus carmina vulgata pueris adhuc rudibus dictari

Non ego; nam »*satis est equitem mihi plaudere*« ut audax,
Contemptis aliis, explosa Arbuscula dixit.
Men' moveat cimex Pantilius aut cruciet, quod
Vellicet absentem Demetrius aut quod ineptus
Fannius Hermogenis laedat conviva Tigelli?
Plotius et Varius, Maecenas Virgiliusque,
Valgius et probet haec Octavius optimus atque
Fuscus, et haec utinam Viscorum laudet uterque!
Ambitione relegata, te dicere possum,
Pollio, te, Messala, tuo cum fratre, simulque

v. 78. *Men' moveat cimex Pantilius? aut cruciet.* Sic vulgo distinguunt. *Men' moveat, cimex Pantilius; aut cruciet* sic dist. Bentl. seq. Wetz. — Pro *cruciet* legitur ap. Lamb. *crucier*, haud incommode. — 82. *Octavius, optimus atque* sic dist. Bentl. (quem vid. ad Serm. I, 5, 27.) seq. San. Val. Sivr. Wetz. — *Octavius optimus, atque* sic vulgo distinguunt. — *Oct. optimus atque* (nulla dist.) edd. Mediol. 1477. 86. Ven. 1478. 79. 83. 86. Lamb. Heind. Iahn. — 85. *Messala*, vid. ad Serm. I, 6, 42. ubi eadem lectionis varietas legitur.

IV, 15. *quaeris nunc de Arbuscula: valde placuit; ludi magnifici et grati.* — v. 78. *Pantilius* a *cimice* male olente et dormientes praecipue vexante atque mordente (ὁ πᾶν τίλλων) ut homo detestabilis designatur. — De personis hic laudatis vid. Index. — De *Vario* cf. Carm. Lib. I, 6, 1. Serm. I, 9, 23. de *Valgio* cf. Carm. Lib. II, 9, 5. — *Octavius*, de quo Horatii amico et viro docto aliunde plane nihil constat. Ceterum quisque facile intelliget, de *Octaviano* imperatore sermonem hic esse non posse. — De *Aristio Fusco* cf. Carm. Lib. I, 22, 4. — v. 84. *Ambitione relegata*, repudiata adsentatione; tangit eos, qui parcebant vitiosis carmini-

---

mina tua. [*Non ego*] non ego magis volo placere pluribus quam bonis. [*Equitem mihi plaudere*] Romanum scilicet sapientem et doctum virum. [*Explosa Arbuscula*] *Arbuscula* quaedam mima fuit, quae, cum sibilo vulgi eiiceretur e theatro, placeret autem paucis equitibus, dixit, contenta sum his prudentibus, quamvis pauci videantur esse fautores. Aliter. *Arbuscula* quaedam mima fuit, quae placebat bonis potius quam plurimis. Haec aliquando explosa a populo dixit: *Hoc equitum Romanorum plausu contenta sum.* Consolabatur autem se his verbis, quae leguntur. [*Cimex*] sordidus, vilis, abiectus, putidus. [*Viscorum laudet uterq.*] *Visci* duo fratres fuerunt, optimi poetae. Alii dicunt criticos fuisse. Pater eorum Vibius Viscus, quamvis et divitiis et amicitia Augusti clarus esset, in equestri tamen ordine perduravit, cum filios suos senatores fecisset. [*Ambitione relegata*] repudiata, ut remota gratificatione, i. e. sine adsentatione hoc dico. Volo, ut et tibi placeant poemata mea, o Pollio. [*Te dicere possum*] dicere possum, quod iam tibi studeo placere, i. e. ne adsentatione hoc dico, volo, ut placeant tibi mea carmina, o Pollio! ac si diceret: Ab his me volo magis probari quam a superioribus. [*Simul his*] solent. [*Vt audax, Contemptis aliis, explosa Arbuscula dixit*] *Arbuscula* mima fuisse traditur, quae cum ab irato populo exploderetur, i. e. strepitu et plausu eiiceretur, ab equite autem laudaretur, ait se contentam esse honestorum testimonio. Quid per haec de se intelligi velit Horatius, manifestum est. [*Ambitione relegata*] i. e. remota ambitione ac per hoc non timide nec latenter loquens. [*Demetri, teque, Tigelli*] de Demetrio et paulo supra dictum est. De Tigellio autem Hermogene saepe.

Vos, Bibule et Servi, simul his te, candide Furni,
Complures alios, doctos ego quos et amicos
Prudens praetereo; quibus haec, sunt qualiacumque,
Adridere velim, doliturus, si placeant spe
Deterius nostra. Demetri, teque, Tigelli,
Discipularum inter iubeo plorare cathedras.
I, puer, atque meo citus haec subscribe libello!

v. 86. *Bibule et Servi*, recte recep. inde a N. Heins. recentiores Horatii editores ad unum fere omnes. — *Bibuli et Servi* mss. fere omnes et edd. ante Bentl. vulgo. — 87. *Complures alios* mss. et edd. vulgo. — *compluresque alios* mss. ap. Lamb. alq. ed. Val. Sivr. Heind. — 88. *sunt qualiacumque* msstorum pars ap. Bentl. qui redux. Cun. San. Val. Heind. Doer. Kirchn. — *sint qualiacumque* msstorum altera pars ap. Bentl. Edd. Fea, Iahn. Camp. aliiq. plur. quos vide ap. Kirchn. — 91. *Discipularum* msstorum et edd. maxima pars, tum vett. cum recentt. Praestat omnino ob auctoritatem librorum. — *discipulorum* msc. Comb. Ald. II. III. hinc Bas. 1527. 31. Lugd. 1538. Glar. Muret. Ven. 1559. 1573. Chab. Bersm. qui tamen omnes deterioris notae sunt. — 92. *citus haec* mss. et edd. vulgo. — *citus hoc* et *cito haec* nonn. quos vide, si placet, ap. Kirchn.

---

bus amicorum. Schol. Cruq. Similiter Lamb.: deposito omni studio tuae gratiae colligendae benevolentiaeque aucupandae. — v. 90. *Deterius*, i. e. minus. — v. 91. *Discipularum* etc. in schola mimarum. Vituperat eos poeta, qui pro discipulis habuerunt in scholis mimarum coetum et histrionum. — De *cathedra*, καθέδρα, vid. Lex. *Hor.* sub h. v. — *plorare*, quemadmodum, quibus bene cupiunt Graeci, eos iubent *χαίρειν, εὖ πράττειν*, sic, quibus malum precantur, eos iubent *κλαίειν* vel *οἰμώζειν, plorare*. Cf. Lamb. ad Epod. V, 74. — *I, puer*, iubet puerum s. servum (vid. Epist. I, 10, 49.) dictatae satirae statim adiicere verba, quibus valedixit Tigellio et Demetrio.

---

pro eo, quod est: cum his. [*Te, candide Furni*] hic historiarum elegantia claruit. [*Prudens praetereo*] quia omnes enumerari non possunt, ne enumeratio multorum sit fastidiosa. [*Quibus haec, sint qualiacunque, Adridere velim*] Ordo: *Quibus, qualiacunque sint haec, velim, ut arrideant.* [*Doliturus*] volo his quoque placere mea carmina, quibus si minus placuerunt quam spero, doliturus sum. [*Demetri, teq. Tigelli*] hi modulatores fuerunt et docuerunt puellas ingenuas per modos. [*Discipularum*] i. e. ingenuarum; quia hoc tempore maximum earum studium fuit affectandi lyricam disciplinam. Vult videri Horatius ex tempore venisse in mentem sibi hos versus dicendo. [*I, puer*] videtur hoc carmen *σχέδιον* esse, i. e. ad tempus inventum, non aliqua ordinatione compositum, dicendo: *I, puer*, et reliqua quasi superiores versus dixisset ex tempore.

[*Discipularum inter iubeo plorare cathedras*] eleganter haec modulatores dicuntur, quia puellas maxime decent huiusmodi deliciae. [*I, puer, atque meo citus haec subscribe libello*] eleganter quasi hoc ex tempore dixerit, praecipit puero, ut in librum suum illud conferat, ne pereat tam opportunum et congruens in modulatores dictum.

Q. HORATII FLACCI
SERMONVM
S.
SATIRARVM
LIBER SECVNDVS.

SATIRA I.

Argum. *Fingit poeta se cum Trebatio, iurisconsulto, de satiris aut scribendis aut non scribendis deliberare. Cf. quae Heindorfius de huius satirae argumento recte notavit in sua Edit. pag.* 229—232.

Sunt, quibus in satira videor nimis acer et ultra
Legem tendere opus; sine nervis altera, quidquid

v. 1. *videor*, alii *videar*. Indicativum praetulere Baxt. Cun. San. Phil. Val. Gesn. Oberl. Comb. Wakef. Fea, Iahn. Heind. Doer. — 2. *intendere* mss. ap. Feam, alii ap. Lamb. quam lectionem praetulit Nic. Heins. et Cun. inde San. Phil. *Tendere* Horatius etiam supra Carm. Lib. I, 1, 34. *barbiton*, I, 29, 9. et II, 10, 19. *arcum* dixit. *Tendere* ed. Fea, Iahn. Heind. Doer. — *Lex* hic non est lex Decemviralis contra famosos libellos, ut putat Rutgersius, sed modus et numerus ipsius concentus, lex harmoniae, quam acriter et apsere violamus nimium tendendo chordas.

---

v. 1—4. *acer*, δριμύς, cf. Schol. — *tendere opus; sine nervis*, aiunt esse nimis lenem et parcere indignis, vel dicunt versus meos nullius esse momenti et carere viribus ingenii. Schol. Cruq. — *sine nervis*, simili-

---

ACR. [*Sunt, quibus in satira*] ad Trebatium quemdam iurisperitum scribit et consulit, quidnam faciat, quoniam quibusdam *acre* nimis videatur opus suum, aliis remissum. [*Videar nimis acer*] maledicus, mordax et extra modum lacerare. Sensus est: alii nullius momenti et *nimis acrem* dicunt satiram meam, alii dicunt sine nervis esse, quod scripsi, i. e. sine

POR. [*Sunt, quibus*] ad Trebatium scribit, equitem Romanum. Hic est Trebatius iurisperitus, qui locum obtinuit inter poetas et aliquot libros

Composui, pars esse putat, similesque meorum
Mille die versus deduci posse. Trebati,
Quid faciam, praescribe! „Quiescas.“ Ne faciam, inquis,
Omnino versus? „Aio.“ Peream male, si non
Optimum erat; verum nequeo dormire. „Ter uncti
Transnanto Tiberim, somno quibus est opus alto,
Irriguumque mero sub noctem corpus habento.
Aut, si tantus amor scribendi te rapit, aude
Caesaris invicti res dicere, multa laborum
Praemia laturus.“ Cupidum, pater optime, vires
Deficiunt: neque enim quivis horrentia pilis

v. 10. *te capit* ex uno msc. Bentl. alius msc. ap. Oberl. — *rapit* ardentem amorem exprimit scribendi carmina et recep. Fea, Iahn. Heind. Doer.

---

ter dixit in Epist. ad Pis. v. 320.: *sine pondere et arte.* — *deduci*, vid. Serm. I, 10, 44. — v. 5—12. De *Trebatio* cf. Index. — *praescribe*, statue tanquam ex lege, quid debeam facere; iucunde ad iurisperitum, cuius erat dubia interpretari et exponere, unde sunt in iure civili responsa prudentum. Schol. Cruq. Coll. Serm. I, 1, 10. — *si non Optimum erat*, *εἰ μὴ τοῦτ᾽ ἄρ᾽ ἦν κράτιστον.* — *dormire*, quo verbo iocose pariter ac facete utitur, in significatione propria hîc positum intelligo, neque, si aliter ceperis, commodum sensum habebis. — *uncti*, cf. supr. Carm. Lib. III, 12, 7. — Ceterum apparet e versu nono, Trebatium verbum *dormire* in significatione propria intellexisse, ita quidem, ut iocose dictum severe caperet, qua ratione poeta lectoris animum suaviter afficit. — *Caesaris*, sic Octavianus ab Horatio in satiris, epodis et libro carminum lyricorum primo appellatur; nam Avgvsti nomen anno demum DCCXXVII. u. c. adsumpsit Octavianus; Dio Cass. LIII, 16. — Augusti laudes canere Horatius etiam supra recusat Carm. Lib. I, 6, 9 sqq. II, 12, 9 sqq. IV, 2, 27 sqq. — v. 13. *horrentia pilis Agmina*, agmina rigentia pilis, protensis vel in altum erectis. Cf. Virg. Aen. XI, 601. (quem tamen locum et Heind. et Doer. falso citant) *tum late ferreus hastis Horret ager.* *Hor-*

---

viribus ingenii. Ecloga haec omnia habet, si ad Iovem, hymni; si ad Apollinem aut ad Dianam aut Latonam, paeanes; si ad Liberum aut Semelen, dithyrambi; si ad ceteros deos, prosodiae; si ad homines, laudes aut vituperationes. [*Vltra legem tendere opus*] i. e. ultra quam opus est et quam habet se ratio ipsius vocabuli. Et mire *legem*, quia [cum] iurisperito loquebatur. [*Praescribe*] i. e. constitue quasi ex lege, quid debeam facere, quia quidam me reprehendunt. [*Ter uncti Transnanto Tiberim*] sensus hic est: Qui dormire non possunt facile, ter Tiberim transnatent et fatigati multis se potionibus impleant, quo facilius his somnus accedat. Dicit autem vel hoc melius esse quam quemquam cum periculo lacessere. Trebatius ait, qui volunt multum dormire, uncti ter natent Tiberim et multum bibant. [*Sub noctem*] prope noctem, sero adventante nocte, i. e. advesperascente. [*Aude Caesaris invicti res dicere*] quasi difficile sit et quasi vix possit impleri, ideo dicit: *Aude.* [*Cupidum, pater optime*] hoc respondet Horatius. [*Vires Deficiunt*] i. e. de-

de civili iure composuit et de religionibus novem. [*Transnanto Tiberim*] hoc fuisse in consuetudine veteribus alio loco significat, dicens: *Te per gramina Martii Campi, te per aquas, dure, volubiles.* [*Habento*] vide, ut directis verbis utitur propter iurisperitos. [*Neq. enim quivis*] elegan-

Agmina, nec fracta pereuntes cuspide Gallos,
Aut labentis equo describat vulnera Parthi.
„Attamen et iustum poteras et dicere fortem,
Scipiadam ut sapiens Lucilius.“ Haud mihi deero,
Quum res ipsa feret: nisi dextro tempore, Flacci
Verba per adtentam non ibunt Caesaris aurem;
Cui male si palpere, recalcitret undique tutus.

v. 15. *describat* mss. ap. Feam, alii ap. Lamb. Pulm. Cruqu. edit. Princ. Edd. vett. Mediol. et Ven. Ab recentioribus Fea et Iahn. receptum est *describat*, ab Heindorfio et Doer. *describit*, quod quidem Bentl. praetulit. — Nonn. *describet* exhibent. — 19. *attentas-aures* mss. ap. Comb. — *attentam — aurem* omnes recentiores recte recep. — 20. *palpere — — recalcitret* mss. ap. Feam, alius ap. Bentl. qui adoptavit eo, quod melius utrumque verbum eodem efferatur. Alii: *recalcitrat.* Coniunctivum praetulere Fea, Iahn. Doer. Indicativum def. Heind.

---

rere, i. e. *starren.* — *pilum* vid. in Lex. *Hor.* — v. 14. *fracta pereuntes cuspide Gallos*, ex historia de Mario hoc sumptum est; nam Marius adversus Santonas talia tela commentus est, ut fracta mitterentur, ne remitti ab hostibus possent. Schol. Cruq. Huiusmodi tela dicitur Marius excogitasse, ut essent hostibus inutilia et ne e corporibus sauciorum evelli possent; de qua re vid. Plutarch. in Mario, pag. 419. D. — v. 15. De *Parthis* cf. supr. Carm. Lib. I, 2, extr. I, 19, 11. II, 13, 17. III, 2, 3. Virg. Georg. III, 31. — v. 16—17. *Scipiadam*, Graece, ut apud Virg. Georg. II, 170. Aen. VI, 844. pro: *Scipioniadem.* — v. 19. *adtentam*, sc. Caesaris aurem verba mea non invenient attentam. — v. 20. *Cui male si*

---

stituunt. Ostendit, se posse dicere, quod negabat. [*Fracta cuspide*] quia vulneratus est hostis. Vt: *Et venit adversi in tergum Sulmonis, ibique Frangitur.* [*Pereuntes*] quia fractis Romanorum telis perempti sunt. [*Attamen et iustum poteras*] i. e. si res bellicas eius non poteras describere, attamen iustitiam et fortitudinem animi eius laudare poteras, sicut Scipionis a Lucilio vita laudata est. [*Scipiadam*] qui Hannibalem revocatum ex Italia vicit et Africanus dictus, i. e. scribe de eius fortitudine et iustitia. [*Cum res ipsa feret*] cum fuerit opportunitas et tempus. Non sibi deest is, qui facit et quod sibi opus est et quo oportet. [*Nisi dextro tempore*] inventa opportunitate. Ordo est: *Non ibunt nisi dextro tempore*, i. e. opportuno, *Flacci verba*, i. e. felici tempore ac prospero non possum scribere, quia adtentae sunt aures Caesaris et bene iudicant. Alias nisi felici tempore scripsero, i. e. quando bene positum est astrum meum, non possum placere Caesari, quia sapiens est et bene iudicat, cui si volueris adsentari, respuit et contemnit. [*Cui male si palpere*] adsentari est *palpere* et hic quasi a verbo deponenti dixit: *palpor*,

ter in ipsa excusatione posse se scribere ostendit. [*Nec fracta*] *fracta* dixit, ut Virg.: *Ibique Frangitur.* De historia est, nam Marius adversus Santonas talia tela commentus est, ut *fracta* mitterentur, ne remitti ab hostibus possent. [*Attamen*] si non potes gesta Caesaris scribere, at potes iustitiam et fortitudinem, ut Lucilius Scipioni fecit, qui vitam illius privatam descripsit. Ennius vero bella. *Scipiadam* adnotandum et non Scipionem. [*Et scribere fortem*] ut sit sensus: Fortem attamen et iustum scribere, quatenus res gestas bellorum ponere non potes. [*Attentam*] maioribus occupationibus intentam, [*Cui male si palpere*] *μεταφορικῶς*, cui si adularis, offenditur. *Palpare* pro-

„Quanto rectius hoc, quam tristi laedere versu
Pantolabum scurram Nomentanumque nepotem,
Quum sibi quisque timet, quamquam est intactus, et odit.“
Quid faciam? Saltat Milonius, ut semel icto
Accessit fervor capiti numerusque lucernis.
Castor gaudet equis, ovo prognatus eodem

v. 24. *ut simul* mss. ap. Feam, qui recep. et def. — *ut semel* ed. Iahn. Heind. Doer.

---

palpere, cui si quis blandiatur ineptis aut immoderatis laudibus: ita omni ex parte tectus ac septus est adversus adsentationis dulcedinem atque illecebram, itaque eam odit ac reiicit, ut ab ea capi non possit; blanditias et adsentationem aspernatur ac respuit. Translatio est ab equis *calcitrosis*. Lamb. — *tutus* idem fere hîc exprimit quod *cautus*, *indem er sich sichert*, ut Graecis ἀσφαλής dicitur. — Comparationem intpp. frustra impugnant, scriptorum antiquorum consulto negligentes ac despicientes morem receptum. — v. 21. *Quanto rectius hoc*, i. e. Caesaris laudes s. res gestas (*Grossthaten*) dicere. — v. 24-25. Vbi sive posteaquam nimio vini potu caput eius concaluit et ebrius factus binas se lucernas videre existimat pro singulis. Lamb. — *icto*, vinolentia capiti perturbato. Schol. Cruq. —

---

palparis, cum sit activum. *Palpor*, i. e. blandior, adsentio. [*Recalcitrat*] translatio ab equis. Contemnit et spernit te, si falsas laudes scripseris. Sensus est: Si quis ficta adulatione adgrediatur Caesarem, repugnat et respuit, nec se decipi patitur, sic tutus undique, quod ne blanditiis quidem capiatur, i. e. non audiat. Dicit de Augusto, qui non falsas blanditias admittat et sit eruditus adsentari. Quia valde tutus est Caesar in omnibus rebus, ideo (non) delectatur falsis laudibus, i. e. non potest deludi. [*Quanto rectius hoc*] i. e. quanto rectius est laudem Caesaris scribere quam satiram? [*Pantolabum scurram*] pro hominibus vilibus. Nomina sunt luxuriosorum, quos etiam in priore libro Lucilius carpsit. [*Cum sibi quisque timet*] sensus est: cum unusquisque timet sibi, tamen odit te, etiamsi non fuerit laceratus. Exemplo nos terreri significat, etiamsi non laedamur, nam quae in alios videmus fieri, in nos futura credimus. Quamvis nihil de eo dicis, tamen metuit te quasi satiricum et odit quasi maledicum, i. e. cum timet aliquis flagitiosus propter conscientiam suam, ne de eo aliquid dicas, etiam si taces, odit te. [*Quamquam est intactus*] nondum denotatus. [*Et odit*] *et* pro tamen. [*Quid faciam?*] quia vitium habeo, ut multi habent. Nam Milonius scurra si ebrius fuerit, saltare non desinit. Similiter et ego hominum commissa tacere non possum. Milonium ait ebrietate dissolvi, ut contra decorum saltet et plures ex una lucerna ei videantur. [*Icto capiti*] percusso cerebro vinolentia. [*Fervor*] ebrietas, quae caput percutit. [*Numerusq. lucernis*] opinione ebrii accedit lucernarum numerus, quia qui ebrius sit, non se putat unam lucernam videre, nec unam lunam arbitratur adspicere. Iuvenal.: *Et geminis exsurgit mensa lucernis.* [*Castor gaudet equis*] Castor et Pollux, ex uno ovo nati, diversa studia habent. Cum igitur inter fratres hoc sit, non

prie manu mulcere. [*Vndiq. tutus*] inacessibilis, ut Virg.: *Tuta lacu nigro.* Et est sensus: Non audit adulantem, quia sapientia undique munitur, i. e. omni rerum studio, h. e. omnia novit. [*Nomentanumq. nepotem*] hunc Nomentanum quasi luxuriosum tangit. Sensus est: Nomentanum quoties luxuriosum compellas necesse est, qui eodem vitio laborant, sub persona admoniti timeant aut oderint compellatorem huiusmodi. [*Saltat Milonius*] scurra illorum temporum, qui cum simul ebrius fuisset, statim saltare incipiebat. Sensus est: Ita scribendo me abstinere non

Pugnis: quot capitum vivunt, totidem studiorum
Millia. Me pedibus delectat claudere verba
Lucilî ritu, nostrûm melioris utroque.
Ille velut fidis arcana sodalibus olim
Credebat libris: neque, si male cesserat, umquam

v. 31. *cesserat* mss. ap. Feam, edit. Argent. 1514. Ven. 1514. Bas. 1527. 31. Frib. 1536. — Alteram lectionem *gesserat* prob. Lamb. adoptavit H. Steph. Chab. Desprez, Bond. laudavit Nic. Heins. ad Ovid. Fast. II, 380. confirmavit Bentl. inde Dacer. Cun. San. Phil. Batt. Wakef. — *cesserat* recep. Heind. Iahn. Doer. Fea, qui his verbis defendit: „Neque hîc de vita, de operibus aut rebus gestis vel gerendis a Lucilio agitur; sed de versibus eius, quos sive male sive bene tornatos, numquam ipse revocabat ad incudem, contentus effudisse, quod vitium illius iam reprehenderat Horatius Serm. I, 10, 64 sqq. — *umquam* mss. ap. Feam, qui edid. et recep. Iahn. Doer. — *usquam* praeferunt editores nonnulli recentiores, Heind. aliiq. plur.

---

caput ictum, vino percussum, saucium, Graeca locutione. Cf. Hom. Od. XXI, 295.: οἶνός σε τρώει μελιηδής, ὅστε καὶ ἄλλους βλάπτει. Inde Pindarus fr. 136.: φρένας ἀμπελίνοις τόξοις δαμέντες. Longe gravius Archiloch. fr. XXXVI. Lieb. οἴνῳ συγκεραυνωθεὶς φρένας. — v. 29. *nostrûm melioris utroque*, qui melior fuit et me et te, o Trebati, censu et natalibus. Fuit enim vir bonus et valde nobilis, utpote Magni Pompeii avus. Schol. Cruq. — Quodsi igitur Lucilium (adnotat ad hunc locum Doer.) non puduit satiras scribere, cur me, qui homo sum ignobilis, nec, utrum Lucanus an Appulus dicendus sim, satis scio, huius rei pudeat? Quae nota tamen versio tantum latina eorum est, quae apud *Heindorfium* leguntur. — v. 31-33. Neque si quid ei male evenerat neque si prospere, usquam alio confugiens, quam ad scribendum aut legendum. Lamb. Neque, sive quid male sive quid bene ei cesserat, usquam alio, nisi ad fidos suos sodales, ad libros, quibus id mandaret, decurrebat. Doer. — *Votiva tabula* est, quae ex voto posita est in templo aut aliquo loco publico, in qua descripta, h. e. depicta est fortuna alicuius. Ita solent naufragi suum naufragium in tabella depictum circumferre et in templis alicui deo consecratum suspendere. Ad hunc modum Lucilii senis vita tam clara est in suis libris, quasi esset depicta in aliqua tabula. Schol. Cruq. — Vid. Cic. de Nat. Deor. III, 37. cf. supr. Carm. Lib. I, 5 extr. Epist. ad. Pis. v. 20. Virg. Aen. XII, 766 sqq. Iuven. XII, 27. XIV, 301 sq. Pers. I, 88. — v. 34. *Luc. an Ap. anceps*,

---

mirum est, me vitia hominum carpere. [*Quot capitum*] Terentianum illud: *Quot homines, tot sententiae, suus cuique mos.* Singuli homines singula studia habent. [*Nostrûm melioris utroq.*] h. e. qui melior fuit et me et te, Trebati, vita sua, i. e. censu et natalibus, fuit enim valde nobilis Lucilius. [*Ille velut fidis*] hoc Lucilius ex Anacreonte Graeco traxit et Alcaeo, lyricis, quos ait Aristoxenes libris propriis vice amicorum usos esse. Dicitur enim vitam suam scripsisse et non sibi pepercisse. [*Si male gesserat*] si quid vitiose scripserat. [*Quo fit, ut omnis*] unde fit, ut ita lucida sit vita ipsius, quemadmodum ex voto imago aut in templo aut in publico posita iudicent, quidquid est pictum. *Votiva* di-

possum, ut Milonius ebrius a saltando. [*Numerus*] Lucret.: *Bina lucernarum flagrantia lumina flammis, Et duplices hominum facies et corpora bina.* Ebrii enim duplicia vident. [*Ovo prognatus eodem*] dicit, quot homines, tot esse sententias, nam Castor et Pollux diversa secuti, utique communi hominum varietate ducti sunt. [*Nostrûm melioris utroq.*] mei et tui, σολοικὸν est; dicendum erit nobis, Lucilii et ingenio melioris. [*Velut*] ille enim in suis scriptis ostendit Sapphonis et Alcaei volumina se

Decurrens alio, neque si bene: quo fit, ut omnis
Votiva pateat veluti descripta tabella
Vita senis. Sequor hunc, Lucanus an Appulus, anceps:
Nam Venusinus arat finem sub utrumque colonus,
Missus ad hoc, pulsis (vetus est ut fama) Sabellis,
Quo ne per vacuum Romano incurreret hostis,
Sive quod Appula gens seu quod Lucania bellum
Incuteret violenta. Sed hic stilus haud petet ultro
Quemquam animantem et me veluti custodiet ensis
Vagina tectus: quem cur destringere coner
Tutus ab infestis latronibus? O pater et rex
Iupiter, ut pereat positum robigine telum,

v. 41. *destringere* mss. ap. Feam, qui recep. Sic quoque Iahn. Doer. — *distringere* scripsit Heind. — Nos *destringere* praetulimus hîc pariter atque supr. Carm. Lib. III, 1, 17. ubi vid. Var. Lect.

inter Lucaniam et Apuliam interiectus, utriusque particeps, ita, ut dubium sit, Lucanusne sim an Apulus, nempe Venusinus; quia Venusinus colonus inter utrosque fines, Lucaniae scilicet et Apuliae, arat. Intellige, coloniam a populo Romano in Venusiam esse missam, ne ea hostes in Romanos incurrerent. Lamb. — Venusinum oppidum, in confinio Lucaniae et Apuliae positum, habitatur a Romanis colonis, eo missis ob hanc rem, ut sive Apuli sive Lucani bellum Romanis moverent (*incuterent*), per Venusinos prohiberentur. Schol. Cruq. — v. 39. *hic stilus*, hoc scribendi genus. — *destringere* legendum esse, non *distringere*, comprobatum ivit *Doer.* Vir Clariss. quem vide ad h. l. — v. 42. *O pater et rex.* Vid. Callim. fr. 7. (p. 378 et 381: ed. Ernest.) *Ζεῦ πάτερ, ὡς Χαλύβων πᾶν ἀπόλοιτο γένος τηλόθεν ἀντέλλοντα κακὸν φυτὸν οἵ μιν ἔφηναν.* Cf. Catull. de coma Berenices v. 48. *Iupiter, ut Chalybôn omne genus pereat.* — v. 45. *commovere*, sc. ira, quod nos dicimus: *aergern.* Poetae enim sunt *genus irritabile*, Epist. II, 2, 102. — *melius non tangere*, sc. erit, pariter nos: *Wehe dem, der mich anrührt.* — *Flebit*, *οἰμώξεται*, vid. Arist. Nub. v. 59.: *δεῦρ' ἴθ', ἵνα κλάῃς.* Constat, hoc de poena esse intelligendum, quam quis pati debet. — *insignis cantab.*, tanquam insigniter a me notatus in omnium erit ore. — *Cervius*, cf. Index. — v. 47. *urna*, pro: sententias iudicum, sive quod iudices, nominibus eorum in urnam coniectis, sortitione ad causam aliquam diiudicandam designabantur, sive quod tabellae, in quibus perscriptae erant sententiae iudicum, in urna condebantur et inde depromebantur. Cf. Virg. Aen. VI, 432. Propert. IV, 11, 19. — v. 49. *Grande malum* (tristissimum causae tuae eventum, inquit *Doeringus*) *Turius*, pro quo in Edit. *Doer.* legitur: *Furius.* Cf. Bentl. ad hunc locum. In nom. propr. *Furius* prima syllaba longa est, Serm. II, 5, 4.: *Furius hibernas cana nive conspuit Alpes.* Catull. Epigr. IX.: *Furi et Aureli comites Catulli*

citur *tabula*, quae ponitur in publico, in qua scribitur, decernente civitate, vita boni cuiusque. [*Descripta tabella*] i. e. picta in tabula, ut naufragi solent tabulam portare depictam. Ordo est: *Quo fit, ut omnis pateat vita senis, veluti votiva tabella descripta.* Quoniam solent naufragi se pingere et consecrare in aliqua aede. [*Lucanus an Appulus*] quia Venusinum oppidum in confinio Lucaniae et Appuliae positum est, quae civitas habitatur a Romanis colonis, missis eo ob eam rem, ut sive Appuli sive Lucani bellum moverent, prohiberentur. Ad hoc oppidum missus erat colonus eo tempore, quo a Romanis Sabini sunt victi. De se ipso ait: *Vtrum sim Lucanus an Appulus, anceps.* [*Nam Venusinus arat*] Venusinum oppidum est, ubi natus Horatius. [*Missus ad hoc pulsis, vetus est ut fama, Sabellis*] Venusinus populus olim Romanus fuit, sed modo trahit nomen a civitate vel oppido, missus, ut rebellem Appuliam vel Lucaniam incurrere Romanos vetaret. [*Quo ne per vacuum*] ut ne per vacantem locum Sabellis expulsis, incolis nullis obstantibus, pervium iter esset Lucanis ad Romanos. [*Sed hic stilus*] ego neminem lacesso ultro, sed ita utor lingua mea, ut gladio, magis ad tutandum me, quam alium lacessendum. [*Quemquam animantem*] vivum hominem, habentem animam. [*Quem cur destringere coner*] i. e. quem gladium vel stilum cur proferam, si nemo me persequatur? [*Ab infestis latronibus*] pro maledicis. [*O pater*] optantis est. Vt: *O potius falsa formidine ludar?* [*Telum*] stilum suum dixit, ut non sit causa, cur utar hoc stilo. [*Qui commorit*] commoverit, lacesserit, provocarit. [*Melius non tangere, clamo*] hoc interposuit, ut votum suum ostenderet, ut me non tangas, hoc illi clamo. Ordo: *At ille, qui me commorit, flebit, ut cantabitur insignis tota urbe.* [*Cervius iratus*] Cervius accusator quidam fuit et calumniator. Vnusquisque autem ea reminatur, qua valet. [*Et urnam*] videlicet reorum, i. e. iudicium, quia sortiebantur iudicium et iaciebantur iudices, ex quibus fiebat *reiectio.* [*Canidia Albuti*] deest *filia.* Vt Virg.: *Deiphobe Glauci.* Alii uxorem dicunt. Canidia autem pro Gratidia. Albutius quidam veneficus, matris exstinctor. [*Grande malum Turius*] Turius, quidam corruptissimus iudex, hic est, cui Hortensius propter fatrem Varronem ceratas diversi coloris tabellas dedit. Alias. Turium Marinum iudicem significat, qui accepta pecunia pronunciare sit solitus, qui fidem suam corruperant. Hic quoque tempore Verris reus erat et diversi coloris tabellas fertur dedisse, ut sciret, qui secundam voluntatem iudicasset, quia nomina sua centumviri non adiiciunt. Hoc dicit, Turium dicere solitum, si me iudicante ad iudicium venerit, inimicus meus damnabitur. [*Vt quo*] hoc dicit, quomodo unusquisque hac re terreat inimicos suos, in qua re valet et quomodo hoc imperet, cognoscit fortuna. [*Collige*] percipe, reputa et intellige. [*Dente lupus*] ostendit natura unumquemque ea minari inimicis, quae possit perficere. [*Intus*

loco sodalium habuisse. [*Votiva*] ita fit, ut Lucilii vita tam clara sit per libros, quasi in tabula ostenderetur. [*Anceps*] i. e. ego dubius sum et incertus: nam Venusini Lucanis sunt affines et Appulis. [*O pater*] tractum ex Graeco hoc, idem enim significat, quod illud. [*Cervius*] hunc Cervium vult videri accusatorem, qui eodem modo, ut de malo iudice postea loquitur. [*Canidia Albuti*] *ἀμφιβολογικῶς* posuit sic: Aut Canidia Albutî venenum minitatur aut Albutius venenum. Hic enim Albutius veneno uxorem suam dicitur peremisse. [*Grande malum Turius*] C. Turius hic praetor fuit, apud quem accusatus est a Cicerone Verres, Hortensio defendente. Hic dicitur centumviris dedisse tabulas, aliis nigras, aliis rubras et cera adnotasse, quas cuique dedisset, ut sciret, a quibus postea pecuniam peteret vel linqueret, nam omnes corruperat. [*Sic collige mecum*] *sic*, quemadmodum haec res naturaliter

Nec quisquam noceat cupido mihi pacis! At ille,
Qui me commôrit, (melius non tangere, clamo)
Flebit et insignis tota cantabitur Vrbe.
Cervius iratus leges minitatur et urnam;
Canidia Albutî, quibus est inimica, venenum;
Grande malum Turius, si quid, se iudice, certes.
Vt, quo quisque valet, suspectos terreat, utque
Imperet hoc natura potens, sic collige mecum:

Dente lupus, cornu taurus petit: unde, nisi intus
Monstratum? Scaevae vivacem crede nepoti
Matrem; nil faciet sceleris pia dextera: mirum!
Vt neque calce lupus quemquam, neque dente petit bos;
Sed mala tollet anum vitiato melle cicuta.
Ne longum faciam: seu me tranquilla senectus
Exspectat seu Mors atris circumvolat alis,
Dives, inops; Romae, seu, Fors ita luserit, exsul:
Quisquis erit vitae, scribam, color. O puer, ut sis
Vitalis, metuo, et maiorum ne quis amicus
Frigore te feriat. Quid? quum est Lucilius ausus
Primus in hunc operis componere carmina morem,
Detrahere et pellem, nitidus qua quisque per ora

---

etc. — v. 52. *unde, nisi intus Monstratum?* ex qua tandem causa alia, nisi quod interna naturae vis lupum et taurum armis illis uti docuit? Doer. Nobis persuasum habemus τὸ *intus monstratum* fere idem esse, quod vulgo dicitur: *Instinct.* — v. 53. *Scaevae.* Scaeva luxuriosus quidam fuit, qui matrem dato veneno necavit propterea, quod ei nimis diu viveret; aetas enim parentum longaeva luxuriosis et perditis semper est molesta. Schol. Cruq. — *vitiato melle cicuta,* mel cicuta vitiatum. — v. 61. *maiorum — feriat,* quorum verborum sensum expressit Horatii imitator, Persius I, 109.: *Sed quid opus teneras mordaci radere vero Auriculas? Vide sis, ne maiorum tibi forte Limina frigescant.* — v. 64. *detrahere pellem,* aperta reddere, quae occultantur. — *nitidus qua quisq.* etc. Simi-

---

Monstratum] a naturali sensu institutum. [*Scaevae vivac. crede nepoti Matrem*] i. e. committe huic vivacem matrem et non faciet aliquid sceleris pia dextra, sed veneno utetur, i. e. non eam perimet gladio. Scaeva quidam luxuriosus dicebatur fuisse et pronus ad artes magicas, is habuit matrem anum, quae est aetas luxuriosis molesta. [*Mirum*] miraris, quia dixi, non utitur dextera sua ad occidendam matrem; noli mirari, nam eam occidit veneno. [*Vitiato*] corrupto. Quia unaquaeque res alterius permixtione corrumpitur, i. e. melle veneno corrupto eam poterit occidere. [*Ne longum faciam*] i. e. ne multum dicam. [*Exsul*] extra patriam positus. [*Quisque erit*] i. e. Quicunque me vitae exitus manet, sive diu vivere liceat sive cito sit necesse deperire, sive pauper sive dives; utrum Romae an exsul fuero, tamen scribere non desistam. [*O puer*] Trebatius respondet: O Horati, ne non sis vitalis, metuo, i.e. ne cito pereas, metuo, nam te potest quicunque maiorum a te lacessitus occidere. [*Frigore te feriat*] i. e. morte te afficiat, quae frigida est, ut poeta: *Frigida mors.* [*Quid? quum est Lucilius*] quid passus est Lucilius, cum in multos dixisset principes civitatis? [*Detrahere et pellem*] i. e. denudando interiorem vitam revelare, quia multi mali sunt homines, opinione tamen bona, quorum vitam si exposuerit quis, pellem honestatis videtur illis detrahere, simulata opinione remota. Alias. *Detrahere pellem,* h. e. unumquemque superficie ipsa nudare, ut vitia de-

hominibus data sit, audi. [*Scaevae vivacem crede nepoti*] εἰρωνικῶς dictum totum hoc. [*Sed mala tollet anum vitiato melle cicuta*] ἀλληγορικῶς dixit: Scaeva autem matrem suam veneno exstinxit et est sensus Ciceronis pro Scauro: *Libertus patronum non occidit, sed duobus digitulis gulam oblisit.* [*Frigore te feriat*] i. e. horrore mortis. [*Famosisq.*

Cederet, introrsum turpis; num Laelius et, qui
Duxit ab oppressa meritum Carthagine nomen,
Ingenio offensi? aut laeso doluere Metello?
Famosisque Lupo cooperto versibus? Atqui
Primores populi arripuit populumque tributim,
Scilicet uni aequus virtuti atque eius amicis.
Quin ubi se a volgo et scena in secreta remôrant
Virtus Scipiadae et mitis sapientia Laelì;

---

liter infr. Epist. I, 16, 44.: *Sed videt hunc omnis domus et vicina tota Introrsus turpem, speciosum pelle decora.* — v. 67. *Metello.* Schol. Cruq.: *Q. Caecilius Metellus, consularis, filios consulares vidit et ab illis elatus est. Hic potens fuit tempore Scipionis Africani, et cum in concione quaedam contra se decreta clamaret, Scipio ait: Hi sunt, quos Hannibali eripui. Patere ergo, inquit, nos liberos esse. Ob haec et alia Lucilius in gratiam Scipionis eum carpsit, quamvis amicum.* — Intelligendus autem est *Metellus Macedonicus,* a Scipione, Lucilii amico, in republica dissentiens. — *Lupo.* Fortasse *L. Cornelius Lentulus Lupus,* a. u. DIIIC consul cum C. Marcio Figulo. — *cooperto,* ut *onerare aliquem maledictis* apud Plautum et Terentium. — v. 69. *arripuit,* insectatus est; *arripere* est fere idem, quod in v. 77. *illidere dentem.* — *a vulgo et scena.* Schol. Cruq.: *a publico conspectu.* Cic. ad Brut. Ep. IX. *tibi nunc populo et scenae, ut dicitur, serviendum est.* Igitur *afferre aliquid in scenam (in notitiam omnium)* Cic. de Orat. III, 40. — *in secreta,* ut dicere solent „*ex pulvere ac sole in umbram se recipere.*“ — v. 72. *Virtus Scipiadae,* fortis Scipio, ut supr. Carm. Lib. III, 21, 11.: *virtus Catonis.* — *discincti,* negligentius vestiti, ut solent, qui ad res publicas gerendas in forum non prodeunt. — *ludere.* Schol. Cruq.: Scipio Africanus et Laelius feruntur tam fuisse familiares et amici Lucilio, ut quodam tempore Laelio circum lectos triclinii fugienti Lucilius

---

tecta elucerent, quamvis aliquo velamine celarentur. *Pellem* igitur velamentum vitiosae vitae, factam opinionem. [*Nitidus*] ut civis bonus. [*Cederet*] pro incederet. [*Duxit ab oppressa meritum Carthagine nomen*] Africanum Scipionem dicit, qui in Africa funditus Carthaginem delevit et Numantiam, unde postea Numantinus dictus est. [*Ingenio offensi*] i. e. num inimici ipsius facti sunt aut propter Lupum aut propter Metellum? Lupus princeps senatus fuit. [*Famosis*] criminosis, maledicis. [*Cooperto*] increpato. [*Populumq. tributim*] divisum in tribus, i. e. per singulas tribus, h. e. non viles et singulos, sed et primores et populum in tribus distributum laceravit carmine suo Lucilius. [*Vni aequus virtuti*] virtutem diligens solam, indulgens bonis hominibus. [*Atq. eius amicis*] virtutis scilicet, Scipioni et Laelio. [*In secreta*] scilicet domus parte. Ostendit, non malevolentia Lucilium persecutum esse multos, sed amore virtutis. [*Remorant*] pro, removerant, sicut Terent.: *Commorat tibi omnes nos.* [*Virtus Scipiadae*] Scipio Africanus fertur intra domum tam civilis fuisse et carus Lucilio, ut quodam tempore Laelius circa lectos triclinii fugienti supervenerit, cum eum Lucilius obtorta mappa quasi feriturus sequeretur. Caecilius autem Metellus consularis, qui filios consulares vidit et ab ipsis elatus est, temporibus Scipionis Africani potens fuit et cum in seditione quaedam adversus se facta clamaret, Scipio ait: *Hi sunt, quos Hannibali eripui, patere ergo,* inquit, *nos liberos esse.* Ob quod et alia Lucilius eum in gratiam Scipionis carpsit, quamvis amicum ipsius. [*Nugari Lupo cooperto versibus*] Rutilium Lupum dixit. [*Populumq. tributim*] per

Nugari cum illo et discincti ludere, donec
Decoqueretur olus, soliti. Quidquid sum ego, quamvis
Infra Lucilî censum ingeniumque, tamen me
Cum magnis vixisse invita fatebitur usque
Invidia, et, fragili quaerens illidere dentem,
Offendet solido: nisi quid tu, docte Trebati,
Dissentis. Equidem nihil hinc diffingere possum.
Sed tamen, ut monitus caveas, ne forte negotî

v. 79. *diffingere.* Longum nimis et inutile esset, mss. codices omnes et editiones numerare, in quibus variantes lectiones habentur huius verbi: *Diffundere, diffidere, defingere, defindere, diffingere, diffigere, defringere.* Feae msstorum et editionum veterum pars maior dat: *diffingere;* alii numero pauciores: *diffidere.* *Diffingere* longis rationibus defendere nititur Bentleius, quem sequuntur Cun. San. Phil. Wakef. Heind. Fea praetulit *diffindere,* Politian. Miscell. c. 42. laudans, quem ostendere ait, hoc verbum iuridicum esse pro *differre, transferre litem* in alium diem: ut Horatius translate ludat etiam in hoc verbo cum iurisconsulto. *Doeringus* quoque dedit: *diffindere,* eodem scil. sensu, quo *secare* supr. Serm. I, 10, 15. et infr. Epist. I, 16, 42. pro *dirimere* dicitur. — Librariorum incuriae debemus hanc lectionis varietatem, quam quisque Horatii textum describendo pro ingenio suo parum feliciter auxisse videtur. Sed quamvis verum inter huiusmodi verborum molem dignoscere difficile sit, tamen sensus haud incommode docet, *diffingere* haud falso legi, imo rectius fortasse quam *diffindere*, quod tantummodo ea conditione ferri poterit, si de huius vocabuli auctoritate, quam in foro iudicioque habuisse perhibetur, satis constat. — *diffingere* ap. Iahn.

---

superveniens eum obtorta mappa quasi feriturus sequeretur. Cf. Cic. de Orat. II, 6. — *soliti*, suppl. sunt, ut v. 67. *offensi.* — v. 74. *donec decoq. olus*, coena pararetur. Ostendit per herbas, eos fuisse sobrios. Epist. I, 17, 13.: *Si pranderet olus patienter, regibus uti Nollet Aristippus. Si sciret regibus uti, Fastidiret olus, qui me notat.* Serm. II, 7, 30. II, 2,

---

cum illo] iocare cum ipso solebant. [*Discincti*] aut positis togis aut depositis seriis. [*Donec decoqueretur olus*] i. e. donec prandium pararetur. [*Infra Lucili censum*] quoniam fertur Lucilius maior avunculus fuisse Pompeii Magni; merito ergo et dives fuit. [*Cum magnis vixisse*] cum optimis, cum Augusto, cum Pollione, cum Maecenate, cum aliis. [*Invita fatebitur usq. invidia*] *invidia*, quae semper quaerit invalidum, a quo non timeat vicem, *fatebitur* et *invita* me cum summis viris vixisse; quae si ad me venerit, inveniet fortem, nisi tu, o Trebati, putas me esse mentitum. [*Quaerens illidere dentem, Offendet solido*] i. e.: Volens invidia fragilem laedere, inveniet me solidum. Aliter. Inveniet me talem, qui possim resistere mordacibus et maledicis hominibus, i. e. putans fragilem se invenire, quem mordeat, inveniet durum et solidum; μεταφορά: Non inveniet, quod iuste lacerare possit. *Offendet* autem *solido*, i. e. impinget in solidum me atque fortem, nisi tu forte reputas ea, quae dixi, me vixisse cum bonis et posse resistere malis. [*Nihil hinc diffingere*] infirmare, contradicere et hoc Trebatius respondet. Iuris verbo usus est. Praetor enim dicere solebat: *Hic dies diffissus esto.* Aliter. I. e. consentio tibi hoc, quod fortis sis; sed tamen cave admonitus, ne ignorans legem venias in discri-

singulas tribus. [*Infra Lucili censum*] hoc ait: Et si non sum eorum natalium, quorum Lucilius fuit; constat enim Lucilium maiorem avunculum Pompeii fuisse. Etenim avia Pompeii Lucilii soror fuerat. [*Equidem nihil hinc diffinge-*

Incutiat tibi quid sanctarum inscitia legum:
Si mala condiderit in quem quis carmina, ius est
Iudiciumque. Esto, si quis mala: sed bona si quis
Iudice condiderit laudatus Caesare? si quis
Opprobriis dignum latraverit, integer ipse?
Solventur risu tabulae, tu missus abibis.

v. 85. *laceraverit* mss. apud Lamb., quam lectionem ipse admisit in textum. Locutio: *lutrare* vel *allatrare aliquem* non tantum, ut putat Bentleius, de ignavis et timidis, qui vano latratu fortiores petant, sed in universum pro: maledicta alicui ingerere, ponitur, cf. Liv. XXXVIII, 54. ubi Cato Scipionis magnitudinem *allatrasse* dicitur. Cf. Hor. Epod. VI, 1—4. Epod V, 58. Epist I, 2, 66. Similiter infr. Epist. I, 16, 38. et Serm. I, 4, 93. — *Laceraverit* Bentl. et Heind. praetulere alteri lectioni, quae nobis genuina esse videtur; *laceraverit* commenti sive interpretationis odorem spirat. — *latraverit* Iahn. Doer. Fea.

---

117. II, 6, 64. Epist. I, 5, 2. — v. 81. *sanctarum inscitia legum.* Sunt, qui de legg. XII. tab. hîc cogitent, de quibus tamen tum temporis Romae sermo esse non poterat, quum istae iam diu omnem deposuissent auctoritatem publicam. Hîc intellige *Vlp. Fr.* 5. §. 9. *Dig. de iniuriis et famosis libellis: Si quis librum ad infamiam alicuius pertinentem scripserit, composuerit, ediderit, dolove malo fecerit, quo quid eorum fieret, etiamsi alterius nomine ediderit vel sine nomine: uti de ea re agere liceret et si condemnatus sit, qui id fecit, intestabilis ex lege esse iubetur.* — v. 82. *mala carmina*, maledica et contumeliosa. Horatius tamen *mala* sensu proprio intelligit, ita ut *mala carmina* pro *ineptis carminibus* habeat. — *Solventur risu tabulae.* Sane, si carmina, quae componis, bona sunt, et tu ipse integer opprobriis tantum dignos perstringis, leges in tabulis perscriptae *solventur* illa vi, quam in maledicos et calumniatores habent, *risu*, non sine risu, dum ipsi iudices ridebunt homines, quorum vitia tu deridenda propinasti; et sic *missus* (impune) ex iudicio *abibis.* *Lege* aliquis *solvi* dicitur, in quem lex non exercetur, vid. Serm. II, 6, 69.: *Solutus legibus insanis.* Liv. X, 13. *tribunique plebis — aiebant, se ad populum laturos, uti legibus solverentur.* — Iam ipsae leges in tabulis perscriptae *solvi* dicuntur, sc. vi, quam leges in eos tantum habent, qui

---

men. [*Sancturum inscitia legum*] participium est *sanctarum*, i. e. firmatarum, ab eo, quod est *sancior.* Si autem nomen est *sanctarum*, i. e. quae non debent violari. [*Si mala*] Trebatius *mala* quasi criminosa dixit, Horatius quasi vitiosa. [*Si quis mala*] scilicet poenas luet. [*Latraverit*] allatraverit, laceraverit. [*Integer ipse*] etiamsi persecutus fuerit malos aliquis, cum ipse sit integer, risu commoto ex carminibus legis poena infirmabitur. [*Solventur risu tabulae*] aut subsellia solventur, i. e. compago lignorum aut ipsae leges. Alias. Non erunt in eum severi, qui iure persequitur. [*Tu missus*] i. e. ridebunt, legum XII tab. tu veniam mereberis a iudicibus, si quem, qui ipse extra noxiam positus, iure laceraris. [*Abibis*] cum de se diceret, quasi ad secundam personam locutus est. *Tabulae*, i. e. iudices ridebunt; tu *abibis*, absolveris, nihil periculi patieris.

re possum] *Diffingere*, legitur et *diffindere.* [*Sanctarum*] sacrarum, ut foedus sacrum dicitur. [*Inscitia legum*] qua lege cautum erat, ne quis in quemquam carmen maledicum scriberet. Eleganter iurisperitus de lege loquitur. [*Si mala condiderit in quem quis carmina*] aliter Horatius accepit *mala* quam Trebatius, pro non bona, cum ille famosa vellet intelligi. [*Tabulae*] pro subsellia.

SATIRA II.

ARGUM. *Inducit in hac satira Ofellum, rusticum quemdam, prudenter loquentem de verà vitae felicitate, quam tantum aurea ex mediocritate percipi posse ait. Romae tum temporis et summa luxuria et sordidissima avaritia mores pariter depravaverat: pars enim Romanorum delicate ac libidinose vivens omnia fere pessumdare, pars omnia vitae commoda sibi negare. Horatius igitur, morum suae aetatis castigator urbanissimus, utrumque acerbe perstringens sub Ofelli persona, quid sit vera vitae felicitas, perbelle docet.*

Quae virtus et quanta, boni, sit vivere parvo,
(Nec meus hic sermo est, sed quae praecepit Ofellus
Rusticus, abnormis sapiens, crassaque Minerva)
Discite non inter lances mensasque nitentes,
Quum stupet insanis acies fulgoribus et quum

v. 1. *bonis* mss. apud Feam, qui edidit. *boni* in plur. mss. ap. Feam aliosq. in editis ab Aldo 1509. Bas. 1527. 1531. Lamb. post quem fere omnes usque ad Wakef. vocandi casu, quem exhibent suis in edit. Heind. Iahn. Doer. — 4. *non lances inter* Cun. ex ingenio.

vere contra eas peccant. At Horatius, qui, ipse integer, opprobriis tantum dignos sale satirico perfricuit, non peccavit contra leges, in homines malo animo bonae famae insidiantes latas, Epist. II, 1, 153. — ergo Trebatius, leges illas *solutum iri*, h. e. non in Horatium exercitum iri, ait. Haec *Doeringi* huius loci interpretatio digna esse videtur, quae hîc repetatur; sanior enim procul dubio est ista, ex qua cachinnorum sonitu et subselliorum fragore tabulae solvi dicuntur, quod quidem merito mirari poteris, nam tale quid satis esse ridiculum, sponte apparet.

v. 1. *boni*, *ἀγαθοί*, carissimi; ita Hor. appellat vel lectores vel amicos suos, ut Serm. II, 6, 51 et 95. II, 3, 31. Epist. II, 2, 37. — v. 3. *abnormis sapiens*, nullius normae et sectae, *αὐτοδίδακτος*. — *crassaq. Minerva*, non subtili filo, non philosophica subtilitate, sed simplicitate rustica. *Crassa* vel *pingui Minerva* proverbium est satis notum, de huius deae arte lanificii desumptum. — v. 4. *inter lances mensasque nitentes*, pro: mensas lancibus argenteis nitentes. — v. 10. Hic locus per *ἀνακολουθίαν* explicandus est, cuius sensus est: Venatione vel equitatione lassus sis, vel etiam, si Graecorum studia Romanorum militiae praefers et vel pila vel disco te exercere mavis, disco te fatiges: cum labor, quicunque fuerit, fastidia extuderit etc. *extuderit*, i. e. vi quadam fastidia illa penitus infixa excusserit. — *graecari*, *ἑλληνίζειν*, graecum morem sequi, Graeco more vivere. — De *disco* vid. supr. ad Carm. Lib. I,

ACR. [*Quae virtus et quanta bonis*] in hoc sermone sub persona Ofelli, cuiusdam Stoici, lacerat luxuriosos. *Ofellus* dicitur poeta Latinus sectam Stoicam transtulisse in Latinitatem. Ordo est: *Quae virtus sit bonis* hominibus *parvo vivere, discite.* [*Rusticus*] aut nomen est proprium aut *rusticus*, i. e. durus, quia dicunt Stoici nulli peccato debere ignosci. [*Abnormis sapiens*] i. e. ultra normam philosophiae peritus. Aut *abnormi*, recta. [*Crassaque Minerva*] *Crassa Minerva* dicuntur hi, qui aggrediuntur, quod nequeunt implere. Ideo et iste sic dictus est, quia sectam Stoicam ingressus implere non potuit. Stoici autem omnia peccata esse paria dicunt. [*Discite*] ordo est: *Quae virtus sit, parvo vivere, discite*, i. e. nolite inter epulas de mediocritatis bono disserere. [*Lances*] discos. [*Mensasq. nitentes*] i. e. non in luxuriae apparatu. *Nitentes* enim aut argento dixit aut apparatu. [*Cum*] quando vel quia. [*Insanis*] aut ineptis aut nimis magnis. [*Acies*] aut oculorum aut mentis. [*Fulgoribus*] vasorum. [*Acclivis*] inclinatus, deditus. *Falsis acclivis*, i. e. pronior ad falsa. [*Meliora*] veram virtutem. [*Recusat*] i. e. quando avaritia caecatur mentis integritas. Dicit, non esse prudentiam quaerendam inter divitum mensas, cum animus avertitur a veritate, rerum speciosarum fulgore deceptus. [*Impransi*] ieiuni, sobrii, ut alibi ipse: *Postquam est impransi correptus voce magistri.* [*Mecum disquirite*] i. e. apud me discite. [*Cur hoc?*] ut impransi de virtute dicatis? [*Dicam, si potero*] i. e. quare hoc dicam, quod impransi de virtute dicatis? dicam, si potero. [*Male verum examinat omnis Corruptus iudex*] sicut omnis iudex male iudicat, qui est corruptus, et ita mens multo corrupta cibo verum non potest iudicare. Alias. *Corruptus iudex* ut recte iudicare non potest, sic et animus non bene potest discernere cibo impeditus. Malo *ἀμφίβολον*. Aut *male verum*, i. e. non verum, ut: *Male sana sororem Vnanimem alloquitur.* Aut *male examinat*, i. e. non potest de sapientiae bono nequitiam iudicare. [*Leporem sectatus*] venatus scilicet. Modo dicit, quomodo parvo possis esse contentus. Id est, lassus aut equo aut venatione aut pugna aut quibuscunque exercitationibus, sperne qualemcunque cibum, si possis. Docere vult suavitatem ciborum ex labore provenire, et si cibus fuerit vilior. [*Graecari*] iocari, ludere, quasi a Graecis haec sint inventa. Est hoc verbum deponens. Alias. *Graecari*, ut graecisset, quasi lusus Graecorum sit ac per hoc ludere, seque avocare et conviviis operam dare. [*Seu pila velox*] i. e. seu te pila aut discus delectat studio suo, quo paulatim nimium laborem decipit, videamus, si post exercitationem copiosum

POR. [*Quae virtus*] in hac ecloga sub persona Ofelli luxuriosos carpit. [*Discite*] haec omnia discite, sed alio tempore, non cum fulgore argenti avocati fueritis. [*Corruptus iudex*] sicut iudex pretio corruptus falsum iudicat: ita animus corruptus vera non providet. [*Graecari*] aut luxuriari aut Graeco more ludere. [*Molliter*] ait studium ipsum efficere,

Adclinis falsis animus meliora recusat:
Verum hic impransi mecum disquirite. Cur hoc?
Dicam, si potero. Male verum examinat omnis
Corruptus iudex. Leporem sectatus, equove
Lassus ab indomito, vel, si Romana fatigat
Militia adsuetum graecari — seu pila velox,
Molliter austerum studio fallente laborem,
Seu te discus agit, pete cedentem aëra disco —
Quum labor extuderit fastidia; siccus, inanis

v. 6. *Adclinus* Cun. Alii *acclivis*, reiecit Lamb. Turn. Adv. III, 19, 13. — 14. *extuderit* mss. ap. Feam, qui edidit, edit. princ. Med. 1476. Ven. 1478. 79. 81. 83. 86. 90. 92. 95. 1509. 14. 52. 73. Flor. 1482. Iunta 1503. Aldus 1509. Bas. 1527. Frib. 1536. Dion. ab Harsio Lugd. 1538. inde fere omnes editiones. *Extulerit*, quod in aliis Feae mss. et aliorum plur. praetulit Aldus 1501. edit. Arg. 1514. Bas. 1531. aliiq. pauci. Pro *extuderit* Bentl. substituit *expulerit*, sane ex glossemate. *Extuderit* Heind. Iahn. Doer.

Sperne cibum vilem, nisi Hymettia mella Falerno
Ne biberis diluta. Foris est promus, et atrum
Defendens pisces hiemat mare; cum sale panis
Latrantem stomachum bene leniet. Vnde putas aut
Quì partum? Non in caro nidore voluptas
Summa, sed in te ipso est. Tu pulmentaria quaere

8, 11. — v. 15. *Sperne cibum vilem.* Schol. Cruq.: εἰρωνικῶς, facito, ut spernas, quod quidem prae cibi appetitu s. fame non poteris. — *nisi Hym. m. Fal. ne biberis*, bibe tum nihil aliud, nisi *mulsum;* sic enim vocatur potus e vino et melle optimo confectus; mel ab apibus in monte Hymetto in Attica collectum (cf. supr. Carm. Lib. II, 6, 14.) ad mella optima referebatur. Quod tamen *mulsum*, *οἰνόμελι*, *μελίκρατον*, adtinet, compara Macrob. Sat. VII, 12. *unde est et illud proverbium*, *quo utuntur gulones: mulsum, quod probe temperes*, *miscendum esse novo Hymettio et vetulo Falerno.* — v. 16. *Foris est promus*, si non est domi promus. *Promus* dicitur a *promendo*, qui penui praeest, cellarius. — *atrum*, cf. Carm. Lib. III, 27, 18.: *Ego, quid sit ater Hadriae, novi, sinus.* Ibid. v. 23.: *aequoris nigri fremitum.* — *hiemat*, *χειμάζεται ἡ θάλασσα.* — Propter tempestatem in mari ortam pisces capi nequeunt. *Hiems* et *hiemare* saepius de tempestate, ut apud Graecos *χειμών*. — 18. *Vnde putas aut Quí partum?* unde aut qua tandem re alia, nisi fame, hanc felicitatem, qua panis cum sale tibi bene sapit, partam esse putas? *Doer.* Vnde effici et adquiri hoc putas, ut tantam vim tam tenuis et vilis cibus habeat? — v. 19. *in caro nidore*, in multi pretii cibis, quorum odore nares cupedias appetentium *supinantur*, ut loquitur Hor. infr. Serm. II, 7, 38. — v. 20. *Tu* in formulis frequens, quibus praecepta dantur. Cf. Epist. I, 16, 53. I, 18, 37. 44. 87. Epist. ad Pis. v. 385. Iuven. II, 61. *Tu nube atque*

cibum exspetas. [*Cedentem aera*] ideo ait, quoniam aer levis et concavus facile cedit graviori materiae. [*Pete disco*] i. e. iacta in aerem discum, qui cedit omnibus iactatis. [*Cum labor extuderit*] excusserit, i. e. delicias tibi eiecerit. [*Diluta*] mixta. Per interrogationem hoc dicit: Cum fueris, inquit, labore fatigatus, non quaeres nobiles cibos, sed qualescunque libenter adsumes. *Hymettia mella Falerno* περιφραστικῶς condita dicit. [*Foris est promus*] *promus*, qui cellario praeest, cellarius scilicet a promendo, i. e. contemnitur illo tempore, quum post laborem appetis cibum vilem. [*Atrum*] noxium, perniciosum, i. e. ita a te contemnitur piscis post laborem, quemadmodum contemnitur et non quaeritur ab aliquo, cum mare est tempestuosum hieme. Non quaerit, quod habere non poterit, ac si mare glacie coopertum sit et pisces capi non possint. [*Defendens pisces hiemat mare*] i. e. apud te famis tempore piscis, tanquam non capiatur, exosus est. Notandum *hiemat.* Tibi videbitur hieme commodum mare denegaturum pisces. [*Latrantem stomachum*] esurientem nimia fame, avidum cibi. [*Leniet*] i. e. cum labore petes quemcunque cibum. Nam vitiosum hominem sensu debilitatum et delicatum nullae poterunt delectare dilciae. [*Quí partum*] quomodo inventum? [*Non in caro nidore*] electo sapore, in apparatu pulmentariorum, i. e. suavitatem cibi tui prohibet inanis et vana cupiditas. *Nitor, oris*, splendor. *Nidor, oris*, sapor. [*Tu pulmentaria quaere sudando*] i. e. tu post la-

ne labor sentiatur. [*Sperne cibum vilem*] volo videre, si potes spernere. [*Latrantem stomachum*] mire *latrantem* pro esurientem, ut in sequentibus: *Iratum ventrem.* [*Tu pulmentaria quaere*] per laborem cibum ex-

Sudando: pinguem vitiis albumque neque ostrea
Nec scarus aut poterit peregrina iuvare lagois.
Vix tamen eripiam, posito pavone, velis quin
Hoc potius quam gallina tergere palatum,
Corruptus vanis rerum; quia veneat auro
Rara avis et picta pandat spectacula cauda:
Tamquam ad rem adtineat quidquam. Num vesceris ista,

tace. — *pulmentaria.* Schol. Cruq.: Hoc Socrates primus ait, qui, cum ad noctem usque spatiaretur, interrogatus a quodam, cur hoc faceret, respondit: obsono coenae, significans se ideo deambulare, ut cibum libenti animo caperet. *pulmentarium*, ὄψον, quodcumque una cum pane edi solet. *pulmentaria* s. *pulmenta*, de variis cibis, quibus prisca aetate praeter pultem et postea praeter panem fruebantur homines et proinde de cibis quoque lautioribus et iucundioribus. — *ping. vit. et alb.* ob vitam ignavam et luxuriosam. *albus*, λευκός, color scilicet eius, qui vitam umbratilem degit, quem Graeci dicunt ἐσκιατραφηκότον, cui opponitur ἡλιωμένος. — *ostrea* (*Auster*) duabus syllabis, ut supr. Serm. I, 8, 45. *cerea*, pronunciandum. — *scarus*, vide supr. ad Epod. II, 50. — *Lagois* avis est, non piscis, ut Acr. (quem vid. infr.) suspicatur. — v. 23. *Vix tamen eripiam*, sc. tibi, h. e. ex animo tuo vanam illam opinionem, qua pavonis (quia carior est et pulchrioribus coloribus distinctus) carnem gallinae carni praeferendam existimas. — *posito*, i. e. apposito, vid. Serm. I, 2, 116. II, 4, 14. II, 6, 64. II, 8, 91. Epist. ad Pis. v. 422. — v. 24. *tergere* pro: mulcere, nos: *kitzeln.* — v. 25. *vanis rerum*, externae rerum speciei vanitate; *vana rerum*, ut Epist. I, 17, 21.: *vilia rerum.* Serm. II, 8, 83.: *ficta rerum.* Porro: *oblita rerum*, *amara curarum*, *ardua montium*, *strata viarum* atq. sim. — *honor*, nos: *Pracht.*

borem pete qualemcumque cibum, nam vitiosum hominem et senio debilitatum nullae potuerunt delectare deliciae. A Socrate diu deambulante quaesitum est: *Cur ita ageret?* ait se pulmentaria quaerere. *Sudando* autem, quasi diceret: Totum suave est, quod post laborem sumitur. [*Pinguem*] plenum. Deest *nam.* [*Albumq.*] tumentem ex nimia copia, vel *album*, pallidum. *Album* nimietate palloris et hoc propter nimios cibos saepe contingit. Persius: *Atque albo ventre lavatur.* [*Peregrina iuvare lagois*] *Lagois* avis, quae carnem leporis habere perhibetur aut est genus piscis, quod in mari Italo non invenitur. [*Vix tamen eripiam*] extorqueam, persuadeam, i. e. Quamvis potest hominem delectare quivis cibus post laborem, tamen positis duabus speciebus non possum tibi persuadere, quominus edas gallinam et dimittas pavonem. Alias. Quamvis poteris contentus esse non pretioso cibo post laborem, tamen positis in mensa pavone et gallina, non tibi possum persuadere, ut non potius pavonem petas. Alias. Vix hoc impetrabo, ut posito pavone gallinam edas, adeo praecepta te movent. [*Tergére palatum*] quia in omnibus, quae comedimus, tergèmus os nostrum. [*Vanis rerum*] stultis vanitatibus. *Vana rerum* sunt deliciae luxuriosae et superflui cibi. [*Veneat*] vendatur. [*Picta pandat spectacula cauda*] ideo pavone delectaris, quia admiranda habet spectacula in

quire. Hoc autem Socrates primus ait, qui cum noctem usque spatiaretur, interrogatus a quodam, cur hoc faceret, respondit, scilicet obsono coenae, significans, se ideo deambulare, ut cibum libenti animo appeteret. [*Albumq.*] *album*, pallidum, ut Persius: *Albus sede legens celsa liquido cum plasmate guttur.* [*Lagois*] *lagois* avis leporini coloris. [*Quia veneat auro*] i. e. pro magno pretio. [*Cocto num adest honor idem?*] plumarum scilicet.

Quam laudas, pluma? cocto num adest honor idem?
Carne tamen quamvis distat nihil hac magis illa,
Imparibus formis deceptum te patet. Esto!

29. De hoc loco infra in notis dictum est. Quemadmodum sensus verborum docet, poeta nec de pavoninae, nec de gallinaceae carnis praestantia, quae plane in medio relinquitur, hîc agens, tantummodo id dicere vult: „Tu vero raritatem ac speciem externam ubique sectaris."

— v. 29. In hoc versu permultum se torserunt interpretes, in quo simplicissima ratio haec esse videtur: *Carne tamen quamvis distat nihil hac magis illa*, i. e. *quamvis ab illa* (gallinae) *carne nihil magis hac* (magis quam haec, pavonis) *distat*, differt, *tamen* etc. Nos: *So gross auch der Unterschied ist zwischen jenem und diesem Fleisch, so verleitet dich doch ungleiche Gestalt.* — *Distare* impersonaliter vulgato usu dicitur et iungitur ablativo casu hoc verbum non solum propria significatione de locorum distantia, sed etiam translata. Iuven. XIV, 98. *Nec distare putant humana carne suillam.* Neque duplex ablativus nos offendit; alter enim ad verbum, alter ad comparationem referendus est. Liv. XXXI, 31.: *Allobroges nulla Gallica gente opibus aut fama inferiores.* Itaque *etiamsi nihil magis dissimile est carni gallinaceae, quam pavonina*, tamen te dispari forma decipi patet, i. e. tu pavonis carnem non ob meliorem saporem carni gallinaceae praefers, sed quod *rara avis* sit, quaeque *picta pandat spectacula cauda. Mitscherlichius magis* cum *distat* componendum censet et *nihil magis distat* explicat, omnino, plane non differt, aucta voc. *magis* indifferentiae notione, totumque locum, adsumpta pro *hac* e codd. quorundam lectione *haec*, ita cum Fea, quem quidem hîc maximam partem verum vidisse ait, interpretatur: *quamvis haec* (pavonis caro) *nihil magis distat*, οὐδὲν διαφέρει, plane non distat, minime praestantior est *illa*, sc. gallinae, *carne*, *tamen te deceptum patet*, δῆλος εἶ ἀπατηθείς, manifesto deciperis *imparibus formis*, diversa externa specie, pavonis adeo pulchritudine, ut huius carnem gallinae praeferas; quae ultima in *deceptum* latere, nemo dubitabit et iam Bentl. adnotavit. — *Hac* tamen propter codd. auctoritatem esse retinendum censemus. — *Iahn.* voc. *hac* ad remotius (carnem gallinae), *illa* ad propius (carnem pavonis) refert et *nihil magis* interpretatur: neutiquam, nullo modo. Ex nostra sententia Horatius nihil amplius vult dicere quam hoc: Tu, qui utramque carnem perbene noscis, pavoninam ob raritatem ac pulchritudinem pavonis praefers. Placet Cruquii sententiam hîc adponere, quamvis ille nihil definiat: „Aut pura comparatio est carnis gallinae ad carnem pavonis cum imparitate formarum sine ullo carnis inter utramque discrimine — — aut est concessio cum correctione; confert enim gallinam pavoni, ita ut helluoni quidem donet, et carnis sapore nobilitateque pavonem distare a gallina et formae specie; at eum tamen infitiatur tam gustu probitateque carnis decipi, quam plumarum pulchritudine, ob quas pavonem censeat gallinae praeferendum. Verum pro hac sententia firmanda ita ordinato expositoque hos versus: ‚*Quamvis nihil magis hac carne pavonis distat*

---

cauda sua; hoc interrogative. [*Carne tamen quamvis distat nihil hac magis illa*] Sensus est: Quamvis enim hac carne [in ms. *carmine*] nihil distat magis illa, te patet imparibus formis deceptum. [*Imparibus formis*] inaequali magnitudine pavonis et gallinae. [*Esto*] concedamus nihil distare.

[*Pontesne inter iactatus*] quidam Pontias insulas acceperunt, male. *Pontes* enim Tiberini intelliguntur. [*Carne tamen quamvis*] *carnem* tamen hanc magis quam illam petere non debes. [*Deceptum*] quamvis nihil distet. [*Esto*] imparibus formis, impari magnitudine. [*Vnde datum sentis?*] ergo

Vnde datum sentis, lupus hic Tiberinus an alto
Captus hiet, pontesne inter iactatus an amnis
Ostia sub Tusci? Laudas, insane, trilibrem
Mullum, in singula quem minuas pulmenta necesse est.
Ducit te species, video: quo pertinet ergo
Proceros odisse lupos? Quia scilicet illis
Maiorem natura modum dedit, his breve pondus.
Ieiunus raro stomachus vulgaria temnit.

v. 38. *Ieiunus raro stomachus* mss. Feae omn. item omnes Lamb. Pulm. Torr. Talbot. Bentleius hunc versum spurium esse voluit et Heindorfius *rari* scribendum esse monuit. Vtrumque recte improbavit Kirchn. ‚Laudas magnos mullos et odisti proceros lupos, quia hos natura magnos fecit, illos parvos; *vulgaria* enim *stomachus*, qui *raro ieiunus* est, *contemnit*.' *Raro* edid. Iahn. Fea, Doer. et Heind. quoque in textu.

---

ab illa gallinae, tamen natura carnis et sapor non ita te decepit, ut formarum imparitas. Quid autem differat gallinacea caro a pavone, norint ii, qui in his deliciantur." — v. 31. *Vnde datum sentis*, unde tibi concessum, ut sentias? Vnde nosti, quo sensu percipis, quod iste lupus potius est marinus quam fluviatilis? At qui palati subtilitate gloriantur, melioris saporis aiunt esse pisces illos, qui rapidiore unda exercentur, quam qui languidiore torpescunt; idcirco dicuntur lupi esse meliores, qui inter duos pontes capiuntur, ubi aqua concitatior est, quam qui in ostiis fluminis liberis. Schol. Cruq. — *lupus*, λάβραξ, *Meerwolf*, *Perca Labrax*. Linn. — *hiet*, sc. in patina appositus. — *mullus*, apud nos: *Rothbart*, *Schmeerbutte*, *Mullus Barbatus*, Linn. vulgo: *Haeringskoenig*. — v. 34. *pulmenta* cum *Doeringo* interpretor: obsonia, ex carne assa vel elixa, ex piscibus et aliis ciborum generibus confecta, nos: *Gerichte*, *Schüsseln*. — v. 35. *Ducit*, seducit, decipit. — v. 36. Vt iam supra adnotavimus (v. 29.), *ille* nonnunquam ad proximum, *hic* ad remotius refertur. Vid. notata ad

---

[*Vnde datum sentis*] unde traditum hunc intellectum habes, ex qua conscientia nosti, quia iste lupus marinus est magis, quam fluvialis. Illi enim, qui subtilitate gloriantur palati, melioris saporis aiunt esse pisces illos, qui rapidiore unda exercentur, quam qui languidiore torpescunt. [*An alto Captus hiet*] quia pisces statim, cum capiuntur, hiant. [*Pontesne inter iactatus an amnis Ostia sub Tusci*] unde scis, utrum inter ostia Tiberiana, an inter pontes eiusdem fluminis? Et est ordo: *An pontes inter iactatus, an sub ostia amnis Tusci*, i. e. eiusdem fluvii. Dicuntur autem lupi esse meliores, qui aut inter duos pontes capiuntur, ubi aqua concitatior est, aut in ostio fluminis Tiberis. [*Trilibrem*] tres libras valentem. [*Quem minuas*] i. e. comedendo breviorem facias, dum diviseris. [*Ducit te species, video*] *ducit*, seducit, decipit vel delectat. Id est: cur magnitudinem laudas in mullo, reprehendis in lupo? Ergo in utroque hoc te delectat, quod est rarius. [*Proceros odisse lupos*] quia lupi grandem et duriorem carnem habent. [*Quia scilicet illis Maiorem*] ac si diceret: Totum suave est, quod finitur. [*Ieiunus raro*] *rari* magis lego. Rari honoris eius, quidquid rarum est, cupit. *Inops*, rari cupidus. Alii *rare* legunt, cum in usu habeamus *raro*. [*Vulgaria*] usitata, quae cito inveniuntur, quae in me-

si magnitudinem laudas, cur immensos lupos appetis? [*Maiorem natura modum*] In tantum appetis mullum, ut lupos laxos per comparationem eius odoris, qui promiscue grandes nascuntur. [*His*] mullis scilicet. [*Ieiunus raro stomachus*] sensus: Raro ieiunus stomachus invenitur, qui contem-

Porrectum magno magnum spectare catino
Vellem, ait Harpyiis gula digna rapacibus. At vos
Praesentes, Austri, coquite horum obsonia! Quamquam
Putet aper rhombusque recens, mala copia quando
Aegrum sollicitat stomachum, quum rapula plenus
Atque acidas mavult inulas. Nec dum omnis abacta
Pauperies epulis regum: nam vilibus ovis
Nigrisque est oleis hodie locus. Haud ita pridem
Gallonî praeconis erat acipensere mensa

v. 40. *vellem.* Heindorfius monet *velim* esse legendum et suspicatur Horatium fortasse scripsisse: *Velle ait.* — 41. *quamvis* pro var. lect. — 42. Pro *rhombusque* Doer. malit *rhombusve.* Negari nequit librarios *ve* et *que* ubique negligenter permutasse. Ceterum observa dulce ὀξύμωρον inter *recens* atque *putet.* — 44. *abacta est.*

Epist. I, 17, 29. — v. 41. *praesentes*, cf. ad Carm. Lib. I, 35, 2. — De *rhombo* vid. ad Epod. II, 50. — *Quamquam putet aper.* Schol. Cruq.: Corrigit se, quasi frustra Austros invocaverit, quum luxuriosis sit necesse suas putere epulas atque delicias quantumvis sapidas propter satietatem et affluentiam. — *rapula* (*Radieschen*) ad excitandum edendi desiderium sumuntur. — *inula*, ἑλένιον, *Alant.* — *regum*, ut supr. Carm. Lib. I, 4, 14. Serm. I, 2. 86. pro: beatiorum, ditiorum. — v. 47. *Galloní praeconis.* Gallonius praeco primus acipenserem piscem suae mensae apposuit, quare eius mensa etiam a Lucilio taxatur, cuius versus servati sunt apud Cic. de Fin. II, 8. *O Publi, o gurges Galloni, es homo miser. Coenasti in vita nunquam bene, cum omnia in ista Consumis squilla atque acipensere cum decumano.* — Piscis *acipenser* (*Stoer*) apud nos quidem non, ut olim, ad lautiores epulas refertur. Plin. in Hist. Nat. IX, 26. miratur, quod *piscium apud antiquos nobilissimus* apud suae aetatis homines in parvo sit pretio. Neque Ofellus (Horatius) laudat *acipenserem*, sed potius de mutabili in hac re hominum ingenio agit. — v. 50. *praetorius.* Schol. Cruq.: Asinius Sempronius Rufus praetorius instituisse creditur, ut ciconiarum pulli manducarentur (unde apparet, quo pacto dixerit: *tuto nido*); quare cum in praetura petenda repulsam tulisset, tale epigramma meruit: CICONIARUM RVFVS ISTE CONDITOR HIC EST DUOBVS ELEGANTIOR PLANCIS SVFFRAGIORUM PVNCTA NON TVLIT SEPTEM CICONIARUM POPVLVS ULTUS EST MORTEM. *praetorius* ironice dictum intellige. — v. 51. *edixerit*, facete di-

---

dio posita sunt. [*Harpyiis gula digna rapacibus*] digna, quae inter epulas Harpyiiarum ponatur. [*Praesentes Austri*] *praesentes*, quasi precibus meis faventes. Vt: *Praesentia numina Fauni.* Vel potentes *Austri* luxuriosum putrefacite obsonum, ut calore flatus vestri putida reddantur obsonia. [*Putet aper*] contemnitur et ex nimia copia vilis est. Corrigit se, quasi frustra Austros vocaverit, cum luxuriosis necesse sit suas putere epulas atque delicias. [*Quando*] quia, siquidem. [*Aegrum*] fastidientem. [*Sollicitat*] vexat. [*Cum rapula*] *rapula* neutrum plurale est. Ordo: *Cum sit plenus, inulas mavult et rapula.* Hoc *rapum*, huius *rapi;* deminutivum hoc *rapulum.* [*Plenus*] aut satur aut indigestus aut plenus deliciarum laudas inulas, ait. [*Acidas mavult inulas*] non quia *acida* est haec herba, sed quod cum coquitur, aceto conditur. *Inula* autem genus est olerum. *Acida*, quae quasi acidum sapit. [*Nec dum omnis abacta Pauperies*] i. e. adhuc de parcitate antiqua sunt quaedam vestigia; quod cum dicit, ostendit recentem luxuriam conviviorum. Id est, adeo viliores epulae utiles sunt, ut reges quoque illis utantur. *Pauperies* autem moderata temperantia. [*Epulis regum*] i. e. Quamvis reges copiose vivant, nondum tamen pauperum epulas excluserunt mensis suis. [*Haud ita pridem*] redit ad invidiam luxuriae. [*Galloní praeconis erat*] Gallonus quidam fuit praeco, qui habebat apparatum convivium, quem Lucilius etiam pulsat. Hic etiam acipenserem suis conviviis exhibebat. *Acipenser* autem genus piscis est. [*Infamis*] in opinione posita, i. e. famosa et celebrata sermone. [*Tutus erat rhombus*] quia adhuc ignotus erat Romanis, licet abundantia esset earum rerum, tamen qui eas exhibuisset, pro luxurioso habebatur. [*Auctor docuit praetorius*] Asellius quidam Praetor fuit, qui usum comedendarum ciconiarum primus invenit. Alii Sempronium Praetorem volunt, qui post multa etiam ciconias et pullos earum docuit esui esse posse. Vult autem videri non in pretiosis piscibus atque conviviis esse iucunditatem, sed in consessu hominum. [*Sordidus a tenui*] *sordidus*, nimis aridus. Interesse debet inter sordidum et parcum. Nam frustra laborabis, si dum curas nimis parcus videri, sordidus fueris. Haec qui decenter dixerit, intelliget, si quis desideret virtutes, eas in confinio positas vitiorum. [*Distabit Ofello*] Ofellus cum locupletissimus esset et moderatam vitam ageret, subito proscriptus, ferebat se parum iniquitatem sentire fortunae, quoniam quidem nihil illi durum in egestate, pristinae con-

net res vulgares. [*Praesentes Austri*] bene *praesentes*, sicut deos praesentes, qui invocati exaudire debent. [*Mavult inulas*] *inula* dicitur herba, quae incocta aceto conditur et fastidium decutit. [*Galloní praeconis*] hic est, qui primus acipenserem conviviis apposuit. [*Quid? tum rhombos*]

Infamis. Quid? tum rhombos minus aequora alebant?
Tutus erat rhombus, tutoque ciconia nido;
Donec vos auctor docuit praetorius. Ergo,
Si quis nunc mergos suaves edixerit assos,
Parebit pravi docilis Romana iuventus.
Sordidus a tenui victu distabit, Ofello
Iudice; nam frustra vitium vitaveris illud,
Si te alio pravum detorseris. Avidienus,

v. 48. *tunc.* — *aequora alebant* mss. apud Feam. Pulm. Bentl. Oberl. edit. ante Lamb. omnes, qui legit: *aequor alebat.* Eum sequuti sunt non pauci, v. c. Dac. Baxt. Gesn. Phil. Batt. Oberl. Comb. Primam lectionem recte revocavit Bentleius, ut indicet poeta, plura aequora alere rhombum, piscem minime rarum. — 50. *Donec nos.* — 53. *distabat* mss. plur. ap. Feam. Sed rectius *distabit*, sententiose dictum, quod edid. Fea, Iahn. Heind. Doer. — 55. *pravum* legunt Iahn. Fea, Doer. *pravus* defendit Bentl. quem sequitur Heind. Sed utrumque eodem redit. — *detorserit.* — *Aufidienus.*

figura nota apud Horatium. Transeundum ad aliam rem, ita tamen, ut intelligatur, ab acipensere ad rhombum. Vt: *Caecubam et prelo domitam Caleno Tu bibes uvam, mea nec Falernae Temperant vites.* [*Vos, auctor*] *auctor* legitur et *autor.* [*Docuit praetorius*] Rufus praetorius instituisse creditur, ut ciconiarum pulli manducarentur. Isque cum repulsam in praetura tulisset, tale epigramma meruit: *Ciconiarum Rufus iste conditor, Hic est duobus elegantior Plancis: Suffragiorum puncta non tulit septem. Ciconiarum populus ultus est mortem.* [*Sordidus a tenui victu*] in sordidos incipit haec ecloga. [*Avidienus*] hic nimium parcus,

Cui Canis ex vero ductum cognomen adhaeret,
Quinquennes oleas est et silvestria corna,
Ac, nisi mutatum, parcit defundere vinum, et,
Cuius odorem olei nequeas perferre, (licebit
Ille repotia, natales, aliosve dierum
Festos albatus celebret) cornu ipse bilibri
Caulibus instillat, veteris non parcus aceti.

v. 56. *ex vero ductum* mss. ap. Feam, alius ms. apud Pulm. Cruq. Talb. ed. Gryph. 1566. laudat (sed non rec.) Lamb. adoptavit Cruq. Chab. Despr. Talb. Bentl. qui probat. Cun. Baxt. San. Gesn. Oberl. Comb. Wakef. Vid. Cic. I. Acad. c. 11. n. 41. Sic quoque edidere Fea, Iahn. Doer. — Al. *ex vero dictum*, ut Heind. quod haud minus bene habet. — *adhaesit*. Sed recte *adhaeret*, quia de Avidieno vivo et comedente loquitur poeta, ut adtnotat Bentl. — 58. *defundere* mss. ap. Feam, Lamb. Pulm. Cruq. Val. ita Lamb. Pulm. Gryph. 1566. Chab. Torr. Dan. Heins. Talb. Despr. Bond. Dacer. Baxt. Bentl. Cun. San. Phil. Batt. Val. Gesn. Oberl. Comb. Wakef. — *diffundere* alii mss. ap. Feam et alios, priscae editiones aliaeque multae. — *Defundere* defendit Heindorfius hisce verbis: „*diffundere*, das eigentliche Wort von dem Abziehen des Weines aus dem Fasse (*dolium, cupa*) auf Krüge oder Flaschen (*amphoras, cados, serias, lagenas*), passt *hier nicht*, sondern *defundere*, entweder in die *pocula*, oder, in welcher Bedeutung der Ausdruck hier an Kraft gewinnt, *zur Libation ausgiessen*, wie Od. IV, 5, 33.: *Te multa prece, te prosequitur mero Defuso pateris.* Valer. Max. II, 6, 8. *Tum defusis Mercurio libamentis et invocato nomine eius — mortiferam traxit potionem.*“ Adde Cic. II. de Fin. cap. 8. n. 33. *Quibus vinum defusum e pleno sit oenophoro, ut ait Lucilius.* — 59. *oleum* mss. ap. Torr.

---

ctum, tanquam praetor leges. — *mergus*, avis macilenta, *Taucher*. — v. 57. *corna, Cornellen*, fructus lapidosus corni. Virg. A. III, 649.: *lapidosaque corna Dant rami.* — v. 58. *mutatum*, nos: *umgeschlagen*, οἶνος ἐκτροπίας. — *parcit defundere*, parce defundit, sc. ex dolio in amphoram vel cadum. — v. 59. *Cuius odorem olei* etc. Verborum ordo: *Cuius olei odorem perferre nequeas, (id) instillat* etc. — *licebit*, licet. Epod. XV, 19.: *Sis pecore et multa dives tellure licebit.* — v. 60. *repotia*, Festus: *Repotia*, postridie nuptias apud novum maritum coenatur, quia quasi reficitur potatio. — v. 61. *albatus*, alba veste indutus, *im Feyerkleide*. — *bilibri*. Schol. Cruq.: Cornu, quod sextarium capit. Habent enim propolae cornua, quae hanc olei tenent quantitatem. *Ipse* sordidus convivator *cornu*

---

suetudinis exercitatione, videretur. Ipse est, de quo etiam superius dixit. [*Iudice*] pro iudicante, ut: *Non nobis rege Latino*, pro, regnante. [*Si te alio pravum*] non erit sordidus, qui frugaliter vivit. [*Cui Canis ex vero*] Avidienus *Canis* dicebatur. [*Mutatum*] defecatum, depravatum, acetum factum. [*Licebit*] quamvis. [*Ille repotia*] *repotia* dicuntur septimus dies: quo solet nova nupta redire ad parentes suos. Alias. *Repotia* sunt, quae Graeci dicunt ποτοστρόφιαι (sic corr.) aut *mutuae invitationes* (scil. ad bibendum). Vel dies secundus a nuptiis, quo virgo ad muliebrem habitum componitur. Hîc pro festis diebus ponitur. [*Cornu ipse bilibri*] *cornu*, quod sextarium capit. Sunt enim in venalibus cornua, quae hanc olei habeant quantitatem, sextarii mensura. [*Veteris non parcus aceti*] ac

sed dives fuit et est sensus: Luxuriam ex una parte, ex altera avaritiam imminere. [*Ille repotia*] *repotia* dicebatur dies post nuptias. [*Non parcus*]

Quali igitur victu sapiens utetur et horum
Vtrum imitabitur? Hac urget lupus, hac canis angit.
Mundus erit, qui non offendat sordibus, atque
In neutram partem cultûs miser. Hic neque servis,
Albutî senis exemplo, dum munia didit,

v. 62. *non largus.* — 64. *canis angit* Feae, qui edidit, mss. omnes, alii ap. Talb. Comb. edit. omn. priscae, quas vidit Fea, excepta Principe Romana. Lamb. dedit ex aliquot mss. *aiunt*; deinde alii multi, ut Dac. Baxt. Bentl. Cun. San. Phil. Gesn. Val. Oberl. Comb. Wakef. ac si ita magis proverbium sapiat. (Etsi proverbium est, haud minus recte habet *angit*.) *angit* edidere Iahn. Doer. — *aiunt* recep. Heind. — 66. *cultu miser* Aldus 1501. Iunta 1503. — 67. *dum munia adibit* speciosa lectio ap. Feam, quae accipi posset de magnificis conviviis, splendidisque epulis, quas exhibebant illi, qui munera publica s. magistratus ingrediebantur. Sed exemplum senis Albutii ostendit, hîc potius de privatorum conviviis agi, in quibus paterfamilias acrius saeviret, castigaret servos, qui peccarent in officiis sibi commissis pro laute ac diligenter apparando convivio. *Munia* hîc de officiis, quae tabulam bene adornandam spectent, esse intelligenda, nemo est, qui nesciat; sed hanc ob rem haud ridendus esse videtur scholiastes Cruq. qui adscripsit, quae infra in notis dedimus. Herus et haec et illa munia servis obeunda distribuere poterat, aliis scilicet alia.

---

bilibri (oleum) *instillat caulibus*. — v. 64. *Vtrum*, Gallonium an Avidienum. *Hac urget lupus, hac canis angit.* Pro *angit* nonnulli legunt *aiunt*, ut sit proverbium. Quod tamen, quum eius vestigium alias plane nullum exstet, haud immerito in dubium vocavit *Doeringus*, cuius quidem interpretatio huius loci haec est: comparatur scilicet homo luxuriosus (cuius gula in v. 40. dicitur *digna rapacibus Harpyiis*) cum lupi voracitate, et homo sordide avarus (*Avidienus, cui Canis ex vero ductum cognomen adhaeret*) cum canis spurcitia et impudentia. — v. 65-69. Sensus: Sapiens (*der Verständige*) eatenus recte dicetur *mundus*, quatenus convivas non offendat sordibus. Pro *qui* Bentl. dedit *qua*; sed *qui* cum coniunctivo eodem redit. — v. 66. *In neutram partem cultus miser*, nimius.

---

si diceret: In eo solo non avarus, et quae sunt inutilia, liberaliter fundit. [*Quali igitur victu sapiens utetur*] interrogative a quocunque. [*Vtrum imitabitur*] *utrum* pro quemnam? Avidienum sordidum an Gallonium, praeconem, cui acipenser infamem fecerat mensam. [*Lupus*] prodigus luxuria. [*Hac canis*] perditus avaritia. [*Mundus erit*] i. e. mundum sequitur victum, qui neque in sordidam, neque in luxuriosam vitam sit inclinatus. [*Qua non*] *qua*, deest ratione, i. e. quatenus non erit sordidus. [*In neutram partem*] i. e. in luxuriosam vel sordidam vitam sentiet. Ait aeque eum miserum esse, i. e. anxium, et qui de relicto vestis torqueatur et qui extremam necessitatem sordium patiatur. [*Cultus*] ornatus. Genitivus est. [*Hic*] aut iste victus aut qui sequitur moderatum victum. [*Albuti senis exemplo*] Albutius, quidam luxuriosus, quando mittebat servos suos ad obsonia comparanda, mortem eis minabatur, nisi pro voluntate eius comparassent. Alias. Albutius cum convivaretur, servis suis officia distribuebat et antequam aliquis eorum peccaret, caedebat eos, dicens, vereri se, ne cum peccassent, caedere illi postea non vacaret. Ergo non erit hic similis Albutio. [*Dum munia didit*] dum officia distribuit. [*Sae-*

λιτότης. [*Hac urget lupus, hac canis angit*] per lupum et canem significat ex una parte luxuriam, ex alia avaritiam imminere. [*Qui non offendat sordibus*] vita beata erit, quae sordes excesserit. [*In neutram par-*

Saevus erit, neque, sic ut simplex Naevius, unctam
Convivis praebebit aquam: vitium hoc quoque magnum.
Accipe nunc, victus tenuis quae quantaque secum
Afferat. In primis valeas bene: nam variae res
Vt noceant homini, credas, memor illius escae,
Quae simplex olim tibi sederit: at simul assis
Miscueris elixa, simul conchylia turdis:
Dulcia se in bilem vertent, stomachoque tumultum
Lenta feret pituita. Vides, ut pallidus omnis
Cena desurgat dubia? Quin corpus onustum
Hesternis vitiis animum quoque praegravat una,
Atque affligit humo divinae particulam aurae.

v. 79. *affligit* mss. quidam ap. Feam, ceteri et aliorum omnes, teste Bentleio, et veteres editiones ante Lamb. *affigit*; quae lectio, alteri omnino praeferenda, optimum praebet sensum. Sic Fea, Heind. Iahn. Doer.

Vossius haec verba sic interpretatur: *Weder in Zier ausschweifend, noch Unzier.* — *dum munia didit.* Schol. Cruq.: *quae quisque agat, utpote, tu rus ibis, tu boves pasces, tu granaria curabis et cetera.* *munia* hic *Heindorfius* explicat: *die Besorgung der Tafel.* — *Saevus erit.* Schol. Cruq.: asper in exigenda a singulis pensi ratione castigandoque, adeo ut servos nonnunquam castigaret et caederet prius quam peccassent, dicens, vereri se, ne, cum peccassent, caedere tunc ei non vacaret. — *unctam*, sorde inquinatam, vid. infr. Serm. II, 4, 78. — v. 73. *sederit*, sumpta et depressa in ventriculo quieverit, nullo subsecuto stomachi tumultu. — *conchylia*, *Austern* und *Muscheln* cuiusque generis ac speciei, cf. Epod. II, 49. Serm. II, 8, 27. — In *miscueris* ultima syllaba per caesuram producitur. — v. 76. *pituita* tribus syllabis pronunciandum, ut infr. Epist. I, 1, 108. — v. 77. *coena dubia*, ob magnam lautissimarum epularum copiam, ubi conviva, quid potissimum sumat, dubitat. Terent. Phorm. II, 2, 28.: *Coena dubia apponitur.* G. *Quid istuc verbi est?* P. *Vbi tu dubites, quid sumas potissimum.* — *v.* 79. *affigit humo*, nos: *drückt*

---

vus erat] negligens ad comparanda obsonia. [*Vt simplex*] multum remittens servis. [*Naevius*] pro in unctis calicibus Naevius curando unctam aquam convivis praebebat; nam ut Albutius rigidus ferebatur in domesticam disciplinam, ita per contrarium Naevius remissior. [*Vitium hoc quoque magnum*] negligentia, si nimium quis innocens sit. [*Victus tenuis*] modeste moderatus, nec sordidus. [*In primis valeas bene*] enumerat commoditates tenuis victus. [*Variae res*] amplior apparatus, luxuriosior cibus. [*Simplex*] i. e. una, quam facile digesseris. Cum digestione in digestionem pervenerit esca, quae non bene digeritur, magis cumulatur in stomacho. [*Sederit*] bene in digestionem venerit. [*Miscueris*] stomacho, comederis. [*In bilem*] in pestem, in digestionem. [*Tumultum*] molestiam, dolorem. [*Lenta*] fortis, indigesta. [*Pituita*] longa, metri causa. [*Vides, ut pallidus*] i. e. vides, quemadmodum omnis de coena varia sur-

tem cultus miser] *cultus* saevus est, unde et alibi: *Qui feros cultus hominum.* Virg.: *Cultusque feros mollire colendo.* Sallust: *Atque ipse cultus rei.* [*Albuti senis*] hic est Albutius, qui et avarus et elegans conviviorum adparator, saevus est habitus in servos, qui ob cupiditatem nimiam habendi alienam uxorem suam veneno necavit. [*Accipe nunc, victus tenuis*] dicit, quae bona conferat tenuis victus. [*Coena desurgat dubia*]

Alter, ubi dicto citius curata sopori
Membra dedit, vegetus praescripta ad munia surgit.
Hic tamen ad melius poterit transcurrere quondam,
Sive diem festum rediens advexerit annus,
Seu recreare volet tenuatum corpus, ubique
Accedent anni et tractari mollius aetas
Imbecilla volet. Tibi quidnam accedet ad istam,
Quam puer et validus praesumis, mollitiem, seu
Dura valetudo inciderit, seu tarda senectus?
Rancidum aprum antiqui laudabant, non quia nasus

v. 84. Bentleius corr. *ubive*, quoniam post *seu*, *seu* tertium locum particula *ve* obtineat; quam sententiam refut. Kirchn. Bentleium secutus est Doer. Sed. vid. Zumptii (quem Iahn. laudat ad h. l.) Gr. Lat. p. 276. — *ubique* Fea, Iahn. — 85. *Accedant. Accedunt.*

---

zu Boden. — *divinae particulam aurae*, divini spiritus partem, i. e. animam. Schol. Cruq. Virg. Aen. VI, 730.: *Igneus est ollis vigor caelestis origo Seminibus* etc. Ibd. v. 746-47. — v. 80. *dicto citius*, citius quam dici potest. — *membra curata*, cibo potuque refecta. — v. 82. *ad melius*, interdum etiam is, qui tenui victu contentus est, lautius vivere poterit. — v. 88. *Dura valetudo.* Cels. I, 1. *cavendum, ne in secunda valetudine adversae praesidia consumantur.* — v. 89. *Rancidum*, leviter tantum pu-

---

gat aegrotus? [*Dubia*] luxuriosa, magna. [*Hesternis vitiis*] hesterna cruditate vel intemperantia. [*Divinae particulam aurae*] divini spiritus partem, i. e. animam. [*Alter*] qui tenui contentus. Ordo est: *Dicto citius praescripta ad munia surgit*, i. e. ad necessarias functiones et absolvenda officia. Alias. Parcus membra vel otio reficit: ille autem et animum deprimit ad humum et praegravat corpus. [*Curata*] sufficienti cibo refecta, recreata prandio. [*Vegetus*] alacer, laetus. [*Praescripta ad munia*] aut quae ipsum agere placuit aut quae ab aliis iniuncta. [*Hic*] qui parvo contentus est. [*Ad melius poterit transcurrere*] alias dicit commoditates eius, qui utitur victu tenui. Commoditates sentit dierum festorum et languidum corpus facilius recreat et senectutem facilius consolatur ampliore cibo propter novitatem. [*Quondam*] quandocumque, adverbium medii temporis. [*Sive diem festum rediens advexerit annus*] et luxurioso et frugi senecta accidit, quae se mollius tractari vult, quam iuventus. Sed cum iuvenis delicate vixeris, omnia dura futura sunt, nihil erit, quod recreare possit, si languere coeperis aut senescere. [*Tenuatum*] aegritudine seu languore. [*Vbiq. Accedunt anni*] supple, melius. Id est: Et ubi senectus advenerit, melius eam potest tractare. Omnia orta occidunt et aucta senescunt. [*Tibi quidnam accedet?*] te autem quid poterit delectare in senectute aut post aegritudinem, cui nihil novi derelictum est? [*Dura valetudo*] non est epitheton valetudinis, quoniam potest esse et bona valetudo. [*Rancidum aprum*]

lauta. Sic Terent. in Phormione: *Coena dubia apponitur.* [*Divinae particulam aurae*] animum dicit. Sic et Virg.: *Aethereum sensum atque aurai simplicis ignem.* [*Curata sopori Membra dedit*] is vero, qui citius conquiescit, nec diu vigilat ob longam coenam. [*Vegetus praescripta ad munia surgit*] is, qui dicto citius membra quieti dedit, valens ad sua officia surgit. [*Ad melius*] *melius* lautius significat. [*Quondam*] de futuro, ut Virgilius: *Nec Romula quondam Vllo se tantum tellus iactabit alumno.* [*Tibi quidnam accedet ad istam*] hoc ait: Licet velis ad istam tuas delicias adiicere, profecto non possis. Tantae sunt enim, ut addi eis

Illis nullus erat, sed, credo, hac mente, quod hospes
Tardius adveniens vitiatum commodius, quam
Integrum edax dominus consumeret. Hos utinam inter
Heroas natum Tellus me prima tulisset!
Das aliquid famae, quae carmine gratior aurem
Occupat humanam? Grandes rhombi patinaeque
Grande ferunt una cum damno dedecus: adde
Iratum patruum, vicinos, te tibi iniquum,
Et frustra mortis cupidum, quum deerit egenti
As, laquei pretium. Iure, inquit, Trausius istis

v. 99. *As*, *laquei pretium*, lectio aliquot Feae mss. et aliorum et editionum recentiorum, quam def. Bentl. — *Aes* recep. Fea dicens: Quis credat assem praecise laquei pretium? Sed hoc est poetae verba ad unguem secare. (Idem fere esset, si hodie poeta aliquis dixerit: *ein Heller, der Schnure Preis.* Quodsi quis propter pretium haud satis accurate memoratum mutare malit in: *das Geld, der Schnure Preis*, risu dignissimus certe habebitur.) *As* edidere Iahn. Heind. Doer.

---

tentem, cui opponitur *integer*, non putens. — v. 99. *As*, *laquei pretium.* Schol. Cruq.: quo emas tibi laqueum ad suspendium. Plaut. in Pseudol. *Sed quid de drachma facere vis? C. Restim volo Mihi emere.* P. *Quamobrem? C. Qui me faciam pensilem.* — *Quod superat*, superest. — *non est*, non habes. — *melius*, prudentius, rectius. — *Cur eget indignus*

---

lardum, leviter putentem et corruptam carnem rancidum dixerunt. Antiqui omnia custodiebant et quavis vetustate laudabant. [*Non quia nasus illis nullus erat*] *nasus* pro odore. Et hoc *nasum* et hic *nasus* dicitur, estque incerti generis. [*Hac mente*] hac intentione. [*Quod hospes Tardius adveniens*] Ordo cum hoc sensu: *Quod commodius hospes vitiaret servatum, quam totum dominus absumeret.* [*Vitiatum*] putidum. [*Integrum*] aut totum aut non corruptum. [*Edax*] vorax, glutio. [*Tellus me prima tulisset*] quia dicitur ante deos nata esse Terra. Mire ait, *prima tellus*, illo enim tempore, quo mundus ex discordibus in hanc concordiam formatus est, ex Terra generati traduntur heroes, indocilis turba vitiorum. [*Das aliquid famae?*] interrogative: Putas hoc ad famam pertinere, si agitas magna convivia? Sed forte dicis: Volo habere opinionem bene pascentis et laudari propter opima convivia. Vel: Nonnihil putas opinionem bene pascentis et ideo vis habere apparatam mensam, i. e. vis habere famam, ut lautus dicaris; sed est fama gratior, quae carmine animos delenit et docet. [*Quae carmine gratior*] τῷ ἀκροάματι, nam ἀκρόαμα dicitur, quod auditu delectat. Antisthenes philosophus cum vidisset adolescentem multum aromatibus delectari: *O te*, ait, *infelicem*, *qui summum acroama non audivisti*, i. e. laudes tuas. Quia plus delectamur laudibus nostris. [*Adde iratum patruum*] adde, quod etiam haec incommoda affert apparatus mensae, quod se laedit et damna conficit, qui aliis multa exhibet. [*Te tibi iniquum*] quia sibi iniquus est, qui multum exhibet. [*Laquei pretium*] unde emas tibi laqueum. [*Iure, inquit*] quasi aliquis nihil possit. [*Rancidum aprum antiqui laudabant*] hoc est, dum servatur, rancidum factum. [*Quae carmine gratior aurem occupat humanam*] hoc Antisthenes dixisse traditur. Is enim cum vidisset adolescentem luxuriosum ac aromatibus deditum, ait: Miserum te, adolescens, qui nunquam audisti summum ἀκρόαμα, i. e. laudem tuam. [*Cum deerit egenti*] Plautus

Iurgatur verbis: ego vectigalia magna
Divitiasque habeo tribus amplas regibus. Ergo,
Quod superat, non est, melius quo insumere possis?
Cur eget indignus quisquam, te divite? quare
Templa ruunt antiqua Deûm? cur, improbe, carae
Non aliquid patriae tanto emetiris acervo?
Vni nimirum tibi rectae semper erunt res!
O magnus posthac inimicis risus! Vterne
Ad casus dubios fidet sibi certius? hic, qui
Pluribus adsuerit mentem corpusque superbum,

v. 105. *magno emetiris.* — *ex magno.* — *e tanto* ed. Princ. Cun. ex ing. — 106. *tibi rectae.* — pro var. lect. *recte tibi.* — *eunt* pro *erunt* Bentl. ex coniectura.

---

quisq. nos: *Warum darbt unverdient irgend einer*; *indignus eget*, qui non debebat paupertate premi. — *cur carae Non aliquid patriae tanto emetiris acervo?* tune a te impetrare non potes, ut ex tantis divitiis conferas aliquid in publicum carae patriae commodum? — v. 106. *Vni nimirum*, δηλονότι, ironice dictum. — *rectae semper erunt res*, res semper

---

dicat de divitibus et luxuriosis. [*Travius istis iurgatur verbis*] Travius quidam fuit pauper prodigus et luxuriosus. *Iurgatur* autem increpatur, culpatur. [*Ego vectigalia magna*] satis arroganter opes suas reipublicae comparavit. Et nove dixit: *Vectigalia* propter natos reditus. [*Tribus amplas regibus*] quae sufficiant tribus regibus. [*Ergo Quod superat*] Horatius respondet Travio. *Quod superat*, quod superabundat tibi, i. e. tuis usibus, non potes alia re melius erogare, vincit te. Superest autem, cum relinquendum est. [*Cur eget indignus*] scilicet egestate, qui non mereatur egere. Pro interiectione, ut sit indigne. [*Vni nimirum recte tibi*] cum varia sit fortuna, quare non cogitas vices mobilitatemque fortunae vel prorsus tu eris solus beatus semper et felix? Per hoc memento conditionis humanae, quae est semper immutabilis, i. e. credis te semper esse felicem et ideo non promittis quaedam beneficia, quae sis relaturus alia succedente fortuna. Alias. Semperne habebis divitias? poterit tua immutari fortuna? [*Recte tibi semper erunt res*] secundum fortunam, ut putas. [*Inimicis risus*] cum patrimonium omne per luxuriam consumpseris aut si fortuna commutata fuerit, risui omnibus inimicis eris. [*Vterne*] utrum frugi an luxuriosus, interrogative. [*Ad casus dubios fidet sibi*] quia magis habet fiduciam ille, qui cum habuisset et luxuriis fuerat obligatus, i. e. in egestate. Quia magis sibi fidit ille, qui parvo contentus fuit an ille, qui semper usus est luxuria. [*Pluribus*] deliciis atque apparatibus. [*Assuerit mentem*] pro adsuefecerit; quia luxuriosus multis rebus adsuefacit et corpus et mentem; nam multis initur, qui plura desiderat. [*In pace*] in prospera fortuna.

in Pseudolo: *Sed quid de drachma facere vis? Restim emere, qui me faciam pendulum.* [*Iure, inquit, Travius*] *Travius* pauper et luxuriosus fuit. Verum in sequenti *vectigalia* quod ait, reditus privatos significat, cum paucos tantum alii posuerint. [*Cur eget indignus?*] Sensus est: Cur te divite, aliquis pauper est? [*Vni nimirum*] Sensus: Parcendo prospicis, ne unquam tibi desit, quod egente Republica contingere tibi non possit. [*Ad casus dubios*] haec ait: Quis magis videtur tutus adversum fortunae incommoda, utrum, qui lautis epulis semper usus est, an qui simplici victu? [*Pluribus assuerit*] pro *adsuefecerit.* [*Quo magis his credas*]

An qui, contentus parvo metuensque futuri,
In pace, ut sapiens, aptârit idonea bello?
Quo magis his credas, puer hunc ego parvus Ofellum
Integris opibus novi non latius usum,
Quam nunc accisis. Videas metato in agello
Cum pecore et gnatis fortem mercede colonum,
Non ego, narrantem, temere edi luce profesta
Quidquam praeter olus fumosae cum pede pernae.
At mihi seu longum post tempus venerat hospes,
Sive operum vacuo gratus conviva per imbrem
Vicinus, bene erat non piscibus urbe petitis,
Sed pullo atque haedo: tum pensilis uva secundas

v. 118. *Ac mihi* mss. et edd. plur. Al. *At mihi*, ut Fea, Iahn. — *cum longum* edit. Bas. 1531. Frib. 1536. Dion. ab Harsio Lugd. 1538. Gryph. Ven. 1552. *quum* Henr. Steph. *At mihi cum longum* Mur. Bentleius miratur, unde malum huc pedem intulerit illud *cum*, cum omnes codices et editiones habeant *seu*. — *Ac mihi, seu* Doer. *Ac mihi seu* Heind.

---

tibi salvae erunt, non mutabili fortunae obnoxiae erunt! — v. 115. *fortem*, gnavum et robustum, infr. Epist. II, 1, 139. *Agricolae prisci, fortes parvoque beati*. Tibull. II, 2, 14. *Fortis erat valido rusticus arva bove.* — v. 120. *bene erat non piscibus* etc. genio indulgebamus, non quidem ad piscium urbe petitorum, sed ad haedi atque pulli ferculum. — v. 121. *pensilis uva*, uvae, quae filis suspendi solent, quo diutius servari possint.

---

in divitiis qui est et vivit parvo contentus: ita se parat ad inimicam fortunam, quemadmodum sapiens parat bello necessaria in pace. Bello comparat egestatem. [*Quo magis his credas*] *his*, verbis meis, quibus dixi melius esse uti exiguo victu: audi, quid solebat dicere Ofellus. [*Parvus Ofellum Integris opibus novi*] Ofellum quemdam dicit proscriptum, qui ita dicebat: Non me terret fortuna proscripti, quia et antea cum essem dives, moderate vivere consuevi. Alias. Ofellum vicinum suum abstinentem dicit, qui cum fuisset proscriptus ager eius et Vmbreno militi condonatus, aequaliter vivit dives et postea pauper. Alias. Iste Ofellus proscriptus est, quia fuit in parte Cassii et possessio eius tradita est militibus Augusti, qui Ofellus postea ab iisdem conduxit. [*Accisis*] imminutis proscriptione. [*Metato in agello*] *metato*, ad mensuram diviso, cum limite diviso et conducto a milite Augusti ab eo, cui fuerat ademptus. [*Non ego narrantem temere*] *non* bis intelligitur, ut sit, novi non temere narrantem, i. e. vere, non quidquam in usu habuisse praeter olus et fumosam pernam. [*Luce profesta*] ante festa; nam, ut quidam, *non festa*, falsum est. Non ego narrantem temere ex superioribus novi. Ordo est: *Non ego narrantem temere quidquam audivi, praeter, edi luce profesta olus, cum pede fumosae pernae.* [*Ac mihi seu longum*] ζεῦγμα usque ad: *Bene erat*: continua verba sunt Ofelli usque ad finem. [*Operum vacuo*] vacanti, nihil agenti, propter imbrem conviva factus. [*Sed pullo atque haedo*] aut ordinariae sunt mensae, quae ad satietatem, aut secundariae, quae ad delectationem proficiunt. [*Pensilis uva*] pomorum dicit, ut novimus, men-

bene, quasi persuaserit. [*Profesta*] non sacra. [*Post hoc ludus erat*] si quando libere potare volebant antiqui, i. e. sine archiposia, dicebant se

Et nux ornabat mensas cum duplice ficu.
Post hoc ludus erat culpa potare magistra;
Ac venerata Ceres, ita culmo surgeret alto,
Explicuit vino contractae seria frontis.
Saeviat atque novos moveat Fortuna tumultus:
Quantum hinc imminuet? quanto aut ego parcius aut vos,

v. 123. *cuppa potare magistra* Lamb. ex ingenio. Eum refut. Bentl. qui ipse haud minus ridicule proposuit: *cupa*. — 124. *ita culmo surgeret* Fea et recentiores ad unum fere omnes. Recte. *ita culmo ut* mss. nonnulli ap. Feam, quem vide, si tibi placet. — 127. *Quantum aut imminuet?* quid. mss. ap. Feam. Sed recte, ut ipse quidem ait, ceteri mss. *hinc*.

— v. 122. *cum duplice ficu*, bifida. Pallad. de R. R. IV, 10, 35. *subinde ficus, sicut est divisa, vertatur, ut ficorum coria siccentur et pulpae tunc duplicatae in cistellis serventur aut loculis.* — v. 123. *Post hoc ludus erat culpa potare magistra, ac venerata Ceres, ita culmo surgeret alto, explicuit vino contractae seria frontis.* Compotatio ita instituta erat, ut culpa bibendi magistra esset, culpa adeo commissa poculo ebibendo redimenda esset. Locutionem repetiit poeta a symposiarchia, in qua certae leges bibendi a magistro bibendi ponerentur, quae fere eo tenderent, ut convivae paulatim in summam ebrietatem coniicerentur, id quod manifesto apparet ex Cic. in Verr. IV, 11. Haec *Mitsch.*, qui et *Heindorfii* et *Nagelii* de hoc loco sententiam refellere nititur in *Racem. Venus. Fasc.* I. Ex *Mitscherlichii* sententia sensus huius loci fere hic est: ludum hunc in compotatione instituebamus, per lusum ita potabamus, ut peccata (quae in horum censum venirent, apponi non opus erat) poculis exhauriendis luenda essent. In seq. versu preces inter libandum Cereri factas has memorat: *ita culmo surgeret alto*, in quibus, quo sensu *ita* positum sit, recte dubites. Plerique omnes, antiquum scholion secuti, supplent, ita, uti coeperat. Quid? (inquit Mitsch.) si *ita alto* iungamus et μιμητικῶς ita accipiamus, ut Ofellum manibus ipsam culmorum altitudinem, quantam cuperet, designantem cogitemus? quales quidem μιμήσεις vividae orationi haud raro impressae sunt. Quae, inquam, ratio multum habet, quo se commendet nobisque cum maxime adridet. — v. 124. Rogata deinde Ceres, ut perseveraret in frugibus ita, ut se ostenderat, tristitiam explicuit vino. *Venerata* autem in passiva significatione posuit, ut Virg. Aen.

---

sas. [*Secundas Ornabat mensas*] *secunda mensa* dicitur, in qua non editur, sed datur opera poculis. [*Post hoc*] post pullum et haedum. [*Ludus erat culpa potare magistra*] ludebamus poculis indulgentes vino, praeeunte quoque culpa: quia culpatur ille, qui multum bibit. [*Ac venerata Ceres*] i. e. rogata et est commune verbum, *veneror te*, et *veneror a te.* Est autem sensus: Rogata Ceres, ut segetes crescerent, per vinum molestiae oblivisci faciebat. Hoc est, sacrificabamus Cereri et laeti efficiebamur. Alias. Posthac rogabamus Cererem, ut magno culmo messis insurgeret. [*Ita culmo surgeret*] quomodo coepit crescere. [*Explicuit*] cum explicuisset. Potest hic versus ex persona Horatii interponi, quae res explicaret ludos. [*Seria*] tristia. [*Saeviat*] verba Ofelli. Vtut insaniat fortuna, non tamen nos laedet. Vel: Quantum vult fortuna, in me saeviat, tamen nihil deterreor ipsius minis. Nam et in divitiis et in egestate una mihi consuetudo moderate vivendi est. [*Hinc*] de eo, quod in usu habeo, de hac parsimonia, de exiguo quantum potest irata fortuna detrahere. [*Parcius*] minus, postquam huc venit novus incola. [*Aut vos, o pueri*,

magistram facere culpam. [*Ac venerata Ceres*] rogata deinde Ceres,

An qui, contentus parvo metuensque futuri,
In pace, ut sapiens, aptârit idonea bello?
Quo magis his credas, puer hunc ego parvus Ofellum
Integris opibus novi non latius usum,
Quam nunc accisis. Videas metato in agello
Cum pecore et gnatis fortem mercede colonum,
Non ego, narrantem, temere edi luce profesta
Quidquam praeter olus fumosae cum pede pernae.
At mihi seu longum post tempus venerat hospes,
Sive operum vacuo gratus conviva per imbrem
Vicinus, bene erat non piscibus urbe petitis,
Sed pullo atque haedo: tum pensilis uva secundas

v. 118. *Ac mihi* mss. et edd. plur. Al. *At mihi*, ut Fea, Iahn. — *cum longum* edit. Bas. 1531. Frib. 1536. Dion. ab Harsio Lugd. 1538. Gryph. Ven. 1552. *quum* Henr. Steph. *At mihi cum longum* Mur. Bentleius miratur, unde malum huc pedem intulerit illud *cum*, cum omnes codices et editiones habeant *seu*. — *Ac mihi, seu* Doer. *Ac mihi seu* Heind.

---

tibi salvae erunt, non mutabili fortunae obnoxiae erunt! — v. 115. *fortem*, gnavum et robustum, infr. Epist. II, 1, 139. *Agricolae prisci, fortes parvoque beati.* Tibull. II, 2, 14. *Fortis erat valido rusticus arva bove.* — v. 120. *bene erat non piscibus* etc. genio indulgebamus, non quidem ad piscium urbe petitorum, sed ad haedi atque pulli ferculum. — v. 121. *pensilis uva*, uvae, quae filis suspendi solent, quo diutius servari possint.

---

in divitiis qui est et vivit parvo contentus: ita se parat ad inimicam fortunam, quemadmodum sapiens parat bello necessaria in pace. Bello comparat egestatem. [*Quo magis his credas*] *his*, verbis meis, quibus dixi melius esse uti exiguo victu: audi, quid solebat dicere Ofellus. [*Parvus Ofellum Integris opibus novi*] Ofellum quemdam dicit proscriptum, qui ita dicebat: Non me terret fortuna proscripti, quia et antea cum essem dives, moderate vivere consuevi. Alias. Ofellum vicinum suum abstinentem dicit, qui cum fuisset proscriptus ager eius et Vmbreno militi condonatus, aequaliter vivit dives et postea pauper. Alias. Iste Ofellus proscriptus est, quia fuit in parte Cassii et possessio eius tradita est militibus Augusti, qui Ofellus postea ab iisdem conduxit. [*Accisis*] imminutis proscriptione. [*Metato in agello*] *metato*, ad mensuram diviso, cum limite diviso et conducto a milite Augusti ab eo, cui fuerat ademptus. [*Non ego narrantem temere*] *non* bis intelligitur, ut sit, novi non temere narrantem, i. e. vere, non quidquam in usu habuisse praeter olus et fumosam pernam. [*Luce profesta*] ante festa; nam, ut quidam, *non festa*, falsum est. Non ego narrantem temere ex superioribus novi. Ordo est: *Non ego narrantem temere quidquam audivi, praeter, edi luce profesta olus, cum pede fumosae pernae.* [*Ac mihi seu longum*] ζεῦγμα usque ad: *Bene erat*: continua verba sunt Ofelli usque ad finem. [*Operum vacuo*] vacanti, nihil agenti, propter imbrem conviva factus. [*Sed pullo atque haedo*] aut ordinariae sunt mensae, quae ad satietatem, aut secundariae, quae ad delectationem proficiunt. [*Pensilis uva*] pomorum dicit, ut novimus, mensas. [*Secundas Ornabat mensas*] *secunda mensa* dicitur, in qua non editur, sed datur opera poculis. [*Post hoc*] post pullum et haedum. [*Ludus erat culpa potare magistra*] ludebamus poculis indulgentes vino, praeeunte quoque culpa: quia culpatur ille, qui multum bibit. [*Ac venerata Ceres*] i. e. rogata et est commune verbum, *veneror te*, et *veneror a te.* Est autem sensus: Rogata Ceres, ut segetes crescerent, per vinum molestiae oblivisci faciebat. Hoc est, sacrificabamus Cereri et laeti efficiebamur. Alias. Posthac rogabamus Cererem, ut magno culmo messis insurgeret. [*Ita culmo surgeret*] quomodo coepit crescere. [*Explicuit*] cum explicuisset. Potest hic versus ex persona Horatii interponi, quae res explicaret ludos. [*Seria*] tristia. [*Saeviat*] verba Ofelli. Vtut insaniat fortuna, non tamen nos laedet. Vel: Quantum vult fortuna, in me saeviat, tamen nihil deterreor ipsius minis. Nam et in divitiis et in egestate una mihi consuetudo moderate vivendi est. [*Hinc*] de eo, quod in usu habeo, de hac parsimonia, de exiguo quantum potest irata fortuna detrahere. [*Parcius*] minus, postquam huc venit novus incola. [*Aut vos, o pueri,*

bene, quasi persuaserit. [*Profesta*] non sacra. [*Post hoc ludus erat*] si quando libere potare volebant antiqui, i. e. sine archiposia, dicebant se magistram facere culpam. [*Ac venerata Ceres*] rogata deinde Ceres,

Et nux ornabat mensas cum duplice ficu.
Post hoc ludus erat culpa potare magistra;
Ac venerata Ceres, ita culmo surgeret alto,
Explicuit vino contractae seria frontis.
Saeviat atque novos moveat Fortuna tumultus:
Quantum hinc imminuet? quanto aut ego parcius aut vos,

v. 123. *cuppa potare magistra* Lamb. ex ingenio. Eum refut. Bentl. qui ipse haud minus ridicule proposuit: *cupa.* — 124. *ita culmo surgeret* Fea et recentiores ad unum fere omnes. Recte. *ita culmo ut* mss. nonnulli ap. Feam, quem vide, si tibi placet. — 127. *Quantum aut imminuet?* quid. mss. ap. Feam. Sed recte, ut ipse quidem ait, ceteri mss. *hinc.*

— v. 122. *cum duplice ficu*, bifida. Pallad. de R. R. IV, 10, 35. *subinde ficus, sicut est divisa, vertatur, ut ficorum coria siccentur et pulpae tunc duplicatae in cistellis serventur aut loculis.* — v. 123. *Post hoc ludus erat culpa potare magistra, ac venerata Ceres, ita culmo surgeret alto, explicuit vino contractae seria frontis.* Compotatio ita instituta erat, ut culpa bibendi magistra esset, culpa adeo commissa poculo ebibendo redimenda esset. Locutionem repetiit poeta a symposiarchia, in qua certae leges bibendi a magistro bibendi ponerentur, quae fere eo tenderent, ut convivae paulatim in summam ebrietatem coniicerentur, id quod manifesto apparet ex Cic. in Verr. IV, 11. Haec *Mitsch.*, qui et *Heindorfii* et *Nagelii* de hoc loco sententiam refellere nititur in *Racem. Venus. Fasc.* I. Ex *Mitscherlichii* sententia sensus huius loci fere hic est: ludum hunc in compotatione instituebamus, per lusum ita potabamus, ut peccata (quae in horum censum venirent, apponi non opus erat) poculis exhauriendis luenda essent. In seq. versu preces inter libandum Cereri factas has memorat: *ita culmo surgeret alto*, in quibus, quo sensu *ita* positum sit, recte dubites. Plerique omnes, antiquum scholion secuti, supplent, ita, uti coeperat. Quid? (inquit Mitsch.) si *ita alto* iungamus et μιμητικῶς ita accipiamus, ut Ofellum manibus ipsam culmorum altitudinem, quantam cuperet, designantem cogitemus? quales quidem μιμήσεις vividae orationi haud raro impressae sunt. Quae, inquam, ratio multum habet, quo se commendet nobisque cum maxime adridet. — v. 124. Rogata deinde Ceres, ut perseveraret in frugibus ita, ut se ostenderat, tristitiam explicuit vino. *Venerata* autem in passiva significatione posuit, ut Virg. Aen.

O pueri, nituistis, ut huc novus incola venit?
Nam proprie telluris herum natura neque illum,
Nec me, nec quemquam statuit: nos expulit ille;
Illum aut nequities aut vafri inscitia iuris,
Postremum expellet certe vivacior heres.
Nunc ager Vmbreni sub nomine, nuper Ofelli
Dictus erat, nulli proprius, sed cedit in usum
Nunc mihi, nunc alii. Quocirca vivite fortes,
Fortiaque adversis opponite pectora rebus!

v. 129. *propriae* in edit. Heind. et Doer. Sed *propria* dici nequit *tellus*, dum huiusmodi proprietas denegatur, ut ad h. l. adnot. Fea. Cf. Iahn. not. infr. in not. repet. — 132. *Postremo* mss. nonnulli ap. Feam, Lamb. Cruq. Mur. edit. Ven. 1573. Chab. Bond. Despr. Talb. Baxt. Gesn. Val. Phil. Batt. Oberl. Comb. Ceteri mss. et edd. *Postremum.* — 133. De *Vmbreno* cf. Sallust. Bell. Cat. cap. 41. — 134. *Dictus erat: nulli proprius: sed cedit* Fea leg. — *Dictus erit nulli proprius, sed cedet* Heind. leg. — *cedet* propter codd. auctoritatem cum Kirchnero scripsit Iahn. Kirchnerus edidit: *Dictus, erit nulli proprius.* Sed in lectione *dictus erat* opt. libri consentiunt et ad *proprius* voc. *est* facile subintelligitur. Iahn. — *Dictus erat, nulli proprius, sed cedit* Doer. leg. Totum locum recte scripsit Iahn.

III, 460. *cursusque dabit venerata sacerdos.* Schol. Cruq. — v. 128. *nituistis*, pro, nutriti estis; bene nutriti, praecipue rustici, *nitent* vultu et corpore. Tibull. II, 1, 21. *Tunc nitidus, plenis confisus rusticus agris, Ingeret ardenti grandia ligna foco.* Phaedr. III, 7, 4. *unde sic nites?* — *ut*, postquam, quo ex tempore. — *novus incola*, miles Vmbrenus, (v. 133.) advena, novus agelli possessor. Compara Virg. Ecl. IX, 2 et 3. — v. 129. *proprie* (i. e. privatim, peculiariter) ex codd. scripsit *Fea.* Vulgo *propriae*, i. e. telluris, quae propria sit, herum natura statuit neminem. Vide vs. 134.: *ager nulli proprius.* — v. 131. *nequities*, vita nefaria et flagitiosa. — *vafri*, supr. Serm. I, 3, 130. iurisconsultus ita dicitur. — v. 132. *vivacior*, diutius altero vivens. Serm. II, 1, 35.: *vivax mater.* — v. 135. *fortes*, ut supr. Carm. Lib. I, 7, 30.: *O fortes, peioraque passi Mecum saepe viri, nunc vino pellite curas.*

---

nituistis] bene vixistis, accepti estis. Sensus est: Cum eadem sit nobis semper fragilitas, numquid eo, quo agrum amisimus, minus nituistis, cum eadem nobis vita sit, quae fuit dominis constitutis. Pueri autem aut filii aut servi. [*Vt*] postquam. [*Novus incola*] *Vmbrenus*, qui meum agrum possidet. [*Illum aut nequities*] qui consumptis bonis, agrum coges absumere. Paupertatis enim est amica nequities. Item aliter. Aut per luxuriam amittet agrum, vendendo eum, aut crimine aliquo reus factus, proturbabitur patrimonio suo. [*Vafri*] astuti, callidi. [*Inscitia iuris*] aut ignorantia iuris antiqui vel committet aliquid inscius contra et perdet agrum. [*Vivacior*] ad comparationem illius, qui moritur. [*Vmbreni*] nomen est militis, qui Ofelli agrum possidebat. [*Proprius*] perpetuus. [*Fortes*] forti animo.

ut perseveraret in fructibus ita, ut se ostenderat, tristitiam explicuit vino, et *venerata* passiva significatione posuit. Vt Virgilius: *Cursusque dabit venerata sacerdos.* [*Vmbreni sub nomine*] *Vmbrenus* miles, deinde novus incola venit, non dominus talis est in superioribus: *Quid tu, Nullane habes vitia? Imo alia et fortasse minora.* [*Vafri*] astuti iuris. [*Fortiaq. adversis opponite*] pro fortes estote adversum fortunae incommoda.

SATIRA III.

ARGUM. *Inducit Horatius in hac satira Damasippum ex mercatore philosophum factum secum loquentem ac de sententia Stoicorum: ‚omnes homines et ipsos Stoicos, excepto disciplinae Stoicae auctore ac principe, insanire,‘ disputantem. Damasippus autem propter bonorum suorum iacturam philosophus factus cuique obvio praecepta Stoicorum recitare eamque ob rem satis molestus esse solebat.*

Sic raro scribis, ut toto non quater anno
Membranam poscas, scriptorum quaeque retexens,
Iratus tibi, quod vini somnique benignus
Nil dignum sermone canas. Quid fiet? Ab ipsis
Saturnalibus huc fugisti. Sobrius ergo

v. 1. Bentleius ex aliquot codd. scripsit: *Si raro scribes, ut . . . canas: quid fiet?* quod recte reiecit Heind. Neque felicius Bothius: *Sic raro scribes* (i. e. *scribere vis*) metri causa emendavit. Syllaba voc. *scribis* ultima cadit in caesuram atque ob arsin non culpari debet. — 2. *recensens* mss. ap. Val. ex glossemate. — 4. *At ipsis* in textum introduxit Bentl. sequuntur Baxt. Cun. San. Phil. Gesn. Oberl. Comb. Wakef. — *Ab ipsis*, ut in ceteris, est ante *initium Saturnaliorum* sive fugisti ipsa Saturnalia. *Ipsis*, sine praepositione *ab*, esset, intra dies Saturnaliorum. — *At ipsis* Doer. Heind. — *Ab ipsis* Fea, Iahn. — 5. *fugisti. Sobrius ergo.* Sic interpunge cum Fea: non enim fugit sobrius ante Saturnalia; sed in villa longe a Saturnalibus sobrius est, illa abhorrens. — Feam sequuti sunt Iahn. Heind. Doer. Bentl. aliter probare nititur *fugisti sobrius.*

---

v. 2. *retexens*, a tela texta, quae resolvitur, translatum. Interpretes hîc de Penelope cogitant; quod quidem ultro faciant, per nos licet. — v. 4. *dignum sermone*, *λόγου ἄξιον.* — v. 5. *sobrius*, ab urbana luxuria

---

ACR. [*Sic raro scribis*] Damasippum quemdam inducit secum loquentem, qui consumpto patrimonio per luxuriam contulit se ad Stoicam sectam. Dicit etiam de his, qui aliena peccata notant, obliti suorum. Iste autem Damasippus, quodam Stertinio hortante, coepit philosophari. Alias. Iunius Damasippus consumpto patrimonio, philosophari coeperat; ab hoc Horatius desidiam suam castigari inducit, cum ad villam secessisset et nihil scriberet. Haec ergo satira habet quasi dialogi genus. Alias. Saepe Horatius quaerebatur, quod scribere in urbe constitutus non permitteretur, modo conviviis, modo diversis occupationibus praepeditus. Et ideo comportatis auctoribus Graecis ad villam secessit, quasi ut vacuus aliquid dignum scriberet. Arguitur ergo a Damasippo, quasi reprehendente desidiam Horatii, qui ne in villa quidem constitutus aliquid laboraverit. [*Membranam poscas*] *membrana* dicta eo quod membra tegat. [*Retexens*] recolens, reprehendens, revisens, relegens ac emendans, more corrigentium, qui antiqua dicta in suis cogitationibus ponent. [*Vini somniq. benignus*] qui te vino et somno reficit. [*Quid fiet?*] ὑπέρβατον a superioribus, si raro scribis, quid fiet? Ac per hoc quid expedit, ut negligas et te incuses, nec tamen emendes. [*Ab ipsis Saturnalibus*] impatiens frigoris fuit Horatius et constat illo tempore Saturnaliorum in villa calidiorem focum fieri et ipse sese impatientem frigoris probat in libris epistolarum: *Quod si bruma nives Albanis illinet agris, Ad mare descendet vates tuus et*

POR. [*Sic raro*] in hac ecloga introducit Damasippum corripientem se tanquam desidiosum. [*Iratus tibi*] ipse sibi iratus, quod vino somno-

Dic aliquid dignum promissis! incipe! Nil est.
Culpantur frustra calami, immeritusque laborat
Iratis natus paries Dìs atque poetis.
Atqui voltus erat multa et praeclara minantis,
Si vacuum tepido cepisset villula tecto.
Quorsum pertinuit stipare Platona Menandro,
Eupolin, Archilochum, comites educere tantos?

v. 10. *tepido lecto* coni. Bentl. *lecto* scilicet lucubratorio. — 12. *Archilocho* legit Bentl. ex uno ms. Reg. a 2. m. Bentleium seq. Wakef. Sic edid. Fea, tanquam sermo ita elegantior evadat. — *comites adducere* leg. Fea in textu, quam lectionem et venustiorem et propriorem contextui ait. — *comites educere* ap. Heind. Doer. Iahn.

---

remotus. — v. 6. *Nil est,* Vossius interpretatur: *Es will nicht;* Wielandius: *Es will nicht gehen.* — v. 7. *immeritusque laborat.* Quorum verborum sensum minus recte interpretatur Acro. Nos Cruquium sequimur, cuius interpretatio haec est: Arguit eorum stultitiam, qui cum sententiarum aut verborum inopia urgentur, in parietes quasi minus commodos irascuntur. — v. 9. *multa et praeclara*, *πολλὰ καὶ καλά*, *πολλὰ καὶ κακά*, quemadmodum Graeci dicere solent. — *minantis*, cf. Epist. I, 8, 3.: *multa et pulchra minantem. Minari*, i. e. promittere, iactare, ut Graecorum *ἀπειλεῖν*, vid. Hom. Odyss. *θ'*, 383., *ἦ μὲν ἀπείλησας, βητάρμονας εἶναι ἀρίστους.* Arist. Plut. 88. *Ἐγὼ γὰρ ὢν μειράκιον ἠπείλησ', ὅτι ὡς τοὺς δικαίους καὶ σοφοὺς καὶ κοσμίους μόνους βαδιοίμην.* — v. 10. *vacuum*, rebus, quibus animus poetae in urbe occupatus tenebatur, haud distractus. — *tepido.* Schol. Cruq.: Fuit Horatius frigoris impatiens, ut ipse de se testatur in epistolis (I, 7, 10.): *Quod si bruma niveis Albanis illinet agris, Ad mare descendet vates tuus et sibi parcet Contractusque leget.* Amavit enim Horatius focum luculentiorem, idcirco sub hiemem solebat se transferre in villam propter lignorum copiam. — v. 11. *Quorsum pertinuit stipare*, pro, quem ad finem, quo consilio *stipasti*, h. e. arctius colligasti. *Stipare* vernacule dixeris: *aufhaeufen*, *zusammenpacken.* — Hi versus propterea inprimis notandi, quod nobis Scriptores Horatio prae reliquis carissimos (i. e. *Lieblingslectüre*) produnt. — v. 12. *tantos*, nos: *so berühmte und treffliche Schriftsteller.* — *educere*,

---

sibi parcet. Decimo septimo die mensis Decembris Saturnalia celebrabantur. [*Iratis natus paries dis*] solebant enim antiqui poetae parietes lectis suis proximos cera illinere et habere graphia iuxta, ut si forte noctu aliquid accidisset, id ante oblivionem literis notarent. Hic stultitiam eorum arguit, qui cum sententiarum sive verborum urgeantur inopia, contra parietes velut minus commodos commoventur. *Natus* autem *paries*, i. e. factus vel aedificatus. [*Nil dign. sermone*] opinione, praedicatione. [*Huc fugisti*] ad villam, ut scriberet, quia festi dies erant in urbe. Et quasi malo auspicio, quia feriato die. [*Dignum promissis*] profiteris te poetam, dic aliquid dignum poeta. [*Multa et praeclara minantis*] hic promittentis, profitentis, pollicentis; unde poeta per contrarium: *Promisi ultorem*, pro, minatus sum. [*Vacuum*] otiosum. [*Tepido*] temperato. [*Villula*] quia Saturnalibus, quibus frigora sunt. [*Stipare Platona Menandro*] in vehiculo arctare eorum libros, i. e. Platonem et Menandrum componere, h. e. istos tecum auctores portare ad agrum. [*Eupolin, Archilochum*] comoediographi sunt isti philosophi, quorum scripta portabat secum

que indulgeat. [*Culpantur*] quia nihil merentur. [*Iratis natus paries*

Invidiam placare paras virtute relicta?
Contemnere, miser! Vitanda est improba Siren
Desidia, aut, quidquid vita meliore parâsti,
Ponendum aequo animo. Dî te, Damasippe, Deaeque
Verum ob consilium donent tonsore! Sed unde
Tam bene me nôsti? Postquam omnis res mea Ianum

---

sc. ex urbe, unde in rus proficisci solebat, ubi villa *Sabina*, cuius hic mentio fit, saepe eum excepit. — v. 13. *Invidiam placare.* Schol. Cruq.: Ideone virtutem et industriam deseris, ne te sequatur invidia? Hoc si facis, habeberis contemptui; nam ea est natura hominum, ut potentioribus invideant et humiliores aspernentur. — *virtute relicta*, satiras scribendi studium vocatur *virtus*, quia illud in carpendis hominum vitiis et proinde in virtute commendanda versatur. — v. 14. *improba*, nos: *die freche, schamlose.* — v. 16. *Ponendum*, deponendum, cf. Epist. I, 16, 35. — *aequo animo*, nos: *gefasst* oder *bereit.* — *Dí te.* Schol. Cruq.: Loquitur Horatius et cum Damasippo iocatur optans ei tonsorem, quia Stoicorum ritu barbam habebat demissam. [Horatius simulat, se nescire, Damasippum, tanquam philosophum, Stoicorum more barbam pascere; (nam Damasippus causam, cur barbam alat, infra demum v. 35. aperit;) optat igitur Horatius, ut Damasippo tonsor contingat, qui eius barbam, squallore sine dubio et sordibus inquinatam, demetat. Et sic Horatius satis acerbe cum Damasippo tanquam cum homine agit, cuius foedus adspectus miserationem moveat. *Doer.*] — v. 19. *Ianum Medium* de media Iani cuiusdam parte intelligunt. Sed plures transitiones perviae (Iani) ad forum ducebant, quo-

---

ad villam et alios auctores, ut legeret. [*Tantos*] ad codices retulit. [*Invidiam placare paras*] invidiam, quae te virtutis causa sequebatur, placas, dum relinquis virtutem iniquam. Sensus: Deserta virtute desidiosus esse coepisti et ut desidia invidiam minueres, multos auctores tecum portas, nihil ipse scripturus aut certe ideo virtutem et industriam deseris, ne sequatur invidia. Alias. Invidiam, quam patiebare in re publica constitutus, parasti placare virtute derelicta, i. e. recedendo a cura rei publicae. Nam recedit a virtute is, qui deserit gubernacula civitatis. Alias. Publica conversatione publicae famae, eundo ad agrum id volebas agere, placare invidiam, quam patiebare in publica positus facie. [*Vitanda est improba Siren Desidia*] quae Siren improba est, nam delectando nocet. Sireni comparat desidiam, quia quemadmodum Siren cum pernicie delectat, ita insidia non absque damno delectat. Definitio desidiae, improba Siren. [*Aut quidquid vita meliore parasti*] si vis deponere quidquid laudis vel gloriae in negotiosa vita meruisti aut quidquid menti quaesieras honestiore proposito, i. e. aut noli vitare desidiam aut hanc opinionem, quam adquisivisti, positus in publica conversatione contemne. [*Di te, Damasippe*] permittant tibi philosophi, quos sequeris, barbam tondere. Quasi ad eum loquitur, qui barba demissa sit ritu scilicet Stoicorum. [*Res mea Ianum Ad medium*] *Ianus medius* locus dictus prope basilicam Pauli, ubi vasa aenea venumdabantur. Vel locus in Rostris, in quo expertus erat paupertatem. *Ad medium* autem ideo, quia in Rostris simulacrum Iani erat, ubi res pecuniariae agebantur per feneratores. Iani statuae tres erant, ad unam illarum solebant convenire creditores et feneratores, alii

dis] inaerare parietes soliti erant poetae et ibi scribere, si quid noctu in mentem venisset. [*Invidiam placare paras virtute relicta*] Sensus est: Si virtutem reliqueris propter invidiam, incipias contemni, nam ita est natura hominum, ut potentioribus invideant, humiliores aspernent. [*Donent tonsore*] iocus in barbatum. [*Ianum*] quia omnes ad Ianum in

Ad Medium fracta est, aliena negotia curo,
Excussus propriis; olim nam quaerere amabam,
Quo vafer ille pedes lavisset Sisyphus aere,
Quid sculptum infabre, quid fusum durius esset.
Callidus huic signo ponebam millia centum;
Hortos egregiasque domos mercarier unus
Cum lucro nôram; unde frequentia Mercuriale
Imposuere mihi cognomen compita. Novi
Et miror morbi purgatum te illius. Atqui
Emovit veterem mire novus, ut solet, in cor

v. 21. *aere. Aera* dicebantur opera Corinthia sive ex metallo Corinthio. Vid. Epist. I, 6, 17. —

---

rum unus *Ianus Medius* (*der mittelste Durchgang*) vocabatur, in quo toto (vid. Epist. I, 1, 54.) feneratores mensas suas habebant. — v. 19. *omnis res mea — fracta est*, omnis res mea familiaris comminuta et fracta est, ut navis, quae vi tempestatis in mari frangitur; hinc qui bona sua perdiderunt, dicuntur apud Ciceronem in Catilin. I, 12. *naufragi.* Sic apud Graecos *ναυαγεῖν* et *ναυαγός*. — *aliena negotia*, ea fere sunt, quae Graecis *πολυπραγμοσύνη*, cui opponitur *τὰ αὑτοῦ πράττειν*. — v. 20. *Excussus propriis*, perditis bonis, Damasippus plane nihil habebat, quod ageret, scilicet in rebus propriis. — v. 22. *sculptum infabre*, haud ad artis fabrilis regulas s. scientiam; contrarium est *affabre*. — *durius*, ab asperitate minus purgatum; contrarium *mollius*, vid. Virg. Aen. VI, 847. — v. 23. *Callidus*, nos: *mit feiner Kunstkenntniss*; cf. Epist. I, 7, 101. — *ponebam*, sc. tanquam pretium. — *morbi illius*, nempe istius emendi vendendique studii. — *purgare* Graece cum genitivo construitur, ut etiam apud Livium XXXVII, 28.: *Quibus purgantibus civitatem omnis facti dictique hostilis adversus Romanos.* — v. 28. *novus*, nempe philosophiae Stoicae studium.

---

ad reddendum, alii ad locandum fenus. [*Fracta*] comminuta, perdita, consumpta. [*Excussus*] deiectus, expulsus, alienatus. [*Olim nam quaerere amabam*] consumpsit, inquit, patrimonium suum. Quaerebam, inquit, antiqua vasa comparare. [*Quo vafer ille pedes lavisset Sisyphus aere*] i. e. vasa antiquitus facta. Sisyphus enim artifex fuit, quia vasa aerea fornabat, quique primus temperaturam aeris invenit. Alias, Sisyphus, rex Corinthiorum, filius Aeoli, vel Sisyphus negotiator erat Stoicus, qui vasa, quae emerat, pretio meliore venumdabat. [*Infabre*] imperite, cui contrarium *Affabre.* [*Fusum*] nam signa aerea funduntur. [*Durius*] non leviter, i. e. quae statua male formata esset. [*Ponebam*] aestimabam. Aestimatorem fuisse aeris peritum commemorat. [*Vnus*] solus et est poeticum. [*Cum lucro*] propter commodum, quod consequebar, i. e. novi te habuisse hoc studium. *Hoc* cum miratione legendum. Quisquis cum miratione emebat, decidit tandem et spem omnem amisit. [*Vnde frequentia*] Ordo: *Vnde frequentia compita imposuerunt mihi nomen Mercuriale.* Mercurius est deus lucri, unde negotiatores nomen trahunt. Auctiones autem fere in *Compitis* fiunt, ex quibus se quaedam emere solitum et vendere significat. *Compita* dicuntur viae latae, ad quas ex mul-

Basilica stabant feneratores. [*Fracta*] diminuta. [*Vafer*] astutus. [*Lavisset Sisyphus aere*] significat Corinthiorum vasorum amatorem fuisse. [*Mercurialem*] lucrosum, qui Coccio appellatur. Omnes enim Cocciones lucro student. [*Compita*] sunt loca, in quae multae viae competunt.

Traiecto lateris miseri capitisve dolore;
Vt lethargicus hic, quum fit pugil et medicum urget?
Dum ne quid simile huic, esto ut libet. O bone, ne te
Frustrere: insanis et tu stultique prope omnes,
Si quid Stertinius veri crepat, unde ego mira
Descripsi docilis praecepta haec, tempore, quo me
Solatus iussit sapientem pascere barbam,
Atque a Fabricio non tristem ponte reverti.

— v. 29. *Traiecto.* Huiusmodi morbi migrationem medici dicunt *μετάστασιν*, qualis hic memoratur, nam ex pleuritico factus est cardiacus. — v. 31. *Dum ne quid simile huic, esto ut libet*, h. e. modo ne te furor in me agat, sis, per me licet, quicunque esse cupis. — *O bone*, ironice dictum esse animadverte. — v. 32. *insanis et tu*, scilicet secundum Stoicorum paradoxon: *ὅτι πᾶς ἄφρων μαίνεται.* — v. 33. *crepat*, loquitur, sonat, nos: *schnattert.* Hic tamen de illius (Damasippi) verbositate, quam quidem ut magnum memorat, intelligere malim. — *unde*, a quo *descripsi*, nempe quae ille docuerat, ego domi chartis mandabam. — v. 35. *sapientem pascere barbam*, satis ridicule isti philosophi *barbam* signum sapientiae externum ducebant. — v. 36. Schol. Cruq.: Hic pons Fabricius dictus est a Fabricio consule,

---

tis regionibus convenitur. [*In cor Traiecto lateris*] interdum studio medicorum dolor capitis transit ad aliam partem, ut melius est lethargicum fieri, quam melancholicum. Nam solent medici ab alia parte corporis ad aliam derivare morbum. Sensus est: Sicut medici solent dolorem aegritudinis de uno loco in alium vertere, ita ego mutatus sum. Dicit Damasippus sese ex alio vitio in aliud transisse: Sicut solent hi, qui lateris aut capitis dolore correpti sunt, cardiaci fieri, aut etiam qui fuerunt lethargici, transeant in phreneticos. Est autem lethargus sopor veternus in oblivionem deducens. Phrenetici autem diverso ita vigiliis instigantur, ut accedentes ad se pugnis feriant. [*Traiecto*] mutato. Exemplum humanae naturae, in qua morbus morbo succedit; nec immutatio est, sed mutatio. [*Vt lethargicus hic*] qui multum dormit, lethargicus; quos nonnunquam medici studentes excitare, phreneticos faciunt. [*Cum sit pugil*] contrarii sibi sunt hi morbi, cardiacus et lethargicus, ille somno caret, hic deditus est. [*Dum ne quid simile huic*] dummodo ne sis phreneticus, esto quidlibet aliud. Irridens eum hoc dicit. [*O bone*] *εἰρωνεία* subest. Damasippe, dum ne phreneticus fias et me caedas, quovis labores morbo. [*Insanis et tu, stultique prope omnes*] secundum opinionem Stoicorum, qui dicunt omnes insanire praeter sapientes ac se tantummodo sapientes appellant. [*Si quid Stertinius veri crepat*] Stertinius Damasippum a pontis praecipitio revocavit et ad philosophiam hortatus est, cum ille, bonis omnibus perditis, cuperet interire. Fuit autem Stertinius de Stoicis, qui omnes stultos insanos aiunt et in singulis insaniae varia genera. [*Vnde*] a quo Stertinio, quem ego sequor. [*Sapientem*] irrisio philosophorum. [*Pascere*] Stoicorum more. [*A Fabricio*] qui modo *lapideus* dicitur. Pons Fabricius habet a conditore vocabulum, qui iungitur insulae Tiberinae. Nominatus a Fabricio consule. [*Non tri-*

[*Traiecto*] proprie, ita enim medici dicunt. [*Cum sit pugil*] *pugilem* posuit pro phrenetico. [*Dum ne quid simile*] Sensus: Dum ne tu tondere me incipias. [*Insanis et tu*] quia Stoici omnes homines insanos et stultos esse dicunt, excepto sapiente. Stertinius autem unus ex Stoicis fuit. [*Sapientem pascere barbam*] *sapientem*, non quasi ipsum sapientem, sed barbam sapientem. Iussit me pascere, i. e. nutrire. [*Atque a Fabricio*

Nam, male re gesta, quum vellem mittere operto
Me capite in flumen, dexter stetit, et: Cave faxis
Te quidquam indignum! Pudor, inquit, te malus angit,
Insanos qui inter vereare insanus haberi.
Primum nam inquiram, quid sit *furere:* hoc si erit in te
Solo, nil verbi, pereas quin fortiter, addam.
Quem mala stultitia et quemcumque inscitia veri
Caecum agit, *insanum* Chrysippi porticus et grex
Autumat. Haec populos, haec magnos formula reges,
Excepto sapiente, tenet. Nunc accipe, quare
Desipiant omnes aeque ac tu, qui tibi nomen
Insano posuere. Velut silvis, ubi passim
Palantes error certo de tramite pellit,

v. 39. pro *angit*, quod optime habet, nonnulli praebent *urguet*.

---

conditore, qui nunc Lapideus nominatur. Hodie: *ponte di quattro capi.* — v. 37. *male re gesta,* perdita re familiari sive posteaquam bonis cesserat. — *mittere operto Me capite in flumen*, sic apud Livium IV, 12.: *Multi ex plebe, spe amissa, potius quam ut cruciarentur trahendo animam, capitibus obvolutis se in Tiberim praecipitaverunt.* — v. 38. *dexter stetit*, ad dextram, a qua parte bona faustaque omina prospiciebant. — v. 45. *Autumat*, affirmat, dicit, comprobat. — *formula*, hoc loco i. q. definitio. — v. 46. *tenet*, complectitur. — v. 49. *Palantes*, suppl. homines. Cave, ne de bobus hîc cogites, quod quidem totius loci indoles vetat, ut facile intelliges, si verborum sensum accuratius exploraveris. — v. 50. *utrique*, et sinistrorsum et dextrorsum aberrantibus. — v. 51.

---

stem ponte] unde se praecipitare voluit, damni dolore commotus. [*Male re gesta*] perditis meis substantiis. [*Cum Vellem mittere*] dicit causam, quia se voluit abiicere in fluvium. [*Dexter*] bonus, felix, favens, propitius. [*Stetit*] Stertinius. [*Et cave faxis*] notandum *VE* syllabam brevem, cum secundae est coniugationis, ut Persius: *Vide*, brevem posuit, *Vide sis, ne maiorum tibi forte Limina frigescant.* [*Insanos qui inter vereare insanus haberi*] intér insanos non est insania metuenda. Stulta verecundia est, vereri in his vitiis, quae videntur esse communia. [*Nil verbi, pereas*] Ordo est: *Nil verbi addam, quin pereas fortiter, ut coepisti*, i. e. nihil dico, quo minus te praecipites; si solus insanus es, non prohibebo, quin pereas. [*Quem mala stultitia*] definit modo, quid sit furère. Vt in primo: *Velataque stola.* Et: *Insani ridentes praemia scribae.* Et in Virgilio: *Ponite spes sibi quisque suas.* Ita et hîc: *Quem mala stultitia*, communem syllabam fecit. [*Chrysippi porticus*] i. e. stoici philosophi, ἀπὸ τῆς στοᾶς, i. e. a porticu *Stoici* dicti. [*Nunc accipe*] Stertinius Damasippo. [*Aeque ac tu*] similiter, quemadmodum tu. [*Qui tibi nomen Insano posuere*] i. e. Et illi insaniunt, quibus tu videris insanus. Hoc te modo existima insanum, ita tamen, ut ille, qui putat te insanum, non sit sapientior. [*Nihilo ut sapientior ille, Qui te deridet*]

non tristem ponte] *Pons Fabricius* dicitur, qui est insulae illius, quae in medio Tiberi posita est, ideo Fabricius, quia a Fabricio factus. [*Dexter stetit*] *dexter* aut a dextra parte aut bono omine. Sic etiam Virg.: *Sic sidera caelo Dextra feras.* Et Persius: *Dextro herede*, pro bono. [*Primum inquiram*] ostendit, quid sit furor, ut Lucilius. [*Qui te deridet,*

Ille sinistrorsum, hic dextrorsum abit, unus utrique
Error, sed variis illudit partibus: hoc te
Crede modo insanum, nihilo ut sapientior ille,
Qui te deridet, caudam trahat. Est genus unum
Stultitiae nihilum metuenda timentis, ut ignes,
Vt rupes fluviosque in campo obstare queratur:
Alterum et huic varum et nihilo sapientius ignes
Per medios fluviosque ruentis: clamet amica,
Mater, honesta soror cum cognatis, pater, uxor:
Hîc fossa est ingens, hîc rupes maxima; serva!
Non magis audierit, quam Fufius ebrius olim,

v. 53. *trahit*, mss. plur. ap. Feam. Recte *trahat*. — 56. *et huic varum* ap. Feam, alii mss. ap. Val. Oberl. ita Acr. Por. Heind. Doer. Iahn. — Alii: *varium.* — 57. *clamet amica, Mater.* Ita distinguunt Fea, Iahn. Doer. ut *amica* sit diversa a *matre. Amica*, ut Serm. I, 3, 38. Epist. I, 1, 20. Heindorfius coniunctim *amica Mater* in textu exhibuit honestam ob societatem, quam mentione meretricis facta minime laetari posse ait. Sed non sumus morum censores Romanorum! quapropter *amica* in harum personarum societate versetur, per nos quidem licet. — 60. *Fufius* apud Feam, Heind. Iahn. Doer. In Acronis et Porphyrionis scholiis legebatur *Fusius*, quod in *Fufius* mutavi. Scriptura *Fusius* etiam apud alios scriptores a VV. DD. recte in *Fufius* mutata est.

---

hoc modo, quod quidem ad *Velut* hanc periodum incipiens referendum. — v. 52. *nihilo ut*, epexegesis, nos: *so dass.* — v. 53. *caudam trahat.* Iuventus Romana permulta exercens ridicula, isti, quem omnium risui esse volebat, caudam adfigere solebat, quam quidem, nescius facti, dorso adfixam portans deridebatur. — *Est genus unum.* Vid. Xenoph. Mem. I, 1, 14.:

---

i. e. non minus vitiosus ille, qui te deridet, quam tu. [*Caudam trahat*] proverbium est: *Caudam trahit*, i. e. risu dignus est. Et nunc dividit, quod superius dicturum se esse promiserat. Alias. Ita stultus sit, ut pecus cauda pendente. [*Est genus unum stultitiae*] unum, inquit, genus stultitiae est, quoties non timenda metuimus. Alterum cum vere timenda, non metuimus. Proponit aliquos esse, qui res faciles pro difficillimis habeant et semper timore depressi querantur; aliquos rursus, qui temeritate ac sponte ferantur in praeceps. [*Alterum adhuc varum*] separatum, contrarium, diversum. Vnde pedes in diversum flexos habentes *varos* dicimus, et distortas venas, *varices.* [*Hîc fossa est ingens*] si erat fossa, si erat rupes, quare non vitabas? Ad perniciem currens nullo impeditur affectu. [*Hîc rupes maxima*] quae utique nulla sunt opposita, sed furiosis ita videntur. [*Quam Fufius ebrius olim, Cum Ilionam edormit*] hic *Fufius* actor tragoediarum fuit, qui cum *Ilionam* tragoediam ebrius

caudam trahat] ut pecus, i. e. stultus. Aut ex consuetudine puerorum sumptum, pro deridetur. Solent enim pueri deridentes nescientibus a tergo caudam suspendere, ut velut pecus caudam trahant. [*Alterum et huic varum*] *varum*, i. e. diversum ac distortum ac per hoc a te diversum. [*Amica Mater, honesta soror*] melius potest sic accipi, *amica mater*, ut sit ex Graeco tractum φίλη μήτηρ, quam per se *amica*, per se deinde *mater*, quia mentionem uxoris facit in sequentibus. [*Quam Fu-*

Quum Ilionam edormit, Catienis mille ducentis,

τῶν — μαινομένων τοὺς μὲν οὐδὲ τὰ δεινὰ δεδιέναι, τοὺς δὲ καὶ τὰ μὴ φοβερὰ φοβεῖσθαι (*ἔφη*), quae quidem sententia hanc optime illustrat, ita ut pro interpretatione recte haberi possit. — v. 60. Imago hominis, per praecipitia ruentis nec ullam dehortantium vocem auscultantis, Stertinio in memoriam recocabat facetam historiam de Fufio histrione, qui, cum ebrius in Tragoedia Iliona personam matris dormientis Ilionae ageret, tam alto in scena sopore oppressus est, ut ab alio histrione, Catieno, qui Vmbram vel Polydori vel Deiphili agens, dormientem Ilionam appellabat, ne intentissima quidem voce e somno excitari posset. Pacuvius scilicet ad exemplum Hecubae Euripideae tragoediam, *Iliona* inscriptam, composuit; at quae apud Euripidem *Hecuba* vocatur, ea apud Pacuvium erat *Iliona*. Secundum mythographos autem *Iliona* erat filia Priami, cum Polymnestore matrimonio coniuncta; cuius discrepantiae expediendae duplex ab interpretibus proponitur ratio: una, ut Hecuba etiam Iliona appellata fuerit: altera, ut Pacuvius aliam, quam Euripides, secutus sit fabulam. Et haec quidem altera longe probabilior. Narrat enim Hyginus, ex vetere procul dubio, ut solet, tragoedia, Fab. CIX.: *Priamo Polydorus filius ex Hecuba cum esset natus, Ilionae filiae suae dederunt eum educandum, quae Polymnestori regi Thracum erat nupta, quem illa pro filio suo educavit. Deiphilum autem, quem ex Polymnestore procreaverat, pro suo fratre educavit, ut, si alteri eorum quid foret, parentibus praestaret. Sed cum Achivi, Troia capta, prolem Priami exstirpare vellent, — ad Polymnestorem legatos miserunt, qui ei Agamemnonis filiam, nomine Electram, pollicerentur in coniugium et auri magnam copiam, si Polydorum, Priami filium, interfecisset; Polymnestor legatorum dicta non repudiavit, Deiphilumque filium suum imprudens occidit, arbitrans, se Polydorum, filium Priami, interfecisse.* — Itaque in Tragoedia Pacuvii non Polydorus matrem Hecubam, ut est apud Euripidem, sed Deiphilus Ilionam per somnium compellabat. — *Ilionam edormit*, Ilionae dormientis partes agens vere dormit. — *Catienis* etc. Catieno histrione, qui Vmbra Deiphili prodibat, tanta vocis intentione clamante, ut mille ducenti Catieni clamare viderentur; clamabat autem: „*mater, te appello.*“ Versus Pacuvii, qui huc pertinent, servati leguntur apud Ciceronem Tusc. Quaest. I, 44.: *Mater, te appello, tu quae curam somno suspensam levas, Neque te miseret: surge et sepeli natum.* [Doer.] — Totius igitur huius loci haec sententia est: Sunt rursus qui-

---

ageret et vellet eam simulare dormientem, gravitate vini ad verum somnum ductus est. Ita ergo non audit matrem vel uxorem seu patrem, stultum implorantes auxilium, quemadmodum nec Ilione cum ageretur ab ebrio Fufio potuit audire mille Catienos. Alias. Ilione, Priami filia, Polymnestoris est sortita coniugium, cum in belli desperatione positus Priamus Polydorum, filium suum, tutandum Polymnestori commisisset et eum vellet Polymnestor occidere, Ilione loco fratris filium posuit. Ita Polymnestor deceptus filium trucidavit, ut alii dicunt. Tamen manifestum est, hunc Polydorum necatum fuisse et noctu sorori in somnis venisse, rogans, ut sepeliretur, hoc dicens: *Mater, te appello, soror, surge et sepeli me.* Cum Fufius igitur Ilionam dormire simulasset, casu vino confectus obdormivit, cum ab alio actore partium assidue his verbis excitaretur in scena. Alias. Polymnestor cum auri cupiditate Polydorum vellet occidere, noctis errore deceptus, ferrum detorsit in filium, cuius umbra, noctu matrem vocans, ut sepeliret, rogavit. [*Catienis mille ducentis*] can-

fius ebrius] hic Fufius Phocaeus tragoediarum actor fuit, qui cum vellet Ilionam dormientem exprimere, ut ad filii Polydori exsurgeret vocem, in scena obdormivit. Et *edormit* pro praeterito accipi, non pro praesenti

Mater, te appello! clamantibus. Huic ego vulgus
Errori similem cunctum insanire docebo.
Insanit veteres statuas Damasippus emendo;
Integer est mentis Damasippi creditor? Esto:
Accipe, quod numquam reddas mihi, si tibi dicam;
Tune insanus eris, si acceperis, an magis excors
Reiecta praeda, quam praesens Mercurius fert?
Scribe decem a Nerio — non est satis, adde Cicutae

---

dam hoc insaniae genere laborantes, ut nullum periculum extimescant, non ignes, non rupem, non fossam: quos, si propinqui moneant, ut sibi caveant, nihilo magis audierint, quam Fufius ille, tragoediarum actor, Ilionae aut Hecubae personam sustinens et somnum simulans (quemadmodum personae et tragoediae ratio ferebat) audivit Catienum tragoedum Polydori partes agentem, quum haec verba magno clamore loqueretur: „*Mater, te appello.*“ Fufium urbane deridet, qui cum somnum simulare deberet, serio dormierit, vino obrutus. [Lamb.] — v. 63. Docebo atque ostendam, *vulgum similem huic errorem errare*, i. e. simili, atque hic laborat, insania laborare. *Insanire errorem* genus loquendi Horatianum, qualia sunt illa, *currere cursum, ludere ludum.* — v. 64. Fateor, Damasippum non esse sanum, qui tanto statuarum studio ducatur; sed Damasippi creditor longe insanior est, qui spe quaestus ei homini credat, qui nunquam sit id, quod creditum est, soluturus. Insanus est emptor, venditor insanior, qui Damasippi fidei credat. *Integer mentis*, constructio similis supra, Carm. Lib. I, 22, 1., legitur: *integer vitae.* — v. 69 - 73. Duae sunt horum vocc. explicationes, quarum altera verba: „*Scribe decem a Nerio*“ de debitore accipit, pecuniam mutuo sumptam creditori scripto, h. e. chirographo cavente, hoc sensu: mutua sume decem millia HS. a Nerio feneratore solvenda; altera, quae unice vera est, creditorem intelligit, qui sibi quam maxime cauturus decem tabulas s. syngraphas, a

---

toribus, a Catio quodam, vocis summae. Sunt, qui Catienos in tragoedia secundas personarum partes accipiant. [*Mater, te appello*] haec verba cantor, ex fabula. [*Huic errori*] quem patiuntur in silvis. [*Insanit veteres statuas*] interrogative dicitur. [*Creditor*] qui tibi vendit statuam. [*Esto*] concedo, quod non insanit Damasippi creditor. Concedamus, interim creditorem sapere, dum probamus magis hunc ipsum insanire quam Damasippum. [*Reiecta*] repudiata et est figura *διαστολή* sive productio, quia *re* cum sit breve natura, hîc pro loco producitur. [*Praesens*] propitius. [*Scribe decem Nerio*] decem millia talenta sive tabulas. Sensus est: Scribe tabulas Nerio, iuris studioso, quibus alliget Damasippum; adde Cicutae centum alteras, non tamen illum ita alligabis, ut ille se non auferat. *Cicuta* autem fenerator fuit, qui propter asperitatem et amaritudinem morum *Cicuta* cognominatus est. Alias. Cicuta, nescio quis, fenerator fuit avarissimus et qui cautiones exquisitas quaerebat. Pro *Nerio* quidam *Anerio*, quod unum nomen esse debet; alii vero separant praepositionem et sic nomen inferunt *Nerio* ablativi casus. Nerius autem sive

debet. [*Mater, te appello*] verba tragici: *Mater, te appello, tu, quae somno suspensam levas.* [*Catienis*] *Catienis*, cantoribus. A nobili cantore. [*Scribe decem Nerio*] quidam *Anerio* legunt; verum hic et Cicuta iuris fuerunt studiosi. Avaros tangit. Sensus est: Pecuniam a feneratore acceptam lege duodecim tabularum, quas Nerio instituit et aliis centum, Perillius Cicuta, amarissimus consignator, furabitur. [*Scribe decem Nerio*] iuris verbo, *scribere* est mutuum sumere, rescribere, restituere.

Nodosi tabulas centum, mille adde catenas:
Effugiet tamen haec sceleratus vincula Proteus.
Quum rapies in ius malis ridentem alienis,
Fiet aper, modo avis, modo saxum et, quum volet, arbor.
Si male rem gerere, insani est, contra bene, sani;
Putidius multo cerebrum est, mihi crede, Perillî
Dictantis, quod tu numquam rescribere possis.

Nerii formulis descriptas, debitorem, quo is magis alligetur, scribere iubet. *Scribere tabulas a Nerio* paulo concisior, aut, si malis, negligentior, quippe e sermone vulgari petita, est locutio; supplendum enim est, a Nerio commodatas, ab eius formulis descriptas. Ita est apud Ciceronem ad Attic. XVI, 7. *Edictum legi a Bruto*, h. e. acceptum a Bruto. Cf. *Mitsch.* in Racem. Venus. Fasc. I. — v. 70. *catenae* sunt cautiones ac nexus iuris. — Versum septuagesimum secundum Lambinus, Cruquii et Porphyrionis scholia secutus, recte intellexit, *alienis malis ridere* dicens idem esse, quod poeta dixerit Carm. Lib. III, 11, 21.: *vultu invito*, sive potius, non ex animo; quomodo rident, qui laetitiam simulant; vultum enim componunt illi quidem ad risum et risus vestigia in vultu praebent, sed ita, ut facile appareat, risum esse quasi alienis maxillis confictum et conformatum; laudato notissimo Homeri (Odyss. XX, 346.) loco: *οἱ δ' ἤδη γναθμοῖσι γελοίων ἀλλοτρίοισιν.* — v. 73. *Fiet aper.* Hom. Odyss. δ, 455. *οὐδ' ὁ γέρων* (Proteus) *δολίης ἐπελήθετο τέχνης, Ἀλλ' ἤτοι πρώτιστα λέων γένετ' ἠϋγένειος, Αὐτὰρ ἔπειτα δράκων καὶ πόρδαλις ἠδὲ μέγας σῦς, Γίγνετο δ' ὑγρὸν καὶ δένδρεον ὑψιπέτηλον.* — v. 75. Multo stolidior atque insanior est Perillius, qui id credit alteri, quod ille nunquam sit dissoluturus. *Dictare* est creditoris, *dictat* enim creditor, quum iubet scribere sibique acceptum ferre debitorem: vel cum dictat argentario nomen suum, ut perscribat ille in codice suo nomina creditoris et debitoris. — v. 76. *rescribere*, reddere per argentarii codicem et scriptu-

---

Anerius et Cicuta feneratores fuerunt. [*Nodosi*] scrupulosi, diligentes in accipiendis cautionibus vel argumentosi, qui multis vinculis teneant debitores. [*Catenas*] cautiones et nexus iuris. [*Sceleratus*] saevus, ingeniosus. [*Proteus*] Damasippus accipiendus est aut quicunque durus debitor. Propterea Proteum dicit debitorem, quia saepe sese mutat, ut Proteus; elabitur enim mille praescriptionibus et dilationibus. [*Malis ridentem alienis*] per iracundiam fingentem se ridere. [*Fiet aper*] modo ferox erit. [*Modo avis*] i. e. fugax. [*Modo saxum*] non respondebit, ut saxum. [*Si male rem gerere*] adhuc verba sunt Damasippi referentis sententiam Stertinii. [*Bene*] scilicet rem gerere. [*Sani*] qui vult bene sanus esse, ut sibi videtur. Si insani est, male gerere rem, multo putidius est cerebrum Perilli Cicutae, qui id dicat ita se dictare, quod debitor nunquam soluturus sit. *Rescribere* enim est debitum solvere, h. e. scriptum debiti liberare. Terentius: *Sed transi, sodes, ad forum atque illud mihi argentum iube rescribi, Phormio*, h. e. reddi per scripturam. [*Perillî dictantis*] *dictantis* aut dantis aut dictis exprimentis cautionem, formulam. Quia cum damus, dicimus: Scribe, te accepisse cautionem pro ea pecunia, quam dat. Perillius famosus temporis illius fenerator fuit. Quidam dicunt istum

[*Fiet aper*] Et Virg.: *Fit enim subito sus horridus.* [*Cum rapies iura malis ridentem alienis*] Graecus (sermo) est: Quod significat, si in ius rapere coeperis, non ex animo ridebit. [*Perillî*] Perillius fenerator fuit et iuris peritus. [*Putidius*] magis, inquit, insanum est cerebrum. [*Dictantis*] pro dantis. Est enim sensus: Id credens, quod recepturus non est. [*Re-*

Audire atque togam iubeo componere; quisquis
Ambitione mala aut argenti pallet amore,
Quisquis luxuria tristive superstitione
Aut alio mentis morbo calet; huc propius me,
Dum doceo insanire omnes, vos ordine adite.
Danda est hellebori multo pars maxima avaris:
Nescio an Anticyram ratio illis destinet omnem.
Heredes Staberî summam incidere sepulcro:

---

ram. — v. 77. *Componere togam* peculiaris est dicendi ratio delicatulorum hominum, qui in rugis et plicaturis huius vestimenti rite disponendis summam, quantum fieri poterat, curam, diligentiam, artem consumerent. — v. 81. *vos ordine adite*, vos, qui morbis animi affecti estis, suo quisque ordine ad me accedite. — v. 83. Amplificatio est. Non solum hoc dico, multo maximam hellebori partem avaris esse dandam: verum etiam existimo totam Anticyram, in qua nascitur helleborus, iis esse tribuendam. — v. 84. Staberii heredes iussi sunt a testatore incidere in eius sepulcro, quantum ab illo ex testamento accepissent: quod nisi fecissent, damnati sunt ab eodem testatore Staberio, centum paria gladiatorum populo Ro-

---

Nerium Perillium. Alii dicunt alium esse feneratorem. [*Audire*] hoc aut dicebat Stertinius Damasippo aut Damasippus poetae dicit. Hîc ostendit etiam feneratores insanos esse atque adtentos esse et paratos ad audiendum et est *ὕστερον πρότερον*, nam prius attentos fieri mos, ut sic audiatur. [*Atque togam iubeo componere*] nam qui male composita toga sedet, videtur negligenter audire. [*Tristive superstitione*] inani religione, quia superstitio tristes homines facit. [*Huc propius me*] diligenter me audiri volo ab his, qui dissoluto pallio sedent, nondum intenti et accensi ad virtutis amorem. [*Dum doceo*] dum ostendo eos insanos esse. [*Danda est hellebori multo pars maxima*] multum hellebori dandum est avaris, quasi maiore aegritudine laborantibus. Videtur quibusdam Horatius non plena persecutus esse, quod promiserat, cum utrum insaniant, debeat docere; praetergressus dicat de cura ipsorum. Sane inconsiderate in vituperationem ruentibus. Quis enim ignorat, his videlicet adhibendam esse medicinam, qui minus sani sunt? *Helleborum* herba, remedium insaniae. [*Nescio, an*] bene scio, *λιτότης* figura. [*Anticyram ratio illis destinet omnem*] *μετωνυμία* per id, quod continet id, quod continetur. *Anticyra* enim nomen est insulae Praepontidis, in qua multum hellebori nascitur, quod quidem depellere dicit mentis insaniam medicina. Posuit autem Anticyram pro medicamine, i. e. nescio, si omnis medicina danda sit avaris, magnitudinem vitii expressit. Tanta est avaritiae dementia, ut totius insulae helleboro sanari non possit. [*Heredes Staberî*] *Staberius* quidam avarissimus fuit, qui, cum moreretur, iussit heredes scribere in suo monumento, quantum quisque a se relictum accepisset. [*Summam*]

scribere] reddere. [*Atq. togam iubeo componere*] Sensus est: Iubeo audire et ad praecepta vera avaros intentos esse ac bene cultos. Nam qui soluto pallio audiunt, negligentes iudicantur et minime ad virtutis honorem accensi. Ideo ait: *togam iubeo componere*, quia diligentius audiunt, qui cultu concinni sunt. *ἀλληγορικῶς* totum. [*Nescio, an Anticyram*] *Anticyra* et oppidum et insula hoc nomine, sicut Helenius testatur, in qua helleborum plurimum nascitur. Et alibi: *Naviget Anticyram*, et est Praepontidis insula. [*Heredes Staberî*] *Staberius* homo avarissimus fuit eo usque magnitudine pecuniae delectatus, ut cum finem vitae adesse intellexisset et testamento ita inscriberet, ut heredes sui sepulcro eius in-

Nodosi tabulas centum, mille adde catenas:
Effugiet tamen haec sceleratus vincula Proteus.
Quum rapies in ius malis ridentem alienis,
Fiet aper, modo avis, modo saxum et, quum volet, arbor.
Si male rem gerere, insani est, contra bene, sani;
Putidius multo cerebrum est, mihi crede, Perillì
Dictantis, quod tu numquam rescribere possis.

Nerii formulis descriptas, debitorem, quo is magis alligetur, scribere iubet. *Scribere tabulas a Nerio* paulo concisior, aut, si malis, negligentior, quippe e sermone vulgari petita, est locutio; supplendum enim est, a Nerio commodatas, ab eius formulis descriptas. Ita est apud Ciceronem ad Attic. XVI, 7. *Edictum legi a Bruto*, h. e. acceptum a Bruto. Cf. *Mitsch.* in Racem. Venus. Fasc. I. — v. 70. *catenae* sunt cautiones ac nexus iuris. — Versum septuagesimum secundum Lambinus, Cruquii et Porphyrionis scholia secutus, recte intellexit, *alienis malis ridere* dicens idem esse, quod poeta dixerit Carm. Lib. III, 11, 21.: *vultu invito*, sive potius, non ex animo; quomodo rident, qui laetitiam simulant; vultum enim componunt illi quidem ad risum et risus vestigia in vultu praebent, sed ita, ut facile appareat, risum esse quasi alienis maxillis confictum et conformatum; laudato notissimo Homeri (Odyss. XX, 346.) loco: *οἱ δ' ἤδη γναθμοῖσι γελοίων ἀλλοτρίοισιν.* — v. 73. *Fiet aper.* Hom. Odyss. δ, 455. *οὐδ' ὁ γέρων* (Proteus) *δολίης ἐπελήθετο τέχνης, Ἀλλ' ἤτοι πρώτιστα λέων γένετ' ἠϋγένειος, Αὐτὰρ ἔπειτα δράκων καὶ πόρδαλις ἠδὲ μέγας σῦς, Γίγνετο δ' ὑγρὸν καὶ δένδρεον ὑψιπέτηλον.* — v. 75. Multo stolidior atque insanior est Perillius, qui id credit alteri, quod ille nunquam sit dissoluturus. *Dictare* est creditoris, *dictat* enim creditor, quum iubet scribere sibique acceptum ferre debitorem: vel cum dictat argentario nomen suum, ut perscribat ille in codice suo nomina creditoris et debitoris. — v. 76. *rescribere*, reddere per argentarii codicem et scriptu-

---

Anerius et Cicuta feneratores fuerunt. [*Nodosi*] scrupulosi, diligentes in accipiendis cautionibus vel argumentosi, qui multis vinculis teneant debitores. [*Catenas*] cautiones et nexus iuris. [*Sceleratus*] saevus, ingeniosus. [*Proteus*] Damasippus accipiendus est aut quicunque durus debitor. Propterea Proteum dicit debitorem, quia saepe sese mutat, ut Proteus; elabitur enim mille praescriptionibus et dilationibus. [*Malis ridentem alienis*] per iracundiam fingentem se ridere. [*Fiet aper*] modo ferox erit. [*Modo avis*] i. e. fugax. [*Modo saxum*] non respondebit, ut saxum. [*Si male rem gerere*] adhuc verba sunt Damasippi referentis sententiam Stertinii. [*Bene*] scilicet rem gerere. [*Sani*] qui vult bene sanus esse, ut sibi videtur. Si insani est, male gerere rem, multo putidius est cerebrum Perillì Cicutae, qui id dicat ita se dictare, quod debitor nunquam soluturus sit. *Rescribere* enim est debitum solvere, h. e. scriptum debiti liberare. Terentius: *Sed transi, sodes, ad forum atque illud mihi argentum iube rescribi, Phormio*, h. e. reddi per scripturam. [*Perilli dictantis*] *dictantis* aut dantis aut dictis exprimentis cautionem, formulam. Quia cum damus, dicimus: Scribe, te accepisse cautionem pro ea pecunia, quam dat. Perillius famosus temporis illius fenerator fuit. Quidam dicunt istum

[*Fiet aper*]. Et Virg.: *Fit enim subito sus horridus.* [*Cum rapies iura malis ridentem alienis*] Graecus (sermo) est: Quod significat, si in ius rapere coeperis, non ex animo ridebit. [*Perilli*] Perillius fenerator fuit et iuris peritus. [*Putidius*] magis, inquit, insanum est cerebrum. [*Dictantis*] pro dantis. Est enim sensus: Id credens, quod recepturus non est. [*Re-*

Audire atque togam iubeo componere; quisquis
Ambitione mala aut argenti pallet amore,
Quisquis luxuria tristive superstitione
Aut alio mentis morbo calet; huc propius me,
Dum doceo insanire omnes, vos ordine adite.
Danda est hellebori multo pars maxima avaris:
Nescio an Anticyram ratio illis destinet omnem.
Heredes Staberî summam incidere sepulcro:

---

ram. — v. 77. *Componere togam* peculiaris est dicendi ratio delicatulorum hominum, qui in rugis et plicaturis huius vestimenti rite disponendis summam, quantum fieri poterat, curam, diligentiam, artem consumerent. — v. 81. *vos ordine adite*, vos, qui morbis animi affecti estis, suo quisque ordine ad me accedite. — v. 83. Amplificatio est. Non solum hoc dico, multo maximam hellebori partem avaris esse dandam: verum etiam existimo totam Anticyram, in qua nascitur helleborus, iis esse tribuendam. — v. 84. Staberii heredes iussi sunt a testatore incidere in eius sepulcro, quantum ab illo ex testamento accepissent: quod nisi fecissent, damnati sunt ab eodem testatore Staberio, centum paria gladiatorum populo Ro-

---

Nerium Perillium. Alii dicunt alium esse feneratorem. [*Audire*] hoc aut dicebat Stertinius Damasippo aut Damasippus poetae dicit. Hîc ostendit etiam feneratores insanos esse atque adtentos esse et paratos ad audiendum et est *ὕστερον πρότερον*, nam prius attentos fieri mos, ut sic audiatur. [*Atque togam iubeo componere*] nam qui male composita toga sedet, videtur negligenter audire. [*Tristive superstitione*] inani religione, quia superstitio tristes homines facit. [*Huc propius me*] diligenter me audiri volo ab his, qui dissoluto pallio sedent, nondum intenti et accensi ad virtutis amorem. [*Dum doceo*] dum ostendo eos insanos esse. [*Danda est hellebori multo pars maxima*] multum hellebori dandum est avaris, quasi maiore aegritudine laborantibus. Videtur quibusdam Horatius non plena persecutus esse, quod promiserat, cum utrum insaniant, debeat docere; praetergressus dicat de cura ipsorum. Sane inconsiderate in vituperationem ruentibus. Quis enim ignorat, his videlicet adhibendam esse medicinam, qui minus sani sunt? *Helleborum* herba, remedium insaniae. [*Nescio, an*] bene scio, *λιτότης* figura. [*Anticyram ratio illis destinet omnem*] *μετωνυμία* per id, quod continet id, quod continetur. *Anticyra* enim nomen est insulae Praepontidis, in qua multum hellebori nascitur, quod quidem depellere dicit mentis insaniam medicina. Posuit autem Anticyram pro medicamine, i. e. nescio, si omnis medicina danda sit avaris, magnitudinem vitii expressit. Tanta est avaritiae dementia, ut totius insulae helleboro sanari non possit. [*Heredes Staberî*] *Staberius* quidam avarissimus fuit, qui, cum moreretur, iussit heredes scribere in suo monumento, quantum quisque a se relictum accepisset. [*Summam*]

scribere] reddere. [*Atq. togam iubeo componere*] Sensus est: Iubeo audire et ad praecepta vera avaros intentos esse ac bene cultos. Nam qui soluto pallio audiunt, negligentes iudicantur et minime ad virtutis honorem accensi. Ideo ait: *togam iubeo componere*, quia diligentius audiunt, qui cultu concinni sunt. *ἀλληγορικῶς* totum. [*Nescio, an Anticyram*] *Anticyra* et oppidum et insula hoc nomine, sicut Helenius testatur, in qua helleborum plurimum nascitur. Et alibi: *Naviget Anticyram*, et est Praepontidis insula. [*Heredes Staberî*] *Staberius* homo avarissimus fuit eo usque magnitudine pecuniae delectatus, ut cum finem vitae adesse intellexisset et testamento ita inscriberet, ut heredes sui sepulcro eius in-

Ni sic fecissent, gladiatorum dare centum
Damnati populo paria atque epulum, arbitrio Arrî,
Frumenti quantum metit Africa. Sive ego prave
Seu recte hoc volui, ne sis patruus mihi. Credo,
Hoc Staberî prudentem animum vidisse. Quid ergo
Sensit, quum summam patrimonî insculpere saxo
Heredes voluit? Quoad vixit, credidit ingens
Pauperiem vitium et cavit nihil acrius, ut, si
Forte minus locuples uno quadrante perîsset,
Ipse videretur sibi nequior: omnis enim res,
Virtus, fama, decus, divina humanaque pulchris
Divitiis parent: quas qui construxerit, ille
Clarus erit, fortis, iustus — Sapiensne? Etiam! et rex
Et quidquid volet. Hoc, veluti virtute paratum,
Speravit magnae laudi fore. Quid simile isti
Graecus Aristippus, qui servos proiicere aurum

v. 96. *construxerit* apud Feam et recentiores Horatii editores ad unum fere omnes. Recte. *Contraxerit* in mss. nonnull. adoptat Baxterus, eamque ait elegantiorem lectionem et aliam ex interpretamento ortam. Pariter perverse atque inepte!

---

mano dare. — v. 87-88. *Sive — mihi*, Staberium facit loquentem. — *ne sis patruus mihi*, ne me reprehende. Cf. ad Carm. Lib. III, 12, 3.— v. 89. *prudentem animum*, εἰρωνικῶς. — v. 91. *Quoad* h. l. monosyllabum est. — v. 96. *construxerit*, cf. Serm. I, 1, 44.: *constructus acervus*. — v. 99. *Quid simile isti,* sc. Staberio. Quam dissimile fuit, quod fecit

---

relictam pecuniam. [*Damnati populo*] destinati iuxta legem. [*Dare centum*] quia vivente patre ignoraverunt, quid haberent, tantae cupiditatis fuit. [*Arbitrio Arri*] nomen cuiusdam luxuriosi. [*Sive ego prave*] hoc dicebat Staberius et est ἀνθυποφορὰ ex persona ipsius Staberii. [*Seu recte*] inscribi in sepulcro meo summam pecuniae. Et hoc dicebat Staberius, ne quaererent heredes, cur hoc fieri voluerit. [*Patruus mihi*] severus contra me, ut supra: *Patruae metuentes verbera linguae.* [*Prudentem animum*] εἰρωνικῶς. [*Quid ergo sensit*] aut interrogatio audientis aut interrogantis dubitatio. [*Cavit acrius*] nihil magis timuit, quam paupertatem, i. e. ut ne fieret pauper. Nihil sic acute vitavit, ut paupertatem. [*Minus locuples*] si forte unum quadrantem minus reliquisset. [*Divitiis parent*] omnium rerum regina opulentia est, sicut ille dicebat. [*Contraxerit*] congregaverit. [*Ille clarus erit*] quasi Damasippus dicat Stertinio. Respondet plus quam interrogatus fuerat. [*Hoc veluti virtute paratum*] quasi virtute paratas divitias putavit ad virtutem pertinere. [*Graecus Aristippus*] contemptor pecuniae, quam a quodam rege accepe-

sculperent: quis quantum a se in partem sumpserit. Quod si in aliquo mentiti essent, damnationis nomine, centum paria gladiatorum populo exhiberent. [*Damnati*] pro addicti. [*Atque epulum arbitrio Arrî*] i. e. ad Arrii voluntatem, qui luxuriosus fuit. [*Ipse videretur sibi nequior*] pro luxuriosior. Et ut supra illud; nequities. [*Clarus erit*] haec εἰρωνικῶς dixit. [*Graecus Aristippus*] vult et hunc Aristippum insanum videri, quod

In media iussit Libya, quia tardius irent
Propter onus segnes? Vter est insanior horum?
Nil agit exemplum, litem quod lite resolvit.
Si quis emat citharas, emptas comportet in unum,
Nec studio citharae nec Musae deditus ulli;
Si scalpra et formas non sutor; nautica vela
Aversus mercaturis: delirus et amens
Vndique dicatur merito. Quî discrepat istis,
Qui nummos aurumque recondit, nescius uti
Compositis, metuensque velut contingere sacrum?
Si quis ad ingentem frumenti semper acervum
Porrectus vigilet cum longo fuste, neque illinc
Audeat esuriens dominus contingere granum,
Ac potius foliis parcus vescatur amaris;
Si positis intus Chii veterisque Falerni

Aristippus? — v. 103. *Nil agit*, nihil prodest; inane et inutile est exemplum, quod aeque in controversiam vocari potest, atque id, de quo dubitatur. Nam quod eiusmodi est, lite priore dirempta ac dissoluta, novam ex se gignit. Significat autem, utrumque insanire, et eum, qui aurum ita consectatur et amplectitur, ut bonis quaesitis uti non audeat, et eum, qui sua bona profundit, dissipat, pro nihilo putat. — v. 106. *scalpra*, (nos: *Kneif, Schuhahle*) — *formas*, (*Leisten*) καλοπόδια. — v. 107. *Aversus mercaturis*, in casu tertio, ut supr. Carm. Lib. II, 4, 19.: *Sic lucro aversam potuisse nasci.* — v. 108. *Vndique*, ab omnibus. — v. 110. *velut contingere sacrum*. Cf. Serm. I, 1, 171.: *tanquam parcere sacris cogeris.* — v. 113. *dominus*, possessor. — v. 116. *nihil est*, non est satis,

---

rat. [*Insanior horum*] ille, qui conservat, an ille, qui contemnit? Docet autem insanum, qui pecuniam spernit, cuius usus est necessarius. Aristippus Graecus, Cyrenaicus dictus est, cum servi eius auro onusti gravius ambularent, quod a rege acceperant, iussit, ut abiicerent, quasi impedimentum. [*Nil agis exemplo*] illud exemplum nihil est, quod litem vertit in litem, i. e. vitium in vitium, quia, dum damus exemplum Aristippi, litem liti opponimus. Nam si Staberius vitiosus, Aristippus vitiosior, ergo nihil valet exemplum Aristippi adversum Staberium. Ad rem dubiam aperiendam nemo utitur dubio argumento. Incertum est, utrum insaniat, qui despicit pecunias et nullo moderamine utitur ad eas dispertiendas. Et ait: Quemadmodum insanit contemptor pecuniae, ita et avarus. Sed et hoc incertum est, utrum nimius contemptor pecuniae videatur esse insanus. Quasi dicat Damasippus Stertinio: Non opus est exemplo ad dirimendam litem, quia et de eo disputari potest. Ipse videtur sibi subiicere, nolo, corrigas vitium vitio, dum culpas avaritiam, exemplum sumis insaniae, quia non potest exemplar laudari, cum ipsum vitiosum sit. [*Si quis emat citharas*] modo probat insanire avaros, quemadmodum insaniunt nimii pecuniae contemptores. [*Formas*] calopodia. [*Nautica vela*] qui non emunt necessaria, quamvis alieni sint a mercaturis, tamen emunt vela; ut qui, quamvis alieni sint a Musis, tamen emunt citharas. [*Qui*

pecuniam, quam potuisset dare necessariis, abiecerit. [*Nil agit*] Sensus est: Idem exemplum, quod in se quaestionem habet, non est verum. Intelligo, inquit, me contraria exempla posuisse, quoniam argumentatus non

Mille cadis — nihil est, ter centum millibus, acre
Potet acetum: age, si et stramentis incubet unde-
Octoginta annos natus, cui stragula vestis,
Blattarum ac tinearum epulae, putrescat in arca:
Nimirum insanus paucis videatur, eo quod
Maxima pars hominum morbo iactatur eodem.
Filius aut etiam haec libertus ut ebibat heres,
Dis inimice senex, custodis? — Ne tibi desit?
Quantulum enim summae curtabit quisque dierum,
Vngere si caules oleo meliore caputque
Coeperis impexa foedum porrigine? Quare,
Si quidvis satis est, periuras, surripis, aufers
Vndique? Tun' sanus? Populum si caedere saxis
Incipias, servosve tuos, quos aere pararis;
Insanum te omnes pueri clamentque puellae:

v. 129. *servosque tuo* et in mss. nonn. et ex coniectura T. Faber, quam laudat Dacer., sed non sequitur; inde Bentl. Baxt. Cun. San. Phil. Batt. Gesn. Val. Oberl. Comb. Wakef. Ceteri codd. mss. ap. Feam: *tuos*, quod ipse edidit. Eum sequuntur Iahn. Heind. — Doer. *tuo* exhib. ut ad *aere* pertineat. Ratio, qua Bentl. *tuo* defendere nititur, omnium ineptissima, videatur apud ipsum, si tibi placuerit.

---

pro, immo; quid dico *mille*, immo *ter centum millibus*. — v. 123. *Dis inimice*, *θεοῖς ἐχθρέ*. — *Ne tibi desit?* eone consilio, ne quid in posterum ad vitam sustentandam tibi desit? Bono sis animo, hoc non est, quod metuas. — v. 126. Vid. Cels. VI, 2. *Porrigo* (*πιτυρίασις*) *est*, *ubi inter pilos quaedam quasi squamulae surgunt eaeque a cute resolvuntur et interdum madent*, *multo saepius siccae sunt*, *idque evenit modo sine ulcere*, *modo exulcerato loco* —, *fereque id in capillo fit*, *rarius in barba*, *aliquando etiam in supercilio*. — v. 126. Quamobrem, si quovis victu et quantumvis tenui sordidoque cultu contentus es, omnia facis et pateris, ut rem augeas? cur periuras, furaris, eripis undique? — v. 129. Sensus est: Insanum te esse dicunt, si populum caedas, vel etiam servos tuos, in quos tamen, cum tui et tuo aere parati sint, plurimum iuris habes. — v. 130. *pueri* et *puellae*, cf. supr. Serm. Lib. I, 1, 85. — v. 132.

---

discrepat istis?] *qui*, quomodo. [*Ter centum millibus*] per interpositionem, quasi parum dixerit, amplius dicit. [*Stramentis*] vilibus stratis. *Stramenta* dicuntur vilia, quae substernuntur dormientibus. [*Vnde*] uno minus die, scilicet LXXIX. *Vndeoctoginta* pro uno minus octoginta, apud veteres sic dicebatur. [*Blattarum*] *blatta* genus vermium, rodens vestes. [*Maxima pars hominum*] non paucis insanus videbitur, quia multi sunt. [*Summae curtabit*] de summa decurtabit, minuet, amputabit. [*Quisque dierum*] pro unusquisque dies. [*Foedum porrigine*] *porrigo* morbus quidam capitis, cariem faciens. [*Quare, Si quidvis satis est*] si contentus es parvo et exiguum tibi sufficit, quare periuras, ut habeas maximum patrimonium? Si mediocritate contentus es, cur caedibus mercaris opulentia et sacrilegia? Sed fortasse dicturus es, quare ego insanus appellor, cum hoc ego non faciam, i. e. non occidam patrem veneno? Quamvis non occidas matrem tuam apud Argos, aut ferro, ut Orestes,

Quum laqueo uxorem interimis, matremque veneno,
Incolumi capite es? Quid enim? Neque tu hoc facis Argis,
Nec ferro, ut demens, genitricem occidis, Orestes.
An tu reris eum occisa insanisse parente,
Ac non ante malis dementem actum Furiis, quam
In matris iugulo ferrum tepefecit acutum?
Quin ex quo est habitus male tutae mentis Orestes,
Nil sane fecit, quod tu reprehendere possis:
Non Pyladen ferro violare ausus sororem
Electram, tantum maledicit utrique vocando
Hanc *Furiam*, hunc *aliud*, iussit quod splendida bilis.
Pauper Opimius argenti positi intus et auri,
Qui Veientanum festis potare diebus
Campana solitus trulla vappamque profestis,

Ridicula avari scelerati atque impii defensio, dedita opera ab Horatio conficta, ut ostendat statim, eius insaniam cum Orestis furore esse comparandam; immo vero esse acriorem et graviorem. Dicis te (inquit Damasippus) non esse impium neque insanum, quia neque Argis matrem tuam interfeceris neque ferro, quomodo Orestes. — v. 134. Existimasne, inquit, matre demum a se necata insanisse Orestem et non, antequam facinus admitteret, dementem atque insanum fuisse? Vult, Orestem, antequam materno sanguine manus contaminaret, insanum fuisse, non ex scelere insaniam natam esse. — v. 137. *male tutae*, male sanae. — v. 138. *Nil sane*, *Gar nichts hat er gethan*. Voss. — v. 140. *maledicit*. Vid. Eurip. Orest. v. 259. ubi dicit Orestes sororem alloquens: *μέθες· μί' οὖσα τῶν ἐμῶν Ἐριννύων Μέσον μ' ὀχμάζεις, ὡς βάλῃς εἰς Τάρταρον*. — v. 141. *Splendida bilis*, Vossius sic interpretatus est: *wie tragische Gall' es ihm eingab*. — v. 142. *Pauper Opimius argenti positi intus*. Erat igitur *magnas inter opes inops*, quemadmodum supra Carm. Lib. III, 16, 28. dixit. — v. 144. *trulla Campana*, i. e. fictili, ut supra Serm. I, 6, 158.: *Cam-*

---

certe tamen insanus es. [*Laqueo uxorem interimis*] propter hereditatem aut divitias. [*Incolumi capite es*] potest fieri, ut sano sis capite? [*Malis*] aut magis aut malis Furiis. [*Habitus male tutae mentis*] i. e. postquam creditus est furiosus post parricidium. [*Splendida bilis*] quae omnia in lucem profert. Persius: *Vitrea bilis*, quia nunquam stat. Vel *splendida*, lucida, quia nemo potest irasci, ita ut non appareat eius iracundia. [*Pauper Opimius*] *Opimius* quidam ditissimus et avarus, cum lethargico morbo laboraret, a peritissimo medico sanatus est. Aurum multum posuit in mensa et fecit a multis numerari et dicebat ille: *Ecce rapiunt multi aurum tuum*. Ille audiebat rapi et hoc modo excitatus sanabatur. Pauper autem dixit animo, non fortuna. Et *pauper argenti*, ut: *Dives opum*. [*Positi intus*] cum non tangeret aurum et argentum multum repositum. [*Qui Veientanum*] Veientana civitas est Campaniae, pessimum (habens) vinum. Persius: *Veientanum rubellum*. Nunc addit aliud exemplum ad insaniam probandam. [*Campana solitus trulla*] *trulla* autem ligneum vas

erat, uter ex iis insanus esset, nunc ait se probaturum. [*Quod splendida bilis*] atra vel flava. [*Pauper Opimius*] sic dicitur, ut: *Magnas inter opes inops*, et figurate dictum est: *Dives opum*, pro, opibus. [*Qui Veientanum*] pessimum vinum in Veiento nascitur. Et Persius: *Veienta-*

Quondam lethargo grandi est oppressus, ut heres
Iam circum loculos et claves laetus ovansque
Curreret. Hunc medicus, multum celer atque fidelis,
Excitat hoc pacto: mensam poni iubet atque
Effundi saccos nummorum, accedere plures
Ad numerandum: hominem sic erigit; addit et illud:
Ni tua custodis, avidus iam haec auferet heres.
Men' vivo? Vt vivas igitur, vigila. Hoc age! Quid vis?
Deficient inopem venae te, ni cibus atque
Ingens accedit stomacho fultura ruenti.
Tu cessas? Agedum, sume hoc ptisanarium oryzae!
Quanti emptae? Parvo. Quanti ergo? Octussibus. Heu, heu!
Quid refert, morbo an furtis pereamve rapinis?

---

pana supellex. — vv. 148-157. ex *Vossii* interpretatione hiç describere placet: *Aber der Arzt, der fertiges Kopfs und getreu war, weckt ihn solcher Gestalt. Er heisst herstellen den Tisch und Beutel darauf ausschütten mit Geld; dann ruft er zum zaehlen Mehrere; durch das Geraeusch erhebt er den Mann, und beginnt nun: Hütest du nicht dein Geld, gleich traegt es der gierige Erb' hin.— „Weil ich leb?" — Um zu leben, sey wach! Hier gilt es! — „Was soll ich?" — Bald wird Athem und Puls dir erschoepft seyn, wo du des Magens Flauigkeit nicht brav steifest mit Kost und staerkender Nahrung. Zauderst du? Hurtig wohlan! nimm hier die Tisane von Reissbrei. — „Sage, wie theur?" — Wohlfeil. — „Nun wie theur?" — Acht Schillinge. — „Weh mir! Was denn verschlaegt's, ob Krankheit, ob Raub mich toedtet und Plündrung?"* — v. 155. *ptisanarium oryzae*, sorbitio ex oryza confecta. Plin. Hist. Nat. XVIII, 13. *Maxime oryza gaudent* (Indi), *ex qua ptisanam conficiunt, quam reliqui mortales ex hordeo.* Ex *ptisana* Horatius fecit deminutivum *ptisanarium.* — v. 156 — 157. Quid refert (inquit Opimius), utrum morbo, nempe lethargo (= veterno) peream, an furtis ac rapinis? multo certe mihi optabilius esse debet, morbo perire, quam furtis et rapinis: quasi hoc significet Opimius, tanti emere oryzam, esse sua furto amittere suisque bonis spoliari. Sine igitur me, o medice, (inquit Opimius) morbo exstingui et interire; tantam enim impensam aequo animo ferre non possum; morte mihi longe gravius atque acerbius est, mea sic deripi et compilari videre. — v. 157. Plurimi libri *pereamque*, multi *pereamve*, pauci *pereamne.* Postremum soloecum est. Sententia autem Opimii haec est: Aut interna causa (*morbo*) aut externa (sive *furtum* sive *rapina* est) pereundum est, et nihil refert, qua peream. Iam

---

aut vimineum aut fictile. Alii trullam dicunt deformem calicem aut rusticanum. [*Vappamque*] corruptum nescio quid, quod nec vinum nec acetum. Vel vinum, cui miscetur aqua. Vel vinum, quod sit ex perfusa vinatia. Hoc autem *vinatium* lectum est et haec *vinatia.* [*Quondam lethargo*] morbo, qui facit immemores nimio somno. [*Multum celer atque fidelis*] utrumque illi concessit, quod est medico necessarium, scientiam cum diligentia copulatam. [*Men' vivo*] verba aegroti. [*Vt vivas, vigila*] verba medici, διαλογισμός. [*Tu cessas*] haec aegrotus: Cur, inquit, mihi negligentiae crimen imponis? [*Ptisanarium*] vas est fictile, in quo coquitur *oryza* vel *ptisana.* [*Octussibus*] octo assibus. Hinc *octusnumque rubellum.* [*Deficient inopem*] sic ait, ut inopia defecisse dici-

Quisnam igitur sanus? Qui non stultus. Quid avarus?
Stultus et insanus. Quid, si quis non sit avarus,
Continuo sanus? Minime. Cur, Stoice? Dicam.
Non est cardiacus, Craterum dixisse putato,
Hic aeger. Recte est igitur surgetque? Negabit,
Quod latus aut renes morbo tentantur acuto.
Non est periurus neque sordidus; immolet aequis
Hic porcum Laribus. Verum ambitiosus et audax:
Naviget Anticyram: quid enim differt, barathrone
Dones, quidquid habes, an numquam utare paratis?

v. 163. Verba *Quod latus — acuto* causam continent, cur medicus (aut aeger ipse) negat, illum hominem non aegrum esse. Iam vero poterat haec causa a medico addi, poterat etiam omitti et a Stertinio suppleri. Prius si statueris, *tententur*, posterius si sumpseris, *tentantur*, scribendum est, quod in textum recep. Iahn. In codd. utrumque legitur.

---

vero poterant utique *furta* et *rapinae*, quatenus diversae erant, particula *ve* disiungi, poterant etiam, quatenus coniuncta *morbo* opponuntur, particula *que* copulari. Nihil enim refert, quod alterum ad medicum, alterum ad heredem pertinere dicitur. Eodem modo in sermone vernaculo: *Was ist es für ein Unterschied, ob ich durch Krankheit, ob durch Raub und Diebstahl*, vel, *ob ich durch Krankheit, ob durch Raub oder Diebstuhl zu Grunde gehe.* Saepe autem in eiusmodi locis VV. DD. turbas moverunt, in quibus nihil refert, utrum voc. *que* sententias coniunxeris, an part. *ve* disiunxeris. In his igitur codices audiendi sunt. — v. 162. *Recte est igitur*, valetne igitur hic aeger, quod cardiacus non sit? et e lectulo surget? — *Negabit*, nempe Craterus, medicus. — v. 166. *barathrone dones, quidquid habes*, utrum opes tuas ambitionis et gratiae captandae causa dones populo, qui *barathro*, h. e. immensae voragini om-

---

sis. [*Quisnam igitur sanus*] Damasippum interrogat Horatius vel Damasippus consulit Stertinium. [*Quid? si quis non sit avarus*] non sufficit ad sanitatem, avarum non esse. [*Cardiacus*] insanus vigiliis. *Cardiacus* genus morbi vigiliis laborantis, contrarium lethargo. [*Craterum*] *Craterus* fuisse dicitur illis temporibus opinatissimus medicus. [*Hic aeger. Recte est*] si tibi dixerit medicus de aegro, quod non est cardiacus, tu ais, quod surget de lecto. Iterum medicus adiicit, quod non surget, quod alio morbo laborat. Sic ergo dicis: Ille non est periurus neque sordidus, immolet diis porcam, sed est ambitiosus, sed audax, alio vitio laborat et debet ire ad Anticyram, ut curetur. [*Acuto*] penetrabili, pernicioso, gravi, ut alibi: *Cum semel accepit solem furibundus acutum.* [*Naviget Anticyram*] ubi Helleborum nascitur, quo perturbatas mentes medici sanare consueverunt. [*Balatroni*] scurrae et triviali. Nam *balatrones* dicuntur rustici homines inepti et triviales. Publius Servilius Balatro multa in Augustum amare, nec sine ioco dixit. Fuit autem tantus devorator, ut simili vitio laborantes *balatrones* dicti sint. Et est in ipso versu sensus: Quid interest, utrum non utaris, an in barathrum mittas? Quid enim prodest carere hoc vitio, cum alio tenearis? [*Dones, quidquid habes*] eadem insania mentis est servare et spargere.

mus. Et Virg.: *Tuque o dubiis ne defice rebus.* [*Quisnam igitur sanus*] incipit de Stoicis disputare. [*Craterum*] *Craterus* nobilis medicus temporibus Augusti fuit. De hoc Persius: *Quid opus Cratero magnos promittere montes?* [*Morbo tentantur acuto*] Graece ὀξείᾳ νόσῳ. [*Quid*

Servius Oppidius Canusî duo praedia, dives
Antiquo censu, natis divîsse duobus
Fertur et haec moriens pueris dixisse vocatis
Ad lectum: Postquam te talos, Aule, nucesque
Ferre sinu laxo, donare et ludere vidi,
Te, Tiberi, numerare, cavis abscondere tristem:
Extimui, ne vos ageret vesania discors,
Tu Nomentanum, tu ne sequerere Cicutam.
Quare per divos oratus uterque Penates:
Tu cave ne minuas, tu ne maius facias id,
Quod satis esse putat pater et natura coërcet.
Praeterea, ne vos titillet gloria, iure-
Iurando obstringam ambo: uter aedilis fueritve
Vestrûm praetor, is intestabilis et sacer esto.

nia absorbienti et deglutienti est similis, an etc. — v. 174. *vesania discors*, aliter enim insanit *prodigus*, aliter *avarus*. — v. 177. Hic Oppidius duos habebat filios dissimiles admodum moribus et natura. In Aulo enim indoles quaedam inerat praesignificatrix largitionis futurae et profusionis: Tiberius contra ad parsimoniam atque avaritiam natura factus videbatur. Pater igitur utriusque ingenio perspecto et cognito utilia utrique praecepta dat, quibus naturae vitium temperare atque ad mediocritatem inflectere queat. Aulum monet, ne rem a patre acceptam largitione et perfusione minuat: Tiberium, ne immoderata parsimonia et nimio lucri studio augeat. — v. 178. *natura coercet*, sc. finibus suis. — v. 179. *ne vos titillet gloria*, nos: *Ruhmsucht, Ehre bei dem Volk*, ne vos gloriae dulcedo alliciat ad petendos magistratus. — v. 181. *intestabilis*, interprete *Vnterholznero* apud *Heindorfium*, dicitur, qui neque testamentum facere, neque ex facto aliquo testamento bona accipere, neque faciendo testamento testis adesse poterat; fuit igitur homo omnium contemtui expositus, homo nefarius et detestabilis. — *sacer*. Festus: Homo *sacer* is est, quem populus iudicavit ob maleficium, neque fas (lege: nefas) est eum immolari, sed qui occidit, parricidii non damnatur; nam lege tribunitia

[*Servius Oppidius*] hoc exemplum ad illud pertinet: *Quisnam igitur sanus?* Ergo qui sanus est, talis est, qualis Oppidius de facultatibus suis circa liberos fuit, qui iuxta antiquum censum dives inventus est. [*Canusi*] apud Canusium, oppidum Apuliae regionis. [*Antiquo censu*] quia si quis antiquitus duo praedia habebat, dives censebatur. [*Divisse*] pro divisisse. [*Postquam te talos*] postquam, inquit, in te, Aule, luxuriam aut tenacitatem in Tiberio cognovi. [*Talos*] tesseras. [*Donare et ludere*] *donare* ad *nuces, ludere* ad *talos*. [*Cavis*] locis absconditis. [*Nomentanum*] prodigum ex luxuriosum. [*Cicutam*] avarum quemdam feneratorem. [*Tu, cave*] bene vetat; nam et minui et augeri vetat natura et monet, quod sufficit, appetendum. Et est paternus affectus iunctus naturae. [*Titillet*] ad se cum quadam iucunditate rapiat. Ne vos delectet, pulset atque sollicitet ambitio. [*Ambo*] pro ambos. [*Intestabilis*] detestabilis.

enim differt, balatroni Dones] *balatro*, luxuriosus. Verum quidam legunt *barathro*, ut veniat a nomine *barathrum*. [*Tu Nomentanum, tu ne sequerere Cicutam*] ne aut luxuriosus aut avarus evaderet. Nomentanus enim luxuriosus, Cicuta avarus. [*Is intestabilis et sacer esto*] anti-

In cicere atque faba bona tu perdasque lupinis,
Latus ut in Circo spatiere et aëneus ut stes,
Nudus agris, nudus nummis, insane, paternis?
Scilicet ut plausus, quos fert Agrippa, feras tu,
Astuta ingenuum vulpes imitata leonem?

v. 183. Fea contra metrum ex plurimis codd. edidit *aut aeneus*. Sed *aeneus* nunquam tribus syllabis veteres dixerunt.

prima cavetur, *si quis eum, qui eo plebiscito sacer sit, occiderit, parricida ne sit*. — v. 182. *In cicere atque faba* etc. Aediles et ambitiosi homines solebant Floralibus vel in annonae caritate id genus legumina vel populo viritim metiri vel vulgo spargere. Pariter Schol. Cruq.: „antiquis temporibus, ubi pauperiores erant Romani, haec dabantur et spargebantur in vulgus ab his, qui ludos Florales exhibebant, ad plausum et favorem populi captandum.“ — v. 183. *Latus ut in Circo* etc. Nos: *Damit du ein Recht hast, breit und hoffaehrtig in dem Circus einherzugehen*. — *aëneus ut stes*, ut statua aënea tibi ponatur. Sic loquuntur et Graeci, ἵστασθαι χαλκοῦν, statuae aeneae honore affici, et ἱστάναι χαλκοῦν, erigere alicui statuam aeneam. — v. 186. Ad voc. *astuta* supple particulam comparationis ‚veluti‘, saepius ab Horatio omissam. — v. 187. Inducitur nunc novus dialogus, novaque disputatio inter privatum aliquem sive plebeium et Agamemnonem; cuius haec summa et sententia est, reges et principes et huiusmodi personas claras et illustres ob speciem gloriae inanem multa quotidie peccare, immania scelera suscipere, denique vehementer insanire. Totus autem hic locus ex Sophoclis Aiace adumbratus est, apud quem, quum Aiacem sua ipsius manu interfectum Teucer tollere, ut sepeliret, conaretur, interveniens Menelaus Agamemnonis iussu vetat, Aiacis corpus loco movere propterea, quod (inquit ille), quum speraremus eum belli adiutorem et nobis amicum una nobiscum venisse domo, comperimus re quaesita inimicum nobis fuisse Troianis ipsis acriorem, qui universi exercitus caedem meditatus noctu nos adortus est, ut armis opprimeret. Quodsi quis Deus hunc eius conatum non compressisset, (inquit) nos in eius locum indignissima nece affecti iaceremus: iste autem viveret; at nunc Deus immortalis istius contumeliam petulantiamque a nobis in oves et greges avertit. Quapropter nemo est, quantumvis viribus praestans et pollens, qui corpus eius sepultura afficere audeat: sed omnino in arena proiectus ac prostratus mergis et reliquis avibus maritimis escam suo corpore pabulumque praebebit. *Lamb*. Sed vid. Var.

[*Sacer*] exsecrabilis. Sic dicebantur periuri tanquam sacri, i. e. obnoxii, per quod iuraverant. *Intestabiles* appellabantur, quorum testimonium non valebat. [*In cicere atque faba*] antiquis temporibus haec dabantur ab his, qui ludos exhibebant. Alias. Haec enim populo a magistratibus ludis Floralibus iactabantur. Vel: Haec spargebantur in Circo et plausus illis fiebant, qui cupidi erant laudis. Vel aediles haec populis in Circo iactabant. Inventa occasione carpit ambitionem et dat exemplum hoc ad insaniam. [*Latus ut in Circo spatiere*] *latus*, inflatus, ut superbus ambules. [*Aut aeneus ut stes*] ut habeas aeneam statuam. [*Nudus agris*] ideo vis patrimonium tuum consumere, ut plausus habeas, quales Agrippa habuit, gener Augusti, cum vis a stultitia vulpes, ille vir a nobilitate, ut

qui eos, quos in testimonium dimitti nolebant, *intestabiles* vocabant; *detestabiles* scilicet, quorum testimonium malum et exsecrandum esset. [*In cicere atque faba*] antiqui aediles huiusmodi res populo Floralibus spargebant. Inde etiam Persius: *Nigra et cicer ingere rixanti populo*.† Pau-

Ne quis humasse velit Aiacem, Atrida, vetas cur?
Rex sum. Nil ultra quaero plebeius. Et aequam
Rem imperito: ac, si cui videor non iustus, inulto
Dicere, quod sentit, permitto. Maxime regum,
Dî tibi dent capta classem deducere Troia.
Ergo consulere et mox respondere licebit?
Consule. Cur Aiax, heros ab Achille secundus,
Putescit, toties servatis clarus Achivis?
Gaudeat ut populus Priami Priamusque inhumato,

v. 187. Cur Wielandius et Haberfeldius in his verbis Stertinii et Agamemnonis dialogum esse voluerint, causam se videre non posse, ingenue profitetur Iahn. Immo, inquit, Stertinius, novo exemplo rem demonstraturus, *Agamemnonem* et *militem* eodem modo, quo supra Opimium et medicum, loquentes inducit. — Nos, ne quid notatu dignum h. l. desit, etiam Lambini adnotationem huc pertinentem infra adscripsimus. Ceterum ratio, quam proposuit Iahn., probabilior esse videtur. — 191. Plurimi codd. *reducere*, quod per se quidem recte dicitur, sed a metro respuitur. Videntur enim aureae aetatis poetae praepositionem *re* tum demum produxisse, cum in arsi collocata et cum verbo composita esset, cuius primitiva forma a consona inciperet et duas priores syllabas correptas haberet. Quamobrem Iahn. in sua editione edidit *deducere*, h. e. *καταβαίνειν*. *Deducere* eodem modo dictum esse, quo ex Asia in Graeciam proficiscentes *καταβαίνειν* appellabantur. Si metrum religiosius tueri vis, legere debebis *deducere*, quod in textum recipere non dubitavi. Ceterum *reducere* bene habet.

Lect. — v. 192. *consulere*, quaerere de iure, ex quo aliquid fit vel fieri debet. — *respondere*, sc. ad id, de quo quaesitum est; iurisconsulti ab iis, qui eos adeunt, *consuluntur*, et ii consulentibus *respondent*. — Versus 195. Homericum: *Ἦ κεν γηθήσαι Πρίαμος, Πριάμοιό τε παῖδες,*

---

leo. [*Astuta ingenuum*] quia quod leo viribus, hoc vulpes astutia agit. [*Ne quis humasse velit*] Damasippus ex persona plebeii cuiusdam per hanc historiam docet, quod non tantum saeve, sed etiam impie faciebant homines ambitione inflati, a quo non minus quam ab avaritia et luxuria commonet recedendum. [*Vetas cur*] contra ambitionem διαλογισμὸς inter plebeium et regem Agamemnonem. [*Rex sum*] Agamemnonis responsio. Ordo: *Rex sum et aequam rem imperito*, i. e. iubeo, qui potui etiam iniquam. Vel rex sum et aequam rem praecipio. Potestas non impedit aequitatem. [*Nil ultra quaero*] si hoc dixeris, nihil ultra quaero a te. [*Inulto*] impune, sine poena. [*Maxime regum*] plebeius respondet. [*Ergo consulere*] interrogative. Hoc sensu Socraticos dialecticos imitatur et callide ambitiosos obtrectat et carpit et interrogat et cavillatur ad singula, ut illi faciunt. [*Gaudeat ut populus Priami*] ideo non iubes eum sepeliri, ut gaudeat Priamus? Vt: *Hoc Ithacus velit et magno mercentur*

peres enim initio Romae fuerunt. [*Ne quis humasse velit*] annotandum, quod dialogum confecit. Introduxit enim quemdam altercantem cum Agamemnone, ut doceret saniores esse eos, qui insani videntur iis, quos sanos putamus. Dogma autem Stoicorum quoddam: *πάντας ἀνθρώπους μωροὺς εἶναι*, quod continet, omnes homines insanos esse. [*Rex sum, nil ultra quaero*] praeter hoc illud proverbium interpretari. [*Dî tibi dent*] Homericum: *ὑμῖν μὲν θεοὶ δοῖεν Ὀλύμπια δώματ' ἔχοντες ἐκπέρσαι Πριάμοιο πόλιν,*

Per quem tot iuvenes patrio caruere sepulcro?
Mille ovium insanus morti dedit, inclytum Vlyxem
Et Menelaum una mecum se occidere clamans.
Tu, quum pro vitula statuis dulcem Aulide natam
Ante aras, spargisque mola caput, improbe, salsa;
Rectum animi servas? Quorsum? Insanus quid enim Aiax
Fecit, quum stravit ferro pecus? Abstinuit vim
Vxore et gnato: mala multa precatus Atridis,
Non ille aut Teucrum aut ipsum violavit Vlyxem.
Verum ego, ut haerentes adverso litore naves
Eriperem, prudens placavi sanguine Divos.
Nempe tuo, furiose. Meo, sed non furiosus.
Qui species alias veri scelerisque tumultu
Permixtas capiet, commotus habebitur; atque

---

exprimit. — v. 197. Aiax, cum arma Achillis, quae iure suo se postulare posse putabat, ab Agamemnone vel potius, secundum Homerum, a Troianis iudicibus Vlyssi adiudicata essent, furere et insanire coepit. In hoc furore in armenta et greges, tanquam Vlyssem, Agamemnonem et Menelaum occisurus, (Soph. Aiax. v. 235.) ense ruit, donec ense ipsius manu per pectus adacto periit. Sophocl. Aiax. v. 925. Ovid. Met. XIII, 391. — v. 200. *improbe*, impie, sceleste, vid. Serm. II, 6, 29. — v. 201. Bentl. et Heind. distinguunt: *Quorsum insanus quid, enim Aiax fecit?* quem locum cum Cruquio sic interpretor: „*quorsum?* — supp. *haec*; rogat Agamemnon. — *insanus*, quem insanum autumas; *quid enim*, *enim* est expletivum; verba sunt plebeii." Agamemnon quaerere vult: *Quorsum* (quem ad finem) *haec dicta sunt?* Interrumpit miles eius orationem, dicens: *Insanus quid enim Aiax fecit?* „*Wie so?*" — *Was that doch im Wahnsinn Ajax?* Voss. — v. 205. *adverso litore*. Schol. Cruq.: inimico, unde navigare non poterant. — v. 208. Sensus huius loci, inter-

---

Atridae. [*Vna mecum*] me et eos. [*Tu*] plebeius respondet. [*Mola*] molam salsam dicit far et salem. [*Rectum animi servas*] sanus esse potes? sanitatem habes? [*Quorsum insanus*] quia multa genera insaniae sunt, de quibus fuit insanus Aiax? in quo insanus? ob quam causam? vel in quam partem? [*Abstinuit vim uxore*] ostendit magis Agamemnonem insanisse quam Aiacem. [*Teucrum*] socium suum. [*Vlyssem*] inimicum et defraudatorem suum. [*Placavi sanguine divos*] Virgilianum illud: *Sanguine placasti ventos et virgine caesa.* [*Nempe tuo*] i. e. certe tuo sanguine placasti. [*Sed non furiosus*] quia haec feci pro gloria patriae. [*Qui species alias veri scelerisque*] qui facit scelus, etiam propter aliquam commoditatem, tamen iste necessario habetur insanus. Qui res facit modo iustas, modo iniustas mentis exagitationes, is non insanus habebitur? Qui sub specie iustitiae tumultum, i. e. scelus admittit, insanus est. [*Tumultu*] perturbatione. Sensus: Qui sub specie iustitiae scelus admittit, i. e. qui tumultum sceleris immiscet veritati, habendus est

εὖ δ' οἰκάδ' ἱκέσθαι. [*Per quem tot iuvenes patrio caruere sepulcro*] Troiani scilicet. [*Mille ovium*] ut duo millia hominum dicimus. [*Quorsum insanus? quid enim?*] inquit, inter quos insanus est? utrum inter luxuriosos et avaros, an inter ambitiosos? [*Aut ipsum violavit Vlyssem*] ipsum subaudimus *inimicum suum.* [*Qui species alias veri scele-*

Stultitiane erret, nihilum distabit, an ira.
Aiax quum immeritos occidit, desipit, agnos:
Quum prudens scelus ob titulos admittis inanes,
Stas animo et purum est vitio tibi, quum tumidum est, cor?
Si quis lectica nitidam gestare amet agnam,
Huic vestem, ut gnatae, paret, ancillas paret, aurum,
Rufam aut Pusillam appellet, fortique marito
Destinet uxorem: interdicto huic omne adimat ius
Praetor et ad sanos abeat tutela propinquos.
Quid? si quis gnatam pro muta devovet agna,
Integer est animi? Ne dixeris. Ergo ubi prava
Stultitia, hic summa est insania: qui sceleratus
Et furiosus erit: quem cepit vitrea fama,
Hunc circumtonuit gaudens Bellona cruentis.
Nunc age, luxuriam et Nomentanum arripe mecum:

---

prete *Heindorfio*, fere hic est: *Wer im Aufruhr der Leidenschaft (tumultu) die verschiedenen Begriffe (species, ἰδέας) von Recht und Unrecht in einander gemischt*, mit einander verwirrt, *auffasst*, so dass er beides nicht mehr trennen kann, *der ist wahnsinnig*. — v. 212. *ob titulos inanes*, quibus Agamemnon hoc scelestum filiam suam Dianae devovendi consilium, tanquam rem egregiam, apud posteros in annalibus et publicis monumentis celebratum iri sperasse videtur. *Doer.* — v. 213. *purum est vitio tibi, quum tumidum est, cor? Rein ist, von dem Fehl aufschwellend, das Herz dir?* Voss. — v. 214. Nunc aliud argumentum vel genus insaniae, ad ridicula potius quam ad scelera spectans, tractat.— v. 223. Bellona, Martis soror, sacerdotibus suis et suorum sacrorum cul-

---

commotae mentis. [*Permixtas*] confusione societatis veritati contrarias. [*Stultitia* etc.] furore et insania. Ad illud, quod ait supra: *Nil agit exemplum, litem quod lite resolvit.* Nihil interest, utrum per stultitiam peccet aliquis vel per iracundiam. Eodem enim modo uterque appellabitur *insanus*. [*Ob titulos*] ob gloriam vel propter inanes triumphos. [*Stas animo*] potes sanus esse aut vitio carere? [*Tumidum*] turbatum. [*Rufam*] nomen nobilis virginis. [*Destinet*] constituat, spondeat. [*Huic omne adimit ius*] insanis etenim interdicto praetoris bonorum possessio tollebatur et propinquis tuenda tradebatur. Item aliter. Apud veteres insanis a praetoribus ius dominii auferebatur. Ergo dicit esse insanum, qui haec fecerit. [*Quid? si quis*] argumentum a minore. [*Ne dixeris*] quasi hoc dicat Agamemnon, i. e. veritati contraria. Sed hoc autem ille dicit, qui insanos adserit, aut plebeius. [*Qui sceleratus*] qui ducitur ambitione, is insanus est. [*Et furiosus*] aut ad iracundiam aut ad desideria honorum pertinet. [*Vitrea fama*] fragilis et inepta fama ambitionis. Sensus est: Eum, qui famae serviat, insanire dicit, sicut Bellonae cultores, cum lacertos humerosque concidunt. [*Nunc age, luxuriam et Nomentanum*] dixit in avaros, deinde in ambitiosos, nunc in luxuriosos: vult

risq.] qui concipit animo suspiciones falsas et vera non vidit, is demens est. [*Ob titulos admittis inanes*] subaudiendum est: *insanus*. [*Interdicto huic omne adimat ius Praetor*] insani solent accipere a praetore curatores bonorum suorum, ita ut illis uti non liceat, nisi ad arbitrium alienum, scilicet ne perdant. [*Quem cepit vitrea fama*] aut fragilis aut

Vincet enim stultos ratio insanire nepotes.
Hic simul accepit patrimonî mille talenta,
Edicit, piscator uti, pomarius, auceps,
Vnguentarius ac Tusci turba impia vici,
Cum scurris fartor, cum Velabro omne Macellum,
Mane domum veniant. Quid tum? Venere frequentes,
Verba facit leno: « Quidquid mihi, quidquid et horum
Cuique domi est, id crede tuum, et vel nunc pete vel cras. «

v. 230. Non opus est, animadvertit ad hunc versum Iahn., ex paucis codd. scribere: *Qui cum venere* etc. quemadmodum Fea edidit. Vivide enim et quasi δραματικῶς haec omnia narrat Stertinius, unde etiam v. 233. pathetice subiungit: *Accipe* etc.

---

toribus bonam mentem adimebat, ita ut destrictis gladiis cruenti circumcursarent. — *cruentis*, sc. spectaculis. — v. 225. *Vincet*, evincet. — v. 226. *Edicit*, nempe in locis publicis, in foro, in tabulis etc. — v. 228. *Tusci vici*. Schol. Cruq.: „*Tusci* aliquando ab Aricinis pulsi contulere se Romam et vicum, qui modo *Turarius* dicitur, insederunt eique suum nomen dederunt.“ Vid. Liv. II, 14. extr. Dion. Hal. V. pag. 304. Festus sub voc. *Tuscum vicum*. Varro de L. L. IV, 8. Tacit. Ann. IV, 65. — v. 229. *Velabrum*, locus Romae, a vehendo dictus, (cf. Varro de L. L. IV, 7.) quod, quum paludibus mons Aventinus a reliquis esset disclusus, eo ex urbe quadrante soluto per paludes illas advehebantur. — *Macellum* dictum vel a voce Graeca μάγειρος, paucis literis immutatis, vel a *Macello* quodam, qui exercebat in urbe latrocinia: quo damnato censores Aemilius et Fulvius statuerunt, aut ut in domo eius obsonia venderentur aut ut ex eius pecunia locus publicus obsoniis vendendis accommodatus

---

enim etiam hos insanos docere. [*Arripe mecum*] aut verba Stertinii refert Damasippus aut ex persona eius cum Horatio Damasippus loquitur. Nunc, inquit, videamus, utrum luxuria non habeat stultitiam. [*Vincet enim stultos ratio*] nam probabit ratio, stultos esse omnes luxuriosos. [*Hic*] Nomentanus luxuriosus. [*Simul accepit*] quoniam heres successit aut a tutoribus accepit. Ordo: Omnibus, qui obsonia vendunt, edicit, uti mane domum veniant. [*Tusci turba impia vici*] *Tusci* aliquando pulsi contulerunt se Romam et vicum, qui modo *Turarius* dicitur, habitaverunt et ei nomen suum dederunt. Alias. Tusci vici ideo, quia ubi nunc vicus Turarius dicitur, Tusci vicum acceptum habitarunt. Inde nomen est vico. *Turbam* autem *impiam* aut negotiatores accipimus aut lenones; sed melius lenones intelligimus, qui inhumanissimi sunt et neque misericordia neque precibus flectuntur; deinde quod in vico Turario ante meretrices prostabant. Vel *Tusci vici impia turba* quia locum suum dereliquerunt, nam ab Aricinis pulsi sunt. In hoc vero vico meretrices esse consueverant. *Impia* ergo *turba*, periura, aut quia omnes ibi habitabant negotiatores, quibus studium est peierandi. [*Cum scurris*] histrionibus, parasitis. [*Fartor*] cocus. [*Cum Velabro omne Macellum*] locus Romae, ubi victualia distrahentes frequentabant. Notandum *Macellum* neutro genere.

splendida. [*Nunc age, luxuriam*] nunc luxuriosos insanos probat, ut supra avaros. [*Ac Tusci turba impia vici*] lenones dicit et ambitiosos, ibi enim commanent. *Tuscus* dicitur vicus, qua itur in Velabrum, ubi harum rerum mercatores, i. e. unguentarii consistunt. Vel *turba impia*, quia in patriam Tusci redire noluerunt. [*Cum scurris fartor*] *fartor* nunc avium alias nomenclator. [*Accipe, quid contra iuvenis*] εἰρωνικῶς.

Accipe, quid contra iuvenis responderit aequus:
In nive Lucana dormis ocreatus, ut aprum
Cenem ego! Tu pisces hiberno ex aequore verris!
Segnis ego, indignus, qui tantum possideam: aufer!
Sume tibi decies! Tibi tantumdem! Tibi triplex,
Vnde uxor media currit de nocte vocata!
Filius Aesopi detractam ex aure Metellae,
Scilicet ut decies solidum exsorberet, aceto
Diluit insignem baccam; quî sanior, ac si
Illud idem in rapidum flumen iaceretve cloacam?
Quinti progenies Arrî, par nobile fratrum,
Nequitia et nugis pravorum et amore gemellum,

---

exstrueretur. — v. 233. *aequus*, ironice dictum iuvenis luxuriosi levitatem significans. — v. 235. *pisces verrere*, capere, nos: *Fische mit dem Streichnetz fangen.* — v. 237. Lenoni triplum adsignat. Cur? Quoniam uxorem eius de nocte vocatam sibi praesto esse iubet. Maximae scilicet libidinis documentum. Fieri enim poterat, ut meretrices ceterae cum aliis essent. — v. 239-242. Plinius in Hist. Nat. IX, 59. post narrationem de insania, qua Cleopatra, ut ostenderet, ingentem pecuniae summam brevissimo temporis spatio in ventrem demitti posse, immensi pretii margaritam, aceto dilutam, sorbuisse dicitur, agit quoque de re, quae ad hunc Horatii locum spectat: *Prius* (ante Cleopatram) *id fecerat Romae in unionibus magnae taxationis Clodius, tragoedi Aesopi filius, relictus ab eo in amplis opibus heres, — ut experiretur in gloria palati, quid saperent margaritae; atque, ut mire placuere, ne solus hoc sciret, singulos uniones convivis quoque absorbendos dedit.* — v. 240. *decies solidum.* Schol. Cruq.: integrum, decies centena millia sestertium. —

[*Iuvenis responderit aequus*] aut nomen proprium *Aequus* aut est εἰρωνεία, quia singulis dabat pro meritis. [*In nive Lucana dormis*] ineptiam notat luxuriosi, quia cum leno loqueretur, venatori et piscatori respondet. [*Hiberno ex aequore vellis*] alii *verris*; sed si *vellis*, cum difficultate trahis. [*Tibi tantundem*] o piscator. [*Tibi triplex*] o leno. [*Vnde*] a quo. Velut uxor accessita de nocte mihi venit. Vt cariorem meretricem faceret, finxit nomen uxoris. [*Filius Aesopi*] Aesopus quidam actor tragoediarum ditissimus fuit, qui hunc luxuriosum filium reliquit. Hic Metellae, quae eum deperibat, ablatum unionem et aceto dilutum sorbuit. Alias. Caecilia Metella, filia Metelli, Aesopum adamavit, eius uxoris ac Aesopi filius dives et luxuriosus fuit, qui gemmam trivit et misit in poculum, ut videretur decem millia devorare, quo suas posset superare divitias. [*Exsorberet*] quasi multum in hoc valeret, quod census eius non minueretur. [*Diluit insignem baccam*] attrivit pretiosum unionem. In convivio dum omnium rerum vile putaret dispendium, gemmam pretiosissimam devoravit in aceto solutam. [*Quî sanior ac si*] non minus sanus, inquit, quam si illud ipsum decies abiecisset in cloacam. [*Par nobile*]

[*De nocte citata*] legitur et *vocata.* [*Filius Aesopi*] Aesopus tragicus magnas opes filio Aesopo luxurioso reliquit. Hic cum vellet patrem animo vincere, dicitur decies sestertiûm concupisse una hora absumere atque baccas detractas uxori Metellae in aceto diluisse. De hoc Maevius poeta scribit, de quo Virg.: *Amet tua carmina, Maevi.* [*Decies solidum*] *solidum*, integrum. [*Gemellûm*] pro gemellorum. [*Impenso*] pro magno

Luscinias soliti impenso prandere coemptas,
Quorsum abeant? Sanin' creta, an carbone notandi?
Aedificare casas, plostello adiungere mures,
Ludere par impar, equitare in arundine longa
Si quem delectet barbatum, amentia verset:
Si puerilius his ratio esse evincet amare,
Nec quidquam differre, utrumne in pulvere, trimus
Quale prius, ludas opus, an meretricis amore
Sollicitus plores: quaero, faciasne, quod olim
Mutatus Polemo? ponas insignia morbi,

---

v. 250. Hoc igitur sentit Horatius, si doceo ac pervinco rationibus et argumentis firmissimis, puerilius et stultitius esse homini barbato amare, quam aedificare casas (*Binsene Haeuschen*) et similia: nec quidquam interesse, utrum talem nunc, barbatus et grandis natu scilicet, ludum ludas, qualem olim ludebas, quum puer esses trium annorum, an meretricis amore captus plores: quaero ex te, sisne facturus, quod olim fecit Polemo, qui, quum antea mollissime ac dissolutissime viveret adsidueque in conviviis et lustris versaretur, posteaquam a Xenocrate, philosopho Academico, reprehensus et obiurgatus est, omisso priore illo vivendi genere dicitur sese totum ad sapientiae studium contulisse? — v. 254. *Mutatus Polemo.* Schol. Cruq.: *Polemon* vel *Polemo* iuvenis fuit Atheniensis perditae luxuriae. Is cum ebrius incederet per urbem, fertur audîsse Xenocratis vocem disputantis; deinde introîsse coronatus et unguentatus ad eum deridendum. Senex autem perseveravit et invectus in luxuriam coegit Polemonem poenitere sui et coronas abiicere: qui postea tantus in

---

notum, famosum, vel aequaliter generosi. [*Luscinias*] *lusciniae* magno pretio vendebantur. [*Quorsum abeant?*] in quem numerum isti discedant, in bonorum an malorum? An creta notandi sunt, ut boni videantur, an carbone, ut mali? Alias. In quam partem abeant: carbone notentur insani an creta, ut sani? Bona enim albo signabantur, adversa nigro. Vel *Quorsum abeant?* i. e. cui parti eos aggregabimus, an malis? Persius: *Illa prius creta, mox hoc carbone notasti.* [*Plostello*] a plaustro deminutivum. [*Ludere par impar*] de illo dicit, cum quo pueri soliti sunt ludere inter se, quando premunt copiam nucum vel castanearum manibus, tunc quando simul veniunt ad ludendum, laxo sinu veniunt et gyrum inter se faciunt et proponunt sibi problema. Tunc cooperta manu quisque ostendit suo compari et infit, quot insunt, si alius augurare poterit, aufert illi. Sic diu hoc certant, donec unus deoneret alium. [*Si puerilius his*] si ratio probavit, nihil referre, utrum in pulvere ludas ea, quae lusisti in pueritia, an plores amore meretricis, nonne probaberis insanus esse? [*Mutatus Polemon?*] Polemon Atheniensis perditae luxuriae fuit, qui ad scholas Xenocratis philosophi ebrius venisse perhibetur ac floribus redimitus, cum ab auditoribus perturbaretur, prohibuit magister et luxuriae crimina accusare coepit in tantum, ut luxuria relicta Polemon praecipuus auditor exstiterit atque ita in amorem philosophiae disciplinae venerit, ut

posuit. [*Quorsum abeant*] in quam partem discedant. [*Aedificare casas*] haec omnia infantes faciunt. [*Par impar*] uni duo. [*Amentia verset*] alio nomine amentiam suam appellet. [*Si puerilius his ratio*] si obtinere poterit, puerilius esse amare, quam ludere puerili ratione, editum esset, i. e. amentiam suam excusaret. [*Mutatus Polemon*] Polemon fuit Atheniensis iuvenis, luxuriosus et perditus, qui cum comessabundus ince-

Fasciolas, cubital, focalia, potus ut ille
Dicitur ex collo furtim carpsisse coronas,
Postquam est impransi correptus voce magistri?
Porrigis irato puero quum poma, recusat;
Sume, catelle, negat; si non des, optat: amator
Exclusus quî distat, agit ubi secum, eat an non,
Quo rediturus erat non arcessitus, et haeret
Invisis foribus? Ne nunc, quum me vocat ultro,
Accedam? an potius mediter finire dolores?
Exclusit; revocat. Redeam? Non, si obsecret. — Ecce
Servus, non paullo sapientior: O here, quae res
Nec modum habet neque consilium, ratione modoque

---

philosophia (Academica) exstitit, ut dignus existimatus sit, qui Xenocrati succederet. Cf. Diog. Laert. IV, 16. Lucian. Bis Accus. 17. Val. Max. VI, 9, 1. — Sponte igitur apparet, quo pacto *mutatus* ille dictus sit, ex homine luxurioso philosophus factus. — *insignia morbi*, deliciarum et amoris indicia, ornamenta amatoria, quae statim enumerantur. — v. 259. *catelle*, *Wieselchen*, Voss. Locutio satis frequens, qua blandientes aliquem alloquimur. — v. 260-271. Totus hic locus ex Terentii Eunucho fere ad verbum expressus est, ubi sic Phaedria (I. init.): *Quid igitur faciam? non eam, ne nunc quidem Quum accessor ultro? an potius ita me comparem, Non perpeti meretricum contumelias? Exclusit, revocat: redeam? Non, si me obsecret.* Ad quae servus respondet v. 11. *Proin tu, dum est tempus, etiam atque etiam hoc cogita, Here, quae res in se neque consilium neque modum Habet ullum, eam rem consilio regere non potes. In amore haec omnia insunt vitia: iniuria, Suspiciones, inimicitiae, induciae, Bellum, pax rursum: incerta haec si tu postules Ratione certa facere, nihilo plus agas, Quam si des ope-*

---

post magistrum ipse docuerit. Aliter. Polemon adolescens ad scholas Xenocratis ebrius venit, quando ille disputabat de continentia, pudicitia, iustitia, temperantia et sobrietate, diciturque insignia luxuriae deposuisse, cum fuisset philosophiae ratione commotus. Fuit autem Xenocrates philosophus continens nimis, de quo Lais meretrix sponsionem fecerat, quod eum ad suos sollicitare posset concubitus et nocte quadam terrorem finxit et confugit ad eum et quasi nocte hac cum eo mansit. Ille immobilis iacuit; post ea dum solvere sponsionem cogeretur, respondit: ego non de statua sponsionem feci. [*Fasciolas*] ornamenta capitum cum mitris. [*Cubital*] cervical. [*Focalia*] torques vel coronas, quas habeat in collo. [*Porrigis irato puero*] ut ostendat, non esse sanum amatorem, paribus esse moribus amatorem et puerum probat. [*Catelle*] verbum blandientis est. [*Amator Exclusus quid distat*] Terentianum hoc est. [*Haeret*] stupet fixus. [*Finire dolores*] pudore deterritus, ne quis intelligat eum fuisse luxuriosum. Et stat ante molestas sibi fores aut ex quibus fuit

deret per urbem, audisse fertur e proximo Xenocratis vocem disputantis, deinde introisse ad deridendum eum, ut erat coronatus unguentatusque. Quo viso senex perseveravit et invectus in luxuriam, coegit Polemona poenitere sui et coronas abiicere. Is, sumpto philosophi habitu, tantus postea fuit, ut dignus existimatus sit, qui Xenocrati succederet. [*Fasciolas, cubital, focalia*] ἀλληγορικῶς, tanquam de aegro haec, aut quia solent amantes talia insignia gestare, ut mulierculis placeant. Totus hic lo-

Tractari non vult. In amore haec sunt mala: bellum,
Pax rursum: haec si quis tempestatis prope ritu
Mobilia et caeca fluitantia sorte laboret
Reddere certa sibi, nihilo plus explicet ac si
Insanire paret certa ratione modoque.
Quid? quum Picenis excerpens semina pomis
Gaudes, si cameram percusti forte, penes te es?
Quid? quum balba feris annoso verba palato,
Aedificante casas quî sanior? Adde cruorem

---

ram, ut cum ratione insanias. — v. 268-270. Si quis haec natura sua in amore tempestatis prope more mutabilia, incerta et caecae sorti obnoxia ad certam rationem regere et compescere laboret, *is nihilo plus explicet*, expediat, proficiat, *ac si* etc. [*Doer.*] — v. 272-273. Pergit Stertinius ad aliud in amore insaniae genus, scilicet ad superstitionem, qua, qui amant, se aut faustum aut infaustum amoris sui eventum exquirere posse opinantur. Huc refert morem, ex quo amantes pomorum semina vel nucleos duorum primorum digitorum compressione et impulsu ideo in altum agebant, ut inde, si semina illa ad conclavis laquear usque exsiluissent illudque percussissent, faustum amoris sui augurium caperent. — v. 273. *penes te es?* tui compos, apud te es, ἐν ἑαυτῷ εἶναι, nos: *bei sich seyn.* — v. 274. *cum balba feris.* Schol. Cruq.: Quid cum per delicias balbutire affectas senex et puerilia imitaris? Hypallage. Non enim verba palato, sed verbis balbis palatum ferit. — v. 275 sqq. *Adde cruorem stultitiae atque ignem gladio scrutare; modo, inquam, Hellade percussa Marius cum praecipitat se, Cerritus fuit? an commotae crimine mentis absolves hominem et sceleris damnabis eundem, ex more imponens cognata vocabula rebus?* Sicuti Horatius in superioribus pleraque animi ἀῤῥωστήματα ita traduxerat, ut leviori damno, quod hominibus aegro afferrent, gravius inde oriundum subiiceret, ita etiam in carpenda amoris insania versatur. Primum ineptias amantium, puerilibus simillimas, exagitat, tum ad eorundem insaniam progreditur, quae ipsos ad caedem praecipites agat. Haec ultima dilucide admodum hisce versibus a poeta exposita sunt, nisi quod sententia interposito Pythagoreo symbolo paululum infuscata est. Quapropter *Heindorfius* distinctionem vulgarem mutavit, sed frustra; recte enim a *Mitscherlichio* in Racem. Venus. Fasc. II. refutatur. Expositam sententiam de amoris insania, ad gravissima scelera subinde prorumpente, Stertinius, quo eam vividius ante oculos ponat, exemplo, pulcherrime ipsi sententiae intexto, illustrat. Ratio pedestris ferebat: Qui amoris oestro perciti ad caedem prolabuntur, eos unus-

---

ante exclusus. [*Fluitantia*] incerto casu currentia. [*Insanire paret*] quam si des operam, ut cum ratione insanias. [*Quid cum Picenis*] inter *Picenum* et *Pincentem* hoc interest. *Picenum* vas dicimus, *Pincentem* hominem esse. Quod solent, inquit, ingenio leves facere, ut expresso digito semine pomorum cameram ferire conentur. Tu redisti ad mentem tuam? [*Balba feris?*] more pueri balbutientis. [*Aedificante casas*] sicuti solent. [*Cruorem stultitiae*] crudelitatem amori. [*Ignem*] amoris calo-

cus de Eunucho Terentii. [*Quid, cum Picenis excerpens*] solent amantes semina ex malis orbiculatis duobus primis compressare digitis eaque mittere in cameram velut augurium, ut si cameram contigerint, posse sperari ad effectum duci, quod animo conceperunt. [*Quid cum balba feris*] quid cum per delicias balbutire affectas senex et puerilia imitaris?

Stultitiae atque ignem gladio scrutare; modo, inquam,
Hellade percussa Marius quum praecipitat se,
Cerritus fuit? an commotae crimine mentis
Absolves hominem et sceleris damnabis eumdem,
Ex more imponens cognata vocabula rebus?
Libertinus erat, qui circum compita siccus

---

quisque insaniae arguat; hoc posterius adiecto Marii exemplo elocutus est. *Modo* autem minime referri debet ad tempus, quo res ista acciderit, sed ad *percussa*, hoc sensu: Marius quum *statim, atque* Helladem percusserat, se praecipitavit, nonne insaniit? Illud *inquam* opportune admodum poeta posuit, quum idem, allato Marii exemplo, longe planius subiicit. [*Mitsch.*] — *ignem gladio scrutare.* Schol. Cruq.: auge stultitiam crudelitate. Pythagoricum hoc est. Vid. Diog. Laert. VIII, 17.: *πῦρ μαχαίρᾳ μὴ σκαλεύειν*, quod ipse paulo post interpretatur: *δυναστῶν ὀργὴν καὶ οἰδοῦντα θυμὸν μὴ κινεῖν.* — Marius quidam Helladem impotenter amabat, a qua quum se sperni et contemni putaret, eam interfecit. Quo facto incredibili maerore et aegritudine affectus atque afflictus sese a sublimi praecipitem demisit. En tibi cruor cum stultitia coniunctus. Marii igitur exemplo ostendit, plerumque homines ab amore ad caedem et scelus progredi. [*Lamb.*] — *Cerriti* etymon a Cerere ducendum esse ipsa vocis significatio docet. Occursu enim deorum dearumque agrestium, agros continuo oberrantium, homines in furorem agi, pervulgata erat opinio, ex *δεισιδαιμονίᾳ* orta. Quod igitur alias Pani, Baccho, Dianae et Nymphis tribuitur, id eodem iure in Cererem cadit; unde etiam Graecis *insani* dicti *Δημητριακοί.* — *Cerritus fuit? an* etc. i. e. fecitne furiosus et insanus, an sceleratum quidem fuisse indicabis et tamen insanum negabis et sanum fuisse dices? perinde ac si dicat: quo pacto potest esse sanus et sceleratus? an hoc dices, Marium non fuisse insanum, sed sceleratum, distinguens sceleratum ab insano et suo quamque rem nomine volens appellare, quod quidem ineptum et absurdum est; nam satis probatum est, eum sanum non esse dicendum, qui sit sceleratus et caede pollutus, *μιαιφόνος.* — v. 281. Transit ad superstitiosos, quos

---

rem. [*Hellade percussa*] Marius quidam ob amorem Helladem quandam puellam occidit, cum ab ea contemneretur et se postea praecipitavit. Quid ergo? dicis illum non fuisse insanum, quem sceleratum fuisse non negas? Aliud enim putas esse insaniam, aliud scelus facere, cum omnes, qui aliter faciunt, quam debeant, insani habendi sunt. [*Cerritus*] *Cerriti* proprie dicuntur, qui a Cerere percussi sunt. Vult probare, crudelitatem insaniam esse. [*Absolves hominem*] Sensus est: Ex duobus si alterum negas, videris ex una parte absolvere eum, sed aliud crimen necesse est, ut confitearis et verum ei nomen imponas, ut aut Cerritum dicas aut motae mentis, propter crudelitatem. Nam si pronunciabis, non esse insanum, pronunciabis esse crudelem. [*Ex more*] ex consuetudine vulgari. Quia vulgares putant alium esse insanum, alium crudelem. Ego autem stultos et insanos utrosque appello. [*Cognata vocabula*] diversa quidem, sed non multum inter se distantia. [*Rebus*] i. e. criminibus. Cum non insanum dicit, sceleratum plane profitetur. Aut enim crudelitate peccat aut mentis insania. [*Libertinus*] liberti filius. [*Qui circum compita*] *compita* dicuntur *ἀμφόδια.* Iusserat enim Augustus, in compitis deos Penates constitui, ut studiosius colerentur. Erant autem libertini sacerdo-

[*Atq. ignem gladio scrutare*] Pythagoricum est. [*Cerritus fuit*] *Cerritus*, furiosus, commotae mentis, i. e. insanus. [*Libertinus erat*] hic incipit de

Lautis mane senex manibus currebat, et, Vnum,
(Quiddam magnum addens) — unum me surpite morti!
Dìs etenim facile est, orabat: sanus utrisque
Auribus atque oculis; mentem nisi litigiosus
Exciperet dominus, quum venderet. Hoc quoque vulgus
Chrysippus ponit fecunda in gente Meneni.
Iupiter, ingentes qui das adimisque dolores,
Mater ait pueri menses iam quinque cubantis,

v. 283. *unum, — Quid tam magnum? addens* — ex codd. scripsit Fea, parentheseos signis adhibitis. Feam secutus est Iahn. Lectio minime spernenda, quae si tibi magis arriserit altera, ego, qui vulgatam retinui, minime repugnabo. Alterius lectionis sensus hic est: *Mich Einen, — Was so Grosses denn ist's? — mich Einzigen nehmet vom Tod' aus.* Voss. — Vulgatae lectionis novam interpretationem in notis proponere ausi sumus.

---

etiam ostendit non esse sanos. — v. 282. *Lautis manibus.* Schol. Cruq.: quia solebant precaturi deos manus et pedes abluere. — v. 283. Etsi pro certo affirmari nequit, quod verbis *Quiddam magnum addens* exprimere voluerit iste homo superstitiosus, sensus tamen atque ipsius loci indoles satis dilucide docere videntur, poetam ista verba scilicet obscura propterea adiecisse, quo magis superstitio appareret ridicula. Ceterum ironice dicta intelligo ac vernacule interpretor: *Firlefanz*, cuius voc. significatio, apud nostrates admodum frequens, hîc optime quadrare videtur. — *surpite*, pro, surripite. — v. 285. *nisi litigiosus*, h. e. mentem autem dominus in vendendo exciperet, i. e. excepisset, nisi litigare vellet vel nisi lites amaret. Vt hic locus autem planius intelligatur, sciendum est, venditorem mancipii, qui in vendendo servi vitia, quae scire debuit et quae non sunt in promptu, tacuit, praestare, edicto aedilium videlicet, si non sit sanus sive corpore sive animo, si fugitivus, si fur. — v. 287. *Menení.* Credibile est, hunc Menenium fuisse aetate Horatii quemdam mente captum omnibus notum. — v. 289. *cubantis*, aegrotantis, cf. ad

---

tes, qui Augustales dicuntur. [*Siccus*] sobrius, ne possis dicere, quod ebrius fecerit. Nunc transit ad superstitiosos. [*Mentem nisi litigiosus Exciperet dominus*] i. e. confitetur mentem sanam non habere servum superstitiosum, quem vendebat, nisi forte amat litem, quia licebat emptori agere contra venditorem, si inveniebatur postea servus vitiosus. Iuris erat apud veteres, ut, cum servum distraheret quis, eius omnia vitia vel animi vel corporis publicaret; ergo dicit hunc furiosum, cuius mens excipienda esset. [*Hoc quoque vulgus Chrysippus*] Chrysippus Stoicus dicit de familia Meneniorum, cum nimia religione teneretur, i. e. superstitiosos dicit esse. Meneniorum familia fuit superstitiosa, quam et vulgus et Chrysippus appellavit insanam. [*Fecunda in gente*] quia multi erant Menenii temporibus Horatii. [*Iupiter, ingentes*] probat superstitiosos et stultos esse et insanos. [*Cubantis*] in infirmitate iacentis. [*Ex praeci-*

superstitiosis et religiosis loqui. [*Qui circum compita*] ab Augusto enim Lares, i. e. dii domestici in compitis positi sunt, ex Libertinis sacerdotes dati, qui Augustales sunt appellati. [*Sanus utrisq. Auribus atque oculis*] qui vendunt mancipia, solent hoc adiicere: sanus corpore et animo. Hunc superstitiosum negat sanae mentis fuisse. Et dicit allegorice sanum esse omni corpore. [*Exciperet dominus*] i. e. interposita fide adseveraret. [*Chrysippus ponit*] hoc ait eiusmodi stultorum copiam et multitudinem Chrysippus philosophus inter Menenios haberi dicit. Me-

Stultitiae atque ignem gladio scrutare; modo, inquam,
Hellade percussa Marius quum praecipitat se,
Cerritus fuit? an commotae crimine mentis
Absolves hominem et sceleris damnabis eumdem,
Ex more imponens cognata vocabula rebus?
Libertinus erat, qui circum compita siccus

---

quisque insaniae arguat; hoc posterius adiecto Marii exemplo elocutus est. *Modo* autem minime referri debet ad tempus, quo res ista acciderit, sed ad *percussa*, hoc sensu: Marius quum *statim*, *atque* Helladem percusserat, se praecipitavit, nonne insaniit? Illud *inquam* opportune admodum poeta posuit, quum idem, allato Marii exemplo, longe planius subiicit. [*Mitsch.*] — *ignem gladio scrutare.* Schol. Cruq.: auge stultitiam crudelitate. Pythagoricum hoc est. Vid. Diog. Laert. VIII, 17.: *πῦρ μαχαίρᾳ μὴ σκαλεύειν*, quod ipse paulo post interpretatur: *δυναστῶν ὀργὴν καὶ οἰδοῦντα θυμὸν μὴ κινεῖν.* — Marius quidam Helladem impotenter amabat, a qua quum se sperni et contemni putaret, eam interfecit. Quo facto incredibili maerore et aegritudine affectus atque afflictus sese a sublimi praecipitem demisit. En tibi cruor cum stultitia coniunctus. Marii igitur exemplo ostendit, plerumque homines ab amore ad caedem et scelus progredi. [*Lamb.*] — *Cerriti* etymon a Cerere ducendum esse ipsa vocis significatio docet. Occursu enim deorum dearumque agrestium, agros continuo oberrantium, homines in furorem agi, pervulgata erat opinio, ex *δεισιδαιμονίᾳ* orta. Quod igitur alias Pani, Baccho, Dianae et Nymphis tribuitur, id eodem iure in Cererem cadit; unde etiam Graecis *insani* dicti *Δημητριακοί.* — *Cerritus fuit? an* etc. i. e. fecitne furiosus et insanus, an sceleratum quidem fuisse iudicabis et tamen insanum negabis et sanum fuisse dices? perinde ac si dicat: quo pacto potest esse sanus et sceleratus? an hoc dices, Marium non fuisse insanum, sed sceleratum, distinguens sceleratum ab insano et suo quamque rem nomine volens appellare, quod quidem ineptum et absurdum est; nam satis probatum est, eum sanum non esse dicendum, qui sit sceleratus et caede pollutus, *μιαιφόνος.* — v. 281. Transit ad superstitiosos, quos

---

rem. [*Hellade percussa*] Marius quidam ob amorem Helladem quandam puellam occidit, cum ab ea contemneretur et se postea praecipitavit. Quid ergo? dicis illum non fuisse insanum, quem sceleratum fuisse non negas? Aliud enim putas esse insaniam, aliud scelus facere, cum omnes, qui aliter faciunt, quam debeant, insani habendi sunt. [*Cerritus*] *Cerriti* proprie dicuntur, qui a Cerere percussi sunt. Vult probare, crudelitatem insaniam esse. [*Absolves hominem*] Sensus est: Ex duobus si alterum negas, videris ex una parte absolvere eum, sed aliud crimen necesse est, ut confitearis et verum ei nomen imponas, ut aut Cerritum dicas aut motae mentis, propter crudelitatem. Nam si pronunciabis, non esse insanum, pronunciabis esse crudelem. [*Ex more*] ex consuetudine vulgari. Quia vulgares putant alium esse insanum, alium crudelem. Ego autem stultos et insanos utrosque appello. [*Cognata vocabula*] diversa quidem, sed non multum inter se distantia. [*Rebus*] i. e. criminibus. Cum non insanum dicit, sceleratum plane profitetur. Aut enim crudelitate peccat aut mentis insania. [*Libertinus*] liberti filius. [*Qui circum compita*] *compita* dicuntur *ἀμφόδια.* Iusserat enim Augustus, in compitis deos Penates constitui, ut studiosius colerentur. Erant autem libertini sacerdo-

[*Atq. ignem gladio scrutare*] Pythagoricum est. [*Cerritus fuit*] *Cerritus*, furiosus, commotae mentis, i. e. insanus. [*Libertinus erat*] hic incipit de

Lautis mane senex manibus currebat, et, Vnum,
(Quiddam magnum addens) — unum me surpite morti!
Dîs etenim facile est, orabat: sanus utrisque
Auribus atque oculis; mentem nisi litigiosus
Exciperet dominus, quum venderet. Hoc quoque vulgus
Chrysippus ponit fecunda in gente Menenî.
Iupiter, ingentes qui das adimisque dolores,
Mater ait pueri menses iam quinque cubantis,

v. 283. *unum,— Quid tam magnum? addens* — ex codd. scripsit Fea, parentheseos signis adhibitis. Feam secutus est Iahn. Lectio minime spernenda, quae si tibi magis arriserit altera, ego, qui vulgatam retinui, minime repugnabo. Alterius lectionis sensus hic est: *Mich Einen, — Was so Grosses denn ist's? — mich Einzigen nehmet vom Tod' aus.* Voss. — Vulgatae lectionis novam interpretationem in notis proponere ausi sumus.

---

etiam ostendit non esse sanos. — v. 282. *Lautis manibus.* Schol. Cruq.: quia solebant precaturi deos manus et pedes abluere. — v. 283. Etsi pro certo affirmari nequit, quod verbis *Quiddam magnum addens* exprimere voluerit iste homo superstitiosus, sensus tamen atque ipsius loci indoles satis dilucide docere videntur, poetam ista verba scilicet obscura propterea adiecisse, quo magis superstitio appareret ridicula. Ceterum ironice dicta intelligo ac vernacule interpretor: *Firlefanz*, cuius voc. significatio, apud nostrates admodum frequens, hîc optime quadrare videtur. — *surpite*, pro, surripite. — v. 285. *nisi litigiosus*, h. e. mentem autem dominus in vendendo exciperet, i. e. excepisset, nisi litigare vellet vel nisi lites amaret. Vt hic locus autem planius intelligatur, sciendum est, venditorem mancipii, qui in vendendo servi vitia, quae scire debuit et quae non sunt in promptu, tacuit, praestare, edicto aedilium videlicet, si non sit sanus sive corpore sive animo, si fugitivus, si fur. — v. 287. *Menenî.* Credibile est, hunc Menenium fuisse aetate Horatii quemdam mente captum omnibus notum. — v. 289. *cubantis*, aegrotantis, cf. ad

---

tes, qui Augustales dicuntur. [*Siccus*] sobrius, ne possis dicere, quod ebrius fecerit. Nunc transit ad superstitiosos. [*Mentem nisi litigiosus Exciperet dominus*] i. e. confitetur mentem sanam non habere servum superstitiosum, quem vendebat, nisi forte amat litem, quia licebat emptori agere contra venditorem, si inveniebatur postea servus vitiosus. Iuris erat apud veteres, ut, cum servum distraheret quis, eius omnia vitia vel animi vel corporis publicaret; ergo dicit hunc furiosum, cuius mens excipienda esset. [*Hoc quoque vulgus Chrysippus*] Chrysippus Stoicus dicit de familia Meneniorum, cum nimia religione teneretur, i. e. superstitiosos dicit esse. Meneniorum familia fuit superstitiosa, quam et vulgus et Chrysippus appellavit insanam. [*Fecunda in gente*] quia multi erant Menenii temporibus Horatii. [*Iupiter, ingentes*] probat superstitiosos et stultos esse et insanos. [*Cubantis*] in infirmitate iacentis. [*Ex praeci-*

superstitiosis et religiosis loqui. [*Qui circum compita*] ab Augusto enim Lares, i. e. dii domestici in compitis positi sunt, ex Libertinis sacerdotes dati, qui Augustales sunt appellati. [*Sanus utrisq. Auribus atque oculis*] qui vendunt mancipia, solent hoc adiicere: sanus corpore et animo. Hunc superstitiosum negat sanae mentis fuisse. Et dicit allegorice sanum esse omni corpore. [*Exciperet dominus*] i. e. interposita fide adseveraret. [*Chrysippus ponit*] hoc ait eiusmodi stultorum copiam et multitudinem Chrysippus philosophus inter Menenios haberi dicit. Me-

Frigida si puerum quartana reliquerit, illo
Mane die, quo tu indicis ieiunia, nudus
In Tiberi stabit. Casus medicusve levârit
Aegrum ex praecipiti, mater delira necabit
In gelida fixum ripa, febrimque reducet.
Quone malo mentem concussa? timore Deorum.
Haec mihi Stertinius, sapientum octavus, amico
Arma dedit, posthac ne compellarer inultus.
Dixerit insanum qui me, totidem audiet, atque
Respicere ignoto discet pendentia tergo.
Stoice, post damnum sic vendas omnia pluris,
Qua me stultitia — quoniam non est genus unum —
Insanire putas? ego nam videor mihi sanus.
Quid? caput abscissum manibus quum portat Agave

Serm. I, 9, 18. — v. 290-291. *Illo Mane die, quo* etc. i. e. die Iovis. Iupiter enim non alio die, quam suo, ieiunium indicit. Est autem loquendi genus poeticum: pro eo, quod est, illo die, quo consules aut alii magistratus ieiunium in honorem Iovis indicunt. — v. 293. *ex praecipiti*, ex vitae discrimine. — v. 296. *compellarer*. Schol. Cruq.: insanus dicerer. Est enim *compellare* (hoc loco) iniuriose alloqui. — v. 300-302. Dic mihi, quaeso, Stoice, quo stultitiae genere tu me insanire putas? (*sic*) quod si mihi dixeris, optabo, ut post bona tua olim perdita omnia in posterum maiore pretio vendas. — *post damnum*, supra (v. 19.) ipse profitetur: *Postquam omnis res mea Ianum Ad Medium fracta est.* — v. 303. *Quid?*

piti] vel desparatione vel morbo periculoso. [*Quone malo*] qua causa, i. e. insanitne naturae vitio an instinctu numinis? [*Timore deorum*] responsio. [*Compellaret inultus*] *compellare* enim est iniuriose alloqui quemlibet, ut Cicero in Philippicis: *Laudat an compellat edicto.* [*Dixerit insanum*] si quis me dixerit insanum, discet a me vitia sua, quae pendent a tergo. [*Ignoto*] i. e. retroposito. Ex Aesopi fabula, quae duas peras dicit habere posse mortales, in illa posteriore vitia sua, in prima aliena cognoscimus facilius, nostra enim vix videre possumus. [*Prudentia tergo*] a tergo, i. e. ex dorso pendere dicuntur vitia eorum, qui cum aliorum notent, sua non videant. Persius: *Sed praecedenti spectatur mantica tergo.* [*Stoice*] ad Damasippum redit Horatius, qui Damasippus venditis omnibus philosophatus est. [*Post damnum*] quod e luxuria fecerat. [*Quid? caput abscissum*] Quid mirum, si videris tibi sanus esse? Quando

nenius autem fuit illis temporibus insanus vel certe plebeius, qui videri voluit a Menenio, qui senatum et populum in gratiam reduxit et mire fecundam mentem stultorum ait, i. e. multiplicem. Chrysippus Stoicus fuit; sed Menenium melius furiosum accipimus vel potius stultum. Vnde Meneniae stultitiae vel ineptiae. [*Illo Mane die, quo tu inducis*] die Iovis. [*Sapientum octavus*] Graeci septem sapientes dicunt, quibus hunc addit. [*Discet pendentia tergo*] hoc ideo, quia Aesopus tradit homines duas manticas habere, unam ante et aliam retro. In priorem aliena vitia mittimus, in posteriorem nostra, quae abscondimus et videre nolumus. Hoc Catullus meminit: *Sed non videmus manticae quod in tergo est.* Ait et Persius: *Spectatur mantica tergo.* [*Post damnum sic vendas omnia pluris*] bene, quia ille suis bonis venditis, philosophari coepit et dicit hoc

Gnati infelicis, sibi tum furiosa videtur?
Stultum me fateor — liceat concedere veris —
Atque etiam insanum; tantum hoc edissere, quo me
Aegrotare putes animi vitio? Accipe: primum
Aedificas, hoc est, longos imitaris, ab imo
Ad summum totus moduli bipedalis; et idem
Corpore maiorem rides Turbonis in armis
Spiritum et incessum: quî ridiculus minus illo?
An quodcumque facit Maecenas, te quoque verum est,

inquit Damasippus, existimasne te continuo sanum esse, si tibi videris sanus? Agave, quae Pentheum filium discerpsit eique caput praecidit, sibine tum furiosa videbatur? minime vero; sic tu tibi videris sanus, quum sis tamen insanus ac furiosus. — v. 308. *Aedificas*, videtur Horatius tum temporis in villa sua amplificanda ac fortasse sumptuose adornanda occupatus fuisse. — *Longos imitaris*, allegoria est: divites et opulentos et potentes viros imitaris, quum sis tenuis et obscuro loco natus. Erat autem Horatius parva quidem corporis statura, sed non ita humili tamen, ut ad bipedalem magnitudinem non perveniret, quod hîc dicit. Per brevitatem igitur staturae tenuitatem et angustias rei familiaris significat, si conferantur cum opibus Maecenatis et aliorum principum civitatis. Placet *Wielandium* de hoc loco disputantem audire, quod tamen semel tantum in hac nostra editione fieri poterit; nam verbositas illius Viri docti tanta est, quanta ab nostro plane abhorreat consilio: „*Nichts konnte einfacher seyn, als dass Horaz in dem Meyerhofe, den er vor kurzem vom Maecenas geschenkt erhalten, ziemlich viel zu repariren und zu veraendern hatte, um eine Art von kleiner Villa daraus zu machen. Er baute also, weil er musste; und nun war grosser Laerm unter seinen Neidern in Rom, dass er aus Eitelkeit baue, um den kleinen Maecenas zu spielen. Horaz laesst sich also vom Damasippus, als Repraesentanten aller seiner Neider und Tadler, dieser vermeinten Tollheit wegen so laecherlich machen, als sie es nur wünschen konnten, ohne ein Wort zu seiner Vertheidigung zu sagen, weil die Sache für sich selbst sprach.*“ — v. 310. *Corpore maiorem*, μείζονα ἢ κατὰ τὸ σῶμα.

per insaniam ferebat caput filii sui Agave, non intelligebat, se insanam esse. Pentheus aspernabatur sacra Liberi, unde iratus furorem matri eius immisit, quae proprium occidit filium. [*Veris*] veritati. [*Longos imitaris*] h. e. longo sanguine cretos, ambulas elatus et proceros imitaris ac nobiles. Hoc propter Maecenatem, qui tunc hortos aedificabat magnos. Alias. Divites imitaris ac in altum te erigis, cum sis pauper ac pusio. [*Ab imo ad summum totus moduli bipedalis*] i. e. a pedibus usque ad caput totus duorum pedum es et ita studio aedificas altiorem domum, tanquam non te capiat haec, in qua manes. [*Turbonis*] *Turbo* quidam dicitur fuisse gladiator sive miles exiguae staturae, sed magni animi et in praelio fortis, cum esset armatus. [*Quî ridiculus minus illo*] i. e. quare minus tu ridearis, cum rideas gladiatorem illum, qui fuit brevis staturae. Aliter. Quomodo potes minus ridiculus esse, quam gladiator Turbo, cum sis eadem statura et tamen eum derides? [*Verum est*]

de Damasippo. [*Aegrotare putes*] interrogative dicit. [*Longos*] per *longos* divites significat. [*Rides Turbonis*] *Turbo* gladiator fuit parvo corpore, sed animosus pugna. Quid rides, si Turbo cum legionibus certat, cum tu me divitibus compares. Et fuit Thrax Turbo. [*Te quoque*

Tantum dissimilem et tanto certare minorem?
Absentis ranae pullis vituli pede pressis,
Vnus ubi effugit, matri denarrat, ut ingens
Bellua cognatos eliserit. Illa rogare,
Quantane? Num tantum, sufflans se, magna fuisset?
Maior dimidio. Num tanto? Quum magis atque
Se magis inflaret, «Non, si te ruperis,» inquit,
«Par eris.» Haec a te non multum abludit imago.
Adde poemata nunc, hoc est, oleum adde camino;
Quae si quis sanus fecit, sanus facis et tu.
Non dico horrendam rabiem. Iam desine! Cultum

v. 313. *Tantum dissimilem* Bentl. ex duobus mss. Cruquii: addere poterat, inquit Fea, editionem Venetam Gryphii 1552. sed non probat. *Tanto* hîc Latinum esse et unice ad rem, contendit Fea, qui recepit. — Feam secutus est Doer. — *Tantum* legunt Heind. Iahn. Profitendum est *Tantum* recte habere; constructio enim haec est: *te quoque verum est Tantum* (in tantum, *dergestalt*) *dissimilem et tanto minorem certare?* — 317. Receptam lectionem: *Num tantum, sufflans se, magna fuisset?* post Cruquium et Bentleium probarunt Heind. Both. Morgenstern. Fea edidit: *num tandem, se inflans, sic magna fuisset?* Sed vid. Iahn. ad hunc locum in notis, quas suae editioni addidit.

— v. 312. *verum est*, aequum est, par est atq. sim. Sic infr. Epist. I, 7. vers. ult. et Epist. I, 12, 23. — v. 313. *certare*, sc. cum Maecenate. — v. 314. Ranae exemplo, quae sese inflando vituli magnitudinem imitari atque assequi conabatur, deterret nos, ne potentiorum ac superiorum cultum, magnificentiam et splendorem aemulemur. — v. 315. *denarrat*, ἐξηγεῖται, plene et per ordinem narrat. — v. 320. *abludit*, discrepat. — v. 321. *oleum adde camino*, locutio proverbialis, πῦρ ἐλαίῳ σβεννύναι, nos: *Oel in's Feuer giessen.* — v. 322. Si quis unquam sanus fecit versus, tu quoque sanus facies versus, sed nemo sanus fecit unquam versus, nemo enim poeta sanus. Cf. Epist. ad Pis. v. 290.: *excludit sanos Helicone poetas Democritus.* Plat. Phaedr. 49.: ὃς ἂν ἄνευ μανίας Μουσῶν ἐπὶ ποιητικὰς θύρας ἀφίκηται πεισθεὶς ὡς ἄρα ἐκ τέχνης ἱκανὸς ποιητὴς ἐσόμενος, ἀτελὴς αὐτός τε καὶ ἡ ποίησις ὑπὸ τῆς τῶν μαινομένων ἡ τοῦ σωφρονοῦντος ἠφανίσθη. — v. 323. *Non dico horrendam rabiem*, Horatius ipse vim rapidi furoris descripsit supr. Carm. Lib.

---

i. e. rectum est facere. [*Absentis ranae pullis*] exemplo sive fabula vult ostendere, insanos esse, qui imitantur eos, quibus sunt longe inferiores. Notatur hoc, quod dixit pullos filios ranae. Debuit, inquit, dicere minores ranas. [*Maior dimidio*] ut unum et semis haberet magnitudinis modum. [*Adde poemata*] nunc ad insaniam illam, quam pateris aedifi-

verum est] pro aequum est. Virgilius: *Me verius unum Pro vobis foedus luere et decernere ferro.* [*Bellua cognatos eliserit, illa rogare Quantane?*] adnotandum, quod hoc in loco cognatos pro filiis posuit, i. e. secum natos, i. e. congregatos. [*Num tandem*] adnotandum *tandem*, pro *tam* positum, i. e. tam magna. [*Adde poemata nunc*] Hic sensus est: Adde illud, quod poeta es, i. e. praeter reliquum errorem poetarum iure insanis et usus vulgari est proverbio. [*Oleum*] incendium. [*Sanus facis et tu. Non dico horrendam rabiem*] non dico, inquit, sanus, non

Maiorem censu. Teneas, Damasippe, tuis te!
Mille puellarum, puerorum mille furores.
O maior tandem parcas, insane, minori!

SATIRA IV.

Argum. *Plerique interpretes quartam satiram alterius libri Epicureorum doctrinae irridendae causa scriptam esse putavere; alii aliter de ea statuunt; vide, quae Heindorfius et Wielandius in huius satirae argumento exponendo adtulere. Sed omnibus accurate perpensis, nihil restat, nisi ut Horatium delicatiores hominum gulosorum, quibus tunc Roma abundabat et quorum luxuriam scriptores omnes severiores castigant, perstringere voluisse credamus. Hanc sententiam, quae unice vera esse videtur, et Arndtius et Doeringus amplectuntur. De Catio conf.* Index.

Vnde et quo Catius? Non est mihi tempus aventi

I, 16. — v. 324. *Cultum Maiorem censu.* His verbis significat, Horatium sumptuosius et vivere et vestiri, quam census eius ferat. — *Teneas, Damasippe, tuis te*, i. e. tuis te vitiis contineto, aliena autem ne tangito; satis multa habes vitia: noli esse in alienis exquirendis et aperiendis curiosus, nam domi habes, quod agas. — v. 325. Haec quoque sunt Damasippi Horatio libidinem et insanos amores obiicientis. — v. 326. O tu, insane, cuius insania maior est mea, parcas tandem mihi, cuius insania minor est tua.

---

v. 1. *Vnde et quo*, ποῖ δὴ καὶ πόθεν, vulgaris obvios alloquendi formula. Vid. Serm. I, 9, 62.: *Vnde venis et quo tendis?* — *Non est mihi tempus*, iam tecum confabulandi deest mihi tempus, festinanti scili-

---

cando, adde istam insaniam faciendi poemata et hanc poetices insaniam leviore nomine appello, quasi vitio tuo parco. [*Maiorem censu*] quia cum multum non possides, uteris pretiosa veste. Damasippus vestitum arguit supra censum. [*Mille puellarum*] haec Damasippus. [*O maior tandem*] haec Horatius, i. e. comprime tandem, Damasippe, te, cum scias etiam pueros insanos esse.

dico *horrendam rabiem*, ut tibi parcam, non dico poeticen rabiem esse. [*O maior tandem parcas, insane, minori*] vehementer furiose, te tuis vitiis reddis, quibus te liberatum dicis. Cum superior insanus sis, parce minori insano.

ACR. [*Vnde et quo Catius*] Catius Epicureus fuit, qui scripsit quatuor libros de rerum natura et de summo bono. Sub huius nomine poeta Epicureos ita risurus est, ut in proxima Stoicos. Epicurei enim summum bonum dicunt voluptatem rerum honestarum. Contra Stoici voluptatem gulae et libidinis luxuriam dicunt. Aliter. Marcum Catium inducit ordine coenarum praecepta tradentem, deinde loquitur de secta Epicurea et secat modo Epicureos, quomodo secuit alibi Stoicos. Obviam Horatio factus est Catius, qui philosophum audierat de ciborum qualitate tractantem; nam Epicurei summum bonum in voluptatibus ponunt. [*Non est*

POR. [*Vnde et quo Catius? non est mihi tempus aventi*] *Catium* interrogat, coenarum auctorem, coenae praecepta. Hic Catius Epicureus fuit, qui scripsit quatuor libros de rerum natura et de summo bono. Sub eius nomine, quomodo in proxima Stoicos, in hac Epicureos irrisurus est,

Ponere signa novis praeceptis, qualia vincunt
Pythagoran Anytique reum doctumque Platona.
Peccatum fateor, quum te sic tempore laevo
Interpellarim; sed des veniam bonus, oro.
Quod si interciderit tibi nunc aliquid, repetes mox,
Sive est naturae hoc sive artis, mirus utroque.
Quin id erat curae, quo pacto cuncta tenerem,
Vtpote res tenues, tenui sermone peractas.
Ede hominis nomen, simul et, Romanus an hospes.

cet nova, quae modo audivi, praecepta consignare literis. — *ponere signa*, literis mandare. *Signa* interpretatur Lambinus nomina et vocabula rerum; nomina enim sunt rerum notae et *σημεῖα*, i. e. signa, ut docet Aristoteles. — v. 2. *qualia vincunt* etc. i. e. quae talia sunt, ut Pythagorae, Socratis, Platonis disciplinam vincant. — v. 6. *interciderit*, e memoria vel animo interea effluxerit. — *repetes mox*, facile recordaberis et revocabis in memoriam. — v. 7. *Sive* — *sive* etc. sive haec in memoriam audita revocandi facultas est res insiti tibi ingenii sive *artis*, exercitationis, studii, tu sane in utroque excellis, quod quidem exprimunt verba haec: *mirus utroque.* — 8. *Quin id erat curae*, immo, inquit Catius, hoc ipsum agebam, quemadmodum omnia memoriae mandarem. — v. 9. *res tenues*,

mihi tempus] verba Catii. [*Aventi*] cupienti. [*Ponere signa*] *signa*, i. e. definitiones. [*Novis*] magnis. Dare praecepta aut signa vivendi, quemadmodum in via, ne erretur, signa ponuntur: ita et vita sequitur signa, in qua multi videntur esse errores. Alias. *Novis*, i. e. miris vel recentibus. Deridet autem sectam Epicureorum. [*Pythagoran*] Pythagoras, Samius, tyrannos suae patriae fugiens apud Crotonem philosophiam docuit, suadens inter cetera, propter *μετεμψύχωσιν* ab animalibus abstinendum et cum multos iuvenes auditores haberet, ne ab his civitas teneretur, a principibus occisus est. [*Anytiq. reum*] Anytus et Melitus accusatores; ab Anyto accusatus Socrates, quod per omnia animalia tanquam per deos iuraret, ipse sibi poenam sumendi veneni decrevit. Fecit hic et Platonem reum, quia male instituerit iuventutem et plerumque iuraret: *μὰ τὸν κύνα, μὰ τὸν χῆνα,* volens dicere omnibus deum animalibus permixtum. Alias. Hic Anytus etiam Socratem ob eandem causam de Lyceo egit in carcerem, qui venenum sumpsit, ne quemquam rogaret. [*Quod si interciderit*] quia scio, te mox posse repetere, si quid tibi exciderit. Scio, te posse in memoriam revocare, si quid tibi ex interpellatione mea in oblivionem venerit. [*Repetes mox*] commemorabere. Gradus enim est memoriae. [*Sive est naturae hoc, sive artis*] tres philosophiae partes sunt, moralis, rationalis, naturalis. Harum duas tetigit, naturalem et rationalem. [*Mirus utroque*] es optimus in utroque, et in arte et in natura. [*Quin id erat*] certe hoc mihi erat nunc curae, meditari ea, quae audivi a magistro. [*Cuncta*] quae a magistro meo Epicuro audivi. [*Vt-*

qui dicunt summum bonum voluptatem, sed rerum honestarum. Vnde Stoici in hanc gulae et corporis libidinem criminantur, h. e. nihil timere nec cupere summum bonum. Vnde Varro dicit hoc inter illos interesse. Ergo Catium interrogat, philosophum Epicureum, de coenarum ordinatione et voluptate, quia Epicurei summum bonum voluptatem dicunt. [*Ponere signa novis praeceptis*] scribere et consignare nova praecepta. [*Quod si interciderit*] pro, exciderit. [*Sive est naturae hoc, sive artis*] sive moralis sive naturalis philosophiae dicit, vel sive doctrina sive ingenio. *εἰρωνεία.*

Ipsa memor praecepta canam, celabitur auctor.
Longa quibus facies ovis erit, illa memento,
Vt succi melioris et ut magis alba rotundis,
Ponere; namque marem cohibent callosa vitellum.
Caule suburbano, qui siccis crevit in agris,
Dulcior, irriguo nihil est elutius horto.
Si vespertinus subito te oppresserit hospes,
Ne gallina malum responset dura palato,

v. 13. *alma* correxit Bentleius, ut sit *bene alentia*, *bene nutrientia.* Bentleium secuti sunt Heind. Doer. qui vel adeo contendere ausus est, lectionem vulgatam abhorrere ab latinitate. Ab veritate sane abhorrens hoc dictum! — Lectionem *alba*, in qua codd. consentiunt, haud falso de maiore albumine Fea interpretatus est, quod quidem *vitellus* oppositus comprobare videtur. — *alba* leg. Fea, Iahn. quos hoc loco sequuti sumus. — 18. *Doer.* suspicatur Horatium pro *malum* scripsisse *parum;* nisi quis malit statuere *malum responsare* dictum esse, ut *dulce ridere*, Carm. I, 22, 24. *perfidum ridere* Carm. III, 27, 26. *canere indoctum*, *dulce bibere* Epist. II, 2, 9. *blandum ducere* Carm. I, 12, 11.

res subtiles tenuiterque limatas et quae sub adspectum non cadunt, tantum cogitatione comprehenduntur. — *tenui sermone*, *λεπτοῖς λόγοις*, *peractas*, expositas. — v. 12. Aristoteles Hist. anim. Lib. VI, 2, 2. scribit: *ἔστι δὲ τὰ μὲν μακρὰ καὶ ὀξέα τῶν ὠῶν θήλεα, τὰ δὲ στρογγύλα καὶ περιφέρειαν ἔχοντα κατὰ τὸ ὀξὺ ἄῤῥενα.* Colum. IX, 5. Horatius hoc dicit: mea quidem sententia, ova, quibus longa est figura sive forma, meliore sunt succo et candidiora, quam rotunda; nam haec, quae dico, quum sint veluti callo obducta, i. e. dura, marem vitellum continent. At ea, quae marem vitellum continent, iis meliora et salubriora sunt, quae femineum. — v. 14. *Ponere*, apponere. — v. 16. Olera in locis nimis uvidis et irriguis aquosa et languida fieri, recte animadverterat Catius. — v. 17. *Si* — *oppresserit*, i. e. si vesperi te imparatum occupaverit, si improviso advenerit hospes etc. — v. 18-19. Gallina, quae, postquam sub im-

pote res tenues] haec sunt enim, quae difficile tenentur. [*Ipse memor*] celat nomen auctoris, quia scit odio esse Epicurum, quasi voluptatis auctorem. [*Longa quibus facies ovis*] bene ab *ovis* coepit, i. e. ab initio coenae, ut alibi: *Ab ovo usque ad mala citaret: Io Bacche!* [*Vt succi melioris*] crede, quia longiora ova et meliora sunt, quam rotunda et albidiora. [*Et ut magis alba*] magis *alba* sint et non rotunda. [*Marem*] fortem vel durum. [*Cohibent*] constringunt. Vnde *cohibere* dicitur gallina, h. e. confovere. [*Callosa*] rotunditas ovorum strictior *callosa* dicitur. [*Vitellum*] pro gallo. [*Cole*] h. e. caule. Vt *clode* pro *claude*, *sorices* pro *saurices*, *coda* pro *cauda.* Caulis, inquit, dulcior est, qui nascitur in aridioribus locis. [*Suburbano*] quia suburbana loca rivis abundant. [*Elutius*] limatius, i. e. minus sapidum. [*Si vespertinus*] si

[*Hominis*] praeceptoris tui. [*Longa quibus facies ovis*] bene ab initio coenae. Alibi ait: *Ab ovo usque ad mala.* [*Anyti reum*] Socratem significat, quem Anytus accusavit et Melitus, quod iuraret per herbas et bruta animalia. Quo ostendebat deum omnibus animalibus iunctum. Huic quoque obiecerant et stupra puerorum et quod nova prodigia pro diis haberet, quae nulla maior religio meminisset. [*Ponere*] apponere aut existimare. [*Marem cohibent callosa vitellum*] *vitellum*, ovi pars media et nota; quod cum hic masculino genere dicat, alibi feminino: *Quatenus ima*

Ponere signa novis praeceptis, qualia vincunt
Pythagoran Anytique reum doctumque Platona.
Peccatum fateor, quum te sic tempore laevo
Interpellarim; sed des veniam bonus, oro.
Quod si interciderit tibi nunc aliquid, repetes mox,
Sive est naturae hoc sive artis, mirus utroque.
Quin id erat curae, quo pacto cuncta tenerem,
Vtpote res tenues, tenui sermone peractas.
Ede hominis nomen, simul et, Romanus an hospes.

---

cet nova, quae modo andivi, praecepta consignare literis. — *ponere signa*,
literis mandare. *Signa* interpretatur Lambinus nomina et vocabula rerum;
nomina enim sunt rerum notae et σημεῖα, i. e. signa, ut docet Aristote-
les. — v. 2. *qualia vincunt* etc. i. e. quae talia sunt, ut Pythagorae,
Socratis, Platonis disciplinam vincant. — v. 6. *interciderit*, e memoria vel
animo interea effluxerit. — *repetes mox*, facile recordaberis et revocabis
in memoriam. — v. 7. *Sive* — *sive* etc. sive haec in memoriam audita
revocandi facultas est res insiti tibi ingenii sive *artis*, exercitationis, stu-
dii, tu sane in utroque excellis, quod quidem exprimunt verba haec: *mi-*
rus utroque. — 8. *Quin id erat curae*, immo, inquit Catius, hoc ipsum
agebam, quemadmodum omnia memoriae mandarem. — v. 9. *res tenues*,

---

mihi tempus] verba Catii. [*Aventi*] cupienti. [*Ponere signa*] *signa*, i.
e. definitiones. [*Novis*] magnis. Dare praecepta aut signa vivendi, quem-
admodum in via, ne erretur, signa ponuntur: ita et vita sequitur signa,
in qua multi videntur esse errores. Alias. *Novis*, i. e. miris vel recen-
tibus. Deridet autem sectam Epicureorum. [*Pythagoran*] Pythagoras,
Samius, tyrannos suae patriae fugiens apud Crotonem philosophiam do-
cuit, suadens inter cetera, propter μετεμψύχωσιν ab animalibus abstinen-
dum et cum multos iuvenes auditores haberet, ne ab his civitas tenere-
tur, a principibus occisus est. [*Anytiq. reum*] Anytus et Melitus accu-
satores; ab Anyto accusatus Socrates, quod per omnia animalia tanquam
per deos iuraret, ipse sibi poenam sumendi veneni decrevit. Fecit hic
et Platonem reum, quia male instituerit iuventutem et plerumque iuraret:
μὰ τὸν κύνα, μὰ τὸν χῆνά, volens dicere omnibus deum animalibus per-
mixtum. Alias. Hic Anytus etiam Socratem ob eandem causam de Ly-
ceo egit in carcerem, qui venenum sumpsit, ne quemquam rogaret. [*Quod*
si interciderit] quia scio, te mox posse repetere, si quid tibi exciderit.
Scio, te posse in memoriam revocare, si quid tibi ex interpellatione mea
in oblivionem venerit. [*Repetes mox*] commemorabere. Gradus enim
est memoriae. [*Sive est naturae hoc, sive artis*] tres philosophiae par-
tes sunt, moralis, rationalis, naturalis. Harum duas tetigit, naturalem et
rationalem. [*Mirus utroque*] es optimus in utroque, et in arte et in na-
tura. [*Quin id erat*] certe hoc mihi erat nunc curae, meditari ea, quae
audivi a magistro. [*Cuncta*] quae a magistro meo Epicuro audivi. [*Vt-*

qui dicunt summum bonum voluptatem, sed rerum honestarum. Vnde
Stoici in hanc gulae et corporis libidinem criminantur, h. e. nihil timere
nec cupere summum bonum. Vnde Varro dicit hoc inter illos interesse.
Ergo Catium interrogat, philosophum Epicureum, de coenarum ordinatione
et voluptate, quia Epicurei summum bonum voluptatem dicunt. [*Ponere*
signa novis praeceptis] scribere et consignare nova praecepta. [*Quod si*
interciderit] pro, exciderit. [*Sive est naturae hoc, sive artis*] sive mora-
lis sive naturalis philosophiae dicit, vel sive doctrina sive ingenio. εἰρωνεία.

Ipsa memor praecepta canam, celabitur auctor.
Longa quibus facies ovis erit, illa memento,
Vt succi melioris et ut magis alba rotundis,
Ponere; namque marem cohibent callosa vitellum.
Caule suburbano, qui siccis crevit in agris,
Dulcior, irriguo nihil est elutius horto.
Si vespertinus subito te oppresserit hospes,
Ne gallina malum responset dura palato,

v. 13. *alma* correxit Bentleius, ut sit *bene alentia*, *bene nutrientia*.
Bentleium secuti sunt Heind. Doer. qui vel adeo contendere ausus est,
lectionem vulgatam abhorrere ab latinitate. Ab veritate sane abhorrens
hoc dictum! — Lectionem *alba*, in qua codd. consentiunt, haud falso
de maiore albumine Fea interpretatus est, quod quidem *vitellus* oppo-
situs comprobare videtur. — *alba* leg. Fea, Iahn. quos hoc loco sequuti
sumus. — 18. *Doer.* suspicatur Horatium pro *malum* scripsisse *parum*; nisi
quis malit statuere *malum responsare* dictum esse, ut *dulce ridere*,
Carm. I, 22, 24. *perfidum ridere* Carm. III, 27, 26. *canere indoctum*,
dulce bibere Epist. II, 2, 9. *blandum ducere* Carm. I, 12, 11.

---

res subtiles tenuiterque limatas et quae sub adspectum non cadunt, tan-
tum cogitatione comprehenduntur. — *tenui sermone*, λεπτοῖς λόγοις,
peractas, expositas. — v. 12. Aristoteles Hist. anim. Lib. VI, 2, 2. scri-
bit: ἔστι δὲ τὰ μὲν μακρὰ καὶ ὀξέα τῶν ᾠῶν θήλεα, τὰ δὲ στρογγύλα
καὶ περιφέρειαν ἔχοντα κατὰ τὸ ὀξὺ ἄῤῥενα. Colum. IX, 5. Horatius
hoc dicit: mea quidem sententia, ova, quibus longa est figura sive forma,
meliore sunt succo et candidiora, quam rotunda; nam haec, quae dico,
quum sint veluti callo obducta, i. e. dura, marem vitellum continent. At
ea, quae marem vitellum continent, iis meliora et salubriora sunt, quae
femineum. — v. 14. *Ponere*, apponere. — v. 16. Olera in locis nimis uvi-
dis et irriguis aquosa et languida fieri, recte animadverterat Catius. — v.
17. *Si* — *oppresserit*, i. e. si vesperi te imparatum occupaverit, si impro-
viso advenerit hospes etc. — v. 18-19. Gallina, quae, postquam sub im-

---

pote res tenues] haec sunt enim, quae difficile tenentur. [*Ipse memor*]
celat nomen auctoris, quia scit odio esse Epicurum, quasi voluptatis au-
ctorem. [*Longa quibus facies ovis*] bene ab *ovis* coepit, i. e. ab initio
coenae, ut alibi: *Ab ovo usque ad mala citaret: Io Bacche!* [*Vt succi*
melioris] crede, quia longiora ova et meliora sunt, quam rotunda et al-
bidiora. [*Et ut magis alba*] magis *alba* sint et non rotunda. [*Marem*]
fortem vel durum. [*Cohibent*] constringunt. Vnde *cohibere* dicitur gal-
lina, h. e. confovere. [*Callosa*] rotunditas ovorum strictior *callosa* dici-
tur. [*Vitellum*] pro gallo. [*Cole*] h. e. caule. Vt *clode* pro *claude*,
sorices pro *saurices*, *coda* pro *cauda*. Caulis, inquit, dulcior est, qui
nascitur in aridioribus locis. [*Suburbano*] quia suburbana loca rivis ab-
undant. [*Elutius*] limatius, i. e. minus sapidum. [*Si vespertinus*] si

[*Hominis*] praeceptoris tui. [*Longa quibus facies ovis*] bene ab initio
coenae. Alibi ait: *Ab ovo usque ad mala*. [*Anyti reum*] Socratem signifi-
cat, quem Anytus accusavit et Melitus, quod iuraret per herbas et bruta
animalia. Quo ostendebat deum omnibus animalibus iunctum. Huic quo-
que obiecerant et stupra puerorum et quod nova prodigia pro diis habe-
ret, quae nulla maior religio meminisset. [*Ponere*] apponere aut existi-
mare. [*Marem cohibent callosa vitellum*] *vitellum*, ovi pars media et
nota; quod cum hic masculino genere dicat, alibi feminino: *Quatenus ima*

Doctus eris vivam musto mersare Falerno;
Hoc teneram faciet. Pratensibus optima fungis
Natura est, aliis male creditur. Ille salubres
Aestates peraget, qui nigris prandia moris
Finiet, ante gravem quae legerit arbore solem.
Aufidius forti miscebat mella Falerno;
Mendose; quoniam vacuis committere venis
Nil nisi lene decet; leni praecordia mulso
Prolueris melius. Si dura morabitur alvus,
Mitulus et viles pellent obstantia conchae,
Et lapathi brevis herba, sed albo non sine Coo.
Lubrica nascentes implent conchylia Lunae,
Sed non omne mare est generosae fertile testae.

---

proviso hospitis adventu caesa est, statim coquitur, manet *dura*, ideoque parum respondere potest exspectationi hospitis, non duram, sed teneram carnem edere cupientis. [*Doer.*] — *palato*, pro, exspectationi. — *malum responset*, ingrata vel insipida sit. — v. 19. *Doctus eris vivam* etc. licet et alia ratione quasvis carnes duras reddere teneras, ad vescendum aptas atque ad mandendum faciles. — *mustum*, nos: *Most.* — v. 20. *Pratenses fungi* sunt, qui in pratis aridis pascuisque apertis proveniunt; nam qui in silvis et locis opacis nascuntur, haud aeque tuti videntur. — v. 22. Si salubria dicuntur poma mori *ante gravem solem* lecta, idem tradit Plin. H. N. XXIII, 70. „Ex *immaturis* succus sistit alvum." Galenus quoque cavendum praecipit, ne fructus hic omnino maturus edatur, — *ante gravem solem*, ante aestatem graviorem. Virg. Aen. VII, 720. *sole novo*, h. e. prima aestatis parte. — v. 27. *dura alvus*, nos: *Hartleibigkeit.* — De mitulo et conchis et lapathi herba plane nihil inauditum narratur. — v. 28. *Mitulus*, *τελλίνα*, vid. Athen. III. pag. 85. E. *τὴν τελλίναν λεγομένην ἴσως δηλοῖ, ἣν Ῥωμαῖοι μίτλον ὀνομάζουσι.* — v. 29. *lapathi* (nos: *Ampfer*, *Sauerampfer*, — *Rumex scutatus* vel *Rumex Patientia* Linn.) *brevis herba*, *λάπαθον*, vid. supr. Epod. II, 57. — *brevis*, parva, non excrescens in altum. — *albo non sine Coo*, sc. vino, cf. Athen. I. pag. 52. D. — v. 30. *Lubrica*, lenia, quae deducunt et solvunt ventrem. Schol. Cruq. — conchylia, *κογχύλια*, nos: *Schalthiere*, quae appellatio genus de-

---

amicus, inquit, vespertinus, i. e. insperatus subito venerit. [*Responset*] resistat, reluctetur in faucibus. [*Pratensibus*] in prato crescentibus. [*Male*] quia periculose. [*Aufidius forti miscebat*] Aufidius conditum de Falerno vino faciebat, sed stulte, quia austerum est et non debebat nisi mollis vini conditum ieiunus gustare. Miscebat autem propter constipationem ventris. [*Leni praecordia mulso*] *mulsum* est commixtio aquae purae et mellis incocti. Id autem *mulsum* et *conditum* dicitur *melicratum.* [*Prolueris*] profuderis. [*Lubrica*] introrsum limpida. Conchylia implentur Luna crescente. [*Generosae testae*] i. e. conchylii. [*Lucrina Peloris*] quae in Lucrino sinu nascitur, ubi meliores murices nascuntur,

petit volvens aliena vitellus. [*Pratensibus optima fungis Natura est*] propter venenum. Dulces sunt enim de prato. [*Mitilus*] *mitilus* piscis vel concha magis. [*Non sine Coo*] vinum a Coo insula. [*Brevis herba*] non diu vigens, ut Virg.: *Breve lilium.* [*Nascentes implent conchylia Lunae*] dicuntur conchylia accrescente luna impleri, decrescente minui.

Murice Baiano melior Lucrina peloris,
Ostrea Circeiis, Miseno oriuntur echini,
Pectinibus patulis iactat se molle Tarentum.
Nec sibi cenarum quivis temere adroget artem,
Non prius exacta tenui ratione saporum.
Nec satis est, cara pisces averrere mensa
Ignarum, quibus est ius aptius et quibus assis
Languidus in cubitum iam se conviva reponet.

v. 37. Pro *averrere* Fea ex codd. nonn. scripsit inque textum recepit *avertere*, quod adoptarunt Heind. Iahn. — *averrere* leg. Doer. et nos retinendum esse censemus. Ceterum, quum altera quoque lectio per se spectata haud falso habeat, apparet, utramque bene defendi posse. Res ipsa vero non tanti esse videtur, ut altius in eam descendamus; sufficit, lectionis discrepantiam adnotasse.

---

signat. In specie intelligimus: *Austern* und *Muscheln.* — v. 32. *Lucrina peloris*, *πελωρίς*, ostrei genus chama maius. Athen. III. pag. 90. C. *Χημῶν δὲ τῶν παχειῶν αἱ μικραὶ καὶ λεπτὴν ἔχουσαι τὴν σάρκα, ὄστρεα λέγονται — αἱ δὲ παχεῖαι, βασιλικαὶ δέ πρός τινων καλούμεναι, Πελώριαί τε λεγόμεναι τρόφιμοι.* Et pag. 93. F. *αἱ δὲ πελωρίδες ὠνομάσθησαν παρά τὸ πελώριον· μεῖζον γάρ ἐστι χήμης καὶ παρηλλαγμένον.* — *Ostrea*, *Austern*; *echini*, *See-Igel.* — v. 34. *Pecten*, *κτείς*, nos: *Kamm-Muschel.* — Epitheton *patulis* refer ad pectinum formam concavam. — *molle Tarentum*, ab ingenio hominum mollius ac luxuriosius ibi viventium; cf. infr. Epist. I, 7, 45.: *Tarentum imbelle.* — v. 36-37. Nec satis est, pisces caro pretio emptos e macello in domum converrere; sed praeterea tenendum, quibus piscibus ius conveniat, i. e. qui pisces in patina iure mersi apponi debeant et qui assati. — v. 38. *Ignarum*, *quibus est ius*, i. e. ignarum, qui pisces debeant cum iure (apud nostrates: *Sauce*) in patina apponi et qui assi. Ceterum mensam, quae v. 37. commemoratur, de mensa piscatoria intelligimus, quae pro Rostris ponebatur, ubi pisces pretiosi vendebantur et nonnunquam pendebantur. — v. 39. *Languidus*, prope satur et ad edendum iam ignavior.—

---

quam in Baiano litore. *Murex* autem genus est piscis, ut Lucilius: *Murexque marinus.* [*Nec sibi coenarum quivis*] nemo debet arroganter dicere se scire apparare coenas. Etenim ardui artificii est, eas diligentius apparare. Non facile omnes disponere possunt convivium, nisi qui eius noverint rationem. [*Cara pisces avertere mensa*] *cara mensa* ideo dicitur piscatoria, quia carius pisces quam caro alia distrahuntur. [*Ignarum quibus est ius aptius*] Sensus est: Non sufficit pretiosos mensae pisces inquirere eum, qui ignarus est, quod ius piscibus aptum sit. Atqui assi meliores sunt, ita ut eos satiatus conviva repetat. [*Languidus*] i. e. nesciens; quia si secundum qualitatem suam pisces in coenam fuerint apparati, quod etiam fatigatus cibo et ebrius conviva potest suavitate

[*Lucrina Peloris*] non dicit, melior est Lucrina Peloris, quam murex Baianus, sed dicit, melior Peloris quam murex Baianus. Sed ita Lucrina Peloris est melior muricibus. [*Pectinibus patulis*] i. e. os aperientibus. Vt Virg.: *Patulae sub tegmine fagi.* [*Cara pisces avertere mensa*] mensam piscatoriam *caram* dicit. *Avertere* autem abstrahere, auferre. [*Languidus in cubitum conviva*] i. e. quoniam ebrius iterum eorum sapore inductus coenare velit. Ita et alibi: *Vt cubito remanete presso.*

Vmber et iligna nutritus glande rotundas
Curvet aper lances carnem vitantis inertem;
Nam Laurens malus est, ulvis et arundine pinguis.
Vinea submittit capreas non semper edules.
Fecundi leporis sapiens sectabitur armos.
Piscibus atque avibus quae natura et foret aetas,
Ante meum nulli patuit quaesita palatum.
Sunt, quorum ingenium nova tantum crustula promit;
Nequaquam satis in re una consumere curam;
Vt si quis solum hoc, mala ne sint vina, laboret,
Quali perfundat pisces securus olivo.
Massica si caelo supponas vina sereno,
Nocturna, si quid crassi est, tenuabitur aura,
Et decedet odor nervis inimicus; at illa

v. 41. *Curvet* Heind. Iahn. Doer. Indicativum recepit Fea; eum in Var. Lect. defendens. — 44. *Fecundae* ex codd. scripsit Bentl. quia idem sit, quod *gravida*. Sed quum apud antiquos lepus ambigui sexus haberetur, mirum non est, masculinum pro feminino valere. Quamobrem lectio *Fecundi* propter sexus permutationem haud reiicienda.

v. 40. *iligna*, ilignea, πρῖνος, nos: *Stech-* oder *Steineiche*. — v. 41. *vitantis*, eius, qui recusat. — *inertem*, insipidam, nihil, quod palatum suaviter afficiat, habentem. Quod tamen v. 42. *Laurens* aper *Vmbro* postponitur, diversi palati iudicium haud sane mirandum esse videtur. — *ulvis*, nos: *Kolbenschilf*. — v. 43. *submittit*, suppeditat. — Locus, in quo insunt vites, suppeditat capreas non semper ad edendum utiles. — v. 45-46. Ait se ita subtili esse palato, ut piscium atque avium naturam et aetatem solo gustatu cognitam habere possit, quod neminem e veteribus, quamvis ei rei operam dederit, consequi potuisse. — v. 47. *crustula*, placentas et cetera pemmata (*Gebaeck*) ex farina etc. — v. 50. *Quali* etc. non admodum sollicitus s. non curans, *securus*, nos: *unbekümmert*, quo oleo pisces condiat. — v. 51. *Massica si caelo* etc. si vina Massica caelo sereno subiicias et totam noctem sub caelo puro et nitido maneant,

revocari ad coenam. [*Vmber*] i. e. de Vmbria aper suavis et crassitudine sua lances pene curvat, eas scilicet lances, quae vitiant corpus hominis et iners faciunt, multas atque varias escas subministrando. [*Pinguis*] insuavis. [*Capreas non semper edules*] quia per hiemem macrae sunt et non eduntur. [*Fecundi leporis*] aut quia dicitur saepe in anno parere aut quia uno coitu concipit, quia dicuntur semper praegnantes esse lepores. [*Armos*] sume pro lumbis. [*Palatum*] saporem. [*Sunt, quorum ingenium*] sunt, qui in inveniendis tantum crustulis ingeniosi sunt, ideo satis est idoneus apparator conviviorum, qui novit, quae sunt optimae placentae. [*Securus*] negligens, inscius. [*Crassi*] asperitatis, mo-

[*Carnem vitantis inertem*] pinguem. [*Non semper edules*] quas edere velis. [*Capreas*] pro haedis. Et est ἀμφιβολογία, aut non semper submittit aut non semper edules. [*Fecundi leporis*] *fecundum leporem* ait ideo, quod semper praegnans dicitur. [*Sapiens*] hic a *sapore*, non a sapientia. [*Crustula*] opus dulciarii. [*Massica supponas si caelo*] quae cras poturus es. Et ostendit, Alconis [†] genus calore nervis inimicum, quia, si imma-

Integrum perdunt lino vitiata saporem.
Surrentina vafer qui miscet faece Falerna
Vina, columbino limum bene colligit ovo,
Quatenus ima petit volvens aliena vitellus.
Tostis marcentem squillis recreabis et Afra
Potorem cochlea, nam lactuca innatat acri
Post vinum stomacho; perna magis ac magis hillis
Flagitat immorsus refici, quin omnia malit,

v. 61. *immorsus* stomachus, i. e. vellicatus, eodem modo, quo v. 59. *acer* dicitur. Vid. infr. in notis. „Stomachus vino acer redditus et ideo *immorsus* flagitat refici *perna* et *hillis*.' Heind. coniungit *immorsus perna et hillis*. Minus apte. Bentleius ex paucis libris *in morsus* scripsit, scilicet sine sensu idoneo, ut saepius, ex mera corrigendi voluptate. Bothius haud magis feliciter correxit *immersus*. Sensus docet, nihil esse mutandum. Quamobrem Fea, Iahn. Doer. in textu nihil mutavere.

si quid in eis crassi est, extenuabitur et liquescet aura nocturna. Ceterum quod vinum Massicum adtinet, cf. supr. Carm. Lib. I, 1, 19. — *lino vitiata*, h. e. per saccum lineum collata. — v. 55-57. Huius loci sententia haec est: Qui Surrentina vina cum Falerno faece miscet, fortasse ut vinum Surrentinum ex faece Falerna aliquid boni contrahat et combibat et hoc pacto melius et suavius fiat: vitello columbino in cadum coniecto faecem collectam atque in unum conductam ab eo, quod liquidius est, secernit et ita vinum turbidum liquidum et sincerum reddit: quoniam vitellus suapte natura in fundum decidens, quidquid est a liquido vino alienum, una secum trahit. Sic igitur fiet, ut et sapor vini Falerni cum vino Surrentino commisceatur ac confundatur et quidquid est turbidi vitelli ab eo, quod est liquidum, secernatur idque sine colo vinario. [*Lamb.*] — Idem contendit *Doer.* hisce quidem verbis: ovo columbino iniecto (*limum*) sordem faecis (*bene*) bono eventu *colligit* et contrahit, (*Quatenus*) quandoquidem *vitellus* ovi columbini (*volvens aliena*) ea, quae vinum turbidum reddunt, secum trahens, (*ima petit*) ad ima defertur. — v. 58. *squillis*, *Cancer squilla* LINN. nos: *Garneele, Granate*. — *marcentem*, lanquentem, cibo et potione confertum. — v. 59. *cochlea*, vid. Dioscorid. II, 11.: *κοχλίας χερσαῖος εὐστόμαχος — ἄριστος δὲ ὅ τε ἐν Σαρδῶνι καὶ Λιβύῃ καὶ Ἀστυπαλίᾳ καὶ Σικελίᾳ καὶ Χίῳ γεννώμενος.* — *lactuca*, θρίδαξ, *Lattich*, quam post epulas et largiorem potum sumptam stomacho innatare neque subsidere dicit. — v. 60. *hillis*, Schol. Cruq.: *hilla* significat intestinum salsum, vel, ut alii dicunt, fartum salsitium. *Vossius* vernacule interpretatus est: *Knackwurst*. — v. 61. *im-*

lestiae. [*Integrum perdunt*] nulla vina perdunt saporem, nisi quae colantur lino aut quando linteo ligata immittimus condimenta. [*Lino vitiata*] quae premuntur per pannos. [*Limum*] *limum* faecem dixit. [*Quatenus ima petit*] colorem enim amittunt faece multa, nisi hoc remedio emendentur. [*Aliena*] invidia. [*Vitellus*] superflua rotunditas. [*Tostis*] aut frictis aut assis intelligunt. [*Marcentem*] languidum vino vel bene saturum, recusantem cibos, iam fastidium patientem. [*Squillis*] pisciculis. [*Recreabis*] refocillabis. [*Potorem*] ebriosum. [*Nam lactuca innatat*] laedit et acrem facit stomachum. *Innatat* ergo dicit, quia quid-

turum fuerit, nervis nocet. [*Lino vitiata*] per saccum collata. [*Lactuca innatat acri Post vinum stomacho*] hic apparet apud veteres ultimis men-

Quaecumque immundis fervent allata popinis.
Est operae pretium, duplicis pernoscere iuris
Naturam. Simplex e dulci constat olivo,
Quod pingui miscere mero muriaque decebit
Non alia, quam qua Byzantia putuit orca.
Hoc ubi confusum sectis inferbuit herbis,
Corycioque croco sparsum stetit, insuper addes
Pressa Venafranae quod bacca remisit olivae.
Picenis cedunt pomis Tiburtia succo;

morsus, vellicatus, punctus, excitatus. Salsamenta enim pungunt s. afficiunt stomachum et sic novum ei incitamentum afferunt. — *malit*, *μᾶλλον ἂν βούλοιτο*, sc. quam lactucam. — v. 63. Mirum sane, inquit *Mitsch.* in Racem. Venus. Fasc. I., fercula, qualia immundae popinae offerant, a Catio in iis referri, quae stomachum nimio potu marcentem recreent atque orexin faciant. Lambinus causam a fastidio lautarum epularum, nimia copia stomacho ingestarum repetit, unde cibi, in popinis quamquam paulo immundius apparati, talibus lurconibus gratiores sint. Ita tamen non apparet, quo modo stomachus talibus cibis refici immorderique possit. Quamobrem *Mitsch.* haud incommode *fervere* sic explicat: *Fervent* cibi, qui saporis acris sunt, gustu mordent. Addere potuisset: quemadmodum *piper* atque huiusmodi. Laudat Plinium H. N. XII, 12. ibd. 25. — *Doer.* minus recte intelligit *fervent* de cibis vaporantibus. — v. 64. *Ius simplex* ex *Doeringi* interpretatione est, quod constat e dulci oliva, pingui mero, muriaque Byzantina. At hoc *ius simplex*, ubi sectis et admixtis quibusdam herbis inferbuit, et, postquam croco conspersum aliquamdiu stetit et insuper additum est oleum Venafranum, non amplius *ius simplex*, sed *duplex* vocatur. Lambinus hunc locum tractans, duo, inquit, proponit iuris genera: unum *simplex*, quod ex solo oleo constat: alterum *duplex*, quod ex oleo, vino, muria, herbis concisis, croco conflatum est. — v. 65. *merum pingue*, plenum, cui contrarium est *tenue*. Cf. Cels. I, 6. *nunquam vinum salsum bibere expedit, ne tenue quidem aut dulce, sed austerum et plenius.* — *muria*, aqua salsa, pro, liquamine s. garo, nos: *Lake, Salzwasser.* — v. 66. *orca*, testa, (*irdenes Gefaess*) in qua muria servabatur, a thynnis ad Byzantium captis dicitur *Byzantia*, — *quam qua putuit*, quam muria, cuius graviore odore testa Byzantia oluit. — v. 68. *Corycio*, Cilicio, vid INDEX sub h. v. — *Doer.* haud incommode suspicatur, *ius duplex* simile fere fuisse cibo, qui voce Francogallica dicitur: *Créme.* — v. 69. *Pressa — olivae*, periphrasis est, per quam optimum innuitur oleum, nempe olivarum in agro Venafrano in

quid insederit, stomachum laedit. [*Perna magis et magis hillis*] ita reficitur per has res, i. e. pernas et hillas convivae stomachus, ut non omnia malit, quae venduntur in popinis mundis. *Hilla* dicuntur salsa intestina hirci. Positum est deminutive haec *hilla*. Quidam in deminutione neutrius generis esse dicunt, alii dicunt ‚farta salsicia‘. [*Est operae pretium*] qui adtendit, operam exhibet; qui admovet aures, ad audiendum opera utitur. Huius operae pretium habetur ab eo, qui audit, proficiet enim multum. [*Duplicis iuris*] ex oleo et liquamine ius omne constat. [*Muriaque*] *muriam* antiqui dicebant liquamen et Syrorum lingua sic dicitur. [*Tiburtia*] a Tibure, oppido. [*Facie*] pulchritudine. [*Venucula*] uvae genus est, cuius *βότρυες* ollis servarentur. [*Faecem primus et ha-*

sis lactucam dari solitam. [*Pingui miscere mero*] *pingui mero*, mulso. *Miscere* autem temperare. [*Corycioq. croco*] ut proprie croceo genere di-

Nam facie praestant. Venucula convenit ollis,
Rectius Albanam fumo duraveris uvam.
Hanc ego cum malis, ego faecem primus et allec,
Primus et invenior piper album cum sale nigro
Incretum puris circumposuisse catillis.
Immane est vitium, dare millia terna macello,
Angustoque vagos pisces urgere catino.
Magna movet stomacho fastidia, seu puer unctis
Tractavit calicem manibus, dum frusta ligurrit,
Sive gravis veteri craterae limus adhaesit.
Vilibus in scopis, in mappis, in scobe quantus
Consistit sumptus? neglectis, flagitium ingens.
Ten' lapides varios lutulenta radere palma,
Et Tyrias dare circum illota toralia vestes,

Campania nascentium. — v. 71. *Venucula*, sc. uva, nos: *Topfrosinen.* Cf. Plin. H. N. XIV, 14, 6. Colum. XII, 45. Hae uvae in ollis condi solent. — v. 72. *duraveris*, servaveris. — v. 73. *faecem*, cf. infr. Serm. II, 8, 9. ubi *faecula Coa* memoratur. Hoc loco *faex* idem valet quod *faex usta*, h. e. *gebrannter Weinstein.* — *allec*, cf. *Lex. Hor.* sub h. v. — Iste homo sapiens, (*Gourmand*) *ego*, ait, *primus hanc* (uvam Albanam) cum pomis, *ego primus* faecem et allec et primus *piper album* cum *sale nigro* per cribrum adspersum puris catillis in mensa circumposuisse inventor laudor. O inane ac stultum hominis, qui ob huiusmodi inventionem inepte gloriatur, ingenium! — *catillis*, idem fortasse quod apud nostrates: *les assiettes.* — v. 76. Reprehendit eos, qui in obsoniis quidem coemendis magnum faciunt sumptum, in supellectili autem comparanda, in patinis, lancibus, catinis, cantharis et similibus conquirendis neque ullam curam adhibent, neque insumere quidquam volunt. Magnum, inquit, *vitium est*, tria millia Sestertium insumere in pisces emendos: pisces autem illos grandes et caros angustis patinis coercere. [*Lamb.*] — v. 81. *mappis*, nos: *Handtuch*, vid. Virg. Aen. I, 102. ubi *mantelia* dicuntur, quae hîc *mappae.* Schol. Cruq.: Hic *scobis* et haec *scobes* dicitur rasura serrarum, Graece *πρίσμα.* — v. 83. *Ten' radere*, suppl.: licet, decet vel simile verbum ab Horatio omissum. — *varii lapides* sunt pavimenta tesselata et sectilia, pavimenta marmorea versicoloria. — *palma*, pro scopis ex palma confectis. Tene usque adeo munditiam negligere, ut triclinium marmore pavimentatum palma lutulenta verri patiaris. — v. 84. Iunge: *Et illota toralia dare circum vestes Tyrias.* — *toralia* sunt externa integumenta, vestem stragulam tori vel lecti tricliniaris a sorde munientia. [*Doer.*] — *illota*, Epist. I, 5, 21.: *turpe toral* dicitur illotum.

lec] ut *halec* condimento misceretur. [*Piper album*] aut per antiphrasin *piper album* pro sale albo posuit aut quia quando teritur, *album* sit. [*Incretum*] permixtum. [*Catillis*] deminutivum a *catino.* [*Vilibus in scopis*] parvi pretii habendis. [*Lapides varios*] diversa marmora. [*Rade-*

xit. [*Faecem*] condimenti genus sic appellatur. [*Incretum*] non cretum. [*In mappis*] *mappas* antiqui dicebant, quae nunc *mantelia.* Lucil. ait; *Et vellit mappas.* Et ait: *Quanto in his magis exiguus est sumptus, tanto culpandi facilis offensus.* [*Lapides varios*] marmora dicit. [*Atq. haur. queam vit. praecept.*] hoc totum *εἰρωνικῶς.*

Oblitum, quanto curam sumptumque minorem
Haec habeant, tanto reprehendi iustius illis,
Quae nisi divitibus nequeant contingere mensis?
Docte Cati, per amicitiam Divosque rogatus,
Ducere me auditum, perges quocumque, memento.
Nam quamvis memori referas mihi pectore cuncta,
Non tamen interpres tantumdem iuveris. Adde
Vultum habitumque hominis, quem tu vidisse beatus
Non magni pendis, quia contigit; at mihi cura
Non mediocris inest, fontes ut adire remotos
Atque haurire queam vitae praecepta beatae.

SATIRA V.

ARGUM. *Hac satira describit sub Vlyssis persona insidiatores et captatores hereditatum, quorum magna erat turba aetate Horatii, quae tamen postea, dominantibus Romae sceleratissimis tyrannis, longe maior exstitit. Poeta lectorem mediam in rem rapit, nempe in colloquium Vlyssis cum caeco illo vate Thebano, Tiresia. Facit nimirum Tiresiam Vlyssi consulenti apud inferos, quibus rationibus atque artibus damna praeterita sarcire et ditescere possit, respondentem, nullam esse rei faciendae viam breviorem expeditioremque, quam senes divites vel orbos vel quibus liberi sint parum firma valetudine, omni studio prosequi, aucupari, captare. En heredipetarum dolus! — Quod sermonem plane interruptum adtinet, vid. Hom. Odyss. XI,* 99—136. *ubi Vlysses ex Tiresia, vate, reditum in Ithacam ac reliquos vitae casus cognoscit. Cum illo quidem sermone Horatius hunc ingeniose coniunxit, ita ut Vlyssem de bonorum perditorum recuperatione quaerentem, Tiresiamque illi de hisce respondentem induceret, qua ratione*

v. 90. *memori referas mihi*, qui verborum ordo hîc unice verus est. Quod tamen *Doeringus*, Vir Clarissimus, haud respexisse videtur; legit enim in editione sua: *referas memori mihi.*

— *Tyriae vestes* fere i. q. nobis: *Teppiche*, sed purpura tinctae Tyria. — v. 85-87. Schol. Cruq.: Sensus est: iustius reprehenderis, si non habueris domi omnia munda, quae minoris constant, quam si defuerint tibi pretiosi pisces et optima vina, quae non solent habere nisi mensae divitum. — v. 88. *Docte Cati.* Iocatur Horatius et urbane hunc Catium deridet. — v. 89. *perges quocumque*, quacunque tandem via ad eum, cuius nomen celas, perges. — v. 91. *Non tamen interpr. tant. iuveris*, i. e. non tamen referendo ac renuntiando, quae ab illo audivisti, tantum mihi profueris, quantum magister ipse loquens. — v. 94. *Fontes ut adire remotos*, i. e. ut ipsum auctorem et inventorem huius disciplinae horumque praeceptorum adire possim atque ab ipso praecepta vitae beatae sumere. Sermo acerbae irrisionis plenus!

re] verrere. [*Illota toralia*] sordida vestimenta. [*Quanto curam sumptumq.*] *quanto*, inquit, minore labore haec adquiruntur, tanto iustius reprehenderis, si non habueris mappas mundas et scopas mundas quam si non habueris optimos pisces, quos non solent habere, nisi divitum mensae. [*Docte Cati*] iocatur poeta. [*Vultum habitumq.*] pronunciationem et gestum.

homines, qui heredipetae (Erbschleicher) appellantur, acerbissime, ut par erat, perstrinxit.

Hoc quoque, Tiresia, praeter narrata petenti
Responde, quibus amissas reparare queam res
Artibus atque modis. Quid rides? Iamne doloso
Non satis est Ithacam revehi patriosque Penates
Adspicere? O nulli quidquam mentite, vides ut
Nudus inopsque domum redeam, te vate, neque illic
Aut apotheca procis intacta est, aut pecus: atqui
Et genus et virtus, nisi cum re, vilior alga est.
Quando pauperiem, missis ambagibus, horres,
Accipe, qua ratione queas ditescere. Turdus
Sive aliud privum dabitur tibi, devolet illuc,
Res ubi magna nitet, domino sene; dulcia poma

v. 3. *dolose* Bentl.

v. 3. *Iamne doloso* etc. nos: *nicht mehr genügt es dem Schlaukopf.* Loquitur enim in tertia persona, ut Grammatici aiunt, de Vlysse. — v. 5. *nulli quidquam mentite*, vid. Soph. Oed. Tyr. 298. de Tiresia: τὸν θεῖον ἤδη μάντιν ὧδ' ἄγουσιν, ᾧ τἀληθὲς ἐμπέφυκεν ἀνθρώπων μόνῳ. — v. 7. *apotheca*, ἀποθήκη, cella vinaria, in superiore aedium parte; cf. Colum. I, 6, 20.: *quoniam vina celerius vetuscunt, quae fumi quodam tenore praecocem maturitatem trahunt.* — v. 8. *vilior alga*, proverbiali locutione de re vilissima, vid. Virg. Ecl. VII, 42. — Ceterum ex populi voce, ut aiunt, virtus divitiis postponitur, quemadmodum etiam apud nos hodie fieri solet. *Odi profanum vulgus!* — v. 11. *privum.* Schol. Cruq.: quasi privatum et proprium, τὸ ἴδιον, cui opponitur *publicum*, quod est uniuscuiusque et non proprium alicui. Plautus: *Cilix, Lycisce, Sosio, Stiche, Parmeno, Exite et ferte fustes privos* (singulus singulum) *in manu.* Haud falso vernacule dixeris: *Besonderes.* Quam tamen huius vocabuli significationem *Heindorfius* in dubium vocavit, ex cuius senten-

ACR. [*Hoc quoque, Tiresia*] inducitur persona Vlyssis ad Tiresiae umbram loquentis apud inferos, quomodo amissas opes repararet. Et hoc ex Homeri Odyssea sumptum est. Aliud autem agens artem heredipetarum lacerat. Tiresiam quoque multa dixisse ait ei praeter narrata. [*Praeter narrata*] praeter ea, quae mihi dicta sunt a te. [*Doloso*] tibi astuto vel ingenioso. [*Aut apotheca procis intacta est*] i. e. maior necessitas est comparata substantiae, omnia, inquit, procorum turba consumpsit. [*Quando pauperiem*] i. e. remotis omnibus difficultatibus, accipe, quomodo divitias compares. [*Sive aliquid privum dabitur tibi*] *privum* autem est, quod uniuscuiusque proprium est et alterius non est: Legitur et *primum*, ut: *prima poma. Privum* autem est, quod unius est. Vnde et privilegium, ut hoc Plautinum indicat: *Exite et ferte fustes privos*

POR. [*Hoc quoq. Tiresia*] in hac ecloga introducit Vlyssem quaerentem apud inferos a Tiresia, quemadmodum rem familiarem repararet. Hoc fuit apud veteres moris, ut praesentes sugillarent aut praesentis lacerarent mores. [*Et genus et virtus*] dicit tametsi quis sit generosus et fortis, tamen si rem non habet, vilior est alga. [*Sive aliquid privum*] privatum. [*Ante Larem gustet*] prius diviti, quam Lari portes

Et quoscumque feret cultus tibi fundus honores,
Ante Larem gustet venerabilior Lare dives;
Qui quamvis periurus erit, sine gente, cruentus
Sanguine fraterno, fugitivus, ne tamen illi
Tu comes exterior, si postulet, ire recuses.
Vtne tegam spurco Damae latus? haud ita Troiae
Me gessi, certans semper melioribus. Ergo
Pauper eris. Fortem hoc animum tolerare iubebo;
Et quondam maiora tuli. Tu protinus, unde
Divitias aerisque ruam, dic, augur, acervos.

v. 22. Schraderus correxit *struam*, quod placet Ruhnkenio. Sed multo elegantius: *ruam*, i. e. eruam (quod nonnulli codices ex glossa tuentur), operose conquiram.

---

tia idem est quod *privatum*. — v. 13. *honores*, vid. ad Carm. Lib. I, 17, 16. — v. 15. *sine gente*, utpote libertus aut libertinus. Gentiles sunt, qui inter se eodem nomine sunt, qui ab ingenuis oriundi sunt, quorum maiores nulli servitutem servierunt. Inter gentem autem et familiam tantumdem interest, quantum inter genus et stirpem. Nam quemadmodum latius patet gens, quam familia: ita et genus plus continet quam stirps. Denique familiae multae possunt esse unius gentis etc. Vid. *Lamb.* — v. 17. *Tu comes exterior.* Cf. Sueton. Claud. c. 24.: *Plautio ovationem decrevit (Claudius) ingressoque urbem obviam progressus et in Capitolium eunti et inde rursus revertenti latus texit.* Coll. Eutrop. VII, 8.: *Tam civilis (Claudius) circa quosdam amicos exstitit, ut etiam Plautium triumphantem ipse sequeretur et conscendenti Capitolium laevus incederet.* Quibus ex locis recte intelligitur, *latus tegere* vel *claudere* et *exteriorem* alicui *comitem esse* vel *ire* nihil amplius significare et exprimere quam *sinistrum* alicui *incedere*, *esse ad sinistram*. Vid. Acronis schol. — v. 18. *Vtne tegam*, egone ut tegam? — *spurcus*, vilis, abiectus. — v. 19. *melioribus*, v. c. Achilli, Aiaci. — v. 20. *Fortem animum.* Hom. Odyss. *υ´*, 18.: *στῆθος δὲ πλήξας, κραδίην ἠνίπαπε μύθῳ· Τέτλαθι δή, κραδίη· καὶ κύντερον ἄλλο ποτ᾽ ἔτλης.* Ibd. *ε´*, 223.: *ἤδη γὰρ μάλα πόλλ᾽ ἔπαθον καὶ πόλλ᾽ ἐμόγησα κύμασι καὶ πολέμῳ· μετὰ καὶ τόδε τοῖσι γενέσθω.* — v. 21. *protinus* s. *protenus* ex *porro tenus*, de loco *prorsum*, (vid. *Vossius* ad Virg. Ecl. I, 13.) de tempore, quae verbi potestas est usitatissima, *deinceps*, *statim*, *primum*. — v. 25. *hamo praeroso*, a piscibus translatum, qui esca circumrosa manus piscatoris effugiunt. Schol. Cruq.: vorata esca, con-

---

in manu. [*Cultus*] bene aratus. [*Ante Larem*] ante te et tuam uxorem, i. e. antequam primitias Laribus tuis offeras, mitte diviti, qui scilicet est ipsis diis venerabilior. [*Sine gente*] ignobilis, sine nobilitate. [*Cruentus sanguine fraterno*] parricida. [*Fugitivus*] aut quia sine gente dixerat aut quod sanguine fraterno cruentus, ita ut propter scelera patriam deseruerit. [*Exterior*] sinisterior, in sinistra parte positus. [*Spurco*] abiecto. Sunt autem Vlyssis verba. [*Certans semper melioribus*] *certans* dativo casui iungitur, ut Maro: *Certent et cygnis ululae.* Et: *Solus tibi certet Amyntas.* [*Et quondam maiora tuli*] hoc idem Virg.: *O passi graviora.* Et idem: *O fortes peioraque passi.* [*Ruam*] eruam,

primitias. Consuetudo fuit, ut rerum primitiae diis Laribus ponerentur. [*Sine gente*] ignobilis aut peregrinus. [*Divitias aerisq. ruam*] ruam

Dixi equidem et dico: Captes astutus ubique
Testamenta senum, neu, si vafer unus et alter
Insidiatorem praeroso fugerit hamo,
Aut spem deponas aut artem illusus omittas.
Magna minorve Foro si res certabitur olim,
Vivet uter locuples sine gnatis, improbus, ultro
Qui meliorem audax vocet in ius, illius esto
Defensor: fama civem causaque priorem
Sperne, domi si gnatus erit fecundave coniux.
Quinte, puta, aut Publi, — gaudent praenomine molles
Auriculae — tibi me virtus tua fecit amicum;
Ius anceps novi, causas defendere possum;
Eripiet quivis oculos citius mihi, quam te
Contemptum cassa nuce pauperet; haec mea cura est,
Ne quid tu perdas, neu sis iocus. Ire domum atque
Pelliculam curare iube; si cognitor ipse,
Persta atque obdura, seu *rubra Canicula findet*

v. 36. Plerique libri *quassa*, quod defend. Fea. Sed *cassa nux* (*taube Nuss*) ex proverbiali locutione recte dicitur. —

---

sumptis tuis et perditis muneribus. — v. 27. *olim*, quandocunque, *irgend einmal*. Epist. ad Pis. v. 386.: *Si quid tamen scripseris olim.* — v. 32. Docet captatorem Tiresias, qua se oratione ad aures et amicitiam divitis sit insinuaturus. Notum est, veteres Romanos ingenuos tribus appellationibus esse nominatos, habuisseque praenomen, i. e. nomen commune, nomen, quod erat gentis, cognomen, quod erat familiae nomen. Cf. Cic. Epist. ad Fam. I, 9. — v. 38. *cognitor.* Ascon. Pedian.: *Qui defendit alterum in iudicio — cognitor est, si praesentis causam no-*

---

congregem. [*Vafer*] urbanus, astutus. [*Testamenta senum*] ut senes te faciant sibi succedere heredem. [*Insidiatorem*] *insidiatorem* dicit, qui non honoris causa fert primitias et quaecunque bona, sed gratia captandae hereditatis. [*Praeroso fugerit hamo*] i. e. consumptis omnibus tuis alium fecerit heredem. Metaphora a piscibus, qui cum semel evaserint hamum, in retia non facile incidunt. [*Improbus, ultro*] quamvis sit improbus, quamvis peiorem habeat causam, tamen ipsum defende. Sensus: Quicunque e litigatoribus dives et sine filiis fuerit, eum defende, etsi rogatus non fueris, ut ei adsis. [*Priorem*] meliorem. [*Quinte, puta*] hoc dicit, ut accedens non nomine, sed praenomine honorifice appellet. [*Ius anceps*] i. e. conversum vel obscurum, quod potest utrique parti prodesse pro ingenio interpretantis. [*Eripiet quis oculos citius mihi*] i. e. facilius patior me omni labore torqueri, quam te partem nucis amittere. [*Quassa*] fracta. [*Pauperet*] fraudet, spoliet. [*Neu sis iocus*] neu sis ludibrio cuiquam et facile perdas. Alias. Ne sis contemptibilis, qui possis invadi; nam loca vacua facile invaduntur. [*Atq. Pelliculam curare*] iube eum corporis sui habere curam. [*Cognitor*] defensor. [*Persta atq. obdura*] permane et persevera. [*Rubra*] ardens. [*Canicula*] pro fervore aesta-

pro eruam. [*Contemptum cassa nuce*] hoc ex consuetudine, ne quis tibi minimum quid auferat aut te contemnat. [*Canicula*] pro sole ardenti.

Infantes statuas, seu pingui tentus omaso
Furius *hibernas cana nive conspuet Alpes.*
Nonne vides, aliquis cubito stantem prope tangens
Inquiet, ut patiens! ut amicis aptus! ut acer!
Plures adnabunt thunni et cetaria crescent.
Si cui praeterea validus male filius in re
Praeclara sublatus aletur; ne manifestum
Caelibis obsequium nudet te, leniter in spem
Adrepe officiosus, ut et scribare secundus

---

vit ac sic tuetur ut suam: Dedimus in *Lexico* nostro *Horatiano*, quae *Vnterholznerus* apud *Heindorfium* ad h. l. scripsit. Quamobrem vid. *Lex. Hor.* sub hac voc. — v. 40. *Infantes statuas* non disertis quidem verbis Horatius tribuit Furio, sed cum ne una quidem vocula aliquid de hac inepta locutione monuerit, eam pariter ad poetam, quem nominavit, *Furium*, referendam esse, non sine veritatis specie colligi posse videtur. [*Doer.*] — *Wielandius* ad hunc locum fere haecce adnotavit: „Dass *Bibaculus* durch das Beiwort *infantes* (*statuas*), *frisch verfertigte hoelzerne Statuen* (an Alter gleichsam noch *Kinder*) habe bezeichnen wollen, laesst sich daraus schliessen, weil dergleichen Bilder durch die Sonnenhitze am leichtesten Spalten bekommen.“ Ceterum de *Furio Bibaculo* cf. Gell. Noct. Att. XVIII, 11. et *Index* ad *Q. Horatii Flacci* opera omnia, sub nom. *Bibaculus.* — *pingui tentus omaso*, *voll von feisten Kaldaunen.* Voss. Cf. *Acr.* schol. ad h. l. — v. 42. *Nonne vides* etc. Dicat aliquis de te, vel divitem illum vel alium sibi proximum cubito tangens, non vides, *ut patiens*, i. e. quomodo vel quam sit patiens et laboriosus Vlysses? quam officiosus et utilis et opportunus amicis? quomodo seu quam *acer*, i. e. quam acriter in eo, quod suscepit, perseverans? — v. 44. In hoc versu manifesta inest allegoria. Per *thynnos* senes divites, sine liberis, significat; captatorem cum piscatore comparat. — v. 46. *sublatus aletur. Tolli* dicuntur pueri, qui, quum in lucem editi sunt, studiose et magna cura dantur alendi, ut adolescant et ad aetatis florem ac pubertatem perveniant. Natum ex eo, quod patres, si filios sibi natos alere vellent, eos humi iacentes tollere et complecti solebant; sin nollent, exponi (horribile dictu!) iubebant. [*Lamb.*] — v. 46-47. *Ne manifestum — obsequium*, i. e. ne senis caelibis cultus tam apertus ac manifestus declaret, captatorem te esse hereditatis. Tale quid, Tiresias inquit, omnino tibi erit vitandum. — *leniter*, Francogallis: *peu à peu.* — v. 48. *ut et scribare sec. Her.* Schol. Cruq.: ut substituaris, quia in se-

---

tis. [*Infantes*] mutas, quae loqui non possunt. [*Seu pingui tentus omaso Furius*] distentum Furium dicit *omaso*, aut edacem aut sordidum. *Omasus* dicitur intestinum bubulum. *Carne pingui*, i. e. bubula. Furius Bibaculus in Pragmatia belli Gallici: *Iupiter hibernas cana nive conspuet Alpes.* Aliter. Furius poeta immanis ventris, qui nivem spumam Iovis dixit. Ideo hoc eius personae dedit, tanquam ipse spuat. [*Nonne vides, aliquis*] Ordo: *Aliquis te prope stantem tangens cubito dicat, nonne vides, ut patiens?* [*Cetaria*] officina, in qua liquamen conficitur. Alias. Loca, in quibus salsamenta fiunt, *cetaria* dicuntur. Sensus est: Venatus hominum tibi deesse non poterit, quia dixerat: *Praeroso fugerit hamo.* [*Haec alea*] ut in cassum veniant. [*Sublatus*] susceptus, natus. [*Caelibis*] i. e. hominis sine liberis. [*Sic tamen limis rapias*] obliquis oculis

[*Infantes statuas*] quae fari non possunt. [*Furius hibernas cana nive*] hic versus Furii Bibaculi est. Ille enim cum vellet Alpes nivibus plenas

Heres et, si quis casus puerum egerit Orco,
In vacuum venias: perraro haec alea fallit.
Qui testamentum tradet tibi cumque legendum,
Abnuere et tabulas a te removere memento,
Sic tamen ut limis rapias, quid prima secundo
Cera velit versu; solus multisne coheres,
Veloci percurre oculo. Plerumque recoctus
Scriba ex quinqueviro corvum deludet hiantem,
Captatorque dabit risus Nasica Corano.
Num furis an prudens ludis me obscura canendo?
O Laertiade, quidquid, dicam, aut erit aut non:
Divinare etenim magnus mihi donat Apollo.

---

cundo versu heredes substituuntur. *Primus heres* (*Universal-Erbe*) in primo testamenti versu; *secundus heres*, coheres, cui certa tantum hereditatis summa legatur, in secundo testamenti versu scribitur. Ille vero *heres institutus*, hic *substitutus* dicebatur. — v. 50. *In vacuum venias*, ex secundo fias heres primus, in vacuum, filio mortuo, locum succedens. — v. 54. *multisne coheres*, sc. sis. — v. 55. *recoctus*, ex interpretatione *Doeringi* idem h. l. significat, quod ‚vafer, astutus, callidus.‘ Lambinus plures hoc vocabulum interpretandi rationes proposuit, inter quas et *Doeringianam* et *Heindorfianam*, ut ita dicam, facile deprehendere poteris. Procul dubio *recoctus*, denuo factus et per hoc astutus, quales ii fieri solent, qui munera varii coloris suscipientes, modo his, modo illis officiis sibi oblatis funguntur. — v. 56. *corvum deludet hiantem*, spectat ad Aesopi fabulam, quam narrant scholiastae. — v. 59-60. *O Laertiade, quidquid dicam, aut erit aut non: Divinare etenim magnus mihi donat Apollo.* Sententia, quae hisce verbis exprimitur, ab interpretibus pervarie explicatur, ita tamen, ut plerique in eo consentiant, quod poetam vaticiniorum responsa obscura traducere voluisse contendant. *Doeringum*, huius loci interpretem parum felicem, ab vero plane aberrasse, iam Bentleius te docere potest, qui recte vidit, nihil aliud ex illis poetae verbis, secundum lectionem vulgatam, extorqueri posse, quam: „quidquid dicam, aut eveniet aut non eveniet.“ Vulgarem lectionem, qua divinationem acerbe derideri apparet, retinuit Iahn. neque aliter legunt Fea. Heind. Doer. — Bentleius tamen in uno codice *mihi donat*, in alio *donavit* invenit, unde *Haberfeldius* correxit: *Quidquid dicam aut*

---

raptim legas. [*Quid prima secundo Cera notet versu*] i. e. prima tabula. *Prima cera* secundo versu heredis continet nomen. [*Multisne coheres*] deest *sis*. *Recoctus*, denuo factus vel saepe factus. [*Plerumq. recoctus Scriba*] *recocti* dicuntur scribae, qui saepius pro consulibus ad provincias missi, exercitatiores facti sunt ex ipsa frequentia et ipso usu. Solent autem quinqueviri mitti, inde ex quinqueviris. Ergo hoc vult dicere, ut ne sic captes, ut in posterum incurras, qui te spe institutionis irrideat. [*Corvum deludet hiantem*] homo exercitatus facile deludit avidos et appetentes rei alienae. Et perstringit fabulam Aesopi, quae est

describere, ait: *Iupiter hibernas cana nive conspuet Alpes.* Ergo tumidum est. [*Quid prima secundo Cera velit versu*] bene hoc et iuxta ordinem, quia prius testatoris nomen, secundo heredis. [*Plerumq. recoctus*] iterum scriba factus. [*Corvum deludit hiantem*] hoc ἀλληγορικῶς posuit ex fabula Aesopi, in qua scriptum est, ut vulpi corvus illuserit, cum eum

Quid tamen ista velit sibi fabula, si licet, ede.
Tempore, quo iuvenis Parthis horrendus, ab alto
Demissum genus Aenea, tellure marique
Magnus erit, forti nubet procera Corano
Filia Nasicae, metuentis reddere soldum.
Tum gener hoc faciet: tabulas socero dabit, atque,
Vt legat, orabit; multum Nasica negatas

---

erit, *aut non Divinare mihi magnus donavit Apollo*, quae lectio ab *Heindorfio* et *Vossio* probata utique Tiresiae, qui statim rem eventu probatam subiungit, convenientior esse videtur, ut ad hunc locum animadvertit Iahn. Bothius vel adeo (mirabile dictu) coniecit: *aut non Divinare etiam magnus mihi donat Apollo*. (Correctionem omnem, quamvis speciosissimam, suspectam debet reddere, quod iam Priscianus et Boethius locum ita legerunt.) Exstitit quoque *Mitsch.* in Racem. Venus. Fasc. II. qui *Haberfeldii* emendationem defenderet eamque hoc fere modo interpretaretur: „Nimirum Tiresias et omnino vates ex mente poetae semper vera dicunt, quatenus vaticinia sua tam obscuris ambagibus involvunt, ut, quod evenerit aut non evenerit, ab iis semper praedictum videri possit; cuius rei vel illud vulgatissimum: *Croesus Halyn penetrans magnam pervertet opum vim*, fidem adstruat. Atque hactenus utique veraces videri possunt, hancque veracitatis falsam speciem in Tiresia h. l. poeta deridendam praebet. Idem igitur est, ac si dixisset: Oraculis meis qualiscunque exitus respondet, semper igitur vera haberi debent, quae dico. Quod autem (sic pergit *Mitsch.*) Tiresiam poeta derisui habet, id neutiquam offendere debet in tam frequenti vaticiniorum apud poetas, scenicos potissimum, contemptu et irrisione, quod iam adtigit Hemsterhusius ad illa Luciani D. Mort. XXVIII, 3. *ἔτι ἔχῃ, ὦ Τειρεσία, τῶν ψευσμάτων; ἀλλὰ κατὰ τοὺς μάντεις τοῦτο ποιεῖς, ἔθος γὰρ ὑμῖν, μηδὲν ὑγιὲς λέγειν.*" Reliqua, quae ad hunc locum adtulit *Mitsch.*, vide apud ipsum. — Quae cum ita sint, nihil esse mutandum, neque sententiam ironice intelligendam, censemus. Memini me olim legisse, *Carolum Reisigium, Thuringum*, philologiae fortem propugnatorem, cuius Manes pii veneramur, totum hunc locum sic interpunxisse: *O Laertiade, quiquid, dicam, aut erit aut non*: (i. e. dicam, quidquid aut erit aut non erit:) *Divinare etenim magnus mihi donat Apollo.* Illos igitur, qui sensum horum verborum ironice capiunt, scholia infra adposita adire iubemus; qui tamen haud dubie vero propius accedentes nobiscum ita, ut in textu, hunc locum interpungunt, optimum percommodumque habebunt sensum, quem ne adversarios quidem infitias ire posse putamus. — v. 61. *tamen*, quae particula transitioni inservit ad aliam rem; Virg. Ecl. I, 19.: *Sed tamen iste deus qui sit, da, Tityre, nobis.* — v. 62. *iuvenis*, Octavianus. Hisce quidem verbis Augusti laudes complectitur. — v. 65. *metuentis reddere soldum*, non sine anxia cura de reddendo soldo cogitantis. — *metuentis*, h. e. fugientis, caventis. — v. 69. *praeter plorare.* Schol. Cruq.: Graecismus, praeter ploratum et fletum. Soph. Philoct. v. 282.:

---

talis: Corvus cum praedam ore portaret, laudatus a vulpe, quod bonam vocem haberet, clamare incipiens omissam praedam perdidit. Et recte dixit corvum, quia morsibus pascitur. Aliter. Scribae ibant in provincias cum magistratibus et cum rediissent, vendebant decurias suas et *quinqueviri* dicebantur. Quod si voluissent iterum magistratus appetere et fructus priores percipere, *recocti* dicebantur. [*Dabit risus Nasica Corano*] quod *Coranus* fecit, qui Nasicae filiam accepit et avaritiam soceri vidisset caseum ferentem, dicens: se esse illo meliorem in voce et provocavit, ut clamaret, quod cum facere voluisset, caseum demisit ac per-

Accipiet tandem et tacitus leget, invenietque
Nil sibi legatum praeter plorare suisque.
Illud ad haec iubeo: mulier si forte dolosa
Libertusve senem delirum temperet, illis
Accedas socius; laudes, lauderis ut absens.
Adiuvat hoc quoque, sed vincit longe prius ipsum
Expugnare caput. Scribet mala carmina vecors:
Laudato. Scortator erit: cave te roget; ultro
Penelopam facilis potiori trade. Putasne,
Perduci poterit tam frugi tamque pudica,
Quam nequiere proci recto depellere cursu?
Venit enim, magnum donandi parca, iuventus,
Nec tantum Veneris, quantum studiosa culinae:
Sic tibi Penelope frugi est, quae, si semel uno

v. 79. *Venit enim magno* ms. apud Val. coniicit Simeo Bosius apud Lamb. seq. Cun.

πάντα δὲ σκοπῶν, Εὕρισκον οὐδὲν πλὴν ἀνιᾶσθαι παρόν· Τούτου δὲ πολλὴν εὐμάρειαν. — v. 70. *Illud ad haec iubeo.* Alia ditescendi ratio, quam Vlyssi praescribit Tiresias, quae tamen ad idem genus refertur. — v. 71. *temperet.* Schol. Cruq.: ad arbitrium suum regat. — v. 73. *vincit*, praestat. — *ipsum expugnare caput*, senem ipsum blanditiis et obsequiis capere. — v. 74. *vecors*, excors, stultus, quasi mali cordis, inquit Festus, quae quidem posterior significatio in Horatii obtrectatores optime quadrare videtur. — v. 77. *Perduci* etc. poteritne perpelli ad hoc flagitium Penelope tam frugi et tam pudica? persuaderine ei poterit, ut adulteretur, mulieri tam temperanti et pudicae? — v. 79. Respondet Tiresias: Quid mirum, procos non potuisse uxorem tuam ad stuprum perducere? *Venit enim* etc. i. e. venerunt enim ad eam iuvenes illiberales et parci ac restricti in magnum donando. — v. 81. *Sic tibi Penelope* etc. i. e. quia

---

testamento delusit, qui sperabat hereditatem generi. [*O Laertiade*] iocatur in Apollinem, ut satiricus, cuius ambiguae fuerunt sortes. Alias. Satirice iocatur insectans illos, qui divinandi artem profitentur. Alias. Iocatur in ambigua responsa, sed vera confirmat; nam quidquid dicat, sic aut non, ita erit. [*Ede*] explana, quia dixit: *corvum deludet hiantem.* [*Nubet*] pro nupsit. [*Iuvenis*] Octav. Augustus, qui Persas vicit. [*Metuentis reddere soldum*] i. e. nolentis reddere integram dotem, ne quid solido desit patrimonii ac per hoc valde cupientis et avari. [*Tum gener hoc faciet*] sic dicit quasi per divinationem hoc praedicens futurum Tiresias, quod iam fuerat factum. [*Dabit*] per divinationem, observatis hoc modo in tota narratione temporibus. [*Nil sibi legatum*] in tabula scriptum. [*Dolosa*] viri moribus non obtemperans. [*Temperet*] regat, in potestate habeat. [*Illis Accedas socius*] etiam aliud dico praeceptum, quo possis divitias comparare. [*Sed vincit longe prius ipsum Expugnare caput*] i. e. valde melius, si, quorum hereditates affectas, eos blanditiis habeas superatos. *Expugnare* autem obsequiis tuis vincere, ut capias illum obsequiis tuis. [*Scribet mala carmina*] si insanus poemata componit, is, quem capias, laudato. [*Vltro*] tua sponte, non rogatus. [*Penelopam facilis potiori trade*] facilis esto et quasi potiori deduc uxorem ad domum. [*Quam nequiere proci recto depellere cursu*] quam non a tramite potuerunt, i. e. a recta via deducere et a disciplina. [*Nec tantum Veneris, quantum

De sene gustarit tecum partita lucellum,
Vt canis a corio numquam absterrebitur uncto.
Me sene quod, dicam, factum est: Anus improba Thebis
Ex testamento sic est elata: cadaver
Vnctum oleo largo nudis humeris tulit heres,
Scilicet elabi si posset mortua; credo,
Quod nimium institerat viventi. Cautus adito,
Neu desis operae, neve immoderatus abundes;
Difficilem et morosum offendes garrulus; ultro
Non etiam sileas. Davus sis comicus atque
Stes capite obstipo, multum similis metuenti.
Obsequio grassare; mone, si increbuit aura,
Cautus uti velet carum caput; extrahe turba
Oppositis humeris; aurem substringe loquaci.

proci pauca munera largiuntur et quia studiosiores sunt poculorum et obsoniorum, quam rerum Venerearum, idcirco tibi Penelope casta et pudica est, alioqui ceterarum mulierum similis futura. — v. 83. *Vt canis — uncto*, proverbium est, quod in eos convenit, qui, posteaquam rem aliquam iucundam et optabilem gustarunt, ab ea aegre avelli aut deterreri possunt. Graecis: *χαλεπὸν μαθοῦσα κύων σκυτοτραγεῖν*. Nos: *An Riemen lernt der Hund Leder kauen.* — v. 87. *Scilicet*, *δηλονότι*. — v. 87-88. Credo, inquit Tiresias, idcirco anum illam voluisse se ita efferri ab herede, quia is fuerat supra modum in ipsam officiosus, ideoque molestus. — v. 89. Caveto, ne officio tuo desis neve supra modum sis officiosus. — v. 90. *Difficilem*, *δύσκολον*. — v. 91. *Davus sis comicus*. Talis esto, qualis inducitur Davus in comoediis, nempe serviliter et timide cum domino loquens etc. — v. 92. *capite obstipo*, incurvato, inflexo, qui gestus est hominis animum demittentis. — v. 93. *Obsequio grassare*. Festus: *grassari* veteres ponebant pro adulari. — v. 94-95. *extrahe turba*, ne quis eum in turba iactet aut impellat. — *oppositis humeris*, tuis scilicet, tanquam scuto adversus pulsum multitudinis et turbae. —

studiosa culinae] hoc fecit Penelopen castam esse, quia illi magis studebant ventri ac Veneri. [*Anus improba*] *anus* quaedam a captatore nudo nudam sese efferri voluit, ea videlicet cogitatione, ut vel mortua humeris eius elaberetur, quae elabi captione eius viva non poterat. [*Scilicet elabi si posset*] Sensus ita declarat: Anum testatam esse, ut si cadaver eius elapsum esset (is), qui non pertulisset, ille careret hereditate. Hoc autem dicit, ut heredipetas moneat, nimia obsequia declinare; nam ob hoc anus sic testata est, ut impudentem deterreret et tamen factum est, ne hereditatem perderet. [*Non etiam sileas*] neque nimis sileas, neque nimis loquaris, sed ita callidus esto, ut Davus, qui inducitur in comoedia. [*Cautus adito*] diligens esto circa eos, quos captas. [*Opere*] obsequiis in loquendo. [*Immoderatus*] non debes plus tacere, quam oportet. [*Obstipo*] inclinato. [*Obsequio grassare*] frequentia aggredere. [*Aurem substringe loquaci*] caute admove aures tuas, eo loquente. [*Importu-*

didit. [*Partita lucellum*] ὑποκοριστικῶς a *lucrum*. [*Vt canis a corio nunquam absterrebitur uncto*] proverbialiter. Nunquam desinet hoc facere. [*Stes capite obstipo*] tristi ac severo. Secus inclinato dicit. [*Au-*

Importunus amat laudari: donec, ohe iam!
Ad caelum manibus sublatis dixerit, urge, et
Crescentem tumidis infla sermonibus utrem.
Quum te servitio longo curaque levarit,
Et certum vigilans „*Quartae esto partis Vlyxes,*“
Audieris, „*heres:*“ — „Ergo nunc Dama sodalis
Nusquam est? unde mihi tam fortem tamque fidelem?“
Sparge subinde, et, si paullum potes, illacrymare; est

v. 103. Multum in hoc loco se exercuerunt interpretes, qui (inquit Iahn.) si sanus est, sic explicandus esse videtur: ‚Postquam heres scriptus es, sparge subinde haec verba: *Ergo nunc* etc. et, si potes, lacrymas funde; si non potes et vultus gaudia prodit, licet eum *celare*, i. e. vel avertere vel velare.‘ Quodsi cui durum esse videtur, restat, ut cum Barthio ex cod. antiquissimo legatur: *Est Gaudia prudentum vultu celare.* vid. Fischer. libr. ad II. od. 2. citato p. X. Ex priore ratione fortasse melius etiam scribi possit: *illacrymare Gaudia prodentem vultum est celare.* In cod. Altorf. enim *est* post *prodentem* legitur et in multis libris plane deest. Haec apud Iahn. leguntur. Aliter hunc locum interpretatur Heind. quem vide. — Bentleius autem h. l. corrigens scribit, vel: *et sic paullum potes illacrymare et Gaudia prodentem vultum celare*, vel: *et sic paullum potes illacrymare et Gaudia prudenter celare.*

aurem substringe, nos: *spitze die Ohren.* — v. 96. Si in eo *importunus* est, quod cupit usque laudari. — v. 96-98. Dives senex, qui inducitur, quamvis, dum laudes suas audit, virtutum suarum admiratione ita percellitur, ut manus ad caelum tollat, tamen laudatorem, tanquam in celebrandis ipsius laudibus nimium, tacere (non serio, sed simulanter) iubet. [*Doer.*] — *Crescentem tumidis.* Schol. Cruq.: ineptis et magnificis verbis eum cumula et quanto magis vides eum laudibus erigi, tanto magis eum praeconiis effer et falsis laudibus velut utrem ventis inflare contende. — v. 100. *certum vigilans.* Schol. Cruq.: iucunde. Solent enim homines, quae vehementer optant vigilantes, per somnum videre. Ergo noli credere, te heredem scriptum esse, nisi illud audieris: „*Vlysses quartae partis heres esto.*“ — v. 102. Ordo est: *Sparge subinde*, i. e. deinde subiunge iterans haec verba, unde mihi tam fortem ac fidelem amicum parabo? — et, si paulum potes illacrymare, illacryma. — v. 103-104. *Est Gaudia prodentem* etc. *est*, ut Graecorum *ἐστίν*, *ἔξεστιν*; i. e. licet animi

nus] pro, importune. [*Donec*] tamdiu laudato, quamdiu bene habeas, ipse dicat. [*Crescentem tumidis infla sermonibus aurem*] gaudentem tumoribus, lauda illum falsis laudibus. Quemadmodum enim uter nihil capit immisso flatu nisi solum tumorem, ita et qui falso laudatur. I. e. Quanto magis videbitur, cum laudabitur, erigi, tanto magis laudato. [*Cum te servitio longo*] cum mortuus fuerit dives vel cum te heredem fecerit, ut eius causa servias, imperabis. [*Et certum vigilans*] iucunde, quasi hoc saepe fiat et (eam) secutus videas te quartum heredem. Quia solent homines, quod cupiunt, per somnum videre. Ergo noli te heredem factum credere, nisi illud vigilans videris. [*Sparge subinde*] frequenter dicito, unde mihi tam fortem amicum? [*Et si paulum potes*] ἐπεξήγησις.

rem destringe loquaci] aurem intende, cum loquitur. [*Sermonibus utrem*] velut utrem. [*Cum te servitio longo*] h. e. cum decesserit. [*Sive domus sit*] quia lege cautum erat, ne rem vel agrum vel domum alicu-

Gaudia prodentem vultum celare. Sepulcrum
Permissum arbitrio sine sordibus exstrue; funus
Egregie factum laudet vicinia. Si quis
Forte coheredum senior male tussiet, huic tu
Dic, ex parte tua seu fundi sive domus sit
Emptor, gaudentem nummo te addicere. Sed me
Imperiosa trahit Proserpina: vive, valeque.

SATIRA VI.

ARGVM. *In hac satira canit laudes vitae rusticae et causas, ex quibus vita rustica longe iucundior sit urbana, exponit.*

Hoc erat in votis: modus agri non ita magnus,
Hortus ubi et tecto vicinus iugis aquae fons
Et paullum silvae super his foret. Auctius atque

---

laetitiam fronte tegere, nihil vetat, quominus quis vultum, laetitiae indicem, dissimulatione et fictis lacrymis celare possit. — *sine sordibus*, splendide. — v. 107-108. Huic coheredi dic, si fundum aut domum, quae tibi ex testamento obvenerit, habere cupiat, te ei libentissime venditurum et, quanti velit, addicturum, atque adeo, si videatur, donaturum. — v. 109. *nummo*. Recte *Heindorfius nummum* hisce verbis interpretatur: „*nummus* ist hier ein fingirter Kaufschilling von einem *sestertius* oder einigen *asses*, der bei den Roem. Schenkungen vorzukommen pflegte, bis Justinian diese Gewohnheit abschaffte.“ Cod. L. 8. Tit. 54. L. 37. — v. 110. *Imperiosa Proserpina*, *ἐπαινὴ Περσεφόνεια*, saeva. Vmbrae ex Orco in lucem emissae ex imperio Proserpinae hora constituta in Orcum redire debebant.

---

v. 1. *Modus* in agro significat longitudinem et latitudinem descriptam ac dimensam. Exstat titulus in Pandectis iuris civilis: *Si mensor falsum modum dixerit*. — v. 2. *iugis aquae*, iugiter fluentis, perennis. — v. 3. *super his*, insuper, praeterea, quemadmodum veteres interpretantur scholiastae. Sed fortasse, *Doer.* inquit, super horto, tecto et fonte; villa

---

[*Est*] i. e. iuvat. [*Arbitrio*] deest *tuo*. [*Sine sordibus*] sine tenacitate. [*Huic tu dic*] huic te dic libenter vendere, quidquid hereditatis ipse desiderat. [*Gaudentem nummo*] et uno nummo, qui erat imaginaria venditio pro donatione. [*Sed me*] Vmbra Tiresiae haec omnia loquitur.

ius in testamento donatam donaret, et ut viderentur emisse, nummum dabant, si cui donabant.

ACR. [*Hoc erat in votis*] hac satira de iucunditate secessus sui, quo in Sabinis fruebatur, et de incommodis urbis loquitur, quae passus est, dum obsequitur Maecenati. Vult autem ostendere, quietiorem vita urbana rusticam. [*Modus agri non ita magnus*] hoc, inquit, optaram, ut haberem modicum agrum et in eo fontem et vicinam silvam. Plus autem concessit fortuna, quam optaram. [*Iugis aquae fons*] perennis, continuus. [*Et paulum silvae*] recte ad omnia respondet: *Foret*, ut sit, ubi et *hor-*

POR. [*Hoc erat in votis*] laudatur rus et eius securitatem exponit, per quod significat rus se habere et amare. [*Iugis aquae fons*] qui cum

Dî melius fecere; bene est; nil amplius oro,
Maia nate, nisi ut propria haec mihi munera faxis.
Si neque maiorem feci ratione mala rem,
Nec sum facturus vitio culpave minorem;
Si veneror stultus nihil horum: „O si angulus ille
Proximus accedat, qui nunc denormat agellum!
O si urnam argenti fors quae mihi monstret, ut illi,
Thesauro invento qui mercenarius agrum
Illum ipsum mercatus aravit, dives amico
Hercule!“ Si, quod adest, gratum iuvat; hac prece te oro:
Pingue pecus domino facias et cetera praeter
Ingenium, utque soles, custos mihi maximus adsis!
Ergo ubi me in montes et in arcem ex Vrbe removi,

---

enim Horatii in agro Sabino sita fuit in valle montibus cincta. Idem sensisse videtur *Vossius*, qui vernacule reddidit: *darüber*. — v. 6. Sic precatur Horatius: si neque rem meam auxi per cuiusquam iniuriam aut per dedecus aut turpitudinem, neque sum imminuturus nequitia et luxuria, si non opto iis, quae habeo, plura aut maiora neque agrum vicinum concupisco neque thesaurum invenire aveo seu inventurio, si denique iis, quae mihi suppetunt, contentus vivo, te oro, ut etc. Solebant autem preces cum conditione concipi a veteribus. — v. 8. *veneror*, precor. — v. 10. *O si fors quae*, si qua fors. Cf. *Heind.* ad hunc versum. *Fea* recepit *quâ*. Sed *Heindorfius* bonis exemplis, lectionem *quae* haud falso habere, docet. — v. 16. Hic versus neque cum Gesnero parenthesi includendus

---

tus foret et *fons* et *paulum silvae*. [*Maia nate*] o Mercuri. [*Propria*] perpetua, rata, firma, i. e. fac mihi patrimonium meum certum esse, si non habeo mala et stulta vota. [*Denormat*] deturbat et inaequalem facit. Est autem *norma*, ad quam mensuras dirigunt, habitu perpendiculi ratione. [*Dives*] deest *factus*. [*Amico Hercule*] quia ei per quietem thesaurum traditur demonstrasse. Aut Herculem mercenarius coluit, quo merito thesaurum reperit. [*Et cetera*] segetes et vineta et si quae sunt similia. [*Custos mihi maximus adsis*] Mercurius enim dicitur esse dator opum. Hercules vero custos, vel quia in Philippis eum liberavit. Et in Carminum libris ait, Mercurii ope se servatum, cum Mercurius illum pa-

sit *iugis*, domui eius sit proximus. [*Nisi ut propria*] *propria*, vera, ut Virg.: *Propria haec si dona fuissent*. [*Denormat*] extra modum procedens, denormem facit. Vel illud deficit et velut norma posita definit. [*Dives amico Hercule*] ideo, quia thesauris praeest et sunt, qui eundem incubonem quoque esse velint, unde putant, quod et res rustica in tutela sit eius. Nam illi sacrificia reddunt rustici, cum iuvencos domuerint. Praeterea etiam traditur fabula, fuisse quemdam mercenarium, qui semper Herculem deprecatus sit, ut sibi boni aliquid praestaret; quem Hercules ad Mercurium duxit et obseratum thesaurum fecit ostendi, quo effosso ille eundem agrum, in quo operam mercenariam faciebat, comparavit et labori solito operam dedit. Sicque probavit mercenarius, quod Deus praedixerat Herculi, nulla re ullum posse beatum vivere, cum in eadem opera etiam post inventionem thesauri perseverarit. Pers.: *Dextro Hercule, pupillumve utinam proximus heres Impello, expungam*. Quia deus lucri et thesauri dicitur. [*Et in arcem ex urbe*] belle dixit, velut rex in villula mea, velut in arce positus erat, vel ideo, quia in

Quid prius illustrem satiris Musaque pedestri?
Nec mala me ambitio perdit, nec plumbeus Auster
Auctumnusque gravis, Libitinae quaestus acerbae.
Matutine pater, seu Iane libentius audis,
Vnde homines operum primos vitaeque labores
Instituunt — sic Dîs placitum — tu carminis esto
Principium. Romae sponsorem me rapis. „Eia,
Ne prior officio quisquam respondeat, urge!"
Sive Aquilo radit terras, seu bruma nivalem
Interiore diem gyro trahit, ire necesse est.
Postmodo, quod mî obsit, clare certumque loquuto
Luctandum in turba et facienda iniuria tardis.

---

neque cum Haberfeldio post v. 19. collocandus est. Sensus enim est: Simulac me in Sabinum meum contulero, nihil prius satiris et humili hoc carmine celebrabo quam rus, quod modo dixi. Neque me ibi, ut Romae, ambitio et cum auctumno Auster (*Sirocco*) impedient, quo minus carmina pangere possim. *Rus* igitur argumentum, *Ianus* autem principium carminis erit. [*Iahn.*] — v. 19. *Libitinae quaestus acerbae*, quia auctumnus ob multa hoc anni tempore funera Libitinae, in cuius templo ad mortuorum sepulturam necessaria aut vendebantur aut locabantur, quaestus sive quaestuosus fuit. — v. 23. *Romae sponsorem me rapis*, quum Romae sum, inquit, sponsorem me rapis. *Sponsorem* recentiores iurisconsulti *fideiussorem* appellant. — v. 23-24. *Eia — urge! eia*, inquit Horatius, *Matutine, urge* atque impelle me acriter ad hoc officium spondendi alicui amico praestandum, ne quis me officiosior existat. — v. 26. *Interiore gyro*, i. e. breviore circulo. Verba ipsa fere hanc habent vim: *bruma* dies efficit contractiores et breviores simulque frigidos et nivibus informes et turbulentos. — v. 27. Postea mihi id locuto, quod mihi damnum afferat, ita clare et aperte, ut infitiari non possim, luctandum est in turba. *Quod mî obsit*, ad sponsionem refer, quae sponsori plerumque damnosa est. — v. 28. Dum propero, non possum effugere, quin faciam iniuriam

---

ventem sustulit in aerem. [*Musaq. pedestri*] quia pedibus stet. [*Ambitio*] visitatio amicorum. [*Plumbeus*] noxius, pestilens. [*Auctum. gravis*] quia per auctumnum, quo pomis arbores adgravantur, plurimi moriuntur; quo se non vere dicit continentia securum. Est autem *Libitina* locus in urbe, quo constituuntur, qui efferenda corpora conducunt et praebent funeribus necessaria. [*Matutine pater*] matutinum vocat tempus, quo cogitur vigilare, qui in urbe est. Et quoniam dixerat quam gratum et amabile sibi esset rus, nunc e contrario vult dicere, quam plenum taedii sit in urbe vivere. Aliter. *Matutinum patrem* vocat Ianum, quia ipse dicitur praeesse rebus incipiendis et ideo omnes, qui incipere volunt aliquid, ipsum invocant. Aut quia qui vult aliquid incipere, matutino tempore incipit; aut quod eo, i. e. matutino tempore conveniri soleret. Vel ideo primus Ianus est invocandus, ut precibus nostris ad deum aditum praestet et ianuam. [*Iane*] Ianus deus temporum et dierum. [*Romae sponsorem me rapis*] si, inquit, Romae sum, cogis me sponsorem esse. [*Radit*] stringit. [*Interiore diem gyro trahit*] strictiore per diem breviorem cursu. Circulo minore per hiemem vel exiguo spatio pervia, quia quando est ventus per hiemem, angustior via fit in vertiginem euntis nivis. *Diem* autem *trahit*, i. e. breviorem facit, quia hieme dies sunt bre-

monte posita est. [*Plumbeus*] i. e. gravis. [*Tu pulses*] pro valeas.

„Quid tibi vis, insane, et quam rem agis?" improbus urget
Iratis precibus: „tu pulses omne, quod obstat,
Ad Maecenatem memori si mente recurras."
Hoc iuvat et melli est, non mentiar: at simul atras
Ventum est Exquilias, aliena negotia centum
Per caput et circa saliunt latus. „Ante secundam
Roscius orabat sibi adesses ad Puteal cras."
„De re communi scribae magna atque nova te
Orabant hodie meminisses, Quinte, reverti."
„Imprimat his, cura, Maecenas signa tabellis!"
Dixeris: „Experiar;" — „Si vis, potes," addit et instat.
Septimus octavo propior iam fugerit annus,

v. 40. *proprior* Iahn. Vitiose.

---

iis, qui antecedunt, tardius euntibus. Fit enim, ut eos impellam et pulsem; quod illi moleste ferentes mihi conviciantur et maledicunt his verbis: *Quid tibi vis, insane* etc. — v. 30. *tu pulses* etc. improbus iste homo subiungit. — v. 32. *Exquiliae* dicuntur *atrae*, quia antea *commune sepulcrum plebi*, ut poeta supra Serm. I, 8, 10. loquitur, ibi *steterat*. — v. 35-39. *Ante secundam*, i. q. nobis: *gegen 7 Uhr*. — *Puteal* (proprie putei operculum), murus, qui puteum cinxisse videtur, in formam quadrati vel in formam altaris exstructus, uti *puteal Libonis* in nummis expressum conspicitur apud Lambinum. Fuerunt autem Romae in foro duo *putealia*, ut docet *Salmas.* ad Solin. p. 802. alterum in *Comitio*, ubi ius dicebat Praetor, alterum ad *arcum Fabianum*, a Scribonio Libone iussu senatus excitatum, ubi feneratores convenire et foenus exercere solebant. Ad posterius, quod infr. Epist. I, 19, 8. laudatur, respexit Horatius, quum Roscio in re pecuniaria adesse deberet. — v. 36. *De re communi*, alia *μίμησις*. Alius, inquit Horatius, a scribis missus nuntiat mihi, scribas orare, ut revertar, propterea quod res magna et nova, quae ad rem communem (nempe scribarum) pertineat, acciderit. Horatius fuit *scriba Quaestorius*. — v. 38. Maecenas auctoritate ac nomine Augusti, imperatoris, tabellis sigilla inprimere vel eas consignare solebat; quod etiam nunc in principum aulis fieri videmus. — v. 39. *Dixeris: Experiar*, si ego ei respondero, me experturum, possimne a Maecenate impetrare, addit, me posse volentem etc. — v. 40. *Septimus octavo propior*, pa-

---

viores. [*Quod mî obsit*] si quid libere ac vere dicam: *Veritas odium parit.* [*Tardis*] tarde venientibus ad iussum. [*Quid tibi vis, insane*] cum praecedentes impellimus. [*Iratis precibus*] imprecationibus. [*Ad Maecenatem*] si Maecenatem in animo habeas vel eius causa iter Romam facias, haec enim affert voluptatem, i. e. habebis in memoria beneficia Maecenatis. [*Melli est*] suavitati et dulcedini, i. e. ad mel, ut: *Dîs pietas et mea Musa cordi est.* [*At simul atras Ventum est Exquilias*] Exquiliae, in quibus domus Maecenatis fuerat, in quibus locis antea mortui cremabantur, post quas erant horti Maecenatis. [*Ad puteal*] locus Romae, ad quem conveniebant feneratores. Alii dicunt, in quo tribunal solebat esse praetoris. [*Scribae*] quibus spoponderant. [*Nova*] quia novaverunt debitum. Vnde *novatio*, cum eodem contractu etiam creditoris persona mutatur. Hic ostendit, de numero se fuisse scribarum. [*Imprimat his*] Ordo: *Vt Maecenas tabulis signa imprimat.* [*Dixeris*] i. e.

Cave valeas et similia dicta. [*Et melli est*] pro, iucundum est. [*De re

Ex quo Maecenas me coepit habere suorum
In numero, dumtaxat ad hoc, quem tollere rheda
Vellet iter faciens, et cui concredere nugas
Hoc genus: „Hora quota est? Threx est Gallina Syro par?
Matutina parum cautos iam frigora mordent."
Et quae rimosa bene deponuntur in aure,
Per totum hoc tempus subiectior in diem et horam
Invidiae noster. Ludos spectaverat una,
Luserat in Campo: „Fortunae filius!" omnes.

v. 48. Ex vulgari interpunctione hic versus legitur sic: *Invidiae. Noster ludos spectaverat una.* Ex Bentleii tamen interpunctione hîc interpunge sic: *Invidiae noster. Ludos spectaverat una.* Et ita edidi cum Heindorfio, Iahn. Vulgarem huius versus interpunctionem dedere Fea, Doer.

---

rum abest, quin septimus praeteriverit annus, ex quo etc. Horatius a. u. DCCXIII. Romam redierat; paulo post in Maecenatis sodalium numerum receptus, hanc satiram circa a. u. DCCXXII. scripsisse putandus est. — v. 42. *dumtaxat ad hoc*, eo tantum modo, consilio, fine, ut etc. — *tollere rheda* nostrum. „*mit sich nehmen*" perbene exprimit. — v. 44. *Hoc genus*, huius generis. — *Threx est Gallina Syro par?* sc. corporis viribus et agilitate. — *Threces*, *Θρῆκες*, ab armis *Thraciis* ita dicti; *Samnites*, ab armatura *Samnitica*; *Mirmillones*, ab insigni piscis cuiusdam, cui nomen fuit *μόρμυρος* vel *μορμυρίων*, cuius imaginem gerebant in galea. — v. 45. Quae hic versus exprimit, Horatio dicere pergit Maecenas. — *aures rimosae* opponuntur *auribus tutis* Carm. Lib. I, 27, 18. — v. 47. *subiectior*, obnoxior. — v. 48. *Noster*, familiaris Maecenatis appellatio, quemadmodum *Doer.* hunc locum ex interpunctione vulgari interpretatur. Si vero cum Bentleio interpunxeris, *noster* pro ‚*ego*' Horatium posuisse intelliges. Vid. Var. Lect. — „*Fortunae filium*" omnes me vocant mihi scilicet invidentes. — *Frigidus rumor*, notum est, Dacos in bello civili, quod Augustus adversus Antonium gerebat, Romanis multum obfuisse, quapropter *rumor*, qui de iis ferebatur, *frigidus* dicitur. —

---

si dixeris: *Experiar*, si possum impetrare a Maecenate. [*Rheda*] curru. [*Et cui concredere nugas*] *nugas* potest et excusantis modo fingere, potest et in Maecenatem figuratum esse, ut Persius: *Omne vafer vitium ridenti Flaccus amico Tangit.* Purgat autem se apud eos. qui putant eum apud Maecenatem plurimum valere. [*Hoc genus*] hoc genus erat nugarum, quod dicebatur. [*Thrax est Gallina Syro par*] *Thrax*, gladiatores dicebantur: *Retiarius, Mirmillo, Secutor. Gallina* nomen proprium gladiatoris; item *Syrus.* [*Matutina*] auctumnalis, pestifera. [*Et quae rimosa bene deponuntur in aure*] i. e. ea mihi credebat et de his loquebatur mecum, quae sine periculo garrulis committuntur. Aliter. Haec, inquit, mihi credita sunt, quae prodita nocere non possunt. *Rimosa* enim patula verba sunt, quae nihil secretorum teneant. Terent.: *Plenus rimarum sum.* [*Noster*] ita dicebant invidi. [*Luserat in campo*] si lusissem cum Maecenate, omnes dicebant, ita amat fortuna illum, ut filium suum, quia omnes viceram. Solebant enim veteres Romani filios suos ad

communi] hoc loco significat se Horatius decuriam habuisse. [*Et quae rimosa*] i. e. ea dicebat, quae bene committuntur auribus rimosis, h. e. quae facile proferantur in Medio, nihil de secreto habentia et hoc de illo dicto sumptum est: *Plenus rimarum sum, hac atque illac perfluo.* [*Tri-*

Frigidus a Rostris manat per compita rumor;
Quicumque obvius est, me consulit: „O bone, — nam te
Scire, Deos quoniam propius contingis, oportet, —
Num quid de Dacis audisti?" Nil equidem. „Vt tu
Semper eris derisor!" At omnes Dî exagitent me,
Si quidquam. „Quid? militibus promissa Triquetra
Praedia Caesar an est Itala tellure daturus?"
Iurantem me scire nihil, mirantur ut unum
Scilicet egregii mortalem altique silentî.
Perditur haec inter misero lux non sine votis:
O rus! quando ego te adspiciam, quandoque licebit,
Nunc veterum libris, nunc somno et inertibus horis
Ducere sollicitae iucunda oblivia vitae?
O quando faba Pythagorae cognata simulque
Vncta satis pingui ponentur oluscula lardo?
O noctes cenaeque Deûm, quibus ipse meique

---

v. 52. Augustum, Maecenatem et Agrippam *deos* per *αὔξησιν* vocant isti percunctatores. — v. 54. *derisor*, simulator. — *exagitent*, perdant. — v. 55. *Si quidquam*, sc. audivi. — Quid? utrum praedia militibus promissa daturus est Caesar ex Sicilia an ex Italia? — v. 59. Interim perit mihi, ob huiusmodi res *misero, lux*, vita. — v. 61-62. Quando mihi licebit ruri traducentem tempus aetatis nunc lectione librorum veterum, nunc somno et otio oblivisci huius vitae sollicitudines ac molestias? [*Lamb.*] — v. 63. Horatius facete *cognatam* Pythagorae *fabam* dicit, quasi Pythagoras existimarit, fabam animal esse vel certe in fabis mortuorum animas inesse atque idcirco ab hoc cibo se abstinuerit, veritus, ne in fabam aliquam animus paternus imigrasset, et cetera, quae vid. ap.

---

campum Martium mittere, ut illic pila luderent. [*Frigidus*] noxius aut magis vanus. [*Per compita*] per diversas vias. [*Deos*] Augustum et Maecenatem, ut Virg.: *Nec tam praesentes alibi cognoscere divos.* [*Dî exagitent me*] i. e. persequantur. Contra alibi: *Namque deos didici securum agere aevum.* Et alibi: *Scilicet is superis labor est, ea cura quietos Sollicitat.* [*Triquetra*] Sicilia latine, quae graece *Trinacria* dicitur. [*Perditur*] consumitur. [*Inertibus horis*] quibus nihil agitur. [*Ducere*] otiose vivere. [*Faba*] Pythagoras philosophus ab omnibus animalibus abstinens etiam a faba abstinuit, quod viridis in pyxide aerea servata vertitur in sanguinem. Vnde fertur maluisse eum latrones incurrere, quam per fabae segetem transire, cum aliunde refugium non haberet. Fabam quoque animal esse dicebant, quod cocta sanguinis humorem ex se emitteret. Alias. Pythagoras legumen omne negaverat comedendum, praecipue fabam veluti parentem coluerat; nam colorem eius dicebat veluti humano sanguine infectum. [*Cognata*] a qua sic abstinuit, quasi *cognata* sua esset. [*Coenaeq. deûm*] *coenas deorum* dixit, quae sine sol-

quetra, i. e. Sicula, quod in tres partes, i. e. promontoria deducta sit vel quadras. [*Ducere*] i. e. potare, quia vina sepeliunt omnem sollicitudinem. [*Faba Pythagorae cognata*] ideo ait *Pythagorae cognata*, quia traditur inflare praecordia, quo argumento Pythagoras spiritualem adseverans, vel-

Ante Larem proprium vescor vernasque procaces
Pasco libatis dapibus! Prout cuique libido est,
Siccat inaequales calices conviva solutus
Legibus insanis, seu quis capit acria fortis
Pocula seu modicis uvescit laetius. Ergo
Sermo oritur non de villis domibusve alienis,
Nec, male necne Lepos saltet; sed, quod magis ad nos
Pertinet et nescire malum est, agitamus: utrumne
Divitiis homines an sint virtute beati;
Quidve ad amicitias, usus rectumne, trahat nos;
Et quae sit natura boni summumque quid eius.
Cervius haec inter vicinus garrit aniles
Ex re fabellas. Si quis nam laudat Arelli
Sollicitas ignarus opes, sic incipit: „Olim
Rusticus urbanum murem mus paupere fertur
Accepisse cavo, veterem vetus hospes amicum;
Asper et adtentus quaesitis, ut tamen arctum

Lamb. — v. 68. Bibit quisque, quantum libet sive multum sive parum; nemo cogitur a bibendi magistro calices aequales exhaurire, sed suo quisque arbitratu bibit. — De *legibus insanis* cf. Serm. II, 2, 123. Carm. Lib. I, 4, 18. — v. 72. *Lepos*, vid. INDEX sub hoc nom. — v. 75. *usus rectumne*, utilitasne an *rectum*, h. e. virtus. — v. 78. *Ex re*, vel ab nostro sermone haud abhorrentes vel (in universum) utiles. — v. 79. *sollicitas opes* ab effectu dicit, quia possessorem reddunt *sollicitum*, anxium. — v. 82. *Asper* etc. vitae asperae ac durae adsuetus; ita tamen parcus

---

licitudine sunt. [*Ante Larem*] aut ante domesticos aut ante Larem proprium. [*Libatis dapibus*] degustatis escis et deminutis. [*Siccat*] ebibit. [*Legibus insanis*] *insanas leges ἀρχιποσίαν* dicit. Nam qui ad legem bibunt, tantumdem bibunt. Ergo hic Horatius dicit, quod quantum volebat, tantum bibebat. [*Acria*] grandia. [*Humescit*] inebriatur. [*Lepos*] nomen opinatissimi saltatoris. [*Et nescire malum est*] hoc scire volumus, quia nescire crimen est; de hoc disputamus, quod ignorare non expedit. [*Quidve ad amicitias*] multi dicunt amicitias propter utilitatem accipi: multi utilitatem propter amicitias evenire. [*Et quae sit natura boni*] Epicurei voluptatem esse summum bonum, Stoici honestatem dicunt. [*Garrit*] narrat, explanat. [*Ex re*] pro commodo. I. e. non sine causa, sed ad exemplum rei propositae pertinentia. [*Arelli*] cuiusdam avari Ordo est: *Nam si quis Arelli laudat divitias, Cervius has fabulas de muribus contra infert.* [*Sollicitas*] quia nimius census sollicitos facit. [*Ignarus*] i. e. nesciens. Quia non divitiae faciunt beatitudinem, sed animus parvo contentus. Vult hoc loco ostendere, beatam vitam constare non divitiis, sed *αὐταρκείᾳ*. Negat autem Cicero *αὐτάρκειαν* uno verbo posse dici. *Αὐτάρκεια* est, inquit, quae parvo contenta omne respuit, quod redundat. [*Asper et intentus*] qui moderate utebatur adquisitis, ita parcus, ita tenax,

ut a cognata abstinebat; Pythagorei enim nullo animali aluntur, quos irridet hic. [*Nec male necne Lepos saltet*] *Lepos* nomen archimimi, qui eo, quod iucunde et molliter saltaret et eloqueretur, sic appellatus est.

Solveret hospitiis animum. Quid multa? neque ille
Sepositi ciceris nec longae invidit avenae,
Aridum et ore ferens acinum semesaque lardi
Frusta dedit, cupiens varia fastidia cena
Vincere tangentis male singula dente superbo:
Quum pater ipse domus palea porrectus in horna
Esset ador loliumque, dapis meliora relinquens.
Tandem urbanus ad hunc: „Quid te iuvat," inquit, „amice,
Praerupti nemoris patientem vivere dorso?
Vis tu homines urbemque feris praeponere silvis?
Carpe viam, mihi crede, comes, terrestria quando
Mortales animas vivunt sortita, neque ulla est
Aut magno aut parvo leti fuga. Quo, bone, circa,
Dum licet, in rebus iucundis vive beatus,
Vive memor, quam sis aevi brevis." Haec ubi dicta
Agrestem pepulere, domo levis exsilit; inde
Ambo propositum peragunt iter, urbis aventes
Moenia nocturni subrepere. Iamque tenebat
Nox medium caeli spatium, quum ponit uterque
In locuplete domo vestigia, rubro ubi cocco
Tincta super lectos canderet vestis eburnos,
Multaque de magna superessent fercula cena,
Quae procul exstructis inerant hesterna canistris.

---

et ad rem adtentus, ut in hospitibus accipiendis largum se ac liberalem praeberet. — v. 84. *neque ille Sep. cic. n. l. inv. avenae*, ex structura verborum Graeca: *φθονεῖν τινί τινος*. — v. 87. *male tangentis*. Schol. Cruq.: vix et fastidiose contingentis. — Doer. *male* cum *superbo* iungit, ut sit: admodum superbo. Sed rectius adverbium cum verbo coniungi et construi solet. — v. 88. *pater ipse domus*, sc. iste ridiculus mus. — v. 93. *terrestria quando Mortales animas vivunt sortita*, i. e. quandoquidem animalia terrestria mortales animos habent. Lepide mus urbanus, proposita Epicureorum opinione, *animum cum homine mori et interire*, murem rusticum ad arripiendos iucundioris vitae fructus exhortatur. [*Doer.*] — v. 100. *nocturni*, tempore nocturno, ut apud Virg. Georg. III, 537.: *nocturnus lupus.* Hor. Epod. XVI, 51.: *vespertinus ursus.* — v. 102. De *cocco* (*Kermes, Schurlachbeere*) cf. LEX. HOR. sub h. v. — v. 103.

---

et tamen se largum circa hospitem esse cupiebat. [*Longae avenae*] quia *avenae* longus est culmus. [*Cupiens varia*] cupiens superbiam muris urbani repellere. [*Horna*] annotina, i. e. unius anni, unde et *hornotina.* [*Feris silvis*] desertis regionibus. [*Aut magno aut parvo*] aut diviti aut pauperi aut ignobili. [*Haec*] verba postquam ipsa sollicitarunt murem, ut domum suam desereret. [*Aventes*] gaudentes. [*Cum*] quo tempore. [*Superessent*] remanerent. [*Fercula*] sunt et pulpita, in quibus deorum simulacra tolluntur et vasa, quae pulmentariorum sunt et ponuntur in canistris, cum hiscum superfuerint. [*Procul*] *procul* est subtus; *prope*,

Ante Larem proprium vescor vernasque procaces
Pasco libatis dapibus! Prout cuique libido est,
Siccat inaequales calices conviva solutus
Legibus insanis, seu quis capit acria fortis
Pocula seu modicis uvescit laetius. Ergo
Sermo oritur non de villis domibusve alienis,
Nec, male necne Lepos saltet; sed, quod magis ad nos
Pertinet et nescire malum est, agitamus: utrumne
Divitiis homines an sint virtute beati;
Quidve ad amicitias, usus rectumne, trahat nos;
Et quae sit natura boni summumque quid eius.
Cervius haec inter vicinus garrit aniles
Ex re fabellas. Si quis nam laudat Arelli
Sollicitas ignarus opes, sic incipit: „Olim
Rusticus urbanum murem mus paupere fertur
Accepisse cavo, veterem vetus hospes amicum;
Asper et adtentus quaesitis, ut tamen arctum

Lamb. — v. 68. Bibit quisque, quantum libet sive multum sive parum; nemo cogitur a bibendi magistro calices aequales exhaurire, sed suo quisque arbitratu bibit. — De *legibus insanis* cf. Serm. II, 2, 123. Carm. Lib. I, 4, 18. — v. 72. *Lepos*, vid. Index sub hoc nom. — v. 75. *usus rectumne*, utilitasne an *rectum*, h. e. virtus. — v. 78. *Ex re*, vel ab nostro sermone haud abhorrentes vel (in universum) utiles. — v. 79. *sollicitas opes* ab effectu dicit, quia possessorem reddunt *sollicitum*, anxium. — v. 82. *Asper* etc. vitae asperae ac durae adsuetus; ita tamen parcus

licitudine sunt. [*Ante Larem*] aut ante domesticos aut ante Larem proprium. [*Libatis dapibus*] degustatis escis et deminutis. [*Siccat*] ebibit. [*Legibus insanis*] *insanas leges ἀρχιποσίαν* dicit. Nam qui ad legem bibunt, tantumdem bibunt. Ergo hic Horatius dicit, quod quantum volebat, tantum bibebat. [*Acria*] grandia. [*Humescit*] inebriatur. [*Lepos*] nomen opinatissimi saltatoris. [*Et nescire malum est*] hoc scire volumus, quia nescire crimen est; de hoc disputamus, quod ignorare non expedit. [*Quidve ad amicitias*] multi dicunt amicitias propter utilitatem accipi: multi utilitatem propter amicitias evenire. [*Et quae sit natura boni*] Epicurei voluptatem esse summum bonum, Stoici honestatem dicunt. [*Garrit*] narrat, explanat. [*Ex re*] pro commodo. I. e. non sine causa, sed ad exemplum rei propositae pertinentia. [*Arelli*] cuiusdam avari Ordo est: *Nam si quis Arelli laudat divitias, Cervius has fabulas de muribus contra infert.* [*Sollicitas*] quia nimius census sollicitos facit. [*Ignarus*] i. e. nesciens. Quia non divitiae faciunt beatitudinem, sed animus parvo contentus. Vult hoc loco ostendere, beatam vitam constare non divitiis, sed *αὐταρκείᾳ*. Negat autem Cicero *αὐτάρκειαν* uno verbo posse dici. *Αὐτάρκεια* est, inquit, quae parvo contenta omne respuit, quod redundat. [*Asper et intentus*] qui moderate utebatur adquisitis, ita parcus, ita tenax,

ut a cognata abstinebat; Pythagorei enim nullo animali aluntur, quos irridet hic. [*Nec male necne Lepos saltet*] *Lepos* nomen archimimi, qui eo, quod iucunde et molliter saltaret et eloqueretur, sic appellatus est.

Solveret hospitiis animum. Quid multa? neque ille
Sepositi ciceris nec longae invidit avenae,
Aridum et ore ferens acinum semesaque lardi
Frusta dedit, cupiens varia fastidia cena
Vincere tangentis male singula dente superbo:
Quum pater ipse domus palea porrectus in horna
Esset ador loliumque, dapis meliora relinquens.
Tandem urbanus ad hunc: „Quid te iuvat,“ inquit, „amice,
Praerupti nemoris patientem vivere dorso?
Vis tu homines urbemque feris praeponere silvis?
Carpe viam, mihi crede, comes, terrestria quando
Mortales animas vivunt sortita, neque ulla est
Aut magno aut parvo leti fuga. Quo, bone, circa,
Dum licet, in rebus iucundis vive beatus,
Vive memor, quam sis aevi brevis.“ Haec ubi dicta
Agrestem pepulere, domo levis exsilit; inde
Ambo propositum peragunt iter, urbis aventes
Moenia nocturni subrepere. Iamque tenebat
Nox medium caeli spatium, quum ponit uterque
In locuplete domo vestigia, rubro ubi cocco
Tincta super lectos canderet vestis eburnos,
Multaque de magna superessent fercula cena,
Quae procul exstructis inerant hesterna canistris.

et ad rem adtentus, ut in hospitibus accipiendis largum se ac liberalem praeberet. — v. 84. *neque ille Sep. cic. n. l. inv. avenae*, ex structura verborum Graeca: *φθονεῖν τινί τινος*. — v. 87. *male tangentis*. Schol. Cruq.: vix et fastidiose contingentis. — Doer. *male* cum *superbo* iungit, ut sit: admodum superbo. Sed rectius adverbium cum verbo coniungi et construi solet. — v. 88. *pater ipse domus*, sc. iste ridiculus mus. — v. 93. *terrestria quando Mortales animas vivunt sortita*, i. e. quandoquidem animalia terrestria mortales animos habent. Lepide mus urbanus, proposita Epicureorum opinione, *animum cum homine mori et interire*, murem rusticum ad arripiendos iucundioris vitae fructus exhortatur. [*Doer.*] — v. 100. *nocturni*, tempore nocturno, ut apud Virg. Georg. III, 537.: *nocturnus lupus*. Hor. Epod. XVI, 51.: *vespertinus ursus*. — v. 102. De *cocco* (*Kermes, Scharlachbeere*) cf. *Lex. Hor.* sub h. v. — v. 103.

et tamen se largum circa hospitem esse cupiebat. [*Longae avenae*] quia *avenae* longus est culmus. [*Cupiens varia*] cupiens superbiam muris-urbani repellere. [*Horna*] annotina, i. e. unius anni, unde et *hornotina*. [*Feris silvis*] desertis regionibus. [*Aut magno aut parvo*] aut diviti aut pauperi aut ignobili. [*Haec*] verba postquam ipsa sollicitarunt murem, ut domum suam desereret. [*Aventes*] gaudentes. [*Cum*] quo tempore. [*Superessent*] remanerent. [*Fercula*] sunt et pulpita, in quibus deorum simulacra tolluntur et vasa, quae pulmentariorum sunt et ponuntur in canistris, cum hiscum superfuerint. [*Procul*] *procul* est subtus; *prope*,

Ergo, ubi purpurea porrectum in veste locavit
Agrestem, veluti succinctus cursitat hospes
Continuatque dapes, nec non verniliter ipsis
Fungitur officiis, praelambens omne, quod affert.
Ille cubans gaudet mutata sorte bonisque
Rebus agit laetum convivam, quum subito ingens
Valvarum strepitus lectis excussit utrumque.
Currere per totum pavidi conclave, magisque
Exanimes trepidare, simul domus alta Molossis
Personuit canibus. Tum rusticus: „Haud mihi vita
Est opus hac, ait, et valeas: me silva cavusque
Tutus ab insidiis tenui solabitur ervo."

SATIRA VII.

ARGUM. *Notum est, Romanos diebus festis Saturnalibus servis concessisse libertatem, qua quaecunque in dominos dicere voluerint, iis liceret. Hisce diebus domini ipsi servis administrabant epulantibus. Inducit igitur Horatius in hac satira Davum, servum, de philosophiae principiis pariter ac sapientiae praeceptis (quae ab alio servo, Crispini ianitore, se accepisse ait) secum disputantem, hominum instabilem animum vehementer increpantem, nulli parcentem, ne domino quidem, cuius inconstantiam et vitia liberius perstringit. Eadem vero ratione, qua poeta semet ipsum ob propria vitia reprehendi patitur, aliorum mores depravatos acriter castigat. — Ceterum haec satira bene docet, poetam rem, quam tractandam sibi proposuerat, ad σκοπὸν feliciter perduxisse.*

Iamdudum ausculto, et cupiens tibi dicere servus
Pauca, reformido. Davusne? Ita. Davus, amicum
Mancipium domino et frugi, quod sit satis, hoc est,
Vt vitale putes. Age, libertate Decembri,
Quando ita maiores voluerunt, utere: narra.
Pars hominum vitiis gaudet constanter et urget
Propositum, pars multa natat, modo recta capessens,
Interdum pravis obnoxia. Saepe notatus
Cum tribus annellis, modo laeva Priscus inani,
Vixit inaequalis, clavum ut mutaret in horas;

v. 109. Bentl. ex duobus codd. *praelibans* edidit. Sed *praelambens*, quae lectio unice vera est, non solum propter codicum auctoritatem recte habet, sed etiam muri (non mari, ut falso legitur in notis, quas suae editioni addidit Iahn.) serviliter se gerenti cum maxime convenit.

———

canderet, splenderet, fulgeret. — v. 108. *Continuatq. dapes*, uno et perpetuo ordine dapes apponit, novas adsidue dapes apponit. — *verniliter — officiis*, ipsis, quibus vernae fungi solent, fungitur officiis; mures vernas non habent; poeta igitur nihil amplius quam sedulitatem, quam mus urbanus professus est, describere vult, dum exemplo ad rem declarandam aptissimo utitur. — *praelambens*, tanquam ex more vernarum dictum, qui, cibos dum apponunt, plerumque eos praelambunt. — v. 111. *agit laetum convivam*, nos: *spielt den froehlichen Gast;* nam a re scenica translatum est. — v. 114. *Molossis*, vid. supr. ad Epod. VI, 5. — v. 116. *cavusq.* caverna. — v. 117. *Tutus ab insidiis*, cf. supr. Carm. Lib. III, 4, 17. et Serm. Lib. II, 1, 42. — *solabitur*, cf. Virg. Georg. I, 159. — *Ervum*, hordei genus, Graecis ὄροβος. Francogallis: *Ers* vel *Erres*. Nobis: *Erve*.

v. 1-4. Finge tibi Horatium ad se vocasse servum suum Davum; — audit Davus, respondens: *Iamdudum ausculto*, aures ad vocem domini me vocantis arrigo; nam cupio pauca tibi referre, sed, quia servus sum, id facere reformido. Davusne, servus meus, pauca mihi dicere minatur? Sane ego Davus, servus tuus; nam ego dominum meum amo, et, quantum satis est, bonae frugis servus sum, ita quidem, (*ut vitale putes*) ut credere possis, me non ante diem moriturum esse. (*Ante diem* enim *mori* putabantur optimi quique et praestantissimi; Ovid. Amor. II, 6, 39.) Huiusce veteris opinionis ratio plane nulla indiget explicatione, cum quisque illius sensum perfacile intelligat. Quae tamen hîc adnotavimus, usque ad ultimum parentheseos signum leguntur apud *Doer*. — v. 6. *constanter*, aequabiliter. — *urget Propositum*, acriter et adsidue persequitur. — v. 7. *natat*, modo ad vitia propensa est, modo ad virtutes incumbit: incerta et instabilis est, non perstat in vitiis, sed modo vitia, modo virtutes sequitur. — v. 8. *notatus*, visus et culpatus. *Notari* vernacule dixeris: *auffallen*. — Quod annulos adtinet, conferatur Plin. XXXIII, 1 sqq. et *Kirchmann* de Annul. cap. 15 sqq. — *Priscus* hîc laudatus modo tres annulos, modo nullum laeva manu gerere solebat. — v. 10. *inaequalis, ut,*

———

iuxta positus. [*Continuat*] alternat, apponit. [*Vernaliter*] i. e. luxuriose, ab eo, quod servi, qui domi nascuntur, deliciosi sunt. [*Praelambens*] praegustans. [*Lectis excussit utrumque*] iucunde, *lectis excussit*, quasi deliciis inspiratis. [*Molossis*] i. e. canibus Cretensibus, a *Molossa*, civitate Cretae. [*Cavusq.*] foramen, ubi ante habitabat. [*Ervo*] *ervum* genus est leguminis.

ACR. [*Iamdudum ausculto*] hac satira libere pulsans domini vitia, quae celat et aliter, quam promiserat, vivit. Inducitur servus, sicuti in Comoedia, qui dicat se non posse ferre dominum, quia alia laudet et alia faciat. Ex persona sua Horatius aliena vitia carpit. Alias. Inducit servum loquentem cum domino de variis hominum moribus. [*Et frugi*] tam frugi est, ut optet eum dominus vivere. *Putes* autem pro velis. Item talis est servus, ut eum velis esse vitalem. Etenim qui nimii sunt in bonis, eos *vitales* esse non praedicamus. [*Age, libertate Decembri*] habeas licentiam et libertatem dicendi, quae velis, quia Saturnalibus libertas servis concedebatur et omnes exaequabantur, ut seculi aurei, quo Saturnus regnavit, esset imitatio. Decembri autem mense Saturnalia celebrabantur et imitatio fit conditionis. Nam et liberi ex servis et servi ex liberis fiunt. Ordo: *Age, utere libertate Decembri*. [*Pars hominum*] iam servi sunt verba, quae habet in vitiis stando et perseverando. [*Constanter*] pertinaciter. [*Et urget*] perdurat et perseverat in vitiis, incerti propositi est. [*Natat*] inconstans est. [*Recta*] absolute, neutro. [*Pravis*] vitiis, poenis. [*Notatus*] i. e. visus. [*Cum tribus annellis*] antea enim et certae dignitatis homines et singulis utebantur, ideo natus ex numero, quia tres. [*Vixit inaequalis*] dubius et mutabilis. [*Cla-*

POR. [*Iamdudum ausculto*] haec praelia longa habet. Loquitur enim cum servo Horatius. [*Vt vitale putes*] ideo hoc ait, quia ferme

Aedibus ex magnis subito se conderet, unde
Mundior exiret vix libertinus honeste:
Iam moechus Romae, iam mallet doctus Athenis
Vivere; Vertumnis, quotquot sunt, natus iniquis.
Scurra Volanerius, postquam illi iusta cheragra
Contudit articulos, qui pro se tolleret atque
Mitteret in phimum talos, mercede diurna

v. 13. Vulgo ex multis codd. scribunt *doctor*, cum Schol. Cruq. notaverit: *Dicitur Priscus oratoriam docuisse.* Sed, ut recte animadvertit ad hunc locum Iahn., nemo Romanorum docendi causa Athenas se contulit, quo se omnes discendi causa conferebant, qui studiis humanioribus, ut ita dicam, navabant. Ceterum nolumus iocari cum VV. DD. qui in suis editionibus *Priscum doctorem* exhibent. Sic nempe legunt Fea, Doer. — Nos cum Heindorfio dedimus: *doctus.*

---

vid. supr. Serm. 1, 1, 96.; *ita sordidus, ut* etc. — v. 10. *clavum*, modo angustum modo latum indutus. — v. 11. *se conderet, unde*, nempe in eum locum sive in eam domum, *unde*, ex qua etc. — *Aedibus ex magnis.* Schol. Cruq.: ut ex superba et ambitiosa domo migraret in humilem et talem, unde vix dignaretur egredi libertinus paulio liberalior; *honeste*, decenter. — v. 12. *Mundior*, elegantior. — v. 14. *Vertumnis — iniquis*, veteres eum, qui mobili esset ingenio, nunquam sibi constanter viveret, irato Vertumno natum dicebant. — *quotquot sunt.* Schol. Cruq.: Erat enim *Vertumnus* multiformis, positus in multis locis civitatis, et fere in omnibus municipiis Italiae consecrabantur simulacra, quibus essent ambigui vultus, qui pro habitus diversitate in diversas facies deorum vertebantur. — v. 15. Scurra Volanerius manu claudus aliquem mercede conduxerat, qui pro se talos et tolleret et mitteret in *phimum*, ad quod vocabulum fere haec leguntur apud Schol. Cruq.: in pyrgum seu fritillum, ex quo agitatae tesserae mittuntur in tabulam. Est autem *phimus* (φιμός) instrumentum ligneum stricti oris, ex quo coniiciuntur tesserae, ne possit falli is, qui cum altero ludit. — *merces diurna*, nos: *Taglohn.* — v. 19. *tanto levius miser ac prior ille*, nos haec verba ex Stoici, cui

---

vum ut mutaret in horas] quasi sui propositi gubernator. *Clavum* autem propositum vitae aut purpurae. [*Aedibus ex magnis subito se conderet*] de ambitiosa domo subito migrat in eam domum, in qua vix manere dignabatur pauper, i. e. in eo coenaculo, unde mundior exiret libertinus. [*Mundior*] pro mundus. [*Honestior*] i. e. paulo liberior. [*Iam*] modo. [*Doctus Athenis Vivere*] dicitur enim iste Priscus orator fuisse. [*Vertumnis*] i. e. quia omnia tentat et in illo perseverat. *Vertumnus* dictus, quia humanis mentibus praeest, a *vertendo*, hic quondam Romae colebatur. Alii deum Tiberis colunt, qui *verterit* eius alveum. Aliter. *Vertumnus* dicitur deus, qui praeest sensibus, ab eo, quod *vertat*, mutet cogitationes humanas. Scribitur itaque multiformis. Is autem dicitur *iniquo Vertumno* natus, qui nescit se regere. [*Quotquot sunt*] supple *Vertumni.*] Ideo dixit, quoniam iste deus positus erat in multis locis civitatis, fere enim omnibus municipiis Italiae consecrabantur eiusmodi simulacra, quibus ambigui vultus essent, prout dedissent eis habitum, ita in diversas facies numinum verterentur ac per hoc Priscus diis iratis natus. [*Iniquis*] iratis. [*Scurra*] urbanus. [*Iusta*] bene *iusta*, quae eius puniret insaniam, nequam enim fuit. [*Contudit*] propter metrum corripuit. [*Pyrgum*] tacitius moriuntur servi, qui frugi sunt. [*Mitteret in pyrgum*] *pyrgum*, quod nos *fritillum* dicimus, in quo coniectae tesserae agitataeque mittun-

Conductum pavit, quanto constantior idem
In vitiis, tanto levius miser ac prior ille,
Qui iam contento, iam laxo fune laborat.
Non dices hodie, quorsum haec tam putida tendant,
Furcifer? Ad te, inquam. Quo pacto, pessime? Laudas
Fortunam et mores antiquae plebis, et idem,
Si quis ad illa Deus subito te agat, usque recuses,
Aut quia non sentis, quod clamas, rectius esse,
Aut quia non firmus rectum defendis et haeres
Nequidquam coeno cupiens evellere plantam.
Romae rus optas, absentem rusticus Vrbem
Tollis ad astra levis. Si nusquam es forte vocatus

v. 19. *prior illo*, Fea, Doer. — *ille*, Heind. quem vide, Iahn. Bentl. et alii.

---

uterque stultus videtur, animo sic interpretamur: *desto weniger elend und besser auch jener.* Alii cum Fea legunt *illo* pro *ille*. Vid. Var. Lect. — v. 20. *Qui iam contento* etc. nos: *der bald zu streng, bald zu locker lebt.* — Virium *contentio* cum *fune contento*, virium *remissio* cum *fune laxo* comparatur. Ad hunc locum quodammodo spectat ille Carm. Lib. III, 10, 10. — v. 22. *Furcifer*, Terent. Andr. III, 5, 12.: *Tibi ut ego credam, furcifer?* ubi Donatus haec: „*Furciferi* dicebantur, qui ob leve delictum cogebantur a domino ignominiae magis quam supplicii causa circa vicinos *furcam* in collo *ferre*, subligatis ad eam manibus.“ Hinc infr. v. 66.: *Ibis sub furcam.* — v. 27. *Nequidquam coeno* (luto) *cupiens evellere plantam*, pedem. Translatio est ab iis, qui in luto ita alto ac profundo haerent, ut sese ex eo expedire aut evolvere nequeant. — v. 29. *Tollis ad astra levis*, Virg. Ecl. V, 51.: *Daphnimque tuum tollemus ad astra.* — *levis*, quod, quum ruri es, urbem laudas atq. sim. — *nusquam — vocatus — laudas securum olus*, non invitatus coenam rusticam et tenuem laudas, dicisque, nihil esse securius quam prandere

---

bulam, alii *fritillum* dicunt vel pyxidem sine fundo. [*Constantior*] pertinacior. Iste quanto pertinacior erat in suo proposito, tanto felicior illo, qui semper in diversa vertebatur. [*Levius*] minus. [*Acrior*] deterior. [*Qui iam*] *iam* hic *modo* intelligendum, *modo laxo*, *modo contento.* Vt: *Iamque eadem digitis iam pectine pulsat eburno.* [*Contento*] parco. [*Laxo*] luxurioso. [*Fune*] proposito vitae. Mire in metaphora permansit, superius *clavum* dixerat, qui enim discunt natare, funem solent primo tenere, ne mergantur. Sensus est: Quem instabilitas vitae huc et illuc quasi ligatum fune trahit. [*Non dices hodie*] verba Horatii. [*Quorsum haec tam putida*] rancida, inepta, odiosa. [*Ad te, inquam*] servus. [*Quo pacto*] Horatius. [*Laudas*] servus. [*Mores antiquae plebis*] i. e. antiquorum hominum vitam. Hic probat inconstantem esse Horatium. [*Vsque*] semper vel valde. [*Aut quia non sentis*] duas res intervenire, quibus instabilis sit. Aut quia non intelligit, quae adserat, aut quia non sit firmus ad ea tuenda, quae dicit. [*E coeno cupiens evellere plantam*] exire ex gurgite vitiorum. [*Rusticus*] quando ruri es. [*Levis*] inconstans. [*Laudas securum olus*] domesticam coetur. [*Quod clamas, rectius*] nam vides et non intelligis, vel quia in defendendo rectum, non es firmus. [*Romae rus optas*] et in epistolarum primo: *Romae Tibur amem, ventosus Tibure Romam.* [*Magno blate-*

Ad cenam, laudas securum olus ac, velut usquam
Vinctus eas, ita te felicem dicis amasque,
Quod nusquam tibi sit potandum. Iusserit ad se
Maecenas serum sub lumina prima venire
Convivam: „Nemon' oleum fert ocius? ecquis
Audit"? cum magno blateras clamore furisque.
Mulvius et scurrae, tibi non referenda precati,
Discedunt. „Etenim, fateor me," dixerit ille,
Duci ventre levem; nasum nidore supinor,

v. 30. Neque *usque* scribendum, neque *usquam* pro semper accipiendum est. *Vsquam* i. q. *irgend wohin*, ad ullam coenam. Sic Iahn. quem hîc sequimur. — 35. Scribe *furisque*. Sic Heind. Iahn. Doer. — *fugisque* Fea, minus bene. Horatium velociter domo exîsse vel adeo fugisse, sponte apparet; servus vero dominum in primis ob iram reprehendere vult, dum eum *furere* ait.

---

domi. — v. 30-31. *velut usquam Vinctus eas*, quasi, quo vocaris, eo constrictus vique coactus et invitus eas. — v. 32-42. Nexus et sensus: Sed vide, quam parum tibi in hac quoque re constes! Quodsi enim Maecenas te apud se coenare iusserit, alta statim voce servos convocas, res necessarias afferri iubes et celeri pede ad coenam properas. Id cum vident scurrae, nunc a te discedere iussi, te, licet vitium decoris verbis tegas, ut hominem, nequitia sibi haud cedentem, rident carpuntque. [*Doer.*] — v. 35. *blaterare*, i. e. stulte et cupide loqui. — v. 36. *Mulvius et scurrae*, et alii eiusdem generis scurrae, nos: *Mulvius und Consorten.* — v. 37. *Etenim* etc. refert hîc scurrae verba. — v. 38-39. *nasum nidore supinor*, pro, nasus mihi nidore supinatur. Fateor, me ciborum nidore moveri; nasus mihi excitatur nidoribus; sum imbecillus, infirmus, iners et ignavus, et, si tibi placet, popino. *Si quid vis*, *εἴ τι βούλει*, *adde*, potes

---

nam. Dicis nihil esse melius, quam prandere domi. [*Potandum*] epulandum. [*Iusserit*] deest ,tametsi'. [*Serum*] pro sero. [*Sub lumina prima*] ante, ut: *Sub lucem exportant calathis. Prima* autem *lumina* dicuntur initio noctis accensa. [*Nemon'*] verba domini, festinantis ad coenam, libere servus inducit. [*Cum magno blateras clamore*] latras, vociferas, clamas sine ratione. Vnde *balatrones*, quasi *blaterones*. *Blaterare* enim proprie est ,inepte clamare'. [*Fugis*] *μωρολογία*. Expressit velocitatem hominis festinantis ad coenam. [*Milvius*] Ordo: *Milvius et scurrae discedunt precati tibi*, quae repetita non debebant audiri. Cum iveris, inquit, ad Maecenatem, Milvius et ceteri parasiti tuti discedunt tristes, imprecantes tibi ea verba, quae non debes audire. Ideo autem imprecantur, quoniam dolent se privatos coena, patrono suo foris coenante, aut convivae sunt ab eo festinante derelicti aut clientes Maecenatis, quos Horatius pascere consueverat. [*Dixerit ille*] pro dixerat, quae Horatii verba sunt: Ille et Milvius possunt dicere vel Horatius hoc ait: Etenim fateor me risu dissolvi, si ille me avidi ventris dicat, qui est gulosior, quippe qui et meam appetat mensam. [*Duci ventre*] luxuriosum esse et duci escis pretiosis. [*Levem*] sagacem. [*Nasum nidore supinor*] *nidore supinatur nasum*, qui nimium delectatur et inclinatur odoribus pulmentariorum. *Supinor* autem quasi sequens odorem, ut solent facere, qui aliras clamore] *blateras*, latras vel *furis*, clamas. [*Dixerit ille*] hoc servus dicit sub Horatii persona. [*Duci ventre levem, nasum*] *nasum* pro derisione posuit. *Nidorem* pro risu, a quo verbum fit *renideo*. [*Supi-*

Imbecillus, iners, si quid vis, adde, popino;
Tu, quum sis, quod ego, et fortassis nequior, ultro
Insectere velut melior, verbisque decoris
Obvolvas vitium?" Quid, si me stultior ipso
Quingentis empto drachmis deprenderis? Aufer
Me vultu terrere; manum stomachumque teneto,
Dum, quae Crispini docuit me ianitor, edo.
Te coniux aliena capit, meretricula Davum:
Peccat uter nostrûm cruce dignius? Acris ubi me
Natura intendit, sub clara nuda lucerna
Quaecumque excepit turgentis verbera caudae,
Clunibus aut agitavit equum lasciva supinum,
Demittit neque famosum neque sollicitum, ne
Ditior aut formae melioris meiat eodem.

v. 48. *intendit* Fea, Heind. Iahn. Recte. Vid. infr. in notis. — *incendit* Doer. aliiq.

---

quoque addere, praeterea; Cicer. ad Attic. VII, 2.: *Tironem Patris aegrum reliqui, adolescentem, ut nosti, et adde, si quid vis, probum: nihil vidi melius.* — v. 40. *ultro Insectere*, sc. me; debesne me sine idonea causa insectari? — v. 42-45. Iam Davus, oratione, quam contra Horatium habuisse fingitur scurra, finita, in iis, quae liberius de domino dicere velle professus erat, pergere coepit. — v. 43. *Aufer Me vultu terrere*, ut nos dicere solemus: *weg mit der drohenden Miene.* — Intelligimus, Horatium iram vultu prodidisse servo nimis audacter balbutienti. — v. 44. *manum stomachumque teneto*, noli mihi irasci, neque manum, precor, mihi inferas, nam ego tantum relata refero. — v. 46. Iam rem veneream tractat variique generis amorem describit, dum herum s. dominum coniuges alienas sectari fingit, semet ipsum autem cum meretricibus rem habere dicit. Ironice igitur quaerit, uter *cruce*, i. e. poena, sit *dignior?* servus an herus? — v. 47. *Acris ubi me Natura intendit*, sive, ut alii legunt, *incendit*. Vtraque lectio bene habet, quamvis prior tanquam difficilior ac rarior secundum critices regulas praeferenda videatur; nam perfacile fieri poterat, ut librarius parum acutus verbo *intendit* interpretamenti causa adscriberet *incendit*, cuius quidem significatio notior est illa, qua *tentiginem* (vid. Serm. I, 2, 118.: *tentigine rumpi*) intelligimus. Venae nimirum *intenduntur* eius, qui libidinem suam cupit explere.

---

quid odorant. [*Popino*] amator popinarum. Hic *popino*, huius *popinis*. [*Tu cum sis, quod ego*] hoc ergo item servus libere satis, quia dictum est: *Age libertate Decembri.* [*Velut melior*] quasi abstinentior et magis integer. [*Deprenderis*] inveniris. [*Aufer*] desine. [*Dum quae Crispini*] de Crispino in primo iocatur: *Ne me Crispini scrinia lippi compilasse putes.* [*Turgentis verbera caudae*] i. e. virilis membri pulsationes. [*Clunibus*] suis. Supple, dum ipsa iacet et ego supra eam sum; *equum* appellavit membrum virile ab eo, quod supra illud sedet. Ideo permansit in metaphora dicendo *agitavit*, i. e. quassavit. [*Supinum*] quia mulier adscendit supra marem. [*Demittit*] h. e. demittit me meretrix, h. e. exeo de cella meretricis neque mala laborans fama neque sollicitus, ne alter me aut formosior aut ditior capiat amicam meam. [*Sollicitum*] timentem. [*Tu cum proiectis insignibus*] invehitur in equitem Romanum sive in

Tu, quum proiectis insignibus, annulo equestri
Romanoque habitu, prodis ex iudice Dama
Turpis, odoratum caput obscurante lacerna,
Non es, quod simulas? Metuens induceris atque
Altercante libidinibus tremis ossa pavore.
Quid refert, uri virgis, ferroque necari
Auctoratus eas, an turpi clausus in arca,
Quo te demisit peccati conscia herilis,
Contractum genibus tangas caput? Estne marito
Matronae peccantis in ambo iusta potestas?
In corruptorem vel iustior? Illa tamen se

— v. 53. *Tu, quum proiectis insignibus*, tu, quum posita equitis Romani aut iudicis persona, proiectis ornamentis equestribus, posito angusto clavo, quo utebantur equites ab Augusto recepti in iudicum numerum, posito annulo, cultum ac vestitum sumis servilem. Pertinent autem haec non tam ad Horatium, quam potius ad omnes dominos nobiles pariter atque honestos. — v. 55. *lacerna*, pallium fimbriatum, quo olim soli milites utebantur. — v. 57. *Altercante*, hinc te impellit libido ad flagitium, illinc revocat poenae metus. Ita pugnat metus cum cupiditate et libidine. — v. 58. *Quid refert* etc. Quid interest, inquit, utrum eas obligatus pacto gladiatorio, quod erat huiusmodi: *uri flammis, secari virgis, ferro necari*, an turpi clausus in arca, quid interest inter gladiatorem et adulterum? [*Lamb.*] — v. 60. *conscia peccati herilis*, ancilla, ut supr. Serm. I, 2, 130. — v. 63. *In corruptorem vel iustior.* Primis temporibus ex iure civi Romano licebat *adulterum* in adulterio deprehensum occidere; eademque potestas in adulteram coniugem marito erat, quamquam in *adulterum* semper iustior. Sed in *lege Iulia de adulteriis* poenae modus praescriptus simulque constitutum est, ut de huiusmodi criminibus ad iudices referrent. — Ceterum matrona adultera minus peccat, quam adulter; illa enim ne-

Horatium, qui deposito habitu, ne cognoscatur, exit de adulterio, obtecto capite, ne quis illum videat. [*Annulo equestri*] non licebat equitibus Romanis annulis uti, nisi a praetoribus donati fuissent. *Annulo* ergo equestri, quem quasi eques bonus a praetore meruisti. [*Ex iudice*] ex electo viro, quia iudices eligebantur, Dama autem servile nomen est, ut hic: *Dama non tressis agaso.* [*Obscurante*] tegente scilicet, ne possis agnosci. [*Induceris*] scilicet in domum adulterae. [*Altercante*] repugnante, i. e. in te simul et timor et libido repugnant, dum et cupis et times adulterium committere. [*Quid refert*] i. e. nihil interest inter gladiatorem et adulterum. Nam gladiatores ita se vendunt et cautiones faciunt: uri flammis, virgis secari, ferro necari. Alias. Inter gladiatorem moechumque nihil interest. Et haec verba sunt verba eorum, qui gladiatores emunt, conditiones proponentium, quibus se vendunt; cautiones enim huiusmodi faciebant: *Vri flammis, virgis secari, ferro necari.* [*Auctoratus*] addictus, condemnatus, qui se vendunt ludo, *auctorati* vocantur. *Auctoratio* enim dicitur venditio gladiatorum. [*An turpi clausus in arca*] i. e. an in adulterio comprehensus claudaris in arca ab ancilla, quae conscia est adulterii dominae suae, ne te maritus inveniat. [*Peccati conscia herilis*] ancilla pro ea, cum qua adulterium commisisti aut ancilla heri. [*Contractum*] propter angustias arcae. Describit in angusta arca inclusum. [*In ambos*] in adulterum et adulteram. [*Iusta potestas*] apud Athenienses lex fuit, ut adulte-

nor] fastidio. [*Quid refert, uri virgis*] hoc ius in gladiatorem est con-

Non habitu mutatve loco peccatve superne,
Quum te formidet mulier neque credat amanti.
Ibis sub furcam prudens, dominoque furenti
Committes rem omnem et vitam et cum corpore famam.
Evasti? credo, metues doctusque cavebis:
Quaeres, quando iterum paveas, iterumque perire
Possis, o toties servus! quae bellua ruptis
Quum semel effugit, reddit se prava catenis?
„Non sum moechus,“ ais; neque ego, hercule, fur, ubi vasa
Praetereo sapiens argentea. Tolle periclum,
Iam vaga prosiliet frenis natura remotis.
Tune mihi dominus, rerum imperiis hominumque
Tot tantisque minor, quem ter vindicta quaterque
Imposita haud umquam misera formidine privet?

que *habitum*, vestes, neque *locum mutat*, i. e. domo non exit, neque *peccat superne*, sed muliebri patientia succumbit patranti superne adultero. — v. 65. *Quum te formidet* etc. te usque horrens non credit tuo amori. Apparet, servum hisce imbecillitatem muliebrem excusare voluisse, quo maius existeret adulteri peccatum. — v. 66. *Ibis sub furcam*, minatur poenam, qua servi haud raro puniri soliti erant, cf. supr. ad v. 22. Metaphorice loquitur et vult dicere: dum matronas sectaris, (*prudens*) sciens volensque servi, servilibus poenis obnoxii, personam indues. — v. 70. Ostendit, amantes et libidinosos helluis esse incautiores et inconsideratiores, quum hae fere nunquam, posteaquam e laqueis effugerunt, iterum capiantur, illi autem vitato periculo, iterum atque iterum in idem genus fraudis incurrant. — v. 73. *Tolle periclum*, si nullum sit periculum, tum natura ad vitium proclivis et praeceps sese ad quodvis facinus audendum effrenata effundet. [*Lamb.*] — v. 76. *vindicta.* Schol. Cruq.: *vindicta*, virga praetoris, qua percutiebantur servi, dum liberi fiebant, manumittebanturque capiti imposita; tribus namque rebus fit manumissio: Vindicta, Censu, Testamento. — v. 77. *misera formido* est servilis humi-

rum cum adultera comprehensum marito liceret occidere. Haec lex abolita est lege Iulia, quae iussit cognitionem adulterii ad iudices referri et ita puniendum esse. [*Non habitu mutatve loco*] quoniam potest veniam sperare. [*Superne*] manifeste. [*Cum te formidet*] cum ad te non veniat et refugiat. [*Sub furcam*] in servitutem. [*Prudens*] et *metuens* legitur et *prudens* sub eadem significatione. [*Dominoque furenti*] dabis illi omne patrimonium tuum pro adulterio. [*Evasti*] pro evasisti. [*Credo, metues*] *εἰρωνεία* est, i. e. non cavebis, ne iterum incidas in adulterium, i. e. cum evaseris ex adulterio, quaeres te in adulterium immittere, ut comprehensus incipias poenas timere et ultro ipse appetas mortem? [*Non sum moechus, ais*] putas te moechum non esse, si non palam in feminas irruis et ego argentum, quod palam furari non possum, praetereo, sed occulte fur sum, ut tu adulter. Hoc vult dicere, quia interdum non committimus scelus, quia timemus poenam, non quasi boni homines. Ergo et ille moechus aut fur iudicandus est, qui cum habeat cupiditatem committendi adulterii sive furti, timore poenae se abstineat. [*Periclum*] poenam, quam metuit unusquisque. [*Tot tantisq. mi-*

stitutum. [*Peccatve superne*] quia superior peccat. [*Non sum moechus, ais*] Hic sensus est: Non est moechus magis quam ego fur, quia ut fur

Adde super dictis, quod non levius valeat: nam,
Sive vicarius est, qui servo paret — uti mos
Vester ait — seu conservus: tibi quid sum ego? nempe
Tu, mihi qui imperitas, aliis servis miser atque
Duceris, ut nervis alienis mobile lignum.
Quisnam igitur liber? Sapiens, sibi qui imperiosus,
Quem neque pauperies neque mors neque vincula terrent,
Responsare cupidinibus, contemnere honores
Fortis, et in se ipso totus, teres atque rotundus,
Externi ne quid valeat per leve morari,
In quem manca ruit semper Fortuna. Potesne

v. 82, *mobile signum* ex coniectura et argutiis Dousa, Marzilius, Bentl. San. propterea sane, quod sensum verborum neglexere. — *mobile lignum* lectio unice vera.

lisque sentiendi ratio. — *privet*, liberet, qua significatione hoc verbum saepius adhibetur. — v. 78. Nunc subiunge iis, quae supra dixi, quod haud minus valere puto: nam sive is, qui alius servi, cui paret, vices obit, *vicarius*, ut vos domini eum appellare soletis, sive *conservus* (alterius in servitio sodalis) est, quid ego tibi sum? Tu scilicet, qui mihi imperitas, aliis servis *atque duceris*, te regi pateris, *ut nervis alienis mobile lignum*, mobilis ex ligno facta figura, nos: *Marionette*. Eiusmodi figuras, *νευρόσπαστα*, lucri faciendi causa circumferebant et conspicienda expediebant homines, qui apud Graecos dicuntur *νευροσπάσται*. — *sibi qui imperiosus*, qui affectibus suis temperare potest, nam *ἡ ἐγκράτεια καλόν τε κἀγαθὸν ἀνδρὶ κτῆμά ἐστιν*, ut Xenophon dicit in Memorab. I, 5, 1.— v. 85. *Responsare*, resistere, nos: *trotzen*. — v. 86. *in se ipso totus*, *ὅς ἐστιν πᾶς ἐν ἑαυτῷ*, *omnia sua in se reposuit*, *nihil quidquam suum nisi se putat*, *omnia sua in se collegit*, ut Seneca saepius dixit. — *teres atque rotundus*, *rund und kuglich*, cui nihil adhaerere potest. — v. 87. *Externi* etc. *τὰ τῶν ἐκτός*, fortunae bona. Globulo nempe rotundo ac levigato plane nihil adhaerere potest. — v. 88. *In quem manca ruit semper Fortuna*, quem Fortuna nunquam de statu suo depellere potest; frustra impetum tentans in virum sapientem, qui scit aequam rebus in arduis servare mentem, non secus in bonis. — v. 88. *Potesne Ex his ut propr. quid noscere?* aliquid agnoscere, quod tibi proprium sit? — *Quinque talenta*, cf. Serm. I, 2, 120. ubi fortasse haud minus mulier poscebat. — v. 92. *non quis*, nequis, non potes. — v. 93. *dominus*, i. e. cupiditas s. libido. — v. 94. *acres Subiectat lasso stimulos*. Translatum ab equis, quos cursu iam defessos equites interdum calcaribus fodere et sic ad currendum incitare solent. — *versatq. negantem*, repugnantem percutit, commovet, vincit. — v. 95. Sensus: Quomodo tu, insane, cum in contemplatione tabellae Pausiacae stupore torpes, minus peccas, quam ego, cum nobilium gladiatorum statum vel gradum et proelia, rubrica aut carbone picta, miror? — *Pausiaca tabella*, cf. INDEX sub nom. *Pausias, Pausiacus*.— v. 98. *Proelia picta*, Plin. XXXV, 33.: *Pingi autem gladiatoria munera atque in publico exponi coepta a C. Terentio Lucano. Is avo suo — triginta paria in foro per triduum dedit, tabulamque pictam in nemore Dianae posuit*. — v. 100-101. *Nequam et cessator* etc. Si tabulis mirandis tempus impendo, vocor ego homo *nequam* et *cessator*, ultra tempus constitutum cessans, constituto temporis momento domum non rediens: *at ipse Subtilis — et callidus*, nos: *Du aber heisst ein feiner Kenner und Richter der Kunst*. — v. 102. *Nil ego*. Ego contra, si *libi*

nor] cum sis me peior in vitiis. [*Vindicta*] virga, qua percutiebantur servi, dum liberi fiebant. Vel virga, quae ante imponebatur super caput eorum, qui manumittebantur. Tribus namque rebus manumissio fit: vindicta, censu, testamento. [*Sive vicarius*] est servus, qui servo paret. Vel *vicarius* est conservus, qui eius fungatur officio. Soletis vos, inquit, ingenui disputare, utrum servus servi vicarius dicendus sit an conservus. Ergo cum tu dominus meus aliis servias, i. e. vitiis et voluptatibus, ego tuus conservus sum an vicarius? [*Nempe*] interrogative. Collectonibus probat, Horatium non esse dominum, quia ipse serviat vitiis. Ergo vel conservus vel vicarius. [*Duceris ut nervis*] i. e. traheris alia potestate ita, sicut solet trahi alienis viribus lignum mobile. Ludus est quidam, plerumque enim simulacra de ligno facta nervis moventur. [*Quisnam*] id dicit Horatius. [*Sapiens*] servus. [*Responsare*] resistere, contradicere. [*Totus teres*] aequalis, constans in se. *Teretes* dicuntur, qui ab alio non quaerunt, quid faciendum sit, sed ipsi per se inveniunt. [*Externi ne quid valeat*] illecebrae et blandimenta non blandiuntur nobis. [*Per leve morari*] metaphora a levi ligno sive marmore, cui si quid imponas, haerere non potest, sed labitur: ita et philosophum si tetigerint vitia, haerere non possunt, sed labuntur et cadunt ab eo. [*In quem manca*] i. e. quem circumagit et retorquet in vitium. [*Potesne*] non potes te dicere liberum esse, qui servis libidini. [*Ex his*] quae dixi habere sapientem. [*Gelida*] supple *aqua*. [*Eripe turpi colla iugo*] nam servus es mulieris propter amorem. [*Non quis*] non vales. [*Torpes*] obstupescis. [*Contento poplite*] quoniam gladiator dum dimicat, extendit suum poplitem aut quia dum adtentus aliquid spectat, erigit se et extendit poplitem suum. Si, inquit, pictura fuero forsitan delectatus et moras fecero, statim stomachatur dominus. [*Velut si Re vera*] laus picturae, i. e. ita bene pictos, ut credas illos dimicare. [*Nequam et cessator*] ego, si intueor picturam, *nequam* audio; tu vero e contrario laudaris, quasi bene sciens iudicare, qui melior sit pictor. Ita ostendit, interdum quoddam vitium liberis quidem laudem, servis vero culpam afferre. Quoniam illos, qui plus possunt, nemo audet

Ex his ut proprium quid noscere? Quinque talenta
Poscit te mulier, vexat, foribusque repulsum
Perfundit gelida, rursus vocat: eripe turpi
Colla iugo: „Liber, liber sum,“ dic age! Non quis:
Vrget enim dominus mentem non lenis, et acres
Subiectat lasso stimulos versatque negantem.
Vel quum Pausiaca torpes, insane, tabella,
Quî peccas minus atque ego, quum Fulvî Rutubaeque
Aut Placideiani contento poplite miror
Proelia rubrica picta aut carbone, velut si
Re vera pugnent, feriant, vitentque moventes
Arma viri? Nequam et cessator Davus; at ipse
Subtilis veterum iudex et callidus audis.
Nil ego, si ducor libo fumante; tibi ingens

non sim, metu, non voluntate, cogor. [*Vel cum Pausiaca*] *Pausias* hic pictor nobilis fuit. [*Fulvî Rutubaeq. Aut Placideiani*] optimi gladiatores fuerunt. [*Nil ego, si ducor*] Sensus est: Ego nihili ducor, i. e. nul-

Virtus atque animus cenis responsat opimis?
Obsequium ventris mihi perniciosius est cur?
Tergo plector enim. Quî tu impunitior illa,
Quae parvo sumi nequeunt, obsonia captas?
Nempe inamarescunt epulae sine fine petitae,
Illusique pedes vitiosum ferre recusant
Corpus. An hic peccat, sub noctem qui puer uvam
Furtiva mutat strigili? qui praedia vendit,
Nil servile gulae parens habet? Adde, quod idem
Non horam tecum esse potes, non otia recte
Ponere, teque ipsum vitas fugitivus et erro,

v. 113. *et erro* Heind. Iahn. Doer. — *et erras* Fea, qui hanc unice veram lectionem vocat. Sed vid. schol. Acr. et Por. qui lectionem *erro* distinctis verbis interpretantur. Ceterum h. l. codices audiendi sunt, quorum plurimi et optimi habent: *erro*, ut etiam ex Lectionis Varietate, quam Fea textui subiecit, satis dilucide intelligitur.

---

nidore s. vapore ducor, statim homo nihill sum; *tibi ingens* etc. Tu autem tanta virtute ac temperantia praeditus es, ut coenas lautiores et sumptuosiores contemnere queas. En acerbissimam ironiam! — v. 105. *Tergo plector*, vapulo. — Quid? tum impunius illa obsonia consectaris et concupiscis, quae magno constant? — Non ita est, h. e. non minus est tibi impunita ista victus intemperantia ac luxuria, quam mihi mea edacitas. — v. 108. *Illusique pedes*, propterea quod ventriculus cruditate laborans suo munere fungi non potest, quo fit, ut corpus non alatur, debilitentur pedes et reliquae corporis partes. — v. 109. *An hic peccat*. Verborum ordo: *An hic peccat, sub noctem qui puer uvam furtiva mutat strigili, nihil is, qui praedia vendit gulae parens, servile habet?* Demus, *puerum*, servum, qui *furtiva strigili uvam mutat*, emit, peccare; quanto gravius peccat is, qui praedia sua vendit eorumque pretium in coemenda obsonia et in coenas apparandas insumit ac profundit? — v. 110. *strigilis, στλεγγίς*. Schol. Cruq.: instrumentum est aeneum, quo sudorem solent in baineis homines detergere deradereque. — v. 112. *tecum esse.* ‚Secum esse', i. e. reputare secum, sibi vivere. — *non otia recte Ponere*, nulla in re seria atque honesta otium tuum ponere potes. — v. 113. Servos *errones* et *fugitivos* distinguunt iurisconsulti, quod hi ita fugiunt a

---

coarguere. [*Nil ego, si ducor*] i. e. nullius momenti, i. e. omnes me dicunt nihil esse. Aliter. Me si delectaverit bonus cibus, audio nihil, i. e. abiectus, nullius momenti, quasi luxuriae deditus. [*Impunitior*] i. e. non solvens poenas ac per hoc, tu magis pendis poenas luxuriae, quam ego, nam ego vapulo, tibi autem multo cibo et cruditatibus vexatur corpus. [*Furtiva mutavit strigili*] εἰρωνικῶς dicit, i. e. servus, qui strigilem furatur et mutat in uvam, ut comedat, crimine luxuriae notatur. Liber vero, qui patrimonium suum luxuriae impendit, non servit gulae suae ac per hoc modo magis liber luxuriosus, dum duceris voluptatibus. *Strigil* est instrumentum aeneum, quo sudorem in balneis solent homines tergere hodieque in capsariis multae sunt strigiles Romae. [*Ponere*] ordinare, constituere tibi. Nam male conscii sibi volunt se ipsos declinare nomine. [*Erro*] errore plenus. *Errones* dicuntur, qui inopes sunt consilii. Hic

lius pretii, si libum appeto. [*Obsequium ventris mihi*] percontative legendum, ut supra: *Responsare cupidinibus.*

Iam vino quaerens, iam somno fallere curam;
Frustra: nam comes atra premit sequiturque fugacem.
Vnde mihi lapidem? Quorsum est opus? Vnde sagittas?
Aut insanit homo aut versus facit. Ocius hinc te
Ni rapis, accedes opera agro nona Sabino.

SATIRA VIII.

ARGUM. *Haec satira acerbam continet ironiam, qua poeta in Nasidienum quemdam, humili loco natum, sed divitem caeca fortasse fortuna factum, invehitur. Nasidienus nempe, ut videtur, in Maecenatis honorem splendidum apparaverat convivium, ad quod ipse (Maecenas) non sine aliis pluribus invitabatur. Inducit igitur Horatius Fundanium, amicum, sibi de isto convivio iocose pariter ac facete narrantem, ita nimirum, ut neminem esse Nasidieno magis ridiculum perbene appareat lectori Romano.*

Vt Nasidieni iuvit te cena beati?
Nam mihi quaerenti convivam dictus here illic

v. 1. *Vt Nasidieni* edidere Bentl. Torr. Heind. Iahn. Doer., ut *Nasidieni* διὰ συναιρέσεως duarum vocalium, ut scrib. Schol. Cruq. ad II, 3, 245., *Nasidjeni* legatur. — Fea edidit: *Nasidieni quî.* Melius edidisset: *Quî Nasidieni*, ut putat Iahn.

---

dominis, ut non habeant in animo ad eos unquam reverti, *errones* eo consilio fugiunt, ut aliquando revertantur. Ita distinguunt iuris periti, non Horatius, qui hisce vocabulis translate utitur. — v. 115. Sententia, quam hîc exprimit, aliis locis pluribus redit, v. c. supr. Carm. Lib. III, 1, 40. etc. — v. 116-118. *Vnde mihi lapidem*, sc. sumam. Haec dicit Horatius servo minitans, qui tamen haud reformidat respondere: *Quorsum est opus?* Horatius pergit: *Vnde sagittas*, sc. promam. Nihilominus servus audaciam auget, inquiens: *Aut insanit homo aut versus facit.* Nunc vero Horatius maxime iratus exclamat: *Ocius hinc te Ni rapis*, ἄπαγε ὡς τάχιστα, quod ni feceris, *accedes opera agro nona Sabino*, mittam te in agrum Sabinum, ut nonus accedas ad servos octo operarios, qui in opere rustico faciendo versantur.

---

v. 1. *beati*, divitis, opulenti. — v. 2. *dictus*, sc. es. — *here*, heri, utraque forma in usu est, cf. Quintil. I, 7, 22. — *illic*, cf. Acr. schol.

---


erro, sicut *popino* vel *ganeo*. [*Non es tecum*] h. e. non es sanus. [*Curam*] malam conscientiam aut curam, quam habemus ex mala conscientia, quae exhortantur ad edendum, nam ita vellicant stomachum ad appetitum, i. e. ad edendum. [*Vnde mihi lapidem*] Horatius iratus Davi iniuriis ac per hoc ostendit, omnes irasci, si quis illorum vitia convincat. [*Aut insanit homo*] servus. [*Ocius hinc te*] Horatius. [*Accedes opera agro nona Sabino*] quasi octo servos Horatius misit in ergastula agri Sabini.

ACR. [*Vt Nasidieni*] Nasidienus, eques Romanus, in aliis elegans, in muneratione autem lanticiarum suarum putidus. Quaerit nunc a Fundanio suo poeta, quemadmodum eum Nasidieni iuverit coena. Quae praecepta coenae dedisset, superius Catius demonstravit et tum quidem sine nomine. Iam hoc ex sequentibus apparet, quod idem Nasidienus Epicu-

POR. [*Vt Nasidieni*] hanc ad Fundanium scribit eclogam. [*Leni*

De medio potare die. Sic, ut mihi numquam
In vita fuerit melius. Da, si grave non est,
Quae prima iratum ventrem placaverit esca.
In primis Lucanus aper; leni fuit Austro
Captus, ut aiebat cenae pater; acria circum
Rapula, lactucae, radices, qualia lassum
Pervellunt stomachum, siser, allec, faecula Coa.
His ubi sublatis, puer alte cinctus acernam
Gausape purpureo mensam pertersit, et alter
Sublegit, quodcumque iaceret inutile quodque
Posset cenantes offendere; ut Attica virgo
Cum sacris Cereris procedit fuscus Hydaspes,
Caecuba vina ferens, Alcon Chium maris expers.
Hic herus: „Albanum, Maecenas, sive Falernum

— v. 3. *De medio potare die*, ex more gulosorum. Res nota. — v. 6. *leni Austro*, hoc nempe vento leniter flante carnes efficiuntur teneriores. — v. 7. *coenae pater*, Nasidienus, infra *parochus* ironice dictus, homo propriae laudis plenus, proptereaque convivis satis superque ridiculus. — v. 8. *Rapula*, cf. ad Serm. II, 2, 43. — *lactucae*, cf. ad Serm. II, 2, 59. — *radices*, *ῥάφανοι*, *Rettich*. — v. 9. *siser*, *σίσαρον*, *Sium sisarum* Linn. nobis: *Zuckerwurzel*. — *allec*, *faecula*, cf. ad Serm. II, 4, 73. — *acernam*. Schol. Cruq.: Et hoc notat Nasidieni sorditiem, quod pro divitiis non habuerit mensam citream aut vermiculatam. — v. 11. *Gausape*, linteum ab altera parte villosum. Vid. *Boettig*. Sabin. Tom. II. p. 102. — v. 12. *Sublegit*, *ἀνελέξατο*. Hic servus *analecta* appellabatur. — v. 13. *ut Attica virgo*. Schol. Cruq.: sacerdos Cereris. Illas vult, quas Tullius in Verrinis *canephoras* ait, quae sacra Cereris sublatis supra caput manibus in sportulis portare solebant. Ridet nimiam pompam in tenui apparatu. — v. 14. *fuscus Hydaspes*, servi ex India nomen. — v. 15. *Alcon*, alter puer Chium ferens. — v. 15-16. *Caecuba vina*, *Albanum sive Falernum*, cf. Strab. V, 7. — *maris expers*, sine aqua marina. — v. 17. *magis appositis*, sc. vinis; vina igitur viliora Nasidienus apposuisse videtur, quaerens ex Maecenate, num fortasse sorte meliore se beare velit? Quapropter Horatius ironice subiungit *Divitias miseras*, nos: *trauriger Reichthum*, eius nempe, qui pariter divitem ac rei adtentum se prodit sive quem *divitiae miserum* plane efficiunt. — v. 19. *nosse laboro*, scire cupio. — v. 20-23. Iam Fundanius describit ordinem, quo quisque mensae accubuerit. Tres lecti, ut satis constat, ad mensam collocabantur, unde locus, ubi coenabatur, nomen accepit *triclinium*, in unoquoque lecto tres, ad summum quatuor discumbebant; primus lectus *summus*, secundus *medius*, tertius *imus* vocabatur; unum mensae latus cibis per servos subministrandis vacuum relinquebatur. *Heindorfius* cum *Wielandio* Salmasium, quem nos quoque sequimur, secuti sunt, qui ita Nasidieni convivas collocavit:



Maecenatem *locum consularem*, i. e. *imum* s. tertium *medii* lecti, tenuisse, per se intelligendum est. [Aliter *Doer.*, qui quum locum medium pro summo haberet, Fundanium et Maecenatem medios esse voluit lecti summi et medii. Verumtamen ex Horatii verbis facile patet, Fundanium

reus. [*Vt*] quomodo, qualiter. [*Iuvit*] delectavit. [*Here*] pro *heri*. [*Illic*] apud Nasidienum. [*Iratum*] esurientem, famelicum. [*Fuit*] deest *qui*. [*Austro*] species pro genere. [*Pervellunt*] cum quadam delectatione pungunt, suscitant. [*Gausape*] mappa villosa. [*Iaceret*] remaneret. [*Offendere*] laedere oculos, horrorem facere, fastidium movere. [*Vt Attica virgo*] quae solet in capite sacra portare. [*Maris expers*] in quo aqua marina non mittitur, i. e. sine marina aqua. In Graecia enim solet vino aqua marina misceri, ut non facile corrumpatur. *Expers* ergo, sine marina aqua sive quod marina aqua ducat per mare, dum transfertur. Ergo *expers*, quod per terram, non per mare advectum est. [*Hic herus*] his apparatis ait Nasidienus. [*Miseras*] magnas aut sollicitas et deest habeas. [*Summus ego*] princeps in summa parte lecti et subaudiendum est *eram* vel *fui*. [*Thurinus*] de *Thurio*, oppido Calabriae, sive de Thuriis, nam et hoc *Thurium* per omnes casus singulares declinaverunt veteres

fuit Austro] hoc ideo, quia affirmant lassam carnem apri, i. e. irrequietam meliorem esse. [*Rapula*] neutro genere et deminutive dixit pro *rapa*. [*Vt Attica virgo*] illas dicit, quas Tullius in Verrinis *κανηφόρους* ait. [*Fuscus Hydaspes*] *Fuscus* colore. [*Alcon Chium maris expers*] quia in Chium vinum marina non additur. Inde institutum tradit Varro, ut Delphini circa Liberum pingerentur. [*Nosse laboro*] *nosse* pro scire. [*Vibidius*, *quos Maecenas adduxerat umbras*] *quos* potest referri ad

Te magis appositis delectat, habemus utrumque."
Divitias miseras! Sed quis cenantibus una,
Fundani, pulchre fuerit tibi, nosse laboro.
Summus ego et prope me Viscus Thurinus et infra,
Si memini, Varius; cum Servilio Balatrone
Vibidius, quas Maecenas adduxerat umbras.
Nomentanus erat super ipsum, Porcius infra,

Ridiculus totas simul absorbere placentas,
Nomentanus ad hoc, qui, si quid forte lateret,
Indice monstraret digito: nam cetera turba,
Nos, inquam, cenamus aves, conchylia, pisces,
Longe dissimilem noto celantia succum;
Vt vel continuo patuit, quum passeris atque
Ingustata mihi porrexerat ilia rhombi.
Post hoc me docuit, melimela rubere minorem
Ad Lunam delecta; quid hoc intersit, ab ipso
Audieris melius. Tum Vibidius Balatroni:
„Nos, nisi damnose bibimus, moriemur inulti,“

---

in enumerandis convivis a sinistra ad dextram procedere, ideoque quum se ipsum *summum* fuisse dicit, non locum medium primi lecti, sed *summum* locum eius lecti se tenuisse indicat. Vid. *Arndt* in Analect. Horat. pag. 22.] — Convivarum ordo hic est: 1) *Fundanius*, relator. — 2) *Viscus Thurinus*, vid. Acr. schol. — 3) *Varius*, poeta, amicus Virgilii, qui ei et *Plotio* Aeneiden edendam tradidit. — 4) *Servilius Balatro*, Maecenatis umbra. — 5) *Vibidius*, Maecenatis umbra. Vtramque Maecenatis umbram (Balatronem et Vibidium) *Wielandius* vocat „*Gesellschafts-Cavaliers.*“ — 6) *Maecenas*, in cuius honorem convivium paratum erat. — 7) *Nomentanus*, homo decumanus, insignis obsoniorum artifex, iudex et helluo, quem poeta saepius commemorat. Hic in convivio nomenclatoris partes agit. — 8) *Nasidienus*, coenae pater. — 9) *Porcius*, publicanus. Hic erat fortasse Nasidieni parasita. — De loco consulari distincte Plutarch. Quaest. Conv. I, 3.: „*ὁ τῆς μέσης κλίνης τελευταῖος*“ et infra: „*καὶ χεῖρα καὶ φωνὴν ὑπερδέξιον ἔχων καὶ ἀκώλυτον.*“ Hospiti autem ille adsignat eum locum potissimum, qui prope sit locum consularem: „*ἡ τρίτη (κλίνη) καὶ ταύτης ὁ πρῶτος τόπος μάλιστα τοῦ ἑστιῶντός ἐστιν.*“ — v. 25. Nomentanus ad hoc fuerat a Nasidieno vocatus, ut, si quid esset obsonii lautioris, quod aliis obscurum atque incognitum esset, digito indicaret. — v. 26. *nam cetera turba*, i. e. *Nos* (excepto Maecenate) harum deliciarum rudes et imperiti comedimus *aves, conchylia, pisces, Longe dissimilem noto* etc. quae omnia succum continebant nobis incognitum longeque ei succo dissimilem, qui vulgo est notus. — v. 29. *Vt vel continuo patuit*, nos: *wie sich alsbald offenbarte* u. s. w. — *passeris*, piscis parum a rhombo discrepantis, nos: *Stachelflunder.* — *rhombus*, *Butte*, cf. Serm. II, 2, 95. — v. 30. *Ingustata*, quae nondum gustaram. — v. 31. *melimela*, *Honigaepfel*, *Κυδώνια μῆλα.* — *delecta ad lunam minorem*, i. e. decrescentem. — v. 32. *quid hoc intersit*, rubeantne necne. — v. 34. *nisi damnose bibimus*, i. e. ita multum, ut damnum sentiat, qui convivium praebet. Sic Schol. Cruq. Sed potius

---

et hi *Thurii*, horum *Thuriorum*, his *Thuriis*. Inter hos autem et ad dextram intelligendum est, Maecenatem fuisse, cuius umbrae sunt. [*Noto*] i. e. omnibus usitato vel *noto*, quem Nomentanus et Nasidienus noverant aut quem ego postea cognovi. [*Celantia succum*] intra se continentia et omnibus superius dictis naturaliter reddidit. [*Vt vel continuo patuit*] i.

superiora, potest et ad Servilium et Vibidium. [*Absorbere placentas*] pro absorbendas. [*Indice monstraret digito*] hoc ideo, quia certis nominibus singuli digiti nominantur et sunt haec nomina: *pollex, index, famosus, medicus*

Et calices poscit maiores. Vertere pallor
Tum parochi faciem, nil sic metuentis ut acres
Potores, vel quod maledicunt liberius vel
Fervida quod subtile exsurdant vina palatum.
Invertunt Allifanis vinaria tota
Vibidius Balatroque, sequutis omnibus; imi
Convivae lecti nihilum nocuere lagenis.
Adfertur squillas inter muraena natantes
In patina porrecta. Sub hoc herus: „Haec gravida“, inquit,
„Capta est, deterior post partum carne futura.
His mixtum ius est: oleo, quod prima Venafri
Pressit cella; garo de succis piscis Hiberi;
Vino quinquenni, verum citra mare nato,
Dum coquitur — cocto Chium sic convenit, ut non

---

fere idem significare videtur, quod nostrum: *moerderisch trinken.* — *moriemur inulti*, quemadmodum Virgilius (Aen. II, 670.) serio dixit, ita Horatius hic ioci causa eadem verba severiora adhibuit. — v. 36. *acres Potores*, supra modum bibentes, nos: *arge Zecher.* — v. 38. *subtile exsurdant palatum*, subtilioris palati sensum obtusum et hebetem reddunt; vanus enim iste homo Nasidienus de appositis epulis exquisitioribus, subtili palato diiudicandis, laudari cupiebat. — v. 39. *Allifanis.* Schol. Cruq.: calicibus et poculis maioribus. Est autem *Allifanum* dictum ab *Allife*, oppido Samnii, ubi maiores calices fiebant. — *Invertunt*, *stürzen um*, vini cados invertentes. — *vinaria*, lagenas. — v. 41. *imi Convivae lecti*, Nomentanus et Porcius. — v. 42. *squillas*, cf. ad Serm. II, 4, 58. — *muraena*, *μύραινα*, *Meeraal*, summis habebatur in deliciis. — v. 45. *oleo, quod prima Venafri Pressit cella*, oleo totius Venafrani tractus praestantissimo vel potius eo oleo, quod primum ex olivis Venafranis manavit verius quam expressum est. Cf. supr. Serm. II, 4, 68. — v. 46. *garo de succis piscis Hiberi.* Suidas: „*γάρος ἀρσενικῶς λέγεται· ἔστι δὲ οὐδὲν ἄλλο ἢ σηπεδών.*“ — *piscis Hiberi*, scombri prope Hispaniam capti; de *garo* cf. Plin. H. N. XXXI, 43.: *garum olim conficiebatur ex pisce, quem Graeci γάρον vocabant. Nunc e scombro pisce laudatissimum in Carthaginis Spartariae* (Hispanicae) *cetariis.* — Strab. III, 4.: „*εἶθ᾽ ἡ τοῦ Ἡρακλέους νῆσος ἤδη πρὸς Καρχηδόνα, ἣν καλοῦσι Σκομβραρίαν ἀπὸ τῶν ἁλισκομένων σκόμβρων, ἐξ ὧν τὸ ἄριστον σκευάζεται γάρον.*“

---

e. intelleximus novum et valde optimum ea habere succum. [*Ab ipso Audieris melius*] ipse te melius docebit, qui mihi narravit. [*Vertere pallor Tum parochi faciem*] *parochi* dicuntur, qui hospitibus publice exhibent necessaria. Hic tamen pascentis et domini. [*Vel Fervida*] i. e. ideo, quia multum biberunt, iam nesciunt, quid gustant, nam palatum ait multo vino surdum factum, i. e. tale, ut iam non possit sentire saporem. [*Subtile*] quasi subtiliter et satis perite, solet enim saporem dignoscere. [*Exsurdant*] *surdum* faciunt, ut non sentiat saporem. [*Invertunt*] exhauriunt. Nam quando vas exhaustum fuerit, invertitur ita, ut os ipsius humum tangat. [*Allifanis vinaria*] *Allifae* oppidum volunt, ubi maiores calices fiebant. Alii vicum, ubi fictiles et subtiles in usu sunt. [*Garo*] ge-

(medicinalis), *minimus*. [*Invertunt Allifanis*] genus poculi. [*Verum citra*

Hoc magis ullum aliud — pipere albo, non sine aceto,
Quod Methymnaeam vitio mutaverit uvam.
Erucas virides, inulas ego primus amaras
Monstravi incoquere; illotos Curtillus echinos,
Vt melius muria, quam testa marina remittit.“
Interea suspensa graves aulaea ruinas
In patinam fecere, trahentia pulveris atri,
Quantum non Aquilo Campanis excitat agris.
Nos maius veriti, postquam nihil esse pericli
Sensimus, erigimur. Rufus, posito capite, ut si
Filius immaturus obisset, flere. Quis esset
Finis, ni sapiens sic Nomentanus amicum
Tolleret: „Heu, Fortuna, quis est crudelior in nos
Te Deus? Vt semper gaudes illudere rebus
Humanis!“ Varius mappa compescere risum
Vix poterat. Balatro suspendens omnia naso,
„Haec est conditio vivendi,“ aiebat, „eoque
Responsura tuo numquam est par fama labori.
Tene, ut ego accipiar laute, torquerier omni

— v. 50. *Quod Methym. vitio mutaverit*, quod ex vino Methymnaeo mutatum sit in acetum. Schol. Cruq.: dum *mutatur* (*umschlaegt*), acidum fecerit et vitiaverit. Serm. II, 2, 58. — v. 51. *Erucas vir.* Schol. Cruq.: *eruca* nomen est herbae, quod εὔζωμον Graece dicitur; *brassica eruca* LINN. — *inulas*, cf. ad Serm. II, 2, 44. — v. 52. *illotos*, non liquatos. — *echinos*, cf. ad Serm. II, 4, 33. — v. 53. *Vt melius*, sc. sapiant. — v. 54. De *aulaeis* cf. *Lex. Hor.* sub h. v. — v. 57. *Nos maius veriti.* Schol. Cruq.: ruinam domus timentes. — v. 58. *posito capite*, καταβαλὼν τὴν ὄψιν ἢ τὴν κεφαλήν. — v. 59. *immaturus*, aetate ad mortem nondum matura. — *flere*, sc. coepit. Infinitivus historicus. — *esset*, fuisset; *Tolleret*, sustulisset. Cf. Serm. I, 3, 4. *Vossius: Wie würd' er endigen, wenn nicht den Freund so Nomentanus der weise Troestete.* — v. 63. *mappa*, vid. ad Serm. II, 4, 81. Schol. Cruq.: ne audiretur ridere; *mappa* namque os occludebat. — v. 64. *suspendens omnia naso*, cf. ad Serm. I, 6, 5. Schol. Cruq.: omnia irridens. — v. 66. *tuo*, alloquitur Nasidienum. — v. 67. *Tene, ut ego* etc. tene aequum

nus salsamenti. [*Pulveris atri*] deest *tantum*. [*Nos maius veriti*] i. e. maiorem ruinam timentes. [*Erigimur*] apparet, hic convivas se proiecisse in terram. [*Vt si Filius immaturus*] tanquam fuisset filii orbitate percussus. [*Ni sapiens sic Nomentanus amicum Tolleret*] consolando his verbis. [*Vt*] qualiter. Et quasi lamentando hoc loquitur. [*Mappa compescere risum*] *mappam* enim in ore causa risus vitandi ponebat. [*Suspendens omnia naso*] quia omnia deridere solebat. [*Responsura tuo non est par fama labori*] superat factum tuas laudes, h. e. condigne laumare nato] Italicum vinum dicit. [*Interea suspensa graves*] quia consuetudo apud antiquos fuit, ut aulaea sub cameras tenderent, ut si quid pulveris caderet, ab ipsis exciperetur.

Sollicitudine districtum? ne panis adustus,
Ne male conditum ius apponatur, ut omnes
Praecincti recte pueri comptique ministrent?
Adde hos praeterea casus, aulaea ruant si,
Vt modo; si patinam pede lapsus frangat agaso.
Sed convivatoris, uti ducis, ingenium res
Adversae nudare solent, celare secundae.“
Nasidienus ad haec: „Tibi Di, quaecumque preceris,
Commoda dent: ita vir bonus es convivaque comis“:
Et soleas poscit. Tum in lecto quoque videres
Stridere secreta divisos aure susurros.
Nullos his mallem ludos spectasse, sed illa
Redde, age, quae deinceps risisti. Vibidius dum
Quaerit de pueris, num sit quoque fracta lagena,
Quod sibi poscenti non dantur pocula, dumque
Ridetur fictis rerum, Balatrone secundo:
Nasidiene, redis mutatae frontis, ut arte
Emendaturus fortunam; deinde sequuti

est sollicitari et laborare, ut laute accipiar? ne panis etc. — v. 68. *panis adustus*, haec fortasse peccata fuerant a Nasidieno, quae Balatro hic perbelle reprehendit. — v. 69–70. Nasidieni pueri, qui in hoc convivio ministrabant, erant fortasse minus recte cincti etc. — v. 72. *si patinam* etc. si quis puer s. minister non minus ineptus aut absurdus, quam agaso aliquis, offenso pede patinam frangat. Nasidienum notat, qui tales ministros haberet. [*Lamb.*] — v. 73. Quemadmodum imperatoris ingenium in rebus adversis perspicitur et elucet, in secundis obscurum est: sic et convivatoris prudentiam declarat casus aliquis adversus, qui in convivio intervenerit. — v. 77. *Et soleas poscit*, et surgit de mensa, eo, ut videtur, consilio, ut tam aulaea in locum suum restituenda, quam ceteras epulas a servis ex ordine adferendas curaret; hinc paulo post redeuntem ad coenam herum servi secuti esse dicuntur. [*Doer.*] — Sollennis locutio *soleas poscere*, pro, de coena surgere. De *soleis* cf. *Lex. Hor.* sub h. v. — v. 78. *Stridere secreta divisos aure susurros*, alterum in alterius aurem secreto aliquid insusurrare. Quod verbum *dividere* (*divisos*) adtinet, iam supra eodem sensu pro *distribuere* ponitur, vid. Carm. Lib. I, 15, 15. 36, 5. — v. 83. *fictis rerum*, cf. ad Serm. II, 2, 25. — *Balatrone secundo*, adspirante, iuvante. — v. 84. Nasidienus hilarior, *mutatae*

dari non potest. Illi autem dicit Balatro, qui praebet convivium, i. e. Nasidieno. [*Tene*] supple decet. [*Accipiar*] pascar, ut: *Illos porticibus rex accipiebat in amplis.* [*Patinam si frangat agaso*] *agaso* proprie dicitur servus, qui iumenta curat. Hic autem satirice escarum ministrum *agasonem* appellavit, quem vulgo dicunt inferiorem. [*Sed convivatoris uti ducis*] quemadmodum dux exercitus in adversis rebus probatur, utrum sciat bene opitulari suo exercitui et tutari illum, nam et felicitas etiam et imperium militiae celat: ita convivatoris prudentia in adversis rebus quemadmodum sciat consolari suos convivas. [*Nullos his mallem*] hoc Horatius, i. e. mallem hos coenantes spectasse, quam quosvis ludos. [*Vibidius*] Fundanius. [*Secundo*] ex tristi facto hilaris. [*Mutatae frontis*]

Mazonomo pueri magno discerpta ferentes
Membra gruis sparsi sale multo non sine farre;
Pinguibus et ficis pastum iecur anseris albae,
Et leporum avulsos, ut multo suavius, armos,
Quam si cum lumbis quis edit. Tum pectore adusto
Vidimus et merulas poni et sine clune palumbes,
Suaves res, si non causas narraret earum et
Naturas dominus, quem nos sic fugimus ulti,
Vt nihil omnino gustaremus, velut illis
Canidia afflasset peior serpentibus Afris.

v. 88. *albae* cum Bentl. Heind. aliisque recepimus. Fea edidit: *albi*. Sed vid. Conr. Schneid. Gramm. Lat. Vol. II. p. 7. — 90. *adusto*, non idem est quod *asso*, sed in sensu proprio accipiendum, pro nostro: *verbrannt*. — 95. Frustra Bentl. scripsit: *veluti si*. *Afflare* cum dativo iungi posse, negari nequit.

---

frontis, redit. — v. 86. *Mazonomo*, *μαζονόμος*, sc. *κύκλος* vel *πίναξ*, genus lancis praegrande. Derivatur ab *μάζα*, panis. — v. 87. *sparsi*, conspersi. — v. 88. *pastum iecur*, *ἧπαρ συκωτόν*, iecur saginatum et auctum pinguibus ficis. Num fortasse simili cibo vesci fuerint soliti, quem vernacule dixeris: *Leber-Pastete?* — *Anser*, *χήν*, avis ex genere altilium, satis vulgo nota, cuius *iecur* in praecipuis coenarum deliciis olim habebatur atque etiam nunc habetur. *Albi* sive potius *albae* anseres prae ceteris in pretio erant tum ob suavitatem in cibis, tum ob plumam, quae laudatissima et mollissima, praecipue interior, et ad farcienda pulvinaria aptissima, ut satis notum est. — v. 89. *armos*. Schol. Cruq.: oblati nobis sunt armi sine lumbis, quos commodius est solos esse quam simul cum lumbis, quia lumbi habent aliquid tetri odoris et saporis minus iucundi. — v. 90. *edit*. Schol. Cruq.: subiunctivi modi: *edim*, *edis*, *edit*; nunc *edam*, *edas*, *edat* etc. — v. 91. *merulas*, *κοσσύφους*, *Amseln*. — *palumbes*, *Holztauben*, cf. *Voss*. ad Virg. Ecl. III, 69. — *sine clune*, carpitur inscitia convivatoris, qui palumbium partes eas apponeret, quae minus lautae essent, eas, quae suavitate praestarent, ut *clunes*, apponi vetuisset vel neglexisset. — v. 92. *Suaves res* etc. appositio. Merulae illae et palumbes, inquit, suaves res essent, nisi homo ridiculus inepte ac loquaciter de earum natura etc. dissereret. Nihil enim convivatore huiusmodi res explicante molestius atque intolerabilius! — v. 94-95. *illis*, cibis appositis. — *Canidia*, satis nota ex Serm. I, 8. et Epod. V. & XVII. — *afflasset*, nempe venenum vel flatum suum venenosum. — *peior*, venenatior.

---

iam laetior. [*Mazonomo*] genus lancis est, in qua portantur escae, veluti grande salsare. [*Iecur*] a parte totum. [*Vt multo suavius*] quia in clunibus aliquid habetur tetri odoris et saporis minus iucundi. [*Si non causas narraret*] ista pulmenta, quae adtulit nobis Nasidienus, suaviter comederemus, nisi nobis narrasset causam, quare partes eorum non adtulisset. Intelligimus enim Nasidienum dixisse vermes invenisse in cunctis partibus, quas adtulit.

E P I S T O L A E

Q. HORATII FLACCI

EPISTOLARVM

LIBER PRIMVS

EPISTOLA I.

ARGUM. *Maecenas carmina Horatium rogasse, Horatius autem huiusmodi adhortationes incommodas duxisse videtur. Quamobrem poeta secum reputare debebat, quo modo fieri posset, ut Maecenati persuaderet, se, virum aetate iam satis provectum, carmina lyrica componere amplius plane non posse. Ostendit igitur in hac epistola, se non, ut olim, in deliciis amorisque lusibus, sed in sapientia ac virtute summum bonum vitae humanae ponere. Sed prudenter, ut aequum ac par erat, sibi, Maecenatis precibus satisfacere nolenti, cavit, ne quaquam virum generosissimum, bonorumque, quae possidebat, omnium auctorem humanissimum, offenderet. Qua quidem in re Horatio omnia ex voto cedunt. Iam contendit, solam vitae sapientiam homines ad veram felicitatem ducere, quam tamen sententiam vel adeo simplicissimam pulcherrimis pervariisque depingit coloribus, dum* a v a r i s t u l t u m *animum haud lenius quam* v a n a e g l o r i a e c u p i d o s *reprehendit ac deridet. Fatetur quoque hominum tum temporis cogitandi agendique rationi se adcommodare minime posse. Aliter quam nos de huius epistolae argumento scripsit* L a m b i n u s *hisce fere verbis: Maecenas, quem ego primis meis versibus praedicavi, laudavi atque ornavi, quemque meis ultimis scriptis laudare et ad immortalitatem consecrare institui, debeo quidem certe, tu me ad pristinum illud scriptionis genus, nempe ad versus lyricos et (si satirae in scriptis ludicris numerandae sunt, ut quidam volunt) ad satiras revocare et perpellere conaris, me (inquam) ex meis scriptis, quae ad hominum manus pervenerunt, satis a populo cognitum. Verum haec aetas aliam vitam, alios mores, aliud studium denique postulat, versus lyricos feci partim iuvenis, partim aetate virili ac media; satiras scripsi ludibundus, quibus comiter et urbane hominum mores reprehendi, neque mihi scribendi vel voluptatem turpem vel laborem recusandum esse duxi. Nunc autem aetate iam ad senectutem praecipitata, periculum esse puto, ne, si me iterum ad versus scribendos et ceteras res ludicras conferam et ita me populi iudicio de integro committam, meam canitiem populo deridendam propinem. — Quod tamen Maecenatis personam adtinet, cuius animum ingeniumque nosse iuvat, si de huius epistolae argumento recte iudicare volumus, lectorem benevolum* INDICEM *(sub hoc nomine propr.)* a d h u n c l i b r u m *conferre iubemus, quum propter voluminis angustias hic fere nihil de illo afferri potuerit.*

AD MAECENATEM.

Prima dicte mihi, summa dicende Camena,
Spectatum satis et donatum iam rude quaeris,
Maecenas, iterum antiquo me includere ludo?
Non eadem est aetas, non mens. Veianius, armis
Herculis ad postem fixis, latet abditus agro,

v. 3. *ludo?* cum interrogatione, Fea, Doer. Iahn. Schmid, Obbar. Wakef. — *ludo.* Hoched. — *Maecenas iterum me antiquo includere ludo.* Cod. Guelf.

---

v. 1. Statim in huius carminis initio profitetur poeta, rebus ludicris nimirum depositis, se vitam nunc ad verae sapientiae praecepta moderari velle. — *Prima*, Virg. Ecl. VIII, 11.: *A te principium, tibi desinet* etc. Hom. Il. ί, 97.: *ἐν σοὶ μὲν λήξω, σέο δ' ἄρξομαι.* — *dicere*, ut Graecorum *εἴπειν*, pro, celebrare, cf. Virg. Georg. III, 6.: *Cui non dictus Hylas.* Epist. ad Pis. v. 141.: *Dic mihi, Musa, virum.* Hom. Odyss. ά, 1.: *ἄνδρα μοι ἔννεπε.* — *summa*, ultima. Virg. Aen. II, 314.: *Venit summa dies.* Hor. Carm. Lib. III, 28, 13. Te, Maecenas, et primum celebravi et ultimum celebrabo. — v. 2. Comparat se cum gladiatore rudiario, h. e. ludos Circenses haud amplius frequentante, dicens: Me, qui carminibus (lyricis) componendis tam diu operam ac studium navavi, ad canendum de integro provocas, satis spectatum denuo spectari vis. — *Spectatum satis*, satis cognitum et probatum; gladiatores enim in ludo spectantur amphitheatrali. — *Spectare*, i. q. *βλέπειν*, non sine admiratione cernere. — *rude donatum. Rudis*, virga, vel in signum missionis artis gladiatoriae vel libertatis ab populo concessae dari solebat gladiatori, lanistae. *Rudis*, *ξυλίνη μάχαιρα, ξίφος ξύλινον*, baculus. *Vossius* interpretatur: *des Freistabs froehlichen Kaempfer.* Cf. Cic. Phil. II, 29. Ovid. Amor. Eleg. III, 9, 22. Iuven. VI, 113. Id. VII, 171. *sibi ipse dabit rudem.* — *quaeris*, *ζητεῖς*, gestis. — v. 3. *includere*, bene de eo, qui pugnandi causa in circo includebatur. — *Ludum*, propterea dicit *antiquum*, quod in ludo poeseos artis quodammodo senuisset, senex autem factus non eadem, quae iuvenis olim, praestare posset atq. sim. — v. 4. *Non eadem est aetas, non mens*, i. e. *Sinnesart, Sinn*, senex non aeque ac iuvenis sentit, cogitat etc. Carm. Lib. IV, 10, 17.: *Quae mens est hodie, cur eadem non puero fuit?* Epist. II, 1, 108.: *Mutavit menten populus levis.* Carm. Lib. IV, 1, 3.: *Non sum, qualis eram bonae sub regno Cynarae.* — De *Veianio* cf. INDEX. — v. 5. *Herculis ad postem fixis*, de more maiorum, qui de-

---

ACR. [*Donatum iam rude*] *rudis* est signum missionis artis gladiatoriae. [*Includere ludo*] officio scribendi. *Ludum* autem *μεταφορικῶς* vocavit, ut ostenderet, periculosum opus esse scribendi, quia post pugnam contulit se ad agriculturam. [*Veianius armis Herculis ad postem fixis*] nomen gladiatoris pugnacissimi et iucunde hoc exemplum adtulit, quia superius dixit: *Antiquo me includere ludo.* [*Abditus agro*] comparat se

POR. [*Prima dicte mihi, summa dicende Camena*] Flacci epistolarum libri titulo tantum dissimiles a Sermonibus sunt, nam et metri et verborum communis adsumptio, quos ultimos esse ipse testatur Maecenati, cum dicit, finire se operam velle et philosophiae malle inservire. [*Veianius*] *Veianius*, nobilis gladiator, post multas palmas consecratis Herculi Fundano armis, tandem in agellum se contulit. Cuius exemplo dicit aeta-

Ne populum extrema toties exoret arena.
Est mihi purgatam crebro qui personet aurem:
Solve senescentem mature sanus equum, ne
Peccet ad extremum ridendus et ilia ducat.
Nunc itaque et versus et cetera ludicra pono:

v. 6. *exoret* Fea, Iahn. Doer. Schmid, Obbar. Hoched. Lamb. qui tamen alteram lectionem *exornet* commemorat.

---

votionis ergo vel ob servatos se auctosve diis suis arma s. *ἀναθήματα* dedicata in templis, postibus aut muris affigi curabant. Cruq. — Cf. Carm. Lib. III, 16, 11.: *Nunc arma defunctumque bello barbiton hic paries habebit.* Virg. Ecl. VII, 24.: *Hic arguta sacra pendebit fistula pino.* Anthol. Graec. T. I. pag. 187. (edit. *Iacobs.*): *δέξαι μ' Ἡράκλεις, Ἀρχεστράτου ἱερὸν ὅπλον, ὄφρα ποτὶ στεπτὰν παστάδα κεκλιμένα γηραλέα τελέθοιμι.* — *ad postem*, pars pro toto, ut saepius. — Iam vero, inquit *Doer.*, cum Veianio, relicto ludo, rusticari licuerit, eum iam rude donatum sive gladiatorem rudiarium fuisse, sponte apparet. Sed libertate quoque donati pro lubitu (sive potius magno palmae merendae pretio incitati) porro intererant pugnis gladiatoriis. Hi igitur non tantum victi vitae veniam, sed etiam, dum in arenam descendebant, favorem populi sibi expetiisse videntur. — *latet abditus agro, λαθὼν ζῇ. Vossius* interpretatur: *und barg sich im Landhof.* — v. 6. *Ne—arena. Extrema arena*, i. e. extrema arenae parte. Liv. II, 64, 1.: *extremo anno*, pro, in extrema anni parte. Comm. Cruq.: Quia gladiatores petituri *rudem*, ex media arena consueverunt se ad crepidinem circi ita conferre proximos, ut possent populum tristi vultu exorare. Stabat autem populus ad podium (*Vorsprung*), unde fere spectabat; ibique consuetudinis erat, stantem gladiatorem petere missionem. — Horatius igitur apud populum se excusare nolebat, quod haud amplius se publice spectandum praeberet. — v. 7. *Est qui, ἔστιν ὅς. Wielandius* hunc versum sic interpretatur: *Auch mir raunt oft, ich weiss nicht, welche Stimm' in's Ohr.* De Genio, deo hominum tutelari, recte intelligitur. — *purgatam*, veteres vaporibus ex aceto confectis aures purgare solebant, vid. Celsus VI, 7, 7.: *Si sordes eaeque molles sunt, eodem specillo eximendae sunt. At si durae sunt, eodem modo elui aurem purgarique oportet.* Pers. I, 126.: *Vaporata lector mihi ferveat aure.* — *personet*, significatione transitiva, Virg. Aen. VI, 417.: *Cerberus haec ingens latratu regna trifauci Personat.* — v. 8. *Solve — equum, solvere* i. q. Homeri (Il. ν', 35.) *λύειν ἵππους ἐξ ὄχεων.* — *mature*, tempore opportuno, iusto temporis momento. — *sanus*, vid. Por. schol. ad Serm. I, 5, 44. — *ilia ducat, ilia ducere* Graecorum *δυσπνοεῖν*. Epod. XI, 10.: *latere petitus imo spiritus.* Schol. Cruq.: frequenter anhelet. Virg. Georg. III, 506. *Vossius: engbrüstig und keuchend.* — *ad extremum, ἐπ' ἐσχάτῳ.* — v. 10. Gesnerus *versus* de carminibus ly-

---

Veianio, gladiatori nobilissimo, qui post multas palmas consecravit Herculi arma sua, contentus proprio agro. Cuius exemplo dicit aetatem suam et propositum suum impediri et non posse se perseverare in carminibus, sed potius velle transire ad studium philosophiae, relictis iocis et lyricis versibus. [*Ne populum extrema toties exoret arena*] quia gladiatores portaturi rudem ex media arena, consueverunt se ad crepidinem Circi demittere proximos, ut possent populum tristi vultu velocius exorare, i. e. sub circulo amphitheatri stans petat rudem. Nam ibi consuetudinis est, stantem gladiatorem petere missionem. [*Est mihi*] modo philosophus,

Quid verum atque decens, curo et rogo et omnis in hoc sum:
Condo et compono, quae mox depromere possim.
Ac ne forte roges, quo me duce, quo lare tuter:
Nullius addictus iurare in verba magistri,
Quo me cumque rapit tempestas, deferor hospes.

ricis, *ludicra* vero de *sermonibus* Hor. accipit, sed simplicior ac verior explicatio Lambini esse videtur, qui docet, Horatium omnino versus, sive lyricos sive alius generis, amplius scribere nolle. Cui tamen proposito se parum stetisse fidelem, ipse profitetur infr. Epist. II, 1, 111-112.: *Ipse ego, qui nullos me affirmo scribere versus, Invenior Parthis mendacior.* De qua re Sanadonus bene adnotavit, quae sequuntur: *Les sermens poetiques sont une espèce de langage, qui laisse toujours le droit de se parjurer.* — *pono*, Gr. *τίϑεμαι*, proprie i. q. *zum Weihgeschenke geben;* hic pro depono. Hoc dicere vult: versus, iocos, amores, convivia, nugas, res denique omnes ludicras omitto et totum me ad philosophiae studium confero. — v. 11. *verum — decens*, vitae vera sapientia, quam appeto, *τὸ καλὸν καὶ πρέπον ἢ προσῆκον.* Cicer. de Offic. I, 27.: *Nam et quod decet, honestum est, et quod honestum est, decet.* Omnino de virtute intelligendum. — *curo*, meditor mecumque reputo; *rogo*, ea nempe, quae ab aliis me doceri cupio. — *omnis in hoc sum*, *Wielandius* interpretatur: *ich leb' und webe drin.* Serm. I, 9, 2.: *Nescio, quid meditans nugarum, totus in illis.* Graece, *ὅλον εἶναι πρός τινι.* — v. 12. *Condo.* Festus: *Condere proprie in unum et interiorem locum dare ad custodiam faciliorem.* — *compono*, *συντάττω*, in ordinem quemdam redigo ad facilius eligendum. Vid. Senec. Epist. 108. — *depromere*, nos: *anwenden*, in vitae usum conferre. — v. 13. *duce.* Schol. Cruq.: suppl. philosophiae seu magistro sectae; qua doctrina, quibus philosophiae praeceptis. *Vossius: Dass nicht etwa du fragst, wo mich schütz' und behause die Weisheit.* — *tuter*, tutum reddam. — Quid poeta sub voc. *lar* intellexerit, vox antecedens *dux* satis declarat. Sectae, *αἱρέσεις*, gentes ac familiae philosophicae appellabantur, propterea quod ut omnes eiusdem gentis, ita omnes discipuli eiusdem scholae sunt cognomines, v. c. Stoici, Peripatetici, Cyrenaici etc. Auctor huiusmodi sectae dux vel praeses familiae est. Carm. Lib. I, 29, 14.: *Socratica domus.* Huc accedit, quod etiam *lar* pro *domus* poetice solet usurpari; vid. Epist. I, 7, 58. — v. 14. *addictus.* Imago de gladiatoribus desumpta. Iurabant enim gladiatores pariter ac milites in verba ducis, in verba magistri s. lanistae. *Addicere*, locutio s. formula forensis. Vid. Serm. II, 5, 109. et *Obbarius* ad hunc locum in huius epistolae monographia (Rudolphopoli 1822.). — v. 15. Imaginem amplificat, dicens: quocunque navem abripient venti, sequamur. Quemadmodum enim venti navem deferunt, ita ego *hospes* ad philosophorum praecepta deferor, ne ulli quidem diutius, quam par esse videtur, immorans: sicut igitur in itinere hominum domicilia perlustro et,

qui personet aurem et faciat purgatam. [*Addictus iurare*] *μεταφορικῶς* locutus est a militia, quia iurabant milites in verba ducis et sic ibant ad militiam. [*Iurare in verba*] i. e. nulli sum obnoxius. Omnes audio scrutantes ad rem probandam. [*Tempestas*] aut fortuna aut casus aut animi

tem suam et propositum impediri, ne in scribendis iis carminibus perseveret. [*Et cetera ludicra pono*] ait se depositis fomentis levibus animi, i. e. iocis, a versibus transisse ad studium philosophiae et praecepta animo sapientissime condere, quae postea in usum vitae recte proferri possint. [*Quo me duce, quo Lare tuter*] nulli sectae addictum se ait, sed

Nunc agilis fio et mersor civilibus undis,
Virtutis verae custos rigidusque satelles:

v. 16. *versor*, quod propter praecedens *agilis* probat *Handius* ad Gronovii Stat. Silv. diatr. T. I. p. 432. defendit et recepit in textum Obbarius, vide eius huiusce epistolae monographiam, quam saepius hanc epistolam interpretantes laudabimus. — *mersor* Feae mss. omn. revocavit in textum Lamb. Fea, Iahn. Doer. Schmid, Hoched.

multis perlustratis absque me derelictis, proficisci pergo, ita quoque in navigatione (procellosa ad rem augendam depicta) quocunque me rapiunt venti, *deferor hospes*, i. e. *φιλόσοφος ἐκλεκτικός.* — *deferri* (nobis: *verschlagen werden*), cf. Virg. Aen. XII, 773. — v. 16. *agilis*, *πρακτικός*, facilis et mobilis, diversa appetens — dedo me studiis reipublicae gerendae, nos: *rührig, betriebsam.* — *civilibus undis.* Cum mari fluctuanti atque aestuanti haud raro comparari solet vita eius, qui in re publica administranda occupatus aliquo munere publico fungitur vel etiam immunis ea curat, quae ad res publicas gerendas spectant. Cf. Cic. pro Planc. XV, 6.: *undae comitiorum.* Cornel. Nep. Attic. VI, 1.: *Neque tamen se civilibus fluctibus committebat* etc. Hor. Epist. II, 2, 85.: *hic ego rerum fluctibus in mediis et tempestatibus* (quod quidem de caeli temperie iniqua translatum) *urbis* etc. Carm. Lib. I, 14. — Ceterum interpretatio *Hochederi* digna esse videtur, quae hic repetatur: „Man deutet diese Stelle kaum richtig, wenn man sagt, Horaz bekenne sich hiermit zu staatsbürgerlicher Thaetigkeit und bezeichne damit die Schreiberstelle, die er einst bekleidete; vielmehr verstehe ich unter diesem Ausdrucke die *practische Philosophie*, denn warum sollte einer, der selbst Platons *Republik* studiert, nicht sagen dürfen, *er tauche unter* (wie früher: *omnis in hoc sum*) *in den Wogen des bürgerlichen Lebens.* Es liegt darin eben nur, so wie in dem Folgenden, eine Andeutung dessen, was seinen Geist beschaeftige, nicht seines aeussern Lebens.“ Recte, inquam. Cave, credas Horatium *scribae Quaestorii* munus illa comparatione, qua hic utitur quaeque sublimior est, quam ut in partem vocari possit, dignum habuisse. De isto igitur munere, quo olim functus erat, certe non cogitasse putandus est. Tale quid mehercle non sine risu lectoris Romani fecisset! — v. 17. *Virtutis verae.* Quot capita, tot sensus et quisque laudat virtutem suam. Huiusmodi autem virtuti vulgari, ut ita dicam, quam quisque pro rei utilitate vitaeque ratione habet vel se habere contendit, opponit *veram* virtutem, quae semper una eademque est neque usquam immutari potest. Nos: *Tugend von aechtem Schrot und Korn.* Idem quoque *Hochederus* adnotavit hisce verbis: „Horaz will hiermit nicht sagen, was *sein* practischer Begriff von Tugend sey, sondern dass er sich mit inniger Hingabe in jedes System einstudiere, um die Wahrheiten an seinem Gemüthe unbefangen zu erproben; denn von einer solchen glaeubigen Hingabe ist der wahre Eklektikismos eines Dichters bedingt.“ — *custos*, *παιδάγογος*, servus, qui pueris invigilaret eosque ab ineptiis etc. arceret. Sed etiam Eunuchi dicebantur *custodes*, quia mulieres custodiebant etc. Vid. *Obbar.* ad h. l. — *rigidus*, quemadmodum nos eodem fere sensu dicere solemus: *eisern*, cui opponitur *mollis.*

inclinatio. [*Nunc agilis*] i. e. facilis et mobilis et diversa appetens, negotiosus, accinctus, apparatus ad laborandum. [*Civilibus undis*] h. e. morali philosophiae et mire in metaphora perduravit, quia dixit tempestas. [*Virtutis verae*] sectae quia dicunt non esse peccantibus ignoscendum.

ex omnibus quidquid optimum sit, dicturum esse promittit. [*Et mersor civilibus undis*] inter Stoicam et Epicuream iactari se ait. Et ideo se *undis civilibus mergi* dixit, quia Stoici administrationem reipublicae probant,

Nunc in Aristippi furtim praecepta relabor,
Et mihi res, non me rebus subiungere conor.
Vt nox longa, quibus mentitur amica, diesque
Longa videtur opus debentibus; ut piger annus
Pupillis, quos dura premit custodia matrum:
Sic mihi tarda fluunt ingrataque tempora, quae spem

v. 19. *submittere* nonn. ap. Feam, alii plurimique *subiungere*, quod receperunt recentiores Horatii editiores ad unum fere omnes: Fea, Iahn. Doer. Schmid, Obbar. Hoched. — 21. Male Bentleius ex uno codice *Lenta* scripsit. *Longa* enim cum vi repetitur. Bentleium secuti sunt Cun. San. Phil. Sandby, Val. Wakef. Zeun. Wetz. — *Longa* Feae codd. mss. qui edid. Sic Iahn. Doer. Schmid, Obbar. Hoched.

Homo igitur *rigidae* virtutis flecti s. de cursu recto depelli nequit. Liv. XXXIX, 40.: (*Cato*) *invicti a cupiditatibus animi et r i g i d a e innocentiae.* Senec. Epist. 71.: *Flexuram non recipit* (*virtus*), *r i g i d a est, amplius intendi non potest.* Lucan. II, 389.: *Iustitiae custos, r i g i d i servator honesti.* Cui hunc versum legenti non venit in mentem vir rigidissimus, ut ita dicam, Regulus? cf. Carm. Lib. III, 5. — *satelles*, et in bono et in malo sensu adhibetur, hic tamen tantum in bono, idem fere exprimit, quod vernacule dixeris: *Hort, Verfechter, Freund.* — v. 18. De *Aristippo* eiusque disciplina philosophica vid. INDEX. — *furtim*, sensim sensimque, *relabor*, revertor; quamvis Stoicus, tamen ab me impetrare non possum, quin ad Epicureorum philosophiam revertar, cui nimirum propensior erat. — v. 19. Aristippus, qui *Lain* (*Ad cuius iacuit Graecia tota fores*, ut ait Propert. II, 5, 2.) deperibat, alicui hunc sibi amorem exprobranti respondisse fertur: ἔχω, οὐκ ἔχομαι. Ad quod dictum poeta respexit, dicens: *Et mihi res, non me rebus, subiungere conor.* — *subiungere*, ὑποζευγνύναι, translatum a bobus sub iugum submittendis. — *conor*, nitor, studeo, alias dixit *laboro.* — v. 20. Procul dubio poeta hic experientia edoctus loquitur, vid. Serm. I, 5, 82. — v. 21. *opus debentibus. Vossius* interpretatur: *Dienstpflichtige. Opus debent* ii, qui conducti sunt, ut opus faciant. — *piger*, de tempore tarde eunti. Tarde autem tempus aliquid exspectantibus ire solet. — v. 22. *Pupillis. Pupillus* est, qui, cum impubes est, desiit in patris potestate esse aut morte aut emancipatione. — *custodia*, i. q. nobis: *Aufsicht.* Vid. Heinecc. Antiq. Rom. Iur. I, 22, 1 sq. & I, 23, 6. T. I. Senec. ad Marc. 24. — *premit*, coercet, cui *dura* (*custodia*) bene convenit. — v. 23. *tarda fluunt tempora*, coll. Ovid. Heroid. I, 8.: *Nec quererer t a r d o s ire relicta dies.* Pariter *tardae noctes, menses* dicuntur Virg. Georg. II, 482. I, 32. Ovid.

[*In Aristippi furtim praecepta relabor*] Aristippus Cyrenaicus fuit et Epicureus, qui summum bonum in voluptate dicit. *Furtim* autem ideo, quia Stoici dicunt, fugiendam esse voluptatem. [*Et mihi res*] nam Stoici dicunt natum hominem, ut a re publica regatur; Epicurei vero, ut homo rem publicam regat. [*Subiungere*] quoniam avari pecuniis serviant, ideo Horatius quasi philosophus ait: *Conor, ut mihi serviant pecuniae, non ego illis.* Nam illa nobis serviunt, quae contemnimus. Aliter. Hoc Epicurei Stoicis opponunt sequentibus gloriam virtutis, quasi illi rebus ser-

Epicurei voluptatem. Inde *furtim* relabi se ad eam ait. [*Nunc in Aristippi*] quia Aristippus Epicureae sectae princeps fuit. [*Rigidusq. satelles*] bene *rigidus* secundum Stoicum. [*Longa, quibus mentitur amica*] sicut longa nox est iis, qui amicae adventum falso exspectant, vel illis,

Consiliumque morantur agendi gnaviter id, quod
Aeque pauperibus prodest, locupletibus aeque;
Aeque neglectum pueris senibusque nocebit.
Restat, ut his ego me ipse regam solerque elementis:
Non possis oculos quantum contendere Lynceus,

v. 25. Hunc versum spurium esse censet Handius, loc. cit. pag. 411. Bene contra eum disputavit Obbarius. Procul dubio *Handius* melius fecisset, si *manum* ab huius versus integritate abstinuisset! — *Hochederus* ad hunc versum fere haec adnotavit: *aeque* (quod *Handium* seduxit) in seiner dreimaligen Wiederholung deutet *kraeftig* auf das Bild einer für Jeden gleichstehenden Wage, und die Aufloesung des Begriffes *omnibus* giebt der Apodosis ein angemessenes Gegengewicht zur dreigliederigen Protasis. — 28. *oculos* Lamb. ex uno cod. ms. recep. in textum Bentl. Argumentum, ex quo Lynceum acutissime vidisse dicunt, minime comprobare potest, *oculos contendere* minus recte habere, quam *oculo contendere*, quod pro *certare* accipiendum sit; nam sensus utriusque lectionis eodem fere redit, vid. infr. notat. — *Oculos contendere* optime defendit Obbar. — *oculo contendere* legunt Fea, Iahn. Doer. Schmid, Hoched. Etiam nos fatemur, *oculo contendere* haud minus bene admitti posse. — *Oculos contendere* praetulere Wakef. Treutzer. et Valart. ita legi in 2 mss. suis adserit.

---

ex Ponto II, 4, 26. — v. 24. *spem Consiliumque* bene interpretatur *Hochederus*: *spes* bezeichnet die passive, so wie *consilium* die active Richtung des Gemüthes, also das *ganze* innere Streben. — *morantur*, retardant. — *gnaviter*, fortiter. — v. 26. *neglectum*, si neglectum fuerit, nocebit. — *pueris senibusque* apud Laert. 558.: μήτε νέος τις ὢν μογείτω φιλοσοφεῖν, μήτε γέρων ὑπάρχων κοπιάτω φιλισοφῶν — ὥστε φιλοσοφητέον καὶ νέῳ καὶ γέροντι. — v. 27. Quum impeditus duris temporibus et potentiorum ac principum amicitia non possim operam omnem in studium sapientiae conferre, restat, ut his primordiis et elementis philosophiae me contentum esse oporteat. — *elementa*, στοιχεῖα, sunt principia omnium rerum, ex quibus reliqua omnia componuntur et in quae resolvuntur. — *regam*, sc. in prosperis, *soler*, in adversis rebus. — Hoc igitur dicere vult: Etsi non sum sapiens τέλειος, tamen contentus primis sapientiae elementis vivo, quod vernacule dixeris: *ABC-Schüler der Weisheit.* — v. 28. *oculos contendere.* VV. DD. in utramque partem disputant, h. e. alii *oculo*, alii *oculos contendere* legendum esse censent. Sed si utriusque explicationis sensum accuratius perpenderis et in vicem comparaveris, parum differre intelliges, utrum *oculo* an *oculos contendere* legas. Ex *Th. Schmidii* interpretatione *oculo contendere* significat: *kannst du nicht so viel mit dem Auge erzielen, erreichen, als Lynceus.* Eodem redit *Doeringi* sententia. Eademque explicatio est *Hochederi*: „der Sing. *oculo* hat hier durchaus nichts Anstoessiges; denn hier ist wol weder an ein, noch zwei Augen zu denken, sondern an etwas Abstractes, die Sehkraft.“ Hoc Cruquius iam adnotavit: *oculo contendere*, acute videre. *Obbarius* vero *oculos contendere* defendit hisce verbis: „Mir scheint in *oculos contendere* die Idee der angestrengten Ausdehnung und Erweiterung der Augen vorzuwalten, welche Horaz im Gegensatze zu einer

---

viant, dum appetunt gloriam. [*Senibus*] per hoc ostenditur, omni aetati

qui per diem operantur, longus dies est. [*Non possis oculo*] his respondet, qui a studio sapientiae deterrentes, negant perfectam sapientiam quemquam adsecutum, dicens contentos nos esse debere quantulocunque prae-

Non tamen idcirco contemnas lippus inungi:
Nec, quia desperes invicti membra Glyconis,
Nodosa corpus nolis prohibere cheragra.
Est quadam prodire tenus, si non datur ultra.
Fervet avaritia miseroque cupidine pectus?
Sunt verba et voces, quibus hunc lenire dolorem
Possis et magnam morbi deponere partem.

v. 32. *Est* (ἔξεστι, licet) *quadam prodire tenus.* Sic Bentl. Obbar. Schmid. — *quodam* vel *quoddam* Fea, Iahn. Hoched. *Tenus* autem, ubi pronominibus iungitur. ablativum generis feminini exigit, ut in *hactenus, eatenus, quatenus, aliquatenus.* De *quadamtenus* Bentl. exemplum adtulit Plin. XIII, 7. *Huic similis quadamtenus, quae vocatur Cypria ficus.* — *quadam — tenus* in trib. codd. Vatic. et Tornes. et aliquot aliis scriptum est, quae lectio sine dubio vera est, quamque recepit Lamb.: „licet usque ad certum aliquem finem progredi, si non licet superare aut transgredi."

gewissen Art von lippitudo scherzhaft veranschaulichen wollte; weil nach der gewoehnlichen kindlich-einfaeltigen Vorstellung der alten Welt, der Weit- und Scharfsehende auch die Augen weit aufthat. Eine Vorstellung, die sich selbst in unserer Volkssprache nachweisen laesst." Daher treffend *Voss: kannst du auch nicht scharfaeugig den Blick ausdehnen, wie Lynkeus.* Ex his omnibus apparet, Horatium nihil amplius dicere voluisse quam hoc: ‚Quamvis non tam acute, quam Lynceus, cernere potes' etc. Hic sensus autem in utraque lectione inest, sive *oculo* sive *oculos contendere* scripseris. Quum vero *oculos contendere* de acute cernentibus recte dicatur, hanc lectionem cum *Obbario* et *Vossio*, Viris doctissimis, in textum recepimus, quae si cui minus placuerit, alteram praeferat, per nos quidem licebit. — v. 29. Hic lipporum mentionem fecit, ut etiam supr. Serm. I, 1, 120. 5, 30. quod quidem nulla alia de causa fecisse videtur, ut iam *Doeringus* bene animadvertit, quam ut adversarios, lippitudinis vitium ipsi exprobrantes, de hoc absurdo convicii genere rideret. — v. 30. *membra, τὰ γυῖα,* pro toto corpore, hoc loco fere idem est, quod robur. — De *Glycone* cf. Index. — v. 31. *cheragra,* χειράγρα, ab ἄγρα, captura, et χείρ, manus, quia morbus manus illaqueans, Graecis dicitur ἀρθρῖτις, artuum morbus, nos: *Gicht, Handgicht.* Ceterum duas huius vocabuli scripturas esse constat: *chĕragra* et *chīragra.* — *nodosa,* sic apud Ovid. ex Pont. I, 3, 23. *podagra* dicitur *nodosa.* Vterque morbus articulorum usum nodis quibusdam impedit. — v. 32. Sensus idem apud Senec. de Vit. Beat. 17.: *Exigo itaque a me, non ut optimis par sim, sed ut malis melior. Hoc mihi satis est, quotidie aliquid ex vitiis meis demere et errores meos obiurgare.* — v. 33. *fervet,* proprie de calore, translate de animi affectibus, qui in universum cum morbis, in specie cum febri comparantur. — *pectus,* ut Graecorum στέρνον et στῆθος cum pro animo sensuque tum pro ingenio ac ratione poni solet. Virg. Ecl. I, 64. Iuven. XIII, 198. Hor. Epist. I, 4, 6. —

philosophiam prodesse, in quantum profecerit. [*Glyconis*] *Glycon* athleta quidam fortissimus fuit. [*Est quadam*] quasi aliquis dicat: Quid studes philosophiae rebus, cum non possis ad summam philosophiam pervenire? [*Prodire tenus, si non datur ultra*] usque ad aliquantulum doctrinae pervenire, ut: *Pube tenus.* [*Sunt verba et voces*] philosophiae praecepta, voces τὸ αὐτό, i. e. id ipsum, quia *verba* et *voces* idem sunt. Quasi non sunt

Laudis amore tumes: sunt certa piacula, quae te
Ter pure lecto poterunt recreare libello.
Invidus, iracundus, iners, vinosus, amator,
Nemo adeo ferus est, ut non mitescere possit,
Si modo culturae patientem commodet aurem.

v. 34. *Sunt* etc. Vid. Eurip. Hippol. 491-92.: εἰσὶν δ' ἐπῳδαὶ καὶ λόγοι θελκτήριοι. φανήσεταί τι τῆσδε φάρμακον νόσου. Horatius animi vitia morbos appellat, vid. Cic. Tuscul. III, 4.: *Omnes autem perturbationes animi morbos philosophi appellant* etc. — *verba* et *voces* sunt, ut observant interpretes, *carmina* et *cantiones*, nobis: *Zauberformeln*, quibus morbos ex corporibus abigere tentabant. — *voces* fasse ich, inquit *Hochederus*, als das Wort nach seiner Bedeutsamkeit, *verba* nach Form und Klang; so, dass sie sich mir wie Koerper und Seele verhalten, eine Zusammenstellung, welche Horaz liebt. — *Obbarius* contra *voces* de sonis musicis intelligit. Cf. *Theod. Schmid* ad h. l. qui *Obbarium* sequitur. Nos tamen in veterum interpretum huius loci interpretatione adquiescimus, quum neque *Obbarii* neque *Hochederi* horum verborum explicandorum ratio pro certo affirmari possit, quamquam utramque esse ingeniosam lubenter concedimus. — *dolorem*, pergit in metaphora, subintelligit autem animi perturbationes. — v. 36. *Laudis amore tumes*, φιλοτιμεῖς, ambitiosus es. *Tumere*, Gr. φυσᾶν, ὀγκοῦσθαι, *tumor*, *tumidus*, verba sollennia de omnibus animi affectibus. — *piacula*, καθάρματα, *certa*, minime fallentia. Ex veterum opinione homines propter iram deorum aegrotare putabantur; quamobrem dii prius, quam corpore cederet morbus, placari debebant. — v. 37. *Ter*, numerus rotundus in sacrificiis adhiberi solitus. — *pure*, ἁγνῶς. Sententiarum nexus fere hic est: Homines ob iram deorum aegrotantes sanari tantummodo possunt piaculis, quibus corpore expellitur κακοδαίμων, qui morbi auctor creditur. Cuius rei patrandae causa homines lustrabantur s. lavabantur. Morbi autem corporis, affectus animi vitia sunt. Et corporis igitur et animi vitia sanantur. In huiusmodi sacrificiis (perlustrationibus) mendici libellis (*Zauberbüchelchen*) quibusdam uti solebant. — *recreare*, ἀναψύχειν, ἀναζωπυρεῖν, levare, reficere, cf. Carm. Lib. I, 22, 8. Serm. II, 2, 84. — Ad totius loci sententiam cf. Cic. Tusc. Q. III, 3.: *Est profecto animi medicina, philosophia; cuius auxilium non, ut in corporis morbis, petendum est foris; omnibus opibus et viribus, ut nosmet ipsi mederi possimus, elaborandum est.* Etiam Plutarchus philosophiam τῶν τῆς ψυχῆς ἀῤῥωστημάτων φάρμακον censet. — v. 38-40. *Invidus*, vid. Epist. I, 2, 57 sqq. — *iracundus*. Cic. Tusc. Q. IV, 12.: *est aliud iracundum esse, aliud iratum; ut differt anxietas ab angore.* Senec. Epist. 85.: *Tale est, quod volunt dicere: iracundum quidem illum non esse, irasci tamen aliquando.* — *iners*, sine arte; perhibetur enim *iners*, ut iam Lucilius ait, ars in quo non erit ulla. — *vinosus*. Nomina in *osus* exeuntia, quae

habendi morbi avaritiae, quia penitus vitia eruere nemo poterit. [*Ter pure*] ita ait: *Ter pure*, ut se mergunt, qui se purgant, ut Persius: *Tiberino in gurgite mergis Mane caput bis terque et noctem in flumine purgas.* [*Lecto*] bene *lecto* atque recte sine agitatione libidinis. [*Patientem commodet aurem*] omnis hic locus consonat Tusculanis quaestio-

cepto. Eo enim utique deteriores non erimus. [*Laudis amore tumes*] inanis gloriae cupiditatem, ut perniciosum vitium, ex praeceptionibus quibusdam sanari posse ait, itaque decenter subiicit. [*Ter pure lecto*] velut ad

Virtus est vitium fugere, et sapientia prima
Stultitia caruisse. Vides, quae maxima credis
Esse mala, exiguum censum turpemque repulsam,
Quanto devites animi capitisque labore:
Impiger extremos curris mercator ad Indos,
Per mare pauperiem fugiens, per saxa, per ignes:
Ne cures ea, quae stulte miraris et optas,
Discere et audire et meliori credere non vis?
Quis circum pagos et circum compita pugnax

---

a nominibus descendunt, habitationem s. vehementiam copiamve significant, ut: *mulierosus, vinosus,* qui affectus est ad haec et vehementer amat vinum etc. — *amator*, sc. amicarum s. puellarum pro pecunia solvenda concubitum exercentium; amator, ἐραστής, igitur in sensu obsceno intelligitur. — Amplificat allegoriam, ex qua de feris animalibus desumpta neminem adeo ferum esse dicit, ut non excoli possit, quemadmodum nullum animal tam ferum est, ut non mite reddi possit. — *cultura* hîc est disciplina, philosophiae praecepta. Eadem metaphora utitur Cicero Tusc. Quaest. II, 5.: *Cultura autem animi philosophia est* etc. — *commodet aurem*, ut Serm. I, 1, 22.: *facilem — votis ut praebeat aurem.* — v. 41-44. *prima* non tantum ad *sapientiam*, sed etiam ad *virtutem* spectat, ut sensus docet. Horatius vero hîc non, ut nonnulli putant, virtutem definit, sed et virtutis et sapientiae initium exprimit. — *maxima mala* plebecula et paupertatem et vitae conditionem omni publico munere destitutam ducebat. — *exiguus census*, cf. Carm. Lib. II, 15, 13.: *census brevis.* Epist. I, 7, 56.: *census tenuis.* — *turpem* a munere publico obtinendo, quod ambigebant candidati, esse *repulsam* vulgo putabatur. Vid. Ovid. Fast. I, 217, 8.: *Dat census honores, Census amicitias: pauper ubique iacet.* Hor. Carm. Lib. III, 2, 17-20. — *labor* persaepe eadem significatione ponitur, qua *aerumnam* ac *dolorem* exprimit. — v. 45. *mercator*, ἔμπορος, Franco-Gallis: *marchand en gros.* A quo valde differt *propola, caupo, institor = marchand en détail, Hausirer.* — *extremos*, remotos. Ex veterum opinione Indi in remotissimo orbis terrarum angulo, ut ita dicam, habitare putabantur. De navigatione, quae Indis cum Romanis intercedebat, cf. Plin. VI, 23. — *currere* et *cursus* saepius de navigatione dicitur. — v. 46. *per mare, per saxa, per ignes*, i. e. per gravissima pericula. Mercatorem ab lucro faciendo nec pericula cum navigatione in alto coniuncta, neque saxa navigantibus periculosa, neque zonae torridae aestus deterrent. Alii haec allegorice dicta accipiunt, quemadmodum Graecorum: διὰ πυρὸς βαίνειν, βαδίζειν. — v. 47-48. *Ne cures — optas*, i. e. ut contemnas ea, quae stultus miratur et optat, vel philosophorum libros legendo vel philosophos docentes audiendo. Aliter. Cur non contemnis ea, quae tantummodo stulti mirantur et optant? Cur non vis discere sapientiam audiendo eius praecepta neque sapientiori credere? — *non curare* aliquid saepius pro aliquid contemnere dicitur; *audire* vero idem, quod ‚obedire' significat. — v. 49-51. *Quis circum — pugnax* etc. Cruq.: Quis non cupiat potius coronari in Olympicis certaminibus sine

---

nibus. [*Miraris et optas*] scilicet consequi, i. e. stulte optas. [*Discere et audire*] ὕστερον πρότερον, nam prius audimus, tum discimus. [*Quis*

sacrificandum caste ac lotis manibus accedendum putat. [*Impiger extremos*] hoc loco Theognidis versus imitatus est, qui ait: Ἣν (πενίην) δὴ χρὴ

Magna coronari contemnat Olympia, cui spes,
Cui sit condicio dulcis sine pulvere palmae?
Vilius argentum est auro, virtutibus aurum.
O cives, cives, quaerenda pecunia primum est;
Virtus post nummos! Haec Ianus summus ab imo
Prodocet; haec recinunt iuvenes dictata senesque,

v. 55. *Prodocet* mss. ap. Feam, alii exhibent *praedocet* s. *perdocet.* *Prodocet* restituit Lamb. Recte. *Pro* in compositis amplificandi aut palamfaciendi sensu adhiberi, tradit Fetus. Lambinum sequuntur Cruq. Bentl. Baxt. Cun. San. Phil. Gesn. Val. Oberl. Comb. Wakef. Doer. Schmid. Obbar. Hoched. Fea. — *senesque, et* Wakef. ad mentem Marklandi; quod versus, qui sequitur, manifesta sit periphrasis pro *pueri.* — *senesque, et* dedit Obbar. (defendit Iahn.) Sed non recepere illud *et* Hoched. Schmid. Doer. Fea.

---

magno labore et periculo, quam in pagis et compitis magno cum sudore et discrimine vitae? Ita quis non malit in otio philosophico discere contemnendas esse divitias, quam cum maximo labore eas sectari per terras et maria? Poeta in mente habuisse videtur ludos compitalicios, quales gladiatores circumforanei (*circum compita*) in locis publicis edere solebant. De ludis compitaliciis vid. Intpp. ad Suet. Aug. c. 31. ad Pind. Nem. εἰδ. ια΄. — De *compitis* cf. Serm. Lib. II, 3, 26. 281. II, 6, 50. — *Magna coronari Olympia*, μεγάλα στεφανοῦσθαι Ὀλύμπια. Pariter accusativus reperitur in his verborum structuris: Hom. Il. IV, 389.: Πάντα (ἄεθλα) ἐνίκα ῥηιδίως. Isocrat. Epist. IV. ad Phil. p. 415. D.: νικᾶν τοὺς στεφανίτας ἀγῶνας. Thucyd. I, 126.: Ὀλύμπια νενικηκότι. Ludi *Olympici* κατ᾽ ἐξοχὴν *magni* dicuntur; in Graecia enim maximo erant in honore. — De *palma* cf. Carm. Lib. I, 1, 6. — v. 51. *Cui spes, Cui sit condicio dulcis palmae*, nos: *süsslohnender Palme.* — *Palmam* pro victoria posuit. Alii epitheton *dulcis* ad vocem *condicio* referunt. — *sine pulvere*, ἀκονιτί. Fieri enim solebat, ut, si quis gladiator famosus ad certamen singulare ineundum se praestitisset, nemo esset, qui cum eo certare vellet. Quamobrem hic palmam sine pulvere meruit. — v. 52. Quemadmodum argentum vilius quam aurum, ita aurum vilius est quam virtus. Haec sententia prudentiorum a populo despicitur; omnes enim, qui ab summo usque ad imum Ianum stare solent, pecuniam virtute praestare proclamant. Luxuria tum temporis omnes excedebat fines, ita ut sine pecunia, i. e. sine maximis divitiis nemo vere vivere posset. Vnde apparet, illis

---

circum pagos] quis cum sit fortis, nolit Olympiis coronari? *Compita* dicuntur, quae patent in multas vias. [*Dulcis palmae*] i. e. philosophus potest coronam contemnere, sciens inanem esse hanc gloriam. [*Vilius*] otiosae vitae praeponenda est palma; palmae praeponenda est virtus. [*Haec Ianus summus ab imo*] duo Iani ante Basilicam Pauli steterunt, ubi locus erat feneratorum. Ianus dicebatur locus, in quo solebant convenire feneratores, i. e. omnes, qui conveniunt, haec loquuntur, i. e. has fabulas senes docent et pueri, quibus pari imperitia est animus et per

φευγόντα καὶ ἐς μεγακήτεα πόντον ῥιπτεῖν καὶ πετρῶν, Κύρνε, κατ᾽ ἠλιβάτων. [*Et circum compita pugnax*] similitudine admonet, ut a parvis ad maiora bona cupiditates conferamus. [*Haec Ianus summus ab imo*] ad Ianos eos, qui sunt in regione Basilicae Pauli, feneratores consistunt, a quibus vult

Laevo suspensi loculos tabulamque lacerto.
Si quadringentis sex septem millia desunt, —
Est animus tibi, sunt mores, est lingua fidesque, —
Plebs eris. At pueri ludentes, *Rex eris*, aiunt,
Si recte facies. Hic murus aheneus esto,
Nil conscire sibi, nulla pallescere culpa.

v. 57—58. *Si quadringentis — Est animus.* Mss. ap. Pulm. Bentl. edit. princ. Ven. 1479. 81. 83. 90. 95. Flor. 1482. Lips. 1499. Aldus 1501. Iunta 1503. Bas. 1527. 31. 80. Frib. 1536. Lamb. Muret. aliaeque usque ad Bentl., qui praetulit lectionem aliorum mss. apud alios, quibus alii ap. Feam concinunt, qui habent: *Sed quadringentis,* et versum postponunt sequenti. Vid. Iahn. qui ita edidit. — *Si quadringentis* def. et recep. Fea, Doer. Hoched. Schmid. Obbar.

---

temporibus nummos regnasse. Cf. Ovid. A. A. II, 277.: *Aurea nunc vere sunt secula; plurimus auro Venit honos* etc. — De *Iano summo* et *imo* vid. supr. ad Serm. II, 3, 19. — v. 55. *recinunt dictata*, praecepta recitant; ut discipuli in scholis a praeceptoribus dictata recinere solent, ita et iuvenes et senes cum multitudine sententiam ab poeta modo laudatam repetunt. — v. 56. *Laevo — lacerto.* Hic versus verbo tenus supra Serm. Lib. I, 6, 74. expressus legitur. — v. 57-59. Sensum horum versuum *Doeringus* his quidem recte explicat: Si quadringentis millibus (400,000) HS. — quam summam possidere debebat in ordinem equestrem recipiendus — sex vel septem millia desunt, quamvis es vir bonus, honestus, disertus et probus, tamen ad ordinem plebeium relatus non frui potes honore, quo equites fruuntur. — *Est animus tibi*, vid. Carm. Lib. IV, 9, 34. — Landin.: *mores*, virtutes morales; *animus*, i. e. sapientia; et sic valebis in utraque philosophia, et si addes linguam et fidem, i. e. eloquentiam adiectam probitati, quae quidem res faciunt hominem perfectissimum, ut iure possis nobilissimus nominari: tamen *plebs eris*, contemneris, ut Cruq. interpretatur, inter plebem reputaberis et in quatuordecim ordinibus non sedebis. — v. 59-60. At pueri sapientius agunt victoriae palmam deferentes ei, qui potior in ludendo evaserit. De hoc puerorum ludo pro certo nihil affirmari potest; verisimile autem est, poetam ludum respexisse, cuius mentio fit apud Platon. Theaetet. c. 10. p. 295. (Ed. *Heindorf.*): ὁ μὲν ἁμαρτὼν καὶ ὃς ἂν ἀεὶ ἁμαρτάνῃ, καθεδεῖται, ὥσπερ φασὶν οἱ παῖδες οἱ σφαιρίζοντες, (i. e. *pila ludentes*) ὄνος. ὃς δ' ἂν περιγένηται ἀναμάρτητος, βασιλεύσει ἡμῶν καὶ ἐπιτάξει ὅτι ἂν βούληται ἀποκρίνεσθαι. Vid. Pollux. IX, 106.: καὶ ὁ μὲν ἡττόμενος, ὄνος ἐκαλεῖτο, καὶ πᾶν ἐποίει τὸ προςταχθέν· ὁ δὲ νικῶν βασιλεύς τε ἦν καὶ ἐπέταττεν. — *Hic murus aheneus esto*, sive ex veterum indole sive ex ludi regula sententia ab poeta propterea adhibita, quod dicere volebat: nihil puram conscientiam superare posse. — v. 61. *Nil conscire sibi* etc. Similiter Carm. Lib. I, 22, 1.: *Integer vitae, scelerisque purus.* Et Plato (de Republ. I. p. 574.): ὁ μηδὲν ἑαυτῷ ἄδικον συνειδώς. — *nulla pallescere culpa. Pallor* enim malae conscien-

---

haec sint contemnenda, quae dicant. [*Suspensi loculos tabulamq. lacerto*] consuetudo quondam fuit, ut iuvenes philosophiae operam dantes et senatores in curiam intrantes in laevo brachio ferrent tabulas ad quid-

tamquam a magistris doceri populum, ne quid pluris pecunia habeant. Vnus enim illic Ianus in *summo*, alius in *imo* est, quos hic inducit monere. [*Haec recinunt*] assentiuntur et quasi respondent. [*Roscia, dic so-*

Roscia, dic sodes, melior lex, an puerorum est
Nenia, quae regnum recte facientibus offert,
Et maribus Curiis et decantata Camillis?
Isne tibi melius suadet, qui, rem facias, rem,
Si possis, recte, si non, quocumque modo rem,
Vt propius spectes lacrymosa poemata Pupî:
An qui Fortunae te responsare superbae
Liberum et erectum praesens hortatur et aptat?

---

tiae signum, cf. Epod. VII, 15.: *albus ora pallor inficit.* — v. 63. *Nenia* non solum de carminibus funebribus, sed etiam de nugatoriis, qualis illa puerorum cantiuncula: *Rex eris, si recte faxis; si non faxis, non eris.* Olim autem haec non pueri, ut hodie, sed viri fortissimi, Curius et Camillus, cantabant. — *mares*, sunt viri generosioris animi et masculae virtutis. — De *Curio* vid. Cic. de Senect. c. 16.: *Curio ad focum sedenti magnum auri pondus Samnites cum adtulissent, repudiati ab eo sunt; non enim aurum habere praeclarum sibi videri dixit, sed iis, qui haberent aurum, imperare.* — De *Camillo* vid. Liv. V, 44 sqq. — Ceterum de lege theatrali L. Roscii Othonis cf. supr. ad Epod. IV, 15. — v. 65-69. *rem facere*, rei familiaris augendae operam dare, χρήματα ποιεῖσθαι. — *Si possis*, sc. recte; *si non*, sc. recte possis, εἰ δὲ μή. Ad sententiam cf. Iuven. XIV, 207.: *Vnde habeas, quaerit nemo, sed oportet habere. Hoc monstrant vetulae pueris repentibus assae; Hoc discunt omnes ante alpha et beta puellae.* Senec. Epist. 115.: *Non quare et unde: quid habeas, tantum rogant.* — *quocumque modo rem*, sc. facias. — *Vt propius spectes*, ut sis eques Rom. suppetente censu, ut tantum habeas, i. e. ut e quatuordecim ordinibus, lege Roscia equitibus adsignatis, spectacula

---

dam exarandum et loculos ad aliquid sibi emendum, ut ostenderetur, quia qui volunt divites esse, sapientiae se primo studio conferant et est ὑπαλλαγή. *Suspensi lacerto*, pro, habentes tabulas suspensas lacertis. [*Si quadringentis*] quoniam Roscius iussit, non debere fieri equitem Romanum, nisi haberet quadringenta millia aeris. Roscius melius docet, qui dicit undecunque habendam esse pecuniam, an philosophus, qui monet, contemnendam esse superbam fortunam? [*Nenia*] laus mortuorum, sed hic quoque cantilena, ut alibi: *Merita Nox quoque Nenia dicitur.* [*Plebs eris*] i. e. in quatuordecim ordinibus non sedebis. [*Curiis*] *Curius* vir fortissimus fuit, qui Corinthum vicit. Hoc dicebant et *Curii* et *Camilli.* Is regnum habet, qui possit recte facere. [*Decantata*] nota. Est cantatio valde nota et in ore habita. [*Suadet*] suademus etiam mala, hortamur ad bona. [*Puppi*] *Pupius*, tragoediographus, ita affectus spectantium movit, ut eos flere compelleret, inde istum versum fecit: *Flebunt amici et bene noti mortem meam, Nam Pupius in me vivo lacrymatus est.* [*Responsare*] contumaciter respondere. His respondet, qui adversa

des, melior lex an puerorum] Lex Roscia est, qua cavetur, ut proximis ab orchestra tredecim gradibus spectent, quibus census est quadringentorum sestertiorum. In hoc ergo unumquemque laborare, ut amplius patrimonium habeat, ut in quatuordecim ordinibus sedens propius spectet poemata Pupii. Contra pueri lusu cantare solent: Rex erit, qui recte faciet. Qui non faciet, non erit. Quam sententiam meliorem ait: Quia non divitiis, sed virtutibus honor habetur. Haec lex Roscia equitibus data est, ut in primis quatuordecim gradibus sederent, qui quadringenta sestertia haberent. [*Et maribus Curiis*] *mares* nunc pro fortissimos posuit. [*Quia*

Quod si me populus Romanus forte roget, cur
Non ut porticibus sic iudiciis fruar îsdem,
Nec sequar aut fugiam, quae diligit ipse vel odit:
Olim quod vulpes aegroto cauta leoni
Respondit, referam: *Quia me vestigia terrent*
Omnia te adversum spectantia, nulla retrorsum.
Bellua multorum es capitum: nam quid sequar aut quem?
Pars hominum gestit conducere publica; sunt, qui

v. 72. *et fugiam*, Fea, Hoched. Schmid. — *aut fugiam*, recep. Doer. Obbar. — 76. *Bellua multorum es capitum*, est responsio ad pop. Rom. quem non tantum belluam, ut leo, sed multorum capitum appellat, quam quis sequi, ne si velit quidem, possit. Bentl. autem pro *es* recep. *est*. Recte *es* def. Obbar. *Es* legitur ap. Doer. Th. Schmid. Feam, Hoched.

---

spectes. — *responsare*, cf. Serm. Lib. II, 7, 69. Similem Epicuri habemus sententiam: ἀντιτάσσεσθαι τῇ Τύχῃ. De Fortunae superbia, quam Horatius pulcherrime depinxit, cf. Carm. Lib. III, 29, 49 sqq. Serm. II, 8, 61. II, 2, 126. — *Liberum* cape in Stoicorum sensu, ex quo etiam supr. Serm. II, 7, 83. dixit: *Quisnam igitur liber? Sapiens, sibi qui imperiosus.* Cf. Epist. I, 16. 63. — *erectum*, ὀρθὸς νόος, ut Carm. Lib. IV, 9, 34.: *Est animus tibi Rerumque prudens et secundis Temporibus dubiisque rectus.* — *aptat*. Quam lectionem nec non Stephanus (Diatr. II. p. 127.) defendit: Quemadmodum enim Horatianum esset ita loqui: *Reddet aptum hoc facere*, pro eo qued est, aptum ad hoc faciendum: ita certe non dubium est, quin sibi permiserit dicere: *Aptat responsare*, significare volens, aptum reddit ad responsandum. — v. 71. Romae in porticibus ambulabant homines otiosi, inprimis amantes, modo ob pluviam modo ob aestum nimis molestum umbra se recreantes. — *iudicia*, nos; *Modeton*, sunt ea, quae vulgo iudicantur. — *fruar*. Vid. de huius verbi significatione Auson. *Popma* de differ. verb. lib. II.: *Frui* est omnem rei fructum et commodidatem percipere, neque ad necessitatem modo, sed et ad delectationem et compendium convertere. *Vti* ad necessarium vitae usum cultumque accommodare. Itaque plus est *frui* quam *uti*. — v. 73. Aesopi Fabulam (apud. Platon. in Alcib. I. p. 442.: ἀλλ' ἀτεχνῶς κατὰ τὸν Αἰσώπου μῦθον, ὃν ἡ ἀλώπηξ πρὸς τὸν λέοντα εἶπε, καὶ τοῦ εἰς Λακεδαίμονα νομίσματος εἰσιόντος μὲν τὰ ἴχνη τὰ ἐκεῖσε τετραμμένα δῆλα, ἐξιόντος δὲ οὐδαμῇ ἄν τις ἴδοι.) narrat, de qua Lucilius quoque memoriae prodidit. — v. 76. *Bellua multorum capitum*, θηρίον πολυκέφαλον. — v. 77-80. *Pars hominum gestit conducere publica*, quorum verborum sensum *Vossius* sic interpretatur: *Einige werben mit Gier*

---

aequo animo tolerant. [*Non ut porticibus*] quia periculose tecum sensere Gracchi, de lege agraria iisdem iudiciis, voluntatibus vel opinionibus. [*Referam*] hoc illi respondebo. Quia videt multos periisse, qui tibi consenserunt. [*Terrent*] sensus est: Quoniam populos contrarios sibi suscipis et amplecteris, neque a te quidquam prudentiae proficiscitur. [*Omnia te adversum*] quia si quis sequitur voluntatem tuam, nullum iam habet circa sapientiam respectum. [*Multorum capitum*] diversarum opinionum, non alicuius certi consilii. [*Gestit*] sunt, qui dicunt: Bonum est,

me vestigia terrent] ad paradoxa Stoicorum descensum sibi facit et osten-

Crustis et pomis viduas venentur avaras
Excipiantque senes, quos in vivaria mittant;
Multis occulto crescit res fenore. Verum
Esto, aliis alios rebus studiisque teneri:
Idem eadem possunt horam durare probantes?
Nullus in orbe sinus Baiis praelucet amoenis,
Si dixit dives, lacus et mare sentit amorem

Staatspachtungen. Alii captandorum testamentorum artem profitentur. De heredipetis exstat Sermo Libri secundi quintus, quem cum hoc loco lectorem conferre iubemus. — De *crustis* vid. Serm. I, 1, 35. ubi *crustula* commemorantur, quae pueris dari solent, quo facilius prima literarum elementa discere velint. Non aliter hic cum viduis esse agendum docet. Ceterum et *crustula* et *crusta* ad *opus dulciarium* (*Confitures, Naeschereien*) pertinent. — De *pomis* vid. supra Serm. II, 5, 12. — *viduae* non solum sunt eae, quae aliquando nuptae fuissent, sed eae quoque mulieres, quae virum non habuissent. — *venentur*. *Venari*, θηρᾶσθαι, saepius in re amatoria pro captare, laqueos tendere, insidiari, usurpatur. — *Excipiunt*, ut venatores aiunt, δέχεσθαι, ἐκδέχεσθαι. Cf. Carm. Lib. III, 12, 10. — *vivaria* fere eadem sunt, quae supra Serm. Lib. II, 5, 44. *cetaria* appellantur: *Fischteiche*. — *fenore*. Sext. Popma: *fenus* et *feneratores* — de credita pecunia, fenebri a *fetu* dicta, quia crediti nummi alios pariunt, ut apud Graecos eadem res τόκος dicitur. In Aristophanis nubibus (v. 1291. Edit. *Reisig.*) quid sit τόκος, quaeritur hisce verbis: ΣΤΡΕΨ. τοῦτο δ' ἔσθ' ὁ τόκος τί θηρίον; ΑΜΥΝ. τί δ' ἄλλο γ' ἢ κατὰ μῆνα καὶ καθ' ἡμέραν πλέον πλέον τἀργύριον ἀεὶ γίγνεται, ὑποῤῥέοντος τοῦ χρόνου; — *occulto*, Comm. Cruq.: illicito. Turpissime fenerantes viros bonos se esse simulant. — v. 81-82. *Esto*, εἶεν, i. e. concedo, alium alia vitae ratione duci; nam, ut ipse Serm. Lib. II, 1, 83. dixit, *quot capitum vivunt, totidem studiorum millia*. Eadem sententia vulgo sic auditur: *Quot capita, tot sensus*. — Non unam horam sibi constant, dum quae in horae initio probant, in fine eiusdem horae aspernantur. — *durare*, ἐπιμένειν, καρτερεῖν, cf. Carm. Lib. I, 14, 7. Serm. I, 6, 128. — v. 83. *praelucet*, luce sua praestat. Similiter Carm. Lib. I, 33, 4.: *cur tibi iunior Laesa praeniteat fide?* — De *Baiis* vid. not. ad Carm. Lib. III, 4, 24. et *Index* sub h. v. — v. 84. *lacus et mare*, Landin.: Nam et *lacus Lucrinus* in Baiano est et *mare* sinum *Baianum* habet. — *sentit amorem Festinantis heri*. Comm. Cruq.: etiam *lacus* et *mare* divitum *amorem*, cupiditatem erga se sentit, qui supra mare et lacum con-

---

agros publicos conducere, viduas insidiis capiant, decipiant eas, ut sibi vindicent res earum. [*In vivaria mittant*] i. e. decipiant eos, ut possint callide eorum hereditatem auferre. [*Crescit res*] quia interdum nesciunt feneratores, quot mensium sint accepturi usuras. [*Verum*] sensus est: Scio, inquit, quod non sit omnium una sententia, illud non tolerabile est, quod proposita sua mutant in horas. [*Esto*] i. e. concedo, ut diversa sentiant homines, sed non invenies, qui in proposito perseveret. [*Lacus et mare*] i. e. et iam *lacus* et *mare*, i. e. etiam lacus et mare divitum

dit, quae sibi populus contraria facit. Luciliana sunt haec. A fabula ergo Aesopi arguit inter se repugnantiam hominum, dicens, belluam multorum capitum esse. [*Idem eadem possunt horam durare*] utraque haec dicuntur a Stoicis, insaniam vulgi primum, quod inter se dissideant, deinde

Festinantis heri: cui si vitiosa libido
Fecerit auspicium, cras ferramenta Teanum
Tolletis fabri. Lectus genialis in aula est:
Nil ait esse prius, melius nil caelibe vita;
Si non est, iurat bene solis esse maritis.
Quo teneam vultus mutantem Protea nodo?
Quid pauper? ride! mutat cenacula, lectos,
Balnea, tonsores; conducto navigio aeque

v. 91. Pro *ride!* dedit Bentl. *viden' ut mutat*, mera ex coniectura. Cuning. autem *rides* legit in textu. *Ride!* recte recep. Fea, Hoched. Doer. Th. Schmid. Obbar.

---

stituunt aedificia. Idem fere iam supra Carm. Lib. III, 1, 33.: *dominus terrae fastidiosus*, exprimit; vid. quae ibi notata leguntur. — v. 85. *Festinantis heri*. Cruq.: proprie ait *festinantis;* nam, Catone auctore (Gell. XVI, 14.), qui multa simul incipit, neque perficit, *festinare* dicitur; sed *properare*, qui, quod mature incipit, transigit. — *vitiosa libido*, quaelibet voluntas temere suscepta, nos: *veraenderliche Laune*. — v. 86. *Fecerit auspicium*, i. e. herum commoverit, quia sine auspiciis ne minimum quidem apud Romanos fieri solebat. — *Teanum*, cf. *Index* sub h. v. — v. 87. *Lectus genialis* derivatur ab *Genio*, cui quidem erat sacer. Non in *aula*, sed in *atrio*, pro quo tamen hîc *aula* nominatur, *lectus genialis*, *torus socialis*, *lectus iugalis* adversus portam collocari solebat. Quamobrem Propertio IV, 11, 85. *lectus adversus* dicitur. Sermo est de hominum inconstantia, qui in matrimonio eos laudant felices, qui in matrimonio non vivunt; caelibes autem eos dicunt beatos, qui in matrimonio vivunt. Sapiens aliter iudicat. Stultus ex animi inconstantia matrimonium odit; vir melior matrimonii incommoda constanter patitur. Sed nihilominus experientia edoctus Menandrum recte iudicasse contendere potest: *ὢ μακάριόν με! γυναῖκα οὐ λαμβάνω*. Dolent sane nobiscum permulti, Socratis phoenicem, ut ita dicam, nondum resurrexisse; istum autem Xanthippes adhuc esse in terris et in feminis! — v. 88. *prius*, praestantius, ut supr. Carm. Lib. IV, 10, 4.: *qui color est puniceae flore prior rosae*. — v. 89. *Si non est*, sc. lectus genialis in aula. — v. 90. *Quo teneam* etc. Landin.: pro mobilitate animi ponit per allegoriam *Protea*, de quo vid. *Index*. — *vultus*, i. e. *forma*, *species*, nobis: *Gestalt*. — v. 91. *Quid pauper?* Significat pauperum inconstantiam longe magis esse ridiculam, quam divitum, quia scilicet divites in rebus propriis, pauperes in alienis et conductis inconstantiam suam expromunt. — *mutat cenacula*. Pauperes, qui non habebant aedes proprias, in quibus habitarent, *cenacula* (*ὑπερῷα*) conducebant, i. e. superiores aedium partes, quas nos dicere solemus: *Dachstübchen*. Nam divites, quorum erant aedes locatae, partes inferiores usque ad secundum tabulatum sibi excipiebant ac reservabant, superiores pauperibus locabant. — *lectos*, sc. discubitorios, triclinares. — v. 92. *Balnea*. Divites propria, pauperes publica balnea frequentabant, quorum numerus adeo erat magnus, ut pauperes pro arbitrio modo hîc, modo illic lavatum ire possent. — *tonsores*, quorum Romae erant

---

consentit sententiis, qui supra mare et lacus constituunt aedificia. [*Cras ferramenta*] ille positus apud Baias, si delectatus fuerit alio loco, continuo iubet ferramenta transferri ad componendum praetorium. [*Theanum*] *Theanum* civitas est Campaniae, abundans optimis fabris et sartoribus. [*Quo teneam*] mire respondet, quoniam supra dixerat: *Bellua multorum*

Nauseat ac locuples, quem ducit priva triremis.
Si curatus inaequali tonsore capillos
Occurri, rides: si forte subucula pexae
Trita subest tunicae vel si toga dissidet impar,
Rides. Quid, mea quum pugnat sententia secum;
Quod petiit, spernit; repetit, quod nuper omisit;
Aestuat et vitae disconvenit ordine toto;
Diruit, aedificat, mutat quadrata rotundis?

v. 94. Pro *curatus*, quam lectionem recte habere docent Fea, Obb. Th. Schmid. Hoched. Doer., nonnulli exhibent *curtatus*, levi ex errore. — 95. *Occurro* ap. Bentl. Cun. San. Sandby, Val. Wetz. Feam, Hoched. Doer. Obbar. qui tamen alteram lectionem *occurri* praeferendam esse docet tum in huius epistolae monographia cum in *Seebodii* bibliotheca crit. (1823. H. II. p. 163 sq.), ut fere idem sit, quod Graecorum aoristus ac perfectum. — 97. *sententia mecum* pro varietate in nonn. mss. *Secum* recte; nam eadem sententia, quae *petiit et spernit*, *repetit et omisit*. Sic Fea, Doer. Th. Schmid. Hoched. Obb.

---

permulti, qui in tonstrinis omnium usui patentibus inprimis pauperioribus inserviebant; divites enim tonsores possidebant proprios. — *conducto navigio* opponitur *priva triremis*, i. e. propria, vid. not. ad Serm. II, 5, 11. — v. 93. *Nauseat*, Comm. Cruq.: *nauseare* (*ναυτιᾶν*) proprie dicuntur, quibus eadem fastidium afferunt; *nauseant* etiam, qui navigio raro vehuntur. Simpliciter: tam pauper alienum navigium fastidit et mutare cupit, quam dives suum. — v. 94. *curatus capillos*, verborum structura Graeca, ut: *miles fractus membra* Serm. I, 1, 5. et Tibull. I, 3, 91.: *longos turbata capillos*. Ceterum Romanorum vanitas inprimis in eo perspicitur, quod, ut cum maxime concinne tonderentur ab tonsoribus capilli, anxii curabant. Maecenas, vir ad unguem factus, ridere solebat, si quis amicorum minus accurate tonsus ad se veniret. — v. 95. *subucula*, *ὑποδύτης*, *χιτωνίσκος*, vestis interior, quae subter tunica geritur. Huiusmodi tunica *interula* vel *linea* vel *byssina* esse solebat. — *Trita*, detrita, nihil amplius lanae habens, (*abgeschabt*) opponitur, ut iam *Doer*. ad hunc locum adnotavit, tunicae *pexae*, lana comta adhuc obtectae, adhuc villosae. — v. 96. *si toga dissidet impar*, vid. notat. ad Serm. I, 3, 31. — v. 97. *Quid, mea quum* etc. Comm. Cruq.: Cur reprehendis vitia corporis et mea maiora sine risu praeteris? — v. 99. *Aestuat*, metaphorice ab aestuante mari desumptum, de omnibus animi affectibus dicitur. — *disconvenit*, discordat, discrepat. — v. 100. *Diruit*, *aedificat*, sive pro-

---

es capitum. [*Nauseat*] *nauseare* proprie dicuntur, quibus eadem fastidium afferunt; et hîc proprie *nauseat*, quia navis mentionem fecerat. [*Quem ducit*] i. e. simpliciter pauper alienum navigium fastidit et cupit mutare quemadmodum suum, et per hoc ostendit in nulla re homines habere constantiam, sed esse mutabiles. [*Priva triremis*] alii *privam* ita intelligunt, quae una uni adsignatur, quia et hîc privata possit intelligi. [*Inaequali tonsore*] qui inaequaliter tondet. [*Subucula*] proprie dicitur pannus additilius, a subiiciendo vel a subsuendo. [*Pexa*] tunica est, quae demissa est usque ad talos, sicuti pexi capilli, demissi. [*Dissidet impar*] non aequalis sedet in humeris. [*Quod petiit*] Sensus est: cur levia in

quod a semet ipsis mutant subinde proposita. [*Si curatus inaequali tonsore*] hoc ait: Rides, cum in me vides culpam aut tonsoris aut vestiarii; cum ego ipse mihi contraria facio, non rides. [*Insanire putas sollennia me*,

Insanire putas sollemnia me, neque rides,
Nec medici credis, nec curatoris egere
A praetore dati; rerum tutela mearum
Quum sis et prave sectum stomacheris ob unguem
De te pendentis, te respicientis amici.
Ad summam, sapiens uno minor est Iove, dives,
Liber, honoratus, pulcher, rex denique regum:
Praecipue sanus, nisi quum pituita molesta est.

---

verbialiter sive ironice, Romanorum inconstantiam in aedificando perstringens, qui quod modo aedificarant, diruebant, hîc loquitur. — *mutat quadrata rotundis*, proverbium, quod vel ad architecturam vel ad geometriam spectat. Cf. Senec. Epist. 88.: *scis rotunda metiri, in quadratum redigis, quamcumque acceperis formam.* — v. 101. *Insanire sollemnia, nos: auf gewoehnliche Art und Weise rasen. Insanire sollemnia* Cruquius per ‚sollemniter' interpretatur. Sed verbum *insanire,* ut reliqua verba animi quemdam affectum exprimentia, cum accusativo construi solet, quemadmodum Serm. II, 3, 63.: *insanire similem errorem.* Propert. 34, 25.: *Lynceus ipse meus seros insanit amores.* Pariter Graecorum ἐπιμαίνεσθαι. — v. 103. Secundum duodecim tabularum leges: *Si furiosus aut prodigus existat, ast ei custos nec escit, agnatorum gentiliumque in eo pecuniave eius potestas esto:* mente captis curator, qui eorum rem familiarem gereret, a praetore dabatur. — *rerum tutela mearum,* ut supr. Carm. Lib. I, 1, 1.: *O et dulce decus, praesidium et meum.* Carm. II, 17, 4.: *mearum grande decus columenque.* Cf. Carm. IV, 14, 43. — v. 104. *stomacheris,* i. e. irascaris. Notum est, pro *ira* etiam *stomachum* poni. — *ob unguem prave sectum.* Vnguibus secandis veteres impendebant maximam curam, unde etiam proverbialiter dicitur: *ad unguem factus.* — *prave,* inaequaliter, haud secundum artis tonstrinae regulas. — Haec suavis ac modesta ironia cadit in Maecenatem, qui amicorum negligentiam habitus externi aegre tulisse videtur. — v. 105. *respicere* hoc loco nihil aliud significat quam: *nach etwas hinsehen, sein Vertrauen, seine Hoffnung auf jemand setzen, von jemand Schutz erwarten.* Non solum respicimus ea, unde opem exspectamus, sed etiam ea, quibus auxilium debemus. — v. 106. *Ad summam,* imitatur Stoicorum rationem breviter loquendi. — *sapiens uno minor Iove,* de qua Stoicorum vana ostentatione cf. Senec. Epist. 31.: *Iupiter quo antecedit virum bonum? diutius bonus est. Sapiens nihilo se minoris aestimat, quod virtutes eius spatio breviore clauduntur. — Iupiter omnia habet, sed nempe aliis tradidit habenda; ad ipsum hic unus usus pertinet, quod utendi etiam omnibus causa est: sapiens tam aequo animo omnia apud alios videt contemnitque, quam Iupiter; et hoc se magis suspicit, quod Iupiter uti illis potest, sapiens non vult.* Similiter Stoici ab Luciano (Vitar. auct. 20. ed. Reitz. T. I. p. 559.) deluduntur: *ὅτι μόνος οὗτος σοφός, μόνος καλός, μόνος δίκαιος, ἀνδρεῖος, βασιλεύς, ῥήτωρ, πλούσιος, νομοθέτης, καὶ ἄλλα, ὁπόσα ἐστίν.* — *dives,* nam nihilo eget. — *Liber,* nullis animi affectibus regitur; cf. v. 69. — *honoratus,* honoribus auctus, Serm. I, 3, 125 et 136. — *pulcher, καλός,* tum proprie cum translate hac voce utuntur philosophi, animi pulchritudinem, quae corporis pulchritudine praestat, intelligentes. — *rex regum,* cf. Serm. I, 3, 125. — v. 108. *Praecipue sanus,* ambigue dictum, nam et proprie de corporis et translate de animi valetudine vel sanitate accipi potest. Philosophos animum sanum intellexisse, sua sponte apparet. Horatius autem hac verbi ambiguitate eo lubentius utitur, quo facilius eius ope philosophos haud raro aegrotantes, *pituita (Schnupfen)* scilicet ob levia vestimenta, quibus pauperes induti incedebant, laborantes perstringat ac derideat. — *Pituita* trib. syllab. pronunciandum, ut Serm. II, 2, 76. Pers. II, 57.

---

me vitia rides, cum magna sine risu praetereas? [*Insanire putas sollennia*] pro sollenniter. Iudicas me morbo laborare omnium hominum. Idcirco pro consuetudine guttorum morbis non esse credendum. [*Curatoris*] qui solet dari insanis et per hoc monitoris. Sensus est: Tu castigator et monitor in levissimis (me) reprehendis, maiora non corrigis. [*Rerum tutela mearum*] o Maecenas, cum sis adiutor fortunarum mearum et videas me istis moribus insanire, non curas dandum esse mihi curatorem a praetore. [*Stomacheris*] irascaris, i. e. ob minimum peccatum et nullius momenti. [*Sanus*] tangit hîc Stoicos, qui dicunt sapientes, etiam si aegrotent, bene esse sanos. Ego autem dico sanum et sapientem, si sine morbo est. Sententia Stoicorum: In hoc sapiens minor est Iove, quia moritur. Aliter. Minor Iove est, quod in caelo non est. [*Nisi cum pituita molesta est*] *pituita* est morbus capitis ad (sic) vitium gallinarum vel pullorum.

neque rides] insaniam, quam sustineo, credens mihi sollennem et necessariam esse et ideo non rides. [*Rerum tutela mearum*] Maecenati hoc ait: In novissimo severitatem Stoicorum hîc eludit, quasi *furtim* ad Chrysippum rediens. [*Nisi cum pituita molesta est*] nisi κατάῤῥους impedit.

EPISTOLA II.

ARGUM. *In hac epistola, ad Lollium, M. Lollii Palicani maximum natu filium, scripta eum adhuc iuvenem ab omni stultitia retinere studet, dum ei virtutis exempla, quae memoriae prodidit Homerus, ad imitandum proponit. Virtuti opponuntur vitia, quae tamen strenue fugienda esse, docet idem ille optimus poeta, cuius praecepta praestant philosophorum doctrina. Felicitas humana non in divitiis, sed in animo paucis contento eiusque tranquillitate ab omni affectu libera ponitur. Ceterum hanc epistolam scribendi ratione et humanissima et amicissima Horatius utitur, neque aliter quam Socrates cum sodalibus loquitur. — Vt Sanadonus putat, epistola ipsa circa annum DCCXXV vel DCCXXVI u. c. scripta est. Pro certo tamen tantummodo id statui potest, ante expeditionem Cantabricam epistolam scriptam exstitisse.*

AD LOLLIVM.

Troiani belli scriptorem, maxime Lolli,
Dum tu declamas Romae, Praeneste relegi;

---

v. 1. *Troiani belli scriptorem,* poetam. *Scribere* et *scriptor* κατ᾽ ἐξοχὴν de poeta. Cic. pro Archia cap. 10. *Multos scriptores rerum suarum magnus ille Alexander secum habuit.* — *maxime,* sc. natu, cuius frater commemoratur Epist. I, 18, 62. — v. 2. *declamas, declamare,* artem di-

---

ACR. [*Troiani belli scriptorem, maxime Lolli*] scribens Lollio, ait, lecto a se poemate Homeri, manifestius sibi et melius exprimi ab eo philosophiae

POR. [*Troiani belli scriptor.*] in hac epistola vult ostendere melius et apertius quam a philosopho se discere praecepta philosophiae ab Homero,

Qui, quid sit pulchrum, quid turpe, quid utile, quid non,
Planius ac melius Chrysippo et Crantore dicit.
Cur ita crediderim, nisi quid te detinet, audi.
Fabula, qua Paridis propter narratur amorem
Graecia Barbariae lento collisa duello,
Stultorum regum et populorum continet aestus.
Antenor censet belli praecidere causam:
Quid Paris? — ut salvus regnet vivatque beatus,
Cogi posse negat. Nestor componere lites
Inter Peliden festinat et inter Atriden;

v. 4. *Planius.* Recte. Alii: *Plenius.* — 12. *Inter* — *inter.* Bentl.: ἰδιωτικῶς hîc loquutus est. Apparet unum alterumve *inter* redundare. Bentl. igitur pro primo vult substituere: *Primus.* Sed ob huiusmodi praepositionis iterationem, quae quoque apud alios scriptores Latinos classicos haud raro reperitur, (vid. Cic. de Amicit. 25.: *Quid intersit inter popularem — et inter constantem* etc. Parad. I.: *inter te atque inter quadrupem.* Liv. X, 7, 1.: *Inter Ap. Claudium — et inter P. Decimum Murem* etc.) poeta haud accusandus est.

---

cendi exercere, nos: *Redeübungen halten. Declamare* proprium Sophistarum et Rhetorum verbum, qui his declamationibus muneri oratorio praeludebant, Graecis τὸ μελετᾶν. — *Praeneste*, vid. INDEX sub h. v. — *relegi*, iterum legi. — v. 3—5. *pulchrum*, καλόν, cui opponitur *turpe*, αἰσχρόν. — *Planius*, fere idem hîc significat, quod nobis: *anschaulich.* — *melius.* Plut. de aud. poet. c. 1. οὐ φευκτέον ἐστὶ τὰ ποιήματα τοῖς φιλοσοφεῖν μέλλουσιν, ἀλλ' ἐν ποιήμασί τι προφιλοσοφητέον. C. 4. οἱ γοῦν φιλόσοφοι παραδείγμασι χρῶνται, νουθετοῦντες καὶ παιδεύοντες ἐξ ὑποκειμένων, οἱ δὲ ποιηταὶ ταῦτα ποιοῦσι, πλάττοντες αὐτοὶ πράγματα καὶ μυθολογοῦντες. — De *Chrysippo* et *Crantore* cf. INDEX. — *detinet*, moratur, delectat, *abhält, angenehm fesselt.* — v. 6—8. *Fabula*, ῥαψωδία, ὑπόθεσις, a *fando* dicta, Varro de L. L. V, 7. p. 55. — *Barbaria*, Phrygia. *Barbari* dicebantur antiquitus omnes gentes, exceptis Graecis. — *lento*, Com. Cruq.: diu gesto et forti. — *aestus*, de qua metaphora cf. Epist. I, 1, 99. — *Reges*, ἄνακτες, etiam regum filii appellantur, ut satis notum est. — v. 9—13. *praecidere*, verbum proprium de navigatione, nos: *kappen.* — *Quid Paris?* scil. dicit vel facit. Vid. H. m. Il. VIII, 357 sqq. — *salvum regnare*, i. e. ea vivere ratione, qua decet filium principis vel regis. — *lites*, vid. Hom. Il. I, 254. IX, 96 sqq. — *festinat*, properat. Epist. I, 1, 85. — *Vrere* de animi affectibus, inprimis de amore, vid. Epist. II, 1, 13. Carm. Lib. I, 19, 5. III, 7, 11. Virg. Aen. IV, 68. Eclog. VIII, 83.

---

praecepta, quam ab optimis eius professionis auctoribus, Chrysippo et Crantore. In Iliade ostendit vitia hominum, in Odyssea per Vlyssis per-

qui duo exempla vitae monstrasse dicitur, virtutis scilicet et sapientiae. [*Dum tu declamas*] dum rhetoricam Romae legisti, ego legi Homerum. [*Chrysippo*] Chrysippus Apolloniensis philosophus fuit, sectae Stoicae. [*Fabula*] docet, quomodo per singulas fabulas monstrat et virtutes et vitia Homerus. [*Causam*] docet, quomodo causa perturbationis fuit regibus commissum Paridis. [*Negat*] repudiat, abnegat suasionem Antenoris. [*Inter Peliden*] Achilles et Agamemnon, licet unius partis essent,

Hunc amor, ira quidem communiter urit utrumque.
Quidquid delirant reges, plectuntur Achivi.
Seditione, dolis, scelere atque libidine et ira
Iliacos intra muros peccatur et extra.
Rursus, quid virtus et quid sapientia possit,
Vtile proposuit nobis exemplar Vlyxem,
Qui domitor Troiae multorum providus urbes
Et mores hominum inspexit, latumque per aequor,
Dum sibi, dum sociis reditum parat, aspera multa
Pertulit, adversis rerum immersabilis undis.
Sirenum voces et Circae pocula nosti;
Quae si cum sociis stultus cupidusque bibisset,
Sub domina meretrice fuisset turpis et excors,
Vixisset canis immundus vel amica luto sus.

v. 25. *Stultus* — *excors.* Timor de horum verborum tautologia vanus VV. DD. commovit, ut *excors* mutarent in *exsors.*

Ovid. Amore III, 1, 20. — v. 14. *delirant*, peccant, cum accusativo, ut *insanire* Epist. I, 1, 101. — *plectuntur*, cf. Carm. I, 28, 26. Cruq.: γνώμη. Videtur adludere ad illum Hesiodi in Opp. et Dieb. (260): ὄφρ' ἀποτίσῃ Δῆμος ἀτασθαλίας βασιλέων, οἳ λυγρὰ νοεῦντες Ἄλλῃ παρκλίνουσι δίκας, σκολιῶς ἐνέποντες. — v. 15—16. *Iliacos intra muros peccatur et extra*, quae poetae verba abiere in proverbium. — v. 17—22. *Rursus*, πάλιν, i. e. contra. — *virtus*, ἀνδρεία ἀρετή. — *exemplar.* Vlyssem, quem sibi quisque proponere debeat ad imitandum; et attende eum non dicere *exemplum.* Differentiam inter *exemplar et exemplum* Festus constituit sic: *Exemplum* est, quod sequamur aut vitemus; *exemplar*, ex quo simile faciamus (ἔκτοπον). *Exemplar, Muster*, significat id, quod ad imitandum proponimus s. quod imitari debemus; *exemplum, Beispiel*, est factum (*Thatsache*) imitatione vel dignum vel indignum. Laur. Valla Eleg. 5, 453: *Exemplum* incorporale, *exemplar* plerumque corporale. — *domitor Troiae*, ἐπεὶ Τροίης ἱερὸν πτολίεθρον ἔπερσε. — v. 20. *multorum Et mores hominum*, πολλῶν δ' ἀνθρώπων ἴδεν ἄστεα καὶ νόον ἔγνω. Cf. Epist. ad Pis. v. 142. — *latumq. per aequor*, ἐπ' εὐρέα νῶτα θαλάσσης Hom. Il. II, 159. — v. 21. *Dum sibi — parat*, ἀρνύμενος ἥν τε ψυχὴν καὶ νόστον ἑταίρων. — v. 23—26. *Sirenum voces.* Hom. Od. XII, 39—54. et 182—200. — *pocula*, Hom. Odyss. X, 236. — *turpis*, Vlysses enim, vir pulcher ac formosus, faciei pulchritudinem pariter atque animi vigorem perdidisset, si Baccho ac Veneri nimis indulsisset. — *excors*, non *exsors*, ut nonnulli falso legunt, i. e. amens, sanae mentis expers. — v. 27—31. *Nos numerus sumus*, ἡμεῖς ἐσμεν πλῆθος ἄχρειον. *Vossius*

---

sonam virtutes demonstrat. [*Et mores hominum inspexit*] Homerus:

plerumque tamen erant inimici. [*Plectuntur*] sustinent, patiuntur. Nocet principum stultitia civibus. Vbique multi versus ex Odyssea sumpti in principio, ut in arte poetica: *Qui mores hominum multorum vidit et urbes.* [*Aspera*] h. e. asperitatem. Casus ita pertulit, ut neque undis obrui

Qui, quid sit pulchrum, quid turpe, quid utile, quid non,
Planius ac melius Chrysippo et Crantore dicit.
Cur ita crediderim, nisi quid te detinet, audi.
Fabula, qua Paridis propter narratur amorem
Graecia Barbariae lento collisa duello,
Stultorum regum et populorum continet aestus.
Antenor censet belli praecidere causam:
Quid Paris? — ut salvus regnet vivatque beatus,
Cogi posse negat. Nestor componere lites
Inter Peliden festinat et inter Atriden;

v. 4. *Planius.* Recte. Alii: *Plenius.* — 12. *Inter — inter.* Bentl.: ἰδιωτικῶς hîc loquutus est. Apparet unum alterumve *inter* redundare. Bentl. igitur pro primo vult substituere: *Primus.* Sed ob huiusmodi praepositionis iterationem, quae quoque apud alios scriptores Latinos classicos haud raro reperitur, (vid. Cic. de Amicit. 25.: *Quid intersit inter popularem — et inter constantem* etc. Parad. I.: *inter te atque inter quadrupem.* Liv. X, 7, 1.: *Inter Ap. Claudium — et inter P. Decimum Murem* etc.) poeta haud accusandus est.

---

cendi exercere, nos: *Redeübungen halten. Declamare* proprium Sophistarum et Rhetorum verbum, qui his declamationibus muneri oratorio praeludebant, Graecis τὸ μελετᾷν. — *Praeneste*, vid. INDEX sub h. v. — *relegi*, iterum legi. — v. 3—5. *pulchrum*, καλόν, cui opponitur *turpe*, αἰσχρόν. — *Planius*, fere idem hîc significat, quod nobis: *anschaulich.* — *melius.* Plut. de aud. poet. c. 1. οὐ φευκτέον ἐστὶ τὰ ποιήματα τοῖς φιλοσοφεῖν μέλλουσιν, ἀλλ' ἐν ποιήμασί τι προφιλοσοφητέον. C. 4. οἱ γοῦν φιλόσοφοι παραδείγμασι χρῶνται, νουθετοῦντες καὶ παιδεύοντες ἐξ ὑποκειμένων, οἱ δὲ ποιηταὶ ταῦτα ποιοῦσι, πλάττοντες αὐτοὶ πράγματα καὶ μυθολογοῦντες. — De *Chrysippo* et *Crantore* cf. INDEX. — *detinet*, moratur, delectat, *abhält, angenehm fesselt.* — v. 6—8. *Fabula*, ῥαψῳδία, ὑπόθεσις, a *fando* dicta, Varro de L. L. V, 7. p. 55. — *Barbaria*, Phrygia. *Barbari* dicebantur antiquitus omnes gentes, exceptis Graecis. — *lento*, Com. Cruq.: diu gesto et forti. — *aestus*, de qua metaphora cf. Epist. I, 1, 99. — *Reges*, ἄνακτες, etiam regum filii appellantur, ut satis notum est. — v. 9—13. *praecidere*, verbum proprium de navigatione, nos: *kappen.* — *Quid Paris?* scil. dicit vel facit. Vid. H. m. Il. VIII, 357 sqq. — *salvum regnare*, i. e. ea vivere ratione, qua decet filium principis vel regis. — *lites*, vid. Hom. Il. I, 254. IX, 96 sqq. — *festinat*, properat. Epist. I, 1, 85. — *Vrere* de animi affectibus, inprimis de amore, vid. Epist. II, 1, 13. Carm. Lib. I, 19, 5. III, 7, 11. Virg. Aen. IV, 68. Eclog. VIII, 83.

---

praecepta, quam ab optimis eius professionis auctoribus, Chrysippo et Crantore. In Iliade ostendit vitia hominum, in Odyssea per Vlyssis per-

qui duo exempla vitae monstrasse dicitur, virtutis scilicet et sapientiae. [*Dum tu declamas*] dum rhetoricam Romae legisti, ego legi Homerum. [*Chrysippo*] Chrysippus Apolloniensis philosophus fuit, sectae Stoicae. [*Fabula*] docet, quomodo per singulas fabulas monstrat et virtutes et vitia Homerus. [*Causam*] docet, quomodo causa perturbationis fuit regibus commissum Paridis. [*Negat*] repudiat, abnegat suasionem Antenoris. [*Inter Peliden*] Achilles et Agamemnon, licet unius partis essent,

Hunc amor, ira quidem communiter urit utrumque.
Quidquid delirant reges, plectuntur Achivi.
Seditione, dolis, scelere atque libidine et ira
Iliacos intra muros peccatur et extra.
Rursus, quid virtus et quid sapientia possit,
Vtile proposuit nobis exemplar Vlyxem,
Qui domitor Troiae multorum providus urbes
Et mores hominum inspexit, latumque per aequor,
Dum sibi, dum sociis reditum parat, aspera multa
Pertulit, adversis rerum immersabilis undis.
Sirenum voces et Circae pocula nosti;
Quae si cum sociis stultus cupidusque bibisset,
Sub domina meretrice fuisset turpis et excors,
Vixisset canis immundus vel amica luto sus.

v. 25. *Stultus — excors.* Timor de horum verborum tautologia vanus VV. DD. commovit, ut *excors* mutarent in *exsors.*

Ovid. Amore III, 1, 20. — v. 14. *delirant*, peccant, cum accusativo, ut *insanire* Epist. I, 1, 101. — *plectuntur*, cf. Carm. I, 28, 26. Cruq.: γνώμη. Videtur adludere ad illum Hesiodi in Opp. et Dieb. (260): ὄφρ' ἀποτίσῃ Δῆμος ἀτασθαλίας βασιλέων, οἳ λυγρὰ νοεῦντες Ἄλλῃ παρκλίνουσι δίκας, σκολιῶς ἐνέποντες. — v. 15—16. *Iliacos intra muros peccatur et extra*, quae poetae verba abiere in proverbium. — v. 17—22. *Rursus*, πάλιν, i. e. contra. — *virtus*, ἀνδρεῖα ἀρετή. — *exemplar.* Vlyssem, quem sibi quisque proponere debeat ad imitandum; et attende eum non dicere *exemplum.* Differentiam inter *exemplar et exemplum* Festus constituit sic: *Exemplum* est, quod sequamur aut vitemus; *exemplar*, ex quo simile faciamus (ἔκτοπον). *Exemplar, Muster*, significat id, quod ad imitandum proponimus s. quod imitari debemus; *exemplum, Beispiel*, est factum (*Thatsache*) imitatione vel dignum vel indignum. Laur. Valla Eleg. 5, 453: *Exemplum* incorporale, *exemplar* plerumque corporale. — *domitor Troiae*, ἐπεὶ Τροίης ἱερὸν πτολίεθρον ἔπερσε. — v. 20. *multorum Et mores hominum*, πολλῶν δ' ἀνθρώπων ἴδεν ἄστεα καὶ νόον ἔγνω. Cf. Epist. ad Pis. v. 142. — *latumq. per aequor*, ἐπ' εὐρέα νῶτα θαλάσσης Hom. Il. II, 159. — v. 21. *Dum sibi — parat*, ἀρνύμενος ἥν τε ψυχὴν καὶ νόστον ἑταίρων. — v. 23—26. *Sirenum voces.* Hom. Od. XII, 39—54. et 182—200. — *pocula*, Hom. Odyss. X, 236. — *turpis*, Vlysses enim, vir pulcher ac formosus, faciei pulchritudinem pariter atque animi vigorem perdidisset, si Baccho ac Veneri nimis indulsisset. — *excors*, non *exsors*, ut nonnulli falso legunt, i. e. amens, sanae mentis expers. — v. 27—31. *Nos numerus sumus*, ἡμεῖς ἐσμεν πλῆθος ἄχρειον. *Vossius*

---

sonam virtutes demonstrat. [*Et mores hominum inspexit*] Homerus:

plerumque tamen erant inimici. [*Plectuntur*] sustinent, patiuntur. Nocet principum stultitia civibus. Vbique multi versus ex Odyssea sumpti in principio, ut in arte poetica: *Qui mores hominum multorum vidit et urbes.* [*Aspera*] h. e. asperitatem. Casus ita pertulit, ut neque undis obrui

Nos numerus sumus et fruges consumere nati,
Sponsi Penelopae, nebulones, Alcinoique
In cute curanda plus aequo operata iuventus,
Cui pulchrum fuit in medios dormire dies et
Ad strepitum citharae cessatum ducere Curam.
Vt iugulent homines, surgunt de nocte latrones;
Vt te ipsum serves, non expergisceris? Atqui
Si noles sanus, curres hydropicus; et ni

v. 31. *cessatum.* Recte. Alii: *cessatam.* Bentl. vult emendare: *cessantem ducere somnum.*

---

sic: *Wir sind Nullen des Schwarms.* Semet ipsum *numero*, i. e. turbae sine virtute propterea adscribit, quod ei adscriptus Romanos sine periculo acerbissime perstringere poterat. — *fruges consumere nati*, ad fruges consumendas, πεφυκότες καταφαγεῖν καὶ καταλίσκειν τοὺς τῆς γῆς καρπους. Cf. Carm. I, 2, 37. I, 37, 10. III, 21, 22. Epist. I, 1, 14. — *Sponsi Penelopae*, vernacule: *Aehnlich den Freiern der Penelope.* Horatius comparationis particulam saepius omittit, ut paullo ante v. 26. Cf. Epist. I, 6, 63. 15, 37. II, 2, 28. Ep. ad Pis. v. 476. Pariter ac Romani *ut*, Graeci ὡς particulam in comparatione omittere solent. — *nebulones. nebulo*, homo nequam, cui opponitur *homo frugi.* — *Alcinous*, Phaeacum rex, de quo vid. Hom. Odyss. VIII, 248 sq.: *Αἰεὶ δ' ἡμῖν δαίς τε φίλη, κίθαρίς τε χοροί τε, Εἵματα δ' ἐξημοιβά, λοετρά τε θερμὰ καὶ εὐναί.* — *cutem curare*, vid. Carm. III, 17, 14.: *Genium curare.* Serm. II, 5, 38.: *Pelliculam curare*, nostrum: *den Balg pflegen.* — *Cui pulchrum fuit*, i. e. cui honestum (καλόν) videbatur. — *cessatum*, supinum pro: ut cesset. — *Cura*, tanquam persona, magna litera initiali exaranda, ut Carm. II, 16, 11. — *citharae strepitus*, cf. Carm. IV, 3, 18. — *latrones.* Festus: *latrones* eos antiqui dicebant, qui conducti militabant, ἀπὸ τοῦ λάτρου. At nunc viarum obsessores dicuntur, quod a *latere* adoriuntur vel quod *latenter* insidiantur. — v. 34. *Atqui, Si noles sanus, curr. hydropicus*, cum Doer.

πολλῶν δ' ἀνθρώπων ἴδεν ἄστεα καὶ νόον ἔγνω. [*Nos numerus sumus et fruges consumere nati*] eos, qui absint studio philosophiae, ait numerum tantummodo explere hominum, nec alii ulli rei esse natos, quam ut fruges

posset, nec superari monstris. [*Nos numerus sumus*] i. e. quos fama obscura recondit, qui non paremus philosophiae. [*Sponsi Penelopes*] Penelope meretrix fuit, quae amatores suos sua pulchritudine luxuriosos reddebat. *Nebulones* sunt homines callidi et fumatores, mendacesque dicti a *nebula*, quod obscuri sunt. [*Alcinoi*] ab Alcinoo, rege Phaeacum, ac per hoc Phaeacas voluptate gaudentes debemus intelligere. [*Ad strepitum*] quia adhibemus sonitum citharae ac lyrae, ut facilius sopiamur. [*Cessatum ducere curam*] *cessatum ducere* dicitur ad cessandum curam et sollicitudinem et est infinitivus a futuro. [*Si nolis sanus*] i. e. si nolueris ventura vitia a te propellere, cum te oppresserint, tunc conaberis illis resistere frustra, cum nihil proficies. [*Vt te ipsum serves*] philosophiam discendo, rectam vitam ut levari noctu et praecepta philosophiae legendo instituas: Stoici stultos sanos esse negant. Sensus est: Si hoc laborare nolis, ut sis sapiens, aliud necessario laborabis. [*Non expergisceris*] si non, inquit, propter philosophiam vigilaveris, propter invidiam et amorem dormire non poteris. [*Hydropicus*] quia hydropici iubentur a

Posces ante diem librum cum lumine, si non
Intendes animum studiis et rebus honestis,
Invidia vel amore vigil torquebere. Nam cur,
Quae laedunt oculum, festinas demere; si quid
Est animum, differs curandi tempus in annum?
Dimidium facti, qui coepit, habet: sapere aude!
Incipe! Qui recte vivendi prorogat horam,
Rusticus exspectat, dum defluat amnis; at ille
Labitur et labetur in omne volubilis aevum.
Quaeritur argentum puerisque beata creandis
Vxor, et incultae pacantur vomere silvae.
Quod satis est, cui contingit, nihil amplius optet.
Non domus et fundus, non aeris acervus et auri

---

ita interpretor: atqui, si nunc, cum bene vales, noles currere, h. e. vires tuas exercere, in posterum, cum tibi male erit, sicuti hydropicus, (vel: si desidiosa et luxuriosa vita factus fueris hydropicus) curres; medici enim hydropicos *multum ambulando et nonnumquam currendo*, h. e. vires corporis exercendo valetudini succurrere iubent; vide, quem laudat *Gesnerus*, Cels. III, 21. — v. 35. Veteres Romani ante solis ortum expergefacti animum libris legendis advertebant; quod quidem Lollio ad imitandum commendat. Sed Horatii aetate Romani in diem amabant dormire. — v. 36. *Intendere*, verbi causa *arcum*, translate de animo dicitur: *den Geist anspannen.* — *studiis*, sc. philosophicis, e quibus *res honestas* s. quid *honestum* sit, discas. — v. 37. *amore*, i. e. cupidine. — v. 39. *Est*, edit, consumit, ἔδει, κατέδει Hom. Il. ζ', 202. κ', 143. ω', 124. Virg. Aen. IV, 66.: *Est mollis flamma medullas.* — *curandi*, sanandi, metaphorice usurpatum. — v. 40. *Dimidium facti, qui coepit, habet*: nostrum „*Frisch gewagt, ist halb gewonnen*" optime exprimit. Polyb. V, 31.: *Οἱ μὲν ἀρχαῖοι τὴν ἀρχὴν ἥμισυ τοῦ παντὸς εἶναι φάσκοντες.* Platon. de Republ. II, 7. in fin.: *οὐκοῦν οἶσθα, ὅτι ἀρχὴ παντὸς ἔργου μέγιστον;* — *sapere aude!* τόλμησον φρονεῖν, Aeschyl. Prom. v. 1007. — v. 42. *Rusticus*, ἄγροικος, omissa comparationis particula *ut.* — v. 43. *volubilis*, ut Carm. Lib. IV, 1, 40.: *aquae volubiles.* — v. 44. *puerisq. beata creandis Vxor*, sive apta ad infantia partu edenda sive opulens, ut εὐδαίμων, ὄλβιος, μάκαρ pro πλούσιος. — v. 45. *pacantur*, dum fera exstir-

---

et cibos consumerent. [*Incipe, qui recte vivendi prorogat annum*] ait, qui rationem recte vivendi per vivendi tempus differt, similes est rustico volenti flumen transire et exspectanti, donec totum defluat. [*Fomenta*] podagram iuvant, non sanant. [*Rusticus exspectat*] Sensus est: Qui illud praeterit tempus, quo melior fieri possit, stultus ac rusticus habendus est, similisque ei, qui cursum fluminis spectat tanquam finem aliquando facturi. [*Quod satis est, cui contingit*] intelligi vult illum recte vivere, qui quaesitis rebus bene utitur, i. e. nisi vitiis fueris purus, divitiae te ornare non

medicis currere, ita enim morbus eorum solet extenuari labore. [*Torquebere*] i. e. quando senseris maximum esse dispendium sapientia caruisse. [*Si quid Est animum*] i. e. consumit. Vt: *Est flamma medullas.* [*Qui cupit*] aliquid scilicet adquirere. [*Aut metuit*] aliquid perdere.

Aegroto domini deduxit corpore febres,
Non animo curas. Valeat possessor oportet,
Si comportatis rebus bene cogitat uti.
Qui cupit aut metuit, iuvat illum sic domus et res,
Vt lippum pictae tabulae, fomenta podagrum,
Auriculas citharae collecta sorde dolentes.
Sincerum est nisi vas, quodcumque infundis, acescit.
Sperne voluptates, nocet empta dolore voluptas.
Semper avarus eget, certum voto pete finem.
Invidus alterius macrescit rebus opimis;

v. 52. *fomenta* ap. Feam, Th. Schmid. Doer. Iahn. Hoched. Bentl., qui *podagram* bene mutavit in *podagrum*, huius loci genuinam lectionem. Alii: *tomenta*.

---

pantur animalia ac solum, arboribus radicitus caesis, aratro adeo mite efficitur, ut frugibus ferendis aptum fiat. — v. 48. *deduxit*, ἀοριστῶς, depulit; in hanc sententiam cf. supr. Carm. Lib. III, 1, 41 sqq. — v. 51—53. *Qui cupit aut metuit.* Com. Cruq.: Qui cupit, ut habeat, metuit, ne perdat. In sententiam cf. Serm. I, 1, 78. — *pictae tabulae, Gemälde*, quarum adspectus lippis obest. — *fomenta*, pro qua lectione ex coniectura *Buherii* legitur *tomenta*, quae interpretibus ansam praebuit litis, quae fortasse sub iudice manebit, nam utraque lectio haud incommode defendi potest. Cf. *Th. Schmidius* ad hunc locum in sua edit. Adquiesco tamen in lectione atque interpretatione vulgata, quam *Doer.* quoque dedit: *Fomenta*, nunc quoque podagrici calidis tegumentis pedum tam tumorem, quam dolorem lenire solent, sed, ut docet experientia, sine omni fere effectu; *fomenta* igitur, quae alias aegrotos iuvant, iam nihil omnino podagrum iuvare dicuntur. De *podagra* vid. Cels. IV, 24. qui duas huius morbi species distinguit: *Nam*, inquit, *si tumor nullus est, calidis fomentis opus est. Sin vero tumor calorque est, utiliora sunt refrigerantia recteque in aqua quam frigidissima articuli continentur.* Nobis vero tota inquisitio, quae interpretibus de ratione hunc morbum sanandi esse solet, supervacanea videtur. Credo Horatium hunc morbum insanabilem, cui mederi non potest, perspexisse, proptereaque omnia remedia (sive *fomenta* sive *tomenta*) podagro inutilia dixisse. Remedia enim, quibus causa morbi tolli non potest, aegrotanti pro temporis momento auxilium praebent, dum dolorem leniunt; si vero morbus ipse sanatur, natura sanatur, cuius obstetricem haud immerito dixeris medicinam. Quae cum ita sint, sponte apparet, podagra laborantibus medicorum remedia plerumque nihil profuisse. — *Auriculas* etc. Cels. VI, 7.: *Vbi vero gravius aliquis audire coepit, — inprimis aurem ipsam considerare oportet. Apparebit enim aut crusta, qualis super ulcera innascitur, aut sordium coitus.* (Cui Celsi argumentationi pleraque *aut, aut*, ut ita dicam, ab nostris medicis addi possunt. Bonus *Celsus* aurium morbos perparum perspexit. Sed *ἀπέχομαι.*) Vid. not. ad Epist. I, 1, 7. — v. 54. *Sincerum*, mundum. — v. 55. *Sperne voluptates*, φεῦγ' ἡδονὴν φέρουσαν ὕστερον βλάβην, ait Phoenicides, poeta. — v. 56. *certum voto pete finem*, quem versu 46. descripsit. — v. 57. De *invidia* cf. Ovid. Met. II, 760 sqq. 775. 780. — In *alterius*

---

possunt. [*Valeat possessor*] sensus est: Melius est sanum esse et pauperem, quam in divitiis aegrotare. Possessor, opus est, ut sanus sit primo, qui uti cogitat praeparatis. [*Sincerum est nisi vas*] i. e. nisi pe-

Invidia Siculi non invenere tyranni
Maius tormentum. Qui non moderabitur irae,
Infectum volet esse, dolor quod suaserit et mens,
Dum poenas odio per vim festinat inulto.
Ira furor brevis est; animum rege, qui nisi paret,
Imperat; hunc frenis, hunc tu compesce catena.
Fingit equum tenera docilem cervice magister
Ire, viam qua monstret eques; venaticus, ex quo
Tempore cervinam pellem latravit in aula,

v. 65. *Ire, viam qua*, i. e. *qua parte*, Bentl. cf. Virg. Aen. I, 418.: *Conripuere viam interea, qua semita monstrat.* Liv. XXXII, 11.: *pedites, qua dux monstraret viam, ire.* Vulgo legitur: *Ire viam, quam monstrat eques.* Latine utrumque dici potest.

---

penultima brevis esse debet in versu heroico. — v. 58. *Siculi tyranni* ob crudelitatem cum maxime erant famosi. Cic. de off. II, 7. *Testis est Phalaris, cuius est praeter ceteros nobilitata crudelitas.* Pind. Pyth. I, 96. (ed. Boekh.) τὸν δὲ ταύρῳ χαλκέῳ καυτῆρα νηλέα νόον ἐχθρὰ Φάλαριν κατέχει παντᾶ φάτις. Οὐδέ μιν φόρμιγγες ὑπωροφίαι κοινωνίαν μαλθακὰν παίδων ὀάροισι δέκονται. — v. 59. *Qui — mens.* Comm. Cruq.: quia id facit saepe, quod eum fecisse postea poenitet. — *mens*, ut v. 62. idem significat, quod nobis: *Leidenschaft.* Est Graecorum θυμός. Vid. Carm. Lib. I, 26, 21.: *Compesce mentem: me quoque pectoris Tentavit in dulci iuventa Fervor* etc. Tib. VI, 3, 7.: *Quis furor est, quae mens* etc. Catull. Epigr. 15.: *Quodsi te mala mens furorque vecors In tantam impulerit, sceleste, culpam.* — v. 61. *Dum poenas — inulto.* Comm. Cruq.: dum poenas festinanter exigit. *Odium* enim est irae impatientia, quae vindictam desiderat. *Vossius* hunc versum vernacule sic interpretatur: *Als er zu raschem Vergelt hinflog voll brennender Rachgier.* — Tempus exspectare non potest iracundus, quo poenas sumat eius, quem inexsatiabili odio persequitur. — v. 62. *Ira furor brevis est.* Themist. Orat. de amicit.: ἔγω δ' οἶμαι τὴν ὀργὴν μανίαν ὀλιγοχρόνιον εἶναι. — *animum rege*, τὸν θυμόν, eodem sensu, quo v. 60. *mens* ponitur. — v. 63. Translatio de equis domandis desumpta adque animum relata. — v. 64. *Fingit*, format, docet. — *magister* est equorum domitor, quemadmodum quoque Virgilius (Georg. III, 185.) eum dixit. — v. 66. *cervinam — aula.* Cruq.: Latrando discerpsit: quando videlicet

---

ctus bonum sit et purum, quidquid dederis, non potest esse gratum et ἀλληγορικῶς dicit *vas* pro hominis corpore. [*Siculi*] Siciliae duo tyranni, Phalaris Agrigentinus et Dionysius Syracusanus. His visum est nullum tormentum tam grande esse, uti est invidia. Hoc ait, ne Phalarim quidem, Agrigentinorum tyrannum, maius invenisse tormentum, quam animis hominum invidiam inferre. [*Qui non moderabitur irae*] decenter poenitentiam describit, quae sequitur iracundos. [*Infectum volet esse*] nam furore committimus, quando ita flagramus. *Infectum* autem, quia id facit, quod eum fecisse poenitet nimia indignatione. [*Et mens*] nam ira, quae caret ratione, contractum condemnat et optat infestum. [*Dum poenas odio*] dum poenas festinanter exigit et per violentiam. [*Anim. rege*] nam animus nisi obedierit, incipit imperare. Imperium autem animi semper intolerabile est. [*Fingit equum tenera docilem cervice magister*] exemplo

Militat in silvis catulus. Nunc adbibe puro
Pectore verba puer, nunc te melioribus offer.
Quo semel est imbuta recens, servabit odorem
Testa diu. Quodsi cessas aut strenuus anteis,
Nec tardum opperior, nec praecedentibus insto.

EPISTOLA III.

ARGUM. *Hanc epistolam Horatius ad Iulium Florum; ad quem quoque Epistola Secunda Libri Secundi scripta est, a. u. DCCXXXIV. scripsit. Iulius Florus, qui tum temporis una cum Titio et Celso in comitatu Tiberii, Augusti privigni, versabatur, atque eius amici carminibus componendis omnem operam ac studium navasse, inque expeditione, quam Tiberius in Asiam susceperat, huius ducis comites perpetui animum eius declamando suaviter affecisse videntur. Vt vero amicus amicum, ita Horatius Florum rogat, ut sibi rescribat, in qua regione nunc versetur exercitus, quid tum ipse cum eius amici, Titius et Celsus, gerant. Florum denique adhortatur, ut verae sapientiae studeat, nec non cum Munatio, de quo tamen nihil amplius constat, in pristinam amicitiam redeat.*

---

post cervum captum ex intestinis eius et sanguine, inmixto pane, cibus pelli insutus venaticis proponitur, quod vulgo dicunt: *faire la curie.* – *latrare* hîc cum accusativo pariter ac supra Epod. V, 58.: *adulterum Latrent Suburanae canes.* — v. 67. *militat*, feras sectatur. *Iagt die Wälder rastlos durch.* Wieland. — *adbibe*, cf. Carm. II, 13, 32. – *puro*, animi affectibus non depravato. — v. 68. *melioribus*, prudentioribus et sapientioribus viris, ut Epist. I, 1, 48.: *meliori credere non vis?* — v. 70. *Testa*, nos: *Riechflaeschchen.* — De differentia, quae intercedit inter *novus* et *recens*, Manutius ad Cic. Epist. XI, 21. fere haec scripsit: *Ita differunt recens et novum, ut vetus et antiquum; potest enim recens aliquid esse, quod novum non sit, ut recens hereditas, quae alicui nuper obtigit; non tamen nova, quum aliae possint hereditates eidem antea contigisse. Novum est enim, non quod nuper, sed quod nunc primum habemus; recens vero, non quod nunc primum, sed quod nuper: et novum ad rem, recens ad tempus refertur* etc. — In sententiam cf. Carm. III, 24, 51 sqq. — v. 70-71. Horatius in carminis fine nihil amplius dicere vult, quam hoc: Si tu vel citius vel tardius via virtutis procedes, ego semper idem manebo, neque aliter primum quam ultimum itineris passum faciam. Aliter autem *Doer.* sensum horum verborum cepit. Sed rectius *Doeringiana Hochederi* habere videtur interpretatio: *Mich dünkt*, inquit *Hochederus*, *er wolle weiter nichts ausdrücken, als seine Resignation; er gehe in solchen Dingen bereits seinen selbststaendigen Schritt, ohne viel links noch rechts zu sehen. Aehnlich, wie wenn man vor Alters die Rede schloss:* Dixi et salvavi animam meam. — Sententiam de cursoribus s. quadrigis desumptam poeta suam in rem convertit.

---

ad studia adhortatur iuvenem, cui scribit: nam studiosum esse ostendit, cum ait: *Dum tu declamas Romae.* [*Puer*] cito dum puer es, percipe praecepta philosophiae. Ad Lollium scribit, adolescentem oratorem. [*Quod si cessas*] supple, studere sapientiae. Hoc loco dehortatur tarditatem et hortatur ad strenuitatem. [*Nec tardum*] i. e. non potes me sequi in legendo philosophiam. Non te exspecto aut si ingeniosus me praeteris, te non impedio.

AD IVLIVM FLORVM.

Iuli Flore, quibus terrarum militet oris
Claudius, Augusti privignus, scire laboro.
Thracane vos Hebrusque nivali compede vinctus
An freta vicinas inter currentia turres,
An pingues Asiae campi collesque morantur?

v. 4. Pro *turres* Bentl. dedit *terras*. Prior librorum optimorum lectio non est corrigenda; nititur nimirum pariter codicum auctoritate ac Strabonis topographia, quam infra adposuimus. *Turres* ap. Feam, Th. Schmid. Doer. Iahn. Hoched.

---

v. 2. Anno DCCXXXIV. u. c. Augustus Claudium Tiberium (Neronem) in Asiam cum exercitu misit, ut Tigranem, Armeniae regem, in regnum restitueret; cuius expeditionis poeta hîc mentionem facit. — *scire laboro*, desiderii vehementiam exprimit. — v. 3. *Hebrus*. Comm. Cruq.: *Hebrus* est Thraciae (mons et) fluvius, qui meatu tardior est per hiemem propter nivem et glaciem. — *nivali comp. vinct.* Comm. Cruq.: nive strictus. — Thracia ob loca montosa erat frigida. Facile igitur intelligitur, *Hebrum* fluvium admodum frigidum fuisse. *Th. Schmid* cum hoc loco comparat Carm. Lib. I, 25, 19-20. ubi non *Euro*, sed *Hebro* recte legi contendit; abiisse nempe *Hebrum* ob insigne frigus in proverbium; utrumque tamen erat comprobandum. Vide contra, quae ad locum laudatum in lectionis varietate adnotavimus. — v. 4. *An freta — turres. freta currentia* sunt maris fluctus ab septentrione meridiem versus vergentes. Topographiam huius loci dedit Strabo Lib. XIII. §. 22. *Ἔστι δὲ ἡ Σηστὸς ἐνδοτέρω κατὰ τὴν Προποντίδα ὑπερδέξιος τοῦ ῥοῦ τοῦ ἐξ αὐτῆς. διὸ καὶ εὐπετέστερον ἐκ τῆς Σηστοῦ διαίρουσι παραλλαξάμενοι μικρὸν ἐπὶ τὸν τῆς Ἡροῦς πύργον, κἀκεῖθεν ἀφιέντες τὰ πλοῖα συμπράττοντος τοῦ ῥοῦ πρὸς τὴν περαίωσιν· τοῖς δ' ἐξ Ἀβύδου περαιουμένοις παραλλακτέον ἐστὶν εἰς τἀναντία, ὀκτώ που σταδίους ἐπὶ πύργον τινὰ κατ' ἀντικρὺ τῆς Σηστοῦ, ἔπειτα διαίρειν πλάγιον, καὶ μὴ τελέως ἔχουσιν ἐναντίον τὸν ῥοῦν.* Horatius sub Bruti auspiciis in hac terrae regione diutius commorans, non solum certam loci notitiam habere potuisse, sed revera habuisse propterea putandus est, quod loci ipsius descriptio, quam dedit poeta, optime congruit cum illa Strabonis hîc apposita. Conferatur quoque Appian. de Bell. civ. IV, 82.: *καὶ τὸ ναυτικὸν τὸ Λυκίων ἅμα ταῖς ἄλλαις ναυσὶν ἐκέλευε περιπλεῖν ἐς Ἄβυδον, ἔνθα καὶ τὸ πεζὸν αὐτὸς (ὁ Βροῦτος) ἦγε, καὶ Κάσσιον ἐξ Ἰωνίας ἀνέμενεν, ὡς ἐς Σηστὸν ὁμοῦ διαβαλοῦντες.* — v. 5. *pingues Asiae campi.* Cruq.: Hinc dictum est (Virg. Georg. I, 103.): *et ipsa suas mirantur Gargara messes.* Cic. pro leg. Manil. 6.: *Asia tam opima est et fertilis, ut et ubertate agrorum et varietate fructuum et*

ACR. [*Iuli Flore, quibus terrarum militet oris*] Iulius Florus, ad quem haec scripta mittuntur, in cohorte fuit amicorum, i. e. inter amicos Tiberii Neronis Claudii, qui ab Augusto imperium accepit, qui natus est ex Livia et ideo fuit adoptivus Augusti et amicus Horatii. [*Nivali compede*] i. e. glacie. [*Freta vicinas inter currentia turres*] inter Seston et Aby-

POR. [*Iuli Flore, quibus terrarum militet oris*] hic Florus fuit satirarum scriptor, cuius sunt electae ex Ennio, Lucilio, Varrone. Fuit autem unus ex Claudii Neronis cohorte. Claudius fuit, cuius frater Drusus, qui, subactis Germanis, *Germanicus* dictus est, ipse Thebanus doctus et doctos comites habuit. [*Compede vinctus*] qui congelascit. [*An fre-*

Quid studiosa cohors operum struit? hoc quoque curo.
Quis sibi res gestas Augusti scribere sumit?
Bella quis et paces longum diffundit in aevum?
Quid Titius Romana brevi venturus in ora,
Pindarici fontis qui non expalluit haustus,
Fastidire lacus et rivos ausus apertos?
Vt valet? ut meminit nostri? fidibusne Latinis
Thebanos aptare modos studet auspice Musa,
An tragica desaevit et ampullatur in arte?

v. 6. *hoc quoque curo* ad antecedentia *Quid — struit?* rectius refertur, quam *haec quoque* ad sequentia. *Hoc* ap. Feam, Iahn. Th. Schmid. Hoched. — *haec* ap. Doer.

---

magnitudine pastionis et multitudine earum rerum, quae exportantur, facile omnibus terris antecellat. — v. 6–8. *Quid studiosa cohors.* Comm. Cruq.: literata cohors. — *struere*, i. e. componere, condere; *opera* sunt poemata atque huiusmodi. — *hoc quoque curo*, i. e. scire laboro. — *Quis sibi — scribere sumit?* ut supra Carm. Lib. I, 12, 1.: *Quem virum — sumis celebrare.* — *paces.* Comm. Cruq.: nove dixit, quia grammatici negant in plurali numero declinari. Sed vid. Gesner. in Thesaur. — *diffundit in aevum.* Comm. Cruq.: memoriae tradit. — v. 9–14. *Quid Titius*, sc. faciat. — *in ora* alicuius *venire* et in bono et in malo sensu dicitur. — *non expalluit haustus*, ut *trepidare, tremere, pavere* aliquid, qui non dubitavit Pindarum proponere sibi ad imitandum. — *Fastidire — apertos?* allegoria. Humilem canendi rationem se spernere dicit. — *ut*, quomodo, Serm. II, 8, 1. — *Thebanos — Musa.* Lamb.: studetne ad exemplum Pindari versus Latinos lyricos scribere poetica facultate fretus? *Theb. mod.* cf. Carm. Lib. III, 30, 13.: *Aeolium carmen ad Italos deduxisse modos.* II, 12, 4.: *mollibus Aptari citharae modis.* IV, 9, 4.: *verba loqui socianda chordis.* — *auspice*, secunda, propitia. — *An tragica* etc. an in scribendis tragoediis versans furore poetico corripitur et altiore spiritu inflatus sublimiora affectat, ut *Doer.* interpretatur. Ceterum negari nequit, *desaevire* et *ampullari* ironice pariter ac salse ad aurem sonare, quod consulto poeta fecisse videtur, ut Titii artem tragicam rideret. — *ampullatur*, ληκύζει. Lamb.: Quas ληκύθους Graeci, eas *ampullas* appellant Latini. Quemadmodum igitur illi ληκύθους usurpant pro orationis ornamentis iisque omnibus dicendi figuris, quibus altior, grandior, amplior denique fit oratio: ita *ampullas* Latini. Epist. ad Pis. v. 97.:

---

don, ut Lucanus: *Tot potuere manus adducere Seston Abydo.* [*Studiosa cohors*] i. e. quid legio faciat aut studiosa cohors. *Cohortem*, familiam Neronis, quae carmina facere diligebat. Nam Tiberius erat literarum amicus. [*Quid Tityus*] deridet Tityum poetam, qui Pindarum Graecum, profundissimi sensus et eloquentiae, in Latinum sermonem conatus est transferre. Nam tragoedias et lyrica carmina scribere coepit temporibus

ta vicinas inter currentia turres] presse, *currentia inter turres* Herus et Leandri. Inter Seston et Abydon medium est Hellesponti fretum vel ipsarum urbium turres. [*Quid studiosa cohors operum struit*] *cohors* nunc amici; nam et Lucilius eos, qui nunc praesidibus ad salarium eunt, mercede inventas legiones ait. [*Quid Tityus, Romana brevi venturus in ora*] Tityus poeta hic voluit Pindarum sermone Latino vertere. Deridet autem hunc Horatius, quod ausus sit sacrum opus contaminare. Potest tamen et vere laudari, nam Tiberii comes et doctissimus fuit et lyrica

Quid mihi Celsus agit? monitus multumque monendus,
Privatas ut quaerat opes et tangere vitet
Scripta, Palatinus quaecumque recepit Apollo;
Ne, si forte suas repetitum venerit olim
Grex avium plumas, moveat cornicula risum
Furtivis nudata coloribus! Ipse quid audes?
Quae circumvolitas agilis thyma? Non tibi parvum
Ingenium, non incultum est et turpiter hirtum;
Seu linguam causis acuis, seu civica iura
Respondere paras, seu condis amabile carmen,

Proiicit ampullas et sesquipedalia verba. — v. 15. *Celsus*, fortasse idem *Celsus Albinovanus*, comes et scriba Neronis, ad quem scripta est Epistola octava. — *monitus — monendus.* Cruq.: *monemus* iure quodam nostro et auctoritate, *hortamur* fere argumentis. — v. 16. *Privatas — opes.* Lamb.: suas et proprias, non alienas et publicas. — *tangere vitet scripta.* Comm. Cruq.: ne excerpat ex scriptis eorum librorum, qui in bibliotheca Palatina conditi, in auctoritatem a Caesare sunt recepti. — *Palatinus.* Comm. Cruq.: Palatinus autem Apollo dictus est, a monte Palatino, ubi Caesar in bibliotheca sibi statuam posuerat, habitu ac statu Apollinis. — v. 18. *Ne, si forte* etc. haec secundum Aesopi fabulam dixit: Cornicula, considerato nigrore suarum plumarum, de omnibus avibus sibi plumas adoptavit; sed cum incepisset volare et unaquaeque avium quod suum cognovisset, ab ea sustulisset, illa nuda et turpis omnibus avibus risui fuit. Sic etiam Celso futurum praedicit, quando *grex avium*, cohors poetarum, unusquisque poeta tollet, quod suum est. — *coloribus*, plumis variorum colorum. Comm. Cruq. — v. 20. *Ipse quid audes?* tibi tractandum sumpsisti. *Audere* aliquid dicimur, si quid magni momenti suscipimus et tractamus. — v. 21. *Quae — thyma?* Comparatio poetarum cum apibus saepius apud veteres scriptores legitur; apud Horatium iam supra Carm. Lib. IV, 2, 27 sqq. — *agilis*, i. e. sedulus, ut apis sedula. — *non tibi parvum*, λιτότης, ut Carm. Lib. I, 28, 14–15.: *non sordidus auctor naturae.* Ibd. IV, 8, 4.: *non pessima munerum.* — v. 22. *Ingenium hirtum*, ingenium non excultum comparatur cum agro, qui, si non colitur, vepribus et spinis hirtus et hispidus est. — v. 23. *causis*, dativ. cas. i. e. pro usu forensi, ii autem *linguam acuere* dicuntur, qui eloquentiam exercent, ut publice s. pro rostris dicere possint. — *Ius respondere* et *de iure respondere* idem significat et est iurisconsultorum nota locutio. — v. 24. *amabile carmen*, vel de carmine amatorio vel de iis carminibus, quae supra (Carm. I, 15, 15.) *grata feminis* nuncupantur. — v. 21. *hederae victr.* cf. Carm. Lib. I, 1, 29.: ibique notat. Virg. Ecl. VIII, 12–13. — *feres, ferre* hoc sensu saepius ponitur, vid. Carm. IV, 8,

---

Augusti, sed libri eius nullius momenti erant. [*Quid mihi Celsus agit?*] *Celsus* fuit poeta, qui alienis dictis pro suis utebatur. [*Apollo*] Caesar sibi in bibliotheca statuam posuerat ad habitum ac staturam Apollinis. [*Grex avium*] μεταφορικῶς dictum pro cohors poetarum. [*Quid audes*] i. e. quas lectiones sequeris et legis? Comparat autem apibus scriptorum

conscripsit. [*Haustus*] an haustu Thebanos aptare modos Pindaricos. Ille enim Thebanus fuit. [*Quid mihi Celsus agit, monitus multumque monendus*] Celsus hic fuit, quem monet, qui solebat Apollinis receptos libros in bibliotheca excipere et alienos versus pro suis recitare. Cui sub

Prima feres hederae victricis praemia. Quodsi
Frigida curarum fomenta relinquere posses,
Quo te caelestis sapientia duceret, ires.
Hoc opus, hoc studium parvi properemus et ampli,
Si patriae volumus, si nobis vivere cari.
Debes hoc etiam rescribere, sit tibi curae,
Quantae conveniat, Munatius: — an male sarta
Gratia nequidquam coit et rescinditur? — At vos

v. 30. Pro *sit tibi curae* Bentl. dedit *si tibi curae* addito *est*, quod post *curae* inserendum esse censet. Obbarius defendit lectionem *si tibi curae*, *est* addendum esse negans, hisce verbis: „da von *an* bis *rescinditur* eine indirecte Frage beginnt, wie Serm. I, 2, 59., widrigenfalls auch nach Bentl. Lesung *coeat* stehen müsste, wie Tibull. III, 1, 19.: *Illa mihi referet, si nostri mutua cura est, an — deciderim.*" Reliqua vid. apud *Th. Schmid.* Quum vero mihi persuadere nequiissem, lectionem *si tibi curae* altera esse exquisitiorem, retinui *sit*, cui optime respondet: *conveniat.* Sensum huius loci *Th. Schmid* vernacule interpretatur sic: *Auch diess musst du mir schreiben, ob dir Munatius wieder so lieb ist, als er's verdient? — oder heilte eure Freundschaft etwa so übel, dass* etc. quam interpretationem tanquam ex animo nostro pronuntiavit Vir ille doctissimus, nobisque amicissimus. — *Si tibi curae*, ap. Feam, Iahn. Doer. — *Sit* ap. Hoched. — 32. Pro *At* Bentl. legere vult *Ac*, ita ut interrogatio usque ad *feros* pergat. *At* et alii permulti et Obbarius, Vir doctissimus, praeclare defendit hisce verbis: „Nach der lebhaften Frage tritt hier das gegensaetzliche, dem Sinne nach *berichtigende* und zur *Versoehnlichkeit anmahnende at* am schicklichsten ein." — *At* ap. Feam, Iahn. Doer. Th. Schmid. — *Ac* ap. Hoched. — Ceterum post *foedus* non punctum, sed colon ponendum est, pro quo tamen comma posuit *Th. Schmid.*

---

5. — v. 26-27. Sensum horum versuum *Doer.* interpretatur hisce verbis: Quodsi curas, quas foves, eiicere posses ex animo, ad altiora, quo te duceret divinae originis sapientia, evehereris, h. e. virtutis et doctrinae gloria conspicuus exsplendesceres. Videtur Horatius Floro mollius exprobrare divitiarum cupiditatem, quae neque parantur, neque possidentur sine curis; has igitur curas, quas alunt et *fovent* avari, vocat *curarum fomenta*, et quidem *frigida*, quia pectus, quod virtutis amore accendi vel poetico spiritu incalescere debet, reddunt *frigidum.* — Commentator Cruquii sub *frigidis fomentis* et avaritiam et ambitionem intelligit, quae hominem ad bene agendum reddunt plane *frigidum:* quae quidem explicatio *Doeringo* ob oculos versata est. — v. 28. *Hoc opus.* Lamb.: nempe curarum *fomenta* et cogitationes anxias ex animo eiicere et sapientiae studium colere atque amplecti. — *properemus*, summa ope nitamur. — *parvi et ampli*, nos: *vornehm und gering, arm und reich* atq. sim. vulgo dicere solemus pro: *Vornehme, Geringe, Arme, Reiche.* — v. 29. Tantummodo is, qui virtutem amat, patriae carus esse potest, non autem iste, qui vel avaritia vel ambitione regitur. — v. 30. Debes etiam hoc rescribere, utrum (tantae) sit tibi curae Munatius, *quantae conveniat*, deceat. — v. 31. *sarcire* de vulnere dicitur, quod sarciendo curatur. *Gra-*

---

bonorum carmen. [*Fomenta*] oratoriam ac iuris scientiam dicit. Additque et poeticam, quia non ita valeat amputare vitia, sicut philosophia. Ideo frigida *fomenta* dixit, quia si secularia posses dona contemnere, i. e. quotidiana opera relinquere posses. [*Sapientia*] ad summam virtutem sive gloriam,

convenientis cornicis fabella dicit: Vt aliena sibi non vindicet, ne si

Seu calidus sanguis seu rerum inscitia vexat
Indomita cervice feros, ubicumque locorum
Vivitis indigni fraternum rumpere foedus:
Pascitur in vestrum reditum votiva iuvenca.

EPISTOLA IV.

ARGUM. *Hanc epistolam poeta ad Albium Tibullum, de quo vid. ARGUM. ad Carm. Lib. I, 33., scripsit, ut Spohnius putat, a. u. DCCXXVIII. Albius Tibullus de Horatii sermonibus sincere ac sine malevolentia iudicasse videtur: quamobrem gratum animum illi, tum temporis in fundo suo Pedano viventi, ea ratione, qua amicus amico, profitetur. Primum quaerit, quid faciat; deinde comprobat, qua de causa laudet eius vitam felicem, qua sapienter ac liberaliter fruatur, illum adhortatur, dum non sine ioco semel ipsum ridente ad epistolae finem pergit.*

AD ALBIVM TIBVLLVM.

Albi, nostrorum sermonum candide iudex,
Quid nunc te dicam facere in regione Pedana?

---

tia male sarta est amicitia perfide reconciliata. — v. 32. *coire* et *rescindere* de vulneribus, quae coeuntia sanantur vel rescissa denuo dolent. Ovid. Trist. IV, 4, 41.: *Neve retractando nondum coeuntia rumpam vulnera.* Ibd. V, 2, 9.: *Quaeque mora spatioque suo coitura putavi vulnera; non aliter, quam modo facta, dolent.* Petron. Sat. 13.: *credo, veritus, ne inter initia coeuntis gratiae recentem cicatricem rescinderet.* — v. 33. *calidus sanguis*, sc. ob iuventutem, quae animi affectus patitur. — *rerum inscitia*, *Missverstaendniss* sive potius *Unerfahrenheit*, quae haud raro amicos separat. — *vexat*, agitat, in furorem mittit. — *Indomita cervice*, qualis equorum esse solet, quos magister ad artis regulas currere nondum docuit. — v. 35. *indigni rumpere*, ἄξιοι ὄντες λύειν, pro, qui rumpatis. — *foedus fraternum* id est, quod et inter fratres et inter amicos esse debet. — v. 36. Pariter atque hoc loco supra Carm. Lib. I, 36, 2. faustus Numidae ex Hispania reditus *vituli sanguine debito* celebratur. Res sollennis ac nota. Cf. Carm. IV, 2, 53 sqq. III, 23, 9.

---

i. e. ad philosophiam. [*Debes hoc etiam rescribere*] ostendit inter Numatium et Iulium frequenter dissensionem exoriri, sed quia illis amicus erat, praecipue Iulio, utrum nam reconciliati sint, ei remandet. Hoc etiam mire iam, quasi aliae causae scribendae sint, quam reconciliationis. Mire ob hoc admonet philosophiae, quae mores firmat. [*Seu calidus sanguis*] iuvenilis discordia aut ipsorum iuvenum imperitia, quia expertes estis philosophiae. [*Votiva iuvenca*] aut carmen pro vestro reditu scribitur aut immolabo pro vobis iuvencam. Nam lyrici iuvencam immolabant, tragoedi hircum, alii poetae autem taurum.

unusquisque sua tollat, ille suum nihil inveniat. [*Frigida curarum fomenta*] poeticam significat, qua relicta ipse sapientiae studuit. [*Si patriae volumus, si nobis vivere cari*] hoc aperte ab ipsa laude philosophiae descendit, ad inhibendam eius iracundiam adversus amicum. [*Sit tibi curae*] deest *an*, ut sit sensus: An sit tibi curae Numatius. [*Gratia nequidquam coit et rescinditur?*] *nequidquam* pro *non*, ut Virgilius: *Et summo clypei nequidquam umbone pependit.*

Scribere quod Cassî Parmensis opuscula vincat,
An tacitum silvas inter reptare salubres,
Curantem quidquid dignum sapiente bonoque est?
Non tu corpus eras sine pectore: dî tibi formam,

v. 3. *Cassî Parmensis.* Huius poetae fragmentum, inventum a viro in omnibus studiis principe, Petro Victorio, sibique ab amico communicatum, vulgavit ad hunc locum Georg. Fabricius. Placet illud hic repetere, utpote apud Feam, q. v. ad h. l., legitur.

CASSII ORPHEVS.

Argute primum cum plectra parentis et auro
Distinctam sumpsit citharam Rhodopeius heros,
Ridebant segnes pulsus, digitosque micantes
Serius et chordis indoctae dissona vocis.
Mox pudor exardens et gloria ducis honesti
Lusibus avertit puerilibus, omnis et illuc
Perditus incumbens, Musae pallebat amore;
Et nunc maternis inhiat, nunc ille paternis
Cantibus; hinc, illinc discens, dependet utrimque.
Nulla Venus faciem cepit mentita dolosis
Compedibus: somni fuerat parcusque Lyaei:
Donec ridiculus dudum, modulamine silvas,
Convulsosque suis scopulos radicibus egit;
Ausus et ire viam mortalibus inconcessam,
Poenarum oblitos demulsit carmine Manes.
Non levis adscensus, si quis petit ardua, sudor
Plurimus hunc tollit: nocturno exsomnis olivo
Immoritur: delet, quod laudaverat in se,
Qui cupit aeternae donari frondis honore.

---

v. 1. *candide iudex,* quo quidem cum maxime laetari debebat poeta, qui in Serm. I, 3, 4-10. pluribus comprobat, suos sermones Romanis odio fuisse. — v. 3. *Cassius Parmensis* non idem putandus s. non mutandus cum *Cassio Etrusco,* Serm. I, 10, 62. — *opuscula* de Cassii elegiacis carminibus intelligo. — v. 4. *reptare,* ἕρπειν, remissius ac lentius ambulare, ut solent cogitabundi. — *silvas salubres,* ob frigus amoenum, vid. Epist. II, 2, 77.: *Scriptorum chorus omnis amat nemus et fugit urbes.* — v. 5. *sapiens* etiam *bonus* esse debet, si vere sapiens dici vult. — v. 6. *Non tu corpus eras sine pectore.* Cruq.: non tu es corpus brutum, sed habes pectus, διάνοιαν, et formam humanam etc. — *eras,* sc. tum temporis fortasse, quo nos Romae una eramus. — *formam,* sc. sani corporis pulchram.

ACR. [*Albi, nostror. serm. candide iudex*] hac epistola Albium Tibullum adloquitur, elegiarum scriptorem, qui videbatur libros eius sermonum multum laudare. Albius autem Criticus fuit scriptorum Horatii. [*Cassii Parmensis*] hic aliquot generibus stilum exercuit. Inter quae opera elegiaca et epigrammata eius laudantur. Hic est, qui in partibus Cassii et Bruti tribunus militum militavit, quibus victis Athenas se contulit. Quintus Varus ab Augusto missus, ut eum interficeret, studentem reperit et peremto eo, scrinium cum libris tulit. Vnde multi crediderunt Thyestem Cassii Parmensis fuisse. Scripserat enim multas alias tragoedias. [*De-*

POR. [*Albî*] ad Albium Tibullum scribit. [*In reg. Pedana*] Pedum oppidum haud longe ab urbe fuit, nunc non est, verum adhuc regio ipsa Pedana dicitur. [*Cassî Parmensis*] hic est Cassius, qui in partibus Cassii et Bruti tribunus militum militavit, quibus victis Athenas se contulit. Q.

Dî tibi divitias dederunt artemque fruendi.
Quid voveat dulci nutricula maius alumno,
Qui sapere et fari possit, quae sentiat et cui
Gratia, fama, valetudo contingat abunde
Et mundus victus non deficiente crumena?
Inter spem curamque, timores inter et iras
Omnem crede diem tibi diluxisse supremum;
Grata superveniet, quae non sperabitur hora.
Me pinguem et nitidum bene curata cute vises,
Quum ridere voles Epicuri de grege porcum.

v. 7. Pro *dederunt,* quod unice recte habet, Doer. nec non alii nonnulli posuere: *dederant,* quam lectionem ineptam bene refutat *Th. Schmid* hisce verbis: „Andere lesen *dederant,* welches *Doering* stillschweigend in den Text aufgenommen hat, ungeachtet die *besten* Handschr. u. Ausgg. *dederunt* haben, und ungeachtet Horaz dem Tibull, wenigstens in Bezug auf *formam* und *artem fruendi,* eine *Grobheit* (omnino, inquam, quod tamen nemo, incredibile dictu, antea vidit) sagen würde.“ Ceterum satis notum est, poetas perfecti penultimam tertiae personae saepius corripuisse. — *dederunt* Fea, Th. Schmid. Iahn. — *dederant* Hoched. tacite quidem, sed vitiose. — 9. *Qui sapere* etc. Bentl. corr.: *Quam sapere.* Priorem lectionem recte defend. Obbar, Recep. eam Th. Schmid. Fea, Iahn. Doer. Hoched. — Pro *et cui* Th. Schmid legendum proponit: *utque ei,* quum unus Lambini codex praebeat: *ut cui.*

— v. 7. *divitias* eodem sensu, quo Cicero Parad. 6. *dives* posuisse videtur: *Quem intelligimus divitem? Aut hoc verbum in quo homine ponimus? Opinor, in eo, cui tanta possessio est, ut ad liberaliter vivendum facile contentus sit.* — v. 8. *Quid voveat* etc. Comm. Cruq.: optet maius et melius suo alumno, nisi ut sapere et fari possit, εὔχοιτο. — v. 11. *mundus,* cf. Serm. II, 2, 53. ibq. 65. — *crumena,* sacculo nummario, nos: *Geldbeutel.* — v. 13. *Omnem — supremum.* Eadem sententia vid. Carm. I, 9, 13. I, 11, 8. IV, 7, 17. Epist. I, 11, 22. ac saepius. — v. 15. *pinguis* et propterea *nitidus,* cf. Serm. II, 2, 128. Carm. I, 19, 5.

---

derunt] mediam brevem syllabam *dederunt.* [*Silvas*] libros philosophorum appellat. [*Salubres*] i. e. amoenas aut quia salubriores sunt silvae. [*Sapiente*] qui solus scit moderate suis uti bonis. Quod aut luxurioso per incontinentiam aut avaro per nimiam abstinentiam negavit. [*Dî tibi formam*] Epicurei negant aliquid deos curare. Hîc ergo secundum eorum consuetudinem dixit. [*Crumena*] patrimonio vel sacco nummario sive prandiario. [*Inter spem curamq.*] i. e. agens inter spem et curas, quotidie puta te moriturum. Monet ergo nihil curandum esse de futuro. [*Crede diem*] ita tene omnem diem, quasi in eo sis moriturus. [*Vises*] i. e. quandocumque vis videre, videbis bene pastum porcum et satirice vituperat eam sectam, quam sequitur. [*Epicuri de grege porcum*] quoniam Epicurei summum bonum in voluptatibus ponunt. Deinde quod omne animal colunt, nullum edunt.

Varus ab Augusto missus, ut eum interficeret, studentem reperit et perempto eo scrinium cum libris tulit. Vnde multi crediderunt, Thyestem Cassii Parmensis fuisse. Scripserat enim multas tragoedias Cassius. [*Silvas*] libros φιλοσοφουμένους significat.

EPISTOLA V.

Argum. *Torquatum, quocum Caesaris diem natalem celebraturus est, ad coenam frugalem invitat. Ad eundem Torquatum Carmen Lib. IV, 7. scriptum est.*

AD TORQVATVM.

Si potes Archiacis conviva recumbere lectis,
Nec modica cenare times olus omne patella:
Supremo te sole domi, Torquate, manebo.
Vina bibes iterum Tauro diffusa palustres
Inter Minturnas Sinuessanumque Petrinum.
Sin melius quid habes, arcesse, vel imperium fer.
Iamdudum splendet focus et tibi munda supellex.
Mitte leves spes et certamina divitiarum

II, 12, 19. — *bene curata cute*, cf. Epist. I, 2, 29. — v. 16. *Epicuri de grege porcum*, hoc refer per appositionem ad *pinguem* et *nitidum*; Epicurei scilicet, qui summam voluptatem in corpore lautioribus et largioribus cibis curando ponebant, contemtim, ut *Doer.* bene animadvertit, *Epicuri de grege porci* Romae vocabantur; hinc Cicero L. Pisonem (orat. c. 16.) hominem luxuriosum, Epicureum, *non ex schola, sed ex hara* (porcorum stabulo) *productum* appellat.

---

v. 1. *Si potes*, si potes a te impetrare hoc, ut — mecum recumbas, ut Virg. Aen. XI, 307.: *Nec victi possunt absistere ferro.* — *recumbere*, i. e. accumbere, verbum sollenne, vid. Carm. III, 3, 11. — v. 2. *omne*, qualecunque, olus omnis generis. — v. 3. *Supremo sole*, sole occidente, ad vesperam. — *manebo*, exspectabo. — v. 4. *iterum Tauro*, *Ταύρου πάλιν* sc. *ὑπάτου ὄντος.* T. Statilius Taurus ā. u. DCCXXVIII. iterum consul fuit cum Augusto. — *diffundere*. Lamb.: solebant enim veteres e doliis vinum in cados, testas et similia vasa *diffundere* in multos annos. Aliud est *vinum defundere*, vid. Var. Lect. ad Carm. IV, 5, 34. — v. 5. *Petrinum*. Comm. Cruq.: Petrinus mons est, Sinuessanae civitati imminens (nunc *Rocca di monti Ragoni*) vel ager Sinuessae vicinus. — v. 6. *Sin melius quid habes, arcesse*, i. e. arcesse vinum, quod habes melius meo, h. e. iube tecum adferri ad me. — *vel* (si non habes vinum melius) *imperium fer*, quod ad *συμποσιαρχίας* leges referendum est. Cf. Carm. I, 4, 18. II, 7, 25. Serm. II, 2, 123. II, 6, 69. — v. 7. *tibi*, in honorem tuum. — v. 8. *Mitte leves spes*. Comm. Cruq.: Omitte spes rerum humanarum, i. e. cogitationes fallaces, inprimis eas, quae vel de divitiis vel de summis honoribus concipi solent. — *certamina divitiarum*. Lamb.: nimium studium, nimiamque contentionem in divitiis comparandis. Comm.

ACR. [*Si potes*] Torquatum advocatum; amicum invitat ad coenam. [*Archiacis*] lecti humiles ab Archiaco fabro, qui non magnae staturae esse dicitur. [*Palustres*] palus est iuxta Minturnas, ubi etiam Marius latuit. [*Imper. fer*] vel *imperium fer* dicitur, hoc ante poscentes reges appella-

POR. [*Si potes*] Torquatum invitat ad convivium. *Archias* breves lectos fecit, unde *Archiacos* sicut a *Boeto Boetoos* dicimus. [*Nec modica coenare times*] dum dicit *modica* et *times*, brevitatem coenae ostendit. [*Tauro diffusa*] ostendit Tauro iterum consule lecta. [*Sinuessanumq. Petrinum*] Petrinus unicus olim in agro Phalerno, quo intelligitur

Et Moschi causam: cras nato Caesare festus
Dat veniam somnumque dies; impune licebit
Aestivam sermone benigno tendere noctem.
Quo mihi fortunam, si non conceditur uti?
Parcus ob heredis curam nimiumque severus
Adsidet insano; potare et spargere flores
Incipiam, patiarque vel inconsultus haberi.
Quid non ebrietas designat? operta recludit,
Spes iubet esse ratas, ad proelia trudit inertem,

v. 12. *Quo mihi fortuna*, Hoched. — *Quo mihi, fortuna* Doer. — *Quo mihi fortunae*, Fea. — *Quo mihi fortunam*, cum Th. Schmidio et Iahnio in textum recepi.

Cruq.: quibus certamus anteire ditiores. Carm. IV, 12, 25.: *pone studium lucri.* — v. 9. *Moschi causam*, vid. infr. schol. Por. — v. 10. Iurisconsulti *sub galli cantum* (Serm. I, 1, 10.) e lectis se levare solebant. Iulii Caesaris autem dies natalis ex senatus consulto dies festus denominatus veniam in multam lucem dormiendi dabat. — *impune*, sine detrimento. — v. 11. *sermone benigno.* Comm. Cruq.: familiari sive potius ac rectius sermone multo et liberali et largo, quae est explicatio Lambini. — *tendere*, i. e. producere, h. e. sermonem extendere in multam noctem: nos: *bis in die spaete Nacht plaudern.* — v. 12. *Quo* (vetus dativi forma pro: cui, *cui bono*) *mihi fortunam*, suppl. comparare. *Vossius* vernacule interpretatus est: *Wozu soll mir das Glück.* — v. 13. *Doer.* interpretatur: *parcus*, qui parce vivit, *ob heredis curam*, ut heredi collectis divitiis prospiciat, *nimiumque severus*, nimiaque severitate ab iis, quae iucunda sunt, abstinet, *adsidet insano*, is proxime accedit ad insanum. Cf. Carm. II, 3, 20. II, 14, 25. IV, 7, 19. Serm. II, 3, 122 et 151. Epist. II, 2, 190. coll. Pers. Sat. VI, 33-37. — v. 14. *Adsidet insano.* Cruq.: sedet stulto proximus eique simillimus est. Graece: *ἐγγὺς εἶναί τινι.* — *spargere flores.* Mos erat sollennis flores spargere diebus festis, cf. Carm. III, 19, 22. ibiq. not. — v. 15. *patiar inconsultus haberi.* Eadem verborum structura vid. supr. Carm. Lib. I, 12, 43.: *Patiens vocari Caesaris ultor.* — v. 16. *designat.* Cruq.: perpetrat, *διαπράττεται ἢ καινοτομεῖ, νεωτερίζει, νεωτεροποιεῖ*, novi aliquid molitur. Eadem significatione apud Terent. Adelph. I, 2, 7.: *nam illa, quae ante hac facta sunt, Omitto: modo quid designavit?* ibiq. Donat.: *designare* est rem novam facere in utramque partem. Veteres et prave et recte facta *designata* dicebant. — *operta recludit*, ut quidem omnium satis constat, cf. Epist. I, 18, 38. Epist. ad Pis. v. 435. Carm. Lib. II, 7, 21. III, 16, 34. IV, 12, 14. Epod. XI, 13-14. — v. 17. *Spes — ratas.*

---

bantur. Inde qui senatui coenam post prandium dabant, in Capitolio consulem vel dictatorem rogabant, ne ad coenam venirent, se illis, quod ederent, domum missuros, ne illos, ut reges, domum deduci illis de praesentibus necesse esset. [*Et Mosci*] Moscus Pergamenus fuit rhetor notissi-

nd Phalernum Torquatum invitari. [*Et Mosci caussam*] hic, Pergamenus rhetor notissimus, reus veneficii fuit, cuius causam ex primis tunc oratores egerunt, Torquatus hic, de quo nunc dicit, et Asinius Pollio. [*Nato Caesare festus*] divi Caesaris natalem significat, id esse ipse probat dicens: *aestivam noctem*, quia ille Idibus Iuliis celebratur. [*Quid non ebrie-*

Sollicitis animis onus eximit, addocet artes.
Fecundi calices quem non fecere disertum,
Contracta quem non in paupertate solutum?
Haec ego procurare et idoneus imperor et non
Invitus, ne turpe toral, ne sordida mappa
Corruget nares, ne non et cantharus et lanx
Ostendat tibi te, ne fidos inter amicos
Sit, qui dicta foras eliminet, ut coeat par
Iungaturque pari. Butram tibi Septiciumque
Et, nisi cena prior potiorque puella Sabinum

v. 26. Pro *Butram* — *Septiciumque* vulgo legebatur: *Brutum* — *Septimiumque*. Nomina propria ab librariis fere semper vitiose exarari satis constat.

Comm. Cruq.: certas et firmas, quia ebrii magna sperant et ea sibi certa pollicentur. Cf. Carm. Lib. III, 21, 17. IV, 12, 19. — *ad proelia trudit inertem*. Cf. Carm. Lib. III, 21, 18 sqq. — *iners* perhibetur, ars in quo non erit ulla; hoc loco idem significat, quod nostrum: *feig*. Cf. Carm. III, 5, 36. Serm. II, 6, 61. Epist. II, 2, 226. Epist. ad Pis. v. 172. — v. 18. *Sollicitis animis onus eximit*, dum curas tollit, animum iis liberat. Similis sententia pluribus locis redit: Carm. Lib. II, 7, 21. II, 11, 17. II, 16, 17. — *addocet*, *προςδιδάσκει*, *artes*, v. c. artem saltandi. — v. 19. *Fecundi calices*. Cruq.: pleni et abundantes. — v. 20. *Contracta*, angusta, vid. Carm. III, 2, 1.: *Angustam amice pauperiem pati*. — *solutum*, sc. paupertatis vitaeque sollicitae curis liberum. — v. 21. *procurare idoneus*, *οἰκονομεῖν ἐπιτήδειος*. — *imperor*, mediae significationis. Comm. Cruq.: finxit ex Graeco *κυριεύομαι*, sicut Epist. ad Pis. v. 56. *invideor*, *φθονοῦμαι*. — v. 22. *ne turpe toral*, Serm. II, 4, 84.: *illota toralia*. — *mappa*. Cf. Serm. II, 4, 81. ibiq. not. Cruq.: linteum, quod insternitur mensae, *ὀθόνη*, vel etiam quo inter edendum manus absterguntur; nam *mantele*, a manibus dictum, datur post lotionem manibus exsiccandis. — v. 23. *Corruget nares*, nares, cum malum odorem trahunt, in rugas quasi contrahi, distorqueri et diduci solent, ut recte ad hunc locum adnotavit *Doer*. — De *cantharo* vid. supr. Carm. I, 20, 2. ibiq. not. — v. 24. *Ostendat tibi te*. Comm. Cruq.: significat, se habere vasa nitida, in quibus suam imaginem quis quasi in speculo possit cernere. — v. 25. *qui dicta foras elim*. Comm. Cruq.: foras et extra limen domus efferat, i. e. divulget, effutiat. — *ut coeat par* etc. Platon. Sympos. c. XVIII, 3.:

---

mus, qui reus veneficii fuit, cuius causam tunc oratores egere. Nam Torquatus patronus fuit causarum. [*Ac docet artes*] docet fatue se loqui ebrium et vino exhilaratum. [*Corruget nares*] moveat fastidium. Nam quoties horret aliquis, nares contractae rugam faciunt. [*Cantharus*] significat se habere vasa argentea, in quibus suam imaginem quasi in speculo possit cernere. [*Eliminet*] extra limen eiiciat, foras limen efferat. Quia hoc procurabo, ut veniens invenias aut puellam aut puerum tibi convenientem. [*Brutum*] nomina convivarum Torquati vel, ut quidam, Butram et Septicium

tas designat] aperit. [*Idoneus imperor*] sicut *iudicor* dixit. [*Corruget nares: nec non et Cantharus et lanx ostendat tibi te*] *corruget*, contrahat, per quod non tantum sordidam, sed olentem mappam significat. Deinde luxuriose splendidum argentum significat, quasi speculo ostenderet se

Detinet, adsumam; locus est et pluribus umbris,
Sed nimis arta premunt olidae convivia caprae.
Tu, quotus esse velis, rescribe, et rebus omissis
Atria servantem postico falle clientem.

EPISTOLA VI.

Argum. *Huius epistolae argumentum, quemadmodum Hochederus illud descripsit, hic repetere placet: Gleichmuth, nichts zu fürchten, nichts zu hoffen, ist die Grundbedingung aller Glückseligkeit v. 1–14. Jede übermaessige Begierde, zielte sie auch auf Tugend und Weisheit, ist wahnwitzig und thoericht v. 15–23. Alles ist vergaenglich v. 24–27. Setze dir ein festes, unverrückbares Lebens-Ziel, bleibe dir aber gleich und wende die Mittel zu dessen Erreichung an v. 28–66. Schlussformel mit Herausforderung zu besserer Belehrung v. 67–68. Ceterum sua sponte apparet, haec fere omnia in Numicium, de quo tamen aliunde nihil certi constat, optime quadrasse. De Numicio vid.* Index.

ὁ παλαῖος λόγος εὖ ἔχει, ὡς ὁμοῖον ὁμοίῳ ἀεὶ πελάζει. — v. 27. *Et, nisi — adsumam*. Construe: *Et adsumam Sabinum, nisi eum — detinet*. Vid. Ramshorn. Gramm. Lat. pag. 680-81. — *prior*, ad quam prius invitatus est. — *potior*, cf. Carm. III, 9, 2. ibiq. not. — v. 28. Cf. Serm. II, 8, 22. ibiq. Cruq.: Apud maiores diligenter observatum fuit, si quis ad coenam benignius invitatus accederet, ut, de benevolentia hospitis confisus, alios veluti comites et *umbras* secum deduceret. — At sua sponte convivio aliis parato sese adiungere non licebat: at si tamen ita usu veniret, ut non invitati, sed *αὐτόματοι* adventarent, ii in imam lecti spondam deduci iubebantur etc. Plutarch. Sympos. VII, 6.: *τὸ δὲ τῶν ἐπικλήτων ἔθος, οὓς νῦν σκιὰς καλοῦσιν, οὐ κεκλημένους αὐτούς, ἀλλ' ὑπὸ τῶν κεκλημένων ἐπὶ τὸ δεῖπνον ἀγομένους, ἐζητεῖτο, πόθεν ἔσχε τὴν ἀρχήν* etc. — v. 29. *olidae caprae*, caprinus vel hircinus foetor sub alis hominum, qui (Epod. XII, 5.) *gravis hircus* appellatur; cf. Intpp. ad Serm. I, 2, 27. Veteres fere omnes hoc malo odore laborasse videntur. Numerus sollennis ad minimum tres, ad maximum novem convivas comprehendebat, vid. Gell. XIII, 11. — v. 30. *rebus omissis*, i. e. negotiis iuridicis. — v. 31. *Atria servantem — client*. Lamb.: in atrio domus te exspectantem. Cruq.: consulendi te vel sua tibi commendandi gratia vel etiam ut honoris ergo te comitetur. — *falle clientem*, late (*λάνθανε*), i. e. eo inscio per *posticum*, sc. ostium, *Hinterthür*, egredere, ne te detineat. *Fallere* eadem significatione vid. Carm. I, 10, 11-12. III, 11, 40. III, 17, 10. — *posticum*, *παράθυρον*, *ψευδόθυρον*. Vid. Sueton. Claud. 18. Tacit. Hist. II, 51. Plaut. Most. III, 3, 27. Serv. ad Virg. Aen. II, 458.

---

puerum. [*Sed nimis arcta premunt*] ait arte quadam molestum sibi ordinem discumbentium propter libidinem aut ut solus cum paucis veniret. [*Tu quotus esse velis*] i. e. cum quot comitibus ad coenam meam venias. [*Falle*] monet illum, ut dum cliens speraverit eum exiturum per portam, exeat per posticum.

Ipsum convivae, i. e. imaginem suam. [*Sed nimis arcta premunt*] ait arcte discumbentium molestum esse odorem alarum eorum, qui *hirci* dicuntur. [*Postico falle clientem*] monet, ut silentio veniat.

AD NVMICIVM.

Nil admirari prope res est una, Numici,
Solaque, quae possit facere et servare beatum.
Hunc solem et stellas et decedentia certis
Tempora momentis sunt, qui formidine nulla
Imbuti spectent. Quid censes munera terrae?
Quid maris extremos Arabas ditantis et Indos?
Ludicra quid, plausus et amici dona Quiritis?
Quo spectanda modo, quo sensu credis et ore?
Qui timet his adversa, fere miratur eodem,
Quo cupiens, pacto; pavor est utrobique molestus,

v. 3. *Nunc sol.* Edit. princ. — 5. *spectant* legit Fea. — *spectent* def. Th.Schmid. Recte. Coniunctivum recepi cum Schmidio, Doer. Iahn. Hoched.

---

v. 1. *Nil admirari*, οὐδὲν θαυμάζειν, omnium philosophorum una eademque sententia. — Cave, in *una* — *Solaque* pleonasmum videas; *unus* enim alios non excludit, sed unum tantum ponit praecipuum; *solus* autem alios omnino excludit. — v. 3. *decedentia Tempora*, v. c. hiems, ver, aestas, auctumnus, anni aetates. — v. 5. *Quid censes* etc. quid censes quod adtinet ad munera terrae vel *quid censes* sc. esse munera terrae, i. e. quid tibi videntur esse *munera terrae*, quae Cruquius hîc notare arbitratur, quae terra ex se, non etiam culta profert, quae sunt aurum, argentum, marmor, aera etc. sic enim dicit mare ditare Arabas et Indos, nempe naturae donis, ebeno, conchis, gemmis etc. Serm. I, 2, 80. Obbar. ad Epist. I, 1, 45. — v. 7. *Ludicra*, spectacula, ut etiam apud Liv. I, 9. I, 35. XXVII, 37. XXVIII, 7. XXXIII, 32. vocabulum *ludicrum* idem significat, quod spectaculum. — *plausus*, sc. in theatris. Vid. Carm. Lib. I, 20, 4-5. II, 17, 25-26. Virg. Georg. II, 508. — *amici dona Quiritis.* Comm. Cruq.: dona populi Romani, sceptra, dignitates, „qui dabat olim imperium, fasces, legiones, omnia." Iuven. Sat. X, 78. Ceterum *Quiris* in sing. num. pro plebecula poni solet. — v. 8. *Quo — modo.* Comm. Cruq.: quo studio, quo iudicio, qua spe. — *quo — ore*, vultu, oculis. — v. 9-11. *his adversa.* Comm. Cruq.: his donis contraria. Cruq.: pauperiem, contemptum, risum, ignominiam. — *fere miratur* etc. Cruq.: nam qui miratur appetendo, pavet, ut ne adsequatur: qui miratur metuendo, pavet, ne eveniant, cf. Epist. I, 1, 42 sqq. — *mirari* id. q. adspicere aliquid cum voluptate et cupiditate; cf. Carm. I, 4, 19. III, 29, 11. Serm. I, 2, 36. Epist. I, 10, 30. — *utrobique*, in cupiendo et metuendo. Comm. Cruq.: in timore amittendi et in spe consequendi, ex quibus aut

---

ACR. [*Nil admirari*] in hac epistola docet victurum feliciter eum, qui sine admiratione omnia habiturus sit. Vt enim omnem sollicitudinem ex cupiditatibus nasci dubium non est: ita beatitudinem in contemptu divitiarum constitutam esse ait. [*Dona Quiritis*] i. e. populi dona. [*Quo spectanda modo*] quo scilicet iudicio utrobique in spe consequendi, ex quibus aut gratia aut odium contingit. [*Torpet*] i. e. stupore hebet et

POR. [*Nil admirari*] scribit non amare se unam sectam plus alia. *Nil admirari*, nullae sectae obligatum se ait: Ideo quod nulla naturae res perturbationem animis parat, quam si quis alia tanquam bona concupiscat, alia tanquam mala timeat. Eum ergo, qui se in rebus omnibus gratiae odioque exemerit, securum vivere posse significat. [*Insani sapiens no-*

Improvisa simul species exterret utrumque.
Gaudeat an doleat, cupiat metuatne, quid ad rem,
Si, quidquid vidit melius peiusque sua spe,
Defixis oculis animoque et corpore torpet?
Insani nomen sapiens ferat, aequus iniqui,
Vltra quam satis est virtutem si petat ipsam:
I nunc, argentum et marmor vetus aeraque et artes
Suspice, cum gemmis Tyrios mirare colores;

v. 11. Pro *exterret* alii legunt *exercet.* Sed species *improvisa exterret*, non exercet.

---

dolor aut gaudium contingit. — v. 11. *Improvisa species.* Comm. Cruq.: prosperitatis et asperitatis. — *simul*, simul ac, cf. Epist. I, 7, 90. — v. 13. *quid ad rem*, ad beatitudinem sc. facit, pertinet. — v. 14. *Defixis oculis*, i. e. immotis. — *torpet.* Comm. Cruq.: hebet, i. e. stupore haeret et deficit. — v. 15. *ferat*, φέροι ἄν, *moechte wol tragen = wird tragen.* — v. 17-27. Nexus sententiarum a *Doer.* hisce explicatur: Quod tamen ad admirationem rerum, quibus beatiores explendescunt, adtinet, admirare modo argentum etc. supera divitiis alios; quidquid sub terra latet, aetas in lucem proferet, at ea, quae super terra nitent, sub terram defodientur atque condentur; licet enim divitiis et honoribus conspicuus oculos aliorum in te converteris, ibis tamen eo, quo Numa et Ancus delati sunt. — *I nunc.* Lamb.: concessio est dissimulationis et irrisionis plena, qua utuntur Latini, quum vel a re quapiam deterrent vel aliquid improbant vel fieri non posse significant, ut Virg. Aen. VII, 425.: *I nunc, ingratis offer te, inrise, periclis.* — *artes*, antiqua artis opera, vid. Carm. IV, 8, 5. — *Suspice*, admirare. — *cum gemmis*, gemmae anaglyphae apud veteres maximi erant pretii. — *Tyrios colores.* Cruq.: vestes purpureas. — *spectant — loquentem.* Cruq.: admirantur tuam eloquentiam, de qua licet unicuique gloriari, sed honeste, non etiam nimis. — *Ne plus — agris.* Pendet hic versus, ut Lambinus sensum horum verborum interpretatur, a superiore, hoc modo: Tu gnavus a prima luce confer te in forum; vesperi domum redito, i. e. totum diem in studio rei faciendae consumito, ne Mucius, (sic ap. Lamb.) qui humiliore loco et deterioribus parentibus natus est, quam tu, plus frumenti percipiat ex agris, quos ab uxore in dotem accepit, quam tu ex tuis avitis, quasi indignum sit, Mucium, humilioribus parentibus natum, esse te locupletiorem. Alii aliter hunc locum explicant, vid. *Th. Schmid.* — *vespertinus*, ut supr. Epod. XVI, 51. ubi vid. not. — *emetat*, colligat. — *in apricum*, in apertum. Cruquius comparat Xenophanis versum: ἐκ γῆς γὰρ τάδε πάντα καὶ ἐς γῆν πάντα τελευτᾷ. Eadem sententia vid. Carm. II, 3, 25. II, 14. II, 18, 15. Epist. I, 4, 13. II, 2, 171 sqq. — *bene noto* opponitur ignotus, obscurus, obscuro loco natus. — *Ire tamen.* Similis Tartari descriptio vid. Carm. IV, 7, 14-15. —

---

deficit. [*Proferat aetas*] si ita, inquit, contemnimus virtutem. Sensus est: ut inveniuntur divitiae, ita pereunt. Virtus sola perpetua est. [*Morbo tentantur acuto*] si, inquit, contemnis virtutem, ut non summum bonum eam, sed verba tantum existimes: et si religionem spernis, ut lucos sacros nihil aliud quam ligna putes: relinque haec et vide, ne quis negotiator suo navigio ante occupet portum et vide, ne perdas negotia, quae exercere potes in Bithynia et Cibyratica, quae sunt apta negotiatoribus loca, sunt enim transmarina. [*Virtutem*] sensus est, si vis carere vitiis, fuge

men ferat] perinde pronunciandum ac si *feret* dixisset. [*Et artes Suspi-*

Gaude, quod spectant oculi te mille loquentem;
Gnavus mane forum et vespertinus pete tectum,
Ne plus frumenti dotalibus emetat agris
Mutus et (indignum, quod sit peioribus ortus,)
Hic tibi sit potius quam tu mirabilis illi.
Quidquid sub terra est, in apricum proferet aetas,
Defodiet condetque nitentia. Quum bene notum
Porticus Agrippae et via te conspexerit Appî,
Ire tamen restat, Numa quo devenit et Ancus.
Si latus aut renes morbo tentantur acuto,
Quaere fugam morbi: vis recte vivere; — quis non?
Si virtus hoc una potest dare, fortis omissis
Hoc age deliciis. — Virtutem verba putas ut

v. 22. *Mutus* (alii *Mucius*) ex inscriptt. vett. Rom. Sic Fea, Schmid. Doer. Iahn. Hoched. — 31. Bentl. corr. *putes et* pro *putas ut*, quod tamen procul dubio praeferendum praetulere Schmid. Doer. (qui tamen *putes* legit) Hoched. — *putas et* Fea, Iahn.

---

v. 28. *tentare* saepius de morbis dicitur, vid. Carm. I, 16, 23. Serm. I, 1, 80. II, 3, 163. — *acutus morbus*, Carm. I, 9, 4. — *fuga morbi*, fere idem significat, quod medicina, quae morbum pellat. — *Recte vivere* interpretatur *Obbarius:* „Hier nicht, wie Epist. I, 2, 41. das naturgemaesse, tugendhafte Leben als solches bezeichnend, sondern das glückliche und glückselige Leben, wie Epist. I, 8, 4. 16, 17. II, 2, 213. Carm. II, 10, 1. Der Grund dieser scheinbaren Begriffsverwechslung erklaert sich aus den Schulen der Sokratiker, hauptsaechlich der Stoiker, in deren Sinne Hor. I, 16, 20. sagt: *Neve putes alium sapiente bonoque beatum.* Aristot. Ethic. Nicom. I, 2.: *τὸ δὲ εὖ ζῆν καὶ τὸ εὖ πράττειν, ταὐτὸν ἀπολαμβάνουσι τῷ εὐδαιμονεῖν.* Senec. Epist. 123. Das Gegentheil heisst: *male vivere* Serm. I, 4, 109. Epist. I, 7, 10. Daher *melius vivunt* Carm. III, 24, 9. i. e. beatius s. rectius." — v. 31. *Hoc age.* Cruq. ad Serm. II, 3, 152.: *τοῦτο πράττε.* Hoc antiquum verbum sacrificale est, inquit Budaeus 5 de asse, quo utebatur praeco in sacris imperandis, ut habet Plutarch. (in Coriolan. c. 25.: *ὅταν γὰρ ἄρχοντες ἢ ἱερεῖς πράττωσί τι τῶν θείων, ὁ κῆρυξ πρόεισι μεγάλῃ φωνῇ βοῶν. Ὃκ ἄγε. σημαίνει δὲ ἡ φωνή·* *τοῦτο πράττε.*) eo autem utimur, quum uni rei mentem adhiberi volumus et adverti animum. — *virtutem verba putas* etc. quae verba Xylander interpretatus est: ut religionem luci *multi* contemnunt, nihilque eum nisi arbores putant: ita, inquit, tibi, quae de virtute disputantur, videntur esse verba, non res. De differentia verborum *lucus* et *silva* vid. *Lexicon Virgilianum*, quod ego nuperrime in usum scholarum edidi, pag. 233. sub voc. NEMVS. — v. 32. *occupare*, *φθάνειν*, ut Carm. II, 12, 28. Liv. I, 14.: *bellum facere occupant.* Liv. I, 3.: *occupat Tullus in agrum Sabinum transire.* — *alter* = ein Anderer, ein Dritter, ut nos dicere solemus. — v. 33. *Cibyratica negotia. Cibyra*, magna urbs Phrygiae, vid. Strab. Lib. XIII. in fin. — *Bithyna.* Vid. Eustath. ad Dionys. Perierg. 793.: *τοὺς Βιθυνοὺς καὶ ναυτικωτάτους ἱστοροῦσι γενέσθαι ποτὲ καὶ τὴν αὐτῶν γῆν παμφορόν τε καὶ εὔδενδρον εἶναί φασι, καὶ λιθοτομίας ἔχουσαν, καὶ κρυστάλλους ἐν ὄρεσι φύουσαν, καὶ ἄλλα πολλὰ ἔχουσαν ἀγαθά.* — Versus 34-35. *Vossius* recte interpretatus est: *Ründe dir tausend Talent', und ründe dir andere tausend, Füge die dritten hinzu, ja vierfach haeufe die Zahl voll. Quadrare* h. l. proprie intelligimus. — v. 36. *fidem*, nobis: *Credit.* Iuven. III, 143. 144.: *Quantum quisque sua nummorum servat in arca, Tantum habet et fidei.* Hor. Serm. I, 1, 62. — v. 39. *Mancip. loc. eget* etc. plurima incolarum Cappadociae pars fuerunt servi, iique abiectissimi, vid. Cic. in Orat. pro Red. in Sen. c. 16., rex igitur Cappadocum dicitur: *locuples mancipiis, sed egens aeris;* unde Cicero ad Atticum VI, 1. de *Cappadocia* (Asiae minoris provincia): *nihil illo regno spoliatius, nihil rege egentius.* Vid. *Doer.* ad hunc locum. — v. 40. *Ne fueris* etc. Lamb.: ne talis fueris, qualis Cappadocum rex aut magno aliquis mancipiis abundans, pecunia egens, si summum bonum positum esse putas in divitiis et pecuniae magnitudine, sed esto potius talis, qualis Lucullus, qui non solum nulla re egebat, sed etiam multo plura possidebat, quam se possidere putaret. — *Chlamydes* etc. Plutarchus hanc historiam in Lucullo extremo narrat atque etiam Horatium Flaccum nominat in his verbis: *στρατηγοῦ δέ ποτε φιλοτιμουμένου περὶ θέας καὶ χορῷ τινι κόσμον αἰτουμένου πορφυρᾶς χλαμύδας ἀπεκρίνατο σκεψάμενος ἂν ἔχῃ, δώσειν· εἶτα μεθ᾽ ἡμέραν, ἠρώτησεν αὐτὸν ὁπόσων δέοιτο·*

---

illecebras. [*Putas*] videtur de his dicere, qui laudant philosophiam, nec sequuntur, ut sacrilegi dicunt lucum tantum esse ligna. [*Mille talenta rotundentur*] notandum *rotundentur*, i. e. compleantur. Omne enim, quod rotundum est, ab omni parte perfectum est. [*Scilicet uxorem*] per ironiam hoc dicunt, qui volunt philosophari. [*Mancipiis locuples*] sensus est: Nolo ego talis sis, qualis Cappadocum rex, qui una re abundat,

ce] subdistingue. [*Gaude, quod spectant oculi*] hoc in gloriae cupiditatem dicit. [*In apricum*] i. e. in apertum, in lumen et solem. [*Porticus Agrippae*] in Agrippae enim porticu et in Appia via maxime conspicui videntur. In his ergo conspicio, ait, eandem esse ad mortem viam, qua pervenerunt etiam reges Romani. [*Si latus aut renes*] ad recte vivendum virtutem solam proficere, alias deinde res sic optat, quomodo consequatur. Dicit divitias primum, deinde honorem et gratiam, deinde coenas: non invenuste usus ad omnia despicienda, rerum contumelia, illata mentione coenarum. [*Omissis Hoc age deliciis*] si ita contemnis virtutem, ut non summum bonum eam, sed verba existimes: si religione non moveris, ut lucos sacros ita in hoc putes stare, ut ligna hominibus praestent, linque haec et quae miraris, sequere. [*Decorat suadela Venusque*] Ordo: *et Venus et suadela. Suadela* epitheton est Veneris, quae a Graecis *Πειθώ*, a nobis *Venus* accipitur. [*Eget aeris*] hoc ait, noli committere, ut egeas,

Lucum ligna: cave, ne portus occupet alter,
Ne Cibyratica, ne Bithyna negotia perdas;
Mille talenta rotundentur, totidem altera, porro et
Tertia succedant, et quae pars quadrat acervum.
Scilicet uxorem cum dote fidemque et amicos
Et genus et formam regina Pecunia donat,
Ac bene nummatum decorat Suadela Venusque.
Mancipiis locuples eget aeris Cappadocum rex;
Ne fueris hic tu. Chlamydes Lucullus, ut aiunt,

Si posset centum scenae praebere rogatus,
Qui possum tot? ait, *tamen et quaeram et quot habebo*
Mittam; post paullo scribit, sibi millia quinque
Esse domi chlamydum, partem vel tolleret omnes.
Exilis domus est, ubi non et multa supersunt
Et dominum fallunt et prosunt furibus. Ergo,
Si res sola potest facere et servare beatum,
Hoc primus repetas opus, hoc postremus omittas. —
Si fortunatum species et gratia praestat:
Mercemur servum, qui dictet nomina, laevum
Qui fodicet latus et cogat trans pondera dextram

τοῦ δὲ ἑκατὸν ἀρέσκειν φήσαντος, ἐκέλευσε λαβεῖν δὶς τοσαύτας· εἰς ὃ καὶ Φλάκκος ὁ ποιητὴς ἐπιπεφώνηκεν, λανθάνοντα πλείονα τῶν φαινομένων ἐστίν. — v. 41. *praebere, πορίζειν*, suppeditare. — *Qui*, quomodo. — v. 44. *tolleret*, sumeret. Poetae numerum augere licet; Plutarchus enim Lucullum ducentas chlamydes duntaxat domi reperisse scribit. — v. 46. *dominum fallunt, λανθάνουσι*, latent, a domino ignorantur. — *fures*, servi, domino opponuntur. — v. 49. *Si species*, i. e. decus externum et forense, cultus et ornatus corporis ex honoribus et magistratibus quaesitus, ut praetexta, sella curulis, latus clavus, calcei lunati; adde his, si voles, fasces, lictores, comitatum etc. — *gratia*, populi ac virorum potentiorum favor; est igitur sensus: Si in honore summum bonum positum esse existimas. — v. 50. *Mercemur servum.* Habebant Romani illi veteres magistratum petituri servos nomenclatores, a quibus docebantur ac monebantur, quo quisque civis, qui in suffragiis aliquid valeret, nomine appellaretur, ut candidati a servo nomenclatore admoniti unumquemque nominatim salutare possent, cf. Cic. pro Murena c. 36. §. 77.: *Quid, quod habes nomenclatorem? in eo quidem fallis et decipis: nam si nomine appellari abs te cives tuos honestum est, turpe est eos notiores esse servo tuo, quam tibi; sin etiamsi noris, tamen per monitorem appellandi sunt, cur ante petis, quam insusurravit? aut quid, quum admoneris, tamen, quasi tute noris, ita salutas? quid, posteaquam es designatus, multo salutas negligentius?* Mamertini Panegyr. c. 16.: *Quis ignorat tum quoque, quum honores populi Romani suffragiis mandabantur, multos fuisse Candidatorum labores? Ediscenda omnium nomina tribuum, homines atque etiam singuli salutandi, prehensandae obviorum manus, omnibus arridendum, non solum cum infimis, sed etiam cum ignotis familiaritatis imago simulanda* etc. — v. 50. *laevum Qui fodicet latus.* Lamb.: qui adstans domino a parte minus honorata, laevo ipsius latere fosso, i. e. extrema manu pulso, admoneat, ut illum et illum salutet et prenset. *Fodere latus* autem consuevisse eos, qui admonere vellent, declarat illud Terent. in Hecyra (III, 5, 17.) Lach.: *Dic iussisse te.* Phidipp.: *Noli fodere, iussi.* — v. 51. *trans pondera* etc. per quaevis molesta obstacula, viam intersepientia. Solebant candidati singulorum manus eorum, quibus supplicabant, apprehendere, imo vero ex singulis tribubus gratiosissimos quosque sibi adiungere eosque etiam in campum

ceteris eget; sed philiosophiam sequere, cui nihil deesse potest. [*Exilis domus*] irridendi animo hoc dicit, dum reprehendit supervacua avaritiae. [*Si res*] si provincia, ut irridendo magis horteris. [*Mercemur servum*] dicit enim quod emtitius cum domino ambulans, in multitudine hunc et

Porrigere. *Hic multum in Fabia valet, ille Velina;*
Cui libet is fasces dabit, eripietque curule
Cui volet importunus ebur. Frater, pater adde;
Vt cuique est aetas, ita quemque facetus adopta.
Si bene qui cenat, bene vivit: lucet, eamus
Quo ducet gula; piscemur, venemur, ut olim
Gargilius, qui mane plagas, venabula, servos
Differtum transire forum populumque iubebat,
Vnus ut e multis populo spectante referret

secum producere, ut ab universo populo magis commendarentur, quum ille suo nomine quodammodo peteret. — Praeterea *Obbarius* animum iubet advertere ad ea, quae ad hunc locum notavit in *Th. Schmidii* Horatii epistolarum editione: „dass es ohnehin die Pflicht der begleitenden Sclaven gewesen sey, den Herrn auf jeden Stein des Anstosses aufmerksam zu machen.“ Vid. Lucian. Nigrin. §. 34. *Iahn.* intelligit *pondera* ea, quae eiusmodi homo humeris fert. — v. 52. *Hic — ebur*, quae verba sunt nomenclatoris hortantis dominum, ut gratiosis apud suas tribus hominibus blandiatur eosque salutet comiter. Hic (inquit) multum valet gratia et auctoritate in tribu Fabia, ille in Velina: quare da operam, ut eum tibi adiungas et concilies, si magistratum, quem petis, obtinere vis. *Velina* autem *tribus* fortasse a lacu Velino dicta est: *Fabia* a *Fabiis.* — v. 53. *curule ebur*, i. e. sella curulis. — v. 54. *importunus.* Lamb.: in eo, quod sibi proposuerit, obfirmatus et perseverans; neque quiescens ipse, neque alios quiescere sinens. Serm. II, 5, 96.: *Importunus amat laudari.* — *frater, pater.* Gratiosos in suffragiis pro sua cuiusque aetate *fratres, patres* appellato et, quam blandissime queas, salutato. Tale quid etiam supra Serm. II, 5, 32. commendat: *gaudent praenomine molles Auriculae.* — v. 55. *facetus*, urbanus, comis, blandus, i. e. facete et comiter. — *adopta*, tibi adiunge. — v. 56. *Si bene* etc. Lamb.: si in epulis et coenis sumptuosis beata vita posita est, statim ut diluxit, obsonia lautissima et carissima conquiramus. — v. 57. Gargilius, inquit *Doer.*, cum venatum iret, ut oculos hominum in se converteret, mane frequens forum transire solebat, retia, iacula, servos, mulos etc. secum ducens, quasi magnam e venatione praedam reportaturus esset. Sed ecce! e multis mulis unus tantum nil nisi aprum, nec eum quidem captum vel fixum, sed emptum reportat. Quod quidem Clariss. *Doering.* — ut par erat — eo magis deridet, quo vehementior ipse venandi amator esse perhibetur. — v. 59. ad quem versum *Obbarius* in *Th. Schmidii* Horatii epistolarum editione fere haecce adnotavit: „Aus blosser Coniectur setzt Bentl. *for. Campumque* in den Text, weil das vollgedraengte *forum* doch nur vom Volke zu verstehen sey und *differtum* nur von dem Orte gebraucht werde, wie Sat. I, 5, 3.: *forum Differtum nautis*, da es doch hier nach seiner Stellung sich auf beides beziehe. Hinsichtlich des ersten Punktes bemerken wir, dass Horaz, wie viele andere Schriftsteller des Alterthums, zu dem Generellen das Specielle, zu dem Gemeinschaftlichen das Bedeutungsvollere und Vorzüglichere, wie auch umgekehrt, stelle, z. B. Carm. III, 6, 20.: *clades inque patriam populumque fluxit.*“ Reliqua vid. ap. *Th.*

hunc in latus fodiendo dicit: *Date locum domino meo.* [*Trans pondera*] *pondera*, lapides, qui porriguntur per vias; vel qui per latera expositi altiores sunt. Et est sensus: qui manum porrigant transituro. [*Vt cuique est aetas*] hortatur unumquemque honestatem amantem, ut omnem hominem, prout aetas eius exposcit, illum adloquatur. [*Gargilius*] luxurio-

Emptum mulus aprum. Crudi tumidique lavemur,
Quid deceat, quid non, obliti, Caerite cera
Digni, remigium vitiosum Ithacensis Vlyxi,
Cui potior patria fuit interdicta voluptas. —
Si, Mimnermus uti censet, sine amore iocisque
Nil est iucundum, vivas in amore iocisque.
Vive, vale! Si quid novisti rectius istis,
Candidus imperti: si non, his utere mecum.

Schmid. — v. 61. *Crudi* dicuntur, qui tam largiter se ingurgitant, ut cruditate laborent. — *tumidi*, sc. epulis. Subintellige autem homines, *qui* — ut Cicero de Fin. II, 8. ait — *in mensam vomunt et qui conviviis auferuntur, crudique postridie se rursus ingurgitant; qui solem, ut aiunt, nec occidentem umquam viderunt, nec orientem* etc. — v. 62. *obliti*, parum curantes. — *Cerite cera*, tali tabula, qualis erat ea, qua Cerites ignominia affecti fuerunt; quum videlicet eis suffragiorum ius non dedit populus Romanus, ut ceteris municipibus. Gell. XVI, 13.: *Primos municipes sine suffragii iure Cerites esse factos accepimus concessumque illis, ut civitatis Romanae honorem quidem caperent, sed negotiis tamen atque honoribus vacarent, pro sacris bello Gallico receptis custoditisque; hinc tabulae Cerites appellatae vice versa, in quas referri iubebant, quos notae causa suffragiis privabant.* Referebantur autem in *tabulas Ceritum* a Censoribus plebeii ignominia notati aerariique fiebant: quod eo valebat, ut nullam aliam ad rem cives essent, quam ut pro suo capite tributi nomine aera penderent. Vid. Lamb. — v. 63. *Doer.: remigium vitiosum*, sicuti *remigium vitiosum Ithacensis Vlyxi*, h. e. sicut vitiosi et corporis sensuumque voluptati dediti socii Vlyssis, qui interdictae voluptatis fructum praetulerunt patriae. — *interdicta.* Interdixerat nempe Vlysses sociis, ne Circes poculis et Sirenum cantibus indulgerent; sed frustra. Cf. Hom. Odyss. XII, 348-51. — v. 66. *iocos* interpretamur: *Taendeleien der Liebe.* — v. 67. *Vive, vale!* Vid. Serm. II, 5, 110.: *vive, valeque.* — *istis*, sc. quae dixi. — v. 68. *Candidus.* Comm. Cruq.: benignus, sine ulla invidia. Cruq. comparat Isocrat. ad Nicoclem.: *χρῶ τοῖς εἰρμένοις ἢ ζήτει βελτίω τούτων.*

---

sus ac perditus fuit, qui se venari simulabat, dum emeret apros. [*Cerite cera*] Cerites populi sunt, quos cum vicissent Romani, statuerunt, ut nunquam leges ederent, nec leges haberent: quod multum ignominiosum fuit. Et per hoc, secundum sectam voluptuosorum, postponamus omnem honestatem et simus in numero Ceritum, i. e. sine lege. [*Vlyssei*] Vlysses, delatus ad insulas, in quibus per oves Solis responsum accepit, ut si vellent remeare, non contingeret, illi praesentem voluptatem, quam patriam elegerunt.

quod optimum ducis. [*Cerite cera Digni*] hoc ideo, quia victis Ceritibus Romani in percutiendo foedere non dederunt suffragii ferendi ius, quod ignominiosum fuit. [*Remigium vitiosum Ithacensis*] *μετωνυμία*, socios eius dicit, quos vitiosos ideo ait, quia nec apud Vlyssi Circem poculis eius, nec apud Sirenas cantibus sibi temperare potuerunt. [*Si Mimnermus uti censet*] Mimnermus elegans scriptor fuit quidam, ecloga Hieronymi sectam commendans, summum bonum ait indolentiam, quum Graece *ἀναλγησίαν* nominat. Molestias amores plus quam gaudii habere demonstrat.

EPISTOLA VII.

ARGUM. *Videtur poeta post quinque dies Romam se rediturum promisisse. Quum vero huiusmodi promisso perparum respondisset, quod Maecenatem aegre tulisse primi huius epistolae versus satis dilucide produnt, illi se excusare et gratum suum animum pariter ac fidem profiteri. Cuius quidem excusationis ratio nititur animo humanissimo Maecenatis, qui perbene sciret, quid alicui daret. Nec non praeterit, se adhuc iuvenem Maecenatis comitem fuisse perpetuum. Pariter ingenue fatetur, omnia ab Maecenate accepta eo lubentius reddere se promptum paratumque esse, quo angustiore re familiari se contentum vivere posse ait. Addit de nobili quodam causarum patrono Philippo et praecone Mena fabulam s. narratiunculam, in cuius argumentum tanquam in speculum Maecenatem inspicere iubet. Comprobat enim rerum nostrarum rationem, qua fruimur, longe praeferendam esse isti, quam petimus. Ceterum ex hac narratione ab poeta consulto instituta apparet, quomodo ab Maecenate in amicitiam petitus cumque eo arctius coniunctus fuerit. — Sanadonus epistolam a. u. DCCXXXI. scriptam fuisse contendit.*

AD MAECENATEM.

Quinque dies tibi pollicitus me rure futurum,
Sextilem totum mendax desideror. Atqui
Si me vivere vis recteque videre valentem,
Quam mihi das aegro, dabis aegrotare timenti,
Maecenas, veniam, dum ficus prima calorque
Designatorem decorat lictoribus atris,
Dum pueris omnis pater et matercula pallet,
Officiosaque sedulitas et opella forensis
Adducit febres et testamenta resignat.

---

v. 2. *Sextilis*, in Augusti honorem serius dictus mensis Augustus. — v. 5. *ficus prima* describit adpropinquantem auctumnum. — v. 6. *Designatorem.* Comm. Cruq.: *Designatores* dicuntur, qui ad locum Libitinae funebria praestanda conducuntur, ut defuncti cum honore efferantur. Aliter *designatores* sunt funerum mancipes et ordinatores; nam *designare* est ordinare, unde et qui loca in theatris spectatoribus distribuebant, designatores dicebantur. — *lictoribus atris*, ministris libitinariis atratis. — *calor — decorat*, i. e. efficit, ut designator, a ministris honorifice stipatus, funera curet. — v. 7. *Dum pueris — pallet.* Comm. Cruq.: timet, ne infirmi fiant et moriantur. — v. 8. *Officiosa sedulitas*, valde diligens in suo officio. — *opella*, parva negotia. — v. 9. *testamenta resignat*, ape-

---

ACR. [*Quinq. dies tibi pollicitus me rure futurum*] hac epistola excusat se Maecenati, qui ultra placitum eius moretur ruri, propter aestatem scilicet fervidam, quam timebat pati, si Romam veniret. Aestuoso enim tempore gravis est habitatio Romae et quia Maecenas multa commoda contulerat Horatio, propter quae eius praesentiam libere rogabat, invehitur Horatius in illum, dicens malle sibi omnia recipi a Maecenate, quam tam gravi servitio cogi. [*Quam mihi*] sensus est, illam veniam,

POR. [*Quinque dies tibi pollicitus me rure futurum*] in hac ecloga Maecenati se excusat, quod diutius ruri moretur, propter auctumnum Romae suspectum. Liberalitatem deinde Maecenatis repetens, aetatem ex-

Quod si bruma nives Albanis illinet agris,
Ad mare descendet vates tuus et sibi parcet
Contractusque leget; te, dulcis amice, reviset
Cum Zephyris, si concedes, et hirundine prima.
Non, quo more pyris vesci Calaber iubet hospes,
Tu me fecisti locupletem. *Vescere sodes!*
„Iam satis est.“ *At tu, quantum vis, tolle.* „Benigne.“
Non invisa feres pueris munuscula parvis.
„Tam teneor dono, quam si dimittar onustus.“ —
Vt libet; haec porcis hodie comedenda relinquis. —
Prodigus et stultus donat, quae spernit et odit,
Haec seges ingratos tulit et feret omnibus annis:

---

rit, i. e. facit, ut resignentur. — v. 10. Nivis saeplus mentio fit, vid.
Carm. Lib. I, 9, 1. III, 23, 9. Epod. II, 29. XIII, 2. Carm. IV, 7, 1. III,
10, 7. Serm. II, 6, 25-26. — v. 11. *Ad mare descendet.* Videtur regio-
nem inter Salernum et Veliam innuere. — *vates tuus*, quemadmodum
Maecenas appellaverit Horatium suum. — v. 12. *Contractusq.* nos: *ein-*
gezogene, frugale Lebensweise. Cf. Epist. I, 5, 20.: *contracta pauper-*
tas. — v. 13. *Cum Zephyris — hirundine prima,* verni temporis cir-
cumscriptio poetis admodum usitata. Hesiod. Op. et D. 566.: *τὸν δὲ μετ'*
ὀρθρογόη Πανδιονὶς ὦρτο χελιδὼν Ἐς φάος ἀνθρώποις, ἔαρος νέον
ἱσταμένοιο. Virg. Georg. IV, 307. Ovid. Fast. II, 853. Horat. Carm. IV,
12, 5. ibiq. not. — v. 14. Non, quemadmodum Calaber pyra comedenda
dat suis hospitibus, nempe propterea quod iis abundat eaque nihil aesti-
mat, ita ea munera dedisti, quae parvi faceres et me non merentem locu-
pletasti. — v. 15. *sodes,* si audes, i. e. si vis, quaeso. — Dialogus inter
Calabrum eiusque hospitem. — v. 16. *Benigne.* Id dicere vult: benigne
quidem agis; verum tamen habeo tibi gratiam, tua liberalitate non utor.
— v. 18. *Tam teneor — onustus.* Comm. Cruq.: Tam valet mihi ani-
mus tuus, quam si ea feram, *onustus*, sc. donis tuis. — v. 19. *Vt libet,*
inquit Calaber, i. e. facito ut voles, vel tollito vel relinquito. Si tolles,
levabis me pyrorum, quae mihi oneri sunt quaeque pro nihilo duco, mul-
titudine: sin relinquis, comedentur a porcis. Quae comparatio! inquam.—
v. 20. Prodigus et stultus ea donat, quae contemnit ac pro nihilo putat:
alioqui non profunderet neque daret indignis. At vir bonus et liberalis,
quamvis pecuniam non admodum magni aestimet, scit tamen, quid intersit

quam mihi dares, si aegritudo intercluderet adventum meum: hanc ipsam
timenti aegrotare, dabis, quod ob hoc praetermisi praeceptum tuum, quod
timui mihi morbum imminere, si hoc exsequerer. [*Designatorem*] *designa-*
tores dicuntur, qui ad locum Libitinae funere praestanti conducuntur, ut de-
functi cum honore efferantur. [*Ad mare*] per hiemem calorem praeferat,
per frigus aestatem. [*Calaber iubet hospes*] non mihi, inquit, donasti quae
supervacua essent, sed necessariis me divitem fecisti. Calabri autem hos-
pites ea humanitate excipiunt, ut ad vilia et supervacua hortentur. [*Tam*
teneor dono] i. e. quia mihi plus valet voluntas tua, quam si domum feram.

cusat et ac si laboraturus acceperit, paratum se reponere ait exemplo
vulpeculae, cuius fabellam refert. [*Non quo more pyris vesci Calaber iu-*
bet hospes] non quia supervacuae tibi et inutiles divitiae erant, ideo in
me liberalis fuisti. Hospitis deinde Calabri sermonem refert, hospitem

Vir bonus et sapiens dignis ait esse paratus,
Nec tamen ignorat, quid distent aera lupinis.
Dignum praestabo me etiam pro laude merentis.
Quod si me noles usquam discedere, reddes
Forte latus, nigros angusta fronte capillos;

---

inter *aes* et *lupinum*, i. e. quid intersit inter veros nummos et nummos
ex lupinis factos, speciem dumtaxat nummorum habentes. Lamb. — v. 22.
Vir bonus et sapiens: ὁ καλὸς κἀγαθὸς τοῖς ἀξίοις φησὶν εἶναι πρόθυμος.
— *dignis ait esse paratus*, non *paratum*, ut indocti librarii exararunt,
constructio poetis admodum frequentata, vid. Ovid. Ar. I, 3, 45.: *Quae*
dant quaeque negant, gaudent tamen esse rogatae (sc. *puellae*). Hor.
Carm. III, 27, 67.: *Vxor invicti Iovis esse nescis?* Sententia totius loci
fere haec est: Multi exoriuntur prodigi et stulti, qui sua profundunt et
largiuntur indignis, qui denique bona sua pro stercore habent, ut loquitur
Plautus in Truculento II, 7, 5. ita fit, ut multi quoque reperiantur homi-
nes ingrati et beneficiorum immemores. Vir bonus autem et vere libera-
lis et qui cum delectu ac sapientia de rebus et hominibus iudicat, qualis
tu es, sua bona plurimi aestimat et ex iis benigne facit viris bonis et,
quibus plurimum debetur, in eos beneficii confert plurimi et, quemadmo-
dum tu me iudicio et delectu locupletasti atque ornasti, ita me gratum
erga te praestabo. — *ingratos tulit.* Vt terra *fruges ferre* dicitur, sic
haec stulta largitio prodigos gignere. — Virum bonum ac sapientem op-
ponit stulto et prodigo et ostendit, quemadmodum stultus et prodigus dat
indignis et ea dat, quae pro nihilo ducit, sic virum bonum et sapientem,
non ignorantem, quid distent veri et probi nummi a falsis et improbis,
veros illos nummos reservare dignis hominibus et sui similibus. Lamb. —
v. 23. *aera lupinis.* Natum a consuetudine comicorum, qui in scena lu-
pinis s. nummis ex lupino factis utebantur pro veris et aureis s. aereis.
Idcirco Plautus (Poen. III, 2, 20.) lupinos *aurum comicum* appellat. *Lu-*
pinus nobis dicitur: *Feigbohne.* — v. 24. *pro laude merentis*, i. e. qua-
lem requirit laus bene de me merentis. — v. 25. Quodsi me vetas Ro-
mam relinquere ac rus proficisci, reddas mihi necesse est iuvenilem meam
aetatem, qua quidem nunc defunctus sum. Primo loco Maecenatis erga
se beneficia commemorat et verbis amplificat, deinde gratum se in eum
et beneficiorum memorem futurum pollicetur: haec sunt modestiae et pu-
doris, postremo libere simul et urbane, quae a se Maecenas acceperit, i.
e. quae ipse habuerit tum, quum se ad eius amicitiam contulit, exponit,
nempe corporis vires et firmitatem, formam, iuventam, aetatem aptam ad
suavitatem blanditiamque sermonis, ad risus, ad amores, quae omnia, in-
quit Horatius, si me ut mancipium quoddam vinctum et constrictum apud
te retinere voles neque usquam animi causa discedere sines, mihi redde
meliores annos, quos tecum consumpsi. Lamb. — *angusta frons* pariter
ac *nigri capilli* ad pulchritudinem spectabant. Vid. Carm. I, 33, 5. I, 32,

---

εἰρωνικῶς advena hoc dixit hospiti. [*Quid distent aera lupinis*] quae sit
differentia inter bonos et malos. [*Dignum praestabo*] i. e. dignum prae-
stabo me tuis beneficiis et iam pro tua laude, quam mereris, laboro, ut
dignum me praestem. Non etiam pro eius laude, qua in me confert be-
neficia. [*Fronte*] crescit senibus frons cadentibus capillis. [*Reddes forte*
latus] ostendit se fuisse iuvenem, quando in Maecenatis amicitiam deve-
nit primo. Dicit autem malle se recipi a Maecenate bona, quae ei intu-
lerat, quam semper in suo servitio morari. Insuper ostendit, quasi nol-
let eum dimittere, requirit ab eo omne servitium, quod ei in iuventute fe-
cerat. Significat autem per *forte latus* et *nigros capillos* ac *dulce elo-*

Reddes dulce loqui, reddes ridere decorum, et
Inter vina fugam Cinarae maerere protervae.
Forte per angustam tenuis vulpecula rimam
Repserat in cumeram frumenti, pastaque rursus
Ire foras pleno tendebat corpore frustra;
Cui mustela procul, *Si vis*, ait, *effugere istinc*,
Macra cavum repetes artum, quem macra subisti.
Hac ego si compellor imagine, cuncta resigno;
Nec somnum plebis laudo satur altilium, nec

11-12. — v. 27. *dulce loqui*, vid. Carm. I, 22, 23-24. — v. 28. *Inter*
vina, cf. Carm. III, 6, 26.: *Inter mariti vina.* *Cinarae* mortem poeta
supra Carm. IV, 13, 22-23. deflet, coll. Carm. IV, 1, 3-4. — *protervus*,
nos: *muthwillig.* — v. 29. *vulpecula* commemoratur in vetere Aesopi
fabula, quam Horatius hic narrat. Pro *vulpecula*, quae per *angustam*
rimam repere non potest *in cumeram frumenti*, Bentl. satis ingeniose
dedit: *nitedula.* Lectionem vulgatam defendit Fridericus *Iacobsius* in
Mus. Rhen. (1827. Hft. IV. pag. 297-312.) quem laudat ad hunc locum
Th. Schmid, ex cuius editione haec delibamus: Einmal ist es nicht wahr-
scheinlich, dass Hieronymus (apud quem haec fabula legitur Epist. 9. ad
Salvinam T. I. pag. 23. H.) bei Anführung der aesopischen Fabel an Ho-
razen's Stelle gedacht; wie waere er sonst dazu gekommen, statt des
sehr bekannten Wortes *nitedula*, dessen sich auch Arnobius bedient, *mus*
zu schreiben. Wie sonderbar ferner, dass dieses bekannte Wort von al-
len Abschreibern verdraengt und aller Naturkunde zum Trotz dafür der
kornfressende Fuchs gesetzt seyn sollte? Dieselbe Fabel wird, mit Aus-
nahme der naturhistorischen Sünde, überall vom *Fuchse* erzaehlt etc.
Porro bene animadvertere iubet: „dass es bei den alten Fabeln, die meist
rein rhetorische Erfindungen sind und oft eine politische Tendenz haben,
weit weniger auf die innere Wahrscheinlichkeit, als auf die Zusammen-
stimmung der ganzen Handlung mit irgend einem wirklichen Falle und
beider mit einem Satze der Lebensweisheit ankam, den man zur Anschau-
ung bringen wollte; und dass man es desshalb nicht gerade für noethig
hielt, sich wegen der Erfindung der Motive einer solchen Handlung in
grosse Kosten zu stecken." Haec sufficiant pro stultissima, quemadmo-
dum *Doer.* lect. *vulpecula* dixit, lectione defenda. Cave, Horati, ne ab
Doeringo ad stulte scribentes referaris. Cum *Schmidio* et *Iacobsio*, Vi-
ris doctissimis, nobisque amicissimis, patrocinium lectionis, ex qua *vulpe-*
cula legitur, suscepimus, id nunquam deposituri. — *cumera*, cf. schol.
Acr. ad Serm. I, 1, 53. — v. 33. *cavum artum*, nos: *Mausehoehle*, *Mau-*
seloch. — v. 34. *imagine*, sc. ea, quam in narratiuncula exposuit. —
cuncta resigno, restituo, vid. Carm. III, 29, 53.: *resigno, quae dedit.* —
v. 35. *somnum plebis*, vid. Carm. III, 1, 21. — Sententiarum nexus fere
hic est: Si, ut vulpecula, in libertatem me vindicare non potero, nisi ac-
cepta reddidero; non haesitabo equidem eam bonis anteponere; non, quod

quium s. per *risum decorum* etc. quia potuit flere ebrius fugam Cynarae:
validam iuventam, quam eius servitio amiserat. [*Hac ego si compeller*
imagine, cuncta resigno] subtiliter per similitudinem dicit, libenter se red-
dere, quae acceperat, si non ad arbitrium vivere concedatur. [*Satur alti-*
lium] nec tantum contemno, ut malim somno esse deditus: nec illas ite-
invitantis ad pyra edenda, quae si non edisset, suibus obiiceret. [*Repse-*
rat in cumeram] *cumera* vasis frumentarii genus, factum ex vimine ad-

Otia divitiis Arabum liberrima muto.
Saepe verecundum laudasti, rexque paterque
Audisti coram, nec verbo parcius absens;
Inspice, si possum donata reponere laetus.
Haud male Telemachus, proles patientis Vlyxi:
Non est aptus equis Ithace locus, ut neque planis
Porrectus spatiis nec multae prodigus herbae;
Atride, magis apta tibi tua bona relinquam.
Parvum parva decent: mihi iam non regia Roma,

multi faciunt, votis quidem ea, quae prosunt, appetens, factis autem ob-futura secutus, sed libertatis tantopere cupidus, ut nec splendidissimas divitias prae ea accipere velim. — *satur altilium.* Comm. Cruq.: domi pastarum avium. — v. 36. *divitiae Arabum* proverbialiter commemorantur, vid. Carm. I, 29, 1. coll. III, 24, 2. II, 12, 24. — *otia liberrima* opponuntur *officiis urbanis.* — v. 38. *Audisti coram*, i. e. dictus, salutatus es. *Audire* Graecorum *ἀκούειν* cum nominat. construi solet. Theocr. XVI, 30.: *ὄφρα καὶ εἰν Ἀΐδαο κεκρυμμένος ἐσθλὸς ἀκούσῃς.* Nota est loquendi formula: *Bene, male audire.* Cf. Serm. II, 6, 20. — *nec verbo parcius abs.* Comm. Cruq.: absentem similiter laudo atque laudavi praesentem. — v. 39. *reponere*, i. e. restituere. — *si* pro *num*, ut Graecis usurpatur *εἰ*, vid. Hom. Il. V, 183.: *σάφα δ' οὐκ οἶδ', εἰ θεός ἐστι.* Sophocl. Oed. R. 584.: *σκέψαι δὲ τοῦτο πρῶτον, εἴ τιν' ἂν δοκεῖς ἄρχειν ἑλέσθαι ξὺν φόβοισι κ. τ. λ.* Notandus est modus indicativus. — v. 40. *patientis*, secundum Homericum: *πολύτλας, πολυτλήμων, ταλασίφρων.* — v. 41. *Non est aptus equis Ithace locus* etc. non de quodam insulae Ithacae loco, sed de tota insula intelligendum. Hom. Odyss. IV, 605 sq.: *ἐν δ' Ἰθάκῃ οὔτ' ἂρ δρόμοι εὐρέες, οὔτε τι λειμών· Αἰγίβοτος καὶ μᾶλλον ἐπήρατος ἱπποβότοιο· οὐ γάρ τις νήσων ἱππήλατος, οὐδ' εὐλείμων, Αἵθ' ἁλὶ κεκλίαται, Ἰθάκη δέ τε καὶ περὶ πασέων.* — *non aptus equis*, *οὐκ ἱππήλατος.* — *Porrectus*, *δρόμοι εὐρέες.* — *neque multae prodigus herbae*, *οὐδ' εὐλείμων.* — v. 43. *Atride*, *Ἀτρειδή.* — *magis apta — relinquam.* Hom. Odyss. IV, 601.: *σοὶ ἵππους δ' εἰς Ἰθάκην οὐκ ἄξομαι, ἀλλά σοι αὐτῷ ἐνθάδε λείψω ἄγαλμα* etc. — v. 44. *regia Roma*, vid. Carm. IV, 14, 44.: *Domina Roma.* IV, 3, 13.: *Roma prin-*

rum tantum concupisco, ut servire velim. [*Nec verbo*] h. e. Et ego hanc laudem invicem reddidi. Absentem similiter laudo ac laudavi praesentem. [*Inspice*] Sensus est: Experiri, an invitus reddam, quae dedisti, imo quam laetus fiam, si reddidero. [*Telemachus*] historiam tangit. Cum enim Menelaus, rex Graecorum, Telemacho, Vlyssis filio, equos dare voluisset, fertur Menelao respondisse: Tua dona tibi sunt apta, mihi non conveniunt, quoniam regio mea ita montuosa est, ut nec herbam equis gerat aptam. Quod refert iste ad se dicens, sibi iam vetulo non con-

modum obductum. [*Strenuus et fortis*] fabellam de Vulteio Mena, praecone, dilucide exponit, vel per se vel prioribus adnexam, in exemplum sui, qui otium divitiis praeferat. [*Non est aptus equis*] Homericus versus ex Odysseae quarto: Telemachus offerenti sibi Menelao equos excusans accipere, quod equis minus apta conveniensque Ithace et agri angusti et steriles sunt. [*Nec multae prodigus herbae*] nec quae multas

Sed vacuum Tibur placet aut imbelle Tarentum.
Strenuus et fortis causisque Philippus agendis
Clarus ab officiis octavam circiter horam
Dum redit atque foro nimium distare Carinas
Iam grandis natu queritur, conspexit, ut aiunt,
Adrasum quemdam vacua tonsoris in umbra
Cultello proprios purgantem leniter ungues.
Demetri, — puer hic non laeve iussa Philippi
Accipiebat, — *abi, quaere et refer, unde domo, quis,*
Cuius fortunae, quo sit patre quove patrono.
It, redit et narrat, Vulteium nomine Menam,
Praeconem, tenui censu, sine crimine, notum
Et properare loco et cessare, et quaerere et uti,

---

ceps urbium. — v. 45. *vacuum Tibur.* Cruq.: non frequens et populosum et proinde studiis meis aptum et vitae tranquillae. *vacuum*, i. e. otiosum. Cf. Serm. II, 3, 10. Epod. V, 43. — *imbelle*, a bello vacuum atque otiosum. — *strenuus et fortis*, cf. Serm. II, 2, 115. II, 3, 216. — v. 48. *Carinas.* Cruq.: *Carinae* ea pars est Esquiliarum, quae inter busta Gallica, Tabernaculum, arcum Galieni et Suburam est, dicta *Carinae*, teste Servio (ad Virg. Aen. VIII, 361.) ab aedificiis factis in modum carinarum. Hîc erat domus Pompeii, ubi Lenaeus, libertus eius, grammaticam docuit, domus Ciceronis, domus huius Philippi etc. — v. 50. *Adrasum*, pro quo alii legunt *Abrasum.* Iam in *Lexico Horatiano* lectionem *Adrasum* defendimus, neque hîc eam relinquimus. Placet hîc repetere, quae in *Lex. Hor.* vernacule diximus: „wir ziehen mit *Voss* *adrasum*, leviter tonsum, *angeschoren*, vor, indem der müssig in der Baderei Sitzende der Vollendung der begonnenen Tonsur mit Wohlbehagen entgegen zu sehen scheint.“ — v. 51. *proprios*, ipsum suos, neque alterius, ut tonsor facit. — *leniter*, sine ulla festinatione, tranquillo animo, placide. — v. 52. *non laeve*, οὐ σκαιῶς, dextre, commode, scite. Vid. Carm. II, 4, 4. Virg. Ecl. I, 16.: *si mens non laeva fuisset.* — v. 53. *unde domo.* Virg. Aen. VIII, 114.: *Qui genus? unde domo?* Coll. Aen. X, 141. — *domus* hîc et alibi saepius idem significat, quod ‚patria‘. Hom. Odyss. I, 170.: τίς; πόθεν εἷς ἀνδρῶν; πόθι τοι πόλις ἠδὲ τοκῆες; — v. 54. *Cuius fortunae*, οὐσίας, de re familiari. — v. 55. *Menas* κατ᾽ ἐξοχὴν nomen servis poni solitum. — *Vulteius*, Menae patronus. — v. 56. *Praeconem.* Praeconis munus erat in comitiis tribus citare, qui magistratus essent creati, renunciare, leges, quae suadebantur, pronunciare, in iudiciis iudices, testes, reos citare, in auctionibus rerum pretia declarare. — *tenui censu*, tenui re familiari, tenui fortuna. — *sine crimine notum*, i. e. honestum, vel, ut *Schmidius*, qui post crimine comma posuit: *sine crimine, notum Et properare* etc. i. e. de quo notum sit, eum properare etc. — v. 57. *loco*, ἐν καιρῷ, suo tempore ac loco. —

---

venire in militia stare. [*Strenuus*] fabula haec satis apta superioribus iuncta est, quibus ostendit se divitiis otium praeferre. [*Queritur*] ideo *queritur*, quia grandis natu. Etenim senibus semper molestum est iter. [*Demetri*] Philippus ad puerum suum Demetrium dixit. Ordo est: *De-*

herbas proferat. [*Nimium Foro distare*] a foro longe abesse. [*Carinas*]

Gaudentem parvisque sodalibus et lare certo
Et ludis et post decisa negotia Campo.
Scitari libet ex ipso quodcumque refers; dic
Ad cenam veniat. — Non sane credere Mena,
Mirari secum tacitus. Quid multa? *Benigne,*
Respondet. — *Neget ille mihi?* — „Negat improbus et te
Negligit aut horret.“ — Vulteium mane Philippus
Vilia vendentem tunicato scruta popello
Occupat et salvere iubet prior. Ille Philippo
Excusare laborem et mercenaria vincla,
Quod non mane domum venisset, denique quod non
Providisset eum. *Sic ignovisse putato*
Me tibi, si cenas hodie mecum. „Vt libet.“ *Ergo*
Post nonam venies; nunc i, rem strenuus auge.
Vt ventum ad cenam est, dicenda tacenda loquutus,
Tandem dormitum dimittitur. Hîc, ubi saepe
Occultum visus piscis decurrere ad hamum,

---

properare, maxima cum sedulitate tractare. — *cessare*, interquiescere, otiari, σχολάζειν. — *quaerere et uti*, sc. rem familiarem. — v. 58. *Gaud. parvisq. sod.*, contentum amicis suae conditionis. — *lare certo.* Fea: intererat quoque scire, an Mena domum certam haberet, an vagus esset. *Lar* persaepe pro domo dicitur. Cf. Carm. III, 29, 14. Obbar. ad Epist. I, 1, 13. — v. 59. *post decisa negotia*, i. e. confecta. — *Campo*, sc. Martio, quod sponte intelligitur. — v. 62. *Neget ille mihi?* illene mihi negare potest? — v. 64. *Te negligit aut horret.* Lamb.: vel tuam voluptatem non curat vel te refugit ac reformidat. — v. 65. *Vilia scruta*, γρύτη, γρυτάρια, *Troedelwaare.* — *tunicato popello.* Cruq.: non togato, vilibus vestimentis. — v. 66. *Occupat*, φθάνει προςαγορεύων. — v. 67. *mercenar. vincla*, occupationes in vendendis mercibus. — v. 68. *venisset*, sc. salutandi causa, ex more nempe consueto. — v. 69. *Providisset* ac prius salutasset. — v. 72. *dicenda tacenda*, ῥητὰ καὶ ἄῤῥητα, fanda nefanda. Comm. Cruq.: cui concinit hoc proverbium: *Quidquid in buccam venit.* Pers. Sat. IV, 5.: *dicenda tacendaque calles.* — v. 74. *piscis.* Bersm.: ἀλληγορικῶς: ubi Mena, tanquam piscis conviviis Philippi opipa-

---

metri, puer, abi, quaere. [*Scitari libet*] verba Philippi. Placet, inquit, ex ipso audire, quod dicis. [*Tunicato scruta popello*] quas vulgus *scrutas* vocat. *Tunicato* autem populo, i. e. vilibus vestimentis induto, ut dicimus senatum togatum. Aliter. *Scrutum* est fractum milium. [*Occupat*] improvisus invenit et praevenit salutando. [*Visus decurrere piscis ad hamum*] piscis ad hamum currere, gulae causa. Vulteium significat avidum pecuniae fore. Sed piscis decipitur in hamo, sicut Vulteius deceptus. [*Suburbana*] facto, inquit, mane quo necesse erat milites ire in quandam exspectationem suburbanam, Philippus Vulteium iubet aequum adscendere

Carinae locus in urbe, ubi est Pompeiana domus, Virgilius: *Lautis mugire Carinis.* [*Et ludis et post decisa negotia campo*] et hîc subaudiendum, ‚gaudentem‘. [*Tandem dormitum dimittitur*] ἀλληγορικῶς, postquam fre-

Mane cliens et iam certus conviva, iubetur
Rura suburbana indictis comes ire Latinis.
Impositus mannis arvum caelumque Sabinum
Non cessat laudare. Videt ridetque Philippus,
Et sibi dum requiem, dum risus undique quaerit,
Dum septem donat sestertia, mutua septem
Promittit, persuadet uti mercetur agellum.
Mercatur. Ne te longis ambagibus ultra
Quam satis est morer: ex nitido fit rusticus, atque
Sulcos et vineta crepat mera, praeparat ulmos,
Immoritur studiis et amore senescit habendi.
Verum ubi oves furto, morbo periere capellae,
Spem mentita seges, bos est enectus arando:
Offensus damnis media de nocte caballum
Arripit iratusque Philippi tendit ad aedes.
Quem simul adspexit scabrum intonsumque Philippus,
Durus, ait, *Vultei, nimis attentusque videris*
Esse mihi. — „Pol, me miserum, patrone, vocares,

---

ris aliquoties inescatus est. — v. 76. *Rura suburbana*, fundus haud longe ab urbe situs. — *comes ire*, ex more consueto receptoque, vid. Serm. II, 6, 42. — *Latinis*, sc. feriis. — v. 79. Philippus, probe cognitum habens, Vulteium vitae rusticae, quam nunc tantopere extollat et expetat, mox, ubi experimento eam cognovisset, pertaesum urbanam praeoptaturum esse, facile praevidebat, hominem ex urbano rusticum factum largam ipsi ridendi praebiturum esse materiem; ideoque persuadebat ei, ut agellum mercaretur. Itaque Philippus quaerit *requiem*, h. e. animi recreationem, oblectationem, *Erholung*; et *risus*, ridendi materiam, *angenehme Unterhaltung*. (Vid. *Mitsch.* Racem. Venus. Fasc. III. pag. 9-10.) — v. 80. *sept. sest.*, i. e. septem millia sestertium. — v. 82. *Ne — morer*, vid. Serm. II, 5, 9. — v. 83. *nitidus*, urbanus. — v. 84. *crepat*, semper in ore habet, laudat. Vid. Carm. I, 18, 5. Epist. ad Pis. v. 247. — *praeparat ulmos*. Comm. Cruq.: ad vites sustinendas. Cf. Hor. Epist. I, 16, 3. Epod. II, 10. Virg. Ecl. I, 39. 56. 58. 73. *Vossius* ad Virg. Georg. II, 358 sqq. — v. 85. *Immoritur studiis*. Comm. Cruq.: quasi ad mortem ipsam laborat et vitam ipsam impendit. — *amore*, cupidine. — v. 87. *Spem mentita seges*, i. e. fallens spem domini. Vid. Carm. III, 1, 30.: *fundus mendax*. Oppositionem habes Carm. III, 16, 30.: *segetis certa fides*. — *bos est enectus*, nos: *zu Tode gequaelt*. — v. 88. *Offensus — iratusque* ob tanta sibi parta damna. — v. 90. *scabrum*, propter vestium sordes. — v. 91. *Durus*, nimius in labore, duris-

---

et secum proficisci, quod nunquam ante Vulteius fecerat. [*Indictis comes* quentibus coenis inescatus est. [*Hac ego si compellor imagine*] hoc ait, si cogatur contra commodum valetudinis praestrare officium, ait se malle, quod accepit reddere et hoc ideo facere, quod iam saturatus opibus, putet somno indulgendum. Sed ait oblatione omnium Arabum divitiarum otium numquam velle mutare vel posse. [*Pol me miserum, patrone, vocares*] *Pol* iusiurandum.

Si velles," inquit, „verum mihi ponere nomen.
Quod te per Genium dextramque Deosque Penates
Obsecro et obtestor, vitae me redde priori!" —
Qui semel adspexit, quantum dimissa petitis
Praestent, mature redeat repetatque relicta.
Metiri se quemque suo modulo ac pede verum est.

EPISTOLA VIII.

ARGVM. *Horatius semet ipsum ut hominem, minus mente, quam corpore validum, sive ut hominem malo, quod vocant, hypochondriaco laborantem, et tam amicorum, quam medicorum consiliis obnitentem, describit. — Celsus Albinovanus, ad quem scripta est haec epistola, idem esse videtur, quem supra Epist. I, 3, 15 sqq. ut poetam, aliorum scrinia compilantem, commemorat.* [*Doer.*]

AD CELSVM ALBINOVANVM.

Celso gaudere et bene rem gerere Albinovano
Musa rogata refer comiti scribaeque Neronis.
Si quaeret, quid agam, dic, multa et pulchra minantem
Vivere nec recte, nec suaviter; haud quia grando

---

simi patiens laboris. — *adtentus*, sc. ad rem familiarem in dies augendam. — v. 93. *ponere nomen*, vid. Virg. Aen. VII, 63.: *Laurentesque ab ea nomen posuisse colonis.* — v. 96. *Qui semel adspexit*, intellexit, quantum *dimissa*, relicta distent a petitis. Tres ultimos versus totius narrationis intentionem (σκοπόν) continere, nobis quidem pariter ac *Th. Schmidio*, q. v. ad h. l., persuasum est. — v. 98. *Metiri — pede*. Proverbialiter: μὴ ὑπὲρ πόδα τὸ ὑπόδημα. — *verum est*, aequum est ac decet. Hoc proverbium *Wielandius* sic interpretatur: *Das Wahre ist: Ein jeder messe sich mit seinem Fusse.*

---

v. 1-2. *Celso — Neronis*. Verborum ordo hic est: *Refer, Musa rogata, Celso Albinovano, comiti scribaeque Neronis, gaudere et rem bene gerere. — Gaudere, χαίρειν*, salvere; *rem bene gerere, εὖ πράττειν*. — *Musa rogata*, nempe a Celso; *refer* enim de responsione Celso danda intelligendum esse, sponte cuique apparebit. — v. 3. *minari*, i. e. profiteri, cum ostentatione promittere (Serm. II, 3, 6.) polliceri, iactare, nos: *Erwartung erregen*. — Perscrutationi, quid sub *multis et pulchris* intelligi debeat, sine rei detrimento supersedere possumus; est enim in

---

ire Latinis] feriis Latinis in urbe agi aliquid non licebat, h. e. in nundinis, quae in certis diebus ac non praedictis fieri solebant. [*Quod te*] hi duo versus a Mena Philippo sunt dicti et ab Horatio Maecenati. [*Metiri*] i. e. mensuratim tenere unumquemque decet.

ACR. [*Bene rem gerere*] expressit Graecorum τὸ εὖ πράττειν. [*Pulchra minant.*] promittentem studere philosophiae. [*Nec suaviter*] quia vacare phi-

POR. [*Celso gaudere*] ad Albinovanum Celsum, cui indicat animi se aegritudine laborare, neque quaecumque eorum, quae recta essent, sibi

Contuderit vites oleamque momorderit aestus,
Nec quia longinquis armentum aegrotet in agris;
Sed quia mente minus validus quam corpore toto
Nil audire velim, nil discere, quod levet aegrum;
Fidis offendar medicis, irascar amicis,
Cur me funesto properent arcere veterno;
Quae nocuere, sequar; fugiam, quae profore credam;
Romae Tibur amem ventosus, Tibure Romam.
Post haec, ut valeat, quo pacto rem gerat et se,
Vt placeat Iuveni, percontare, utque cohorti.
Si dicet *recte*: primum gaudere, subinde
Praeceptum auriculis hoc instillare memento:
Vt tu fortunam, sic nos te, Celse, feremus.

---

universum dictum: multa eaque pulchra. — v. 5. *grando Contuderit vi-*
tes, vid. Virg. Georg. I, 448. 449. II, 419. Hor. Carm. Lib. III, 1, 29.:
Non verberatae grandine vineae. — v. 6. *longinquis*, verbi causa in
Calabria, cf. Epod. I, 27. 28.: *Pecusve Calabris ante sidus fervidum*
Lucana mutet pascua. Coll. Carm. Lib. I, 31, 5. — v. 7. *quam corpore*
toto. Comm. Cruq.: ideo dicit *toto*, ut quamvis partem corporis validio-
rem ostendat quam animum. — v. 8. *quod levet aegrum*. Comm. Cruq.:
relevet aegritudinem, *ἀλληγορικῶς*, quod animum ab erroribus et vitiis
revocet. — v. 10. *Cur*, propterea quod, ideo quod. Vid. Carm. I, 33,
3.: *cur tibi iunior Laesa praeniteat fide*. — Et *arcere* rem ab aliquo
et *arcere* aliquem a re et poetice ‚alicui rei' dicitur. — *veternus*. Celsus
de Medicin. 3, 20.: in hoc (lethargicorum morbo) marcor et inexpugna-
bilis pene dormiendi necessitas. *Λήθαργον* Graeci nominarunt. Id quo-
que genus acutum est, et, nisi succurritur, celeriter iugulat. — v. 11.
Quae nocuere — profore credam. Ovid. Met. VII, 20.: *Video meliora*
proboque, deteriora sequor. — v. 12. *ventosus*, inconstans, instabilis.
Quam Horatii inconstantiam iam supra Serm. II, 7, 28 sqq. servus repre-
hendit: *Romae rus optas, absentem rusticus urbem Tollis ad astra le-*
vis, quod etiam *ventosum* interpretatur. *Ventus* enim *levis* esse fingi-
tur. — v. 14. *Iuveni*, *κατ᾽ ἐξοχὴν* Tiberio Claudio Neroni, viginti duo

---

losophiae suave est. [*Oleamq. momorderit*] *momorderit*, i. e. minorem
fecerit. Minuuntur enim, quae mordentur. [*Sed quia mente minus va-*
lidus] inconstantiam et animi morbum in Celso taxat sub persona sua.
[*Vt tu fortunam*] quasi diceret, si in rebus laetis non efferaris, facile eris
omnibus gratus.

placere. Post haec ut valeat, quid agat, interrogat. [*Quia mente minus*
validus] qui animo mederi volunt philosophia. [*Quam corpore toto*] ideo
ait, ut quamvis partem validiorem ostendat quam animum suum. [*Quod*
levet aegrum] vult dicere, quod philosophiam implere non possit. *Quod*
levet aegrum, *ἀλληγορία*, i. e. quod animum revocat ab erroribus. [*Pro-*
perent arcere veterno] morbo quodam otii. Hoc ait, non patiantur me
desidiosum esse. [*Vtq. cohorti*] assectatoribus. [*Vt tu fortunam*] h. e.
si felicitas immutabit te, nos in amicitia tua non manebimus. Sensus est:
Indicato ei et insusurrato, futurum, ut ipse felicitatem suam et accessum
ad amicitiam Claudii insolenter vel non insolenter tulerit: ita nos quoque
tanquam insolenti aut non insolenti futuros amicos.

EPISTOLA IX.

ARGUM. *Septimium, amicum suum, Neroni, tum temporis in Asia cum exercitu versanti, commendat, eumque humanissime rogat, ut illum cohorti adscribere velit, i. e. inter comites suos recipiat. Quod quidem tam praeclare adsecutus est, ut neminem fortasse Horatium hac in re superare posse credam. In laudem amici vero nihil nisi tria verba scripsit: fortem crede bonumque. Ceterum verisimile est, hunc Septimium et Titium (cuius fit mentio supr. Epist. I, 3, 9.) unum eundemque esse; vid. Weicherti Programma de* TITIO SEPTIMIO *poeta pag. 4. Eiusdemque Prolusio I. de Horatii Epistolis pag. 5. — Praeterea quoque, si scholiastarum testimoniis fidem habemus, Septimius, quem Neroni in hac epistola commendat, idem esse debet, ad quem Carmen Lib. II, 6. scripsit.*

AD CLAVDIVM NERONEM.

Septimius, Claudi, nimirum intelligit unus
Quanti me facias; nam quum rogat et prece cogit,
Scilicet, ut tibi se laudare et tradere coner
Dignum mente domoque legentis honesta Neronis;
Munere quum fungi propioris censet amici:
Quid possim, videt ac novit me valdius ipso.
Multa quidem dixi, cur excusatus abirem;
Sed timui, mea ne finxisse minora putarer,
Dissimulator opis propriae, mihi commodus uni.

---

annos tum temporis nato. — v. 16. *instillare*, translate de surdis, in quorum aures guttae resolventes instillari solent. — v. 17. *Vt — feremus*. Comm. Cruq.: Si felicitas immutabit te, nos in tua amicitia non durabimus; quia, qui in rebus laetis effertur, omnibus fit ingratus. Aliter. Vt tu, inquit, Albinovane, felicitatem tuam et processum in amicitiam Claudii, non insolenti animo, neque superbe tuleris, amicitiam tuam feremus. *Wielandius* haec interpretatur: *Wie du das Glück, so wird die Welt dich tragen.*

---

v. 1. *nimirum*, ne mirum sit, vernacule: *natürlich, allerdings, freilich*. — v. 2. *prece cogit*. Comm. Cruq.: nam veri amici supplicare est ‚imperare'. — v. 3. *laudare et tradere*. Hoc plus quam illud significat. Serm. I, 9, 47.: *Hunc hominem velles si tradere*. — v. 4. *Dignum — Neronis*. *Vossius*: *Würdig für Sinn und Haus des Ehrsames waehlenden Nero*. — *legentis*, i. e. eligentis. — v. 5. *propioris amici*, inferioris, carioris. — v. 6. *valdius ipso*. Comm. Cruq.: melius cognoscit gratiam, quam apud te habeo, quam ego ipse. — v. 7-9. *cur excus. abirem*, evaderem. — *mea*, sc. id, quod apud te valerem. — *mihi commodus uni*. Cruq.: ne Septimius meam rem agere indicaret nulla amici cura; is autem, qui uni sibi studet, graece significantius *ἰδιοπράγμων*

ACR. [*Septimius*] hic est, de quo superius ait: *Septimi, Gades aditure mecum*. Hac autem Septimium epistola Claudio Neroni commen-

POR. [*Septimius*] Septimium, amicum suum, Neroni commendat, de quo et in Carminum libris: *Septimi, Gades aditure mecum*, ait.

Sic ego maioris fugiens opprobria culpae
Frontis ad urbanae descendi praemia. Quodsi
Depositum laudas ob amici iussa pudorem:
Scribe tui gregis hunc et fortem crede bonumque.

EPISTOLA X.

Argum. *Epistolae decimae argumentum ex Obbarii, Viri doctissimi, nobisque amicissimi, monographia, quam saepius lectorem conferre iubebimus, hic repetere volumus: „Dieser Brief enthüllt uns Ansichten und Bestrebungen zweier durch die zaertlichsten Bande der Freundschaft vereinten Seelen, des Horatius und des Fuscus Aristius. So rein auch sonst die Harmonie ihrer Herzen gestimmt seyn mochte, so schloss dieselbe doch nicht gaenzlich eine Verschiedenheit in Absicht ihrer Ansichten über das Stadt- und Landleben aus. Horatius, in dessen Schriften überall die heisseste Liebe zur Natur und Freiheit sich kund giebt, bleibt auch hier seinem Charakter treu, indem er das Glück des stillen, von keinem Zwange der feinern Cultur abhaengigen und beschraenkten Lebensgenusses gegen etwaige Einwürfe des anders denkenden Freundes siegreich darstellt. Ungewiss aber ist es, was den Dichter zu dieser Herzensergiessung veranlasst, ob eine von dem Aristius ergangene Aufforderung, das Land mit der Stadt zu vertauschen, oder eine Klage desselben über die durch den verschiedenen Aufenthalt bewirkte Trennung, oder auch eine Aeusserung des dem damaligen Zeitgeiste nicht ganz abgeneigt scheinenden Freundes, dass das Leben in Rom den Weg zu Ehrenstellen und Reichthümern bahne. Letztere Vermuthung gewinnt durch die zweite Haelfte des Briefes einen hohen Grad von Wahrscheinlichkeit. Sey es, die eigenen Lebensmaximen zu rechtfertigen, oder auch für die eigene Lebensansicht den Aristius zu gewinnen: Horatius zeichnet in wenigen Grundstrichen, vergleichungsweise, das Charakteristische des Landlebens, welches als ein naturgemaesses*

nominatur. — v. 10. *maior. fug. oppr. culpae.* Comm. Cruq.: ideo me ad preces contuli, ut fugerem exprobrationes maioris culpae, i. e. invidiae et arrogantiae. — v. 11. *Frontis ad urbanae — praemia.* Comm. Cruq.: ut per impudentiam impetrarem; nam *urbana frons* consistit in audacia civili. — *frons* et *os* pudentiae pariter atque impudentiae sedes a veteribus ducebantur. — *descendi* velut in arenam, ad adquirenda *praemia (Preise) frontis*, h. e. impudentiae, qualis esse soleat hominum urbanorum, quibus fere datur, quod petunt. — v. 12. *Depositus pudor* interpretatur antecedentis versus sensum, quemadmodum versus nonus interpretationem octavi lectori praebet. — v. 13. *Scribe tui gregis*, sc. unum. Comm. Cruq.: tuo gregi Septimium et amicis adscribe. — *grex*, ut Epist. I, 4, 16. Serm. II, 3, 44. i. q. *cohors* Epist. I, 3, 6. et alibi. — *fortis bonusq.* ut. Epist. I, 7, 46. Serm. II, 1, 16. II, 3, 216. II, 5, 64. Nos vernacule interpretamur: *Ein biederer Mann von Muth und Kraft.*

dat. [*Valdius*] ab eo, quod est *valde, valdius* facit, ut ab eo, quod est *valide, validius.* [*Frontis ad urbanae*] *urbanae frontis* ideo dixit, quia qui in urbibus morantur, non ita sunt verecundi, sicut qui ruri sunt. Et dicit se rusticum penitus ob petitionem amici pudorem postponere. [*Commodus uni*] h. e. integram mihi gratiam reservare beneficii. [*Scribe tui gregis hunc*] h. e. adgrega eum et adscribe eum amicis tuis.

durch die Anmuth und die Einfachheit der Natur ergoetze, harmlosen Lebensgenuss, Unabhaengigkeit von beengenden Verhaeltnissen und hohe Selbstzufriedenheit gewaehre, da hingegen die Stadt mit all' ihren Freuden, Kunstschoenheiten und erkünstelten Gegenstaenden des Vergnügens den reinen Naturgenüssen nachstehe und sogar Reize vom Landleben erborge — so stark sey des Herzens Naturdrang zur Natur — und die Ruhe der Seele gefaehrde durch leidenschaftliches Streben und eitles Wünschen. Aber auch durch unausbleiblichen Schaden raeche sich die Verblendung dessen, der nicht Schein und Wahrheit zu unterscheiden wisse. Wer seine Wünsche nicht in die Grenzen eines naturgemaessen Lebens einschraenke, den treffe Schmerz beim wechselnden Geschick; und wozu nach Groesserem trachten, da man unter einem Halmdache selbst glücklicher als ein Koenig seyn koenne. Und wer durch das Anschliessen an Grosse und Maechtige sein Glück zu erringen strebe, der ergreife niedriggesinnt die Fesseln seiner Knechtschaft, wie einst das trotzige Ross seine Freiheit verloren, als es des Menschen Beistand erfleht. Darum sey Genügsamkeit und Zufriedenheit mit dem, was das Glück beut, der Weisheit Gebot. Dieser freundschaftlichen, an den Aristius gerichteten, Ermahnung reiht Horatius die Bitte an, sein, des Dichters, Verfahren nicht ungerügt zu lassen, wenn ihn die Begierde nach Geld und Gut vielleicht über des Lebens Bedarf hinaus treiben sollte. Denn das Geld, welches entweder über uns herrsche, oder uns diene, sey nur zum Letztern bestimmt. Mit der Versicherung, dass nur des Freundes Gegenwart zum Vollgenuss seiner Lebensheiterkeit fehle, schliesst Horatius, den Brief aus einem Sitze laendlicher Einsamkeit datirend. — Dies sind die Hauptgedanken, welche, nach des Dichters Manier, theils nur leis' angedeutet, theils offenkundig dargelegt sind. Dabei ist unverkennbar, dass nicht sowol die allgemeine Vorstellung von Stadt und Land, als die besondere: das geraeuschvolle Rom und das stille Sabinum, als scharfe Gegensaetze vor der Seele des Dichters schwebten. Uebrigens traegt Alles das Gepraege von Horazens Individualitaet, Gesinnungen und Empfindungen. Der in seinen Zeit- und Sittengemaelden oft so derb aufgetragene lachende Spott verliert sich hier in die oft kaum sichtbare Farbe leichter Ironie. Eine aufmerksame Vergleichung dieser Epistel mit Sat. II, 6., wo Horatius ein aehnliches Thema: die Sehnsucht nach den im Schoosse stiller Laendlichkeit einst selig verlebten Tagen, behandelt, dürfte für die tiefere Begründung des Unterschiedes zwischen Satire und Epistel nicht ohne wissenschaftliches Interesse seyn. — Dass die Abfassung gegenwaertigen Briefes in die Zeit von Horazens spaeterem, maennlicherm Alter falle, laesst sich mit groesserer Wahrscheinlichkeit aus dem Geiste, der durch das Ganze weht, schliessen, als aus v. 5 und 11., auf welche einige Ausleger Gewicht zu legen scheinen. Valart setzt das Datum des Briefes muthmasslich in das Jahr Roms 742.

AD FVSCVM ARISTIVM.

Vrbis amatorem Fuscum salvere iubemus
Ruris amatores: hac in re scilicet una

v. 2. *Ruris amatores.* Loquitur tanquam in nomine omnium ruris amatorum. Animi sensus quod cetera adtinet utrique idem fuere, in omnibus fere conspirabant tanquam fratres, sed non in ruris amore, quo

ACR. [*Vrbis*] hac epistola adloquitur Aristium, tragoediarum scriptorem, dicens se aetate et studio illi convenire, nisi quod Aristius urbe

Multum dissimiles, at cetera pene gemelli
Fraternis animis: quidquid negat alter, et alter:
Adnuimus pariter; vetuli notique columbi,
Tu nidum servas, ego laudo ruris amoeni
Rivos et musco circumlita saxa nemusque.
Quid quaeris? vivo et regno, simul ista reliqui,
Quae vos ad caelum fertis rumore secundo.
Vtque sacerdotis fugitivus liba recuso;
Pane egeo, iam mellitis potiore placentis.
Vivere naturae si convenienter oportet,
Ponendaeque domo quaerenda est area primum:

---

flagrabat Horatius, haud Fuscus. — v. 3. *at* (non *ad*, ut *Doer.* aliique plures vitiose exhibent, legendum esse, ad hunc locum docet *Obbarius*) *cetera*, *τὰ ἄλλα* s. *τὰ λοιπά*, absolute dictum saepius usurpatur. — *pene gemelli.* Comm. Cruq.: convenientes, consentientes. Cf. Serm. II, 3, 243. — v. 5-7. *Adnuimus — servas.* Comm. Cruq.: in hoc pares cum vetulis et sibi notis columbis, quorum amor plurimus est et diuturnus. — *vetuli.* Cic. Lael. XIX, 67.: *veterrima quaeque, ut ea vina, quae vetustatem ferunt, esse debent suavissima.* Cassiodor. Var. Ep. X, 2.: *Amicitia tanto certior, quanto vetustior, quia facile mutari non potest, quod per longa secula custoditur.* — *nidum*, urbem tanquam nidum servas vel in qua *nidum*, domum, habes. — *musco circumlita saxa: Mit Moos umwebete Felsen.* Voss. Virg. Ecl. VI, 62.: *musco circumdari.* — v. 8. *Quid quaeris*, i. e. quid multa? Vid. Manut. ad Cic. ad Div. II, 9. ubi satis verborum effluxit, nec tamen omnino videmur, quod volumus, explicasse, ad hanc interrogationem confugimus: *quid quaeris?* et ad exitum statim sententia perducitur. — *vivo et regno*, beatissime vivo, quovis rege beatior vivo. Vere enim regnat, qui nulli cupiditati servit et qui re sua, quantumvis angusta, contentus est. *Simul* ac *ista*, quae te delectant, oblectationes tuas. — Ceterum vivit ac regnat, qui proprium focum possidet, servus autem est, quicumque et divitum et potentiorum colit amicitiam. — v. 9. *fertis*, vid. Serm. II, 7, 28. 29. Carm. IV, 2, 25. — *rumore secundo*, approbante populo, qui plausu favorem suum profitetur. — *fugitivus*, vid. Serm. II, 7, 113. — v. 12. *naturae convenienter*, *ὁμολογουμένως τῇ φύσει ζῆν.* — v. 13. *Ponendae*, Gr.

---

morari desiderat, ipse rure. [*Tu nidum*] mire *nidum* adlusit ad nomen, quod dixerat, *columbi.* Servas Tu urbem, quae quasi nutrit pauperes, aut coenaculum in altiore loco constitutum. [*Sacerdotis fugitivus*] sacerdotum servi multa liba condunt de sacris. Sensus est: Sic me fastidium adsiduae urbis tenet et sic amo rura, ut fugitivus sacerdotis servus, qui *liba* edere consuetus, longo fastidio libaminum panem appetit et descendit ad rusticum. *Ἀλληγορικῶς* ex satietate urbis fastidium significat, ut servo liba fastidium generant, ut panem desideret. [*Recuso*] cum in servis suspicio furti habetur, ducunt ad sacerdotem, qui crustum panis carmine infectum dat singulis, quod cum ederit, manifeste furti reum adserit. [*Vivere naturae*] sensus est: Ita nobis instituenda est vita, ut primum

POR. [*Vrbis amatorem*] ad Aristium Fuscum, scriptorem comoediarum. [*Vetuli notiq. columbi*] quia plurimus amor columborum. [*Tu nidum servas*] domi manes, ut avis in nido. [*Vtque sacerdotis fugitivus*]

Novistine locum potiorem rure beato?
Est, ubi plus tepeant hiemes? ubi gratior aura
Leniat et rabiem Canis et momenta Leonis,
Quum semel accepit solem furibundus acutum?
Est, ubi divellat somnos minus invida cura?
Deterius Libycis olet aut nitet herba lapillis?

οἶκον τίθεσθαι. Virg. Georg. I, 182.: *mus Sub terris posuitque domos.* Coll. Aen. VIII, 53. — v. 14. *beatus*, *ὄλβιος*, *εὐδαίμων.* — *potior*, dignus, qui praeferatur. — v. 15-17. *Obbarius: Est ubi — acutum?* Indem Horatius in diesem Verse dem Lande die glückliche Temperatur eines mildfreundlichen Himmels zuschreibt, so würde er nicht mit Unrecht der Uebertreibung beschuldiget werden, haette er nicht auch hier, gemachten Erfahrungen zufolge, eine treue Darstellung des eigensten Gefühles gegeben, d. h. die Züge dieser Schilderung aus der eigenthümlichen Beschaffenheit seines Landgutes entlehnt. Eine aufmerksame Vergleichung der klimatischen Verhaeltnisse Roms und des Horazischen Sabinums, wird diese Vermuthung zur unbezweifelten Gewissheit erheben. Vermoege seiner natürlichen Lage empfand Rom alles Ungemach der Sommergluthen eines südlichen Himmels, welches in den Zeiten, wo die Sonne im Zeichen des Loewen oder des Hundes stand, und durch den erschlaffenden Sirocco (*plumbeus Auster*, Serm. II, 6, 18.) fast zum Unertraeglichen gesteigert wurde. Dabei war Roms Temperatur ungesund und veraenderlich, welche Eigenschaft die heutigen Roemer mit dem Ausdrucke: *Aria cattiva*, bezeichnen. Schneidend kalt wehete zur winterlichen Zeit der gefürchtete Nord (*Tramontàna*) in das offene roemische Gefilde. Diese Verhaeltnisse sind, ungeachtet der veraenderten Cultur, im Ganzen dieselben geblieben. — Ganz anders, als in Rom, gestaltete sich die Temperatur in Horazen's Sabinum, ungeachtet der geringen Entfernung; denn es war dasselbe fast eben so weit, als Tibur von Rom, 15 Miglien, gegen 6 Stunden von Tibur und 5 Miglien vom Anio links aufwaerts, einsam und freundlich gelegen im umschlossenen ustischen Thale des Sabinergebirges. Maechtige Hoehen gegen Süden und gegen Norden wehrten den Gluthen des Sommers, so wie den Stürmen des Winters. Nur die milden Strahlen der Morgen- und Abendsonne erwaermten das, von einem hellen, kühlen Bache, der Digentia, durchrauschte und von reinen Lüften durchwehte, romantische Bergthal, welches von Horazen's Villa aus eine entzückende Aussicht in die noerdlich amphitheatralisch gelagerten Berge darbot. Daher sagt Horatius Carm. I, 17, 3.: *Faunus — igneam defendit aestatem capellis usque meis, pluviosque ventos.* v. 17.: *Hic in reducta valle Caniculae Vitabis aestus.* Epist. I, 16, 8.: *Temperiem laudes.* Serm. II, 3, 10. — *Est, ubi*, *ἔστιν*, *ὅπου.* — *plus tepeant*, minus frigidae sint. Carm. II, 6, 17 sqq.: *tepidae brumae.* IV, 1, 24.: *Ipsa meae tepeant tibi sidera brumae.* — *rabiem Canis.* Carm. III, 13, 9.: *flagrantis atrox hora Caniculae.* — *furibundus.* Carm. III, 29, 19.: *iam Procyon furit Et stella vesani Leonis*, ibiq. notat. — v. 18. *divellere*, i. q. Virgilio *abrumpere* (Georg. III, 530.: *nec somnos abrumpit cura salubres.*) dicitur. *Doer.* in sua editione dedit *depellat.* Sed *divellat* recte habere praeter ceteros comprobatum ivit *Obbarius*, quem vide ad hunc locum in huius epistolae monographia (Helmstadii

---

sic, inquit, fastidium me adsiduae urbis tenet et rus amo, quemadmodum fugitivus sacerdotis, qui liba sit edere consuetus, cum fugit fastidio longo libaminum, tantum panem desiderat et laudat: ita et ego rus, civitatem negligens. [*Leniat et rabiem Canis et momenta Leonis*] dicit ruri homines non laedi vel caniculae vel leonis signo. [*Quam qui non poterit*]

Purior in vicis aqua tendit rumpere plumbum,
Quam quae per pronum trepidat cum murmure rivum?
Nempe inter varias nutritur silva columnas,
Laudaturque domus, longos quae prospicit agros.

1824.). — *invida cura*, quae hominibus omnia quodammodo *invidere* videtur. — v. 19. *Libyci lapilli* significant pavimenta vermiculata; tesselata, sectilia, de quibus Senec. Epist. 86. ait: *Pauper sibi videtur ac sordidus, nisi parietes magnis et pretiosis orbibus refulserunt, nisi Alexandrina marmora Numidicis crustis distincta sunt, nisi illis undique operosa et in picturae modum variata circumlitio praetexitur.* Ceterum de *opere musivo* s. *museo* docte disserentem indicimus *Obbarium:* „Die Mosaik selbst, Carm. II, 14, 27. durch *pavimentum superbum*, Serm. II, 4, 83. durch *lapides varios* bezeichnet, führt nach der verschiedenen Art ihrer Ausführung verschiedene Benennungen: *opus sectile*, *λιθόστρωτον* oder *ψηφολογικὸν ἔδαφος, ψηφολόγημα*, wodurch einige Kritiker das Homerische *κραταίπεδον* erklaeren, wenn sie aus Marmorstücken von gewisser Groesse, aus ovalen oder schildfoermigen Tafeln, aus Dreiecken, Vierecken u. dergl., die nach mannichfaltigen Figuren zusammengesetzt wurden, bestand; *opus tesselatum* aus viereckigen Steinen, tesserae; *vermiculatum* aus kleinen Stiften, tesserulae. Letztere die Mosaik im engern Sinne. Unstreitig ist *λιθόστρωτον* bei den Griechen allgemeine Benennung für derlei Kunstgetaefel, so wie *vermiculatum* eine roemische Bezeichnung der eigentlichen Mosaik, die von Plinius ebenfalls *Lithostroton* genannt wird, gewesen seyn mag. Eine eigene Art war das *Asaroton*, entweder weil, wie Plinius sagt, ein solcher Fussboden aussaehe, als ob er nicht rein gekehrt sey; oder weil, wie Neuere erklaeren, derselbe so rein und geglaettet war, dass er das Kehren unnoethig machte. Die Figuren stellten meist Ueberbleibsel von Speisen dar, die vom Tische heruntergefallen zu seyn schienen.“ — *Deterius*, minus bene. — *olet.* Pavimenta enim et floribus et oleo odorifero spargi solebant, unde bene olebant, cf. Epist. II, 1, 79. ubi scena in theatro floribus sparsa intelligitur. — Agri bene culti *nitere* dicuntur. — v. 20. Puriorne ea est aqua, quae in vicis urbis e tubis plumbeis erumpit, quam, quae sine tubulis per declivem rivum trepide manat? Aqua Romam ducebatur per canales structiles, fistulas plumbeas, tubulos fictiles. Hic versus naturae amoenitates praeclare pingit; pariter supr. Carm. II, 3, 12.: *obliquo laborat Lympha fugax trepidare rivo.* Vossius 20-21.: *Strebt wol reineres Wasser des Markts Bleiroehre zu sprengen, Als das jaeh abschüssig entbebt in dem murmelnden Baechlein?* — v. 22. Lamb.: ea, inquit, quae natura sponte sua praebet et procreat, iis, quae ab arte proficiscuntur, esse potiora argumento est, quod inter columnas marmoreas et aedificia sumptuosa instituuntur a divitibus horti multis et proceris arboribus consiti et laudatur domus, quae habet longos et latos agros adiunctos et continentes. Vel dic hoc modo: Nempe ut plane perspicias, optabilius ac suavius esse rure, quam in urbibus vivere, divites isti et potentes in suis aedificiis magnificis et inter columnas marmoreas hortos et, pene dicam, silvas habere volunt; ita cogit eos ipsa natura fateri, vitam rusticam urbanae esse anteponendam. — Iam supr.

adspiciamus optimam sedem, quomodo area ponendae domi quaeritur. [*Naturam expellas furca*] naturam expellit furca, qui habitat in civitate et sil-

ait simili genere et non minori damno afficietur, quam negotiator, qui veram Tyriam fuco Aquinate inquinat et tinctam discernere non poterit, nam tantum damni patietur, quam is, qui vera bona falsis discernere non valebit.

Naturam expellas furca, tamen usque recurret
Et mala perrumpet furtim fastidia victrix.
Non, qui Sidonio contendere callidus ostro
Nescit Aquinatem potantia vellera fucum,
Certius accipiet damnum propiusve medullis,
Quam qui non poterit vero distinguere falsum.
Quem res plus nimio delectavere secundae,
Mutatae quatient. Si quid mirabere, pones
Invitus. Fuge magna! Licet sub paupere tecto
Reges et regum vita praecurrere amicos.
Cervus equum pugna melior communibus herbis

Carm. Lib. III, 10, 6. ad hunc locum lectorem ablegavimus. Describit nimirum hic poeta viridarium in tecti impluvio consitum. — *Varias columnas* intellige versicolores, ex marmore versicolore. — *longi agri* sunt ii, qui in longum spatium extenduntur, longi porrecti e domo prospiciuntur. Fortasse in mentem poetae venit *Maecenatis domus*, de qua vid. Carm. Lib. III, 29, 6 sqq. ibiq. notat. — v. 23. Proverbium est, inquit Lambinus, quod valet, aspere et ignominiose expellere, sumptum ab iis, qui aliquem furca expellunt. — v. 24. *mala fastidia*, perversa. Natura victrix vincet vitiosam istam divitum istorum et supervacaneam et sumptuosam rerumque usitatarum ac parabilium fastidiosam luxuriem. — v. 26. Sensus verborum fere hic est: in quo non inest ea calliditas aut solertia, ut sciat, eas lanas, quae succo Aquinati infectae sunt, cum purpura Tyria s. Sidonia certare, h. e. ad eam ita prope accedere, ut difficile sit internoscere, non maiore damno afficietur neque certiore, quam qui non poterit verum a falso discernere. — *Sidonium ostrum* pro purpura posuit. Carm. III, 29, 15. Epod. XII, 21. — *callidus*, rerum usu peritus, nos: *mit feiner Kunstkenntniss*, vid. Serm. II, 3, 23. II, 7, 101. — v. 26. *Aquin. fuc.* Comm. Cruq.: *Aquinum* oppidum Italiae, ubi conficitur purpura, quae videtur imitari Sidoniam, et Aquinates purpurae similes sunt Sidoniis et Syriis; atque imperii multum saepe falluntur. — *fucus*, *φῦκος, φῦκος θαλάσσιος*, ein *Meerstrauch*, est alga vel ulva marina vel palustris, vid. ad Carm. Lib. III, 5, 27. — *potantia vellera*, translatio, quae etiam in sermone pedestri haud rara reperitur: *vellus* s. lana *potat* colorem, i. e. colore tinguitur. — *plus nimio*, vid. Carm. Lib. I, 18, 15. I, 33, 1. — v. 31. *quatere*, ut Carm. Lib. III, 3. 4. i. e. graviter afficere, commovere. — Quodcunque autem *mirabere invitus*, invito animo, nolens depones. — *Fuge magna*, i. e. *Hoheit, Groesse, Reichthum*; in sententiam conf. Carm. II, 10, 5. ubi *aurea mediocritas* laudatur; II, 16, 13. ubi nos *parvo bene vivere* posse contendit; Serm. II, 2, 114. ubi *Ofellum integris opibus non magis, quam accisis usum esse* ait; Epist. I, 7, 44. denique *parva parvum decere* dixit. — v. 32. *paupere tecto*. Carm. Lib. III, 29, 14.: *parvo sub lare pauperum*. — v. 33. *Reges et regum amici* sunt divites ac potentes cum suis amicis. — *praecurrere*, *παρέρχεσθαι, παραδραμεῖν*, i. e. superare, vincere. — *vita*, nobis: *an wahrem Lebensgenuss*. — v. 34. Fabulam, quam versibus sequentibus

vas habere desiderat. [*Recurret*] sensus est: Si quae naturae sunt, bona abiicere velis ex animo, recurrent latenter. Nam qui agros fugiunt, tantum inter urbem et domos rus includunt in hoc, quia arbores, qui in agro habitant, in urbe diligunt. [*Aquinatem*] Aquinates purpurae similes sunt Tyriis, multum ergo imperiti falluntur. Hoc ait: Patitur quidem damnum,

Pellebat, donec minor in certamine longo
Imploravit opes hominis, frenumque recepit:
Sed postquam victor violens discessit ab hoste,
Non equitem dorso, non frenum depulit ore.
Sic qui pauperiem veritus potiore metallis
Libertate caret, dominum vehet improbus; atque
Serviet aeternum, quia parvo nesciet uti.
Cui non conveniet sua res, ut calceus olim,

narrat, adscribit Stesichoro Aristot. Rhet. II, 20, 5.: Στησίχορος μὲν γάρ,
ἑλομένων στρατηγὸν αὐτοκράτορα τῶν Ἱμεραίων Φάλαριν καὶ μελλόν-
των φυλακὴν διδόναι τοῦ σώματος, τἄλλα διαλεχθεὶς εἶπεν αὐτοῖς λό-
γον· ὡς ἵππος κατεῖχε λειμῶνα μόνος· ἐλθόντος δ' ἐλάφου καὶ δια-
φθείραντος τὴν νομήν, βουλόμενος τιμωρίσασθαι τὸν ἔλαφον, ἠρώτα
τὸν ἄνθρωπον, εἰ δύναιτο μετ' αὐτοῦ κολάσαι τὸν ἔλαφον· ὁ δὲ φη-
σιν· ἐὰν λάβῃ χαλινὸν καὶ αὐτὸς ἀναβῇ ἐπ' αὐτὸν ἔχων ἀκόντια· συνο-
μολογήσαντος δὲ καὶ ἀναβάντος, ἀντὶ τοῦ τιμωρίσασθαι, αὐτὸς ἐδού-
λευσεν ἤδη τῷ ἀνθρώπῳ. οὕτω δὲ καὶ ὑμεῖς ὁρᾶτε, μὴ τοὺς πολεμίους
βουλόμενοι τιμωρίσασθαι, ταὐτὰ πάθητε τῷ ἵππῳ· τὸν μὲν γὰρ χαλι-
νὸν ἤδη ἔχετε ἑλόμενοι στρατηγὸν αὐτοκράτορα· ἐὰν δὲ καὶ φυλακὴν
δῶτε καὶ ἀναβῆναι ἐάσητε, δουλεύετε ἤδη Φαλάριδι. — *pugna melior,*
κρείττων, cui opponitur *minor,* ἥττων. — v. 36. *Imploravit opes,* cum
ploratu opem rogavit, cf. Carm. III, 3, 28. Epist. II, 2, 136. — *frenumq.*
recep. non oppugnavit homini, qui postea eius domitor exstitit. — v. 37.
victor violens. Vernacule: *Aber da nun vom Feind der* **trotzige**
Sieger (equus) zurückkam. Lectionem *violens,* quae Intpp. ansam mul-
tae ac magnae litis praebuit, *Obbarius* optime defendit hisce verbis:
„Durch die Wahl des *violens,* i. e. vehemens, welches *den Trotz und*
die ungestüme Heftigkeit des Rosses, wodurch sich dasselbe der ge-
haessigen Naehe des Hirsches, sogar durch menschliche Hülfe entledigt,
treffend charakterisirt, wird überdiess das ganze Benehmen des Pferdes
in seiner Laecherlichkeit und Verkehrtheit dargestellt, indem es seinen
unzeitigen Trotz und die leidenschaftliche Heftigkeit mit immerwaehren-
der Knechtschaft büssen muss. Nach diesem Gesichtspunkte hat man
selbst nicht noethig, *violens* für violenter, wie Acron erklaert, (Schol.
Cruq. hingegen durch violentus), mit discessit zu verbinden, wie Baxter,
Wetzel u. A. wollen." — v. 38. Equus semel ab homine domitus omni
virium intentione non tantum valuit, quantum debuit, ut frena sibi impo-
sita frangeret. — v. 39-41. Sensus: Sic, qui non paucis contentus divi-
tiarum colligendarum cupiditati rem pretiosissimam, libertatem, postponit,
pecuniae experietur imperium aeternumque serviet. — *Libertas potior*
metallis, quippe quae pecuniae omnino praeferenda. — v. 40. *improbus.*
Comm. Cruq.: mire *improbus* pro eo, quod est avarus et cupidus; ut:
Lavit **improba** *teter ora cruor.* Et alibi: *Piscibus atram* **improbus**
ingluviem et quos **improba** *ventris exegit caecos rabies.* — *improbus,*
in universum idem fere est, quod ‚nimius'. — *atque,* καί, καὶ οὕτω,
aber auch. — v. 41. *quia — uti,* quia nunquam discet, paucis esse con-
tentum. — v. 42. *res,* sc. familiaris, omnia, quae possidet. — *conveniet.*

[*Domin. vehit improb.*] hoc dicit: Non debet quisquam amore pecuniae
conflagrare, ut in potestatem eius veniat, illa enim homini subiecta esse
debet, non homo illi. Et supra hunc sensum: *Ac mihi res, non me rebus*

Si pede maior erit, subvertet; si minor, uret.
Laetus sorte tua vives sapienter, Aristi,
Nec me dimittes incastigatum, ubi plura
Cogere quam satis est ac non cessare videbor.
Imperat aut servit collecta pecunia cuique,
Tortum digna sequi potius quam ducere funem.

Lamb.: vel amplior erit vel angustior, quam satis est. — *olim, nova,*
aliquando, ut supr. Epist. I, 3, 18. — v. 43. *calceus pede maior* in pede
haeret, ut Serm. I, 3, 29. ait: *male laxus in pede calceus haeret.* —
uret, dolore afficiet pedem. — v. 44. *Laetus sorte tua* etc. *Sors* ab
Horatio plerumque usurpatur pro eo, quod cuique vel casu aliquo et be-
neficio fortunae vel natura vel ratione obtigit, cuiusmodi sunt facultates,
nobilitas, potentia, res secundae, quaevis denique facultas et condicio vi-
vendi, idque per translationem. Vid. Serm. I, 1, 1-2.: *Qui fit, Maece-*
nas, ut nemo, quam sibi **sortem** *Seu ratio dederit seu fors obiecerit,*
illa Contentus vivat. — v. 45. *incastigatum,* i. e. me quoque vitupera-
tum vel reprehensum. — v. 46. *Cogere* pro congerere, coacervare posuit.
— *quam satis est.* Ex Epist. I, 2, 46. Serm. I, 1, 73-76. et 106. Serm.
II, 6, 1. Epist. II, 2, 52. et aliunde scimus, quibus fortunae bonis Hora-
tius vixerit contentus. Lectori benevolo erit in promptu, virum perpau-
cis non solum contentum, sed vel adeo laetum vixisse Flaccum. — v. 47.
Doer. pro *aut* coniecit *haud,* quae coniectura legitur in Ge. Waddelii
Animadv. Critt. in loca quaed. Virg., Horat. etc. Edinburg. 1734. p. 73.:
„Pro *aut* vix dubitem reponere *haud.* Per *pecuniam collectam* hic in-
telligit eam, quae non in usum comparatur, sed in arcam asservanda re-
ponitur, vel, ut dicit Epod. I, 33. *terra premitur.* Ita collectam pecuniam
dicit imperare cuique (quod indignum), non servire, quamvis *Tortum* sq.
Ita v. 45. non recusat quin castigetur, si videbitur plura cogere quam
satis est, nec unquam a quaerendo desistere." Allerdings ist die Ver-
wechselung des *aut* und *haud* in den Handschriften nichts Ungewoehnli-
ches, wie dies aus Bentl. ad Lucan. III, 478., ad Terent. Eun. III, 2, 15.,
Drak. ad Liv. IV, 12, 8. 25, 11. 28, 2, 11., Weber ad Lucan. T. II. pag.
473. zu ersehen ist. Aber was noethigt uns, *pec. coll.* in dem beschraenk-
ten Sinne zu deuten! Hor. will durch diesen disjunctiven Satz, welchen
auch Donat zu Terent. Hec. II, 1, 27. woertlich anzieht, die strenge Al-
ternative aufstellen: „dass, wer nicht des Geldes (Vermoegens) Herr,
nothwendiger Weise dessen Sclav sey," wie ein aehnlicher Ideengang
Epist. I, 2, 62. (Bentl. das.) Statt findet: *Animum rege: qui, nisi paret,*
imperat. Diese streng ausschliessende Kraft liegt ja auch so ganz in der
Natur des *aut.* Post centum igitur annos Waddelii coniectura nacta est
defensorem, quem recte refut. *Obbarius* in huius epistolae monographia
saepius ab nobis laudata. — v. 48. *Tortum digna* etc. quae debet potius
trahi, quam trahere, i. e. servire potius quam imperare. Videtur allego-
ria s. translatio a machinationibus navalibus, quae tortis funibus trahun-
tur, h. e. reguntur. — *digna sequi,* (ἕπεσθαι) cf. ad Epist. I, 3, 34. —
v. 49. *dictabam,* sc. servo aut famulo. — *putre* vetustate nimirum fa-
ctum. De *Vacuna Obbarium* docte disserentem hic inducimus, e cuius
monographia, quae sequuntur, in lectoris gratiam repetimus: „Ungeachtet
der schwankenden und zum Theil widersprechenden Nachrichten über
diese Gottheit scheint doch so viel historisch begründet, dass der Vacuna
der Rang einer sabinischen Nationalgottheit gebühre. Zu diesem Ergeb-

qui nescit discernere purpuras; sed maiore damno ille afficitur, qui tantae
imperitiae est, ut veritatem a falso nequeat discernere. [*Violens*] facit
adverbium violenter. [*Imperat aut servit collecta pecunia cuique*] qui

Haec tibi dictabam post fanum putre Vacunae;
Excepto, quod non simul esses, cetera laetus.

nlss führt hauptsaechlich die Bemerkung, dass man Spuren dieses Namens
in mehreren Ortsbenennungen des Sabinerlandes gewahrt. Am unzwei-
deutigsten schimmert diese Etymologie in Vacunio durch, einem Flecken
an den Quellen des Velin, welcher sich mit dem Nar vereinigt, in wel-
cher Gegend auch *Pié-de-luco* das Andenken an den von Plinius er-
waehnten Hain der Vacuna (*Vacunae nemora* auf dem Berge Fiscellus)
erhalten zu haben scheint. Hierher ist auch eine Inschrift, ein Gelübde
an die Vacuna enthaltend, zu ziehen, welche Gori, nach seinem Dafürhal-
ten, in den Ruinen von Cures gefunden hat: „„Sanctae Vacunae Sacrum.
M. Coccilia, M. F. Crust. Sabinus Mil. Leg. XVI. Gemin. et L. Coccilius
Sacerdos. V. S. L. M.““ vid. Gori Mus. Etr. und Gudii Inscript.
LVI, 9. Wenn die Vacuna als sabinische Nationalgottheit wol keinem
Zweifel unterliegt: so würde von Chaupy's Meinung, dass dieselbe als
eine allgemeine Gottheit der Sabiner alle Eigenschaften in sich vereinigt
habe, welche die roemische Mythologie mehreren einzelnen Wesen zu-
schrieb, die vorhandenen Widersprüche am glücklichsten beseitigen,
wenn nicht die Verehrung so vieler anderen sabinischen Hauptgoetter
(Varro L. L. IV, 10. Creuzer's Symb.) die Kraft jener Meinung
schwaechte. Vielleicht waere obige Annahme dahin zu beschraenken,
dass die Vacuna von den Sabinern, als einem kriegerischen Volke,
vornaemlich in Bezug auf Krieg und Frieden, jedoch mehr unter den
Attributen einer Kriegs- als einer Friedensgoettin verehrt worden sey.
Daraus wird erklaerlich, wie der gelehrte Varro seinen Zeitgenossen die
Vacuna für die Victoria erklaeren, und wie Andere dieselbe für die Mi-
nerva, Venus (etwa victrix?) oder Ceres ausgeben konnten. Varro's
Meinung sehen wir selbst von Vespasian geltend gemacht, welcher den
zu Horazens Zeit verfallenen und dem Cultus laengst entfremdeten Va-
cunen-Tempel als einen der Victoria geweihten und zustaendigen, laut
einer Inschrift, wieder herstellen liess. Erwaegt man, wie die Vereh-
rung fremder Gottheiten bei den toleranten Roemern sich haeufig nach
ihren individuellen Ansichten und Bedürfnissen gestalten, und wie mit
dem frühen Absterben der sabinischen Sprache (Niebuhr's roem. Gesch.
Thl. I. S. 63.) auch der Sinn und die Bedeutung so manches heiligen Ge-
brauchs allmaehlich schwinden musste: so wird Niemand der Ansicht
Varro's den roemischen Volksglauben entgegenstellen, welcher den Dienst
der Vacuna mit dem der heiligen Vesta in Verbindung gesetzt zu haben
scheint. Nach Ovid's Erzaehlung wurden naemlich bei den Vacunalien
heilige Feuer auf dem Heerde angezündet. Fast. VI, 305.: *Ante focos*
olim longis considere scamnis Mos erat, et mensae credere adesse Deos.
Nunc quoque, cum fiunt antiquae sacra Vacunae, Ante Vacunales
stantque sedentque focos. Hierauf mag sich eine andere Meinung gründen,
welche die Vacuna für die Goettin der Eintracht und des Schweigens nimmt,
welcher Numa den Namen Vesta ertheilt und ihren Cultus in Rom eingeführt
habe, wie Miss Graham mit grosser Zuversicht, aber ohne historische Beweis-
führung, behauptet. Man vergleiche dagegen über die Vesta Creuzer's Symb.
und Myth. Thl. II. S. 629 ff. — Wo hat Horatius diesen Brief wirklich ge-

ea utitur, servit; qui parcus, in ea amplianda laborat. [*Tortum digna*
sequi] h. e. qui magis vinci debet, Quoniam vinci est trahi, non trahere.
[*Post fanum putre Vacunae*] Vacuna apud Sabinos plurimum colitur.
Quidam Minervam, alii Dianam putaverunt, nonnulli et Cererem esse di-
xerunt, sed Varro in primo rerum divinarum Victoriam ait et ea maxime
hi gaudent, qui sapientia vincunt.

subiungere conor. [*Post fanum putre Vacunae*] Vacuna in Sabinis dea,
quae sub incerta est specie formata. Hanc quidam Bellonam, alii Mi-
nervam, alii Dianam dicunt.

EPISTOLA XI.

ARGUM. *Agit Horatius cum Bullatio de locorum, civitatum et urbium, quas ipse adierat, magnificentia, splendore et amoenitate, num viderit aliquam, ubi potius quam Romae se felicem fore crederet. Qui Lebedum sibi non parum placere respondit, ibique se malle vivere eo quod Romae et maris odisset propinquitatem et viarum difficultatem proficiscentibus nimis quam molestam. Itane, inquit, loci commoditas beatum et contra infelicem facit incommoditas? sed quis in itinere Capuā Romam, luti pertaesus et imbris, optet in caupona semper agere? aut frigoris impatiens, balnea plene beare clamitet? num quis inter navigandum iactatus ventis et undis, peregre satius, navi vendita manere, quam maris iterum facto periculo in patriam redire iudicat? Profecto, inquit, non Lebedus, Rhodos, Mytilene, non Roma ipsa viro sanae mentis plus ad bene vivendum requiritur, quam ad calescendum penula solstitio aestivo, caminusve aut per brumam campestre nebulave linea ad frigus propellendum Tiberinave natatio. Verum, donec fortuna propitia est, licet Romae bene beateque vivere; ita ut nec Samos tranquillitatis gratia, nec Chios adeunda sit, ullave alia regio; quia non locus, non caelum, nec quidquid extra hominem est, eum beatum efficit, sed animus rectae rationi consentaneus, is curas auferre mentemque tranquillare valet. Quare summa est insania animique inconstantia, in peregrinatione locorumque mutatione beatitudinem quaerere, quae ubique locorum est penes te. Omnino est vero simile, Bullatium fuisse virum bonum, sed pusillanimem et ad quemvis, aut belli aut seditionis, levem strepitum vehementer exhorruisse; quae res effecit eum γυρο-πλανητήν, i. e. erronem et tantum non circulatorem; nam dum incumberet in id, ut tranquille viveret, ubique locorum semper ei aliquid fuit impedimento, quod eum fecit alio commigrare. Hinc factum est, ut diversa loca adiret et urbes multas inspiceret. Hac de causa monet eum Horatius, ut tandem sapiat, nec amplius sibi persuadeat, locorum commoda vel incommoda quidquam facere ad vitam beatam, sed eam praestare animi tranquillitatem securitatemque, quae ut non est in rebus externis, ita locorum commutationem eam in animo effi-*

schrieben? Die bei *Rocca giovine* aufgefundene, hier von Fea, und in Capm. de Chaupy Decouv. T. III. p. 170. de Sanctis Villa d'Orazio p. 36. ed. sec. authentisch mitgetheilte Inschrift, kraft deren Vespasian den verfallenen Tempel der Victoria wieder herstellt, steigert die Vermuthung fast zur urkundlichen Gewissheit, dass durch jenes Inschriftfragment das Hor. *fanum putre Vacunae* bezeichnet werde, und mithin dieser Brief unfern des Sabinums geschrieben worden sey. Die Stelle, wo Vacunens Capelle aller Wahrscheinlichkeit nach gestanden, findet sich unweit jenes Dorfes in romantischer Gebirgsgegend. Die Entfernung vom Hor. Landhause betraegt eine Miglie, und macht die Haelfte des Weges aus, wenn man von da auf den Lucretilis steigt. Einzelne Mauerstücke liegen umher, und ein daselbst fliessender Quell laesst, einigen Trümmern zufolge, vermuthen, dass derselbe einst zum Gebrauch der Capelle gedient. Wenn Hor. die Abfassung dieses Briefes hinter jene ausdrücklich setzt: so wollte er unstreitig *durch diese genaue Angabe des Datums dem stadtliebenden Aristius noch einen sprechenden Beweis der eigenen laendlichen Freiheit und ein treues Bild seines ungestoerten, den Naturgenüssen zugewendeten und gemüthlich-frohen Stilllebens geben.*" — v. 50. *Excepto* etc. moleste ferens, quod una mecum non esses, ceteroqui *laetus*, vel, *excepto*, quod mecum non esses, ceteris rebus *laetus*. *Cetera* absolute dictum, quemadmodum Graecorum τἄλλα, τὰ λοιπά. Cf. Carm. IV, 2, 59.: *Qua notam duxit, niveus videri, Cetera fulvus.* Vossius ultimum epistolae versum interpretatur sic: *Ausgenommen, dass du mir fehltest, übrigens heiter.*

cere non posse. Sunt, qui Bullatium censeant circumforaneum fuisse et incertis sedibus vagatum lucri causa; sed hoc non temere quis mihi persuaserit; acerbius enim notasset eum Horatius. Cruq. — *Hochederus in huius epistolae argumento haec repetitione digna dixit: Bullatius, sonst unbekannt, aber, wie wir aus diesem Briefe ersehen, ein „Roemischer Britte" mit einer tüchtigen Portion von „Spleen" etc.*

AD BVLLATIVM.

Quid tibi visa Chios, Bullati, notaque Lesbos,
Quid concinna Samos, quid Croesi regia Sardis,
Smyrna quid et Colophon? maiora minorave fama?
Cunctane prae Campo et Tiberino flumine sordent?
An venit in votum Attalicis ex urbibus una,
An Lebedum laudas odio maris atque viarum?
Scis, Lebedus quid sit; Gabiis desertior atque
Fidenis vicus: tamen illic vivere vellem
Oblitusque meorum obliviscendus et illis
Neptunum procul e terra spectare furentem.
Sed neque, qui Capua Romam petit, imbre lutoque

v. 1. *Quid tibi visa Chios*, qualis (esse) tibi visa est. Terent. Eun. II, 2, 42.: *Sed quid videtur tibi hoc mancipium? — non male, hercle.* Serm. I, 6, 55.: *Virgilius, post hunc Varius dixere, quid essem.* — *Lesbos.* Cf. Carm. I, 32, 5. I, 1, 34. I, 26, 11. IV, 6, 35. Coll. Carm. I, 17, 21. II, 13, 19. Epod. V, 9. 34. — v. 2. *concinna*, elegans, venusta, apta, εὔθετος. — v. 4. *sordent*, vilia s. nihili tibi sunt, displicent. — *Campus* si simpliciter commemoratur, *Martius* intelligendus est. — v. 6. *odio maris atque viarum.* Vid. Carm. II, 6, 7. ubi itinerum maritimorum et pedestrium pertaesus *lassus maris et viarum* dicitur. — v. 7. *Scis, Lebedus quid sit; Gabiis — vicus: tamen.* De difficultatibus, quas haec verba interpretibus dedere, vid. *Th. Schmid.* Sensus vero hic est: *Du weisst, was Lebedus für ein Nest ist.* — v. 9. *obliviscendus*, oblivioni tradendus. — v. 10. *Nept. — furentem.* Comm. Cruq.: mare, ὑπέρβατον. Hoc autem dicit ad imitationem Lucretii, qui (Lib. II, 1 et 2.) ait: *Suave, mari magno motantibus aequora ventis, E terra magnum alterius spectare laborem.* — v. 11 sqq. Sensum, quem poeta hic usque

ACR. [*Quid tibi*] adloquitur Bullatium, qui omnia villarum et regionum ac civitatum sordida putat ad comparationem Tiberis et Campi, i. e. Romae; eo quod semper ibi commanens ad alia non transierat. Cui commemorat Horatius multa loca iucundiora et maiora, quibus nihil ad votum deest. Non interest, in maiore aut in minore civitate vivat, cum utrobique bene possit vivere. [*Prae Campo*] hic locus Romae celeberrimus habebatur eratque amoenissimus urbis locus. [*Lebedum*] oppidum est desertissimum iuxta mare, de quo nullus incola audet mare transire. Sensus est: An terraque marique vexatus, paratus es apud Lebedum residere, ne ulterius naviges. [*Obliviscendus*] h. e. vel reverti ad meos in-

POR. [*Quid tibi*] Bullatium adloquitur, qui omnes regiones sordidas putabat, ad comparationem urbis Romae eo, quod ibi semper commanens ad alia non transierat. [*Gabiis desertior*] Gabii vicus in Sabinis, iuxta Lucretilem montem, unde et aqua Gabia. [*Imbre lutoq. Adspersus*] quo colligit, non debere totam odisse vitam propter interveniens incom-

Adspersus volet in caupona vivere; nec, qui
Frigus collegit, furnos et balnea laudat,
Vt fortunatam plene praestantia vitam;
Nec, si te validus iactaverit Auster in alto,
Idcirco navem trans Aegaeum mare vendas.
Incolumi Rhodos et Mytilene pulchra facit, quod
Penula solstitio, campestre nivalibus auris,
Per brumam Tiberis, Sextili mense caminus.

ad finem expressit, *Doer.* interpretatur: Sed, quaecunque tibi placuerit urbs vel regio, fac, quaeso, redeas Romam; nam, quemadmodum is, qui Capua Romam petit, non ideo in caupona volet vivere, quoniam ibi corpus imbre adspersum siccare, reficere et a luto purgare potuit, vel is, qui nunc frigore collecto furnos et balnea laudat, non ideo illa ad summam felicitatem referet; ita tu quoque non in locis, quae te nunc delectant, haerebis, nec, in alto iactatus, vendita nave a reditu in patriam te abstrahi patieris. Rhodos et Mytilene ei, qui non valetudinis causa eo se confert (*incolumi*), idem sunt, quod aliae res, quae, per se bonae, nisi opportuno tempore adhibentur, nocent magis, quam prosunt. Redi et extera loca remotus (*absens*) ab iis Romae lauda. Fruere bonis, quae fortuna sereno vultu tibi nunc arridens offert, ut, ubicumque fueris, te iucunde vixisse dicere possis. Nam si non loci alicuius amoenitas, sed rationis usus et considerantia curas evellit ex animo, profecto ii, qui trans mare currunt, non animum, sed caelum tantum mutant. Sed sic sumus homines, navibus et quadrigis vecti procul petimus, quod in propinquo est et ante pedes iacet. — v. 17. *Incolumi.* Comm. Cruq.: sanae mentis homini, constanti et quieto. Serm. II, 3, 132.: *incolumi capite*, quod quidem opponitur *insano.* — *Rhodos.* Cf. Carm. I, 7, 1. — *facit*, sc. idem, quod. *Facere alicui*, vel potius *ad aliquid*, significat: convenire, prodesse. — v. 18. *Pen. solst.* Comm. Cruq.: sc. aestivo. *Penula* grossa vestis, in aestate inutilis propter spissitudinem. Vid. *Lex. Hor.* sub h. v. — *campestre*, sc. velamentum. Comm. Cruq.: est linea vestis tenuis, inutilis hieme, quia totius corporis nihil praeter inguina tegit; ideo *campestris* dicta, quia in *campestri exercitio*, i. e. in Campo Martio utebantur iuvenes. Cf. de eo Augustinus de Civit. Dei. XIV, 17.: *Porro autem campestria, Latinum quidem verbum est; sed ex eo dictum, quod iuvenes, qui nudi exercebantur in Campo, pudenda operiebant: unde, qui ita succincti sunt, campestratos vulgus appellat.* — *nivalibus auris.* Comm. Cruq.: solstitio hiemali, quando flant aurae nivales. — v. 19. *Per brumam.* Comm. Cruq.: sup. et quod facit ἀπὸ τοῦ κοινοῦ, quia in Augusto mense non est opus igne, nec in hieme natare

quiete esse, neque redeundo iterum maria perferre? [*Qui Capua Romam petit*] illi, qui Capua Romam pergunt, prae longitudine viae luto et imbre adsperguntur. Sensus est: Non debere nos propter inconveniens incommodum totam vitam commutare. [*Penula*] nihil frigiditatis in aestate affert, quia spissa et crassa est. [*Campestre*] nihil caliditatis in hieme, quia tenue est et totius corporis nihil praeter inguina tegit. Sicut nec

modum. [*Furnos*] *Furnos* a nigro colore dicimus, propter fuliginem vel obscuritatem, quam intus habent. [*Nec si te*] Sensus hic est: Non ea bona dicenda sunt, quae necessitate diligimus vel comparatione peiora. [*Incolumi*] cui nihil desit ad votum. [*Penula*] apparet et *penulam solstitio* et cetera alia, quae per ordinem dicit, diverso tempore supervacua pro illis tunc moribus fuisse. [*Per brumam Tiberis*] quis enim tunc na-

Dum licet ac vultum servat Fortuna benignum,
Romae laudetur Samos et Chios et Rhodos absens.
Tu, quamcumque deus tibi fortunaverit horam,
Grata sume manu, neu dulcia differ in annum;
Vt, quocumque loco fueris, vixisse libenter
Te dicas; nam si ratio et prudentia curas,
Non locus effusi late maris arbiter aufert,
Caelum, non animum, mutant, qui trans mare currunt.
Strenua nos exercet inertia; navibus atque
Quadrigis petimus bene vivere. Quod petis, hic est,
Est Vlubris, animus si te non deficit aequus.

---

per Tiberim. — v. 21. *Romae — absens*, dum tu ipse Romae es. — v. 23. *differ in annum*, tempus finitum pro infinito. In sententiam cf. Carm. I, 11, 8. III, 8, 27. Serm. II, 2, 126 sqq. Epist. I, 4, 11 sqq. I, 5, 12. II, 2, 177 sqq. — v. 26. *locus effusi late maris arbiter.* Comm. Cruq.: *locus — excelsus super mare, quia in tuto positus non timet mare, ideo arbiter quasi dominus et mare reiicit et de eo iudicat.* Carm. I, 3, 15.: *arbiter Hadriae.* Coll. Carm. III, 3, 5. — v. 28. Verba *Strenua inertia — bene vivere* interpretatur *Mitscherlichius:* „omni modo ac studio ab hominibus id agi, ut vitam *inertem*, h. e. curis laboribusque vacuam, tranquillam adeo beatamque ducant, eumque in finem transmarinas peregrinationes, uti Bullatius, instituant; frustra vero haec omnia molimina esse et ubique iucunde vivi posse, si animus aequus non deficiat. itaque *inertia* hoc loco accipienda de vita otiosa tranquilla, (ut apud Tibullum: *me mea paupertas vitae traducat inerti*) nam ab hac parte omnem vitae iucunditatem passim designat poeta; et *inertia strenua nos exercet*, dum adsequendae ei graviter studemus, intenti sumus, exquisita loquendi ratione verbi *exercere*, de rebus, quibus animus distinetur. Sallust. Catil. 11.: *Primo magis ambitio quam avaritia animos hominum exercebat.* Vellei. Pat. II, 33. de Pompeio: *bello pene invictus pecuniae exercebatur cupidine.* (Racem. Venus. Fasc. I.) — *strenuam inertiam* interpretatur *Th. Schmid: geschaeftiger Müssiggang.* Cf. Senec. de tranq. anim. c. 12.: *Circumcidenda est concursatio, qualis est magnae parti hominum, domos et theatra et fora percurrentium. Alienis se negotiis offerunt, semper aliquid agentibus similes. Inconsultus illis vanusque cursus est, qualis formicis per arbusta repentibus, quae summum acumen, deinde in imum inanes aguntur. His plerique similem vitam agunt, quarum non immerito quis inquietam*

... minus Augusto mense, nec Tiberis in bruma: ita nec sapienti loca aliquid conferunt. [*Nam si ratio*] nihil impedit homines, si bonis sint moribus, ubicunque locorum sint. [*Arbiter*] locus maris *arbiter*, qui mare late diffusum non timeat, i. e. dominus maris et in tuto positus. Qualis locus est apud Athenas civitatem; excelsus supra mare et ideo *arbiter*.

... tiret? [*Sextili*] Augusto. [*Maris arbiter*] arbitrum pro noto posuit et arbitros removeri dicimus a negotio maris. *Arbiter* est locus, qui trans mare est positus atque desertus et potest arbiter et medius intelligi. [*Strenua nos exercet inertia*] ὀξύμωρον. Sic Virgilius: *Sequiturque sequentem.* [*Est Vlubris*] Vlubrae locus in Italia, in quo nutritus est Caesar Augustus, propter quam causam ab Horatio nominatur, cum sit desertissimus vicus.

EPISTOLA XII.

ARGUM. *Ad Iccium, procuratorem Agrippae in Sicilia constitutum, de quo ait in odis: Icci, beatis nunc Arabum invides gazis etc. sed ut illic cupiditatem eius perstrinxit, ita hic parsimoniam eius laudat, sed cum mordacitate. Comm. Cruq. — Scribit Iccio non esse, cur de paupertate conqueratur, si collectis in Sicilia fructibus Agrippae recte fruatur; nam si satis est ei, ut genio indulgeat, corpus ornet et equitando pedibus consulat, quid a rege desideret amplius? Quin imo si parce vivit oleribus et herbis contentus, eum tandem fore ditissimum, eo quod vel pecuniae naturam mutare non possit, cuius est in usu semper esse et fenore, vel quod ad vitae magnificentiam, virtutis amore ab eo neglecta, fiet in dies accessione maior, qua in re fuerit omnibus admirabilior Democrito, qui ruris modo relicto studio philosophabatur, cum Iccius ipse in summa etiam rerum copia non auri, non argenti splendore cupiditateque possit avocari a sublimium rerum contemplatione, causisque indagandis, nec non evolvendis sedulo philosophorum naturalium monumentis. Ceterum sive splendide vitam instituat sive tenuiter, ei commendat Pompeium Grosphum, ut eo familiariter utatur et opem ferat, si quid petet; de rebus autem Romanis eum certiorem facit, Cantabros ab Agrippa, Phraatem a Claudio Nerone devictum, fortunamque Italiae omnia pleno cornu defundere. Cruq. — Quemadmodum commentator Cruquii, interpretes fere omnes Iccii animum ut avarum atque animi affectibus, inprimis cupiditati habendi obnoxium accusarunt, a quorum parte Th. Schmid se quoque stetisse profitetur, donec Iacobsius istis meliora se docuerit, quae in editione sua Horatii epistolarum religiose repetivit. Consentaneum esse videtur, quae de Iccio protulit Iacobsius, hic ex Th. Schmidii relatione omni fide, ut sponte intelligitur, dignissima transscribere: „In der Ehrenrettung des Iccius (vid. Mus. Rhen. 1828. Fasc. I. pag. 1-17.) wird zuerst gezeigt, dass Carm. I, 29. nicht zu der Behauptung berechtige, Iccius habe aus blosser Gewinnsucht sich jenem Kriegszuge angeschlossen, vielmehr melde es uns, dass Iccius in der Hoffnung, seiner Armuth, in der er sich befand, abzuhelfen und kriegerischen Ruhm zu erobern, eine Zeit lang seine ernstlich betriebenen philosophischen Studien unterbrochen habe, wenn nicht gar anzunehmen ist, dass Horaz beide Gründe ohne besondere individuelle Beziehung auf seinen Freund, eben nur voraussetzte, weil sie bei den meisten freiwilligen Theilnehmern des Feldzugs Statt fanden. Auf jeden Fall hatte Iccius nur darin unrecht, wenn das unrecht genannt werden soll, dass er, um seine aeussere Lage zu verbessern, der Meinung war, man müsse die Haende nicht in den Schooss legen. Als Iccius nach dem misslungenen Feldzuge arm zurückkam, nahm er, um sich ein ehrliches Auskommen zu sichern, jene Oberaufseherstelle der Agrippinischen Besitzungen in Sicilien an, wobei er, so gut es gehen wollte, seine frühere Lieblingsbeschaeftigung mit den griechischen Philosophen und der Naturphilo-*

---

inertiam dixerit. — *navibus atq. quadrigis pet.* Lamb.: nos maria et terras peragramus, ut bene beateque vivamus, quasi in locis externis atque a patria remotissimis tranquillius beatiusque victuri, quam domi. — v. 29. *hic*, Romae. — *Vlubrae*, urbs, quae a Romanis tantum nuncupatur, si quid parvi esse momenti dicere volunt. — v. 30. *animus aequus*, i. e. si animus est tibi nulla cupiditate nullaque aegritudine concitatus aut perturbatus, animus tranquillus ac sedatus.

sophie fortsetzte. Dass die Zeit raubenden und alltaeglichen Geschaefte, die das Amt auflegten, dem nach Hoeheren strebenden Iccius nicht die angenehmsten seyn konnten, dass er sich bei der mühevollen Verwaltung fremder Güter, umgeben von gewinnsüchtigen Menschen, bisweilen eine Lage wünschte, wie sie dem Horaz durch Maecen zu Theil gewordem war, laesst sich vermuthen und dergleichen Klagen und Wünsche mochte er dem glücklicheren Freunde mitgetheilt haben. Horaz troestet den Iccius über diese Klagen auf eine Art, die ganz seiner Lebensweisheit entspricht v. 1-20. indem er ihm zuerst zeigt, dass der nicht arm zu nennen sey, dem, wie ihm, der Gebrauch dessen zu Gebote stehe, was zum Leben gehoert, wenn gleich er kein Eigenthum besitze; dann bewundert er ihn, dass er unter laestigen Geschaeften und unter Menschen, deren Herz einzig an dem Irdischen und Niedrigen klebt, seinen Geist fortwaehrend auf die erhabenen Lehren der Weisheit und auf die grossen Erscheinungen der Natur richte. Die Empfehlung seines vertrauten Freundes scheint indessen der Hauptzweck dieser Epistel gewesen zu seyn; und diese Ansicht macht es fast unmoeglich, laenger bittere Ironie in dieser Epistel zu sehen, wenn man nicht Herz und Verstand unseres Dichters preis geben will. — Cui tamen haec, quae hîc ab nobis relata leguntur, non sufficiunt, ut sibi huius argumentationis veritatem persuadeat, illum conferre iubemus, quae Iacobsius loc. cit. docte disseruit. — Ceterum, ut ex ultimis epistolae versibus recte colligitur, epistola ā. u. DCCXXXIV. et quidem tempore auctumnali scripta est.

A D I C C I V M.

Fructibus Agrippae Siculis, quos colligis, Icci,
Si recte frueris, non est, ut copia maior
Ab Iove donari possit tibi. Tolle querelas;
Pauper enim non est, cui rerum suppetit usus.
Si ventri bene, si lateri est pedibusque tuis, nil

---

v. 2. *Si recte* (pro quo apud *Th. Schmid* legitur: *forte*, ex errore, ut videtur, typographico) *frueris*. Comm. Cruq.: si contentus fueris reditibus tuis. — *recte*, sapienter. — *non est, ut*, *οὐκ ἔστιν, ὅπως*, i. e. fieri nullo modo potest, ut maiores facultates tibi donet Iuppiter. — v. 3. *Tolle querelas*, aufer, mitte. — v. 4. *Pauper — usus*. Comm. Cruq.: cui nihil deest earum rerum, quibus ad vitam sustentandam utimur, *τὰ δέοντα*; quae Liv. XXII, 2. *necessaria ad usus* dixit. Cf. Carm. II, 11, 4. — *usus rerum*, vernacule dixeris: *der Gebrauch fremder Güter*, quippe quae iis opponantur, quae propria possides, ut *Th. Schmid* ad hunc locum ad-

---

ACR. [*Fructibus Agrippae Siculis, quos colligis, Icci*] ad Iccium, procuratorem Agrippae in Sicilia constitutum, de quo ait: *Icci, beatis nunc Arabum invides gazis.* Sed et illic parsimoniam laudat, tamen cum mordacitate. Alii dicunt, quia agros illi in Sicilia donaverat Agrippa.

POR. [*Fructibus*] ad Iccium, quem et lyrico carmine inconstantiae reprehendit, quod per avaritiam philosophiae studium militia mutavit. Hic autem Iccius procurator Agrippae est constitutus, cui agrum suum commendavit. [*Si ventri bene*] si praesto est cibus et potio. [*Si lateri*] si non desunt stramina dormienti. [*Pedibusq.*] si habet equum, quo vehatur, et est explanatio superioris sententiae, qua dixit: *Pauper enim non est, cui rerum suppetit usus*, h. e. cui nihil ad vitam deest. [*Ab-*

Divitiae poterunt regales addere maius.
Si forte, in medio positorum abstemius, herbis
Vivis et urtica, sic vives protenus, ut te
Confestim liquidus Fortunae rivus inauret;
Vel quia naturam mutare pecunia nescit,
Vel quia cuncta putas una virtute minora.
Miramur, si Democriti pecus edit agellos

---

notavit. — v. 5. *Si ventri* etc. fortasse, inquit Lambinus, haec sunt ex Theognide expressa, cuius exstant hi versus (719. ed. Bek. 1185. ed. Welck.) *Ἰσόν τοι πλουτοῦσιν, ὅτῳ πολὺς ἄργυρός ἐστι Καὶ χρυσὸς καὶ γῆς πυροφόρου πεδία Ἵπποι θ' ἡμίονοί τε καὶ ᾧ τὰ δέοντα πάρεστι, Γαστρί τε καὶ πλευραῖς καὶ ποσὶν ἁβρὰ παθεῖν.* — v. 7. *in medio positorum.* Cruq.: fortunae bona, quibus sine discrimine licet omnibus uti. — *abstemius.* Comm. Cruq.: abstineus, dictum ab eo, quod *abstineat temeto*, i. e. vino, sed hîc pro sobrio positum est. Lamb.: *abstemius* proprie is dicitur, qui a vino abstinet, sed hîc latiorem quamdam vim habet; significat enim eum, qui quibuslibet bonis ante se positis sua voluntate non utitur. — v. 8. *sic vives protenus*, i. e. eodem modo vives protenus, h. e. porro tenus. — v. 10. Lamb.: duas rationes subiicit, priorem serio et ex animi sui sententia, alteram *εἰρωνευόμενος*, i. e. dissimulatione quadam utens et iocans, hoc modo, tu, inquit, ita tenuiter et restricte sumptum facies, ut prope diem ingenti pecunia sis abundaturus, vel quia hominis avari ingenium pecuniae accessione nihilo fit liberalius vel quia tanti virtutem facis, ut minimo apparatu contentus sis neque putes quidquam ad vitam beatam victus elegantiam munditiamque habere momenti et ita versus posterior erit *ἐπιθεράπευσις* prioris. Quodsi quis posteriorem explicationem sequetur, haec erit sententia, reliquo tempore aetatis vives parce et sordide, quamvis totus inaureris vel quia hominis avari ingenium a pecunia non mutatur, vel quia etc. — v. 12. Lamb.: miramurne, si Democritus propter philosophiae studium rem familiarem neglexit, quum tu uno tempore et in rebus philosophicis occupatus sis? longe

---

[*Abstemius*] ab eo, quod abstineat temeto, i. e. vino, sed hîc pro sobrio positum. [*Herbis vivis et urtica*] Iccius iste adcumbens in praesentia Agrippae, ut fidelior ei videretur, parcissime epulabatur in tantum, ut intermissis carnibus, herbis vesceretur; at in secretum veniens, gulae indulgebat. [*Naturam mutare pecunia nescit*] erit utique mutata, quia quandocunque divitiis aliquis affluens supra modum manducat et bibit, seu vestibus aliisque rerum utilitatibus utitur, illico natura mutatur. [*Virtute*] i. e. si per hanc abstinentiam Stoicum sequeris, magnas divitias ex hoc consequaris. [*Democriti pecus edit agellos*] Democritus philosophus, atomorum inventor, hortorum amator, qui philosophiae intentus esset, hortos

stemius] qui abstinet; an, ut quidam putant, ab temeto, an sine vino siccus et sobrius? [*Sic vives*] *sic vives*, ut tantum fruaris divitiis, quantum Midas. [*Vel quia naturam*] h. e. quia nihilo minus avarus est dives, qui pauper fuit, quam is, qui avarus natus est. [*Vel quia cuncta putas*] *ἐπιθεράπευσις*, quia dicit illum philosophandi studio sordide vivere. [*Miramur, si Democriti*] hoc sensu dixit, non esse mirum sterilem Democriti agellum pecore esse factum, dum ille philosophiae studet, quando Iccius et pecuniae simul serviat et sapientiae, qua ironia ostendit, non posse utrumque fieri. Constat autem Democritum apud Abderitas cives suos causam dixisse amissi patrimonii sui et absolutum prolatis libris, quos de

Cultaque, dum peregre est animus sine corpore velox;
Quum tu inter scabiem tantam et contagia lucri
Nil parvum sapias et adhuc sublimia cures:
Quae mare compescant causae, quid temperet annum,
Stellae sponte sua iussaene vagentur et errent,
Quid premat obscurum Lunae, quid proferat orbem,
Quid velit et possit rerum concordia discors,
Empedocles an Stertinium deliret acumen?
Verum seu pisces seu porrum et caepe trucidas,
Vtere Pompeio Grospho et, si quid petet, ultro
Defer; nil Grosphus nisi verum orabit et aequum.

---

enim facilius est in uno elaborare, neglecto altero, quam simul in utroque. — v. 13. Lamb.: dum peregrinatur animus, in rerum magnarum contemplatione occupatus et omni earum rerum, quae ad corpus pertinent, cura solutus. — v. 14. *Quum — lucri.* Lamb.: pecuniae et lucri studium duobus lectissimis et aptissime rem significantibus nominibus appellavit: *scabiem* quidem, quia, quemadmodum scabies corpus adsidue mordet et urit perpetuaque scabendi cupiditate afficit, ita lucri studium animum perenni plura habendi cupiditate incendit; *contagium* autem, quia serpit hoc animi malum et funditur in dies latius atque ad alios etiam dimanat. — v. 16. *mare compescant*, intra terminos suos cohibeant. — *temperet annum*, moderetur annum vicissitudinibus ad certas leges constitutis. — v. 18. *Quid premat obscurum Lunae*, quae res aut quae causa condat lunam. Comm. Cruq.: cur luna nunc sit obscura, nunc clara appareat, cur per menses crescat et decrescat. — v. 19. *Quid velit — concordia discors.* Comm. Cruq.: compagem mundi significat, quae concors est ex diversis partibus connexa; ex quadam enim parte *discors* est, ut ignis et aqua, ex quadam *concors*, qua mutuo colliguntur et in se mutuo commutantur. *Discordia discors* ad ὀξύμωρα pertinet, qualia haec sunt: *insaniens sapientia* Carm. I, 34, 2. *saevitia facilis* Carm. II, 12, 26. *strenua inertia* Epist. I, 11, 28. *symphonia discors* Epist. ad Pis. v. 374. — v. 20. *Stertinium acumen*, i. q. Stertinius ipse. — v. 21-23. *Verum*

---

eius pecus ipso praesente comedit. [*Animus*] adsiduae intentioni intentus, velox est. [*Cum tu*] ostendit, Iccium et lucro et sapientiae velle studere. [*Obscurum lunae*] aut eclipsim significat, quae concors est diversis partibus connexis. Ex quadam enim parte *discors* est, sicut ignis et aqua; ex quadam *concors* mutuo colligentur, concordiam mundi significat. Aut modo per mensem luna crescit aut decrescit. [*Empedocles*] Agrigentinus, quae ad Pythagoricam sectam pertinent, metro et versibus tradidit. [*Stertinii deliret acumen*] Stertinius philosophus, qui ducentos viginti libros Stoicorum latine scripsit. Hos notat, qui versibus suis obscuriorem philosophiam fecerint. [*Grospho*] Grosphus iste amicus fuit

physica scripsit. [*Pecus edit agellos*] hoc est, pascuus ante quam Democriti ager desertus factus est. [*Quare mare compescant causae*] hae quaestiones sunt pertinentes ad physicam philosophiae partem. [*Rerum concordia discors*] κακόζηλος dicitur. Tangit autem parem compagem rerum, elementis quatuor diversis aptam atque connexam. [*Stertinii deliret acumen*] περίφρασις tropus, h. e. Stertinius. Hunc et alibi tangit ut Stoicum, qui de paradoxis loquitur. [*Trucidas*] exprimis, elidis. Convenit autem hoc verbum huiusmodi pulmentis. [*Si quid petet*] *petere*

Vilis amicorum est annona, bonis ubi quid deest.
Ne tamen ignores, quo sit Romana loco res,
Cantaber Agrippae, Claudi virtute Neronis
Armenius cecidit; ius imperiumque Phraates
Caesaris accepit genibus minor; aurea fruges
Italiae pleno defundit Copia cornu.

---

seu — trucidas. Comm. Cruq.: sive laute sive parce vivis. — *trucidas* fortasse ad opinionem Pythagoreorum spectat itaque sensum cum maxime comicum, ut ita dicam, efficit; credebant enim Pythagorae sectatores, homines post mortem et in plantas et in animalia converti. Quamobrem fabis non vescebantur. — v. 22. *ultro Defer*, αὐτομάτως, non rogatus. — v. 24. *Vilis — quid deest.* Haec verba, quae *Vossius* sic interpretatus est: *Wohlfeil ist ja der Freund' Einkauf, wenn Guten was mangelt*, *Mitsch.* (Racem. Venus. Fasc. III. pag. 10.) ita explicat: Amicitiam proborum hominum vilissimo pretio parari, si qua re, maxima, minima, indigent; quodvis pretium vile haberi debere in amicitia proborum hominum concilianda; nullo plane ad aequas Grosphi preces respectu. Congruit plane sententia Socratis apud Xenoph. Mem. II, 10, 4.: διὰ τὰ πράγματα (*ubi quid deest*) εὐωνοτάτους ἐστὶ φίλους ἀγαθοὺς κτήσασθαι. — *deest* una syllaba pronunciandum, ut supra Serm. II, 2, 98. *deerit* duabus syllabis. — v. 25. *quo loco*, i. e. quo statu, qua conditione. — *res Romana* = *Rom's oeffentliche Angelegenheiten, Rom's Welthaendel.* — v. 26. *Cantaber Agrippae*, sc. virtute cecidit. — v. 27. *cecidit*, sc. victus, domitus, subactus. — *ius — minor*, quorum verborum sensum *Vossius* recte interpretatus est: *es empfing demüthig Phraates Caesar's Recht und Gebot als Knieender. Imperium accipere* idem est, quod ‚imperio parere, iussis obedire.' Vid. Iust. XLII, 1. qui de submissione Phraatis memoriae prodidit, quae sequuntur: *Finito Hispanico bello, cum Caesar* (Augustus) *in Syriam ad componendum Orientis statum venisset, metum Phraati incussit, ne bellum Parthiae inferre vellet. Itaque tota Parthia recollecti captivi ex Crassiano sive Antonii exercitu, signaque cum his militaria Augusto remissa. Sed et filii nepotes Phraatis obsides Augusto dati* etc. — *genibus minor*, h. e. supplex. Ad res igitur novas cum Iccio communicandas tria potissimum refert: *a*) quod Cantabri Agrippae, *b*) Armenii Tiberii Claudii Neronis virtute devicti sint, *c*) quod Phraates, fracta tandem ipsius superbia, ius et imperium Augusti agnoverit et nunc formam supplicantis induerit. De *Cantabris* vid. Carm. III, 8, 22.: *Cantaber sera domitus catena.* IV, 14, 41.: *Te Cantaber non ante domabilis, Medusque miratur.* — v. 29. *aurea Copia.* Cf. Carm. Lib. I, 17, 14.: *Hic tibi copia Manabit ad plenum benigno Ru-*

Horatii, ac per haec commemorans de eo, illum praedicabat. [*Vilis amicorum*] i. e. facile possunt haberi amici, quibus multa desunt. [*Phraates*] rex Persarum fuit, quem pulsum a civibus regno reddidit; hic autem victus Tiberio se dedidit et signa Romana, quae capta cum Crasso fuerant, reddidit.

nunc valet idem, quod ibi: *Aut quid petis istis?* [*Vltro Defer*] quomodo? *Vltro* an *ultra?* h. e. plus quam volet aut quam dicit? [*Vilis amicor. est annona*] inquit, tam vile pro amicitia dari potest, quam quod deest viro bono obsecuturo, scilicet si in tempore acceperit. Nil autem sapiens desiderabit, quod magni pretii sit. [*Ius imper. Phraat.*] de hoc et in lyricis: *Redditum Cyri solio Phraatem.* [*Genibus minor*] subtiliter dixit, ad genua devotum.

EPISTOLA XIII.

ARGUM. *Mandat Horatius Vinnio, (sic hoc nomen proprium scriptum legitur ap. Cruq. neque aliter scribit Weichert. in Prolus. de Hor. Epist. pag. 29 sq.) in tradendis Augusto suis libellis, ut a praescripto ne abeat, ne eius nimio fortasse studio ipsis pro benevolentia conciliet odium. Si vero existimet tanto se oneri ferendo non fore parem, deponat id potius quam sua tarditate cognomen Asinae paternum ludus et fabula fiat. At si clivis transcensis ceterisque viae difficultatibus superatis ad Caesarem venerit, hoc ut onus libellorum videat, civiliter, candide et opportune tradat Augusto, caveatque, ne vacillet immemor et mandata frangat. Cruq.*

AD VINIVM ASELLAM.

Vt proficiscentem docui te saepe diuque,
Augusto reddes signata volumina, Vini,
Si validus, si laetus erit, si denique poscet:
Ne studio nostri pecces odiumque libellis
Sedulus importes opera vehemente minister.
Si te forte meae gravis uret sarcina chartae,
Abiicito potius, quam, quo perferre iuberis,
Clitellas ferus impingas, Asinaeque paternum
Cognomen vertas in risum et fabula fias.

---

ris honorum opulenta cornu. Carm. Sec. v. 59.: *apparetque beato Copia cornu.* Coll. Carm. IV, 5, 17 sqq. IV, 15, 4. atque omnibus locis notata. Est descriptio aurei, quod fingebatur, seculi, nihil amplius, quod Augusti auspiciis adtribui solet. Ceterum *defundit* nobis magis convenire videtur tempori, quo Horatius de hisce rebus novis Iccio scripsit. Alii legunt *defudit, diffudit, diffundit.*

v. 2. *Augusto reddes.* Cruq.: hic ellipsis τοῦ *ita*, figura Horatio usitatissima, ut sensus sit: ita reddes Augusto — *ut docui te proficiscentem.* — *signata volumina*, obsignata, nos: *versiegelt.* — v. 3. *Si validus*, i. e. si prospera valetudine utetur. — v. 4-5. Verborum ordo: *Ne sedulus minister importes odium opera vehemente.* — *odium importare*, odium movere, in odium vocare. — *opera vehemente*, quae nullum modum servat, omnem modum nimia sedulitate excedit. — v. 6. *sarcina*, onus, quod asinis imponi solet. — v. 8. *Clitellas impingere*, quibus sarcinae colligatae mulis portantur, nos: *Saumsattel*, vid. Serm. I, 5, 47. — *ferus*, rudis, ἄγριος. — v. 9. Iocose hic adludit ad cognomen Asinae, timens, ne nomen sit omen. Haud incommode illius rustici Sabini dexteritas et calliditas cum asini dexteritate comparatur. —

ACR. [*Vt proficiscentem*] Caninius Vinnius Fronto, ad quem haec epistola scripta est, patrem habuit cognomine Asinam. Adludit ergo nomini eius et quasi convenire hanc appellationem nominis eius ingenio vult videri. [*Sedulus*] h. e. velut *sedulus* agens, quasi sine dolo. [*Lamas*] *Lama* est

POR. [*Vt proficiscent. docui te saepe diuque*] hanc scribit ad Vinnium Asellam, quem docet Horatius, quemadmodum Augusto velit exhiberi libellos suos. [*Sarcina*] non opportune redduntur, quae sibi quisque mandaverit, si importune se offerunt, ut abiicere velle videantur. [*Asinae pat. Cogn.*] ostendit, non aliquo vitio hoc cognomen Vinnio contigisse,

Viribus uteris per clivos, flumina, lamas;
Victor propositi simul ac perveneris illuc,
Sic positum servabis onus, ne forte sub ala
Fasciculum portes librorum, ut rusticus agnum,
Vt vinosa glomus furtivae Pyrrhia lanae;
Vt cum pileolo soleas conviva tribulis.
Neu vulgo narres, te sudavisse ferendo
Carmina, quae possint oculos auresque morari
Caesaris; oratus multa prece, nitere porro.
Vade, vale, cave ne titubes mandataque frangas.

---

fabula fias, quemadmodum supr. Epod. XI, 8. dixit: *Fabula quanta fui!* *Fabulam fieri*, i. e. in ora hominum pro ludibrio venire, ut nos dicere solemus: *zum Stadtgespraech werden.* — v. 10. *lamas.* Comm. Cruq.: lacunas maiores, continentes aquam pluviam s. caelestem, ἀπὸ τοῦ λαιμοῦ. Festus: Lacuna, aquae collectio, a lacu derivatur, quam alii *lamam*, alii lustrum dicunt. — v. 11. *Victor propositi*, ἐγκρατὴς τοῦ σκόπου, compos propositi, victis atque superatis omnibus difficultatibus. Servius ad Virg. Aen. II, 329. X, 409. victorem interpretatur, cui vota processerunt, ἐπιτυχών. — *illuc*, ad Augustum. — v. 12. *Sic positum — ne forte* etc. Cruq.: δεικτικῶς, h. e. tu compositus decoro gestu tenebis manibus libellos, sine ulla iactantia aut gesticulatione etc. — v. 14. *Vt — lanae.* Comm. Cruq.: Pyrrhia nomen est ancillae in quadam fabula Titinii, quae furata lanae glomos ita gestavit, ut deprehensa sit. — v. 15. *tribulis*, ex tribu, homo humilis conditionis. — *cum pileolo.* Comm. Cruq.: haec apud antiquos consuetudo veteranorum erat, pileum portare cum calceis. Homo *tribulis*, humilis conditionis, soleas sub asella portans tabulaeque adcumbens stragula inquinabat. — v. 16-17. *Neu — Caesaris.* — *morari.* Cruq.: quae et illum legentem et audientem vehementer afficient. — *morari*, oblectare, cf. Epist. ad Pis. v. 321.: *Fabula nullius veneris, sine pondere et arte, Valdius oblectat populum meliusque moratur.* — v. 18. *nitere porro*, precibus nullis immorans perge. — v. 19. *Vade, vale*, χαίρων στεῖχε. — *cave.* Comm. Cruq.: antiquo more per tertiam coniugationem. — *mandata frangere* translate pro, mandata interrumpere, falso renuntiare etc.

---

aqua in via stans ex pluvia. Dicit *lamas* lacunas maiores continentes aquam caelestem. [*Conviva*] Sensus est: Neve sic suffarcinatus eas, sicut unus de tribu, qui ad coenam vadens ipse sibi soleas fert cum pileolo et incertum est, quem notet.

sed gentile esse. [*Lamas*] *Lama* est vorago. λάμος enim est ingluvies. *Lamiae* quoque dicuntur devoratrices puerorum. [*Pyrrhia*] bene dictum. Aniculae ancillae nomen ad contemptum, ut ait Persius: *Pannucia Paucis.* [*Tribulis*] unus ex eadem tribu. Hic plebeius ad convivium pergens, soleas secum defert. [*Morari*] delectare. [*Mandataque frangas*] *mandata* nunc participium est, non nomen. *Frangas* autem bene, quasi asina. Vt supra: *Clitellas ferus impingas.*

EPISTOLA XIV.

Argum. *Villicum suum ob eius animum inconstantem, qui modo rus, modo urbem praetulisse putandus est, vituperat, dum vitae rusticae commoda ostendit.*

AD VILLICVM SVVM.

Villice silvarum et mihi me reddentis agelli,
Quem tu fastidis, habitatum quinque focis et
Quinque bonos solitum Variam dimittere patres,
Certemus, spinas animone ego fortius an tu
Evellas agro et melior sit Horatius an res.
Me quamvis Lamiae pietas et cura moratur
Fratrem maerentis, rapto de fratre dolentis
Insolabiliter, tamen istuc mens animusque
Fert et amat spatiis obstantia rumpere claustra.
Rure ego viventem, tu dicis in Vrbe beatum;

v. 5. *Horatius an res.* Pro *res* D. Heins. legere vult: *rus.* Heinsium sequitur Cun. Codd. mss. unanimiter exhibent *res.* Sed nihilominus negari potest Heinsii coniecturam perbelle quadrare in sensum verborum, nobisque ea pariter ac *Th. Schmidio* cum maxime placet.

---

v. 1. Romani villicos ruri habebant, qui ceteris servis praefecti totam agriculturam regerent, nos: *Gerichtsverwalter, Meier.* — *silvarum,* quarum mentionem fecit supr. Carm. III, 16, 29.: *Purae rivus aquae silvaque iugerum Paucorum.* Coll. Serm. II, 6, 3. Epist. I, 16, 5. — *quinque focis.* Comm. Cruq.: possessum a quinque bonis patribus. — *focis,* i. e. domibus. — Quinque familiarum boni patres (*rechtliche Vaeter*) negotiorum causa Variam se conferre solebant. — v. 4-5. Comm. Cruq.: Sensus est: videamus, utrum tu agrum, an ego fortius animum colam. — *Spinas* autem posuit, sollicitudines, curas, cupiditates, quae pungunt animum significans. — v. 6. De *Q. Aelio Lamia,* quem iam supra in Carm. Lib. I, 26. celebravit, vid. Index sub h. v. — Lamiarum duo erant fratres, *Q. Ael. Lamia* et *L. Ael. Lamia.* Quinti Lamiae mortem hic Lucius, frater, vehementer luget. — De *maerore* et *dolore* cf. Cic. Quaest. Tusc. IV, 8.: *dolor aegritudo animi vel ex mali alicuius praesentia vel ex absentia boni et ut maeror de solo dicitur animo et dolor de animo et corpore, ita dolor exterior et levior, maeror interior et gravior est.* — v. 8. *Insolabiliter.* Cruq.: ut nullum solatium admittat. — *istuc,* in agrum, ubi tu es. — v. 9. *spatio,* quae sunt in curriculo s. arena. — *obstantia claustra* sunt carceres, qui signo dato in altum tolluntur; *obstant* igitur atque impediunt equos, quo minus prius quam signum datum sit, prorumpant. — v. 14. *mediastinus,* nos: *Hausknecht.* — *ludos et balnea,* vide, quae Columella de Re Rust. I, 8. de villicis dixit. — v. 18. *Non eadem miramur.* Comm. Cruq.: non delectamur iisdem, non exoptamus cum admiratione. — *eo,* ideo, propterea, cf. Serm. I, 1, 56. I, 3, 30. II, 3, 120. — *tesqua.* Comm. Cruq.: loca aditu difficilia et inculta lingua Sabinorum sic nominantur; unde quaevis loca deserta, invia et completa sentibus eo nomine vocantur. — v. 21. *Fornix,* lupanar, cella fornicata ac subterranea, in qua scorta habitabant. — *uncta popina* ea fere est, quae optimis cibis plena redolet. — v. 22. *feret — uva.* Comm. Cruq.: Sensus est: odisti rus, quod male colis; nam citius, te villico, piper, quod in Italia non nascitur, feret, quam vinum, quo abundare consuevit. — v. 26. *salias terrae gra-*

ACR. [*Villice silvarum*] castigat villicum suum, quod illi ager sordeat, quem quinque aliquando possederunt senatores. [*Me quamvis*] festinare se dicit rus et velociter difficilia omnia itineris velle transire. [*Cui placet*] i. e. mihi, qui volo habitare in rure, odio est habitare in urbe, et tibi, qui vis habitare in urbe, odio est rus. [*Mediastynus*] h. e. in civitate et in media urbe vivens. *Astu* enim dicitur civitas. Vnde et Terentianum: *An in astu venit?* [*Tesqua*] loca deserta et difficilia. Lingua Sabinorum deserta et repleta sentibus sic nominantur. [*Ad strepitum*] non

POR. [*Villice silvarum*] ad villicum suum hanc epistolam scribit, in qua ostendit omnem hominem vitiosum. Proinde voluntatem suam et se simul cum aliis comparat. Sic et illum satirice interrogat, quae res utra peior sit. [*Habitat. quinq. focis*] quinque villis. [*Quinque bonos solitum Bariam*] qui olim quinque senatorum fuit. Baria autem est locus in Sabinis, celeberrimus agro. [*Et melior sit Horatius an res*] i. e. Horatius an pecunia. [*Et amat spatiis obstantia rumpere claustra*] i. e. conatur erumpere velut quibusdam carceribus impedientibus officii sui cursum, ad villam confecturus invadat. *Claustra* autem sunt carceres et est translatio ab equis Circensibus facta. [*Mediastynus*] incola mediae civitatis an in officio balneatoris *mediastynus.* [*Me constare mihi scis*] h. e. eundem esse me nosti, me nunquam de opere ruris mutare sententiam. [*Amoena vocat*] h. e. quod tibi displicet, alteri nedum mihi placet. [*Tesqua*] loca aspera et silvestria. [*Vncta*] opulenta, sic ipse alibi: *Accedes siccus ad unctum.* [*Et quod Angulus iste feret piper*] per hoc ostendit angulum quemdam sui agri non esse sic aptum vitibus, quando dixit potius illic piper et thus, quam uvam posse progigni, sicut Virg.: *Maria ante exurere, Turno quam sacras dabitur pinus.* Et est *uva* septimus casus. [*Terrae gravis*] quasi terrae gravis. [*Bovemque Disiunctum*

Cui placet alterius, sua nimirum est odio sors.
Stultus uterque locum immeritum causatur inique;
In culpa est animus, qui se non effugit umquam.
Tu mediastinus tacita prece rura petebas:
Nunc Vrbem et ludos et balnea villicus optas;
Me constare mihi scis, et discedere tristem,
Quandocumque trahunt invisa negotia Romam.
Non eadem miramur; eo disconvenit inter
Meque et te; nam, quae deserta et inhospita tesqua
Credis, amoena vocat, mecum qui sentit, et odit,
Quae tu pulchra putas. Fornix tibi et uncta popina
Incutiunt Vrbis desiderium, video, et quod
Angulus iste feret piper et thus ocius uva,
Nec vicina subest vinum praebere taberna
Quae possit tibi, nec meretrix tibicina, cuius
Ad strepitum salias terrae gravis: et tamen urges
Iampridem non tacta ligonibus arva bovemque

Disiunctum curas et strictis frondibus exples;
Addit opus pigro rivus, si decidit imber,
Multa mole docendus aprico parcere prato.
Nunc age, quid nostrum concentum dividat, audi.
Quem tenues decuere togae nitidique capilli,
Quem scis immunem Cinarae placuisse rapaci,
Quem bibulum liquidi media de luce Falerni,
Cena brevis iuvat et prope rivum somnus in herba;
Nec lusisse pudet, sed non incidere ludum.
Non istic obliquo oculo mea commoda quisquam
Limat, non odio obscuro morsuque venenat;
Rident vicini glebas et saxa moventem.
Cum servis urbana diaria rodere mavis,
Horum tu in numerum voto ruis; invidet usum
Lignorum et pecoris tibi calo argutus et horti.

---

vis, rustici, inprimis ebrii, gravius pulsant terram pedibus; *saliunt*, non saltant. — *urgere*, omni studio exercere s. facere aliquid. — v. 28. *stri-ctis frondibus exples*, i. e. saturas, exples. — v. 30. *Multa mole do-cendus*, i. e. aggeribus coercendus. — *aprico parcere prato*, i. e. ne in pratum rivo obnoxium se immittat. — v. 31. *concent. dividat*. Comm. Cruq.: cur non consonemus et in idem sentiamus. — v. 32. *togae tenues*, i. e. tenuibus filis factae, quales opponuntur *togae crassae* Serm. I, 3, 15. — *nitidiq. capilli*, λιπαροί, unguento delibuti, ut Carm. II, 7, 7-8.: *coronatus nitentes Malobathro Syrio capillos*. — *immunis*, sine munere, cf. Carm. IV, 12, 23. — v. 34. *media de luce* bibere, ut Graeci dicunt: ἀφ' ἡμέρας πίνειν, quod quidem in conviviis tempestivis fieri solebat. — v. 35. De Horatii animo frugaliter vivere solito vid. Carm. I, 20, 1. I, 31, 15 sqq. III, 1, 5-6. III, 3, 29. Serm. I, 6, 115 sqq. II, 6, 63 sqq. Epist. I, 5, init. — v. 36. *incidere*, abrumpere. — v. 37. *istic*, i. e. ruri. — *oculo obliquo*, maligno, ut vernacule dicere solemus: *scheel sehend*. — v. 38. *Limat*, vid. schol. Porphyrionis infra adpositum. — De invidia, quae Ho-ratium insectata est, cf. Epod. VI, 15.: *si quis atro dente me petiverit*. Carm. IV, 3, 16.: *Et iam dente minus mordeor invido*. — v. 40. *urbana diaria*, ἐφήμερα, victus quotidianus, i. e. quod in unius diei cibum servis et ancillis demensum datur, cibaria. — v. 41. *invidet usum — horti*. Comm. Cruq.: cum videt te lignis et oleribus abundare et lacte. — v. 42. *calo*, ξυλόφορος, militum servi, *calones* dicti, quia ligneas clavas gere-

---

cantum ut avidum meretricis exprimeret. [*Immunem*] sine damno, sine do-lore, sine munere et hoc praestitit pulchritudo. [*Pudet*] non pudet aliquando *curas*] i. e. otiosum pascis. [*Multa mole docendus*] docet praefossis tra-mitibus. Sic alibi ipse de fluvio: *Doctus iter melius*. [*Nec lusisse pu-det*] videtur ἀμφίβολον *lusisse*, utrum olim an nunc tantummodo ludo po-nendum esse credamus. [*Limat*] adtenuat, imminuit, adterit et invido oculo fascinat. [*Cum servis*] non cum servis nomen, sed cum servis ro-dere mavis et ex ambiguo haec est eligenda distinctio. [*Calo*] vel ab eo, quod frequenter advocetur, dicitur *calo*, vel quia κάλα Graece *ligna* di-cuntur et ille saepe vadit lignatum cum servis.

Optat ephippia bos piger, optat arare caballus;
Quam scit uterque, libens, censebo, exerceat artem.

EPISTOLA XV.

ARGUM. *Horatius ex acrioris pituitae defluxu in oculos vehementer affectus, ut lavacris calidis ei malo mederetur, Baias proficisci sole-bat. Antonius autem Musa medicus ad defluxionem retundendam dixit ablutiones frigidas esse utiliores; eique suasit accedere Clusi-nos fontes aut Gabios, quos expertus fortassis Horatius dolorem non mitigare aut etiam quod maritimis magis gauderet, (minime, in-quam; sanus enim factus per tempus hiemale tantum in ea regione commorari volebat, quae sanitati aptior esset) scripsit Valae (Vaa-lae, ut Cruq. scribit), ut ex eius literis cognosceret, inprimis aë-ris Velini et Salernini temperiem; deinde utra regio frumenti es-set abundantior et aquae bonitate praestantior. De vino Velino et Salernino nihil esse, quod scribat; nam domi se quidem et in agro suo posse sumptu modico vitam tolerare et quidvis perferre; sed ad maritimos tractus ubi venerit, vinum se requirere, quod est genero-sissimum et apparatum ciborum eduliorumque non minus lautum cum ad animi iucunditatem, tum ad corporis vires confirmandas; quod ut fiat expeditius, postremum nosse desiderat ex eius scriptis, Velinusne ager an Salerninus fertilius lepores alat et apros, cum piscium marinorum copia, ut laetus domum beneque habitus reverti possit: hoc enim vitae genus sibi gratum esse, quod Maenio cuidam nepoti non displicuerat, qui splendide sese et opipare nutriebat, domi quidem dum voraret hereditaria bona; foris vero partim divitibus scurrando, partim maledicendo, tantisper dum relictus a fautoribus suis, vilissimoque cibo domi coactus victitare, diceret, qui sua bona comessent, eos se non mirari, ut qui vitae praeteritae non immemor, delicatissima quaeque condimentorum genera palato non ignoraret sapidissima. Cruq. — De hac epistola ingeniose scripsit Wielan-dius, quae sequuntur: Der ganze Brief ist in einer sehr jovia-len Stimmung geschrieben und hat mehr als die meisten übrigen von der anmuthigen Nachlaessigkeit, welche den Nachah-mern so leicht scheint und gerade von allen Schreibarten die un-nachahmlichste ist. Gleichwol ist es nicht die negligentia dili-gens, von welcher Cicero in einem Capitel seines Redners an M. Brutus spricht; nicht die schlaue Nachlaessigkeit, wo die Be-gierde zu gefallen gleichsam im Hinterhalte liegt, und die Kunst sich nur versteckt, um desto sicherer zu überraschen. Es scheint vielmehr die von aller Kunst und Absicht entbloesste Nachlaessigkeit des Witzes und der Laune zu seyn, wo man anfaengt, ohne zu*

---

bant, quas Graeci κάλα vocant. — *argutus*, callidus, vafer. — v. 43. *ephip-pia*, ἐφίππια, stragula equi, sedendi causa. *Vossius* hunc versum verna-cule interpretatus est: *Reitzeug wünscht unlustig der Stier und zu pflügen der Klepper*, i. e. nemo sua sorte contentus laudat alia sequen-tes. Proverbium exprimit vulgatissimum. — v. 44. *Quam — artem*. Proverbium ex Aristoph. Vesp. v. 1422. notum: Ἔρδοι τις, ἣν ἕκαστος εἰδείη, τέχνην.

---

lusisse, sed non desinere erubescimus. [*Ephippia*] alii segmenta, nonnulli ea per iugum equis, curribus imponuntur. [*Exerceat artem*] i. e. ut tu ruri sis colens artem tuam, quam cepisti, et ille calo tibi invideus in urbe remaneat.

wissen, wie man aufhoeren wird; wo die Feder von selbst zu gehen scheint, Gedanken und Ausdrücke, so wie sie sich darstellen, ohne Untersuchung passiren und der Schreiber in der leichtsinnigen Froehlichkeit seines Herzens sich von keiner Moeglichkeit, dass ihm etwas übel genommen werden koenne, traeumen laesst.

AD NVMONIVM VALAM.

Quae sit hiems Veliae, quod caelum, Vala, Salerni,
Quorum hominum regio et qualis via (nam mihi Baias
Musa supervacuas Antonius, et tamen illis
Me facit invisum, gelida quum perluor unda
Per medium frigus. Sane murteta relinqui,

v. 1-25. Oratio, inquit *Doer.*, duabus longioribus parenthesibus interrupta, usque ad versum vicesimum quintum progreditur. Exemplum eiusmodi longioris parentheseos iam supr. Serm. I, 7, 10 sqq. occurrebat. Sensus verborum fere hic est: *Par est te scribere, nos tibi accredere* (v. 25.), *quae sit hiems — qualis via* (v. 1-2.), *maior utrum populum — iugis aquae* (v. 14-16.), *tractus uter — celent* (v. 22-23). Reliqua in parenthesi posita proferuntur. — *Quae — quod*, qualis — quale. — *Quorum hominum reg.* Comm. Cruq.: qui mores, quae vitae ratio. — *Antonius Musa.* Comm. Cruq.: Antonius Musa aegritudine Augusti artem suam illustravit; nam cum dolore arthritico laboraret et ad summam maciem perductus esset, curante Aemilio medico, qui eum adeo calidis curabat, ut tectum cubiculi eius velleribus muniret, hic postea in contrarium versis omnibus, non solum perfusionibus frigidis, sed etiam gargarismis Cicerninae aquae, quae est Atellae in domo Caesaris, et potionibus usus est, ita ut intra breve tempus eum curaret; ob quam causam ab Augusto usque ad sestertium quadringenties ex senatus consulto accepit. Hic autem Musa Horatio iussit, (corrige: Musa Horatium iusserat — uti) ut lavacro frigido uteretur propter oculorum dolorem. — *supervacuas*, inutiles, nihil agentes. — v. 3. Et, tametsi de Antonii Musae sententia Baiarum aquas contemnam et relinquam, mihi tamen Baiae quodammodo sunt iratae et me oderunt, quod frigidis aquis utar per medium frigus. — v. 5. *murteta*, myrteta, loca myrtis consita. — v. 6. *cessant.*

ACR. [*Quae sit hiems Veliae*] ὑπέρβατον abhinc usque ad ultimum versum: *Scribere te nobis, tibi nos accredere par est.* [*Salerni*] Velia et Salernum oppida sunt Lucaniae, Salernum a salis copia dictum est. Consulit Vallam, quid sentiat de salubritate regionis, quoniam ipse Horatius nolebat Baias ire. [*Nam mihi Baias*] mire, quod Baiae hanc iniuriam sentiant, si illis frigida etiam frigoribus mediis praeferantur. [*Musa*] Antonius Musa, Augusti Caesaris medicus, Horatium iusserat, ut ipse lavacro uteretur, propter oculorum dolorem. [*Myrteta*] proprie sunt aquae sulphureae atque salubres ad quasdam infirmitates depellendas, quales erant apud Baias, ad quas frequenter ex diversis partibus affluebant; sed postquam ob longitudinem itineris coepissent derelinqui et ad Clusinos

POR. [*Quae sit hiems*] scribit satirice de Baiarum luxuria, tangitque eas, quam in penuria habeant potestatem et est in hac epistola ὑπέρβατον longum, quod hoc ordine solvitur: *Quae sit hiems Veliae, quod caelum, Valla, Salerni, quorum hominum regio et qualis via, Tractus uter plures lepores, uter educet apros, utra magis pisces et echinos aequora celent, scribere te nobis, tibi nos accredere par est.* [*Nam mihi Baias Musa supervacuas*] ne mihi qui urbanum opus sit, ad curam corporis, facit Antonius Musa, medicus Imperatoris, facit consuetudo la-

Dictaque cessantem nervis elidere morbum
Sulphura contemni, vicus gemit, invidus aegris,
Qui caput et stomachum supponere fontibus audent
Clusinis, Gabiosque petunt et frigida rura.
Mutandus locus est et deversoria nota
Praeteragendus equus. „*Quo tendis? non mihi Cumas*
Est iter aut Baias,“ laeva stomachosus habena
Dicet eques; sed equi frenato est auris in ore.)
Maior utrum populum frumenti copia pascat;
Collectosne bibant imbres puteosne perennes
Iugis aquae; (nam vina nihil moror illius orae.

morbum. Comm. Cruq.: pigrum et nervis inhaerentem. — *elidere*, depellere. — v. 7. *vicus gemit*, incolae eius vehementer dolent. — *invidus aegris*, indignantes aegris balnea frigida alibi petentibus. — v. 9. *frigida rura*, loca montana. — v. 10. *deversorium*, locus s. hospitium, a via paulisper remotum, ad quod de itinere *devertimus*, ut ab eo nos reficiamus. — v. 11. *Quo tendis?* Comm. Cruq.: ad equum loquitur. Ordo est: *Eques stomachosus laeva habena dicet equo suo: quo tendis? non est mihi iter Cumas aut Baias.* — v. 13. *Sed — in ore.* Verborum ordo: *sed auris equi est in ore frenato.* — v. 16. *Iugis aquae*, vid. Serm. II, 6, 2. ibiq. not. Defendit lectionem *Iugis* [alii: *Dulcis* legunt,] *Obbarius.* Videatur in *Th. Schmidii* Horatii epistolarum editione. — *nihil moror*, non curo, non mihi opus est de illis quaerere. — v. 18. *generosum et lene*, ut supr. Carm. Lib. I, 7, 19. III, 21, 8. coll. III, 29, 2. — *requiro*, ex aliis nempe regionibus. — *Maenius ut rebus maternis atque paternis fortiter absumptis urbanus coepit haberi, scurra vagus, non qui certum praesepe teneret* etc. Egregia parasiti adumbratio, coloribus Graecorum poetarum, maxime comicorum, interstincta. *Vrbanum* dixit Maenium, tanquam scurram, salse et facete dictis coenas captantem, ridiculum, ἀστεῖον, γελωτοποιόν. Vid. *Mitsch.* in Racem. Venus. Fasc. IV. [ubi novam interpretationem loci dedit, qui Serm. II, 3, 166.: *quid enim differt — an nunquam utare paratis*, legitur: „Poeta nihil aliud voluisse

fontes et ad Gabios, ubi erant frigidae aquae, coepissent concurrere, intermissis Baiis, dicit, quod ipse vicus coepit ingemescere, contemptus in aquis suis. Dicit autem *Myrteta*, quasi mortueta, quod omnes animae mortuorum inde inferos petere credantur. [*Clusinis*] Clusinae et Gabi-

vationis meae, quod mediis frigoribus perluor. [*Cessantem morbum*] aut generaliter quemlibet morbum aut podagram intellige et adiecit sulphureas aquas et Baianos vapores. [*Sane myrteta relinqui*] sane, inquit, aquas frigidas petunt, propter quam rem gemit et irascitur visus deseri, Musa suadente. *Myrteta* vulgo myrtarias dicunt. [*Audet*] utpote aegri ad aquas frigidas pergentes. [*Mutandus locus est*] praesertim homini, qui non tam medicum, quam delicias petit. [*Deversoria nota*] σύλληψις, i. e. mutanda. [*Quo tendis? non mihi Cumas*] nunc hoc tanquam ad equum loquitur, secundum consuetudinem vertentem. [*Sed equi frenato est auris in ore*] in equi ore frenato est, inquit, auricula, quae captat famam locorum et prout cognovit, iter dirigit aut devertit et est suavis ἀλληγορία, qua significat voluptatem magis homines captare, quam curam corporis. [*Populum*] civitatem, ut si diceret: *Vtinam Cumas aut Baias.* Sic Virg.: *Ac veluti magno in populo.* [*Nihil moror illius orae*] qui

Rure meo possum quidvis perferre patique;
Ad mare quum veni, generosum et lene requiro,
Quod curas abigat, quod cum spe divite manet
In venas animumque meum, quod verba ministret,
Quod me Lucanae iuvenem commendet amicae.)
Tractus uter plures lepores, uter educet apros;
Vtra magis pisces et echinos aequora celent,
Pinguis ut inde domum possim Phaeaxque reverti,
Scribere te nobis, tibi nos adcredere par est.
Maenius, ut rebus maternis atque paternis
Fortiter absumptis urbanus coepit haberi,
Scurra vagus, non qui certum praesepe teneret,
Impransus non qui civem dignosceret hoste,

---

videtur quam hoc: Si consequendorum honorum causa tua bona profundis, hoc perinde est, ac si illa inutiliter abiicias; itaque non minus insanis, quam avarus, qui non utitur congesto acervo. Ambitiosus enim non magis ullum fructum ex opibus suis profusis percipit, quam avarus ex suis reconditis; quandoquidem Stoicis nihil vanius, nihil inanius erat gloria, opes adeo, pro consequendis honoribus, h. e. pro re nullius prorsus aestimationis effusae, inutiliter, h. e. in barathrum abiectae videri debent.] — v. 27. *absumere*, pessum dare, vid. Carm. II, 14, 25.: *Absumet haeres Caecuba dignior Servata centum clavibus.* — *praesepe*, φάτνη, *Krippe.* — v. 29. Lamb.: qui siccus et impransus ita ferus erat et inhumanus, ut civem ab hoste non distingueret, sed cuivis petulantissime malediceret atque haec tam libera atque impunita petulantia ac maledicentia facilem ei ad divitum mensas aditum patefaciebat, ne quod in se cri-

---

nae aquae frigidae sunt, Clusinae in Hetruria, Gabinae in Sabinis. [*Phaeaxq. reverti*] Phaeaces enim, quorum rex Alcinous fuit, luxuriose vivebant, ut ait Homerus. [*Scibere te nobis*] hic versus principia epistolae concludit. [*Menius ut rebus maternis atque paternis*] Menius iste nobilis fuit, sed consumptis suis patrimoniis et pecuniis, ingluvies causa scurra effectus est et vorator, ita ut quidquid inveniret in macello et in aliis locis consumeret etiam vi et fautores suos, quos suis lenociniis decipiebat, eorum bona devorando spoliabat. [*Menius ut rebus*] quia de se luxurioso locutus erat, subiicit fabulam de Menio. Menius hic Pantolabus dictus est ab eo, quod quidquid afferebatur, acciperet. Erat autem et urbanus et mordax. Itaque dabant illi et qui urbanitate delectabantur et qui mordacitatem timebant illius. [*Nec qui civem dignosceret hoste*] h. e. cum esuriret et cuilibet malediceret, ut altius placere posset, a quo se pasci

non patior. [*Generosum et lene requiro, Quod me Lucanae*] inter omnia, quae vino accidunt et illud est maximum, quod vires praestat in Venerem. Hoc est ergo, quod dixit, quod iuvenem commendat amicae, i. e, fortem et amabilem amicae reddat, ut iuvenem. [*Phaeax*] pinguis et voluptuarius, ut alibi ait: *Sponsi Penelopes Alcinoique In cute curanda plus aequo operata iuventus.* Hanc enim opinionem de his Homerus in Odyssea posuit. [*Menius ut rebus paternis atque maternis*] hic Menius et alibi ab Horatio compellatur ut scurra et satirice absentem Menium carpit. [*Praesepe*] ταπείνωσις et satirice pro mensa. Sic Plautus in Curcul. [*Impransus*] ideo iratus ob hoc ipsum. [*Omasi*] visceris bubuli.

Quaelibet in quemvis opprobria fingere saevus,
Pernicies et tempestas barathrumque macelli,
Quidquid quaesierat, ventri donabat avaro.
Hic, ubi nequitiae fautoribus et timidis nil
Aut paullum abstulerat, patinas cenabat omasi
Vilis et agninae, tribus ursis quod satis esset.
Scilicet ut ventres lamna candente nepotum
Diceret urendos corrector Bestius. Idem
Quidquid erat nactus praedae maioris, ubi omne
Verterat in fumum et cinerem, *Non hercule miror,*
Aiebat, *si qui comedunt bona, quum sit obeso*
Nil melius turdo, nil vulva pulchrius ampla.
Nimirum hic ego sum; nam tuta et parvula laudo,
Quum res deficiunt, satis inter vilia fortis;
Verum ubi quid melius contingit et unctius, idem
Vos sapere et solos aio bene vivere, quorum
Conspicitur nitidis fundata pecunia villis.

---

men confingeret, metuentium. — v. 30. *fingere saevus*, i. e. saevus, acerbus in fingendis in quemvis criminibus. — v. 31. *barathrumque macelli*, i. e. qui, quaecunque e macello obsonia petuntur, devoraret et in ventrem, tanquam in barathrum quoddam, coniiceret atque abderet. De *macello* vid. supr. ad Serm. II, 3, 229. — v. 34. *omasi*, nos: *Kaldaunen.* — v. 36-37. *corrector Bestius.* Sic hunc locum restituit Bentleius, qui sensum verborum ita interpretatus est: Hic Maenius, ubi nihil uncti et opipari habuit, vilibus cibis se avide implebat; scilicet ut diceret (Maenius) nepotum ventres lamna candente urendos esse *corrector Bestius*, i. e. tanquam alter Bestius. Nimirum εἰρωνικῶς et invidiose *corrector* dicitur, qui, ut hic Maenius, aut alios castigat ipse eiusdem culpae reus aut qui in aliis reprehendit, quod ipse prae re domi angusta imitari non potest. — *Laminae*, per syncopen *lamnae*, erant crustae ferreae, quae igni candefactae admovebantur nocentium corporibus. Vid. Galen. (Lib. VI.): εἰώθασι καὶ νῦν ποιεῖν οἱ τοὺς ἁμαρτανόντας οἰκέτας καταδικάζοντες, τῶν μὲν ἀποδιδρασκόντων τὰ σκέλη καίοντές τε καὶ κατασχάζοντες καὶ παίοντες· τῶν δὲ κλεπτόντων τὰς χεῖρας, ὥσπερ καὶ τῶν γαστριμάργων τὴν γαστέρα, καὶ τῶν φλυαρούντων τὴν γλῶτταν. — v. 38. *praedae maioris.* Praeda maior opponitur isti, quod *nil aut paullum* dixit, vid. v. 34. — v. 39. *Verterat in fumum.* Comm. Cruq.: quum omnia devorasset. — v. 40. *obeso — turdo.* De huiusmodi cibis lautioribus vid. Serm. I, 5, 72. Serm. II, 5, 10. — v. 41. *vulva*, sc. suilla, μήτρα ὑεῖα, vid. Athen. Lib. III. cap. 21. pag. 100. ed. Casaub. — *ampla.* Cruq.: eiecticia, quae suis primiparae erat optima ganeonibus. — v. 42. *Nimirum hic*

---

vellet. [*Nil*] de parcis, de parum luxuriosis. [*Omasi*] *Omasus* proprie caro bubulina. [*Nepotum*] i. e, cum non haberet luxuriosos, alios insectabatur, ut ab iisdem pasceretur.

[*Nepotum*] nequam et luxuriosorum. [*Verterat in fumum et cinerem*] comederat atque absumpserat. [*Pecunia*] res familiaris.

EPISTOLA XVI.

ARGUM. *Situm fundi sui paucis delineat Horatius, ut quid ferre possit, ipse coniectet Quinctius, nimirum eum esse in umbrosa valle, solis ortu et occasu illustrata temperataque, nec fonte minus amoena quam rivo ex eo decurrente tam infirmo capiti quam alvo salubri. Sed quod ibi quasi in suis latebris non recte vivere fortassis Horatio improperaverat, Quinctio respondet, eum recte vivere, qui qualem se dici gaudet, talis revera existit, hoc dicto satis amare notans, Quinctium non esse virum bonum sapientemque, ut qui ex sententia et applausu populi existimet aut beatum se aut miserum, non etiam ex recti conscientia, quasi nesciat populum quovis vento leviorem nunc honores largiri, nunc adimere; nunc vanis laudibus aures permulcere, nunc multis opprobriis afficere, quibus certe rebus aut delectari vehementer aut dolere stultorum est; qui se quoque bonos simulant legesque et iura servare fingunt, ut ab imperita multitudine commendentur, quando animo sint impurissimo turpissimoque, nec nisi, servorum more, metu poenae quidquam boni meditentur; sacra quidem in propatulo diis facientes, at si spes sit, Laverna propitia, latendi, suumque turpitudinem celandi, iusti sanctique praetextu, fures sunt rapacissimi, miscentes sacra profanis et ad vilissima quaeque se demittentes, ut adimpleant habendi sitim, cupidi metuque perditi semper in augenda re. Quod quam procul sit a viro bono sapienteque, docet exemplo Bacchi, qui nullis minis, ne mortis quidem metu potuit adduci, ut quid praeter decorum faceret. Cruq. — Ceterum de Quinctio scripsit Obbarius, Vir doctissimus, refutavitque Wielandii sententiam; nec non comprobatum ivit epistolam ā. u. DCCXXXII. fuisse scriptam. Vid. Archiv für Philol. und Paedagog. I Bd. IV Hft.* 1832. *pag.* 576 *sqq.*

AD QVINCTIVM.

Ne perconteris, fundus meus, optime Quincti,
Arvo pascat herum, an baccis opulentet olivae,
Pomisne, an pratis, an amicta vitibus ulmo:
Scribetur tibi forma loquaciter et situs agri.

ego sum, i. e. talis ego sum, ait poeta, Maenio nimirum, quod ad animum utrique sorti sese accommodantem adtinet, similis. — *tuta*, quippe quibus nemo invideat. — v. 43. *fortis*, ut Stoicus. — v. 44. *unctius*, lautius, delicatius. — v. 46. Si quid melius mihi contingit, eos tantum felices praedico, in quorum villis splendidissimis pecunia bene ac tuto collocata est.

v. 1-2. *Arvo pascat herum.* Comm. Cruq.: frugibus; *arvum* autem ab *arando* dictum est, ager segetis ferax et praeparatus frumento seminando. — v. 3. *an amicta vitibus ulmo.* Vitibus ulmi amiciri solebant, ut satis notum est, quo modo vinum significat. — v. 4. *loquaciter*, copio-

ACR. [*Ne perconteris*] Quintium adloquitur de situ agri sui et ex obliquo loquitur de aequanimitate et temperantia sua, quare contentus parvo esse debeat unusquisque. Arguit et quosdam dissimulatis vitiis magis bonos videri velle quam esse, et laudari quam fieri. [*Arvo*] *arvus*

POR. [*Ne perconteris*] i. e. ne forte perconteris, scribetur tibi forma loquaciter et situs agri. Scribit autem Quintio de aequanimitate ac temperantia, quare se parvo esse contentum demonstrat, arguens alios dissimulantes vitia magis bonos videri velle, quam fieri. [*Amicta*] vestita,

Continui montes, ni dissocientur opaca
Valle; sed ut veniens dextrum latus adspiciat Sol,
Laevum discedens curru fugiente vaporet.
Temperiem laudes. Quid, si rubicunda benigni
Corna vepres et pruna ferant? si quercus et ilex
Multa fruge pecus, multa dominum iuvet umbra?
Dicas adductum propius frondere Tarentum.
Fons etiam rivo dare nomen idoneus, ut nec
Frigidior Thracam, nec purior ambiat Hebrus,
Infirmo capiti fluit utilis, utilis alvo.
Hae latebrae dulces, etiam, si credis, amoenae
Incolumem tibi me praestant Septembribus horis.
Tu recte vivis, si curas esse, quod audis.

sius, verbis pluribus. — v. 5. *Continui* essent *montes*, *ni* etc. Vallis, quam hic innuit poeta, *Vstica* appellatur, cf. Carm. I, 17, 11. — *opaca*, umbrosa. — v. 6. *veniens Sol*, oriens, *dextrum latus ads.*, in latus dextrum radios demittit. — v. 7. *fugiente curru*, nam ad occasum celeriter pergit. — *vaporet* Vossius interpretatur: *umdunstet.* — v. 8. *Temperies* idem est, quod Graecis dicitur: *κλίμα*, quod quidem illius regionis, in qua Horatii fundus erat situs, admodum fuit mite, ut apparet ex Carm. I, 17, 17. Serm. II, 3, 10. — v. 9. *Corna*, nos: *Cornellen.* Vid. Virg. Aen. III, 649.: *lapidosaque corna.* — *pruna*, sc. silvestria. — *vepres*, i. q. vernacule dixeris: *Hecken.* — *benigni*, versu octavo, i. e. largi, procul dubio lectio est exquisitior. — v. 10. *fruge*, i. e. glande. — v. 11. Cruq.: Sinus Tarentinus inter duo promontoria est, Salen ab oriente et Lacinium ab occidente; Tarentum autem est in depresso solo; quae tamen arx aedificata est, paululum altius adtollitur, inquit Strabo (Lib. VI.); quare non inepte confert agri sui situm cum situ urbis Tarenti. — *Fons dare idoneus*, *ἱκανὸς δίδοναι*, cf. Epist. I, 2, 27. — Digentiam, de qua vid. *Index*, intellige. — v. 14. *utilis*, salubris, quod poeta cum vi repetivit. Nihilominus pro primo legitur *aptus et*, ex glossa scilicet. — v. 15. *latebrae*, ut Epist. I, 14, 24.: *angulus iste.* — v. 16. *Septembr. horis.* Comm. Cruq.: auctumni tempore, quo graviores regnant morbi. — *Incol. praestant*, me tibi sanum servant. *Hora* saepius de anni aetate. — v. 17. *Tu recte vi-*

ager dicitur segetis ferax et praeparatus frumento. [*Loquaciter*] quod Graeci *λαλιστὶ* non poetice dicunt, sed quasi prosa oratione et communi sermone ac simplicibus verbis. [*Continui montes*] modo describit situm agri sui, i. e. totus ille ager meus unus mons esset, nisi dissociarentur ipsi montes valle in medio iacente, per quod ostendit illum agrum inter duos montes iacere. [*Propius frondere Tarentum*] ut ita ager meus amoenus

maritata. [*Loquaciter*] bene *loquaciter*, quasi curiose audituro ac scire cupienti. [*Continui montes*] deest quidem, ut sit: continui quidem, nisi dissocientur opaca valle. Vnde intelligit agrum suum in valle inter continuos montes iacere. [*Dextrum latus*] vallis dextrum dicit latus orienti soli obiectum, sinistrum occidenti, temperiem regionis illius. [*Frondere Tarentum*] et hoc facete. Et nota Horatium in Italia nihil magis laudare quam Tibur et Tarentum. [*Fons etiam rivo dare nomen idoneus*] fons Baudinus, e rivo, qui Digentia dicitur. Ergo magnus fons, siquidem ab illo rivus non sine nomine. [*Et Septembrib. horis*] quo tempore in urbe

Iactamus iam pridem omnis te Roma beatum;
Sed vereor, ne cui de te plus quam tibi credas,
Neve putes alium sapiente bonoque beatum,
Neu, si te populus sanum recteque valentem
Dictitet, occultam febrem sub tempus edendi
Dissimules, donec manibus tremor incidat unctis.
Stultorum incurata pudor malus ulcera celat.
Si quis bella tibi terra pugnata marique
Dicat, et his verbis vacuas permulceat aures:

---

vis — audis. Cruq.: Perinde ac si dicat, ego studeo talis esse, qualem velim me loqui famam; tu, o Quincti, idem facito; omnes Romani iamdudum clamant te esse beatum, tu effice, ut vere sis beatus. Hoc autem dictum est Socraticum, cuius meminit Cic. de Off. II, 12, 43. hanc viam ad gloriam proximam et quasi compendiariam dicebat esse, si quis id ageret, ut, qualis haberi vellet, talis esset. — Torrent.: Dignus perpetua memoria Aeschyli (Sept. adv. Theb. 698.) de Amphiarao senarius, a Platone, Nazianzeno aliisque crebro laudatus: *οὐ γὰρ δοκεῖν ἄριστος, ἀλλ' εἶναι θέλει.* — *audis*, diceris, vid. ad Epist. I, 7, 37. — v. 20. *alium sapiente bonoque, ἄλλον τοῦ σοφοῦ.* — v. 21-23. *Neu, si — unctis.* Comm. Cruq.: trahit exemplum de febricitantibus, qui cupiditate gulae provocati simulant in convivio febre se non laborare, ut liberius possint cibis quibusdam vesci, donec super ipsum cibum manus tremulae reddantur; et sicut is est stultus, qui plus credit aliis, quam sibi, quum habeat febre vitiorum mentem repletam: ita non est sapiens, qui propter applausum et vulgi rumorem se beatum putat. — *Dictitet*, usque proclamitet.— v. 24. *pudor malus, αἰδὼς κακή, falsche Schaam.* — *incurata ulcera* eaque sunt, quae ut nimis neglecta plerumque sanari nequeunt. Sic quoque, inquit Cruq., stultorum est, animi celare vitia sub praetextu viri boni. — v. 26. *Dicat*, canat. — *vacuae* sunt *aures*, quae adulationibus patent. — *permulcere* verbum sollenne de cuiusvis generis blandimentis.

---

dicatur, sicut est Tarentum. [*Tu recte vivis*] i. e. si iam recte vives, ut refert opinio tua. [*Febrem*] trahit exemplum de febricitantibus, qui cupiditate gulae provocati simulant in convivio febre se non laborare, ut liberius possint cibis quibusque vesci, donec super ipsum cibum manus tremulae reddantur. Sed sicuti ille est stultus, qui plus credit convivantibus quam sibi; ita qui febre vitiorum mentem habet repletam, stultus computabitur, si propter favorem vulgi se beatum putat. [*Si quis bella tibi*] si quis, inquit, laudes Augusti proprie ad illum pertinentes, tibi decantet, num quid auris accomodabitur illi? Addit ergo laudes Augusti, quas po-

facile morbo corpora tentantur, ex auctumni aestu noxio. [*Tu recte vivis*] h. e. si talis es, qualem te fama testatur ac per hoc bonus. [*Iactamus iampridem omnis te Roma beatum*] et hîc aperte ostendit, quod supra dixerat; *Si curas esse, quod audis.* Et est sensus: Iampridem omnes te iactamus beatum. [*Omnis Roma*] i. e. omnes Romani et est figura *μετωνυμία.* [*Sed vereor, ne cui*] hoc Persius aliter: *Ne te quaesiveris extra.* [*Neve putes alium sapiente bonoque beatum*] deest excepto sapiente bonoque. [*Neu si te populus sanum*] stultum est, inquit, alteri credere te beatum, excepto sapiente, dicenti, quia populo fidem habes, te sanum adseveranti, cum aegrum te scias et tibi debes temperare ab importunis cibis. [*Si quis bella tibi*] si quis pro tuis laudibus tibi di-

Tene magis salvum populus velit, an populum tu,
Servet in ambiguo, qui consulit et tibi et Vrbi,
Iupiter; Augusti laudes agnoscere possis;
Quum pateris sapiens emendatusque vocari,
Respondesne tuo, dic sodes, nomine? Nempe
Vir bonus et prudens dici delector ego ac tu.
Qui dedit hoc hodie, cras, si volet, auferet: ut si
Detulerit fasces indigno, detrahet idem.
Pone, meum est, inquit; pono tristisque recedo:
Idem si clamet furem, neget esse pudicum,
Contendat laqueo collum pressisse paternum:
Mordear opprobriis falsis mutemque colores?

— v. 27-28. *Tene — Iupiter.* Comm. Cruq.: Hic versus Varii in Panegyrico Augusti, quo utitur Horatius quasi assentator aliquis; ut eo permulceat aures Quinctii: et hoc exemplum est, ex quo quis intelligat, an vere ei dicatur: tu sapiens es. — Ostendit Caesaris erga populum amorem esse tantum, ut sit incertum, uter alterum magis diligat. — v. 30-31. *Quum pateris — vocari,* cum pateris te sapientem emendatumque vocari. — *tuo nomine,* tanquam pro nomine, quod te deceat. Num talis es, quali hoc nomen convenit? — v. 32. *ego ac tu,* ego non minus quam tu. — v. 35. *Pone, meum est,* i. e. depone, quod tibi dedi. — v. 36. Significat, neque nostram bonam existimationem ex oratione aut iudicio vulgi pendere, neque eam pertimescendam esse infamiam, quae ex levitate aut malevolentia populi, non ex culpa nostra nata sit. Quemadmodum igitur, inquit, si quis me virum fortem, sapientem, iustum, temperantem esse dicat, si ab his virtutibus longe absim, non debeam falsam illam de me praedicationem falsumque testimonium agnoscere neque probare, sic, si quis me furem, parricidam, impudicum esse criminetur, causa non sit, quare hoc maledicto commovear. — *pudicum,* qui alienam libidinem non est perpessus, qui muliebria non est passus. — v. 37. Comm. Cruq.: me strangulasse patrem, me parricidam esse. — v. 38. *morderi,* pungi,

---

pulus solitus erat ei decantare. [*Tene magis salvum populus velit*] an te velit populus magis salvum esse, an tu populum, o Auguste. [*In ambiguo qui consulit*] sed qui servet et te et populum Iuppiter, qui consulit et tibi et urbi. [*Augusti*] haec enim Varus de Augusto scripserat. [*Ego ac tu*] ac si diceret, etiamsi non mereamur. [*Laqueo collum pres-*

cat Caesaris laudes et addat hos versus: *Tene magis salvum populus velit an populum tu, servet, in ambiguo qui consulit et tibi et urbi, Iupiter,* qui sunt ex notissimo Panegyrico Augusti. Tu cum possis agnoscere et dicere, istae Caesaris laudes sunt, non meae, patieris ne te emendatum vocari et sapientem, quod ille est? et hoc ait. [*Tene magis salvum*] utrum magis populus velit te salvum servet Iupiter, qui consulit et tibi et urbi in ambiguo. Sensus autem hic ostendit: Tantum amorem Caesaris esse erga populum, ut incertum sit, uter alterum magis diligat. [*Augusti laudes*] Ordo et sensus: Cum possis cognoscere et est *ἀναστροφή.* [*Respondesne tuo, dic, sodes, nomine*] Ordo et sensus: *Respondesne tu, dic, sodes,* nempe vir bonus et sapiens nomine dici delector. *ἀρχαϊσμός,* figura. Virg.: *Et me crudelem nomine dicunt.* [*Ego ac tu*] h. e. et tu non minus quam ego. [*Qui dedit hoc hodie, cras, si volet,*

Falsus honor iuvat et mendax infamia terret
Quem nisi mendosum et mendacem? Vir bonus est quis?
Qui consulta patrum, qui leges iuraque servat,
Quo multae magnaeque secantur iudice lites,
Quo res sponsore et quo causae teste tenentur.
Sed videt hunc omnis domus et vicinia tota
Introrsum turpem, speciosum pelle decora.
„*Nec furtum feci, nec fugi,*“ si mihi dicat
Servus: *habes pretium, loris non ureris,* aio.
„*Non hominem occidi:*“ — *non pasces in cruce corvos.*
„*Sum bonus et frugi:*“ renuit negitatque Sabellus.
Cautus enim metuit foveam lupus, accipiterque

δάκνεσθαι, vid. Carm. Lib. IV, 3, 16. ibiq. notat. — *mutare colores*, sc. faciei. Significat, non semel, sed crebro pallorem ruboremque ire et redire. — v. 39-40. *nisi mendosum et mendacem.* Pro *mendacem* Bentl. dedit: *medicandum*, i. e. cui medicina, h. e. correctione s. emendatione opus est. Vulgata lectio autem Bentleii correctione non videtur indigere, quod iam Hunterus comprobatum ivit, cuius argumentatio his constat: Retinemus *mendacem*, quae lectio vulgaris est, quamque tuentur permulti ex libris scriptis, ut, perpenso totius epistolae scopo atque nexu, adhuc dispiciant eruditi, utrum Horatius de homine, qui mendosus simpliciter, ac proinde medicandus, agat, de eo etiam, qui *ulcera* sive menda sua non celet, sed, tanquam veritatem medico, qui remedium adhibere possit, fateatur; an de homine, qui, quamvis mendosus sit, ex malo tamen pudore etc. *occultam febrem dissimulet*, seque pro bono et prudenti, pro sapiente et emendato probare velit, quique adeo perpetuo mentiatur. — v. 41. *consulta patrum*, i. e. senatus consulta. — v. 42. *Quo — secantur iudice*, finiuntur, deciduntur. — v. 43. *Quo — sponsore*, qualis in Pandectis *fidei iussor* appellatur. Serm. II, 6, 23 sqq.: *Romae sponsorem me rapis* etc. — *tenentur*, sustinentur, ne labantur causae, ab iniuria vindicantur. — v. 46. Ostendit magnam partem hominum sese a maleficio ac peccato abstinere metu legum et poenae; boni autem viri appellationem ei soli convenire, qui sua sponte et virtutis studio, non metu coactus, recte faciat. — v. 49. *Sabellus*, Sabini. Comm. Cruq.: dominus scil. Horatius, in agro suo Sabino existens. Hoc in honorem gentis Sabinae pronunciavit. — v. 50. *metuit*, devitat, *φυλάττεται.* —

---

sisse paternum] si mihi dicat, quod meum patrem strangularim. [*Qui consulta patrum*] responsio tota est per ironiam. Ostendit enim talem hominem non veraciter esse bonum, sed cupientem se bonum videri et cupientem humanae laudis, quia omnia, quae facit, coactus lege peragit. [*Pelle decora*] i. e. solummodo fama bonum extrinsecus stimulatione virtutum. [*Lupus accipiterq. suspectos laqueos*] *ἀλληγορικῶς*, quoniam novi

auferet] si ideo sum sapiens, quia me dicit populus sapientem, sequitur, ut cum non dixerit, non sim. [*Mendosum*] vitiosum. [*Mendacem*] hoc est, non sanum. [*Vir bonus*] responsio est tota per ironiam, ostendit, ex hoc ipsum non esse, sed videri bonum. [*Sed videt hunc omnis domus*] quam non est fallere aede sua. [*Nec furtum feci*] hoc contra eos, qui se putant dignos laude, quia non comiserint, cur damnarentur. [*Cautus enim metuit foveam*] nimirum, inquit, si idem cavent etiam nequam bestiae. [*Sabellus*] Horatius,

Suspectos laqueos et opertum miluus hamum.
Oderunt peccare boni virtutis amore;
Tu nihil admittes in te formidine poenae;
Sit spes fallendi, miscebis sacra profanis:
Nam de mille fabae modiis quum surripis unum,
Damnum est, non facinus, mihi pacto lenius isto.
Vir bonus, omne forum quem spectat et omne tribunal,
Quandocumque Deos vel porco vel bove placat,
Iane pater! clare, clare quum dixit, *Apollo,*
Labra movet metuens audiri: *Pulchra Laverna,*
Da mihi fallere, da iusto sanctoque videri,
Noctem peccatis et fraudibus obiice nubem.

---

v. 51. *miluus*, vid. Plin. H. N. VIII, 26. ad piscium genus Coryphaenarum (*Doraden*) pertinere videtur. — v. 52. Similis sententia Biae legitur apud Stobaeum: *μὴ διὰ φόβον, ἀλλὰ διὰ τὸ δέον ἀπέχεσθαι χρεὼν ἁμαρτημάτων.* — v. 54. *spes fallendi.* Lamb.: si speres fore clam maleficium aut peccatum tuum etc. *fallere*, *λανθάνειν*, latere. — v. 56. Verborum ordo: *Damnum est mihi lenius isto pacto, facinus non est lenius.* — v. 57-62. *Vir bonus* etc. Comm. Cruq.: qui videtur, non vere est, sed quem populus probat, conferens in eum honores, dignitates, iudicia, — *εἰρωνικῶς.* — *Iane pater*, vid. Serm. II, 6, 20 sqq. — *clare*, clara et elata voce. Ianum et Apollinem, in foro victimam mactans, clara voce implorat, ita ut implorantis pietatem miretur populus; sed labris compressis Lavernam, quam vere colit, in partes suas vocat. — *Laverna.* Comm. Cruq.: *Laverna* in via Salaria lucum habet; est autem dea furum et simulacrum eius fures colunt et qui consilia sua volunt tacita; nam preces eius cum silentio exercentur; sic dicta fortasse a latendo, nam fures olim laterniones et laverniones dicebantur. — *Da mihi fallere*, effice, ut scelera mea alios lateant. — *da iusto sanctoque videri*, structura verborum Graeca, ex cuius ignorantia alii correxere: *Da iustum sanctumque videri.* — *Noctem — nubem* posuit pro densissimis tenebris et ignoratione, ne quis ea peccata, eas fraudes audire, videre, deprehendere

---

cavere dolos et malitiam tuam et his animalibus se comparat, quae decipi nequeunt. [*Nam de mille fabis*] Sensus est: Quando, inquit, tu furaris unum modium de mille, damnum est mihi levius isto pacto, non facinus, quoniam si auderes, totum abstulisses ac per hoc non minus es fur, quam si totum rapuisses. Hoc ex se Horatius. [*Laverna*] *Laverna* via Salaria lucum habet; est autem dea furum et simulacrum eius fures colunt aut quia consilia sua volunt tacita aut quia cum silentio preces eius exercentur. Dicta *Laverna* a *lavando*, nam fures lavatores dicuntur. Porro per syllogismum probat servum esse cupidum et avarum captivum illum

sed in hoc nomine est quaedam facies integritatis. Virg.: *Curibusque severis.* [*Oderunt peccare boni*] signate locutus est primum, *non timent peccare, sed oderunt.* Deinde non metu poenarum, sed amore virtutis. [*Formidine poenae*] deest sed. Vt sit: Nihil in te admittis, sed formidine poenae. [*Damnum est*] non tamen tu peccasti minus, quod perdidit, cui furatus es non minus, quam si totum abstulisses. Et hoc secundum Stoicos, qui paria dicunt esse peccata. [*Vir bonus*] ironia. [*Laverna*] *Laverna* est dea, quae furibus praeest. [*Qui melior servo*] Ordo: *Qui*

Quî melior servo, quî liberior sit avarus,
In triviis fixum quum se demittit ob assem,
Non video: nam qui cupiet, metuet quoque; porro
Qui metuens vivet, liber mihi non erit umquam.
Perdidit arma, locum virtutis deseruit, qui
Semper in augenda festinat et obruitur re.
Vendere quum possis captivum, occidere noli;
Serviet utiliter; sine pascat durus aretque;
Naviget ac mediis hiemet mercator in undis;
Annonae prosit, portet frumenta penusque.

---

aut cognoscere possit. — v. 63-66. Verborum ordo: *Non video, qui* (quomodo) *avarus, qui se demittit ob assem fixum in triviis, sit melior et liberior servo. — In triviis — ob assem.* Cruq.: a lusu puerili, quo in viis nummo fixo praetereuntes illuduntur, ad eum modum Persius (Sat. V, 111.): *Inque luto fixum possis transcendere nummum.* Ad quem Persii locum Cornutus adnotavit fere haecce: Solent pueri, ut ridendi causam habeant, assem in silice plumbatum affigere, ut qui viderint, se ad colligendum inclinent, nec tamen possint evellere; quo facto pueri etiam clamitare solent, etiam. Sed non opus est, ut de ludo puerili hîc cogitemus. Avarum intelligo, qui in triviis assem in luto fixum tollere non erubescit. — v. 67-68. Cruq.: *ῥίψασπις* et suae stationis et ordinis desertor, *λειποτάξιος ἢ φυγάς.* Hi in militia capite puniebantur; unde translationes hae sumptae sunt. Cf. Carm. II, 7, 9-10. — *locum deseruit*, *ἔλιπεν τὴν τάξιν.* — *festinat.* Lamb.: semper studet augendae rei, semper occupatus est in amplificanda re familiari. Vid. ad Epist. I, 1, 85. — *obruitur re*, i. e. pecunia, pecuniae acervo. — v. 69-72. *Vendere cum possis captivum* etc. Hominem avarum et nimio lucri studio deditum cum servo comparat hoc modo: Quemadmodum, inquit, captivum occidere non solemus, sed servamus, ut nobis usui sit, sic hominem avarum, nihil a captivo differentem, utpote qui se pecuniae tradiderit constringendum, neque a studio abducere neque occidere debemus, sed ei permittere, ut pascat, aret, naviget et ceteris servilibus muneribus per omnem vitam fungatur. — *sine pascat durus*, i. e. duri laboris patiens.

---

vult videri, qui pecuniae parandae servit. [*Pentheu*] hoc tractum est de tragoedia, in qua inducitur Liber pater a Pentheo iussus ligari et ipse, ut se solveret, sic Pentheo dixisse: *O Pentheu, si me ligaveris, te et bona tua subvertam.* Cui Pentheus: *Licet*, inquit, *omne pecus et rem ceteraque perdam, compedibus te tenebo*, et quia Pentheus illum ligavit, fulminatus est postea ipse ac domus eius, at Liber pater incolumis permansit. Quod simile sapienti viro est et bono, quem neque carcer, neque metus mortis, neque ulla vis potest in servitute retinere neque ullae divitiae.

melior servo sit avarus, non video. [*Vendere cum possis captivum*] hac comparatione vult ostendere, ita nos per stultitiam nos servire fortunae, ut captivi serviunt a dominis victoribus servati, scilicet non ex suo commodo, sed ex eorum humilitate, qui parcunt hominibus servituris sibi. [*Serviet utiliter*] h. e. ad omnia dicta audiens erit, ut stultus cupiditatibus et fortunae obsequens facit et patitur universa, quae dicit inferius. [*Vir bonus et sapiens audebit dicere: Pentheu*] haec praeludia de tragoedia sunt Bacchi, in qua inducitur Liber pater a rege Pentheo ligari ac iussu Iovis solvi. Quod simile sapienti est, qui carceris difficultatem et

Vir bonus et sapiens audebit dicere: *Pentheu,*
Rector Thebarum, quid me perferre patique
Indignum coges? „Adimam bona.“ *Nempe pecus, rem,*
Lectos, argentum: tollas licet. — „In manicis et
Compedibus saevo te sub custode tenebo.“ —
Ipse Deus, simul atque volam, me solvet. — Opinor,
Hoc sentit: „*Moriar;*“ mors ultima linea rerum est.

EPISTOLA XVII.

ARGUM. *Quomodo gratia ac familiaritate divitum et potentiorum uti debeat, Scaevam in hac epistola docet.*

AD SCAEVAM.

Quamvis, Scaeva, satis per te tibi consulis et scis,
Quo tandem pacto deceat maioribus uti;
Disce, docendus adhuc quae censet amiculus, ut si

— *Annonae prosit.* Lamb.: *annonam* (rem frumentariam) efficiat viliorem, tritico, vino, ceterisque rebus aliunde supportandis. — *penus*, *Bedarf*, vid. Cic. de Nat. D. II, 27.: *Penates sive a penu ducto nomine (est enim omne, quo vescuntur homines, penus) sive ab eo, quod penitus insideant.* — v. 73-74. Haec, quae deinceps sequuntur, ab Euripide paullum immutata mutuatus est Horatius. Conatus est autem his versibus hic poeta viri boni vereque sapientis libertatem animique magnitudinem et constantiam ante oculos ponere. Versus Euripidis sunt hi in Bacchis (492 sqq.) Dion.: *Εἴφ᾽ ὅτι παθεῖν δεῖ, τί με τὸ δεινὸν ἐργάσῃ;* Penth.: *πρῶτον μὲν ἁβρὸν βόστρυχον τεμῶ σέθεν.* Dion.: *Ἱερὸς ὁ πλόκαμος, τῷ Θεῷ δ᾽ αὐτὸν τρέφω.* Penth.: *ἔπειτα θύρσον τόνδε παράδος ἐκ χεροῖν.* Dion.: *Αὐτός μ᾽ ἀφαιροῦ, τὸν δὲ Διονύσου φορῶ.* Penth.: *εἱρκταῖσι τ᾽ ἔνδον σῶμα σὸν φυλάξομεν.* Dion.: *λύσει μ᾽ ὁ δαίμων αὐτός, ὅταν ἔγω θέλω.* — Per Bacchum intellige virum bonum et sapientem, quem neque carcer, nec metus mortis, nec ulla vis, nec divitiae possunt efficere servum. — v. 75. *rem*, sc. familiarem. — v. 76. *Lectos*, supellectilem. — v. 76-77. *In manicis — tenebo.* Cruq.: Pentheus vincula dura comminatur; *manicae* a manibus, quibus manus vinciuntur, ut *compedes* a pedibus dicuntur. — Hoc ultimum, inquit *Doer.*, a Baccho, Penthei potentiam ridente, ambigue dictum iam transfertur ad mortem sive ad Stoicorum *αὐτοχειρίαν.* Stoici enim, priusquam quid indecori in se admitterent, sibimet ipsis manum inferre praeferebant. — v. 79. *mors ultima linea rerum*, ultimus peracti cursus terminus, meta, calx, rerum humanarum finis. Est translatio a ludis Circensibus desumpta, vid. *Th. Schmid* ad hunc locum. — Vossius: *Vermuthlich Meinet er diess: Ich sterbe! Der Tod ist das Ende der Laufbahn.*

[*Hoc sentit, moriar*] poeta scite hoc sentit morte se posse liberari, quoniam haec sola omnium est finis malorum et nunc metaphora est a Libero patre. Sic ergo sapiens ridet minas tyranni, ut Deus Penthei.

mortem non metuit neque ulla vis potest eum in servitute retinere. [*Linea*] finis. Terentius: *Extrema linea amare, haud nihil est.*

Caecus iter monstrare velit: tamen adspice, si quid
Et nos, quod cures proprium fecisse, loquamur.
Si te grata quies et primam somnus in horam
Delectat, si te pulvis strepitusque rotarum,
Si laedit caupona: Ferentinum ire iubebo.
Nam neque divitibus contingunt gaudia solis;
Nec vixit male, qui natus moriensque fefellit.
Si prodesse tuis paulloque benignius ipsum

v. 1. *per te tibi consulis*, tua ipsius prudentia, sine alterius praecepto aut consilio. Cf. Epist. ad Pis. v. 366.: *quamvis per te sapis, hoc tibi dictum Tolle memor.* — v. 2. *deceat.* Cruq.: quo usque sit decorum et honestum, potentiores adire, salutare, ad forum subsequi, deducere aliaque humanitatis officia facere, sine turpis assentationis nota. — *maiores* hîc sunt potentiores, ut Serm. II, 1, 61. — *uti*, *χρῆσθαι.* — v. 4. *ut si — velit.* Graecum est proverbium: *μήτε τυφλὸν ὁδηγόν, μήτε ἀνόητον σύμβουλον.* — *adspice*, considera, tecum reputa. — v. 5. *quod cures propr. fecisse*, quae verba recte interpretatus est Porphyr. — v. 7. *pulvis strepitusq. rotarum*, nam in urbe huiusmodi strepitus nos offendit. — v. 8. *Si laedit caupona*, sc. cauponae strepitus. — *Ferentinum*, oppidum Hernicorum, infrequens et incelebre. — v. 10. *Nec — fefellit.* Erasm. Rot.: alludit ad proverbium Horatius, *λάθε βιώσας*, i. e. falle vivens. Quod admonet, in humili fortuna vitam esse feliciorem iis, qui obscure vivunt et a publicis negotiis ita semoti, ut cum vita decessissent, nemo illos vixisse sentiret. — v. 11. *paulloq. benignius*, liberalius, largius, lautius. — *accedes siccus ad unctum.* Comm. Cruq.: pauper et tenuis ad opulentum et locupletem. Torrentius interpretatur: *Siccus* ut, cum de potu agitur, *uvido*, sic, ubi de esu, recte *uncto* opponitur, falluntur que, qui ad unguenta transferunt. Vid. Carm. IV, 5, 39. — v. 13-15. Diogenes Laertius II, 68. hoc Diogenis in Aristippum dictum et Aristippi responsum sic refert in Aristippo et Diogene: *παριόντα ποτὲ αὐτὸν* (*'Αρίστιππον*) *λάχανα πλύνων Διογένης ἔσκωψε καί φησιν· εἰ ταῦτα ἔμαθες προςφέρεσθαι, οὐκ ἂν τυράννων αὐλὰς ἐθεράπευες. ὁ δέ, καὶ σύ, εἶπεν, εἴ περ ᾔδεις ἀνθρώποις ὁμιλεῖν, οὐκ ἂν λάχανα ἔπλυνες.* — *pranderet*, comederet. — *notat*, verbum *notare* Censorum sollenne, i. e. vituperat. — v. 18. *Mordacem.* Ad Cynicorum naturam adludit, quam Diogenes ipse his significat apud Diog. Laert. VI, 60.: *τοὺς μὲν διδόντας σαίνω, τοὺς δὲ μὴ διδόντας ὑλάκτω, τοὺς δὲ πονηροὺς δάκνω.* — v. 19. *Scurror ego ipse mihi.* Comm. Cruq.: mihi vivo, mihi scurriliter obsequor, tu, o Cynice, populi famam sectaris. Cruq.: *mihi*, i. e. in utilitatem meam. — *rectius hoc — multo est.* Iahn.: *hoc* referendum est ad verba *Scurror ego ipse mihi*, neque vero ad *populo tu*, ut Bothius volebat, qui propterea interpunctionem loci mutavit et post *tu* et *rex* punctum, post *multo est* comma posuit. Sed si verba *rectius — multo*

ACR. [*Quamvis Scaeva*] in initio huius epistolae hortatur Scaevam, quomodo amicitiae maiorum obsequi debeat et dicit illi, ut si taedeat eum manere in civitate propter strepitum et clamores tabernarum: transeat in Ferentinum oppidum desertum ac per hoc quietum. Praecepta vitae ad Lollium Scaevam, equitem Romanum, assectantem se potiores et laudat Aristippum Cyrenaicum, qui affectaverat cum regibus vivere. [*Neque divitibus contingunt gaudia solis*] Sensus est: Habet, inquit, et paupertas voluptates suas, si molestia careat in molestis locis. [*Qui natus moriensque fefellit*] h. e. qui latuit et natus et moriens ignoretur, qui fuit in obscuro. Est autem Epicureorum. [*Si pranderet olus*] ex historia sumptum exemplum, quod plerumque prosit amicitia maiorum, proponens duos philosophos, Diogenem, Cynicum, et Aristippum, sectae Epicureorum fautorem. Sic monet Diogenes Aristippum, Alexandri Magni sectatorem, qui contemnebat paupertatem. Quodam igitur die Diogeni olera colligenti dixit Aristippus: *Diogenes si sciret regibus uti, fastidiret olus.* Cui Diogenes: *Aristippus si nollet regibus uti, pranderet olus.* [*Mordacem Cynicum*] Antisthenem vel Diogenem, ut legitur in sequenti. [*Alat rex*] proverbium Graecum est: *ἵππος με φέρει, βασιλεύς με τρέφει.*

POR. [*Quamvis, Scaeva*] ad Scaevam Lollium, equitem Romanum, hac epistola scribitur, in qua dum artem obsequendi amicis maioribus monstrat Horatius satirico charactere adstruit severum et tristem hominem, suis molestiis in principum odium incurrere, quorum observantiam potiorem libero homini esse ait severitate. [*Quamvis*] *προθεράπευσις.* [*Deceat maioribus uti*] i. e. amicis, sed in consuetudine maiores dicimus. [*Amiculus*] *ὑποκόρισμα.* [*Vt si Caecus iter monstrare velit*] proverbialiter, quasi diceret: *sus Minervam docet.* [*Quod cures proprium fecisse*] h. e. quod eiusmodi sit, ut velis hoc ipsum pro tuo haberi. [*Si te grata quies*] bene non ante monet, quo pacto observandi colendique sint potiores, nisi prius ostenderit colendos esse. Igitur si te grata quies delectet, h. e. si otio delectaris, inquit, ex urbe proficiscere Ferentum, h. e. in desertum oppidum. Quo dicto etiam ostendit Romae haud aliquos esse otii amicos. [*Nam neque divitibus*] divites modo pro generosis posuit, ut Terentius: *Omnia habeo, neque quidquam habeo. Nihil enim mihi videtur deesse praeter amicos.* [*Moriensq. fefellit*] *fefellit*, mortuus latuit. Hoc autem proverbium Graecum: *λάθε βιώσας.* [*Si prodesse tuis*] *prodesse* autem tuis voles. [*Siccus ad unctum*] pauper ad opulentum. [*Si pranderet olus*] hoc dictum Diogenis Cynici fuit ad Aristippum Cyrenaicae sectae philosophum. Sensus autem est: Si aequo animo paupertate utamur, nunquam nos regibus obsecuturos: si regibus obsequeremur, nunquam paupertatis sordes aequo animo toleraturos esse. [*Si sciret*] astute, ut dignitatem huic sectae colendorum principum daret, invertit, quod erat reciprocum, h. e. si sapienter regibus uteretur, sed sic maluit: Si sciret, ut videretur more patiendi laborasse in regibus ferendis an sit labor. [*Vtrius horum*] Diogenis an Aristippi. [*Vel iunior audi*] quare *audi?* quia *iunior* et hîc ostendit, quod supra dixit: *Disce docendus adhuc.* [*Mordacem Cynicum sic eludebat*] et hoc bene, quasi cane morsum. [*Scurror ego ipse mihi*] propter me *scurror*, cum alteri obsequor. Et haec verba sunt Aristippi ad Diogenem. [*Equus ut me*

Te tractare voles, accedes siccus ad unctum.
Si pranderet olus patienter, regibus uti
Nollet Aristippus. — «Si sciret regibus uti,
Fastidiret olus, qui me notat.» — Vtrius horum
Verba probes et facta, doce, vel iunior audi,
Cur sit Aristippi potior sententia; namque
Mordacem Cynicum sic eludebat, ut aiunt:
Scurror ego ipse mihi, populo tu: rectius hoc et
Splendidius multo est. Equus ut me portet, alat rex,

Officium facio; tu poscis vilia rerum,
Dante minor, quamvis fers te nullius egentem. —
Omnis Aristippum decuit color et status et res,
Tentantem maiora, fere praesentibus aequum.
Contra, quem duplici panno patientia velat,
Mirabor, vitae via si conversa decebit.
Alter purpureum non exspectabit amictum,

est Horatius cum vv. *populo tu* iungere voluisset, scripsisset *rectius illud* etc. Etenim non recte monent, in duobus enuntiatis discernendis pronomen *hoc* ad posterius, *illud* ad remotius referendum esse. Vid. ad Serm. II, 2, 29. Immo *hoc* designat id, quod *potius* est et *propius* ad loquentem pertinet, *illud* autem id, cuius nulla aut minor est cum loquente coniunctio; et tum demum, cum utrumque enuntiatum idem valet, *hoc* ad proximum referri solet. Vid. ad Serm. II, 2, 36. — v. 21. *Officium facio*, je fais ma cour aux grans, ut Faber ad Phaedr. I, 29, 6. interpretatur. — *Tu poscis vilia rerum*, i. e. tu mendicas res viles. *Vilia rerum* ut Carm. IV, 12, 19.: *amarà curarum.* Serm. II, 2, 25.: *vana rerum.* Serm. II, 8, 83.: *ficta rerum.* Epist. ad Pis. v. 49.: *abdita rerum.* — v. 22. *Dante minor*, inferior, pauperior. — *quamvis — egentem.* Lamb.: quamvis ita te iactes atque ostentes, quasi nulla re egere videaris. — v. 23-24. *Omnis — color.* Comm. Cruq.: genus vitae et conditio. Serm. II, 1, 60.: *Dives, inops, Romae, seu fors ita iusserit, exsul, Quisquis erit vitae color.* — *Tentantem — aequum.* Lamb.: quaerentem quidem maiora seu meliora, praesentibus autem fere contentum, praesentia aequo animo ferentem. Sic Isocrat. ad Demon. §. 60.: *στέργε μὲν τὰ παρόντα, ζήτει δὲ τὰ βελτίω.* — v. 25. Similiter Lucian. (Vitar. Auct. 9. pag. 549. ed. Reitz.): *πρῶτον μὲν παραλαβών σε, καὶ ὑποδύσας τὴν τρυφὴν καὶ ἀπορίᾳ συγκατακλείσας, τριβώνιον περιβαλῶ* etc. — *Duplicem pannum* interpretantur *διπλοΐδα.* Instituit autem primus Diogenes Cynicus pallium duplicare, ut refert Laert. (VI, 22.) his verbis: *πόρον ἐξεῦρεν τῆς περιστάσεως, τρίβωνα διπλώσας πρῶτος.* — v. 26. *Mirabor, si, θαυμάζω, εἰ, ὅπως.* — *conversa.* Comm. Cruq.: mutata, mirum erit, inquit, si decebit splendor hominem sordibus adsuetum. — v. 28. *Quidlibet indutus*, sed quamlibet vel vilissimam ve-

[*Officium facio*] possum officiosus esse, i. e. humanus. [*Omnis Aristippum*] laudat Aristippum ex sententia Platonis, qui cum invenisset illum naufragio, diploide, i. e. panno duplici involutum ac per hoc vili vestimento, laudavit eum dicens: Omnis color et status et res decuit Aristippum. [*Tentantem maiora*] scientia praeditum, si ea tentasset habere, qui ita sciebat parvis uti, ut magnis. [*Praesentibus aequum*] i. e. aequaliter patientem paupertatem. [*Mirabor*] miror, inquit, si decepit splendor ho-

portet, alat rex] *ἵππος με φέρει, βασιλεύς με τρέφει.* [*Officium facio*] modo honeste dixit, quod supra humiliter: *scurror.* [*Verum es dante minor, quantumvis*] *quantumvis*, inquit, quod accipis, parvum sit, minorem te facis tamen eo, qui tibi porrigit: quod si est, non es nullius egens, quod ipse de te iactas. [*Omnis Aristippum*] dicunt Platonem hoc Aristippo tribuisse. [*Praesentibus*] i. e. parvis aeque praesto esse possunt. [*Aequum*] i. e. patientem. [*Duplici panno*] vili veste, quam diploidem veteres dixerunt. [*Mirabor, vitae via*] mirum est, inquit, si decebit splendor hominem adsuetum sordidis rebus ac per hoc non licebit. [*Alter purpureum non exspectabit*] qui utrumvis habiturus fuerit, sumet, ut

Quidlibet indutus celeberrima per loca vadet,
Personamque feret non inconcinnus utramque;
Alter Mileti textam cane peius et angui
Vitabit chlamydem, morietur frigore, si non
Retuleris pannum. Refer et sine vivat ineptus!
Res gerere et captos ostendere civibus hostes,
Adtingit solium Iovis et caelestia tentat,
Principibus placuisse viris non ultima laus est.

stem indutus. — *celeberrima loca* sunt loca publica, quibus permulti homines sibi occurrunt. *Vossius* vernacule interpretatur: *Menschengewimmel.* — *Personam — utramq.* Comm. Cruq.: et pauperis et divitis. — *Personam* alicuius *ferre* = *Jemandes Rolle spielen.* De re scenica desumptum. — v. 29. *non inconcinnus*, non ineptus. Marcilius recitat ex Plutarch. de fort. et virt. Alex. Lib. I.: *Ἀρίστιππον θαυμάζουσι τὸν Σωκρατικόν, ὅτι καὶ τρίβωνι λιτῷ καὶ Μιλησίᾳ χλαμύδι χρώμενος, ἀμφοτέρων ἐτήρει τὸ εὔσχημον.* — v. 30. De lana Milesia, quae utpote omnium celeberrima abiit in proverbium, Virgilius (Georg. III, 306-307.) ait: *quamvis Milesia magno Vellera mutentur Tyrios incocta rubores.* — *cane peius et angui*, proverbialiter dictum, ut Carm. I, 8, 8.: *Sanguine viperino Cautius vitat.* — v. 31. *morietur frigore — ineptus.* Comm. Cruq.: Aiunt Aristippum, invitato Diogene ad balnea, dedisse operam, ut omnes prius egrederentur, ipsiusque pallium induisse eique reliquisse purpureum; quod Diogenes induere cum nollet, suum repetiit. Tum Aristippus increpuit Cynicum, famae servientem, qui algere mallet quam conspici in veste purpurea. — v. 33. *Res gerere*, vid. infr. schol. Acr. et Por. — v. 34. *Adtingit solium Iovis*, i. e. proxime accedit ad divinitatem. Rem similiter auget Carm. I, 1, 36.: *Sublimi feriam sidera vertice.* Ibd. v. 6.: *palmaque nobilis Terrarum dominos evehit ad Deos.* Cui nimirum contigit tam esse felici, ut Romam intraret triumphans, is summos honores sibi paravisse putabatur. — *tentare*, ut Carm. I, 28, 5.: *aëreas tentasse domos.* III, 2, 12.: *Virtus — negata iter tentat via.* —

minem sordibus adsuetum. [*Morietur frigore*] aiunt Aristippum, invitato Diogene ad balnea, dedisse operam, ut omnes prius egrederentur, ipsiusque pallium induisse illique purpureum reliquisse, quod Diogenes cum induere noluisset, suum repetens, tunc Aristippus increpuit Cynicum, famae servientem, qui algere mallet, quam conspici in veste purpurea. [*Res gerere*] loco nominativi stat *res gerere*, ut illud Persii: *Scire tuum nihil est.* [*Non cuivis homini contingit adire Corinthum*] Graecum prover-

Aristippus, Mileti textam; alter cane peius et angui vitabit, panno enim duplici tegitur, ut Cynicus Diogenes diploide. [*Mileti textam*] sane nunc vestes Milesiae pretiosae sunt. [*Cane peius et angue*] facete locutus est in stultitiam hominis, qui pretiosam vestem non iam despicere, sed timere videatur. [*Morietur frigore*] ideo, inquit, vivere nisi miser non potest. [*Sine vivat ineptus*] in stultum totum facete, quamvis dicatur non hoc fingi ab Horatio, sed vere Aristippum Diogenis subducto pallio, chlamydem ei supposuisse purpuream. [*Res gerere*] scilicet magnas. Sed hoc exemplo ostendit, non, si tutum sit, quiescere, idcirco et gloriosum videri potest, cum non sit cessare, ne hominem colere sibi consulentis ac pigri. Res vero maximas gerere et vigilare, officium strenui hominis atque laudandi. [*Principibus placuisse*] a maiore ad minus, ait simile videri gerere res bellicas et promoveri a principibus civitatis.

Non cuivis homini contingit adire Corinthum.
Sedit, qui timuit, ne non succederet: esto.
Quid, qui pervenit, fecitne viriliter? Atqui
Hic est aut nusquam, quod quaerimus. Hic onus horret,
Vt parvis animis et parvo corpore maius;
Hic subit et perfert. Aut virtus nomen inane est,
Aut decus et pretium recte petit experiens vir.
Coram rege suo de paupertate tacentes
Plus poscente ferent; distat, sumasne pudenter,

---

v. 36. *Non cuivis — contingit*, sc. ob difficultates, quibus navigantes in itinere impediuntur. Proverbium Graecum est: *οὐ παντὸς ἀνδρὸς ἐς Κόρινθον ἔσθ᾽ ὁ πλοῦς*, i. e. non omni homini tutum est Corinthum navigare. Permulti de Laide aliisque meretricibus cogitant, ut *Cruquius*, quem vide ad hunc locum. Altera tamen praestat explicatio, quae pericula in itinere navigantibus obvia intelligit. — v. 37. *Sedit*, latuit ignavus. *Sedere*, i. e. cessare, turpi otio languescere, proprium verbum ignaviae et cessationis. Qui ergo de successu huius itineris anxius atque sollicitus fuit, deses domi mansit. Sit ita! Quid vero? nonne is, qui eo pervenit, virum se praestitit? — *Atqui Hic est — quaerimus*, quae verba *Doer.* ita interpretatur: atqui ea, quae quaerimus et adsequi studemus, unice hoc ipso viriliter tentandi omnia studio, aut nusquam, reperiuntur et impetrantur. — v. 39. *Hic*, sc. qui sedit et timuit, *onus horret*, difficultates extimescit, tanquam iis perferendis exiguae animi corporisque vires impares sint. — v. 41. *Hic subit et perfert*, alter rem strenue adgreditur et peragit. — *Aut virtus nomen inane est*, ut Epist. I, 6, 31.: *Virtutem verba putas* etc. — v. 42. *experiens vir*, quem vernacule dixeris *einen unternehmenden Mann.* — v. 43. *Coram rege suo.* Bentl. *sua* legit pro *suo*. Bentleium sequitur Doer. Fea autem lectionem *suo* bene defendit hisce: *Rex* hic est amicus dives, benevolus, generosus, ut Maecenas supr. Epist. I, 7, 37. ideoque bene *suus* dicitur. — v. 44. *distat*, multum differt. — v. 45. *Atqui rerum caput hoc erat, hic fons.* Comm. Cruq.: ut scias, quomodo petas, i. e. in hoc vertitur ars illa, de qua agimus, ut nihil aut pudenter poscamus. Vossius: *Hier ist der Geheimnisse Born und Urquell.* — *erat*, ut Carm. I, 37, 4.: *Nunc — Tempus erat ornare*, i. e. *jetzt waere es Zeit gewesen.* — v. 47. *fundus nec vendibilis*, propterea fortasse, quod in testamento erat constitutum: „ne heres alienaret fundum.“ — *nec pascere firmus*, *οὐχ ἱκανὸς τρέφειν*, *firmus*, i. e. idoneus, sufficiens, *βέβαιος*. — v. 48. *Victum date!* Cruq.: qui sic queritur de sua paupertate, perinde est ac si aperte dicat: dato alimentum. — *Succinit alter.* Comm. Cruq.: pulchre exprimit mendicorum cantilenas, qui succinunt sibi invicem. Lamb.: alter audiens illum coram rege suo querentem, ipse quoque se egentem esse succlamat oratque divitem, ut munus, quod uni illi daturus erat, duobus dividat, sibi videlicet et illi. — v. 49. *quadra.* Comm. Cruq.: quarta pars panis. — *dividuo*, i. e. diviso, dimidiato. — v. 55. *Nota refert meretricis acumi-*

---

bium est, i. e. non cuivis, ut Aristippo, tutum est Corinthum navigare. Nam cum multi Corinthum navigantes Laidis amore tenerentur, Aristippus hac fama illo perductus est, Laidem videns amore eius devinctus est, qui cum prae se ferret, quod non esset captus, ut ceteri, quoniam dictum est, quod meretricem habuisset, ille respondit: *Habui, non habeor.* [*Coram rege suo de paupertate tacentes*] adeo gratam verecundiam ait, ut saepe plus percipiant nihil petentes, quam flagitantes. Conveniens locus

[*Non cuivis homini contingit adire Corinthum*] et hoc exemplum est a similitudine. [*Sedit*] bene *sedit*. Quo verbo significat, finit, ut: *Et sedes requiram.* [*Qui timuit*] non si contempsit male voluisse, si laudes. [*Fecitne viriliter?*] hoc per interrogationem. Qui cum agit vel respondet vel invertit orationem vel tacet, hic ergo dicendo: *Atqui Hic est aut nusquam, quod quaerimus*, quasi tergiversantem urget ad respondendum. [*Hic onus horret*] *hic* eloquitur, quod in fine sibi voluit responderi, illum esse timidum, qui officium fugiat: illum fortem, qui subeat perferatque ac per hoc hunc laudandum, illum vituperandum. [*Aut virtus nomen inane est*] *nomen inane* vanumque esse virtutem Epicurus dixit, ad voluptatemque referri universa, quae facimus. [*Aut decus aut pretium*] hoc Stoici dicunt ad honestatem et rectum, h. e. ad virtutem omnia revocantes. [*Coram rege suo*] iam praecipit dicens verecundiam plus prodesse apud maiores amicos, quam procacem impudentiam, praesertim cum tacentibus magis, quam poscentibus largiantur. [*Indotata mihi soror est*] *μίμησις* figura, h. e. imitatio poscentis aliquid. [*Clamat, victum date*] h. e. mendicat. [*Succinit alter*] subsequitur et canit, i. e. sequitur alter ac petit et bene *cantilenam mendicorum dixit.* [*Dividuo findetur munere quadra*] *ταπείνωσις*. Nimirum satirice *quadra* panis, inquit, qui uni cibus dari poterat, frangetur ac dividetur duobus, h. e. diviti importunus erit, et docet, unde fiat, ut etiamsi, si quid solidum fuerit, cedat duobus. [*Sed tacitus pasci si posset corvus*] eum significat, qui si saperet, peteret divitem tacitus, neque sibi aemulum compararet neque minus acciperet. Nam corvus cum accedit ad cibum strepitu vocis alias aves rauce ciet. Vnde fit, ut solus pasci non possit. Et subtiliter significat ita divitem peti ab amicis, ut a corvis cadavera. Alii putant a corvo et vulpe hoc translatum, sed male. [*Brundus. comes*] idem, inquit, quod meretrix facit amatori suo, quem simulatis damnis plorabunda spoliat, facit etiam regi suo amicus minor, cum queritur semet in itinere, quo comes ducitur, aliquid perdidisse vel sensisse incommodi. [*Nota refert meretricis acumina*] hic locus de Truculento Plauti est fabula, ubi adolescens dicit: *Aut aurum periit aut conscissa pallula est aut armariola Graeca; aliquid semper est, quod pereat debeatque amans scorto suo.* [*Catel-*

An rapias. Atqui rerum caput hoc erat, hic fons.
— Indotata mihi soror est, paupercula mater,
Et fundus nec vendibilis, nec pascere firmus,
Qui dicit, clamat: *victum date!* — Succinit alter:
Et mihi dividuo findetur munere quadra.
Sed tacitus pasci si posset corvus, haberet
Plus dapis et rixae multo minus invidiaeque.
Brundusium comes aut Surrentum ductus amoenum,
Qui queritur salebras et acerbum frigus et imbres,
Aut cistam effractam et subducta viatica plorat;
Nota refert meretricis acumina, saepe catellam,

---

principio, proposuerat enim docere, quomodo cum maioribus vivendum esset. [*Succinit*] cantilenam mendicorum pulchre expressit, qui succinunt sibi invicem. [*Brundusium*] idem, inquit, quod meretrix facit, quae simulatis damnis plorabunda spoliat, facit etiam regi suo amicus minor, cum

Saepe periscelidem raptam sibi flentis, uti mox
Nulla fides damnis verisque doloribus adsit.
Nec semel irrisus triviis adtollere curat
Fracto crure planum; licet illi plurima manet
Lacryma, per sanctum iuratus dicat Osirim:
Credite, non ludo; crudeles, tollite claudum!
Quaere peregrinum, vicinia rauca reclamat.

---

na. Comm. Cruq.: astutias et meretricum impudentiam. — v. 56. *periscelidem, περισκελίδα,* aureum cruris vinculum. — v. 58. *Nec semel — planum.* Comm. Cruq.: *planum,* erronem, mendacem, qui solebat multos sic fallere, in quorum vehicula volebat tolli, ut fingeret se crus fregisse, qui postea vere cum fregisset et idem precaretur, ei non est creditum. De *planis Th. Schmidius* in sua editione Horatii epistolarum *Eichstadium* docte disserentem inducit, qui fere haecce scripsit: „Die Rede ist hier keineswegs von einem Bettler, sondern von einem *planus,* welches Wort auch Horaz selbst braucht, d. h. von einer besonderen Art Gaukler, die sich mit allerhand Taschenspielen, Gaukeleien und Possen ihr Brod verdienten. Woher *πλάνος,* welches ursprünglich einen *Herumziehenden,* dann einen *herumziehenden Gaukler* bezeichnete, spaeterhin gleichbedeutend mit *πλανήτης* und *ἀπατεών* wurde. Vid. Intpp. ad Hesych. T. II. p. 972. *Athenaeus* (I, 16. p. 19. XIV, 1. p. 615 sqq.) und aus ihm *Eustathius* (Od. I. p. 1382. 39. Rom.) erwaehnen dreier *πλάνοι* und einiger von ihnen gemachten Stückchen. Der Horazische *planus* hatte seine Bühne auf einem *Trivium,* wo er vermuthlich allerhand Luftsprünge und andere Possen machte und sich bisweilen, wie noch jetzt unsere Luftspringer und Seiltaenzer, stellte, als thue er einen gefaehrlichen Fall, um Schrecken und nach eingesehener Taeuschung Lachen zu erregen. So erzaehlt ein Dichter beim *Athenaeus* (p. 616. λ.), der planus Pantaleon habe sich betrunken gestellt, und, um Lachen zu erregen, wie ein Betrunkener gesprochen und gehandelt; dadurch habe er die Fremden

---

queritur se in itinere, cum comes dictus fuerit, aliquid perdidisse vel incommodum sensisse. [*Planum*] Planus nomen est hominis, qui solebat multos sic fallere, in quorum vehicula voluisset tolli, ut fingeret se crus fregisse, quia cum postea vere genu fregisset et idem rogasset, non ei creditum fuit.

lam] catenam deminutive. Catena autem proprie dicta est, quod canem teneat. [*Perischelidem*] ornamentum pedis circa crura. [*Flentis*] mire, non dicentis, sed *flentis,* ut idem falsis lacrymis faciat. [*Vti mox Nulla fides damnis*] ita fit, inquit, ut postea etiam vera dicenti non habeatur fides. [*Nec semel irrisus triviis*] hoc enim exemplo significat, nunquam postea crediturum quemquam, etiam vera dicenti, qui fastis rebus omnia fidei argumenta consumpserit. Hinc etiam proverbium natum est: *Qui semel scurra, nunquam paterfamilias.* Et est ordo: *Nec adtollere curat fracto crure planum, semel irrisus in triviis.* Nec, si vere crus fregerit planus, crederet ulterius ille, qui ab illo irrisus est nec semel eum adtolleret, quippe cum eadem faciat in vero dolore, quae iam pridem fecerit in falso. *Planum* autem scurram dicit. Sic Cicero: *Iste planus improbissimus.* [*Osiris*] Aegyptiorum deus, ad quem illo tempore iuratum homines ducebantur. *Μίμησις,* h. e. imitatio. [*Peregrinum*] pro ignorante posuit, sicut Cicero: *Tu hospes in hac urbe versaris? tuae peregrinantur aures?* [*Vicin. rauca*] vicini vociferantes.

EPISTOLA XVIII.

ARGUM. *Lollius, ad quem haec epistola scripta est, idem esse videtur, ad quem epistolam huius libri secundam scripsit, nempe Maximus Lollius, M. Lollii Palicani, de quo cf. Carm. IV, 9., filius. Argumentum huius epistolae accurate descriptum dedit Guentherus, neque melius ab nobis enarrari poterit. Quamobrem recte nobis facere videmur illud in lectoris gratiam ad fidem verborum hic repetentes, neque aliter fecit Hochederus in sua editione Horatii epistolarum. — Vermeide eben so sorgfaeltig ein rohes, plumpes Betragen als die Manieren des Schmarotzers v.* 1-20. *Suche nicht im aeusserlichen Glanze es dem maechtigen Goenner gleich zu thun v.* 21-36. *Verschweige dir unvertraute Geheimnisse, aber suche auch nicht die Geheimnisse deines Goenners zu erforschen v.* 37-38. *Opfere deine Lieblingsneigungen den Launen deines erhabenen Freundes auf; dann wird er nachsichtiger und billiger gegen dich seyn v.* 39-66. *Ueberlege stets, mit wem oder worüber du sprichst v.* 67-71. *Hüte dich, in der Liebe deines Freundes Nebenbuhler zu seyn v.* 72-75. *Prüfe genau den Gegenstand deiner Empfehlung; aber nimm dich mit Kraft und Waerme dessen an, den du für würdig erkannt und der ein Opfer des Neides und der Bosheit zu werden fürchtet v.* 76-85. *Stimme dein Gemüth nach dem Gemüthe deines Beschützers v.* 86-93. *Sey heiter und vor Allem forsche im Umgange mit Weisen und in ihren Schriften nach den Bedingungen eines ruhigen, glücklichen Lebens. — Epistolam* a. u. *DCCXXXIV. scriptam fuisse, ex versu quinquagesimo sexto facile intelligitur.*

AD LOLLIVM.

Si bene te novi, metues, liberrime Lolli,
Scurrantis speciem praebere, professus amicum.

---

und diejenigen, welche ihn noch nicht gekannt, hintergangen: *τοὺς ξένους Τοὺς δ' ἀγνοοῦντας αὐτὸν ἐπλάνα.* Voellig, wie bei Horaz, wo es heisst, das Volk habe sich nur anfangs taeuschen lassen; da der Gaukler aber einmal wirklich das Bein gebrochen, habe es wieder betrogen zu werden geglaubt und ausgerufen: Suche dir einen *Fremden,* d. h. einen, der deine Schwaenke noch nicht kennt! Der verunglückte Jongleur schwoert: *per sanctum Osirin, credite, non ludo.* Dadurch scheint ein *Aegyptier* bezeichnet zu werden. Dieses Volk war durch allerhand boese Künste des Betrugs berüchtigt: *ἠπάτων πολυπείρως παίζοντες κακὰ παίγνια παραλογισμοῖς Αἰγυπτιακοῖς,* wie der Scholiast ad Theocrit. XV, 47. sagt, wo Valkenaer mehreres hierüber gesammelt hat. Wirklich erwaehnt auch *Athenaeus* (I, 16. pag. 19. D.: *ἐθαυμάζετο δὲ παρ' Ἕλλησι καὶ Ῥωμαίοις Ματρέας ὁ πλάνος κ. τ. λ.* — Suidas in *Matreas* nennt ihn *λαόπλανον*) einen Aegypt. planus *Matreas* aus Alexandrien, welchen Griechen und Roemer bewundert haben." — *adtollere,* sc. de via, nos: *aufrichten.* — v. 62. *Quaere peregrinum,* proverbium, quale fere idem reperitur apud Quintilian. VI, 3.: *Tollat te, qui te non novit.* Cf. Epist. ad Pis. v. 459-60. — *vicinia rauca reclamat.* Comm. Cruq.: vociferans ad ravim. Antiqui *ravim* pro raucitate dicebant. *Rauca* propterea, quod homines rudes reclamasse videntur, qui rauce (*barsch*) loquuntur.

---

v. 1-2. *liberrime* recte *Vossius* interpretatus est: *freiherziger.* — *Scurrantis.* Comm. Cruq.: turpiter adulantis. — *professus amicum.* Cruq.: *ἐπαγγηλάμενος,* quum decrevisti esse atque adeo factus amicus alicui. —

Vt matrona meretrici dispar erit atque
Discolor, infido scurrae distabit amicus.
Est huic diversum vitio vitium prope maius,
Asperitas agrestis et inconcinna gravisque,
Quae se commendat tonsa cute, dentibus atris,
Dum vult libertas dici mera veraque virtus.
Virtus est medium vitiorum et utrinque reductum.
Alter, in obsequium plus aequo pronus et imi

v. 3. *matrona.* Gell. Noct. Att. XVIII, 6.: *Quae in matrimonium cum viro convenit, quoad in eo matrimonio manet, etiam si sibi liberi nondum nati sunt. Dictaque est à matris nomine, non adepto iam, sed cum spe et omine mox adipiscendi. Vnde ipsum quoque matrimonium dicitur.* — v. 4. *dispar et Discolor*, dissimilis moribus et ingenio. — v. 6. *Asperitas*, τραχύτης, σκληρότης, ut apud Ovid. ex Pont. I, 6, 7.: *Artibus ingenuis, quarum tibi maxima cura est, Pectora mollescunt, Asperitasque fugit.* — *agrestis*, rudis, fera, dura. — *gravis*, molesta. — v. 7. *commendare*, i. e. *zur Schau darstellen.* — v. 8. *Dum vult libertas*, dum asperis moribus homines videri volunt tam candidi, qui omnia libere dicunt, quam verae virtutis studiosi. — v. 9. *Virtus est medium.* Aristot. Ethic. II, 5.: *μεσότης τίς ἐστιν ἡ ἀρετή* — etc. Carm. II, 10, 5.: *Auream quisquis mediocritatem Diligit, tutus* etc. Serm. I, 1, 106.: *Est modus in rebus, sunt certi denique fines, Quos ultra citraque nequit consistere rectum.* Epist. I, 6, 15-16. — *utrimque reductum*, ab utroque extremo remotum. — v. 10. De *imo lecto* s. de triclinio cf.

ACR. [*Metues, liberrime Lolli*] hic Lollius etiam ad consulatum pervenit merito virtutis et beneficio Caesaris. [*Infido scurrae*] h. e. qui amicitiam simulet et in malis deserat. [*Asperitas agrestis*] quidam, inquit, fugientes vitium adulationis, incidunt in peius vitium et inconcinni et incompositi hominis, scilicet feri et asperi, quasi agrestis. Sunt enim, qui facta sua liberrima et pura confidentes contra amicos suos severi et asperi apparent, dum eos volunt castigare et in tantum, ut ipsa cutis nimia severitate tonsa dicatur, quasi capillos habuerint et atri sint dentes. [*Virtus est medium*] Virtus, inquit, ita debet inter contraria vitia in medio esse posita, ut ab utroque crimine sit remota, i. e. ut nec nimium

POR. [*Si bene te novi, metues, liberrime Lolli*] ad Lollium scribens, tradit praeceptum, quo monet fugiendam esse vel levitatem adsentatoris vel e contrario amaritudinem resistentis et dicit in omnibus mediocritatem esse servandam. [*Scurrantis*] turpiter adulantis. [*Amicum*] *amicum* dicit gravitate ac dignitate et benevolentia. [*Dispar*] i. e. dissimilis. [*Est huic diversum vitio vitium prope maius*] dicitur quidam vitium fugiens adulatoris incidere in peius vitium inconcinni et odiosi et inhonesti hominis et incommodi. [*Inconcinna*] insociabilis. [*Gravisque*] *gravis* nunc molesta et odiosa. [*Quae se commendat*] ideo ipsa odiosa est, quia commendari se putat. [*Tonsa cute*] bene non *coma tonsa*, sed *cute*, ut de capillis nihil videatur remanere, nisi quod cutis est. [*Dentibus atris*] sordidis, scilicet ab incultu. [*Dum vult libertas vera dici*] facete *vult* dixit, quia non sufficit, quod cupit: *Tonsa cute, dentibus atris.* χαρακτηρισμὸς hominis tristis et amari. [*Virtus est medium vitiorum utrinq. reductum*] virtus, inquit, inter contraria vitia debet in medio sita esse, ut ab utroque crimine tantumdem remota sit. [*Alter in obsequium plus aequo pronus*] descriptio adsentatoris. [*Et imi Derisor lecti*] sem-

Derisor lecti, sic nutum divitis horret,
Sic iterat voces et verba cadentia tollit,
Vt puerum saevo credas dictata magistro
Reddere, vel partes mimum tractare secundas;
Alter rixatur de lana saepe caprina et
Propugnat nugis armatus: *scilicet, ut non*
Sit mihi prima fides? et, vere quod placet, ut non
Acriter elatrem? — pretium aetas altera sordet.
Ambigitur quid enim? Castor sciat an Dolichos plus;

ad Serm. II, 8, 20. — v. 11. *Derisor*, quoniam omnia deridet, quae patronus vel dives amicus profert. — *nutum divitis horret.* Comm. Cruq.: horrere se fingit, observat cum horrore, i. e. verecundia summa. — v. 12. *verba cadentia.* Comm. Cruq.: excidentia et temere prolata suscipit pro mirandis. — v. 13. Magister discipulis dictare solebat, quae illi huic *reddere*, recitare debebant. — v. 14. *partes — secundas.* Vid. not. ad Serm. I, 9, 46. — Proverbialiter Romanis dicitur *rixari de lana caprina*, ut Graecis: *περὶ οἴνου σκιᾶς μάχεσθαι.* — v. 16. *nugis armatus, mit Possen gewapnet*, ut *Vossius* interpretatur. — *scilicet, ut non — sordet.* Vossius: „*Himmel, o soll nicht Mein Wort gelten vor deinem? und was wahr scheinet, das soll nicht Tapfer ich bellen heraus? Beut doppeltes Leben, mir widert's!*" — v. 19. *Ambigitur quid enim?* qua

adulationi, nec se austeritati adiungat. [*Partes Mimum tractare secundas*] secundarum enim partium actores omnia submisse agunt et simpliciter. Notandum autem, quod in tragoedia non plus quam quinque personarum actus debent fieri. Ergo Mimus dum secundam partem tragoediae agit, et humili actu agit. [*Vt non sit mihi prima fides*] ut non sit, quod vere placeat,

per *derisor* accubitoris amici. *Ridere* autem dicitur, qui et obsequium laudat, contra quem sentit. Sic alibi: *Derisor plus laudatore monetur.* Ego melius intelligo ab his, qui putant μετωνυμικῶς dictum *imi lecti derisorem*, pro eorum *derisorem*, qui in imo lecto accumbunt, in dominorum conviviis. Nam in summo et medio amici, in imo vero ipse discumbit. [*Sic iterat voces*] hic χαρακτηρισμὸς adulatorum est, *iterat voces et verba*, h. e. omne, quod leve dictum est, repetit et omnia verba colligit, ne sine laude sint dicta ac per hoc dicit eadem, quae ille dixerit et nullum verbum admittatur, quamvis interdum eiusmodi, ut dicatur, quod exciderit, ore potius, quam sit meditate sapienterque prolatum. [*Vt puerum saevo credas dictata magistro Reddere*] mirum et facetum exemplum. [*Vel partes mimum tractare secundas*] recte etiam hoc, secundarum enim partium actores omnia submisse agunt. Sic in actoribus gratis fieri videmus; saepe illum, qui est secundarum ac tertiarum partium, submisse agere. [*Alter rixatur*] descriptio tristis et duri. [*De lana saepe caprina*] de villo, ut quidam dicunt, caprorum. Pilos non setam dicens esse, sed lanam. [*Propugnat*] Ordo est: *Pugnat*, i. e. nugis certat. [*Scilicet ut non sit mihi prima fides*] μίμησις, i. e. imitatio doloris. [*Et vere, quod placet*] nam omni libertate defendam. Non deseram alteram vitam: Designat non tanti facere immortalitatem, ut quod senserit, non defendat. [*Elatrem*] omni rabie vociferem ac defendam. [*Pretium*] commutatio, pro acri libertate scilicet. [*Aetas*] altera instauratio vitae, ut Virbio contigit. [*Sordet*] vilis est. Et sensus est: Vt ego alicui adsentiam pretio, mihi si altera aetas adtribuatur, negligam ac

Brundusium Minucî melius via ducat an Appî.
Quem damnosa Venus, quem praeceps alea nudat,
Gloria quem supra vires et vestit et ungit,
Quem tenet argenti sitis importuna famesque,
Quem paupertatis pudor et fuga, dives amicus
Saepe decem vitiis instructior odit et horret,
Aut, si non odit, regit, ac veluti pia mater
Plus quam se sapere et virtutibus esse priorem
Vult, et ait prope vera: *Meae (contendere noli!)*
Stultitiam patiuntur opes; tibi parvula res est:
Arcta decet sanum comitem toga: desine mecum
Certare. — Eutrapelus, cuicumque nocere volebat,

---

enim de re controversia est? — *Castor* et *Dolichos* tum temporis gladiatores celeberrimi. — v. 21. *damnosa Venus*, damnosa libido. — *praeceps alea*, quae hominem praecipitat in ruinam. — v. 22. *Gloria*, vana ostentatio. — v. 24. *Quem — fuga*, sc. tenet. — v. 25. *decem vitiis instructior*, i. e. multo vitiosior. *Decem* numerus rotundus, ut satis superque notum est. — v. 27. *virtutibus priorem*, praestantiorem, meliorem. — v. 29. *Stultitiam patiuntur opes* interpretatur Ruhnken. ad Terent. Hecyr. II, 1, 28. meae opes tantae sunt, ut stultitia illas non adtenuet. Vossius: „*Mein Gut (wetteifere du nicht!) Haelt mit der Thorheit aus.*" — *parvula res*, sc. familiaris, exiguus census. — v. 30. *sa-*

---

non sit, quod acriter elatrem, i. e. non possum me sub clientibus meis defendere. [*Sordet pretium*] i. e. in tantum despectui deputata. [*Altera aetas*] i. e. mea senectus. [*Stultitia*] opibus compenso stultitiam meam. [*Arcta decet sanum comitem toga*] habebant antiqui patres pro qualitate opum togas, quae erant bis ter ulnarum. [*Eutrapelus, cuicum-*

sordidam ducam. [*Ambigitur*] σατυρικῶς respondet ad haec, quae a tristi et amaro dicta sunt. Quid enim agitur, inquit, quare tu insanias vel facias inimicum? [*Castor sciat an Docilis plus*] hoc sic pronunciandum est, ut intelligatur leve ac negligendum. Castor autem et Docilis histriones tunc temporis, ut alii, gladiatores fuerunt. [*Brundus. Numicî melius via ducat, an Appî*] Brundusium pervenire et Numicia et Appia via potest, qui voluerit. [*Quem damnosa Venus*] luxuriosum significat. [*Dives amicus saepe decem vitiis instructior*] hoc dicit vitiosum amicum, quamvis sit vitiosior dives, tamen se haberi non patiatur. Credit enim vitia sua ob divitias debere tolerari, vitia vero pauperis sustineri non posse, cum inferior facultatibus virtutes debeat compensare cum fortuna: [*Decem vitiis instruct.*] h. e. decem vitiis auctior ad peccandum, quam amicus minor. [*Ac veluti pia mater*] mire superbiam divitis mitigavit exemplo, dum inquit: *Potior amicus te vult esse filium*, h. e. inferiorem a se et magis sapientem. [*Et ait prope vera*] bene, quia stulte dives de se cogitat, ait; tamen nihil de paupere verum esse demonstrat. Simul per μίμησιν loquentem divitem facit. [*Stultitiam patiuntur opes*] opibus, inquit, compenso stultitias, cum stultus sum. Simile illud et Sallustii: *Quia secundae res mire sunt vitiis obtentui.* [*Arcta decet sanum comitem toga*] *Toga*, quae bis ulnarum non sit, ut in Epodis dixit. Pro opibus enim veteres magnas vel parvas habuerunt togas. Cicer.: *Velis amictos, non togis.* [*Eutrapelus*] ut hic apparet, corrumpendorum ho-

Vestimenta dabat pretiosa: beatus enim iam
Cum pulchris tunicis sumet nova consilia et spes,
Dormiet in lucem, scorto postponet honestum
Officium, nummos alienos pascet, ad imum
Thrax erit aut olitoris aget mercede caballum.
Arcanum neque tu scrutaberis illius umquam,
Commissumque teges et vino tortus et ira.
Nec tua laudabis studia aut aliena reprendes;
Nec, quum venari volet ille, poemata panges.
Gratia sic fratrum geminorum, Amphionis atque

---

num comitem, i. e. amicum sanae mentis. — v. 32-33. Comm. Cruq.: haec cogitabat (vel dicere solebat) Eutrapelus, quum daret aliquid inimico, quod sibi beatus videretur, sciens cum habitu stultis animum mutari. — v. 35. *pascet*, augebit; *pascere* enim idem est, quod facere, ut aliquid crescat. — v. 36. *Thrax erit.* Comm. Cruq.: tam pauper erit, ut *Thrax* auctorabitur se in ludum, ut sit gladiator. — v. 37. *Scrutari*, i. e. sollicite et penitus excutere et in secreta rei alicuius penetrare. — v. 38. *Commissumque*, sc. arcanum, concreditum fidei, taciturnitati tuae. — *Torquere* translate usurpatum. Torquebantur enim facta s. commissa sua negantes, ut ea profiterentur. Vino sumpto, h. e. ebrii facti pariter atque iracundi nihil tacere possunt, nam respicere nil consuevit iracundia. — v. 40. *poemata pangere*, i. e. figere, infigere, h. e. componere. — v. 41. Zethus et Amphion gemini fratres ingenio et instituta ratione vitae et

---

que] haec cogitabat, ut aliquid donaret amicis. [*Beatus enim iam*] Beatus dicit, quoniam mutatur animus pauperum mutatione vestis. [*Honestum officium*] cui honestate est carius scortum. [*Thrax*] gladiatores: retiarius, mirmillo, secutor. [*Aut olitoris aget mercede caballum*] Sensus: aut gladiator aut mercenarius erit olitoris. Proverbialiter, se in ludum lanistae dabit, ut sit gladiator, sicut sunt Thraces. Olitores autem dicuntur olerum venditores. Sicut olim venditor erat olerum, ita negotiator incipiet vendere caballum. [*Commissumq. teges*] i. e. ab amico aliquid dictum debes celare. [*Gratia sic fratrum*] i. e. amicitia, dum alteruter suum studium sequitur. [*Amphionis atq. Zethi*] Amphion et Zethus, lo-

minum adeo callidus fuit, ut sciret cum habitu et stultis animum quoque mutari. [*Cuicunque nocere volebat*] quemcunque corrumpere voluisset. [*Beatus enim*] iam *beatus* non vere, sed qui sibi beatus videtur. [*Cum pulchris tunicis sumet nova consilia*] i. e. ex pulchris rebus sumet nova consilia et novas spes. Turbabitur scilicet et ex habitu mores ducet, fiet delicatus. [*Dormiet in lucem*] h. e. non evigilabit, nec elucubrabit. [*Scorto postponet honestum Officium*] carius illi erit scortum et dulcius honestate. [*Nummos alienos pascet*] foenerabitur et faciet aes alienum usuris crescere. [*Ad imum*] ad postremum. [*Thrax erit*] auctorabitur se in ludum, ut gladiator sit. [*Aut olitoris aget mercede caballum*] satirice invenit sordidissima futuro mercenario post beatum incessum, cultumque laetantem et verum tale est, qui sit propter speculum. [*Arcanum neq. tu scrutaberis*] Bene. Mox enim dicit eiusdem esse prodere commissa et arcana perquirere ac scire velle. [*Et vino tortus et ira*] quia vinum et ira tormenta sunt, quibus multi inviti secreta fuderunt. [*Nec tua laudabis studia aut aliena reprendes*] vitium obtrectationis est. [*Nec cum venari volet ille, poemata panges*] odiosum enim facit importunitas voluntati adversantis studiorum. [*Gratia sic fratrum*] dum

Brundusium Minucî melius via ducat an Appî.
Quem damnosa Venus, quem praeceps alea nudat,
Gloria quem supra vires et vestit et ungit,
Quem tenet argenti sitis importuna famesque,
Quem paupertatis pudor et fuga, dives amicus
Saepe decem vitiis instructior odit et horret,
Aut, si non odit, regit, ac veluti pia mater
Plus quam se sapere et virtutibus esse priorem
Vult, et ait prope vera: *Meae (contendere noli!)*
Stultitiam patiuntur opes; tibi parvula res est:
Arcta decet sanum comitem toga: desine mecum
Certare. — Eutrapelus, cuicumque nocere volebat,

---

enim de re controversia est? — *Castor* et *Dolichos* tum temporis gladiatores celeberrimi. — v. 21. *damnosa Venus*, damnosa libido. — *praeceps alea*, quae hominem praecipitat in ruinam. — v. 22. *Gloria*, vana ostentatio. — v. 24. *Quem — fuga*, sc. tenet. — v. 25. *decem vitiis instructior*, i. e. multo vitiosior. *Decem* numerus rotundus, ut satis superque notum est. — v. 27. *virtutibus priorem*, praestantiorem, meliorem. — v. 29. *Stultitiam patiuntur opes* interpretatur Ruhnken. ad Terent. Hecyr. II, 1, 28. meae opes tantae sunt, ut stultitia illas non adtenuet. Vossius: „*Mein Gut (wetteifere du nicht!) Haelt mit der Thorheit aus.*" — *parvula res*, sc. familiaris, exiguus census. — v. 30. *sa-*

---

non sit, quod acriter elatrem, i. e. non possum me sub clientibus meis defendere. [*Sordet pretium*] i. e. in tantum despectui deputata. [*Altera uetas*] i. e. mea senectus. [*Stultitia*] opibus compenso stultitiam meam. [*Arcta decet sanum comitem toga*] habebant antiqui patres pro qualitate opum togas, quae erant bis ter ulnarum. [*Eutrapelus, cuicum-*

sordidam ducam. [*Ambigitur*] σατυρικῶς respondet ad haec, quae a tristi et amaro dicta sunt. Quid enim agitur, inquit, quare tu insanias vel facias inimicum? [*Castor sciat an Docilis plus*] hoc sic pronunciandum est, ut intelligatur leve ac negligendum. Castor autem et Docilis histriones tunc temporis, ut alii, gladiatores fuerunt. [*Brundus. Numicî melius via ducat, an Appî*] Brundusium pervenire et Numicia et Appia via potest, qui voluerit. [*Quem damnosa Venus*] luxuriosum significat. [*Dives amicus saepe decem vitiis instructior*] hoc dicit vitiosum amicum, quamvis sit vitiosior dives, tamen se haberi non patiatur. Credit enim vitia sua ob divitias debere tolerari, vitia vero pauperis sustineri non posse, cum inferior facultatibus virtutes debeat compensare cum fortuna: [*Decem vitiis instruct.*] h. e. decem vitiis auctior ad peccandum, quam amicus minor. [*Ac veluti pia mater*] mire superbiam divitis mitigavit exemplo, dum inquit: *Potior amicus te vult esse filium*, h. e. inferiorem a se et magis sapientem. [*Et ait prope vera*] bene, quia stulte dives de se cogitat, ait; tamen nihil de paupere verum esse demonstrat. Simul per μίμησιν loquentem divitem facit. [*Stultitiam patiuntur opes*] opibus, inquit, compenso stultitias, cum stultus sum. Simile illud et Sallustii: *Quia secundae res mire sunt vitiis obtentui.* [*Arcta decet sanum comitem toga*] *Toga*, quae bis ulnarum non sit, ut in Epodis dixit. Pro opibus enim veteres magnas vel parvas habuerunt togas. Cicer.: *Velis amictos, non togis.* [*Eutrapelus*] ut hic apparet, corrumpendorum ho-

Vestimenta dabat pretiosa: beatus enim iam
Cum pulchris tunicis sumet nova consilia et spes,
Dormiet in lucem, scorto postponet honestum
Officium, nummos alienos pascet, ad imum
Thrax erit aut olitoris aget mercede caballum.
Arcanum neque tu scrutaberis illius umquam,
Commissumque teges et vino tortus et ira.
Nec tua laudabis studia aut aliena reprendes;
Nec, quum venari volet ille, poemata panges.
Gratia sic fratrum geminorum, Amphionis atque

---

num comitem, i. e. amicum sanae mentis. — v. 32–33. Comm. Cruq.: haec cogitabat (vel dicere solebat) Eutrapelus, quum daret aliquid inimico, quod sibi beatus videretur, sciens cum habitu stultis animum mutari. — v. 35. *pascet*, augebit; *pascere* enim idem est, quod facere, ut aliquid crescat. — v. 36. *Thrax erit.* Comm. Cruq.: tam pauper erit, ut *Thrax* auctorabitur se in ludum, ut sit gladiator. — v. 37. *Scrutari*, i. e. sollicite et penitus excutere et in secreta rei alicuius penetrare. — v. 38. *Commissumque*, sc. arcanum, concreditum fidei, taciturnitati tuae. — *Torquere* translate usurpatum. Torquebantur enim facta s. commissa sua negantes, ut ea profiterentur. Vino sumpto, h. e. ebrii facti pariter atque iracundi nihil tacere possunt, nam respicere nil consuevit iracundia. — v. 40. *poemata pangere*, i. e. figere, infigere, h. e. componere. — v. 41. Zethus et Amphion gemini fratres ingenio et instituta ratione vitae et

---

que] haec cogitabat, ut aliquid donaret amicis. [*Beatus enim iam*] Beatus dicit, quoniam mutatur animus pauperum mutatione vestis. [*Honestum officium*] cui honestate est carius scortum. [*Thrax*] gladiatores: retiarius, mirmillo, secutor. [*Aut olitoris aget mercede caballum*] Sensus: aut gladiator aut mercenarius erit olitoris. Proverbialiter, se in ludum lanistae dabit, ut sit gladiator, sicut sunt Thraces. Olitores autem dicuntur olerum venditores. Sicut olim venditor erat olerum, ita negotiator incipiet vendere caballum. [*Commissumq. teges*] i. e. ab amico aliquid dictum debes celare. [*Gratia sic fratrum*] i. e. amicitia, dum alteruter suum studium sequitur. [*Amphionis atq. Zethi*] Amphion et Zethus, lo-

minum adeo callidus fuit, ut sciret cum habitu et stultis animum quoque mutari. [*Cuicunque nocere volebat*] quemcunque corrumpere voluisset. [*Beatus enim*] iam *beatus* non vere, sed qui sibi beatus videtur. [*Cum pulchris tunicis sumet nova consilia*] i. e. ex pulchris rebus sumet nova consilia et novas spes. Turbabitur scilicet et ex habitu mores ducet, fiet delicatus. [*Dormiet in lucem*] h. e. non evigilabit, nec elucubrabit. [*Scorto postponet honestum Officium*] carius illi erit scortum et dulcius honestate. [*Nummos alienos pascet*] foenerabitur et faciet aes alienum usuris crescere. [*Ad imum*] ad postremum. [*Thrax erit*] auctorabitur se in ludum, ut gladiator sit. [*Aut olitoris aget mercede caballum*] satirice invenit sordidissima futuro mercenario post beatum incessum, cultumque laetantem et verum tale est, qui sit propter speculum. [*Arcanum neq. tu scrutaberis*] Bene. Mox enim dicit eiusdem esse prodere commissa et arcana perquirere ac scire velle. [*Et vino tortus et ira*] quia vinum et ira tormenta sunt, quibus multi inviti secreta fuderunt. [*Nec tua laudabis studia aut aliena reprendes*] vitium obtrectationis est. [*Nec cum venari volet ille, poemata panges*] odiosum enim facit importunitas voluntati adversantis studiorum. [*Gratia sic fratrum*] dum

Zethi, dissiluit, donec suspecta severo
Conticuit lyra. Fraternis cessisse putatur
Moribus Amphion: tu cede potentis amici
Lenibus imperiis, quotiesque educet in agros

studio multum inter se dissimiles fuisse dicuntur. Hic enim fuit philosophus idemque musicus, ille pastor a Musis et philosophia alienissimus, hic comis, suavis, commodus, ille agrestis, severus, insuavis et inhumanus. Qua ex dissimilitudine factum est, ut amicitia caritasque illa fraterna facile inter eos dissolveretur. Zethum a musica admodum alienum fuisse declarat Stratonici, hominis facetissimi, iocus in musicum quemdam Zethum nomine, ut scribit Athen. Lib. VII. pag. 351. B.: *Ζήθου δὲ τοῦ κιθαριστοῦ διεξιόντος περὶ μουσικῆς, μόνῳ σοι, ἔφη, οὐ προςήκει περὶ μουσικῆς λαλεῖν, ὅς γε τὸ ἀμουσότατον τῶν ὀνομάτων εἵλου, εἰ σεαυτὸν ἀντ' Ἀμφίονος Ζῆθον καλεῖς.* Vid. Plato in Gorgia p. 485. E. Lamb. ad hunc locum. *Wielandius* fere haec huc pertinentia narrat: *Winkelmann* führt in seiner *Geschichte der Kunst* ein altes Denkmal von erhabener Arbeit in der *Villa Borghese* an, welches dieser Stelle Licht giebt und von ihr wieder empfaengt. Sie scheint sich auf eine verloren gegangene Tragoedie des Euripides zu beziehen, wovon *Antiope*, die Mutter dieser beiden Goettersoehne, die Heldin war. Derjenige, den die schoene Antiope als Vater ihrer beiden Kinder angab, war kein geringerer, als Jupiter selbst. Da sie aber, meint *Wieland*, keinen Glauben solcher Angabe gefunden habe, sey sie genoethiget gewesen, ihre Zwillinge auszusetzen und dem Schicksal zu überlassen. Die Knaben wurden, faehrt *Wieland* fort, von einem Hirten gefunden und unter Hirten auferzogen: *Zethus* ergriff dieselbe Lebensweise; *Amphion* widmete sich der Musik und erhielt (si fabula vera) von Apollo eine so wunderthaetige Lyra, dass sie sogar Steine tanzen und sich zusammenfügen machte. Gleichwol, sagt unser Dichter, sey diese Lyra eine Quelle von Zwiespalt und Missverstaendniss unter den beiden Brüdern geworden. Er scheint damit auf eine Scene in der *Antiope* des Euripides anzuspielen, aus welcher ein alter Scholiast des Plato folgenden Vers aufbewahrt hat: *Wirf die Leyer weg, und widme dich den Waffen!* Vermuthlich konnte Zethus nicht leiden, dass sein Bruder aus Liebe zur Musik alle anderen Beschaeftigungen vernachlaessigte und sein einziges *Geschaeft* aus demjenigen machte, welches nach den Sitten der heroischen Zeiten nur ein *Zeitvertreib* der Krieger war. Das Denkmal, welches *Winkelmann* in seinen *monumentis ineditis* bekannt gemacht, stellt die von Horaz hier gerühmte Nachgiebigkeit des sanften Amphion auf eine eben so einfache als sinnreiche Weise dar. Antiope ist darauf zwischen ihren beiden Soehnen abgebildet: Zethus ist durch einen Hut, das Zeichen des Landlebens, kennbar gemacht; Amphion hat einen Helm auf dem Kopfe und haelt die dem Bruder verhasste Leyer halbverdeckt unter seinem Kriegskleide. — v. 42. *dissiluit*, i. e. rupta est. — *severo*, operi rustico adsueto. — v. 44. *potentem amicum* pariter hîc ac supra Carm. II, 18, 12. Maecenatem ap-

vis et Antiopae filii, diversi officii. Amphion cithara cantabat, Zethus pastoris fungebatur officio, propter hanc diversitatem animorum et vitae tamdiu dissiderunt, donec Amphion causa discordiae vitandae citharam

alter alterum sequitur studium. Quod si fratrum geminorum gratia sic dissolvitur, quid futurum est assectatorum? [*Donec suspecta severo Conticuit lyra*] Zethum dicit severum, in cuius gratiam Amphion lyrae studium proiecit. [*Tu cede potentis amici lenibus imperiis*] tanto magis etiam convenit potiori amico consentire; at velle lenibus imperiis parere,

Aetolis onerata plagis iumenta canesque,
Surge et inhumanae senium depone Camenae,
Cenes ut pariter pulmenta laboribus empta:
Romanis sollemne viris opus, utile famae
Vitaeque et membris, praesertim quum valeas, et
Vel cursu superare canem vel viribus aprum
Possis. Adde virilia quod speciosius arma
Non est qui tractet: — scis, quo clamore coronae
Praelia sustineas campestria: — denique saevam
Militiam puer et Cantabrica bella tulisti
Sub duce, qui templis Parthorum signa refigit

pellat. — v. 46. *Aetolis onerata plagis.* Plagas Aetolas posuit pro optimis et praestantissimis et ad apros capiendos aptissimis vel ad venandum natura factis, idque propter Meleagrum, qui aprum Calydonium cepit. — v. 47. *senium*, morositas, severitas, insuavitas senilis. — *inhumana Camena*, immitis, importuna amicis, a comitate et facilitate aliena, *ungesellig.* — v. 48. *pulmenta*, pulmentaria ex pulpis et lumbis leporinis et pulte confecta; dicta sunt enim a *pulte pulmenta, pulmentaria*, neque eo minus *pulmenta* dicuntur, si quid aliud praeter pultem sit. Lamb. — *laboribus empta*, parata, ut Epist. I, 2, 55.: *nocet empta dolore voluptas.* — v. 49. *Venari* erat opus *sollenne*, Romanis usitatum. — v. 52-54. *Adde — tractet.* Verborum ordo: *Adde, quod non est, qui speciosius tractet virilia arma*, sc. quam tu. — *Praelia campestria* sunt ea, quae in Campo Martio praeliantur. *Campus* et *campestris κατ' ἐξοχὴν* pro Campo Martio iisque, quae ad eum spectant. — Per *coronam* circumstantes spectatores significat, qui in circulo Campum Martium circumstabant. — *clamor*, applausus, *rumor secundus* Epist. I, 10, 9. — v. 56. *Sub duce*, Augusto. — *refigit*, h. e. fecit, ut ab rege Parthorum refigerentur. Iam supra Carm. IV, 15, 7. mentionem signorum Romanorum militarium a Parthis receptorum fecit. — v. 57. *si quid abest*, si qua terra restat,

omisit. [*Inhumanae senium depone Camenae*] quae non pascet te, non ferens victum Camena. [*Virilia*] laudat amicum tuum, dicens: Non est, qui speciosus tractet arma virilia. [*Parthorum signa*] Romana signa, quae Crassus amiserat, Parthi ad Augustum per Tiberium miserunt iam victi. [*Ac*

quod *πειθαρχεῖν* Graeci vocant, qui, cum potest imperare, blanditur. [*Aetolis onerata plagis*] quotiens, inquit, paraverit ire venatum Aetolis plagis. Meleager Calydonium aprum nobilis venator excepit. Inde ergo epitheton fecit Horatius, ut Aetolis retibus ad apros factis intelligamus. [*Surge et inhumanae senium depone Camenae*] *inhumanae Camenae* non est perpetuum epitheton, sed *inhumanae* ad eum adspicit, qui eam laedit. [*Pulmenta laboribus empta*] suaviter significat cibos ex praeda esse natos. [*Romanis solenne*] ab honesto vult persuadere laborem venaticum non detrectandum. [*Vitaeq. et membris*] hoc ab utili sumptum est. [*Scis, quo clamore coronae*] i. e. cum suffragio multitudinis spectaturae in campo Martio exerceri soleas, quod argumentum a minori ad maius dicitur. Nam si hoc facis ludi causa tantum, quanto magis facies propter amicitias et utilitatem tuam? [*Deniq. saevam Militiam puer et Cantabrica bella tulisti*] occasio laudis iniicienda et ipsius, ad quem scribit et Caesaris Augusti. [*Sub duce, qui templis Parthorum signa refixit*] qui sub Caesare, inquit, Augusto olim in Cantabria militasti, qui nunc

Nunc, et, si quid abest, Italis adiudicat armis.
Ac, ne te retrahas et inexcusabilis absis,
Quamvis nil extra numerum fecisse modumque
Curas, interdum nugaris rure paterno.
Partitur lintres exercitus; Actia pugna
Te duce per pueros hostili more refertur:
Adversarius est frater, lacus Hadria: donec
Alterutrum velox Victoria fronde coronet.
Consentire suis studiis qui crediderit te,

ditioni Romanorum nondum subiecta est. — Vers. 56-57. *Vossius* sic interpretatus est: *Unter ihm, der die Adler enthebt den parthischen Tempeln, Jetzt, und wo etwas noch fehlt, den Italerwaffen es zuspricht.* — v. 59. *Quamvis — Curas*, haec sunt includenda interpositionis nota; est enim *ἐπιϑεράπευσις* verbi *nugaris.* — *extra numerum*, autem valet inepte, insipienter, inconsiderate, temere, translatione ducta a saltatoribus, quorum motus et saltatio certis legibus ac numeris constabat. — Versu sexagesimo in *Th. Schmidii* docta Horatii epistolarum editione ex turpi typothetarum errore pro *Curas* in textu legitur: *Purat.* Dolere sane debemus illam editionem vitiis typographicis tam turpiter scatere, ut vix dici possit; neque omnia, quae reperiuntur, errata ad finem emendata habes. In notis autem, quod sane mirari poteris, bis *Curas* in lemmate recte legitur. — v. 60. *nugari*, pueriliter ludere, *Kurzweil treiben.* — v. 61. *Partitur lintres*, i. e. dividit naviculas inter se, ut duae sint adversariae classes, una quae similitudinem classis Caesarianae praebeat, altera quae Antonianae. Fratres Lollii imitabantur pugnam Actiacam, dum unus Octaviani, alter Antonii partes ageret. — v. 62. *refertur*, repraesentatur; *referri* etiam de spectaculis in theatris de integro repraesentandis dicitur. — v. 63. *lacus*, qui est in fundo paterno, quem possidebat

ne te retrahas] i. e. si vis ab amico tuo domum recedere, petes aliquam excusationem sine damno. Aut dic te domum ire iocatum vel aliquid aliud facere. [*Extra numerum*] quamvis, inquit, sapiens sis et omnia ad numerum, i. e. ad sapientiam redigas, noli excusare te, ut non ludas cum amico tuo, praesertim cum delecteris. [*Nugaris rure paterno*] Sensus est: Quamvis nihil extra rationem facias, tamen decurras interdum ad ludum et in paternam villam. [*Partitur lintres exercitus*] navalem pugnam, quam Augustus cum Antonio gessit, imitere. [*Actia pugna*] quae fuit inter Caesarem et Antonium apud Actium promontorium. [*Adria*] mare,

a Parthis signa Romana quondam capta cum Crasso recepit. [*Adiudicat*] adiungit. [*Ac ne te retrahas et inexcusabilis absis*] Sensus hic est: Noli, inquit, te retrahere ac denegare ludenti amico. Non enim excusare potes, quod ipse numquam luseris, praesertim cum in villa tua cum tuis saepe nugeris ac ludas. [*Quamvis nil extra numer. fecisse modumq.*] quamvis, inquit, sapiens sis et omnem curam tuam ad numerum hominum modumque redigas, h. e. ad rationem, ad sapientiam; interdum te tamen iocis ludoque delectas. Sic alibi ait: *Dulce desipere in loco.* [*Partitur lintres exercitus Actia pugna*] ait: imaginem pugnae Actiacae, quae fuit inter Augustum et Antonium, tu Caesari facis. [*Hostili more refertur*] agitur translatio fabulae, quae cum agitur denuo, referri dicitur. Terent.: *Hecyram ad vos refero, quam mihi agere nunquam licitum est.* [*Lacus, Adria*] tamdiu nomina simulata servantur, donec alteruter vincat. [*Consentire suis studiis*] ille non solum studium laudavit, sed etiam lau-

Fautor utroque tuum laudabit pollice ludum.
Protenus ut moneam, si quid monitoris eges tu,
Quid de quoque viro et cui dicas, saepe videto.
Percontatorem fugito: nam garrulus idem est,
Nec retinent patulae commissa fideliter aures,
Et semel emissum volat irrevocabile verbum.
Non ancilla tuum iecur ulceret ulla puerve
Intra marmoreum venerandi limen amici,
Ne dominus pueri pulchri caraeve puellae
Munere te parvo beet, aut incommodus angat.

Lollius. — v. 65. *qui crediderit*, sc. potens amicus. — v. 66. *utroque pollice.* Vid. *Obbarius* in Libri I. Epist. I. monographia, qui ad versum sextum fere haec adnotavit: „Das Leben des überwundenen Kaempfers hing von dem Willen des Volks oder des Editors der Spiele ab; daher ein solcher Unglücklicher am Rande des Sandplans das Volk um Erbarmen flehte, welches ihm seine *a*) Gnade oder *b*) Ungnade durch das a) *pollicem premere* und b) *pollicem vertere* zu verstehen gab.“ — v. 67. *Protenus ut moneam*, ut monere pergam. — v. 70. *patulae aures*, ad audiendum semper patentes. — v. 71. *Et — verbum.* Similis sententia vid. Epist. ad. Pis. v. 390.: *nescit vox missa reverti.* Menander ap. Stob. Serm. 133.: *οὔτ᾽ ἐκχερὸς μεϑέντα καρτερὸν λίϑον ῥᾷον κατασχεῖν, οὔτ᾽ ἀπὸ γλώσσης λόγον.* — v. 72. *Non.* Exspectamus *ne*, sed vid. Ramshorn. Grammat. Lat. §. 173. I. Not. 1. — *iecur*, cf. notat. ad Carm. I, 13, 4. I, 25, 13-15. IV, 1, 12. — v. 74. Lamb.: ne tibi eveniat alterum e duobus malis, vel ut impetres, quod amas, tibique illud ipsum magni beneficii loco numeretur, vel repulsam feras et ita potentiorem amicum illiberalem se erga te praebuisse queraris. — Comm. Cruq.: dans tibi puerum aut puellam, quum deberes longe maiora accipere, aut *munus parvum* vocat *Venerem.* — v. 75. Lamb.: aut te angat, si se incommodum erga te, dum tibi, quod amas atque expetis, denegat, praebeat. — Comm. Cruq.: cruciet, quum non vult dare, quod poscis, aut si tibi non

in quo pugnabant Caesar et Antonius. [*Vtroq. tuum laudabit pollice ludum*] *utroque pollice συνεκδοχικῶς*, manu utraque sublata et pariter saepius mota. Hoc enim genus valide laudantium est. [*Non ancilla tuum iecur ulceret*] monet, quando in domo amici fuerit, non amet pue-

dat. [*Vtroq. pollice*] utraque manu. Tropus *συνεκδοχή*, a parte totum. An qui vehementius laudat manus iungens, iungit pollicem cum proximo? [*Protenus ut moneam*] *modo* substantivum significat et est. [*Quid de quoque viro*] tria dixit: quid dicas, de quo dicas, cui dicas. [*Percunctatorem fugito*] vera sententia est. Eadem enim libidine prodit et audit, et quae audire desiderat, perscrutatur. [*Patulae*] paratae ad audiendum. [*Et semel emissum*] terribiliter pronunciandum est. [*Non ancilla*] non ames, inquit, servum aut ancillam divitis. [*Ne dominus*] *dominus*, i. e. dives. [*Incommodus angat*] ne, inquit, *angat*, si munere accepto laeteris aut non accepto contristeris, cum omne munus sapienti res parva sit. Alii putant hoc dici: Ne sentiens insane appetentem puerum vel puellam, dominus pueri puellaeve beare te videatur, ergo obnoxium faciat parvo munere, i. e. manciplo donato; aut incommodus, i. e. difficilis sit erga te amatorem. Adludit ad Virgilium, cui Alexandrum puerum Pollio

Qualem commendes, etiam atque etiam adspice, ne mox
Incutiant aliena tibi peccata pudorem.
Fallimur et quondam non dignum tradimus: ergo
Quem sua culpa premet, deceptus omitte tueri;
Vt penitus notum, si tentent crimina, serves
Tuterisque tuo fidentem praesidio: qui
Dente Theonino quum circumroditur, ecquid
Ad te post paullo ventura pericula sentis?
Nam tua res agitur, paries quum proximus ardet,
Et neglecta solent incendia sumere vires.
Dulcis inexpertis cultura potentis amici,

---

faciat adamatae puellae potestatem. — v. 76. *etiam atque etiam adspice.* Comm. Cruq.: cognosce diligenter et considera eius mores. — v. 77. *aliena peccata*, hominis alieni absque te commendati. — v. 78. *quondam*, quodam tempore, interdum, ποτέ. Cf. Carm. II, 10, 18. Serm. II, 2, 82. — v. 79. *Quem — tueri.* Lamb.: ergo, si acciderit, ut is, qui fuerit abs te commendatus tanquam vir bonus et integer, quum eum talem esse putares, sua culpa in periculum adducatur, tum tu tua spe falsus desine eum tueri. — *omitte*, noli, ut Carm. III, 29, 11. — v. 80. *penitus notum*, i. e. perspectum et probatum. — v. 82. *Dente Theonino.* Comm. Cruq.: dente mordaci. *Luthienus Theon*, libertinus, dicacitatis amaritudine praeter ceteros ita patronum suum exasperavit, ut domo eius submoveretur et quaternio legato iuberetur restem sibi palumque emere. Per hunc ergo maledici et detrectatores intelliguntur. — Invidiam homines rodere, intelligitur ex locis, cuiusmodi sunt: Serm. I, 4, 81. Serm. I, 6, 46. — v. 84. *Nam tua res agitur*, in periculo versatur. — v. 86. *inexpertis*, ἀπείροις, qui nondum huiusmodi rei periculum fecere. — *cultura*, cultus, assectatio, studium, quod in colendo potentiore amico poni-

---

rum eius aut puellam, ne forte captus amore pandat secreta sua. [*Munere te parvo*] dans tibi p[illegible] vel puellam, cum maiora accipies. [*Commendes*] quando, inquit, aliquem laudare vis in praesentia aliorum, diligenter considera, antequam illum laudes, ne eum forte cum postea deturpaveris, incurras in verecundiam. [*Tuteris*] Sensus est: Si quem videris a malo homine vexari, defende et tuere. [*Dente Theonino*] Theon enim dicacissimus, i. e.

dominus dono dedit. [*Qualem commendes*] monet, ne quem incognitum potiori amico temere commendet, huius enim periculo peccaturum, si peccet. [*Ne mox Incutiant aliena tibi peccata pudorem*] ne alio, inquit, peccante tu erubescas, qui eum commendaris diviti. [*Fallimur et quondam*] non timet Horatius, ne sub hoc praecepto ipse malevolus videatur, qui dicat non temere quemquam divitibus conciliare oportere et ideo addidit: *Fallimur* tamen et interdum indignum pro digno tradimus. Quid igitur fiet, si peccaverit et in offensionem venerit sua culpa? [*Vt penitus notum si tentent crimina*] ne tu, inquit, incassum effundas defensionem, protege, qui, ut saepe fit, maledicorum criminatione cum laeditur, tu quoque labefactaris laudator commendatorque eius. [*Qui Dente Theonino cum circumroditur*] h. e. qui cum mordetur ab invidis obtrectatoribus, succurrendum tibi est, ne tu quoque laedaris. *Theon* autem quidam illo tempore rabiosae dicacitatis fuit. [*Ecquid, Ad te paulo post ventura pericula sentis?*] Ordo est: *Ecquid sentis.* [*Nam tua res agitur*] sententia per allegoriam demonstrans vicinorum periculum nostrum esse. [*Dulcis inexpertis cultura*] dulcem esse dicit amicitiam divitis ei,

Expertus metuit. Tu, dum tua navis in alto est,
Hoc age, ne mutata retrorsum te ferat aura.
Oderunt hilarem tristes, tristemque iocosi,
Sedatum celeres, agilem gnavumque remissi;
Potores bibuli media de nocte Falerni
Oderunt porrecta negantem pocula, quamvis
Nocturnos iures te formidare vapores.
Deme supercilio nubem; plerumque modestus
Occupat obscuri speciem, taciturnus acerbi.
Inter cuncta leges et percontabere doctos,

---

tur. — v. 87. *Expertus*, ὁ διὰ πείρας ἰών, qui periculum huiusmodi rei fecit. — *Tu — est.* Comm. Cruq.: dum navigas altum mare; est autem hic *navigare* esse in amicitia potentis amici, cui est obsequendum. — v. 88. *Hoc age*, in hanc rem totus incumbe. — *ne — aura.* Comm. Cruq.: ne amittas partam amicitiam, ἀλληγορικῶς, nam divites, ut aura, sunt mutabiles. — v. 90. *Sedatum*, lentum, tardum. — *remissi*, languidi. — v. 91. *Potores bibuli — Falerni.* Hunc versum Bentl. spurium censet et corrigit: *Potores liquidi media de luce Falerni.* Bentl. sequitur Vossius in versione Germ. *Th. Schmidius* coniungere vult *bibuli* cum *Falerni.* De qua verborum iunctura iudicabit lector; ego Gesnerum sequor, qui interpretatur: *Potores bibuli* (acres) *oderunt* te recusantem bibere *pocula Falerni* post mediam noctem tibi *porrecta*, *quamvis iures*, te recusare ob metum aestus nocturni a vino intempestive sumpto orituri. — v. 93. *vapores* Fea italice interpretatur *i vapori*, *i fumi del vino, che danno al capo.* Vossius: *des naechtlichen Weines Erhizzung.* — v. 94. *Deme supercilio nubem.* Lamb.: aufer e vultu tristitiam atque immoderatam severitatem, quae contracto ac sublato supercilio significatur; quod Graeci τὸ τῶν ὀφρύων νέφος appellant. — *plerumq.*, non raro, saepius. — v. 95. *Occupat*, i. e. obtinet et prae se fert. — *obscurus*, κρυψίνους, nos: *heimtückisch.* — *acerbus*, inmitis et inhu-

---

loquacissimus fuit et maledicus, per quem maledici et detrectatores intelliguntur. [*Tu, dum tua navis in alto est*] i. e. tu, qui coepisti, vide, ne amicos offendas et ingratus fias. Per hoc ostendit aut non suscipiendas potentium amicitias aut susceptis obtemperandum. [*Mutata retrorsum te ferat aura*] *auram* mutabilem ἀλληγορικῶς dicit. [*Oderunt hilarem tristes*] praecepta, quibus amici potentiores canendi sunt, ne offendantur fa-

qui non sit expertus, ceterum re ipsa plenam esse timoris ac molestiae. [*Dum tua navis in alto est*] cum prosperum cursum amicitiae tenes et est tropus ἀλληγορία. [*Retrorsum te ferat aura*] ne ob aliquam offensionem merearis excludi. *Aura* autem tenuis ac levis culpa. [*Oderunt hilarem tristes*] hic ostendit, similem simili delectari. [*Oderunt porrecta negantem pocula*] hic ostendit, quid sit *levis aura*, h. e. parva causa, cur quis non ametur. *Pocula* autem *negantem* non amant, etiam si tu malam valetudinem ostendas, ad excusationem non bibendi. [*Quamvis*] negantem etiam naturae causantur. [*Deme supercilio nubem*] ne te, inquit, tristem praebeas aut nimis severum, nam propter hanc (rem) multi odium contraxerunt. [*Plerumq. modestus*] deest etiam, ut sit, *etiam modestus.* [*Occupat obscuri speciem*] a superiore pendet, an parce intelligendum est, non esse satis bonum? an sic accipimus: Ita te compares, ut qualis

Qua ratione queas traducere leniter aevum,
Ne te semper inops agitet vexetque cupido,
Ne pavor et rerum mediocriter utilium spes;
Virtutem doctrina paret naturane donet;
Quid minuat curas, quid te tibi reddat amicum;
Quid pure tranquillet, honos an dulce lucellum,
An secretum iter et fallentis semita vitae?
Me quoties reficit gelidus Digentia rivus,
Quem Mandela bibit, rugosus frigore pagus,
Quid sentire putas? quid credis, amice, precari?

---

manus, de aliis inhumane iudicans. — v. 96. Disces ex doctorum libris et quaeres ex doctis, qui adhunc vivunt. *Docti* sunt sapientes ac philosophi. — v. 97. *leniter*, placide, quiete, tranquille. — v. 98. *Ne te semper inops cupido*, cupiditas, quae nunquam expletur, quae semper desiderat, semper eget. Cf. Carm. III, 16, 28.: *Magnas inter opes inops.* — v. 99. *Ne pavor — spes.* Vossius: *Nicht auch Angst und Hoffnung der maessig fruchtenden Dinge.* — *res mediocriter utiles* sunt bona fortunae. — v. 100. *doctrina, παίδευσις,* bona institutio. Vid. Carm. IV, 4, 33-34.: *Doctrina sed vim promovet insitam, Rectique cultus pectora roborant.* — v. 101. *quid te tibi reddat amicum.* Epist. I, 3, 29.: *si nobis vivere cari.* — v. 102. *Quid pure tranquillet*, quid pura, inquit *Doer.*, et liquida tranquillitate animum tuum perfundat. Verbo *tranquillare* opponitur *perturbare.* — *honos*, honores obtinendi, quales saepius commemoravit. — *Dulce lucellum*, negotiatio, mercatura. — v. 103. *secretum iter*, vita secreta et remota a publica luce. — *vita fallens*, latens homines, oculos hominum fallens, ut Epist. I, 17, 10.: *Nec vixit male, qui natus moriensque fefellit.* — v. 104. *Quoties*, inquit, me recreat *Digentia*, fluvius non ita magnus minimeque navigabilis, ut rivo quam fluvio similior sit, i. e. quoties sum in fundo meo Sabino, quid me cogitare, quid me a diis immortalibus precari credis? Vid. ad Epist. I, 16, 12. — v. 105. *Mandela*, vicus s. pagus in Sabinis. — v. 106. *Quid sentire putas*, sc.

---

cile. [*Qua ratione*] quia semper per ignorantiam vitiosi sumus. [*Mediocriter*] i. e. non potest ullo modo fieri, ut cupido supra modum habendi et mediocritas utilium rerum possint regnare simul. [*Doctrina parat naturave donet*] i. e. utrum doctrina an natura sapiamus. [*Quem Mandela bibit rugosus frigore pagus*] pagus in Sabinis est et non pagus bibit, sed hi, qui in pago sunt. [*Quid sentire putas, quid credis, amice, precari?*] quid putas me deos precari, dum sum in rure meo, nisi hoc, quod tibi opto, videlicet doctrinam virtutum, immutationem curarum

es, talis existimeris. [*Inter cuncta leges*] et doctrinam esse necessariam ad commendationem amicitiarum significat. [*Qua ratione queas*] scilicet quemadmodum possis suaviter vivere. [*Et rerum mediocriter utilium spes*] recte dixit, utrumque enim est stultitiae vel pavere, ne amittat, vel sperare cum voto ingenti res mediocriter utiles. [*Virtutem doctrina paret*] hae omnes quaestiones de philosophia morali sumuntur. [*Quid te tibi reddat amicum*] i. e. virtus, quae facit sapientem, nihil stulte facere ac per hoc se ipsum non laedere. [*Quid pure tranquillet*] vere delectet. [*An secretum iter et fallentis semita vitae*] videtur hoc probare, quod ultimo posuit, an quod alibi dixit: *Nec vixit male, qui natus moriensque fefellit.* [*Me quotiens reficit*] i. e. quotiens in meo rure sum. [*Digentia rivus*] fluens per agrum Horatii. Nam Mandela pagus est in

Sit mihi, quod nunc est, etiam minus, et mihi vivam
Quod superest aevi, si quid superesse volunt Dî;
Sit bona librorum et provisae frugis in annum
Copia; neu fluitem dubiae spe pendulus horae!
Sed satis est orare Iovem, quae ponit et aufert;
Det vitam, det opes: aequum mî animum ipse parabo.

EPISTOLA XIX.

ARGVM. *Ex sermonibus (vid. Serm. I, 4. I, 10.) lectori erudito satis notum est, quales quantasque obtrectatorum iniurias pertulerit Horatius; in primis homines minorum gentium iique versificatores poetarumque stulti imitatores Horatium omni ratione insectabuntur, de eius carminibus invidiose pariter atque oblique iudicantes, quos tamen omnes in hac epistola ad Maecenatem (circa annum u. c. DCCXXXIV.) scripta, ut par erat, deridet, dum qualem ipse, ab obtrectatorum stulta imitatione longe abhorrentem, se praestiterit poetam, modeste ostendit.*

---

me, quod recte omittitur, vid. Ramshorn. Grammat. Lat. pag. 432. — *precari, εὔχεσθαι.* — v. 107-110. *Sit mihi* etc. i. e. permaneat mihi, sit mihi proprium τὸ παρόν. Similiter Serm. II, 6, 13.: *si, quod adest, gratum iuvat; hac prece te oro* etc. Coll. Carm. III, 16, 29 sqq. I, 31, 17 sqq. — *etiam minus.* Serm. II, 6, 3-4.: *Auctius atque Di melius fecere* etc. Satis ab Maecenate se accepisse ait Horatius. — v. 109. Ante omnia precatur, ut librorum habeat copiam; frugis tantum sibi sit, quantum opus est iis, qui sibi in unum annum provident. — v. 110. *neu fluit. dub. spe pend. horae*, neu suspensus inter spem metumque de dubia futuri temporis sorte perturber. — v. 111. Pro *ponit* recentiores nonnulli legunt: *donat.* Negari nequit *ponit* hic esse lectionem multo difficiliorem altera. Sed quomodo recte *ponere* explicari poterit? Sane si cum *Th. Schmidio* illud pro ,collocare, concredere' (scil. pecuniam) positum ceperis. De alterius lectionis explicatione dubium esse non potest. — v. 112. *aequum animum*, animum aequabilem, paucis iisque praesentibus contentum vel animi tranquillitatem, quam deus non dat, eam mihi ipse parabo, ut *Doer.* ait.

---

et veram delectationem? [*Sit bona librorum et provisae frugis in annum copia*] notandum, quia studiosus librorum copiam prius, quam fruges victumque est precatus. [*Sed satis est, orare Iovem, quid donat et aufert*] haec, inquit, a Iove petam, quae mihi praestare non possum, i. e. vitam, opes et cetera. Vt aequum animum geram, in mea magis est potestate, ne animus meus dubia ope sit insatiabilis.

Sabinis, nimis contrahens atque algidus frigore et rugosa faciens hominum corpora. [*Bibit, rugosus frigore pagus*] tropus *μετωνυμία*, h. e. pagani bibunt et sic est, de quo ait etiam: *Fons rivo dare nomen idoneus.* [*Quid sentire putas?*] deest, nisi hoc, etiam minus. Paratus sum, inquit, etiam minus habere, quam habeo, dummodo vivam, quemadmodum volo. [*Sit bona librorum*] *librorum* copiam prius quam frugis provisionem est precatus. [*Neu fluitem dubio spe pendulus horae*] ne alieni convivii spe in incerto verser ac tempus exspectem. [*Sed satis est orare*] haec a Iove, inquit, poetam, quae ipse mihi praestare non possum. Ceterum ut aequum animum geram, in mea magis est potestate quam Iovis.

AD MAECENATEM.

Prisco si credis, Maecenas docte, Cratino,
Nulla placere diu nec vivere carmina possunt,
Quae scribuntur aquae potoribus. Vt male sanos
Adscripsit Liber Satyris Faunisque poetas,
Vina fere dulces oluerunt mane Camenae.
Laudibus arguitur vini vinosus Homerus.

v. 1. Maecenas erat vir *doctus*, literarum Graecarum studio perbelle excultus. — Cratinus, ut notum est, ad priscae comoediae auctores pertinet, quamobrem hîc ipse *priscus* dicitur; cf. Serm. I, 4, 1.: *Eupolis atque Cratinus Aristophanesque poetae Atque alii, quorum comoedia prisca virorum est* etc. Ceterum κατ᾽ ἐξοχὴν poetae audiebantur viri *docti*, neque aliter hîc Maecenatem appellat; unde apparet, Horatium Maecenati facultatem de poetarum operibus recte iudicandi adscribere. — v. 2. Carmina *placent* praesentibus, *vivunt* posteris. *Vivere* verbum de hac re sollenne, vid. Carm. I, 32, 3. IV, 9, 11. — *aquae potoribus*, ὑδροπόταις. — *Vt*, ex quo tempore, postquam, vid. ad Serm. II, 2, 128. — *male sanos*, vesanos, ἐνθουσιάζοντας, μαινομένους. — v. 5. *Vina — Camenae.* Vossius: *Dufteten immer von Wein schon früh die holden Kamenen.* — v. 6. *Laudibus arguitur*, quod vernacule interpretamur: *verraeth sich im Lobe.* — *vinosus*, vid. not. ad Epist. I, 1, 38. — *Ennius.* De Ennio dicit Quintil. Inst. X, 1.: *Ennium sicut sacros vetustate lucos adoramus, in quibus grandia et antiqua robora iam non tantam habent speciem, quantam religionem.* Honorifice ab Horatio Ennius dicitur *pater*, tanquam poeseos epicae auctor. Vid. Propert. III, 2,

ACR. [*Prisco si credis, Maecenas docte, Cratino*] hanc epistolam ad Maecenatem scribit, in qua demonstrat pragmatiam suam, i. e. causam, propter quam composuerit carmina, sed prius vituperat imitatores Cratini, qui docuit nullorum carmina esse stabilia, nisi potulenti et ebrii essent. Trahens occasionem ipse Cratinus ex Homero et Ennio, in quorum libris laus invenitur vini. Non tamen poetas esse dixerunt debere vinosos. Qui Cratinus tantae vinolentiae fuit, ut solitus fuerit supra pelles recumbere, in quas comedere consueverunt. Hoc etiam epigramma in monumentum eius testatur. In suis etiam fabulis negat bonum esse poetam, qui vinosus non fuerit. Hic per hanc vinolentiam tantae libidinis fuit, ut cubiculum suum speculis adornaret, quatenus et coitum suum spectare posset. [*Adscripsit Liber*] Democritus exclusit suo iudicio sanos

POR. [*Prisco si credis, Maecenas docte, Cratino*] haec epistola ad Maecenatem scripta pragmatiam suam vult in carminibus praemonstrare, sed prius vituperat imitatores omnes et inprimis poetas, qui virtutes eorum admirati, non adsecuti continuo se his ipsis similes fore existimant, si sola illorum vitia consectentur. Veluti faciunt, quod fama est Homerum vinosum fuisse, putant se bonos poetas reddi posse vinolentia. Ergo hoc totum per irrisionem dicitur, non quod Horatius id ipsum verum existimet vel de Cratini opinione vel de Homero temulento. Ait enim et per opinionem. [*Vt male sanos*] *ut* temporis adverbium est, quasi diceret ‚exinde'. [*Adscripsit*] bene tanquam in legionem suam. Nam hoc verbum militare est et est ordo: *Vt male sanos adscripsit Liber Satyris Faunisque poetas.* [*Vina fere dulces oluerunt mane Camenae*] et haec εἰρωνεία est, ipsas quoque Musas etiam mane sobrias non fuisse. [*Laudibus arguitur vini vinosus Homerus*] facete addit Homerum tanquam

Ennius ipse pater numquam nisi potus ad arma
Prosiluit dicenda. *Forum putealque Libonis
Mandabo siccis, adimam cantare severis*;
Hoc simul edixi, non cessavere poetae
Nocturno certare mero, putere diurno.
Quid, si quis vultu torvo ferus et pede nudo
Exiguaeque togae simulet textore Catonem,
Virtutemne repraesentet moresque Catonis?
Rupit Iarbitam Timagenis aemula lingua,

6. — v. 8. *ad arma Prosiluit dicenda*, cum emphasi hîc loquitur, pro simplici, ad bella canenda. — Quod *puteal* adtinet, lectorem benevolum notata ad Serm. II, 6, 35. conferre iubemus. — v. 9. *siccis*, sobriis, abstemiis vini, ut Carm. I, 18, 3.: *Siccis omnia nam dura Deus proposuit.* — *adimam cantare severis*, i. e. severos a canendis carminibus prohibebo. — v. 10. *edixi.* Nam post aliorum poetarum exempla ac testimonia, lepide addit suam ipsius sententiam, quam fingit a se alicubi propositam et quam cum tecta quadam irrisione dicit aequales poetas cupide amplexos et tanquam Praetoris edictum secutos, quo veriores esse viderentur poetae. Haec quidem, quae scripsit *Weichertus*, V. D., leguntur in *Th. Schmidii* Horatii epistolarum editione. — v. 11. *certare mero*, vid. ad Carm. I, 1, 31. — v. 12. *vultu torvo ferus.* Comm. Cruq.: Cato, senator Romanus, ut severior appareret, intonsa barbâ capillisque prodibat in publicum, duroque calceamento et saepe nullo togaque exigua. — *pede nudo*, ἀνυπόδητος. — v. 13. *Textor* panni, inquit *Doer.*, e quo exigua Catonem simulans toga confecta est, iam *ipsius togae exiguae textor* vocatur. — v. 15. Verborum structura fere haec est: *lingua Iarbi-*

poetas a numero Musarum, dicens insanos in numerum Faunorum et Satyrorum deorum transire quasi veriores. Vnde per ironiam hîc dicit, quod postquam Liber pater insanos poetas numero Satyrorum adscripsit, ipse Musae etiam mane sobriae non fuerunt, olentes adhuc vinum nocte potatum. [*Quid, si quis vultu torvo ferus*] Sensus est: Si quis vestem vultumque Catonis imitetur, numquid etiam virtutibus erit Cato? Cato enim consul Romanorum, ut terribilior appareret hostibus, intonsa barba et capillis manebat, cum diro coloramento et cum toga exigua, ut velocior esset. [*Pede nudo*] hoc de quocunque philosopho, Cato enim nudis pedibus non fuit. [*Exiguaeque togae simulet textore*] quam fecerit textor. [*Rupit Iarbitam*] Iarbita Maurus fuit regione, qui dum Timagi-

vinum in Iliade et in Odyssea saepe laudaverit. [*Ennius ipse pater nunquam nisi potus*] hoc totum cum imitatione quadam dicitur stultae persuasionis. Pater autem Ennius ideo, quod ipse primus Latinorum ad Heroici versus imitationem adspiraverit. [*Ad arma*] ad libros annalium, quos Ennius scripsit. [*Prosiluit dicenda*] ut: *cui non dictus Hylas?* [*Forum*] per forum causidicos et iurisconsultos significat. [*Putealq. Libonis*] *puteal* Libonis sedes praetoris fuit prope arcum Fabianum, dictum quod a Libone illic primum tribunal et subsellia collocata sint. [*Mandabo siccis*] sobriis tradam. [*Adimam cantare severis*] ut ineptum est, inquit, iurisdictionem non a sobriis geri, sic absurdum est cantare ieiunos. [*Hoc simul edixit*] statim ut hoc, inquit, visum est omnibus dixisse. [*Nocturno certare mero*] h. e. dies noctesque potare. [*Quid si quis vultu*] quid si aliquis, inquit, vestem vultumque Catonis imitetur, num quid continuo et virtutibus Cato sit? [*Exiguaeque togae*] μετωνυμία,

Dum studet urbanus tenditque disertus haberi.
Decipit exemplar vitiis imitabile: quod si
Pallerem casu, biberent exsangue cuminum.
O imitatores, servum pecus, ut mihi saepe
Bilem, saepe iocum vestri movere tumultus!
Libera per vacuum posui vestigia princeps,
Non aliena meo pressi pede: qui sibi fidit,

---

tae aemula Timagenis rupit Iarbitam, i. e. dum Iarbita Timagenis eloquentiam imitari conatur, dirupit sese, scilicet nimium contendendo et clamando. Pariter supr. Serm. II, 3, 318.: *non, si te ruperis, inquit, Par eris.* — v. 16. *tendere*, studere, cupere. — v. 17. *Decipit — imitabile*, i. e. exemplar, in quo aliqua insunt vitia cum virtutibus coniuncta, imitatorem plerumque inducit, ut virtutibus omissis vitia imitetur. — v. 18. *biberent exsangue cuminum.* Comm. Cruq.: ut pallorem meum possint imitari; quoniam cuminum potatum pallidos reddit homines. Vid. Plin. H. N. XX, 14.: *Omne cuminum pallorem bibentibus gignit. Ita certe ferunt Porcii Latronis clari inter magistros dicendi assentatores similitudinem coloris studiis contracti imitatos.* — v. 19. Imitatores exagitat, qui nimis serviunt imitationi nec quidquam audent ab eo, quem sibi imitandum proposuerunt, discedere et, quod deterrimum est, vitiosissima quaeque aemulantur. Lamb. — Vossius: *Ihr, nachahmende Heerd', ihr Lastvieh! o wie so oftmals Galle mir, oft ein Gelaechter erregt hat euer Getümmel!* — *servum pecus*, ut supr. Serm. I, 3, 100. dixit *mutum et turpe pecus.* — v. 21. *Libera vestigia*, ex suo arbitrio neque ulli ad-

---

nem philosophum post convivium et inter pocula declamantem vellet imitari et non posset, invidia quodammodo discerptus est. [*Exsangue cuminum*] ut pallore nimium possint imitari et non posset, invidia quodammodo discerptus est. [*Exsangue cuminum*] ut pallorem nimium possint imitari. Quoniam *cuminum* potatum pallidos reddit homines. [*Servum pecus*] mire ait pecus servum, quoniam negant Stoici quemque liberum esse praeter sapientem. [*Libera per vacuum posui vestigia*] ego primus Romano sermone lyrica carmina scripsi. [*Qui sibi fidit*] solus au-

id, quod fit, pro eo, qui facit. [*Rupit Iarbitam*] exemplum stulti imitatoris interposuit. Nam hic Iarbita Maurus fuit, qui dum Timaginem imitatur post convivium et intra pocula declamantem propter insolentiam faciendi, quod conabatur, pene disruptus est. Timagenes enim multos conabatur adhibere et coenae et declamationi suae dumque ab his multum laudatur in admirationem sui, provocasse Iarbitam dicitur, qui se et stomachum abrupit, dum Timagenem et dicendo et pascendo amicos conatur aequare. [*Decipit exemplar*] decipiuntur, inquit, stulti, qui cum propositum sit bonorum exemplar, eosdem tantum vitiis imitantur, ut illi, qui Catonem imitari se putat, si semper tristis ac si sordidatus incedat. [*Quod si pallerem casu*] quod si me casus, inquit, pallidum fecisset, imitator meus medicaminibus uteretur, ut cuminum potaret, ut sic pallidus factus similis crederetur. Aiunt enim cuminum dilutum et potum pallidum facere. [*Biberent exsangue cuminum*] *exsangue* pro pallido. [*O imitatores servum pecus*] tam enim servus ad alienum praescriptum vivit, quam ille, qui est imitator alterius. [*Libera per vacuum posui vestigia*] iam de se dicit, ostendens, et quae et quomodo carmina scripserit, sic enim, inquit, quasi neminem fuerit secutus, sed libero consilio sua inventa perscripserit. Per *vacuum* autem ait, quia nemo praecesserat. [*Qui sibi fidit*] praecedere, inquit, solus habet, qui recte sibi confidit ha-

Dux regit examen. Parios ego primus iambos
Ostendi Latio, numeros animosque sequutus
Archilochi, non res et agentia verba Lycamben.
Ac ne me foliis ideo brevioribus ornes,
Quod timui mutare modos et carminis artem:
Temperat Archilochi Musam pede mascula Sappho,
Temperat Alcaeus, sed rebus et ordine dispar,
Nec socerum quaerit, quem versibus oblinat atris,
Nec sponsae laqueum famoso carmine nectit.
Hunc ego, non alio dictum prius ore, Latinus

---

dictus. — *per vacuum*, per locum a nemine ante occupatum. — v. 23. *Dux regit examen.* Translatio ab apibus. Qui nimirum sibi confidit, aliis praeesse sive aliorum dux esse potest. Sub *examine* autem turbam caecorum imitatorum intelligit. — *numeros*, metra. Cf. Carm. IV, 2, 10. — *animas*, spiritus, φρόνημα, nos: *geistig erhabener Schwung.* — v. 25. *agentia*, exagitantia, persequentia, vexantia. — v. 26. *foliis brevioribus ornes*, i. e. ne mihi idcirco minorem laudem tribuas. — v. 28. *Temperat*, moderatur, componit. Iunge: *Sappho temperat Musam* (suam, i. e. carmina sua) *pede Archilochi — et — Alcaeus temperat Musam pede Archilochi.* — *mascula.* Audiamus Lambinum hanc vocem ita interpretantem: vel quod ita puellas amaret, ut solent viri, quodque cum iis tanquam mas rem haberet, vel, quod ingenio masculo fuerit in eo, quod venustissimos et politissimos versus scripserit neque in lanificio aliarum mulierum more aetatem consumpserit aut operam posuerit, vel quod animo forti ac virili fuerit in eo, quod se e petra Leucade praecipitem in mare deiicere ausa sit, quod placet Turnebo. Lambinus autem putat *masculam* dici ob id potius, quod virilia et viris digna, non muliebria studia coluerit ac tractarit. Vossius: *Sappho die Maennin.* — v. 29. *rebus*, argumentis; *ordine*, sc. pedum se invicem excipientium. — v. 30. *oblinat*, dedecoret, infamem reddat, ignominia afficiat. — *versibus atris*, i. e. contumeliosis, criminosis, acerbis. — v. 31. *Nec sponsae — nectit*, i. e. nec, ut Archilochus, carmine famoso impellit sponsam ad laqueum. — v. 32. *Hunc*, Archilochum. Vid. Carm. III, 30, 13.: *dicar — Princeps*

---

det. [*Archilochi*] non res, inquit, transtuli de Archilocho, sed exemplar metri et non eadem verba sum imitatus, quibus est persecutus socerum suum Lycamben, ut se laqueo suspenderet. [*Temperat Archilochi Musam pede*] metrum, inquit, Archilochi, quod nos imitamur, temperamus versibus Alcaei et Sapphi, quos imitor. Sed neque eodem ordine versuum utuntur neque rebus, quibus socerum insequitur. [*Ordine dispar*] quia

betque alios curae, imitatus regem apium se sequentibus ducem. [*Parios*] ideo, quia Parius est Archilochus, Iambici carminis scriptor. Nam de Archilocho, inquit, transtuli nil praeter metrum, sed res et argumenta neglexi, quibus ille Lycamben persequitur, a quo repudiatus est gener. [*Ac ne me foliis ideo brevioribus ornes*] ne me parcius laudes, tanquam in metris nihil invocare ausim ac proferre pro meo, multa, inquit, ex diversis auctoribus composui docetque, quomodo composuerit. [*Temperat Archilochi Musam*] et Archilochi, inquit, Musa utimur et Sapphus. [*Mascula Sappho*] vel quia in poetico studio versata est, in quo saepius enituit vel quia tribas diffamatur fuisse. [*Temperat Alcaeus*] miscemus, inquit, et Alcaei metrum, sed neque eodem ordine utimur versuum. [*Nec socerum quaerit*] socerum Lycambae poscit. [*Nec sponsae laqueum*] eam

Vulgavi fidicen; iuvat immemorata ferentem
Ingenuis oculisque legi manibusque teneri.
Scire velis, mea cur ingratus opuscula lector
Laudet ametque domi, premat extra limen iniquus?
Non ego ventosae plebis suffragia venor
Impensis cenarum et tritae munere vestis;
Non ego, nobilium scriptorum auditor et ultor,
Grammaticas ambire tribus et pulpita dignor:
Hinc illae lacrymae. — *Spissis indigna theatris*

Aeolium carmen ad Italos Deduxisse modos. — *Latinus fidicen*, ut Carm. IV, 3, 23.: *Romanae fidicen lyrae.* — v. 33. *immemorata* sunt fere eadem, quae supra Carm. IV, 1, 2-3.: *carmina non prius audita* dixit; cf. Carm. IV, 9, 3-4.: *Non ante vulgatas per artes Verba loquor.* — v. 34. Iuvat legi inque manibus esse virorum ingenuorum, quales erant Horatii amici: Plotius, Varius, Maecenas, Virgilius, Valgius, Octavius, Fescus, fratres Visci, Pollio, Messala, Bibulus, Servius, Furnus aliique plures. — v. 36. *premat*, vituperet. — v. 37. Solebant indocti poetae et iidem locupletes coenis sumptuosis, muneribus, fideiussionibus, promissis imperitae multitudinis adsensum atque approbationem emere. Allegorice dictum deque comitiis huc translatum. — *plebs* bene dicitur *ventosa*, cuius favor semper solet mutari, cf. Carm. I, 1, 7. III, 2, 20. Epist. I, 16, 33. — v. 38. *tritae*, nos: *abgetragen*, quod omnium sane erat deterrimum. — v. 39. *nobilium scriptorum auditor et ultor* = *Edler Dichter Zuhoerer und Verfechter.* — v. 40. *Grammaticas ambire tribus.* Translatio de comitiorum suffragiis desumpta. Candidatos munus appetentes tribus ambiisse, omnium satis constat. Grammaticorum igitur collegia *tribus* appellat, quasi penes eas ius suffragiorum sive laudis distribuendae potestas sit. — *pulpita,* unde scripta recitari solebant. Horatius nempe infra dignitatem suam positum esse existimabat, se Grammaticis immiscere: quamobrem illis odio erat. — v. 41. *Hinc illae lacrymae*, proverbium vulgatissimum. — v. 41-42. Pudet me, inquit, car-

---

tantum pedes tulerunt, non materiam. [*Non alio dictum prius ore*] Archilochus Graecus poeta primus fuit et ego apud Latinos primus Lyrica carmina scripsi. [*Scire velis*] excusat se, cur cum probetur a plurimis, bene sua carmina composuisse se, non tamen habeat laudatores. Ostendit quod propter invidiam, quae inimica est virtuti, cum per domos aliorum legeretur et publice detraheretur et quia non conducebat muneribus cibi et vestium, favorem vulgi, quod solent amatores adulationis agere.

enim ad laqueum dicitur Archilochus compulisse infami carmine. [*Hunc ego*] Archilochum scilicet, non alium. Hoc est, quod dicit, nullius imitatorem se esse, dumtaxat in auctores. [*Immemorata*] a nullo ex Latinis ante me dicta. [*Ingeniis oculisq. legi*] hoc vel ad Archilochum refertur, multa obscena dicentem, vel ad Lucilium, qui aeque multa Punice spurca composuit. [*Scire velis*] deest audies, ut sit: *Si velis scire, audies.* Et hic se excusat, quod cum probetur a plurimis, non tamen habeat laudatores, volens hanc causam esse, quod propter invidiam, quae inimica virtutis est, etiam ipse non adibat grammaticos, cum suis auctoribus promerendo. [*Grammaticas ambire tribus et pulpita dignor*] grammaticas tribus ipsam discipulorum multitudinem dicit; *pulpita* vero ipsos magistros. [*Hinc illae lacrymae*] hinc causa est, inquit, propter quam et alii laudantur. [*Spissis indigna theatris Scripta pudet recitare*]

Scripta pudet recitare et nugis addere pondus,
Si dixi; *Rides,* ait, *et Iovis auribus ista*
Servas; fidis enim, manare poetica mella
Te solum, tibi pulcher. — Ad haec ego naribus uti
Formido et, luctantis acuto ne secer ungui,
Displicet iste locus, clamo, et diludia posco.
Ludus enim genuit trepidum certamen et iram,
Ira truces inimicitias et funebre bellum.

---

mina haud digna, quae in loco, ubi magna hominum frequentia convenit, audiantur, recitare et levia reddere velle gravia. Vid. *Doer.* — Verborum structura fere haec est: *Si dixi: pudet recitare scripta spissis theatris et nugis addere pondus,* ait: *Rides* etc. — *theatris,* auditoriis, *Hoersaele.* — *nugis,* ut saepius carmina *nugas* dixit, vid. ad Serm. I, 9, 2. — *pondus addere,* magni facere. — v. 43. *Rides, ait,* sc. aliquis. — *Iovis,* Augusti, qui saepius sic vocatur, cf. Ovid. Trist. I, 1, 81.: *Me quoque, quae sensi, fateor Iovis arma timere.* — v. 44. *fidis* etc. h. e. confidis te versus edere quovis melle dulciores. — v. 45. *tibi pulcher,* tibimet ipsi placens, tuo iudicio bonus poeta. — *naribus uti,* μυκτηρίζειν, pro eo, quod est ‚irridere‘. Vid. Serm. I, 6, 5. ubi *naso adunco suspendere* dicitur eadem significatione. — v. 46. *luctantis — ungui.* Vossius: *Um nicht von des Kaempfenden Nagel zu bluten.* Translatio est de ludis gladiatoriis desumpta. — v. 47. *diludia posco.* Comm. Cruq.: *diludia* dicuntur tempora, quae gladiatoribus conceduntur inter dies munerum, quibus pugnatur; dilationes ludorum. — v. 48. *genuit,* gignere solet, saepe genuit. — *trepidum,* tumultuosum, certamen in summum discrimen adductum. Vid. not. ad Carm. III, 2, 5. — Ex ludo oritur certamen et ira, ex ira autem nascuntur inimicitiae, nec non funestissimum bellum. Conclusio huius epistolae non indiget explicatione.

[*Et nugis addere pondus*] illi in nugis suis pondus laude accumulare gaudent, quia carmina sua inhoneste laudari cupiunt. [*Ego naribus uti*] illius ad verba vereor libere et urbane tendere, ne eum ad iracundiam provocem. [*Formido*] timeo esse fastidiosus, sed honestas quaero excusationes, ne recitem. [*Clamo*] i. e. reprehendentium timore coactus dicam, quod mihi displiceat locus, ubi recitem. [*Diludia posco*] *diludia* dicuntur tempora, quae gladiatoribus conceduntur, ut intra dies quinque pugnent.

haec sunt verba Horatii excusantis, cur non scripserit, quod in publicum proferat. [*Nugis addere pondus*] h. e. pro re magna *vastum pondus* pronuntians: Referent alii, qui nugas peiores facere recitando solent. [*Rides, ait*] haec invidi verba sunt respondentis Horatio, ut si dicat: Irrides, cum te diffidentem ais non recitare vulgo, cum superbia fastidias ceterorum aures, Caesari soli legas. [*Fidis enim*] adversarii adhuc verba sunt exprobrantis, quod Horatius multum sibi arroget de carminum suavitate. [*Tibi pulcher*] iudicio tuo contentus te ipsum laudes. [*Ad haec*] ordo est: *Ad haec ego.* [*Naribus uti*] *naribus* caninis vituperantium. [*Et luctantis acuto ne secer ungui*] per hoc significat multos aemulos omissa arte descendere in certamen, ut qui in luctatione unguem imprimit ad lacerandum adversarium. [*Displicet iste locus*] in quo recitatur palam. [*Diludia*] intermissionem ludorum vel dilationem. [*Ludus enim genuit*] haec causa est, cur *diludia* postulet.

EPISTOLA XX.

ARGUM. *Fata epistolarum libro primo in lucem edendo instantia tanquam vates providet ac praecinit. Placet hîc repetere, quae Wielandius in huius epistolae argumento exponendo memoriae prodidit. „Das bekannte Bild, — ille inquit, — um das Verhaeltniss eines Autor zu seinem Werke zu bezeichnen, das Bild von Vater und Kind, ist mit einem anderen, welches die Schicksale eines Buches andeutet, insofern es durch die Publication der beliebigen Behandlung, den Launen, Lüsten und Misshandlungen des Publicums Preis gegeben wird, fein verschlungen und in die passendste Allegorie ausgewebt. Alle Ausdrücke sind von einem armen, aber ehrlichen Vater entlehnt, welcher seinem leichtsinnigen Maedchen, — welches der Einsperrung und Eingezogenheit im vaeterlichen Hause überdrüssig ist und sein Glück in der Welt versuchen moechte, — als ein Mann, der den Lauf derselben besser kennt, als das unerfahrene Ding, von Stück zu Stück vorhersagt, wie es ihr ergehen werde.“*

AD LIBRVM SVVM.

Vertumnum Ianumque, liber, spectare videris,
Scilicet ut prostes Sosiorum pumice mundus.

---

v. 1. *liber* hîc per dilogiam dicitur: *Buch und Kind.* — v. 2. *Sosiorum pumice mundus.* Comm. Cruq.: cura et opera Sosiorum, qui fuerunt fratres *βιβλιοπῶλαι*, i. e. librorum venditores, pumice polientes concinnantesque libros suos venales. — *pumice mundus*, i. e. politus, ornatus. Pumice vero non solum bibliopola ad libros poliendos, sed etiam pueri puellaeque molles ad varios usus, v. c. ad cutem dentesque levigandos, utebantur; unde apparet, Horatium haec etiam per dilogiam pro-

---

ACR. [*Vertumnum Ianumq. spectare videris*] hanc epistolam metaphorice inscripsit, quasi in rem animatam, significans librum suum in publicum velle procedere, se vero prohibere. Vertumnus et Ianus dii sunt, qui praesunt negotiis ementium et vendentium, ante quorum templa erant loca, in quibus cum ceteris rebus etiam libri venales erant. Per deos *μετωνυμικῶς* autem loca significat. [*Sosiorum pumice mundus*] in mensa Sosiorum, qui Graece *βιβλιοπόλαι* dicuntur, i. e. venditores librorum. Dicti Sosii a familia, quorum mensam poetica licentia *pumicem*

POR. [*Vertumnum Ianumq. liber*] mirum est, hanc locutionem inter epistolas poni, cum neque ad absentem neque ad praesentem hominem scripta sit, nisi quia receptum est et principia et fines in omnibus libris nullius legis formula contineri. Vnde sic Lucretius incipit primum Epicureae sectae librum; sic Virgilius quartum Georgicorum. Haec itaque cum libro suo videtur loqui, quem ante impositum finem cupidum esse dicit in publicum prodeundi, cum domi continendus sit, ne in magnos lectores incidens vituperetur. Vertumnus autem deus est praeses vertendarum rerum, h. e. emendarum ac vendendarum, qui in vico Thurario sacellum habuit. Ianus quoque similiter vicus est ab Iano gemino sic appellatus, qui in eo arcum habet sibi consecratum. Per quos deos significat loca, in quibus cum ceteris rebus etiam libri venales erant. Sane ex his versibus et in principio sequentis libri apparet, Horatium hoc volumen quasi novissimum totius operis habuisse; nam secundum epistolarum coactus adiecit. [*Scilicet ut prostes*] quasi magnae temeritatis sit hoc librum voluisse. *Prostes* autem proponaris venalisque sis. [*Sosiorum pumice mundus*] Sosii illo tempore fratres erant bibliopolae cele-

Odisti claves et grata sigilla pudico:
Paucis ostendi gemis et communia laudas.
Non ita nutritus! Fuge, quo descendere gestis!
Non erit emisso reditus tibi. *Quid miser egi?*
Quid volui? dices, ubi quis te laeserit; et scis
In breve te cogi, quum plenus languet amator.
Quod si non odio peccantis desipit augur,
Carus eris Romae, donec te deserit aetas.
Contrectatus ubi manibus sordescere vulgi

---

nuntiasse. — v. 3-4. *Odisti claves* etc. Vid. Mart. I, 67, 6.: *Secreta quaere carmina et rudes curas, Quas novit unus, scrinioque signatas Custodit ipse virginis pater chartae, quae trita duro non inhorruit mento.* — Quemadmodum autem libri scriniis signati custodiebantur, ita etiam puellae in thalamis, ne earum pudicitia in periculum adduceretur. — *gemis*, aegre fers, quod te paucis tantum amicis ostendi et *communia*, loca publica, Forum, *laudas*, pascis, visere gestis. — v. 5. *Non ita nutritus!* non ea conditione, non eo consilio educatus es, h. e. a me conscriptus, ut in manus hominum pervenires. — In Forum, quod in valle erat situm, descendebant; quamobrem hîc *descendere* dixit. *Fuge*, aufer te ad Vertumnum Ianumque, quo descendere gestis, quod iratus dicit, videns, infantem nullis parere consiliis. — v. 6. *emittere*, edere. — v. 7. *ubi quis te laeserit.* Comm. Cruq.: postquam te aliquis reprehenderit. Dilogiam continuat; nam *laeduntur* puellae, quarum pudicitia corrumpitur. Tum vero frustra me in auxilium vocabis, tacite subintelligit poeta. — v. 8. *In breve*, capsulam, *te cogi*, per dilogiam exprimit: in re tenui vivere debebis, si amator te fastidit. — *plenus*, fastidiens, satur. Lector enim legendo pariter atque amator amando languere solet. — v. 9. Lamb.: Quodsi non odio tui, qui me invito et repugnante exire cupis, vaticinor ac desipio, tantisper placebis Romae, dum novus eris; nova enim vulgo placere solent, vetera non item. — Vossius: *Wenn nicht etwa im Hass des Vergehns fehlschauet der Seher.* — v. 10. *donec — aetas*, donec novus erit. Animadverte dilogiam: donec in aetate iuvenili flores; tamdiu scilicet amaberis. — v. 11. *Contrectatus* etc. Vid. Serm. I, 4, 72.: *Nulla taberna meos habeat neque pila libellos, Quis manus insudet vulgi Hermogenisque Tigelli.* Dilogiam similibus explicare licet: Plaut. Mil. Glor. IV, 2, 61: PY. *Quid nunc vult?* MI. *Te compellare et amplecti et contrectare.* Sueton. Domit. 1.: *contrectatis multorum uxoribus, Domitiam Longinam Aelio Lamiae nuptam, etiam in matrimonium abduxit.* Tacit. Ann. XIV, 35.: *contrectatam filiarum*

---

vocat. [*Cum plenus languet amator*] *plenus*, i. e. ebrius ac satiatus lector piger est ad legendum. [*Quodsi non odio peccantis desipit augur*] quodsi ego augur tuus sum, i. e. divinitus tibi peccanti futura praedico; non odio tui loquor. Tam diu carus eris, quamdiu novi libri pulchritudine retineberis, at cum fueris sordidatus per processum temporis, nemo te optabit atque describet; sed aut carie consumeris aut fient ex te opi-

berrimi. [*Odisti claves et grata sigilla pudico*] odisti includi et sub sigillo esse, quod pudicis, inquit, gratum esse consuevit. [*Paucis ostendi gemis*] doles, inquit, quod paucis recitem. [*Communia laudas*] conventus publicos. [*Et scis in breve te cogi*] h. e. nec totum te per ordinem recitari fastidio poscentum. [*Quodsi non odio peccantis desipit augur*] Sensus est: Quodsi ego quasi augur tibi non peccanti futura praedico,

Coeperis, aut tineas pasces taciturnus inertes,
Aut fugies Vticam aut vinctus mitteris Ilerdam.
Ridebit monitor non exauditus, ut ille,
Qui male parentem in rupes protrusit asellum
Iratus; quis enim invitum servare laboret?
Hoc quoque te manet, ut pueros elementa docentem
Occupet extremis in vicis balba senectus.
Quum tibi sol tepidus plures admoverit aures,
Me libertino natum patre et in tenui re
Maiores pennas nido extendisse loqueris,

---

pudicitiam ulcisci. — v. 13. Lamb.: solebant veteres epistolas in tabulis s. chartis conscribere easque alia charta, quae plerumque erat intus exarata, operire, deinde lino obligare, postremo obsignare. Eae autem chartae, quibus literae integebantur, appellabantur *opisthographae*, quia a tergo inscriptae declarabant, ad quem mitterentur. Significat igitur, homines ex libro suo integumenta literarum facturos. — *vinctus*, scil. funiculis, quibus libri in provincias mittendi constringi erant soliti. — v. 16. *quis — laboret*, cf. Epist. ad Pis. v. 467.: *Invitum qui servat, idem facit occidenti.* — v. 17. *manet*, ut Carm. I, 28, 15.: *Sed omnes una manet nox* etc. Carm. II, 18, 30. Epod. XIII, 13. XVI, 41. — *elementa docentem*, nos: *einen Schulmeister*, ludi magistrum. De *elementis* vid. *Lex. Hor.* sub h. v. — v. 18. *balba senectus*, quia senes amant balbutire. — *Doer.* cum plurimis hunc locum recte explicat: haec quoque tibi destinata est sors, ut pueros in extremis vicis elementa docendo consenescas. — v. 19. *aures.* Comm. Cruq.: secundum morem librariorum magistrorumque loquitur, qui circa quartam vel quintam horam dictata pueris praebere consueverunt, quo tempore sunt tractabiliores. De qua tamen explicatione lector eruditus iudicet. Iis horis, inquit, quibus solis calor est mitior, complures habebis, qui tibi *aures* admovebunt, i. e. auditores. — v. 20. Cf. Serm. I, 6, 45. — *in tenui re*, sc. familiari, vid. Serm. I, 6, 71. — v. 21. *Maiores pennas — loqueris.* Comm. Cruq.: ultra dignitatem meorum natalium, amicitiam Caesaris adquisivisse et

---

sthographae epistolarum. [*Docentem*] ita loquitur, quasi ipse liber pueros elementa docturus sit. [*Balba senectus*] i. e. ut senescas balbutientium meditatione. [*Sol tepidus*] secundum morem librariorum et magistrorum loquitur, qui circa quartam vel quintam horam dictata pueris praebere consueverunt, quo tempore tractabiliores sunt. [*Maiores pennas*] ultra

non odio tui loquor. Tam diu carus Romae eris, quam diu retinueris pulchritudinem novi libri. Tempore vero cum sordidior factus fueris, nemo te ornabit atque describet, sed aut carie consumeris aut fient ex te opisthographae epistolae. [*Aut fugies Vticam*] Vtica Africae. [*Mitteris Ilerdam*] Ilerda, Hispaniae civitas, ac per hoc bellorum civilium causa, adhuc illic Romanum exercitum detineri significat. [*Ridebit*] i. e. ridendo contemnet. [*Hoc quoq. te manet*] satyrice omnia, quae detestatur, dicit imminere libro suo. [*Extremis in vicis*] ultima vicorum parte, ut Terentius *in ultima platea* dicit. [*Balba senectus*] *balbus* senex pueros elementa docens, quasi ipse liber pueros elementa docturus sit. [*Cum tibi sol tepidus*] secundum librorum morem locutus est, qui circa quartam vel quintam horam dictata pueris praebere consueverunt, quo tempore tractabiliores sunt. [*Me libertino natum patre*] ipse enarrat vitam suam cynice, non dissimulans humilitatem generis, ac se esse provectum.

Vt quantum generi demas, virtutibus addas;
Me primis Vrbis belli placuisse domique;
Corporis exigui, praecanum, solibus aptum,
Irasci celerem, tamen ut placabilis essem.
Forte meum si quis te percontabitur aevum,
Me quater undenos sciat implevisse Decembres,
Collegam Lepidum quo duxit Lollius anno.

---

principum virorum. Causam exponit, cur non verecundetur humilem suam progeniem profiteri; nimirum et eruditione se adquisivisse, quod non erat relictum a parentibus. — Lamb.: dices me in angusta et parva re familiari natum, virtute tamen et ingenii praestantia tenuitatem et humilitatem generis mei illustrasse atque extulisse. Tractum ab avium pullis, qui paulatim plumis nascentibus nidos suos superant. — v. 22. *Vt quantum — addas*, i. e. ita quidem, ut virtutibus *tantum* addas, *quantum* generi demas. — v. 23. *primi urbis*, v. c. Maecenas, Agrippa, Pollio aliique plures. — *belli*, sub Bruto legioni praefectus erat. — *domi*, Romae in optimorum virorum societate. — *placuisse.* Huc pertinent, quae dixit supr. Serm. II, 1, 75-76.: *Cum magnis vixisse invita fatebitur usque Invidia.* — v. 24. *Corporis exigui*, ut ex Suet. Vit. Hor. lectori benevolo satis notum est. Ceterum confer Serm. I, 5, 30. II, 3, 308. Epist. I, 4, 15. I, 7, 25. — *praecanum*, ante tempus canum. — *solibus aptum*, i. e. locis apricis gaudentem. Ob corporis valetudinem imbecillam solis calorem amabat et rure plerumque vivebat. — v. 25. *Irasci celerem*, ὀξύχολον. Facile Horatii bilis commoveri poterat, quapropter Lydia eum *iracundiorem Hadria* nuncupat, vid. Carm. III, 9, 23. Sed perfacile quoque mitigari ac placari poterat. — v. 26-28. Si quis aevum meum scire vult, h. e. quot annos vixerim, sciat, me quadraginta quatuor annos complevisse. Vide notulam in Horatii Vita pag. XV. — Pro *duxit* ex coniectura legit *Doer.: dixit*. Sed vide, quae contra *Doer.* bene disputavit *Th. Schmidius* ad hunc locum.

---

dignitatem meorum natalium amicitiam Caesaris adquisivisse et principum. [*Vt quantum generi*] causam exponit, cur non verecundetur humilem genealogiam profiteri, scilicet, quod non haberet ex parentibus, haberet ex sapientia. [*Anno*] eo anno complevit quadraginta quatuor annos, quo Lollius consul sortitus esset socium Lepidum in consulatu.

[*Vt quantum generi demas*] causatur, cur sibi non tacendi sint parentes. [*Primis urbis*] Maecenati, Pollioni et ceteris. [*Belli placuisse domique*] haec modo adverbia sunt accipienda, non nomina. [*Corporis exigui*] haec descriptio χαρακτηρισμὸς dicitur. [*Praecanum*] propter canitiem et ante annos albos capillos. [*Solibus aptum*] solitum iacere sub sole et chroma facere. [*Tamen ut placabilis essem*] προθεράπευσις, qua purgavit, quod se confessus est iracundum. [*Forte meum si quis*] facete. Quasi diceret, non omnes sciant, sed ille solus, quicunque quaesierit. [*Quater undenos*] annos quatuor et quadraginta dicit et simul ostendit et quo mense natus et quo anno aetatis suae hunc perscripserit. [*Collegam Lepidum quo duxit*] figurate per id, quod est, quem annum Lollius duxit cum collega Lepido. Et *duxit* pro sortitus est accipiamus, qui sortem *duci* dicimus. Etenim tamdiu quis dicitur collega, quamdiu ipse est cum collega, propter quod hoc nomen ad aliquid dicitur.

Q. HORATII FLACCI

EPISTOLARVM

LIBER SECVNDVS

EPISTOLA I.

ARGUM. *Adloquitur poeta Augustum, enumeratque praecipua eius negotia in republica administranda, unde causam repetit huius prooemii brevitatis v.* 1-4. *Ex heroum exemplo docet invidiam omnes usque ad morten persequi solere, uno Augusto, quem heroum numero tacite inserit, excepto, quippe quem Romani vivum pro meritis reverebantur v.* 5-17. *Iidem autem literarum monumenta tantum ex vetustate aestimant et antiquissima quaeque optima atque perfectissima esse praedicant v.* 18-27. *Graecorum licet scripta antiquissima optima existimemus, stultissime tamen agunt, qui de Romanis idem opinentur, et eodem iure affirmare possent, Graecos omnibus artibus ab his superari v.* 28-33. *Vetustatis terminum lepida argumentatione ostendit certo fundamento carere, adeoque etiam eos, qui virtutes annis metiuntur v.* 34-49. *Romanorum veteres poëtas, quos tantopere admirantur, recenset, ut demonstret eorum opera falso tantum iudicio et invidia in aequales praeter modum laudari v.* 50-89. *Graeci non ita prave iudicaverunt, quum ingenio et moribus impulsi, quam primum pace et opibus florere coeperunt, toto se animo ludis, artibus et poesi colendae dederent v.* 90-102. *Longe aliter res se habebat apud Romanos, apud quos res civiles, forenses et domesticae diu omne tempus occupabant. Nunc quidem mores illos mutavit populus et universi poetae esse volunt et poemata componunt, sed parum curant, num aliqua doctrina et peritia opus sit, ut versus boni condantur v.* 103-116. *Licet autem hoc nimium carminum pangendorum studium ridiculum sit, poetae tamen ipsi cives sunt innocentissimi et continentissimi; imo afferunt civitati non minimam utilitatem: poesis enim puerorum ingenium et sermonem excolit, iuvenum mores a turpitudine abducit, praeceptis instruit, vitia corrigit, bonis exemplis ad virtutem excitat, infelices erigit. Choris et precibus sollemnibus imprimis poetae deos colere et propitios reddere docent v.* 117-138. *Apud Romanos poeseos rudimenta repetenda sunt ab agricolis, qui quum post messem conditam a laboribus se recrearent et dies festos agerent, versibus Fescenninis ludicris delectari atque inter se iocari consueverunt: quum vero iste mos postea in maledicentiam degeneraret, lege cautum fuit, ne quis alium carmine laederet v.* 139-155. *Sed demum post Punica bella et devictam Graeciam rudes illi Saturnii versus obsolefieri et literarum Graecarum, praesertim poeta-*

rum tragicorum studium a Romanis coli coepit v. 156-164. *Inde mox ipsi tragoedias Graecas imitari et Latinas facere coeperunt, neque infelici successu, si modo diligentius opera sua limavissent. Comoediam autem, specie faciliorem tractatu, reverà rem magis operosam, vel negligentius tractabant, adeo ut tantum pecuniae studio acti fuisse videantur quidam scriptores v.* 165-176. *Sunt vero multa, quae apud nos Romanos poetam laudis tantum studiosum a scena deterreant: plebs enim fabulis praefert ferarum et gladiatorum pugnas, et ipsi elegantiores homines magis capiuntur triumphorum simulacris et splendido apparatu, quam poetarum arte et fabularum praestantia v.* 177-207. *Postquam iam affirmavit poesin dramaticam, licet ipse non tractaret eam, sibi summum artis poeticae fastigium videri, Augustum admonet, ut ceteros quoque poetas suo pretio aestimet et cura sua dignetur v.* 208-218. *Laborant quidem hi quoque, ex quorum numero se ipse non excipit, quibusdam ridiculis vitiis, quibus nonnumquam non parum molestiae sibi afferunt, sed operae tamen pretium est prospicere, ut a bonis poetis res praeclare gestae celebrentur v.* 219-231. *Alexander igitur pessime erravit, qui quum nonnisi summis artificibus effigiem suam fingere permiserit, malo tamen poetae versus incultos ineptosque largiter remuneravit. Augustus contra sapientissime liberalitate et benevolentia prosecutus est dignissimos poetas Virgilium et Varium, quippe quum a bonis poetis animi effigies non minus distincte memoriae prodatur, quam corporis figurà artificum opera cognoscatur v.* 232-250. *Quare, ait, se neque detrectaturum fuisse res omnes, Augusto principe, gestas carmine celebrare, nisi sibi conscius esset, vires, ut rite faceret, sibi deesse. Tantum enim aberat, ut Augustum principem tenui carmine auderet laudare, ut ipse poeta aeque indignaretur, si quis eum malis versibus ornare vellet, quam si deformi effigie poneretur in publico: facile enim a malo poeta laudatum perinde in contemtum abire, atque ipsum illud carmen laudatorium, quod ut inutilis charta mercibus involvendis unice dignum habeatur.*

AD AVGVSTVM.

Quum tot sustineas et tanta negotia solus,

---

v. 1. *Sustineas* bene explicat Landinus: Ergo non succumbis oneri, sed eo animi robore, ea prudentia es, ut etiam quae gravissima sunt *sustineas.* Ernestus in Clav. Cic. simili sensu *sustinere* exponit *parem esse alicui viribus.* Cf. Sallust. Cat. LIII. (ibiq. C. G. Herzog. ed. Lips. 1828.): *Sed mihi multa legenti, multa audienti, quae populus Romanus domi militiaeque, mari atque terra, praeclara facinora fecit, forte lubuit adtendere, quae res maxume tanta negotia sustinuisset.* Vati-

---

ACR. [*Cum tot sustineas*] Augusto, petenti sibi aliquid operis dedicari, scribit Horatius, ideo huc usque non fecisse, ne iacturam reipublicae faceret, si Caesarem versibus suis a republica revocaret. Paulatim ad hoc descendit, ut de iudicio temporis queratur, quo antiquos poetas laudamus, tan-

POR. [*Cum tot sustineas*] apparet hunc librum, ut supra diximus, hortatu Caesaris scriptum esse, cuius rei etiam Suetonius auctor est. Nam apud eum epistola invenitur Augusti increpantis Horatium, quod non ad se quoque plurima scribat. Ergo hoc principium cum laude imperatoris et ab excusatione, quod illum noluit occupatum in Republica suis impedire sermonibus. Totaque sententia huius epistolae de poetis est, ad hoc, ut subtiliter in eorum favorem Caesar moveatur. Dicit enim Horatius soli Augusto contigisse, ut invidiam virtute vivus vinceret, ceterum

Q. HORATII FLACCI

EPISTOLARVM

LIBER SECVNDVS

EPISTOLA I.

ARGUM. *Adloquitur poeta Augustum, enumeratque praecipua eius negotia in republica administranda, unde causam repetit huius prooemii brevitatis v.* 1-4. *Ex heroum exemplo docet invidiam omnes usque ad mortem persequi solere, uno Augusto, quem heroum numero tacite inserit, excepto, quippe quem Romani vivum pro meritis reverebantur v.* 5-17. *Idem autem literarum monumenta tantum ex vetustate aestimant et antiquissima quaeque optima atque perfectissima esse praedicant v.* 18-27. *Graecorum licet scripta antiquissima optima existimemus, stultissime tamen agunt, qui de Romanis idem opinentur, et eodem iure affirmare possent, Graecos omnibus artibus ab his superari v.* 28-33. *Vetustatis terminum lepida argumentatione ostendit certo fundamento carere, adeoque etiam eos, qui virtutes annis metiuntur v.* 34-49. *Romanorum veteres poëtas, quos tantopere admirantur, recenset, ut demonstret eorum opera falso tantum iudicio et invidia in aequales praeter modum laudari v.* 50-89. *Graeci non ita prave iudicaverunt, quum ingenio et moribus impulsi, quam primum pace et opibus florere coeperunt, toto se animo ludis, artibus et poesi colendae dederent v.* 90-102. *Longe aliter res se habebat apud Romanos, apud quos res civiles, forenses et domesticae diu omne tempus occupabant. Nunc quidem mores illos mutavit populus et universi poetae esse volunt et poemata componunt, sed parum curant, num aliqua doctrina et peritia opus sit, ut versus boni condantur v.* 103-116. *Licet autem hoc nimium carminum pangendorum studium ridiculum sit, poetae tamen ipsi cives sunt innocentissimi et continentissimi; imo afferunt civitati non minimam utilitatem: poesis enim puerorum ingenium et sermonem excolit, iuvenum mores a turpitudine abducit, praeceptis instruit, vitia corrigit, bonis exemplis ad virtutem excitat, infelices erigit. Choris et precibus sollemnibus imprimis poetae deos colere et propitios reddere docent v.* 117-138. *Apud Romanos poeseos rudimenta repetenda sunt ab agricolis, qui quum post messem conditam a laboribus se recrearent et dies festos agerent, versibus Fescenninis ludicris delectari atque inter se iocari consueverunt: quum vero iste mos postea in maledicentiam degeneraret, lege cautum fuit, ne quis alium carmine laederet v.* 139-155. *Sed demum post Punica bella et devictam Graeciam rudes illi Saturnii versus obsolefieri et literarum Graecarum, praesertim poetarum tragicorum studium a Romanis coli coepit v.* 156-164. *Inde mox ipsi tragoedias Graecas imitari et Latinas facere coeperunt, neque infelici successu, si modo diligentius opera sua limavissent. Comoediam autem, specie faciliorem tractatu, reverà rem magis operosam, vel negligentius tractabant, adeo ut tantum pecuniae studio acti fuisse videantur quidam scriptores v.* 165-176. *Sunt vero multa, quae apud nos Romanos poetam laudis tantum studiosum a scena deterreant: plebs enim fabulis praefert ferarum et gladiatorum pugnas, et ipsi elegantiores homines magis capiuntur triumphorum simulacris et splendido apparatu, quam poetarum arte et fabularum praestantia v.* 177-207. *Postquam iam affirmavit poesin dramaticam, licet ipse non tractaret eam, sibi summum artis poeticae fastigium videri, Augustum admonet, ut ceteros quoque poetas suo pretio aestimet et cura sua dignetur v.* 208-218. *Laborant quidem hi quoque, ex quorum numero se ipse non excipit, quibusdam ridiculis vitiis, quibus nonnumquam non parum molestiae sibi afferunt, sed operae tamen pretium est prospicere, ut a bonis poetis res praeclare gestae celebrentur v.* 219-231. *Alexander igitur pessime erravit, qui quum nonnisi summis artificibus effigiem suam fingere permiserit, malo tamen poetae versus incultos ineptosque largiter remuneravit. Augustus contra sapientissime liberalitate et benevolentia prosecutus est dignissimos poetas Virgilium et Varium, quippe quum a bonis poetis animi effigies non minus distincte memoriae prodatur, quam corporis figura artificum opera cognoscatur v.* 232-250. *Quare, ait, se neque detrectaturum fuisse res omnes, Augusto principe, gestas carmine celebrare, nisi sibi conscius esset, vires, ut rite faceret, sibi deesse. Tantum enim aberat, ut Augustum principem tenui carmine auderet laudare, ut ipse poeta aeque indignaretur, si quis eum malis versibus ornare vellet, quam si deformi effigie poneretur in publico: facile enim a malo poeta laudatum perinde in contemtum abire, atque ipsum illud carmen laudatorium, quod ut inutilis charta mercibus involvendis unice dignum habeatur.*

AD AVGVSTVM.

Quum tot sustineas et tanta negotia solus,

---

v. 1. *Sustineas* bene explicat Landinus: Ergò non succumbis oneri, sed eo animi robore, ea prudentia es, ut etiam quae gravissima sunt *sustineas.* Ernestus in Clav. Cic. simili sensu *sustinere* exponit *parem esse alicui viribus.* Cf. Sallust. Cat. LIII. (ibiq. C. G. Herzog. ed. Lips. 1828.): *Sed mihi multa legenti, multa audienti, quae populus Romanus domi militiaeque, mari atque terra, praeclara facinora fecit, forte lubuit adtendere, quae res maxume tanta negotia sustinuisset.* Vati-

---

ACR. [*Cum tot sustineas*] Augusto, petenti sibi aliquid operis dedicari, scribit Horatius, ideo huc usque non fecisse, ne iacturam reipublicae faceret, si Caesarem versibus suis a republica revocaret. Paulatim ad hoc descendit, ut de iudicio temporis queratur, quo antiquos poetas laudamus, tan-

POR. [*Cum tot sustineas*] apparet hunc librum, ut supra diximus, hortatu Caesaris scriptum esse, cuius rei etiam Suetonius auctor est. Nam apud eum epistola invenitur Augusti increpantis Horatium, quod non ad se quoque plurima scribat. Ergo hoc principium cum laude imperatoris et ab excusatione, quod illum noluit occupatum in Republica suis impedire sermonibus. Totaque sententia huius epistolae de poetis est, ad hoc, ut subtiliter in eorum favorem Caesar moveatur. Dicit enim Horatius soli Augusto contigisse, ut invidiam virtute vivus vinceret, ceterum

Res Italas armis tuteris, moribus ornes,
Legibus emendes, in publica commoda peccem,
Si longo sermone morer tua tempora, Caesar.

---

nius apud Cic. ad Fam. V, 9.: *Hoc, quidquid est oneris ac muneris, pro mea dignitate tibi tuendum ac sustinendum puta.* — *Solus.* Audiamus Tacitum suo more narrantem, cur et quomodo Augustus *solus* negotia reipublicae in se susceperit: *Postquam,* ait Ann. I, 2. *Bruto et Cassio caesis, nulla iam publica arma, Pompeius apud Siciliam oppressus, exutoque Lepido, interfecto Antonio, ne Iulianis quidem partibus nisi Caesar dux reliquus, posito triumviri nomine, consulem se ferens et ad tuendam plebem tribunicio iure contentum, ubi militem donis, populum annona, cunctos dulcedine otii pellexit; insurgere paullatim, munia senatus, magistratuum, legum in se trahere, nullo adversante, quum ferocissimi per acies aut proscriptione cecidissent, ceteri nobilium, quanto quis servitio promtior, opibus et honoribus extollerentur ac novis ex rebus aucti tuta et praesentia quam vetera et periculosa mallent. Neque provinciae illum rerum statum abnuebant, suspecto senatus populique imperio ob certamina potentium et avaritiam magistratuum, invalido legum auxilio, quae vi, ambitu, postremo pecunia turbabantur.* Paullo inferius, cap. III et IV. de effectu imperii solius Augusti sic loquitur: *Domi res tranquillae, eadem magistratuum vocabula, iuniores post Actiacam victoriam, etiam senes plerique inter bella civium nati. Quotusquisque reliquus, qui rempublicam vidisset? Igitur verso civitatis statu, nihil usquam prisci et integri moris: omnes, exuta aequalitate iussa principis adspectare, nulla in praesens formidine, dum Augustus aetate validus seque et domum et pacem sustentavit.* — v. 2. *Res Italas armis tuteris.* Res Italas eo magis pro civitate Romana usurpare potuit poeta, quum bello Sociali sive Marsico omnes Itali socii, a Rubicone ad fretum Siculum, per legem Plautiam Papiriam, ius plenum civitatis nacti essent. — *tuteris.* Optime elegit hanc vocem Horatius, quum fere omnes res sub Augusto bello gestae potius inservirent ad imperium tutandum hostesque metu percellendos, quam ut imperii termini, iam ultra modum extensi, latius propagarentur. — De tranquillitate imperii sub Augusto egregie cecinit Horatius, Carm. IV, 5, 14. 15. — *moribus ornes,* cf. Suet. Aug. XXVII.: *Recepit et morum legumque regimen aeque perpetuum.* Ad quem locum vid. Ruhnken. — Bentleius pro *moribus* legere proposuit *moenibus.* Recte autem hoc non receperunt editores, quum, ut bene monuit Doeringius, vix dici possit *res Italas moenibus ornare.* — v. 3. *Legibus emendes.* Recte Zellius ad hunc locum videtur docuisse, poetam cogitasse de emendatione formae reipublicae eiusque post turbulenta bellorum civilium tempora ordinationem. — *in publica commoda peccem,* in reipublicae utilitatem delinquam. Vetus commentator apud Cruquium. — *morer,* tardem, occupem. Comm. Cruq. Cf. Epist. I, 13, 17.: *Carmina, quae possint oculos auresque morari Caesaris.* Epist. ad. Pis. v. 223. 321. Pariter verbo *detinere* usus est Ovid. Trist. II, 520.: *Mea — poemata — saepe oculos etiam detinuere tuos.* — *tua tempora* eodem sensu, uti annotavit Zellius, in plurali numero usurpavit Nepos in Attic. IV.: *Quum — omnia reliqua tempora aut literis aut Atheniensium reipublicae tribueret, nihilominus amicis urbana officia praestitit.* — v. 5-27. Excusata breviter sua ad Augustum scribendi audacia, Horatius mirifico et perquam blando usus artificio ad rem ipsam, de qua summo illi literarum artiumque patrono expositurus erat, viam sibi munit monendo, homines plerumque esse iniquos aequalium suorum iudices et clarissimos quosque et humano de genere optime meritos heroas post mortem demum iusto mactatos esse honore. Cuius quidem rei causam ex solita quadam et communi omnium mortalium invidia repetit v. 13. 14. Atque hanc invidiam soli Augusto contigisse ait ut superaret, quippe cui praesenti adhuc et vivo divini haberentur honores: in quo laudat populi prudentiam, sed eidem denegat iudicandi aequitatem in poetis aequalibus, quos postponat veteribus. *Weichert.* Poet. Rel. pag. 21 sqq. sive de *Laevio* comm. I. pag. 4. — v. 6. *facta,* res gestas. Bentleius ex coniectura recepit *fata.* — *colunt,* excolunt et ad meliorem statum perducunt. Comm. Cruq. — v. 8. *Componunt,* sedant, finiunt. Idem. — *agros adsignant.* Non, ut scholia vetera volunt, *colonias deducunt,* sed, ut bene monuit Zellius, *homines agrestes ac vagos docent certas possessiones sedesque habere. Adsigno,* προςτίθημι, προςτάσσω, dicitur saepissime de agris aliisque locis, quae suis limitibus signata, hoc est, divisa et definita alicui tribuuntur. Forcell. — v. 9. *Ploravere,* ut saepe apud Graecos ᾤμωξαν. — *respondere,* cf. Serm. II, 8, 65-66.: *Haec est conditio vivendi, aiebat, eoque Responsura suo nunquam est par fama labori.* — *contudit.* Quum *contundere* sit *vi frangere,* non proprio sensu, sed figurato hoc verbum usurpavit poeta, ut fere Virg. Aen. I, 264.: *Bellum ingens geret Italia, populosque feroces contundet.* Liv. XXVII, 2.: *Qui post Cannensem pugnam ferocem Hannibalem contudisset.* Ennius apud Priscianum X. pag. 891. edit. Putschii, sive Annal. Fragm. XIV, 15.: *O cives, quae me Fortuna ferox sic contudit,* et Annal. XVI, 35.: *Virosque valentes contudit crudelis hiems.* Hydram enim secundum vulgarem opinionem non proprio sensu ab Hercule contusam esse evincit notum proverbium, *ὕδραν τέμνειν,* quo utebantur veteres, ubi ex uno malo

---

autem et quamvis melioribus anteponi. [*Et tanta negotia solus*] totus hic est sensus: Cum tantis rebus detinearis, o Caesar, administrando tempora tua, quae omnium commodis impendenda sunt, longo sermone te remorari iniquum est. [*Publica commoda peccem*] per hoc pulchrior est laus et incerta distincto est, an emendes, an in publica peccem. [*Longo sermone morer*] vanitate occupem teneamque te, cuius omne tempus in publica commoda consumendum est. [*Romulus et Liber pater*] laudata Caesaris virtute, laudat etiam felicitatem, quia dicit huic soli contigisse, ut inter homines etiam nunc posito iam divini honores decernantur, quod nulli concessum sit horum, quos enumerat, h. e. Romulo, Libero, Castori et Polluci et cum his Herculi. Et est ordo: *Romulus et Liber dum terras hominumque genus colunt, aspera bella componunt,* illi, de quibus supra dixit, post ingentia facta in deorum templa recepti sunt. [*Agros adsignant*] h. e. colonias deducunt, ducuntque urbibus milites suos. [*Ploravere*] plus dicitur, quam doluere. [*Diram qui contudit Hydram*] Hercules scilicet et bene hoc elegit, quod inter labores eius vel maxi-

Romulus et Liber pater et cum Castore Pollux,
Post ingentia facta deorum in templa recepti,
Dum terras hominumque colunt genus, aspera bella
Componunt, agros adsignant, oppida condunt,
Ploravere suis non respondere favorem
Speratum meritis. Diram qui contudit Hydram,

---

quam merito tantum vetustatis meliores sint. [*Romulus*] laudat felicitatem Caesaris, cum dicit ei soli contigisse, ut invidiam vivus vinceret. [*Agros adsignant*] dum distribuunt colonias. *Colonias distribuere* est, vacuas hominibus civitates aliunde adductis habitatoribus implere et agros illis adiacentes dividere. [*Oppida condunt*] iucunde. Dum ea, inquit, faciunt, quae tu, attamen non fuerunt grata. [*Qui contudit Hydram*] Her-

Notaque fatali portenta labore subegit,
Comperit invidiam supremo fine domari.
Vrit enim fulgore suo, qui praegravat, artes
Infra se positas, exstinctus amabitur idem.
Praesenti tibi maturos largimur honores,
Iurandasque tuum per nomen ponimus aras,

---

quod sustuleris, nova copiose emergere animadvertas. — v. 11. *fatali — labore*, i. e. labore fatis Herculi imposito seu destinato. Sic de Hercule Virg. Aen. VIII, 291-293. — *portenta.* Portentum sive monstrum dicebatur, quidquid singulare ac praeter vulgarem naturae ordinem esse vel fieri existimabatur, quia dii credebantur eo aliquid futuri hominibus portendere sive monstrare; cf. Cic. N. D. II, 3. §. 7. — v. 12. *supremo fine*, cf. Epist. I, 16, 79.: *Mors ultima linea rerum est.* Homericum θανάτοιο τέλος. — *domari.* Hoc verbo electo Horatius invidiam per figuram, quae dicitur prosopopeia, inter cetera monstra refert Herculea vi subigenda, uti recte animadvertit Haberfeldus. — v. 13-14. Locus difficillimus. Fea legit: *Vrit enim fulgore suo, qui praegravat, Infra se positos.* Pearcius et deinde Doering: *Vrit enim fulgore suo, qui praegravat arte, Infra se positos.* Schmidius: *Vrit enim fulgore suo, qui praegravat artes Infra se positas.* Bothius interpunctionis ope loco succurrit, legens: *Vrit enim fulgore suo, qui praegravat, artes Infra se positas.* Quod quum et Weichertum (vid. eius Comment. I. de *Laevio* poeta p. 7.) et Kieslingium (Lect. Hor. p. 16-17.) comprobasse intellexissem, hanc lectionem in textum recipere haud amplius dubitavi, hoc quidem sensu: *praegravat*, i. e. praeponderat, qui in arte aliqua princeps est. Quicunque igitur in arte (virtute) sua (verbi causa in *poesi*) *praegravat*, praeponderat, (reliquis poetis antecellit) is *fulgore suo* (gloria sibi merito parta) *urit* (offendit, laedit) *artes* (poesin) *infra se positas* (quam, sc. poesin, infra dignitatem suam habere debet): sed nihilominus *exstinctus*, mortuus, amabitur; post mortem enim invidia tacet. — v. 15. *Praesenti*, sollenne de diis propitiis vocabulum, quod poeta hîc, ubi de divinis Augusti honoribus loquitur, studio elegisse videtur, ut significaret, eum quasi deum tutelarem in terris vivere. — *honores*, proprie dicitur de sacrificiis et libationibus, quae diis offerebantur. — *maturos*, i. e. maturo sive iusto tempore. — v. 16. *nomen.* Bentl. h. l. *numen* pro *nomen* legendum esse putat. Ad sensum vero parum refert, quid praetuleris, quoniam iurare per *nomen* alicuius non fiebat, nisi eius, qui in deorum habebatur numero. — *ponimus. Ponere*, ut Graecorum τίθεσθαι, est verbum proprium hac de re. — v. 17. *alias*, i. e. alio tempore; nam aureae aetatis scriptores hoc sensu semper dicebant *alias*, ubi addendum *ho-*

---

mum fuit. [*Nota*] quae sunt in duodecim laboribus Herculis diffamata. [*Fatali portenta labore subegit*] utrum, quemadmodum Virg. dixit: *Vt duros mille labores, Rege sub Eurystheo, fatis Iunonis iniquae Pertulerit:* an *Fatali* pro capitali et molesto, ut ipse alibi: *Fatalis incestusque iudex.* [*Supremo fine domari*] et est sensus: Expertus est invidiam tunc finiri, cum et vita finitur. [*Vrit enim*] rationem exponit, propter quam minus coluntur vivi, qui virtute antecellunt, post obitum autem diliguntur. *Gravis* est enim, inquit, inferioribus et infra positis nocet, quia artibus bonis ceteros vincit, sed requiritur tamen ac desideratur exstinctus. [*Fulgore*] splendore, quo fulget. Et bene *urit* ad fulgorem retulit. [*Praesenti*] viventi, sed splendidius hoc est, quasi glossematicos. [*Mauros*] acceleratos vel opportunos meritis tuis atque maturos. Et recte: Aliis enim non maturi, sed seri honores dati sunt. [*Iurandasq.*] ac per

Nil oriturum alias, nil ortum tale fatentes.
Sed tuus hic populus, sapiens et iustus in uno,
Te nostris ducibus, te Graiis anteferendo,
Cetera nequaquam simili ratione modoque
Aestimat et, nisi quae terris semota suisque
Temporibus defuncta videt, fastidit et odit,
Sic fautor veterum, ut tabulas peccare vetantes,
Quas bis quinque viri sanxerunt, foedera regum

---

ras; aliter autem pro alio modo; vid. Ruhnken. ad Ter. Andr. III, 2, 49. et Fr. Handii Tursellinus I. p. 219-227. C. G. Herzog, des Quintilianus X Buch, p. 103 sq. — *nil ort. tal. fat.* ut Carm. IV, 2, 37 sqq.: *Quo nihil maius meliusve terris Fata donavere bonique Divi, Nec dabunt, quamvis redeant in aurum Tempora priscum.* — v. 18-27. His versibus poeta ad argumentum transiens Romanos iniustitiae erga omnes aequales praeter unum Augustum accusat, quum nihil magni faciant, quam quod antiquum sit, et sui temporis universa contemnant; et quum primum de omnibus rebus locutus est, mox suum sermonem ita circumscribit, ut tantummodo de scriptis eorumque auctoribus loquatur. — v. 18. *hoc* probat Bentl. — *hic populus* δεικτικῶς, hic populus, qui in te iudicando tam sapientem se tamque iustum exhibet, haud quaquam talem se praebet in aliis iudicandis. Lectionem *hic* tuentur Iahn. et Th. Schmid. — v. 20. *Cetera* magis universe neutro genere dicitur, quanquam, ut ex sequentibus apparet, potius personas quam res significare vult poeta. Similia saepissime apud veteres scriptores occurrunt, uti supra v. 17. *nil* pro *neminem*, et Nepos Alcib. I, 3. §. 1.: *Nihil illo fuisse excellentius, vel in vitiis vel in virtutibus.* Sic Liv. I, 53. *alia* pro *alii*, de Tarquinio Superbo: *In se ipsum postremo saeviturum, si alia desint.* Pariter apud Graecos, uti Luciani epigr. XIV. (edit. Bip. X. p. 42.) πάντα pro πάντες. — v. 21-22. *quae terris semota suisque Temporibus defuncta.* Eandem ideam duobus modis enunciavit, quorum alter alterum explicat, uti etiam fecit Epist. I, 18, 103.: *Secretum iter et fallentis semita vitae.* — Lamb.: sublata ex hominum conspectu, mortua, i. e. quorum auctores multis ante seculis mortui sint. — *suisque Temporibus defuncta*, h. e. quae sua vivendi tempora implevere. — v. 23-24. *Sic fautor*, i. e. adeo favet sive tam magnus fautor. — *veterum*, ut priora neutro genere dictum esse existima, pro *quidquid vetus est. Antiqua*, ait Lindemannus, (ad Plauti Mil. III, 1, 156. ed. mai.) sunt, quae ante fuerunt; *vetera*, quae *diu* fuerunt, *nova*, quae nunc primum proveniunt; *recentia*, quae non diu exstiterunt, adhuc novitatis specie se commendant. — *tabulas peccare vetan-*

---

culem significat, qui inter duodecim portenta, quae subegit, etiam Hydram exussit, qui licet tantae virtutis esset, non tamen caruit invidia, donec mortuus esset. [*Nil oriturum*] nil, inquit, alio tempore tam magnum ortum est vel oriturum adhuc quidquam est. [*Sed tuus hic populus*] popu-

hoc divinos tibi honores decernimus. [*Nil oriturum alias*] et hoc splendidius quasi nasci deberet vel natum esse dixisset. Oritur enim sol. Exoriri dicitur dies. [*Sed tuus hic populus sap.*] i. e. hac sola re sapit, quod te omnibus praeponit. In ceteris autem peccat, quia nihil optimum nisi antiquum putat et sui temporis universa contemnit. [*Terris semota*] vetera ac demortua. [*Suisq. temporibus defuncta*] quae sua tempora compleverint ac finierint. [*Fastidit et odit*] αὔξησις, plus enim est *odit* quam *fastidit.* [*Sic fautor veterum*] adeo veteribus favet, ut

Vel Gabiis vel cum rigidis aequata Sabinis,
Pontificum libros, annosa volumina vatum

---

tes, quas bis quinque viri sanxerunt. Ciceronem habemus originem legum XII tabularum narrantem, de Rep. II, 36. 37. §. 61-63. — *bis quinque.* Poetae et seriore tempore etiam nonnunquam prosae orationis scriptores numeros solebant circumscribere adverbiis multiplicativis, vid. Ramshorn. Lat. Gramm. §. 156. II. p. 514. — *sanxerunt. Sancire* proprium est legislatorum et legum. — *foedera regum*, de quibus memoriae prodidit Polybius III, 25. 26. Idem III, 22.: *τηλικαύτη γὰρ ἡ διαφορὰ γέγονε τῆς διαλέκτου καὶ παρὰ Ῥωμαίοις τῆς νῦν πρὸς τὴν ἀρχαίαν, ὥστε τοὺς συνετωτάτους ἔνια μόλις ἐξ ἐπιστάσεως διευκρινεῖν.* Erant igitur difficillima intellectu. — De Gabiis in foedus receptis narrat Liv. I, 35 sq. et Dionys. Halicarn. Antiq. Rom. IV, 58.: *τούτων ἐστὶ τῶν ὁρκίων μνημεῖον ἐν Ῥώμῃ κείμενον ἐν ἱερῷ Διὸς Πιστίου, ὃν Ῥωμαῖοι Σάγκτον καλοῦσιν, ἀσπὶς ξυλίνη βύρσῃ βοείᾳ περίτονος τοῦ σφαγιασθέντος ἐπὶ τῶν ὁρκίων τότε βούς, γράμμασιν ἀρχαϊκοῖς ἐπιγεγραμμένοι τὰς γενομένας αὐτοῖς ὁμολογίας.* Cf. Festus L, 3.: *Clypeum antiqui ob rotunditatem etiam corium bovis appellarunt, in quo foedus Gabinorum cum Romanis fuerat descriptum* etc. — v. 25. Interpretes praepositionem *cum* ad *Gabiis* quoque referunt, quales translocationes omnino haud rarae reperiuntur. Hîc tamen *Gabiis* casus locativus esse potest. Ita quidem *Th. Schmidius* censet. — *aequata*, ex aequo composita, aequis legibus s. conditionibus icta. — *rigidis*, cf. Ovid. Am. II, 4, 15.: *Aspera si visa est, rigidasque imitata Sabinas.* Propert. II, 32, 47.: *Qui quaerit Tatios veteres, durosque Sabinos.* Liv. I, 18. de Numa rege: *Instructumque non tam peregrinis artibus, quam disciplina tetrica ac tristi veterum Sabinorum, quo genere nullum quondam incorruptus fuit.* — Veterem Italiae disciplinam et vitam, quae, uti constat, in Sabinis, montes saltusque incolentibus, diutissime viguit, egregie descripsit Virg. Aen. IX, 603-613. — v. 26. *annosa volumina vatum* Comm. Cruq. recte explicare videtur: epexegesin veterum poetarum et Sibyllarum futura praedicentium. — *annosis voluminibus vatum* significari credidit *Riedelius* libros Sibyllinos, Attii Navii et Marcii, aliorumque fatidicorum; neque negat Saliorum axamenta (de quibus vid. infra ad v. 86.) ad eadem fortassis esse referenda, ut Weichert. probante Obbario coniecit. — v. 27. *Albano Musas in monte locutas.* Quia Egeria nympha dicitur cum Numa Pompilio in Albano monte fuisse locuta. Comm. Cruq. quocum consentit Acron. — Plutarch. Num. VIII.: *Τῷ δὲ Νουμᾷ δρᾶμα θεᾶς τινος ἢ νύμφης ὀρείας ἔρως ἦν καὶ συνουσία πρὸς αὐτὸν ἀπόῤῥητος, ὥσπερ εἴρηται, καὶ κοιναὶ μετὰ Μουσῶν διατριβαί. Τὰ γὰρ πλεῖστα τῶν μαντευμάτων εἰς Μούσας ἀνῆγε καὶ μίαν Μοῦσαν*

---

lus, inquit, Romanus in hac re sola iustus est, quod te praefert omnibus ducibus suis omnibusque Graecis: sed in hoc, quod cetera non simili ratione ponderat, stulte agit, dum omnia nova fastidit, quae a poetis scribuntur in tantum delectatus veteribus, ut legem Romanam, quae in duodecim tabulis continetur, et foedera sub antiquis regibus facta vel quae Romani fecerunt cum Sabinis et libros annales ita pro vero teneat, quasi si Musae locutae sint in Albano monte. [*Rigidis aequata Sabinis*] post-

etiam duodecim legum tabulas a decemviris scriptas et foedera sub regibus facta, tunc Romanis vel cum Sabinis vel Albinis latina esse videantur ob austeram et rancidam vetustatem. [*Pontificum libros*] utrum annales an ius pontificium significat? [*Annosa volumina vatum*] veteres

Dictitet Albano Musas in monte loquutas.
Si, quia Graecorum sunt antiquissima quaeque
Scripta vel optima, Romani pensantur eadem
Scriptores trutina: non est quod multa loquamur:

ἰδίως καὶ διαφερόντως ἐδίδαξε σέβεσθαι τοὺς Ῥωμαίους, Τακίταν προσαγορεύσας, οἷον σιωπηλὴν ἢ ἐνεάν. Dionys. A. R. II, 60.: *Νύμφην γάρ τινα μυθολογοῦσιν Ἠγερίαν φοιτᾶν πρὸς αὐτὸν* (Numam) *ἑκάστοτε διδάσκουσαν τὴν βασιλικὴν σοφίαν· ἕτεροι δὲ οὐ νύμφην, ἀλλὰ τῶν Μουσῶν μίαν.* Liv. I, 21.: *Lucus erat, — quo quia se persaepe Numa sine arbitris, velut ad congressum Deae inferebat, Camenis eum lucum sacravit; quod earum ibi concilia cum coniuge sua Egeria essent.* — *Albano in monte*, hic mons erat in medio Latio, sacer Iovi et aliis diis Latialibus. — v. 28-29. *quia Graecorum sunt antiquissima quaeque Scripta vel optima.* Res literaria apud Graecos et Romanos toto caelo inter se distabat. Graeci vix e statu puerili egressi perfectissima cuiuscunque generis opera protulerunt. Romani per sex secula civitatem quidem habebant armis imperioque florentissimam, sed literarum rudissimam, neque ullum nominare poterant scriptorem, qui cum principibus Graecorum esset conferendus; iidemque non prius ad aliquam literarum pervenerunt laudem, quam quum Graecos imitari studerent. — *antiquissima quaeque*, i. e. cuiusvis generis antiquissima, vid. Ramshorn. Lat. Gramm. §. 155. p. 501 sq. — *vel optima*, i. e. quam aut longe optima, cf. Tursell. de part. Lat. — v. 29-30. *Romani pensantur eadem Scriptores trutina.* Vt, scilicet, etiam antiquissimi quique vel optimi habeantur. — *pensantur.* Hoc verbum usitatissimum est apud Livium, Valerium Maximum, Plinium, non item apud Ciceronem, qui pro hoc utitur *aestimantur, examinantur, considerantur.* Chabotius. — *trutina.* Zellius ad h. v. tria laudavit loca. Serm. I, 3, 71.: *Amari si volet hac lege, in trutina ponetur eadem.* Cic. de Orat. II, 38. §. 159.: *Haec enim nostra oratio multitudinis est auribus accommodanda, ad oblectandos animos, ad impellendos, ad ea probanda, quae non aurificis statera, sed quadam populari trutina examinantur.* Iuvenal. VI, 436.: *Committit vates et comparat; inde Maronem, Atque alia parte in trutina suspendit Homerum.* — *trutina*, ait Rupertus ad h. Iuv. l.: proprie foramen, in quo lingula lancis movetur; deinde ipsa bilanx libra. — *non est quod.* vid. Ramshorn.

---

quam enim Sabini pacem cum Romanis inierunt, foedera amicitiae conscripserunt. [*Albano*] quia Egeria nympha dicebatur loqui cum Numa Pompilio in Albano monte. [*Si quia Graecorum*] Si ideo negat Romanus populus novos bonos esse, quia non antiqui; nihil restat, nisi ut denegemus ea, quae sunt naturalia vel ut os oleae non sit durum et testa nucis non sit dura, quod contrarium est. [*Pensantur eadem Scriptores trutina*] in

libros Navii vatis aut Sibyllae. [*Albano Musas in monte locutas*] cur in Albano monte? utrum propter vetustatem, quod ante Romam Alba regnavit? [*Si quia Graecorum*] haec tota sententia usque: *Miraturque nihil nisi quod Libitina sacravit*, hunc sensum continet: si ideo carmina antiquissima quaeque laudantur, quia antiquissimi quique Graecorum optime scripserunt, eo rectius et secundum eandem trutinam debet Romanus poeta saltem placere. Quodsi negatur, non est, quod multa loquamur, cum negentur, quae manifesta sunt. Non enim secundi doctrina sumus, verum etiam Graecos vicimus. Sin autem tempus et vetustas in carmine, tanquam in vino, sit inquirenda, velim scire, quotus annus probum carmen efficiat. Quo ipso facile demonstratur stultitiae esse in libris tempus considerare, non meritum. [*Eadem Scriptores trutina*] eodem examine, eo-

Nil intra est oleam, nil extra est in nuce duri.
Venimus ad summum fortunae, pingimus atque
Psallimus et luctamur Achivis doctius unctis.
Si meliora dies, ut vina, poemata reddit,
Scire velim, chartis pretium quotus adroget annus.

Lat. Gramm. §. 177. p. 737 sqq. — v. 31. *Nil intra est oleam, nil extra est in nuce duri.* Legendum esse statuit Bentl. *olea;* ut *intra* et *extra* ambo essent adverbia, et praepositio *in* priore membro intelligeretur. Vid. tamen Th. Schmid. ad h. l. et in addendis p. 307. — De hoc versu proverbiali sic Erasmus in Adag. chil. I. cent. IX, 73.: Nimirum inter sanos convenit, et nucem corticem habere durum et baccam oleae lapillum intus durum. Proinde ludit operam, quisquis cum id genus hominibus disceptat, qui dicunt lucem tenebras et tenebras lucem. — v. 32-33. *pingimus atque Psallimus et luctamur.* Sicuti Aristot. de Rep. VIII, 2. §. 3. edit. Schneideri, quatuor dixit fuisse artes, quas in Graecia discere solebant iuvenes: *γραμματικήν, γυμναστικήν, μουσικήν, γραφικήν,* ita Horatius cum iudicio tres enumeravit, quas nemo sanus contenderet a Romanis ita tractari, ut cum Graecis conferri possent. De Graecis vid. Fr. Iacobs vermischte Schriften III. p. 164 sq. Ars enim pingendi parum Romae exculta fuit et mores severiores Romanorum prohibuerunt, ne musicae et palaestrae multam tribuerent operam; quum contra summae eruditionis esse censerent Graeci, animum musica, corpus palaestra excoluisse. Cf. Nepos in praef. ibique interpretes. Cic. Tusc. I, 2. — Licet igitur Horatius etiam cogitaverit de ceteris artibus, quibus Graeci prae Romanis excellerent, has tamen solas nominavisse videtur, ut, quia de his nemo dubitare posset, haec sententia versui praecedenti optime responderet. Itaque miraberis merito, fuisse interpretes, quos falleret totius loci ironia, quique revera crederent, Horatium existimavisse Graecos a Romanis superari arte pingendi, canendi et palaestra. — *Psallimus,* i. e. cithara canimus: nam *ψάλλειν* (ut docet Suidas) est *τῷ ἄκρῳ τῶν δακτύλων τῶν χορδῶν ἅπτεσθαι,* i. e. summis digitis chordas tangere. Lamb. — *doctius. Doctus* saepe dicitur de perito in poesi et in musicis. Carm. III, 9, 10.: *Dulces docta modos.* Carm. IV, 13, 7.: *Docta psallere.* Ovid. Am. II, 4, 28.: *Doctae manus,* h. e. in lyra pulsanda. Omnino manus in unaquaque arte exercitatae *doctae* appellantur. Vniversim *doctus* dicitur in sua quisque arte peritus. Caes. B. C. III, 50.: *Quibus rebus nostri, usu docti, haec reperiebant remedia, ut alio loco ignes facerent, alio excubarent.* Colum. II, 16.: *Patruus meus doctissimus et diligentissimus agricola.* Petron. Sat. 84.: *Veteranus latro et ipsis lenonibus doctior.* Hor. Carm. III, 24, 56.: *Ludere doctior, seu Graeco iubeas trocho, seu malis vetita legibus alea.* Adverbium *docte* pari modo usurpari sponte sequitur. — *unctis,* propria significatione, pro *unguento delibutis,* quoniam in palaestra semper ungebantur Graeci. — v. 34. *dies,* i. e. processus temporis, Comm. Cruq. — v. 35. Quum

---

eadem aetate, quia Graeci poetae antiquiores sunt, quam Latini, et ob hoc obiectiones Latinis sunt omnino iniustae. [*Venimus ad summum fortunae*] ergo perfecti sumus, non habet amplius fortuna, quod praestet. [*Si meliora dies, ut vina, poemata reddit*] si, inquit, vetustas et honestas in carmine, tanquam in vino tempus, inquirenda est: vellim scire quot

dem iudicio, eadem aestimatione. [*Nil intra est oleam*] negant manifesta. Nam constat intra oleam et extra nucem esse duritiam. [*Venimus ad summum fortunae*] utrum in imperio an ceteris in rebus, quas enumerat? Non habet, inquit, quod nobis amplius fortuna iam praestet. Ergo

Scriptor, abhinc annos centum qui decidit, inter
Perfectos veteresque referri debet, an inter
Viles atque novos? — *Excludat iurgia finis!*
Est vetus atque probus, centum qui perficit annos.
Quid, qui deperiit minor uno mense vel anno,
Inter quos referendus erit, veteresne poetas,
An quos et praesens et postera respuat aetas?
Iste quidem veteres inter ponetur honeste,
Qui vel mense brevi vel toto est iunior anno.
Vtor permisso, caudaeque pilos ut equinae

---

de multis vini generibus notum sit, quot anni sufficiant, ut optimum habeant saporem, rogat poeta, quotus annus requiratur, ut scripta auctoritatem atque honorem sibi comparent. — *chartis,* pro carminibus in tabulis chartaceis scriptis; cf. infra v. 161. Carm. IV, 8, 21. Epist. I, 13, 6. Ovid. ex Ponto IV, 12, 27. Tibull. II, 5, 17. Catull. I, 6. XLVII, 46. — *charta, χάρτης,* est Graecum vocabulum notans materiam aptam, in qua scribatur, literarum figurae ducantur. — *adroget.* Simili modo Horatius hoc verbum usurpavit Carm. IV, 14, 40. Chabotius *arrogare* recte ait significare i. q. Graecorum *σφετερίζειν καὶ ἰδιοποιεῖσθαι,* et Lambinus i. q. *adquirere, vindicare.* — v. 36-38. Interrogationem instituit poeta cum adversarii persona. — *decidit. Decidere* ut simplex *cadere* saepe figurate pro *mori* dicitur. Figurae origo autem diversa videtur et in hoc de praeliis maxime, in illo de foliis floribusque arborum desumpta. — v. 37. *Perfectos veteresque* lepide coniunxit poeta tanquam synonyma, ut etiam infra in adversarii responsione: *est vetus atque probus.* — v. 38. *Viles,* i. e. parvi aut nullius pretii. — *Excludat,* definitio temporis et constitutus terminus dirimat litem et controversiam componat. Chabot. — *finis,* i. e. annorum definitio, inquit Comm. Cruq.; quocum optime consentit Ruhnken. ad Ter. Hec. I, 2, 21.: *Finis saepe est certus modus ac mensura.* — v. 39. Respondet adversarius antiquitatis sectatoris partes agens. — *perficit,* i. q. absolvit. Causa, cur praesenti tempore hoc verbum sit positum, ea videtur, ut significet scriptorem ipso temporis puncto, quo centum absolverit annos, veterem atque probum fieri. — v. 40-42. Vlterius interrogat Horatius, ut adversarium arguat absurdi. — *Quid* praeponitur plerumque interrogationi, in vivida praesertim oratione. — *minor* saepe pro *iunior,* ut ipse poeta v. 44. h. v. explicat. — v. 42. *respuat* inde a Bentl. receptum est pro *respuit.* — v. 43-44. Altera responsio ex persona adversarii, cui, quum prius imprudens certum annorum ordinem definivisset, nunc causa deerat, cur de uno mense vel anno tollendo dubitaret. — *Iste,* i. e. is, quem tu dicis. — *veteres inter,* cf. Ramshorn. Lat. Gramm. §. 151. p. 475 sqq. — *honeste,* merito, recte vel honorifice = *mit Ehren.* — v. 45-49. Ex eo, quod concessit adversarius, ab-

---

annis carmen laudabile: utrum illud carmen, quod retro centum annos compositum est, an illud, quod nuper. [*Caudaeque pilos ut equinae*]

et perfecti poetae sumus; sed hoc intelligi quam dici a se maluit. [*Qui decidit*] qui defunctus est. [*Excludat iurgia finis*] tanquam tacentem urget, an numerus annorum sit signandus. Pone, inquit, finem et iam nulla contentio est. [*Perfectos*] bonos. [*Veteresq.*] antiquos. [*An quos et praesens et postera respuet aetas*] malos scilicet. [*Est vetus atque probus*] hoc quasi ex alia persona dicitur. [*Quid, qui periit*] hoc Hora-

Paullatim vello et demo unum, demo etiam unum,
Dum cadat elusus ratione ruentis acervi,

surdi arguitur, quicunque cum eo virtutem alicuius rei vetustate aestimat. — v. 45. *caudaeque pilos ut equinae.* Haec respiciunt ad apologum Q. Sertorii, qui quum Marianarum partium reliquiis praeesset, barbaros Hispanos luce clarius docuit in re militari plus habere momenti consilium quam vires temerarias, uti Plutarch. narravit in Sertor. vita 16. p. 576.: *Σερτώριος δὲ, τῶν ἐντὸς Ἴβηρος αὐτῷ ποταμοῦ πάντων ὁμοῦ τι προςτιθεμένων, πλήθει μὲν ἦν μέγας· ἐπέῤῥεον γὰρ ἀεὶ καὶ συνεφέροντο πανταχόθεν πρὸς αὐτόν· ἀταξίᾳ δὲ βαρβαρικῇ καὶ θρασύτητι ταραττόμενος ἐπιχειρεῖν τοῖς πολεμίοις βοώντων καὶ τὴν τριβὴν δυσανασχετούντων ἐπειρᾶτο παραμυθεῖσθαι διὰ λόγων. Ὡς δ᾽ ἑώρα χαλεπαίνοντας καὶ βιαζομένους ἀκαίρως, προήκατο καὶ περιεῖδε συμπλεκομένους τοῖς πολεμίοις, ἐν οἷς οὐ παντελῶς συντριβέντας, ἀλλὰ πληγὰς λαβόντας, ἤλπιζε πρὸς τὰ λοιπὰ κατηκόους μᾶλλον ἕξειν. Ὧν δὲ εἴκαζε γενομένων, ἐπιβοηθήσας ἀνέλαβέ τε φεύγοντας αὐτοὺς καὶ κατέστησεν ἀσφαλῶς εἰς τὸ στρατόπεδον. Βουλόμενος δὲ καὶ τὴν ἀθυμίαν ἀφελεῖν μεθ᾽ ἡμέρας ὀλίγας πάνδημον ἐκκλησίαν ἀθροίσας ἵππους εἰσήγαγε δύο, τὸν μὲν ἀσθενῆ τελέως καὶ πρεσβύτερον ἤδη, τὸν δ᾽ ἕτερον εὐμεγέθη μὲν αὐτὸν καὶ ἰσχυρὸν, θαυμαστὴν δὲ πυκνότητι καὶ κάλλει τριχῶν οὐρὰν ἔχοντα. Παρειστήκει δὲ τῷ μὲν ἀσθενεῖ μέγας ἀνὴρ καὶ ῥωμαλέος, τῷ δ᾽ ἰσχυρῷ μικρὸς ἕτερος καὶ τὴν ὄψιν εὐκαταφρόνητος. Σημείου δὲ δοθέντος αὐτοῖς ὁ μὲν ἰσχυρὸς ἀμφοτέραις ταῖς χερσὶ τοῦ ἵππου τὴν κέρκον ὡς ἀποῤῥήξων εἷλκε βίᾳ πρὸς αὐτὸν, ὁ δ᾽ ἀσθενὴς τοῦ ἰσχυροῦ κατὰ μίαν τῶν τριχῶν ἐξέτιλλεν. Ἐπεὶ δ᾽ ὁ μὲν οὐκ ὀλίγα πράγματα μάτην ἑαυτῷ καὶ πολὺν γέλωτα τοῖς θεωμένοις παρασχὼν ἀπεῖπεν, ὁ δ᾽ ἀσθενὴς ἐν ἀκαρεῖ καὶ σὺν οὐδενὶ πόνῳ ψιλὴν τριχῶν ἀπέδειξε τὴν οὐρὰν, ἀναστὰς ὁ Σερτώριος „Ὁρᾶτε“, εἶπεν, „ἄνδρες σύμμαχοι, τὴν ἐπιμονὴν ἀνυσιμωτέραν τῆς βίας οὖσαν καὶ πολλὰ τῶν ἀθρόως ἀλήπτων ἐνδιδόντα τῷ κατὰ μικρόν. Ἄμαχον γὰρ τὸ ἐνδελεχὲς, ᾧ πᾶσαν ἐπιὼν ὁ χρόνος αἱρεῖ καὶ κατεργάζεται δύναμιν, εὐμενὴς ὢν σύμμαχος τοῖς δεχομένοις λογισμῷ τὸν καιρὸν αὐτοῦ, τοῖς δ᾽ ἀκαίρως ἐπειγομένοις πολεμιώτατος.“ Τοιαῦτα μὲν ὁ Σερτώριος ἑκάστοτε πλέκων παραμύθια τοῖς βαρβάροις διεπαιδαγώγει τὸν καιρόν.* — v. 46. *demo* proprie est minutatim et gradatim detraho de toto. — Vulgata lectio est *etiam*, pro qua Iahnius recepit *itidem*, *etiam* non quadrare in loco, inquiens, in quo de saepius repetita demptione sermo sit. Bentl. legit: *et idem.* Sed poeta iterationem modo inchoatam statim abrumpit, versu sequente *Dum* ponens. — v. 47. *Dum* = donec. — *cadat elusus.* Metaphora a gladiatorio ludo. Baxterus. — *ratione ruentis acervi*, nos: *nach Art und Weise eines zusammenstürzenden Haufens.* Ceterum ad Stoicorum *soritas* adludere videtur. Cf. Cic. Acad. II, 16. §. 49.: *Et primum quidem hoc*

sic, inquit, paulatim carpitur cauda equi, quousque tota sit extracta: ita et ego paulatim evellam numerum annorum, donec sub dicto acervo numeri decipiatur ille, qui per vetustatem laudat poetas et extenuat virtutem car-

tius ex persona sua dicit. [*Iste quidem*] ex alia persona. [*Vtor permisso*] ex sua persona. [*Pilos*] singulos. [*Dum cadat*] tamdiu singulos annos detraham, donec paullatim subducto acervo numeri decipiatur elu-

Qui redit in fastos et virtutem aestimat annis
Miraturque nihil nisi quod Libitina sacravit.
Ennius et sapiens et fortis et alter Homerus,
Vt critici dicunt, leviter curare videtur,

reprehendendum, quod captiosissimo genere interrogationis utuntur; quod genus minime in philosophia probari solet, quum aliquid minutatim et gradatim additur aut demitur. Soritas hos vocant, quia acervum efficiunt uno addito grano. Vitiosum sane et captiosum genus. De Divin. II, 4. §. 11.: *Quemadmodum soriti resistas? quem, si necesse sit, Latino verbo liceat acervalem appellare: sed nihil opus est; ut enim ipsa philosophia et multa verba Graecorum, sic sorites satis Latino sermone tritus est.* Acad. II, 28. 29. §. 92. — v. 48. Th. Schmidius lectionem *ad* tuetur, vid. Schirach. Clav. p. 316. quasi currit antea ad fastos, ut videat, an vetusta sit virtus, quam probat. — *ad fastos*, i. e. ad annos: in fastis enim consulum singulorum annorum, ceterorumque magistratuum nomina perscribebantur. Tum appellatione consulum anni notabantur. Lamb. — De *Fastis* vide, quae ad Carm. IV, 14, 4. adnotavimus. — *virtutem*, i. e. artem, ingenium, praestantiam. — v. 49. *Miratur. Mirari* saepe est i. q. studiose intueri, magni aestimare, probare, amare, delectari. — *quod Libitina sacravit.* Comm. Cruq.: facete dictum, quasi a feretro laudationem poeta defunctus accipere debeat. — v. 50. *sapiens* his dicitur Ennius tanquam vates, ut Graecorum poetae *σοφοὶ* vocabantur, vel quia etiam philosophiam coluit. — *fortis* non de virtute bellica dictus est, sed de animi constantia. — Ennius tamen revera quoque bello *fortis* dici poterat, quoniam in exercitibus Romanis militaverat et ad centurionis gradum escenderat, et quum bello Punico secundo T. Manlius Torquatus res in Sardinia gereret, fortiter pugnavit, teste Silio Italico XII, 390-419. — *et alter Homerus, Vt critici dicunt.* Quanquam Horatius toto loco, de quo agimus, non suam, sed vulgarem de Ennio ceterisque poetis profert sententiam, hic magna cum efficacia addit: *ut critici dicunt*, ut criticorum immoderatas de Ennio derideat laudes. Si enim tibi Horatium fingas virum cultissimi ingenii, optimum quemque poetarum Graecorum et praesertim Homerum penitus cognoscentem et unice diligentem, quid illi magis ridiculum esse posset, quam Ennium Homero aequiparari, Ennium inquam, cuius Epist. ad Pis. v. 260-262.: *In scenam missos cum magno pondere versus Aut operae celeris nimium curaque carentis, Aut ignoratae premit artis crimine turpi*, cum Homero, quem ipse summa colebat reverentia, quemque, etiam ubi critica sua severitate detegeret, quod minus probaret, culpae tamen plane absolvit Epist. ad Pis. v. 359 sq.: *Indignor quandoque bonus dormitat Homerus; Verum operi longo fas est obrepere somnum.* De iudicio Horatii de poetis Latinis veteribus in universum satis videtur disputavisse Weichertus; sin vero, seposito Horatio, summatim quaeras, quaenam fuerint Ennii merita, non facile erit respondere, quia nulla huius poetae opera integra exstant, et ex ubique sparsis fragmentis vix de poetae ingenio iudicare licet; praesertim quum ignores, an non illa fragmenta, quae tibi maxime placeant, eae ipsae sint poematum particulae, quas designat Horatius v. 73-75. — v. 51. *critici*, qui literarum elementa, vocales et

minis eorum, numero annorum. [*Ennius*] is Pythagorae animam ad se venisse in somnis dicit et nil de philosophia scripsit. [*Vt critici dicunt*]

sus. [*Qui redit*] qui ad summa tempora vocat poetas et hoc vincet vel in augendis vel in minuendis acervis. [*Ad fastos*] qui per consules annorum colligit numerum. [*Miraturque nihil, nisi quod Libitina sacra-

Quo promissa cadant et somnia Pythagorea.
Naevius in manibus non est et mentibus haeret
Pene recens? — adeo sanctum est vetus omne poema.
Ambigitur quoties uter utro sit prior; aufert

---

consonantes, syntaxeos, quae dicitur, disciplinam et quae sunt huius generis plura, pueris tradebant, hi *γραμματισταὶ* dicebantur. Contra qui, totum quem diximus grammatices ambitum complexi, per omnes elegantiorum literarum partes libere vagabantur, et cum publice discipulis suis scriptores interpretabantur, tum privatim eos doctissimis scholiis et commentariis illustrabant, ii demum honorifico *grammaticorum* (*γραμματικῶν*) nomine appellabantur, iidemque, quod de scriptorum operibus libere iudicabant, veraque a falsis discernebant, *κριτικοί, critici* vocabantur, quae ambae appellationes saepius inter se confusae et permutatae sunt. — v. 51. *leviter* curamus, quae extra aleae discrimen posita esse videmus, de quibus iam securi sumus, per quae iam negligentibus esse licet. Hoc voluit Horatius, ex criticorum mente, qui Ennium Homerum alterum vocitabant. — v. 52. *promissa. Promittere,* ut polliceri et spondere, dicitur vel vates vel omina, quae de rebus futuris accipiuntur. — *cadere* et boni et mali eventus significationem habet. — *promissa — et somnia Pythagorea* ponuntur *ὡς ἓν διὰ δυοῖν,* pro *promissa somnii Pythagorei.* — *somnia Pythagorea.* Ennius videtur negligens in scribendo parum curare, quid de se promiserit ac somniaverit. Bothius putat Ennium parum esse sollicitum de Pythagorae *μετεμψυχώσει*, quae quidem ad *somnia* referri solet. — v. 53-54. *In manibus non est et mentibus haeret Pene recens?* Quod Horatius dixit, nihil adeo absurdi continet, sed optime cum praecedentibus cohaeret, neque aliud quidquam significat, quam, qui antiquis poetis dediti essent, ita teneri lectione Naevii, ut eum tanquam novum ac popularem poëtam foverent memoriaeque infigerent. — *adeo sanctum est vetus omne poema.* Idem fatetur de Ennio Quintilia-

---

κριτικὸς Graece, Latine dicitur iudex, secundum quorum sententiam Ennius secundus fuit. Per hos ergo poetas, qui sequuntur, ostendit sapientiores esse novellos quam veteres, quia quanto iuniores, tanto perspicatiores. [*Leviter curare videtur*] hoc est vilior, quam putabatur, nec promissis suis satisfaciat. Nam dixerat in somnis se vidisse, quod anima Homeri in ipsum et pavonem transisset. Sed non ita dicit Ennius, ut Homero similis videatur; nam multa levia et indigna auctoritate in opere eius inveniuntur. [*Quo promissa cadant*] quo tendat, ut possit respondere promissis. Pythagoras enim affirmat animas in diversa corpora transitum facere et dicit illum nihil pendere, quo cadant promissa, i. e. utrum ita sit, necne. [*Somnia Pythagorea*] aliter. Licet viderit Ennius in somnis animam Pythagorae in corpus eius venire; non est tamen secutus eum in om-

vit] i. e. qui nihil laudat, nisi quod elatum fuerit et sepultum. Mire ergo dictum et facete, *Libitina sacravit,* quasi ab ipso feretro venerationem acceperit poeta defunctus. [*Leviter curare, securus esse*] securus iam de proventu laudis suae est Ennius, propter quam ante sollicitus fuerat. Ennius in principio Annalium suorum somnio se scripsit admonitum, quod secundum Pythagorae dogma anima Homeri in suum corpus venisset. Facete autem somnia Pythagorea dixit, ut ipsum et Pythagoram cum sua *μετεμψυχώσει* ridere videatur. [*Quo promissa cadant*] i. e. quem successum habeant. Ostendit enim sine difficultate veteres poetas solere laudari. [*Somnia Pythagorea*] libri annalium. Ambigitur quoties, uter utro sit prior. [*Aufert Pacuvius docti famam senis*] cum

Pacuvius docti famam senis, Accius alti.
Dicitur Afranî toga convenisse Menandro,
Plautus ad exemplar Siculi properare Epicharmi,
Vincere Caecilius gravitate, Terentius arte.

---

nus in Inst. X, 1. — v. 56. *docti — senis — alti.* Significationem *docti* et *alti* recte explicavit Quintilianus, loco laudato: *Virium Accio plus tribuitur, Pacuvium videri doctiorem, qui esse docti affectant, volunt.* Sublimiori spiritu igitur cecinisse putabatur Accius, quum maiorem doctrinae copiam et artem ostenderet Pacuvius. *Senex* uterque dicitur, vel quia ad provectam pervenerunt aetatem, vel etiam quia Horatium aetate multo antecesserunt. — *alti* = sublimis. — v. 57-59. Pergit poeta ad comoediarum scriptores, quorum duo priores cum Graecis, posteriores inter se comparari dicit. — v. 57. Poetica et metaphorica translatio. *Fabulae togatae* ita opponuntur *palliatis,* ut *tragoedia praetextata* opponitur *crepidatae.* Vid. Donat. Fragm. ad Terent. fab. pag. XXXI. ed. Zeun.: *Comoediarum* formae sunt tres: *Palliatae* Graecum habitum ferentes, quae nonnulli tabernarias vocant; *Togatae* iuxta formam personarum, habitum togarum desiderantes; *Atellanae* salibus et iocis compositae, quae in se non habent nisi vetustam elegantiam. — v. 58. Voci *properare* subesse putant Plauti vituperium, sed studio tectum, quo, ut ait Welchert. Poet. Rel. p. 271. continetur vitiosae festinationis crimen et celeritatis, quae inimica est consilii et diligentiae. — Aliter iudicat *Th. Schmidius,* qui verbum *properare* sensu meliore capit; dicit enim fere haecce: „Die Plautinischen Comoedien zeichneten sich besonders aus durch Lebhaftigkeit und rasches Fortschreiten der Handlung, worin auch Epicharmus excellirt haben mag, und diess wird durch *properare* angedeutet.“ — v. 59. *Vincere Caecilius gravitate, Terentius arte.* Antequam recte iudicare possimus, quaenam fuerit Horatii de Terentio sententia, definiendum erit, quid vocibus *gravitas* et *ars* significare voluerit poeta; numque eae ad formam externam, ad verborum metrorumque elegantiam et praestantiam, an ad internam, ad fabularum dispositionem et personarum mores sint referendae. Scholiastes Acro et vetus Commentator apud Cruquium de verborum gravitate et arte tantummodo cogitant; at sanius videtur iudicasse Donatus, rei scenicae prae illis imprimis peritus, qui, ad Ter. Hec. I, 1, 64. verba Horatii potius refert ad internam fabularum formam. Nihil tamen nos impedit, quo minus ad utrumque extendamus, ut in universum dictum sit, Caecilium vincere gravitate, i. e. pondere et dignitate, Terentium arte, i. e. terso stilo et concinna dispositione. Confirmant hanc sententiam alia veterum de Terentio testimonia. Quum enim Varro apud Nonium dixit: *In argumentis Caecilius poscit palmam, in*

---

nibus, quia Pythagoras scripsit philosophiam, Ennius versus. Tunc ergo quare inferius scripsit? [*Afrani toga*] Afranius togatas comoedias scripsit latinas, nam graecae palliatae dicuntur. Qui et Menandri stilum secutus et ideo toga illius dicitur ei convenisse, i. e. stilus. [*Vincere Caecilius gravitate*] Caecilius libros vicit antiquiores, alta verba in suo carmine et sonora ponere solitus. [*Terentius arte*] i. e. proprietate verborum et artis grammaticae. Vnde principatum inter omnes comicos habere dici-

ambigitur, uter sit prior, ambos laudo. Nam Pacuvius famam docti aufert atque consequitur. [*Accius alti*] ut Sophoclis, Aeschyli, Euripidis, qui alti sint. Alii sic accipiunt: Tamquam senis doctrina et gloria adscribatur Pacuvio, Accio vero altitudo ingenii sublimitasque verborum. An ambo famam consequuntur, alter docti, alter alti tragoediographi? [*Dicitur Afrani toga*] bene *toga. Togatas* enim scripsit Afranius, in quibus Menandri stilum videtur imitatus. [*Vincere*] alter alterum vincit, an

Hos ediscit et hos arto stipata theatro
Spectat Roma potens, habet hos numeratque poetas
Ad nostrum tempus Livî scriptoris ab aevo.
Interdum vulgus rectum videt; est ubi peccat.

ἤθεσιν Terentius, in sermonibus Plautus. Aut apud Charisium II. (ed. Putschii p. 213.): „*Ἤθη* nulli alii servare convenit, inquit, quam Titinio et Terentio, *πάθη* vero Trabea et Attilius et Caecilius facile moverunt." — tum certe *artem* Terentii laudavit in fingendis personarum moribus, gravitatem ei denegat, aliisque et inter eos Caecilio tribuit. Non aliter fecit Caesar in epigrammate, quo Terentium vocat *puri sermonis amatorem*, eiusque scripta *lenia*, in quibus tamen *vim* desiderat, ut cum Graecorum *comica virtute* contendere posset. Eadem Terentii scripta *in hoc genere elegantissima* dicit Quintilianus I. O. X, 1. §. 99. quod latiorem significationem habere, quam solam verborum elegantiam, ducit *Riedelius.* — Quare Horatius ipsum Terentium, quem omnes propter eximiam artem purumque sermonem laudibus extulerunt, quemque nos ipsi, quo melius intelligimus, eo pluris aestimare et admirari cogimur, gregi illi veterum poetarum annumeraverit, ex disputatione Weicherti maxime explicandum est. Meminerint praeterea lectores comparationem Gellii Menandrum inter et Caecilium iure quoque applicandam esse Terentio, quum non solum Horatius, sed Varro, Velleius et Quintilianus hos imprimis semper coniungerent et inter se compararent. Si igitur Caecilius ita longe infra Menandrum steterit, ut Gellius docuit, etiam credibile est, magnum etiam intercessisse intervallum eundem inter et Terentium, et a vero non videtur multum abesse Quintiliani et Gellii cum Horatio congruens iudicium severum de comicis Romanis. Mox denique videbimus ab Horatio non omnia veterum scriptorum damnari et reprehendi, sed potius eum tantum statuere illos non ad hunc perfectionis gradum escendisse, neque operam dedisse, ut ad perfectionem adeo accederent, ut ipse illos ita veneraretur et suspiceret, uti ceteri sui temporis critici. Quum praeterea saepius idque nusquam, ut apud Ennium, Plautum et Caecilium, cum vituperio fabulas personasve Terentii memoraverit, facile mihi, inquit *Riedelius*, persuasum est, hunc ab Horatio multo pluris aestimatum esse quam illos, licet hic loci non e re sua esse duxerit, hoc disertis verbis declarare. Vid. *Riedel.* — v. 60-62. Continetur causa, cur Horatius omnes illos veteres poetas enumeret, unde deinde ulterius de iisdem coniunctim sumptis disserendi aptum haberet locum. — v. 60. *arcto stipata theatro.* Commode confert Doeringius Epist. I, 19, 41.: *spissa theatra!* et Epist. ad Pis. v. 205.: *spissa sedilia.* — *stipata.* Hanc vocem sensu eodem usurpavit Lucanus VII, 492.: *Pompeii densis acies stipata catervis?* — v. 61. *potens* non sine invidia *Ridelio* videtur dixisse poeta de patria sua armorum imperiique unice fere studiosa atque iis superbiente. — v. 63. Vniversam, ut solet, praemittit sententiam: auream profecto continentem regulam, quam utinam semper sequerentur homines, neque omnino spernentes vulgi opinionem, neque sine iudicio atque delectu ei obtemperantes. — *est ubi. Vbi* pro *quando* positum est, ut *est ubi* idem valeat atque *aliquando.* Sic ἔστιν ὅτε dicitur pro ποτέ vel ἐνιότε. Vbi non, ut

---

tur. [*Hos ediscit*] antiquiores. Naevium, Sophoclem, Euripidem, Afranium, Epicharmum ediscit Romae in schola et admiratur in theatris, de-

ceteros universos? [*Hos ediscit*] in scholis. [*Spectet*] in spectaculis. [*Habet*] credit. [*Ad nostrum tempus*] Ordo est: *Ab Livî scriptoris usque ad nostrum tempus*, quaedam recte, quaedam prave iudicat populus. [*Livî scriptoris ab aevo*] Livium dicit Andronicum, qui primus omnium latinas fabulas scripsit. [*Si veteres ita miratur*] hoc peccat. [*Si*

Si veteres ita miratur laudatque poetas,
Vt nihil anteferat, nihil illis comparet: errat.
Si quaedam nimis antique, si pleraque dure
Dicere credit eos, ignave multa fatetur:
Et sapit et mecum facit et Iove iudicat aequo.
Non equidem insector delendaque carmina Livî
Esse reor, memini quae plagosum mihi parvo
Orbilium dictare: sed emendata videri

---

nostro loco, de tempore, sed de loco sermo est, *est ubi* dicitur pro *alicubi;* ἔστιν ὅπου pro πού. — v. 64-68. Rationes exponit poeta, quibus existimet populum vel errare vel rectum videre. — v. 66-67. *quaedam — pleraque — multa.* Vim horum vocabulorum apte illustrat Taciti locus Hist. IV, 84.: *Deum ipsum multi Aesculapium, quidam Osirin, plerique Iovem, plurimi Ditem patrem coniectant.* — *antique — dure — ignave. Antique* potissimum de vocabulorum delectu et formis, *dure* de versibus asperis auribusque ingratis, *ignave* de totius operis cultu intellige. *Antique*, i. e. obsolete, ἀρχαϊκῶς. — *ignave*, i. e. oscitanter et minime accurate, uti bene explicuit Lambinus, ,humiliter et rustice' interpretatus est Commentator Cruquii. Weichert. de Laevio I. p. 8. sive Poet. Rel. p. 24.: Equidem *ignave dicta* explicuerim ἀργὰ καὶ τὸν ἀκροατὴν ἠρεμεῖν ἐῶντα, ut de oratore Longinus, de Subl. sect. 34. §. 4. i. e. quae nullam vim habent ad movendum auditorem, quibus opponuntur τὰ ἐναγώνια ἐμπαθῆ vel παθητικά. Ita vulgarem vitae communis sermonem τὸ κοινὸν ἁπλῶς καὶ ἀργῶς λεγόμενον appellat Apsines apud Longinum Fragm. VIII. §. 6. p. 198. ed. Weiske. — *Iove — aequo*, vid. Porphyrion, quocum convenit Comm. Cruq. — v. 69. *insector*, i. e. detraho, ait Comm. Cruq. — *delendaque.* Bentleius hic *delendave* legit et plerique recentiores eum secuti sunt; sed vi melius perspecta particularum *ve* et *que*, Iahnius *delendaque* restituit. Vid. ad Serm. II, 3, 157. — *Livî.* Bentleius legi iussit *Laevi*, quod plures receperunt, nonnulli quidem reiecerunt; sed data opera nemo Bentleii argumenta refutavit ante Weichertum, in commentationibus duabus de Laevio poeta; Poet. Rel. p. 19-88. — v. 70. *memini* = memor sum, memoria teneo; *recordari* = rursus, denuo, si quid oblitus fueris, in animum revocare; *reminisci* = loco vel opportunitate data memoria repetere, quorum aliquis vel immemor fuerit vel esse voluerit, vid. C. G. Herzog. ad Sallust. Cat. 51. §. 15. — *plagosum*, i. e. plagas inferre gaudentem, ait Comm. Cruq. Active igitur intelligendum. — v. 71. *dictare.* Magistrorum apud

---

spiciens iuniores, licet illi praecellant. [*Non equidem insector*] expurgans se dicit, quod non propter invidiam talia loquatur de veteribus poetis. Non

quaedam] hoc receptum est. [*Ignave*] humiliter. [*Et Iove iudicat aequo*] propitio sibi, Iove quidem irato fit, ut errent homines ac delirent. [*Non equidem insector*] quod vitium invidi et obtrectatoris est hominis. [*Delendaq. carmina*] faceta subtilitas. Non censeo, inquit, delendum Livium. Et hoc illi honoris causa defero, propter vetustatem ex libris eius. [*Plagosum mihi parvo Orbilium dictare*] saevus, inquit, Orbilius quondam magister librarius mihi dictata praebebat. *Plagosum* eum dicit saepe plagas inferentem. [*Sed emendata videri*] emendandum, non delendum puto Livium. Sed indignor illum pro perfecto et emendato amore laudari. [*Exactis minimum distantia*] translatio ab examine, quae pars est

Pulchraque et exactis minimum distantia miror.
Inter quae verbum emicuit si forte decorum,
Si versus paullo concinnior unus et alter:
Iniuste totum ducit venditque poema.

utrumque antiquitatis populum erat, carmina, quae in scholis enarrabant, discipulis ob librorum inopiam voce praeire: quod Graecis ἀποστοματίζειν dicebatur, Latinis *dictare*, i. e. lente et iterato enuntiare, ὑπαγορεύειν, quae alter vel calamo vel memoria excipiat. Hor. Serm. I, 10, 75.: *An tua demens Vilibus in ludis dictari carmina malis?* — Quum omnis institutio studiorumque initium a poetarum lectione caperetur, carmina plerumque pueris dictabantur, et quidem optimi cuiusque, praesertim Homeri; adeo ut non ultima laus esset, cuius carmina sic iuventuti ediscenda tradebantur. — *emendata.* Quae commentati erant Romani, ea in cereis consignabant tabulis et *stilo verso* (vid. ad Serm. I, 10, 72.) *emendata* in membranis scribebant. Miratur igitur Horatius, Livii Andronici carmina videri aequalibus *emendata* pulchraque et minimum distantia exactis. Weichert. Poet. Rel. p. 25. — v. 72. *exactis.* Perfectis. Comm. Cruq. Huic soli credendum videtur, quoniam *exigere* hoc sensu prorsus respondet verbo *perficere*, neque igitur ad trutinae examen referendum est. — *distantia.* Horatius saepius verba, quae differentiam significant, cum dativo construit; *distare* autem, ut hoc loco, etiam Carm. IV, 9, 29. Epist. I, 7, 23. I, 18, 4. — v. 73. *emicuit*, i. e. ex insperato apparuit. — *si forte*, i. e. si casu quodam accidat, ut. — *decorum.* Cicero hoc vocabulum explicat Orat. 21. 22.: *Vt in vita, sic in oratione, nihil est difficilius, quam, quid deceat, videre: πρέπον appellant hoc Graeci, nos dicamus sane decorum. De quo praeclare et multa praecipiuntur et res est cognitione dignissima. Huius ignoratione non modo in vita, sed saepissime et in poematis et in oratione peccatur. Est autem, quid deceat, oratori videndum non in sententiis solum, sed etiam in verbis — Semper in omni parte in orationis, ut vitae, quid deceat, est considerandum, quod et in re, de qua agitur, positum est, et in personis et eorum, qui dicunt, et eorum, qui audiunt. Itaque hunc locum, longe et late patentem, philosophi solent in officiis tractare, — grammatici in poetis, eloquentes in omni et genere et parte causarum — Persona alii peccant aut sua aut iudicum aut etiam adversariorum: nec re solum, sed saepe verbo: etsi enim sine re nulla vis verbi est, tamen eadem res saepe aut probatur aut reiicitur alio atque alio elato verbo.* Cf. de Off. I, 27. 28. — v. 74. *concinnior*, i. e. aptius elegantiusque compositus, ut Graecorum εὔθετος, quae propria vocabuli significatio est, uti etiam apparet ex Serm. I, 10, 23. 24. — v. 75. *Iniuste totum ducit venditque poema.* Doeringius explicat: Si forte in carminibus, quae scripsit Livius, elegans verbum, vel unus et alter versus concinnior enituit, vulgus *iniuste* (*praeter rem*) totum poema pulchrum et concinnum esse censet et hoc nomine laudat. Supplendum autem est omnino ad *ducit: vulgus*, ut supra v. 67. ad *cedit* (ita *Doering.*) et v. 68. ad *sapit, facit, iudicat.* — Torrentius: sumptum, ni fallor, a mangonibus, qui inter venalium greges, quanta possent arte aliquos concinnant, ut tanto facilius etiam alios extrudant. *Riedelius* putat simplicissimam atque verissimam explicationem esse, si accipiatur *ducere* hoc loco positum esse pro *facere ut ducatur, habeatur* sive *existimetur;* uti saepissime interpretandum est, si rebus inanimatis actiones tribuantur, quae hominibus tantum conveniunt. *Vendit* positum pro *veditat*, *vendere facit*, et pro *valde commendare* saepius legitur, uti Cic. ad Att. XIII, 12.: *Ligarianam praeclare vendidisti*, h. e. ait Ernestus in Clave: laudando, ut legeretur ab hominibus, fecisti; et ipse Cicero suam dictionem expli-

Indignor quidquam reprehendi, non quia crasse
Compositum illepideve putetur, sed quia nuper;
Nec veniam antiquis, sed honorem et praemia posci.
Recte necne crocum floresque perambulet Attae
Fabula si dubitem, clament periisse pudorem
Cuncti pene patres, ea quum reprehendere coner,
Quae gravis Aesopus, quae doctus Roscius egit:
Vel quia nil rectum, nisi quod placuit sibi, ducunt,

cavit, ibid. XIII, 19.: *Ligarianam praeclare auctoritas tua commendavit.* Iuvenal. Sat. VII, 135-137. — v. 76. *crasse*, i. e. non subtiliter, negligenter. Translatum est a lanificio, cui cum praeesset Minerva, Ἐργάνη dicta, in proverbium abiit *crassa Minerva*, ut Serm. II, 2, 3. ubi vid. not. — v. 77. *illepide*, ἀχαριέντως, ineleganter, invenuste. — v. 79-80. *crocum floresque perambulet Attae Fabula*, i. e. ait Comm. Cruq.: in scena recepta sit, quae floribus et croco spargitur. — De *croco* vid. Plin. H. N. XXI, 6. de croci liquidi sparsione Lipsius, de amphitheatro, cap. 16. — *perambulet.* Hoc verbo composito eligendo significare videtur Horatius, Attae fabulas saepissime in scena agi solere. — *clament periisse pudorem.* Imitatus est Pers. Sat. V, 103 sqq.: *Navem si poscat sibi peronatus arator Luciferi rudis, exclamet Melicerta perisse Frontem de rebus.* — v. 81. *patres.* Ex v. 84. patet Horatium hîc potissimum significasse seniores. — v. 82. *gravis Aesopus. Gravis* dicitur tanquam tragoedus. — *doctus Roscius.* Sicut v. 56. Pacuvium *doctum* senem, Accium *altum* dixerat, ita hîc Aesopum *gravem* dicit, Roscium *doctum.* Ex Ciceronis de utroque testimoniis abunde patet, quam eleganter duabus hisce voculis amborum merita denotaverit. Vid. *Index.* — v. 83. Versu praecedenti poeta occulte quodammodo causam attulit, cur cives sui poetas veteres scenicos nimium venerarentur; nunc autem aper-

censeo, inquit, delenda carmina Livii, quae quondam dictabat Servius Orbilius magister; sed indignor et miror praeferri illa tanquam emendata, nihilque distantia perfectis carminibus, cum adhuc sint mendosa. [*Indignor quidquam reprehendi*] in antiquis si aliquid inhonestum viderint, potius laudant quam damnant. Meum vero carmen, quod honestum est, propter novitatem reprehendunt. [*Nec veniam*] etiam hoc indignor, quod antiquis non solum venia nascatur, sed ultra veniam pretium feratur. [*Attae*] Atta togatarum scriptor tragoediarum vel comoediarum fuit antiquus, qui in suis dictis ita florum genera repetit et numerat, ut sine dubitatione reprehendendus sit ob nimiam loquacitatem. [*Vel quia turpe putant*] di-

trutinae. [*Reprehendi*] i. e. in meis carminibus. [*Nec veniam antiquis*] nec non, ut sit non modo veniam, sed etiam honorem antiquis posci. Video posci subaudiendum est, iterum indignor, ut sit ζεῦγμα a superiore, aut deest video, ut sit ἔκλειψις. [*Floresq. perambulet Attae Fabula*] Atta, togatarum scriptor, in fabula, quae inscribitur *Materterae*, ita florum genera enumerat, ut sine dubio reprehendendus sit ob nimiam loquacitatem. [*Si dubitem*] plus dixit, quam si diceret, reprehendam. [*Clament periisse pudorem*] non dicant, sed *clament* et bene. Num patres, quibus sola pura antiquitas placet, an patres, h. e. senatus? [*Ea cum reprehendere coner*] *coner*, inquit, *reprehendere*, non reprehendam. [*Quae gravis Aesopus*] Aesopus et Roscius famosissimi comoediarum actores fuerunt ac per hoc ostendit, stultos esse multos homines, qui non merito ac virtute fisi, sed tantummodo personarum auctoritate moveantur. [*Vel quia nil*

Vel quia turpe putant parere minoribus, et quae
Imberbes didicere, senes perdenda fateri.
Iam Saliare Numae carmen qui laudat et illud,

---

tius et minus excusandum profert causam perversi iudicii; quo tamen ge-
nere omni tempore plures arguendi fuerint, imprimis ii, qui aliquam sibi
pepererunt auctoritatem. — *ducunt* = ἡγοῦνται. Cf. *Lex. Hor.* sub h.
v. — *parere minoribus*, sc. natu, i. e. minores tanquam duces se-
qui. — v. 85. *Imberbes* recepit Bentleius, et uno ore fere omnes edi-
tores eum sunt secuti, usque ad Feam, et qui hunc secuti sunt Iahnius
et Schmidius. *Imberbes* dicebantur iuvenes decimi sexti aetatis anni, quum
e pueritia egressi togam virilem sumpsissent. — *perdenda*, i. e. amittenda,
oblivioni tradenda. Comm. Cruq. — v. 86. *Saliare Numae carmen.* Plu-
tarchus Num. XIII. p. 68 sqq.: *Τοὺς δὲ Σαλίους ἱερεῖς ἐκ τῆς τοιαύτης
λέγεται συστήσεσθαι προφάσεως. Ἔτος ὄγδοον αὐτοῦ βασιλεύοντος λοι-
μώδης νόσος περιιοῦσα τὴν Ἰταλίαν ἐστρόβησε καὶ τὴν Ῥώμην. Ἀθυ-
μούντων δὲ τῶν ἀνθρώπων ἱστορεῖται χαλκῆν πέλτην ἐξ οὐρανοῦ κατα-
φερομένην εἰς τὰς Νουμᾶ πεσεῖν χεῖρας. Ἐπὶ δὲ αὐτῇ θαυμάσιόν τινα
λόγον λέγεσθαι ὑπὸ τοῦ βασιλέως, ὃν Ἠγερίας τε καὶ τῶν Μουσῶν
πυθέσθαι. Τὸ μὲν γὰρ ὅπλον ἥκειν ἐπὶ σωτηρίᾳ τῆς πόλεως καὶ δεῖν
αὐτὸ φρουρεῖσθαι γενομένων ἄλλων ἕνδεκα καὶ σχῆμα καὶ μέγεθος καὶ
μορφὴν ἐκείνῳ παραπλησίων, ὅπως ἄπορον εἴη τῷ κλέπτῃ δι᾽ ὁμοιότητα
τοῦ διοπετοῦς ἐπιτυχεῖν· ἔτι δὲ χρῆναι Μούσαις καθιερῶσαι τὸ χωρίον
ἐκεῖνο καὶ τοὺς περὶ αὐτὸ λειμῶνας, ὅπου τὰ πολλὰ φοιτῶσαι συνδια-
τρίβουσιν αὐτῷ· τὴν δὲ πηγήν, ἣ κατάρδει τὸ χωρίον, ὕδωρ ἱερὸν
ἀποδεῖξαι ταῖς Ἑστιάσι παρθένοις, ὅπως λαμβάνουσαι καθ᾽ ἡμέραν ἁγνί-
ζωσι καὶ ῥαίνωσι τὸ ἀνάκτορον. Τούτοις μὲν οὖν μαρτυρῆσαι λέγουσι
καὶ τὰ τῆς νόσου παραχρῆμα παυσάμενα. Τὴν δὲ πέλτην προθέντος
αὐτοῦ καὶ κελεύσαντος ἁμιλλᾶσθαι τοὺς τεχνίτας ὑπὲρ τῆς ὁμοιότητος,
τοὺς μὲν ἄλλους ἀπειπεῖν, Βετούριον δὲ Μαμούριον, ἕνα τῶν ἄκρων
δημιουργῶν, οὕτως ἐφικέσθαι τῆς ἐμφερείας καὶ κατασκευάσαι πάσας
ὁμοίας, ὥστε μηδ᾽ αὐτὸν ἔτι τὸν Νουμᾶν διαγινώσκειν. Τούτων οὖν
φύλακας καὶ ἀμφιπόλους ἀπέδειξε τοὺς Σαλίους ἱερεῖς. Σάλιοι δ᾽ ἐκλή-
θησαν, οὐχ, ὡς ἔνιοι μυθολογοῦσι, Σαμόθρακος ἀνδρὸς ἢ Μαντινέως,
ὄνομα Σαλίου, πρώτου τὴν ἐνόπλιον ἐκδιδάξαντος ὄρχησιν, ἀλλὰ μᾶλ-
λον ἀπὸ τῆς ὀρχήσεως αὐτῆς ἁλτικῆς οὔσης, ἣν ὑπορχοῦνται διαπορευ-
όμενοι τὴν πόλιν, ὅταν τὰς ἱερὰς πέλτας ἀναλάβωσιν ἐν τῷ Μαρτίῳ
μηνὶ φοινικοῦς μὲν ἐνδεδυμένοι χιτωνίσκους, μίτραις δὲ χαλκαῖς ὑπεζωσ-
μένοι πλατείαις καὶ κράνη χαλκᾶ φοροῦντες, ἐγχειριδίοις δὲ μικροῖς τὰ
ὅπλα κρούοντες. Ἡ δὲ πολλὴ τῆς ὀρχήσεως ποδῶν ἔργον ἐστί· κινοῦν-
ται γὰρ ἐπιτερπῶς ἑλιγμούς τινας καὶ μεταβολὰς ἐν ῥυθμῷ τάχος ἔχοντι
καὶ πυκνότητα μετὰ ῥώμης καὶ κουφότητος ἀποδιδόντες. Αὐτὰς δὲ τὰς*

---

cit idcirco senes iuniores despicere, vel quia nolunt et turpe videtur iis
iunioribus obedire vel quia quod in infantia didicerunt, secum semper re-
tinere velint. [*Iam Saliare Numae carmen*] Salii dicebantur, qui circa

rectum] hoc vitium superbiae est. [*Vel quia turpe putant parere mino-
ribus*] nobis scilicet et hoc est vitium pudoris puerilis. [*Perdenda fa-
teri*] male docti enim dicerentur imberbes. [*Iam Saliare Numae car-*

Quod mecum ignorat, solus vult scire videri,
Ingeniis non ille favet plauditque sepultis,
Nostra sed impugnat, nos nostraque lividus odit.
Quod si tam Graecis novitas invisa fuisset
Quam nobis, quid nunc esset vetus aut quid haberet,
Quod legeret tereretque viritim publicus usus?

---

*πέλτας ἀγκύλια καλοῦσι διὰ τὸ σχῆμα. Κύκλος γὰρ οὐκ ἔστιν οὐδὲ
ἀποδίδωσιν, ὡς πέλτη, τὴν περιφέρειαν, ἀλλ᾽ ἐκτομὴν ἔχει γραμμῆς ἑλι-
κοειδοῦς, ἧς αἱ κεραῖαι καμπὰς ἔχουσαι καὶ συνεπιστρέφουσαι τῇ πυκνό-
τητι πρὸς ἀλλήλας ἀγκύλον τὸ σχῆμα ποιοῦσιν· ἢ διὰ τὸν ἀγκῶνα,
περὶ ὃν περιφέρονται. Ταῦτα γὰρ ὁ Ἰόβας εἴρηκε γλιχόμενος ἐξελλη-
νίσαι τοὔνομα. Δύναιτο δ᾽ ἂν τῆς ἀνέκαθεν φορᾶς πρῶτον ἐπώνυμον
γεγονέναι καὶ τῆς ἀκέσεως τῶν νοσούντων καὶ τῆς τῶν αἰχμῶν λύσεως,
ἔτι δὲ τῆς τῶν δεινῶν ἀνασχέσεως· καθ᾽ ὃ καὶ τοὺς Διοσκούρους Ἄνα-
κας Ἀθηναῖοι προσηγόρευσαν· εἴ γε δεῖ πρὸς τὴν Ἑλληνικὴν διάλεκτον
ἐξάγειν τοὔνομα. Τῷ δὲ Μαμουρίῳ λέγουσι μισθὸν γενέσθαι τῆς τέχ-
νης ἐκείνης μνήμην τινὰ δι᾽ ᾠδῆς ὑπὸ τῶν Σαλίων ἅμα τῇ πυῤῥίχῃ
διαπεραινομένης. Οἱ δὲ οὐ Βετούριον Μαμούριον εἶναί φασι τὸν ᾀδό-
μενον, ἀλλὰ Οὐετέρεμ μεμορίαμ, ὅπερ ἐστὶ παλαιὰν μνήμην.* Varro L.
L. V, 6. Cf. ad Carm. I, 36, 12. — v. 87. *Quod mecum ignorat.* De
Saliorum carminibus vid. Quinct. I, 6, 40.: *Saliorum carmina vix sacer-
dotibus suis satis intellecta.* Mirum igitur non erat, Romanos Saliorum
carmina ignorare. — v. 88. *Ingeniis — sepultis*, i. e. defunctis, sc. anti-
quis scriptoribus, qui ingeniis suis prae ceteris excelluere. — v. 89, *livi-
dus*, i. e. invidus, cf. Serm. I, 4, 93.: *Lividus et mordax videor tibi.* —
v. 90. *novitas. Schmidius* Horatium hoc verbo usurpando cogitasse de
novis hominibus putat et conferre iubet Cic. ad Fam. I, 7. §. 8.: *Quod
eo liberius ad te scribo, qui non solum temporibus his, quae per te
sum adeptus, sed etiam olim nascenti prope nostrae laudi dignitatique
favisti; simulque quod video, non, ut antehac putabam, novitati esse
invisum meae: in te enim, homine omnium nobilissimo, similia invido-
rum vitia perspexi.* — v. 92. *tereret. Terere* eodem sensu usurpavit
Martialis VIII, 3, 4.: *Teritur noster ubique liber.* XI, 3, 3. 4.: *Sed meus
in Geticis ad Martia signa pruinis a rigido teritur centurione liber.*
Magis propria significatione hoc verbo usus est Cicero ad Fam. IX, 25.:
*Παιδείαν Κύρου, quam contriveram legendo, totam in hoc imperio
explicavi.* — *viritim.* Per singulos viros. Comm. Cruq. Simili modo
usus est hoc voc. Liv. XLI, 8.: *Genera autem fraudis duo mutandae*

---

aras saliendo canebant. [*Ingeniis non ille favet plauditque*] non tan-
tum laudat antiquos, quantum cum more nos nostraque vituperat et cum

men] Saliis Numa ipse constituit in templis canendum. [*Et illud, Quod
mecum ignorat, solus vult scire videri*] qui me dicit nescire, quod et
ipse nescit. [*Ingeniis non ille favet*] hoc sensu vult ostendere, huius-
modi homines, qui non merito ac virtute stili, sed tantummodo persona-
rum auctoritate mortuis faveant, non modo stultos, sed, quod peius est,
invidos, qui nos contra meritum oderint. [*Quod si tam Graecis novitas
invisa fuisset, Quam nobis*] quod si ab initio idem Graeci fecissent, quod
nunc Romani, ut odissent poetas, qui essent, inquit, hodie veteres? aut
quid ad nostra tempora pervenerit, quod legere omnibus et in manibus

Vt primum positis nugari Graecia bellis
Coepit et in vitium fortuna labier aequa,
Nunc athletarum studiis, nunc arsit equorum,
Marmoris aut eboris fabros aut aeris amavit;
Suspendit picta vultum mentemque tabella,
Nunc tibicinibus, nunc est gavisa tragoedis;
Sub nutrice puella velut si luderet infans,
Quod cupide petiit, mature plena reliquit.

---

viritim civitatis inducta erant. Fea legit *Quiritum.* — v. 93. Recte Comm. Cruq. *nugari* interpretatus est: ludere et otia sectari, cf. Serm. II, 1, 73. Epist. I, 18, 60. — v. 94. *et in vitium fortuna labier aequa.* Comm. Cruq.: *In vitium* deliciarum propter prosperitatem fortunae. — *aequa*, vid. ad v. 68. — v. 95. *arsit*, cupide desideravit. Comm. Cruq. — *equorum.* Equestria et curulia certamina sensim cum ceteris in ludis sacris coniuncta fuerunt. — v. 96. *fabros*, artifices. Comm. Cruq. — *amavit*, cupide petiit. Comm. Cruq. — v. 97. *Suspendit picta vultum mentemque tabella*, i. e. habuit vultum suspensum, id est, dependentem a tabulis pictis, id est, admirata est picturas. Comm. Cruq. Vossius: *Hing er am schoenen Gemaelde mit Aug' und Seele geheftet.* — v. 98. *tibicinibus*, i. e. tibia canentibus et fistulis. Comm. Cruq. Lambinus et cum eo Zeunius, Doering. Haberfeld. et Schmid. opinantur, Horatium voce *tibicinibus* significare voluisse *comoedos;* quam opinionem ut probent, locum ex Epist. ad Pis. v. 202 sq. et 214 sq. afferunt, ubi Horatius de tibia in Romanorum comoediis loquitur. Horatius autem nostro loco de musicis cogitasse videtur, sed tanquam poeta una specie nominanda totum genus intelligi voluit: nominavit autem, uti decebat, praecipuam speciem, quippe ex Athenaeo IV, 28. p. 184. docemur, Graecos, prae ceteris musicis instrumentis, tibiae cantu operam navasse. Cf. Epist. ad Pis. v. 412-415. Horatium voce *tragoedis* omnes intellexisse credit *Riedelius* actores scenicos, quippe qui iterum tanquam poeta, quum totum genus in animo haberet, praecipuam tantum nominavit speciem. Quam delectati sint fabulis scenicis et imprimis tragoediis omnes Graeci, et ad quantum quasi furorem hanc voluptatem auxerint Athenienses, quos haud poeniteret civitatis profligare opes, dummodo fabulae splendidissimo apparatu agerentur et ab omnibus civibus celebrarentur, notius est quam ut pluribus testimoniis confirmemus. — v. 99. *puella.* Non sine delectu, non generatim de puero, sed de *puella* instituit comparationem poeta: quandoquidem puellis ab ineunte aetate velocius et acutius est pulchri sensus placendique studium. — *infans* proprie est, qui quaeve fari nondum didicit. — v. 100. Hic versus ad Graeciam est referendus. — *mature*, i. e. celeriter; *plena*, i. e. satiata, ait Comm. Cruq. *Plenus* eadem significatione venit Serm. II, 2, 43. Epist. I, 20, 8. — v. 102. *Hoc*, i. e. ut diversis studiis animi hominum pascerentur. Comm. Cruq. *Hoc* refert *Riedelius* ad effectus, quos pax et res prosperae apud Graecos habuerunt, quamvis oratio de Graecis brevi sententia generali sit interrupta. Sic quoque facilior transitus est ad res Romanas, quas nunc aggreditur. — *ventique secundi.* Frequens imago sumpta de navigatione. — v. 103. *diu.* Bene *diu*, quoniam per omne fere liberae reipublicae tempus apud optimum quemque optimatium hic mos vigebat. — *sollemne*, consuetudine usurpatum. Comm. Cruq. — *reclusa*, aperta. — v. 104. *Mane*, cf. Serm. I, 1, 10. — *clienti*, i. e. consulenti sive consultori. Patronatus enim et clientela, quales olim viguerant Romae, tempore Horatii prorsus antiquatae et fere incognitae erant. — *promere iura*, de iure respondere. Comm. Cruq. — v. 105. *Cautos*, sub chirographo datos. Comm. Cruq. — Bentl. postquam vim exemplorum dedit, ubi *scribere* et *cavere* de pecunia dictum fuit, sic pergit: Iam autem tute per te animadvertes, eodem, ut dixi, redire seu *cautos* sive *scriptos nummos* dixeris, illud tamen iurisconsultis fere proprium, hoc populari et vulgari usu magis tritum et receptum esse. At *scribere* non minus legitimum iuris erat vocabulum quam *cavere*, sed non idem significant. *Scribere* autem dicebantur iurisconsulti, ita pergit Bachius Hist. Iur. Rom. II, 2. sect. 4. §. 8.: cum vel actiones vel stipulationes rerumque contrahendarum, testamentorumque formulas clientibus componerent; *cavere* denique, quando in rebus negotiisque privatis, quibus vitae societas continetur, consiliis suis, inventisque clientes ab omni fraude, captione atque damno tectos, ne deciperentur, tutosque praestarent atque docerent, quomodo prudenter esset res peragenda. —

---

invidia dicit, se de veteribus scire, quod nescit. [*Sub nutrice*] lasciviebat, inquit, populus per diversos ludos, sicut puella sub nutrice solet lascivire.

habere possemus? [*Vt primum positis*] hîc ostendit, quod fuerit initium poeticae professionis, ut probet, quod nunc inveteratum est, aliquando coepisse. [*Nugari Graecia bellis*] ludere, scribere, quia bella non nugae sunt. [*Et in vitium fortuna labier aequa*] dicit vitium felicitatem prosperae fortunae esse et delicias, in quas lapsa sit Graecia, postquam bella deposuit. [*Nunc athletarum studiis*] enumerat, quas artes Graecia per pacem otiumque sit secuta. [*Sub nutrice puella velut*] ita Graecia cupide appetiit studia, quae celeri satietate deseruit ac si puella infans esset et sub nutrice agens etiam luderet. [*Plena*] satiata. [*Quid placet aut odio est*] sententia est, qua ostendit Horatius, nihil nos cupere vel odisse, quod secuta satietate non mutemus. [*Hoc paces habuere bonae*] *hoc* habuit, inquit, pax vitium, ut diversis delectationibus animi hominum pascerentur. [*Ventiq. secundi*] *ventos secundos* fortunam prosperam dicit. [*Romae dulce diu*] a Graecorum moribus transit ad consuetudinem veterum Romanorum et dicit, quemadmodum maiorum a posteris mutata consuetudo sit in usum poeticae disciplinae. [*Sollenne*] quasi legitimum. [*Clienti promere iura*] respondere de iure alicui consulenti. [*Cautos nominibus rectis expendere nummos*] *cautos nummos* dicit, vel quia per chirographum et cautionem crederentur vel *cautos nummos*, i. e. legibus, h. e. non illicitis usuris datos. *Recta* autem *nomina* de legibus facta, non de foenerando debitoribus. [*Maiores audire*]

Quid placet aut odio est, quod non mutabile credas?
Hoc paces habuere bonae ventique secundi.
Romae dulce diu fuit et sollemne reclusa
Mane domo vigilare, clienti promere iura,
Cautos nominibus rectis expendere nummos,

[*Quid placet aut odio est*] ostendit nihil nos amare vel odisse, quod non satietate mutetur. [*Romae dulce diu fuit*] dicit, tanto poterit studio teneri, ut publice quidem mentiretur se versus componere. Rediens autem domum ante solis ortum tabellam arripere. [*Reclusa mane domo vigilare*] de Graecorum moribus transit ad consuetudinem Romanorum, qui antequam scirent lascivire et poeticae studere, primo mane domum aperiebant et vigilantes ad opus aliquod adsistebant. [*Clienti promere iura*] soliti clientibus, i. e. minoribus amicis praecepta dare, quibus maiorum amicitiam colerent et largiri cautos nummos et congruis personis et aliis bonis studiis intendere; sed cupiditas et levitas mutavit eorum animos, ut intermissis aliis studiis tantum poetae animum intenderent. [*Cautos nominibus rectis*] an *hominibus rectis* propter res honestas? *Cautos num-*

Maiores audire, minori dicere, per quae
Crescere res posset, minui damnosa libido:
Mutavit mentem populus levis et calet uno

---

nominibus. Quoties pecunia mutua dabatur, creditor in tabulas suas expensi et accepti nomen eius, cui pecuniam dabat, perscribebat. I. Fr. Gronovius. Lect. Plaut. p. 123. Inde *nomen* significat et *debitum* et *debitorem.* — *expendere,* quum pecunia plerumque ponderaretur, non numeraretur, unde formula *per aes et libram* orta est, *expendere* usurpatur pro dare, solvere, mutuam dare pecuniam. — v. 106. *Maiores audire, minori dicere.* Morem solemnem Romanorum, quem significavit Horatius, optime illustrabunt duo Ciceronis loca: de Off. I, 34. §. 122. 123.: *Et quoniam officia non eadem disparibus aetatibus tribuuntur aliaque sunt iuvenum, alia seniorum, aliquid etiam de hac distinctione dicendum est. Est igitur adolescentis maiores natu vereri exque iis deligere optimos et probatissimos, quorum consilio atque auctoritate nitatur: ineuntis enim aetatis inscitia senum constituenda et regenda prudentia est. Maxime autem haec aetas a libidinibus arcenda est exercendaque in labore patientiaque et animi et corporis, ut eorum et in bellicis et in civilibus officiis vigeat industria. Atque etiam quum relaxare animos et dare se iucunditati volent, caveant intemperantiam, meminerint verecundiae: quod erit facilius, si in eiusmodi quidem rebus maiores natu volent interesse. Senibus autem labores corporis minuendi; exercitationes animi etiam augendae videntur; danda vero opera, ut et amicos et iuventutem et maxime rempublicam consilio et prudentia quam plurimum adiuvent.* Cic. Lael. I.: *Ego autem a patre ita eram deductus ad Scaevolam, sumpta virili toga, ut, quoad possem et liceret, a senis latere nunquam discederem. Itaque multa ab eo prudenter disputata, multa breviter et commode dicta memoriae mandabam fierique studebam eius prudentia doctior. Quo mortuo me ad pontificem Scaevolam contuli, quem unum nostrae civitatis et ingenio et iustitia praestantissimum audeo dicere.* Cf. Brut. 89. §. 306. Orator. 42. Tacitus de Orator. dial. 34.: *Apud maiores nostros iuvenis ille, qui foro et eloquentiae parabatur, imbutus iam domestica disciplina, refertus honestis studiis, deducebatur a patre, vel a propinquis ad eum oratorem, qui principem in civitate locum obtinebat. Hunc sectari, hunc prosequi, huius omnibus dictionibus interesse, sive in iudiciis sive in concionibus adsuescebat, ita ut altercationes quoque excipere et iurgiis interesse, utque sic dixerim, pugnare in praelio disceret. Magnus ex hoc usus, multum constantiae, plurimum iudicii iuvenibus statim contingebat, in media luce studentibus, atque inter ipsa discrimina, ubi nemo impune stulte aliquid aut contrarie dicit, quo minus et iudex respuat et adversarius exprobret, ipsi denique advocati aspernentur — Atque Hercule sub eiusmodi praeceptoribus iuvenis ille, de quo loquimur, oratorum discipulus, fori auditor, sectator iudiciorum, eruditus et adsuefactus alienis experimentis, cui quotidie audienti notae leges, non novi iudicum vultus, frequens in oculis consuetudo concionum, saepe cognitae populi aures, sive accusationem susceperat sive defensionem, solus statim et unus cuicunque causae par erat.* — *Maiores* pro *natu maiores,* ut *minori* pro *natu minori.* — v. 107. *Crescere res,* augeri bona. Comm. Cruq. — *damnosa,* proprium epitheton libidinis. Comm. Cruq. Sic Epist. I, 18, 21.: *Damnosa Venus.* — *libidinem* cum Torrentio accipe pro quacunque immoderata cupidine, quae, quo minus *res crescat,* impediat. — v. 108. *mentem. Mens* est indoles, ingenium, *animus,* consilium, voluntas. Cf. Epist. I, 1, 4.: *Non eadem est aetas, non mens.* — *levis,* ventosus. — *calet,* fervet, accenditur, incitatur. Comm. Cruq. Cf. Serm. II, 3, 76-83. — v. 109. *severi,* austeri, graves, quales esse aut saltem videri Romani olim semper studebant. Iocose sane hoc loco patribus, comas vinctis et carmina dictantibus, additum epitheton. — v. 110. *Fronde,* hedera, quae est poetarum. Comm. Cruq. — *comas vincti.* Accusativus Graecus, poetis Latinis usitatissimus. — *carmina dictant.* Welchertus de Laevio I. p. 9. sive Poet. Rel. p. 25. sic explicat: Coenantes componunt ex tempore carmina, eaque ore proferunt et convivis recitant. Quis enim credat, Romulidas, ut scilicet scribendi laborem subterfugerent, coenantes lenta voce praeivisse scribenda servis, quae mensae accumbentes composuerant, carmina? Hoc quum sibi persuadere non posset Marklandus ad Stat. Sylv. V, 1. p. 247. h. l. *vincti certant* pro *coenant,* invita Minerva, scribi maluit, non memor Persii Sat. I, 51.: *Non si qua elegidia crudi dictarunt proceres, non quidquid denique lectis scribitur in citreis.* Vbi ridicule G. L. Koenig. p. 23.: *dictarunt* sc. amanuensi servo; sic solebant multi Romanorum litteras exarandi molestiam subterfugientes. Sed vel oppositorum ratio docet h. l. de extemporali versuum faciendorum facultate esse cogitandum. Neque negari potest, eodem accipiendum esse sensu Horatii de Lucilio scomma Serm. I, 4, 10.: *In hora saepe ducentos, ut magnum, versus dictabat stans pede in uno.* Quo in loco si v. *dictabat* proprie sumpseris, sane vereor, ne absurdi quid scriptum velis ab Horatio, qui nihil, nisi quam promptus in fingendis poematis et facilis ad extemporalitatem usque fuerit Lucilius, hoc iocose dicto voluit significare. *Weicherto* improbanti emendationem Marklandi adsentitur *Riedelius,* in ceteris non ita. *Dictare* nostro loco nihil aliud esse videtur nisi *recitare, declamare,* uti recte Zellius explicuit, probante Schmidio, ea scilicet poemata, quae ante composuerant et, ut plausum moverent, inter coenam recitabant. Neque enim credendum, poetam significare voluisse Romanos inter ipsam coenam poemata ex tempore fecisse; quia si hoc voluisset, certe distinctius enunciavisset. Loquitur quidem de immoderato omnium studio versus faciendi, sed nusquam dicit eos ad eam poetandi facilitatem pervenisse, ut ex tempore versus promere possent. In loco de Lucilio facilitatem huius poetae quidem notat deridetque, sed tamen vocabulum *dictare* ibi proprio sensu est accipiendum, quia certe de iis versibus Lucilii sermo est, qui scripti exstabant; adeoque quum dictaret poeta, ab amanuensi quodam calamo erant excepti. Ita de se idem vocabulum usurpavit Horatius Epist. I, 10, 49.: *Haec tibi dictabam post fanum putre Vacunae.* (Haec ex *Riedelii* nostrae epistolae commentatione hîc repetivimus.) — v. 112. *Invenior Parthis mendacior;* nam, lepide ait Sanadonus ad Epist. I, 1, 10. poetarum iuraiuranda sunt genus sermonis, quod peierandi facultas semper permittit. Hoc autem, inquit idem Sanadonus ad h. l. quod dicit Horatius, se saepe vovisse non amplius versus se scripturum, nec tamen unquam voto stetisse, omnibus, qui vere poetae sunt dicendi, commune est. Neque vero fallunt, quoniam fidem eos servare natura vetat, et non servaturos ceteris hominibus iam

---

in iure officium minoris est. [*Mutavit mentem populus levis*] causa, cur mutavit mentem, propterea quia *levis.* [*Et calet uno scribendi studio*] rebus omnibus positis poeticam solam multitudo delegit. [*Iuvenesq. patresq.*] h. e. omnis aetas et bene additum *severi,* quod in re ludicra maior reprehensionis causa sit. [*Fronde comas vincti*] quod fronde comas nectunt, quod canunt et carmina dictant, intemperantiae est. [*Ipse*

Scribendi studio; pueri patresque severi
Fronde comas vincti cenant et carmina dictant.
Ipse ego, qui nullos me adfirmo scribere versus,
Invenior Parthis mendacior, et prius orto

Sole vigil calamum et chartas et scrinia posco.
Navem agere ignarus navis timet; abrotonum aegro
Non audet, nisi qui didicit, dare: quod medicorum est,
Promittunt medici; tractant fabrilia fabri:
Scribimus indocti doctique poemata passim.
Hic error tamen et levis haec insania quantas
Virtutes habeat, sic collige: vatis avarus
Non temere est animus; versus amat, hoc studet unum;

est persuasum. — *Parthis*, qui perfidi saepe fuere ducibus Romanis, nam Crasso datis induciis, rupto foedere, subito eum adorti sunt et presserunt. Comm. Cruq. — v. 112-113. *prius orto Sole vigil calamum et chartas et scrinia posco*, cf. Serm. II, 1, 4-7. Vti docuit Bentleius ad Serm. I, 6, 126. Horatius mane experrectus, ad quartam horam, quae nobis nunc est decima antemeridiana, lecto iacens studiis vacabat. Ad hunc morem etiam respicit Epist. I, 2, 34-37. — *calami*, quibus utebantur veteres ad scribendum, fuerunt iunci seu arundines quaedam aquaticae, de quibus Plinius H. N. XVI, 36.: *Chartis serviunt calami, Aegyptii maximi, cognatione quadam papyri.* — v. 114. *abrotonum*, *ἀβρότονον*, de hac planta vid. Plin. H. N. XXI, 10.: *Abrotonum odore iucunde gravi floret: est autem flos aurei coloris. Vacuum* (i. e. auctore Harduino, sine semine) *sponte provenit. Cacumine suo se propagat. Seritur autem semine melius, quam radice aut surculo: semine quoque non sine negotio: plantaria transferuntur. Sic et adonium. Vtrumque aestate: alsiosa enim admodum sunt, et sole tamen nimio laeduntur; sed ubi convaluere, rutae vice fruticant. Abrotono simile odore leucanthemum est, flore albo foliosum.* — v. 115-116. *quod medicorum est, Promittunt medici.* Sententia est: Nemo, qui non gubernator est, regit navem, nemo nisi medicus abrotonum dat; relinquimus ergo medicis medicinam et fabris fabrilia: sed carmina omnes pangimus. — v. 117. *passim*, temere, *ohne Bedacht.* — v. 118. *Hic error*, quo docti indoctique scribimus. Comm. Cruq. — v. 119. *Virtutes*, utilitates. Comm. Cruq. — v. 120.

mos dicit propter chirographum datos. [*Invenior Parthis*] quia dico me nolle scribere, tamen scribam. [*Navem agere*] contra eos, qui ignari artis, tamen poetae volunt haberi; et dicit, quia cum alii volunt propriis studiis esse contenti, nec audent inchoare vel petere, quod optant ad studium poetriae: ad artem, quam ignorant, audent se conferre. [*Haec in-*

ego, qui nullos] satirice, ne sibi quidem pepercit. [*Invenior Parthis*] quia perfidi sunt, ut qui Romanos fraudibus duces saepe deceperint. [*Prius orto Sole*] figurate, antequam sol oriatur. Hinc ego, inquit, mendax sum, quod non solum scribo, quod facio, sed etiam studiosissime scribo. [*Scrinia*] capsas dicit, in quibus scripta omnium reponuntur. [*Navem agere ignarus navis timet*] haec exempla adversus eos refert, qui ignari artis poeticae, docti haberi cupiunt, cum in ceteris professionibus nullus sit, qui disciplinae titulum, non antea perdoctus, invadat. [*Abrotonum aegro*] mire dixit non helleborum, sed abrotonum, quod minori periculo etiam indoctus miscere potest ac dare. [*Promittunt*] profitentur. [*Tractant fabrilia fabri*] *fabrilia* absolute; non enim adiecit fragmenta aut opera. [*Scribimus indocti*] hoc cum pronunciatione inferendum est. [*Hic error tamen*] iam dicit hunc errorem, quod docti indoctique scribant. Hoc enim modo utilitatibus opposuit. [*Collige*] intellige, argumentare, adsequere. [*Vatis avarus Non temere est animus*] non facile, inquit, avarum poetam reperias et bono ordine, secundum laudis praecepta, ante ostendit,

Detrimenta, fugas servorum, incendia ridet,
Non fraudem socio puerove incogitat ullam
Pupillo; vivit siliquis et pane secundo;
Militiae quamquam piger et malus, utilis urbi est,
Si das hoc, parvis quoque rebus magna iuvari.
Os tenerum pueri balbumque poeta figurat;
Torquet ab obscoenis iam nunc sermonibus aurem,

Non temere, non facile; cf. Epist. II, 2, 13. 14.: *Non temere a me Quivis ferret idem.* — *hoc studet unum*, cf. Cicero Philipp. VI, 7. §. 18.: *Vnum sentitis omnes, unum studetis, M. Antonii conatum avertere a re publica, furorem exstinguere.* Neque legimus *studere* cum alio accusativo quam pronominum aut adiectivorum pronominalium neutrius generis. Ramshorn. Lat. Gramm. §. 132. p. 390. — v. 121. *Detrimenta*, damna. Comm. Cruq. — *ridet*, pro nihilo deputat. Comm. Cruq. — v. 122. *incogitat*, intendit, molitur. Comm. Cruq. *ἐπινοεῖ, ἐπιβουλεύει*. Ante Horatium hac voce, analogice rite formata, nemo, quorum scripta exstant, usus esse videtur. — v. 123. *Pupillo.* Pomponius ait in l. 239. Dig. (L. 16.) *de verb. signif.: Pupillus est, qui quum impubes est, desiit in patris potestate esse aut morte aut emancipatione.* — *siliquis*, leguminibus. Comm. Cruq. Lambinus putavit, id genus siliquarum intellexisse Horatium, quod teste Plinio, castaneis haud procul abesse videtur, quodque *κεράτιον* appellant Graeci; vid. Plin. H. N. XIII, 8. XV, 24. XXIII, 8. — *pane secundo*, non siligineo, non primo, non postremo, sed dispensatorio. Comm. Cruq. — Optima panum genera fiebant ex laudatissimo tritici genere, siligine, vel adeo ex eiusdem flore, similagine vel simila dicta. Vulgare autem genus e viliore tritico, cibario aut secundario dicto, confectum, Horatius *panem secundum* dixit, alii secundarium, cibarium, dispensatorium. — v. 124. *Militiae piger, κακὸς πρὸς αἰχμήν.* — *piger*, *ῥάθυμος*, segnis. Comm. Cruq. — *malus* dicitur quisquis artis suae est imperitus, uti *bonus*, qui eius peritus est. — *urbi*, civitati, reipublicae, per synecdochen figuram. — *est* bene videtur additum ab Iahnio, scholiastae Cruquiano iam desideratum. — v. 125. *das*, concedis, fatere. — v. 126. *figurat*, confirmat, fingit, ut recte et emendate loquamur. — v. 127. *Torquet*, detorquet, avertit, avocat. — *obscoenis—sermonibus*, *αἰσχρολογίᾳ*,

sania] non laudat, quem reprehenderat; sed culpat temeritatem multorum. [*Vtilis urbi, Si das hoc, parvis quoque rebus magna iuvari*] ostendit utilitatem magnam a poetis urbi inferri, quia ipsi componunt carmina, quibus dii placantur, per ora puerorum vel puellarum; sicut est istius carmen Seculare, quod pueri et puellae cantarunt in Capitolio, quae carmina dithyrambi vel poema vocabantur. Ac per hoc, quod pueri et virgines a diis impetrent statum reipublicae optatum, poetis adscribendum est, qui carmina componunt. Antiquitus enim pueris et puellis praecipie-

quibus malis careret et sic venit ad ea bona, quae habet. [*Vivit siliquis et pane secundo*] h. e. parce vivit, ideo avarus non est. *Siliquas* autem specialiter dicit eas, quae in herbis nascuntur in omni legumine, h. e. quae siliquis continentur. [*Militiae quamquam piger*] malum, debilem, imbellemque nunc dicit, secundum Graecos, qui huiusmodi homines nominant *ῥαθύμους*. [*Si das hoc*] magna a parvis rebus adiuvari posse, ut a poetica vel a grammatica professione. [*Os tenerum pueri*] recte *os tenerum* pueri poeta armat. Poeticis enim lectionibus os infantis adhuc debile balbumque corrigitur. [*Torquet ab obscenis*] carminibus, ait,

Mox etiam pectus praeceptis format amicis,
Asperitatis et invidiae corrector et irae;
Recte facta refert; orientia tempora notis
Instruit exemplis; inopem solatur et aegrum.
Castis cum pueris ignara puella mariti
Disceret unde preces, vatem ni Musa dedisset?
Poscit opem chorus et praesentia numina sentit,
Caelestes implorat aquas docta prece blandus,
Avertit morbos, metuenda pericula pellit,
Impetrat et pacem et locupletem frugibus annum:

---

quidquid inelegans, inficetum, agreste, turpe dictu est. — v. 128. *pectus*, ut *στέρνον* et *στῆθος*, pro ingenio, mente, animo et animi affectibus saepissime apud Horatium aliosque ponitur. — *formut*. Doeringius legere proposuit *firmat*, quippe significantius: at plus est formare, fingere pectus, quam firmare, confirmare, quod iam formatum est. Cf. Carm. I, 10, 1-4. — v. 129. *Asperitatis*, *τραχύτητος*, *σκληρότητος*. Cf. Epist. I, 18, 6. — *corrector*, monitor et castigator. Comm. Cruq. Nonnulli codices habent *correptor*. — *irae*. Ipse Horatius optimus profecto corrector fuit irae, ut Epist. I, 1, 59-65. — v. 130. *orientia tempora* futurae aetatis intellige, ut explicat Comm. Cruq. — v. 131. *exemplis*, exemplaribus, archetypis, quae sequantur aut fugiant homines. — *inopem solatur et aegrum*. Delectando et a sensu inopiae et aegritudinis avocando atque amicis praeceptis ad fortitudinem et patientiam informando. — *aegrum*, scil. animi. — v. 132. *ignara puella mariti*, *ἄγαμος*, *ἀνυμεμέναιος*. Cf. Ovid. Fast. V, 156.: *Virgineo nunquam corpore passa virum*. — v. 133. *preces*, hymnos versibus compositos, dithyrambos, paeanas, odas, prosodias. Comm. Cruq. — *vatem ni Musa dedisset*. Hesiod. Theog. 94. 95.: *Ἐκ γάρ Μουσάων καὶ ἑκηβόλου Ἀπόλλωνος Ἄνδρες ἀοιδοὶ ἔασιν ἐπὶ χθόνα καὶ κιθαρισταί*. — v. 134. *chorus*, scil. iuvenum et virginum, hymnos solemniter cantans. — *praesentia*, propitia. Comm. Cruq. E crassioribus enim antiquitatis de iis notionibus maxima eorum vis atque potentia ipsorum demum praesentia manifestari credita; unde *praesentes dii* omnino potentes, tum in specie *faventes*, *propitii*, ut saepe Virgilius et alii. — v. 135. *docta*, i. e. a poeta secundum ritus sacros composita; cf. finis Carm. IV, 6. et Carminis Sec. — v. 136 - 137. Deus, cui precabatur, ut morbos averteret, pericula pelleret, *Averruncus*, *θεὸς ἀποτρόπαιος*

---

batur cantare carmen, ut aetas innocentior deos placaret. [*Os tenerum*

avocat a turpibus. [*Mox etiam pectus praeceptis format amicis*] verum est. Multae enim sunt in poeticis utiles sententiae, quae formant amicis praeceptis, h. e. utilibus. [*Orientia tempora*] proponens exempla multa efficit, ut orientia temporà, h. e. venientia, cuiusmodi futura sint, existimemus et instruamur ex ante gestis. [*Inopem solatur*] vel delectando suis vel praeceptis philosophorum. [*Castis cum pueris*] infert per *αὔξησιν*, quid quisque a diis impetrat per choros puerorum ac virginum, id poetae adscribendum esse, qui carmina ipsa componit. [*Praesentia numina sentit*] ac per hoc exauditur. Hic autem significat carmina, quibus dii placantur, h. e. paeanas, dithyrambos, hymnos, prosodias. [*Caelestes implorat aquas*] enumerat, quae et quanta dii pueris et puellis precantibus merito carminum praestent. [*Impetrat et pacem*] utrum de-

Carmine Dî superi placantur, carmine Manes.
Agricolae prisci, fortes parvoque beati,
Condita post frumenta levantes tempore festo
Corpus et ipsum animum spe finis dura ferentem
Cum sociis operum et pueris et coniuge fida,
Tellurem porco, Silvanum lacte piabant,
Floribus et vino Genium memorem brevis aevi.
Fescennina per hunc inventa licentia morem

---

dicebatur, et saepe Romae sacra supplicationesque indicebantur averruncandae deorum irae causa (*ἀπευκτικά*). Hymnus ad Apollinem et Dianam Horatii Carm. I, 21, 13 - 16. Carm. Sec. v. 29 - 32. — *locupletem frugibus annum*, *εὐετηρίαν*, *εὐκαρπίαν*, *εὐθήνειαν*. — v. 139. *fortes, parvoque beati*. Cf. Virg. Georg. II, 472.: *Patiens operum, exiguoque adsueta iuventus*. Horat. Carm. II, 16, 13-16. — v. 140. *Condita*. *Condere* est proprium verbum de messe. — *Cond. post frumenta*, i. e. post messem. — *tempore festo*, feriae bubus et bubulcis, ut ait Cato R. R. 134. — v. 141. *spe finis dura ferentem*, vid. Porphyrion. — v. 142. Speciatim nominantur a poeta filii et coniux, quippe quorum primae partes erant in simplicitate illa antiqua, quam adeo exquisite descripsit Horatius. — *fida* minime est habendum otiosum epitheton: denotat enim priscam mulierum castitatem, Horatii temporibus fere obsoletam et rarissimam. — v. 143. *porco*. Telluri Cererique semper porcam eamque gravidam immolatam fuisse, docent veteres, ut Ovid. Fast. I, 672. Cato R. R. 134. — *lacte*. Epod. II, 20-23. Silvanum, tutorem finium, agricolae *uva* remunerantur: *lacte* deam Palen piabat Tibull. I, 1, 36.: *Et placidam soleo spargere lacte Palen*. — *piabant*, sibi propitios reddebant, colebant; non enim puto hîc cogitandum esse de expiatione irati dei, sed tantum de grati animi testificatione propter laetam messem. — v. 144. *Genium*. Colebant Genium imprimis die natali, unde *Deus Natalis* audiebat; et coronis, ture, vino, libis eum munerabantur. Tum etiam quandocunque laetos festos agebant, ut apud Horatium post messem. Monet ipse Genius, deus naturae humanae, de vitae brevitate: non autem, ut homines mortem caveant metuantque, sed potius, ut vitae bonis laeti, quanquam parce et prudenter, fruantur; mala autem aequo animo patiantur. Carm. I, 4, 9-11. II, 3, 14. 16. IV, 7, 12. Epist. I, 4. — v. 145-155. Cum Horatii Fescenninorum descriptione conferendus est Livius VII, 2.

---

pueri] poeticis enim delectationibus os infantis adhuc debile balbumque corrigit. [*Fescennina per hunc inventa licentia morem*] *per hunc*, inquit, *morem* veterum agricolarum mutata sunt etiam Fescennina, in quibus exprimebant ad convivia iocos. Dicta autem sunt *Fescennina* ab op-

orum pacem an finem belli? [*Agricolae prisci*] dicit usque adeo carmina ubique grata esse, ut etiam rustici veteres carminibus se delectarent, cum divinis rebus operarentur. [*Parvoq. beati*] non avari, ut inter parvas opes beati vixerint. [*Condita post frumenta*] utrum post messem an post vindemiam? Nam et auctumni frumenta Sallustius dixit. [*Spe finis dura*] sententia est, tolerabilem fieri laborem laboris sine proposito. [*Tellurem porco*] pro porca. E contrario Virg.: *Et caesa iungebant foedera porca*. [*Floribus et vino Genium*] recte dictum est, quia qui indulgent genio suo, memores sunt vitam humanam non esse diuturnam. [*Fescennina*] inventa sunt ista, in quibus exprimebantur iocosa convivia. Dicta autem *Fescennina* ab oppido *Fescennino*, unde pro-

Versibus alternis opprobria rustica fudit,
Libertasque recurrentes accepta per annos
Lusit amabiliter, donec iam saevus apertam
In rabiem coepit verti iocus et per honestas
Ire domos impune minax. Doluere cruento
Dente lacessiti, fuit intactis quoque cura
Condicione super communi, quin etiam lex
Poenaque lata, malo quae nollet carmine quemquam
Describi; vertere modum, formidine fustis

---

rei scenicae introductionem in urbem enarrans, ad ā. u. CCCXCI.: *Sine carmine ullo, sine imitandorum carminum actu, ludiones ex Etruria acciti, ad tibicinis modos saltantes, haud indecoros motus more Tusco dabant; imitari deinde eos iuventus, simul inconditis inter se iocularia fundentes versibus, coepere; nec absoni a voce motus erant. Accepta itaque res saepiusque usurpando excitata: vernaculis artificibus, quia hister Tusco verbo ludio vocabatur, nomen histrionibus inditum: qui non, sicut ante, Fescennino versu similem incompositum temere ac rudem alternis iaciebant; sed impletas modis saturas, descripto iam ad tibicinem cantu, motuque congruenti peragebant.* Vero simile est, nomen versuum Fescenninorum diutissime mansisse carminibus quibusdam nuptialibus, quibus, sollemni quasi ritu, nubentes petulantibus iocis lacessere solebat Romana iuventus. Eiusdem fortasse originis fuere versus illi ludicri, quibus milites duces triumphantes, ipsosque Caesares petere solebant. — v. 146. *Versibus alternis, ἀμοιβαίοις,* cuius generis versus amabant veteres Romani. — v. 147. *Libertas* hoc versu idem significat, quod paulo ante *licentia. — recurrentes anni* Homero dicuntur *περιπλόμενοι ἐνιαυτοί.* — v. 148. *Lusit amabiliter.* Lamb.: iocata est sine petulantia et sine cuiusquam offensione, comiter et facete. — *saevus Iocus.* Vid. quae ex *Mitscherlichii* commentat. ad Carm. I, 33, 12. adnotavimus. — v. 149. *apertam In rabiem,* i. e. in aperta convicia. — v. 151. *intactis.* Licet non carperentur, tamen alios carpi dolebant, timentes se quoque aliquando laedi posse. Comm. Cruq. — v. 153. *malo,* maledico

---

pido, unde prius processerunt. Ostendit ergo, quia sicut antiquitus Deos sacrificiis placabant, ita modo carminibus. [*Amabiliter*] dicit, quia tamdiu amabiliter tragoediae et Fescennina cucurrerunt, donec ipsa libertas in vitium verteretur, publice et nominatim aliorum vitia carpendo. Sed indignati non solum illi, qui lacessebantur detractionibus, verum etiam quibus ingratum erat nobilibus personis contumeliam inferri: lege constituerunt, ut nemo nominatim alicuius vitia recitaret. Quod si quis poetarum egisset, fustibus caederetur. [*Fuit intactis*] licet non carperentur, tamen alios carpi dolebant, timentes quandoque et ipsi laedi. [*Quin etiam lex*] quia cautum est, ne quis carmen componeret. [*Formidine fustis*] non

cesserunt et Atellanica nominata sunt. [*Libertasq. recurrentes accepta per annos*] et licentia cantandi libertasque dicitur iocularium salvo amore anniversaria sacrorum. Quamquam sunt, qui dicant per *recurrentes annos* libertatem Saturnaliorum annorum significari. [*Donec iam saevus apertam In rabiem coepit verti iocus*] donec per iocum multis impune laceratis, dedissent omnes operam, ut lege caveretur, ne quis carmen componeret. Qua re constituta, silentium est impositum Archaeae comoediae, in qua nominatim vitia civium carpebantur. [*Cruento dente*] saevo morsu. [*Vertere modum*] ordo: *Vertere modum* poetae ad bene dicen-

Ad bene dicendum delectandumque redacti.
Graecia capta ferum victorem cepit et artes
Intulit agresti Latio: sic horridus ille
Defluxit numerus Saturnius, et grave virus
Munditiae pepulere; sed in longum tamen aevum
Manserunt hodieque manent vestigia ruris.
Serus enim Graecis admovit acumina chartis,
Et post Punica bella quietus quaerere coepit,

---

et contumelioso. — v. 154. *modum,* rationem scribendi. — v. 155. *Ad bene dicendum,* non lacerandum aliquem aut vituperandum. — *redacti,* vid. Porphyrion. — v. 156. *cepit.* Capta est armis Graecia a Romanis. Sed deinde capta cepit Romanos, quia illos suis lascivis artibus cepit et omnem priscam severitatem ab eis repulit. Landinus. Lusit igitur Horatius verbo *capere.* Cf. M. Porc. Cat. apud Livium XXXIV, 4.: *Haec* (avaritiam et luxuriam) *ego, quo melior laetiorque in dies fortuna reipublicae est, imperiumque crescit, et iam in Graeciam Asiamque transcendimus, omnibus libidinum illecebris repletas et regias etiam attrectamus gazas, eo plus horreo, ne illae magis res nos ceperint, quam nos illas.* — v. 158. *Defluxit,* vid. Porphyrion. — *numerus Saturnius.* Historiam et rationem huius versus Saturnii uberius exposuit *Godofredus Hermannus* in Elem. Doct. Metr. III, 9. — *numerus,* quem Graeci *ῥυθμὸν* vocant, est vox generalior ordinatam temporum successionem denotans, tam in poesi quam in prosa oratione. Vsurpatur etiam de quocunque melodiae, metrorum, pedumve genere. — *grave virus,* i. q. supra dictum erat *opprobria rustica, aperta rabies.* — *virus.* Infelix sane acumen Aurati et Rutgersii, qui pro *virus,* divisis syllabis, *vi rus* substituere voluerunt. — v. 159. *Munditiae.* Munditia tam de externa rerum puritate et nitore, quam de interna elegantia et ornatu dicebatur, praesertim de stilo casto et venusto. — v. 160. *vestigia ruris,* h. e. rusticitatis simplicitatisque in Romanis poetis. — v. 161. *Serus,* sc. Romanus. Vulgo traditur adiectiva tempus significantia saepissime pro adverbiis poni: itaque

---

puto crucis dici. Quippe de ingenuis dicitur, sed a canibus tractum est, nam cum fustes metuunt, morsibus se abstinent. [*Agresti Latio*] non semper *agresti,* sed tunc, quia ante cognitionem artium rustici erant et agrestes. [*Defluxit numerus Saturnius*] Saturnium vocat metrum, quo usi sunt veteres Latini sub rege Saturno et postea longo tempore, quod horridum est, i. e. incompositum. [*Et grave virus Munditiae pepulere*] dicit autem quia statim, ut coeperunt abundare divitiis et munditiis, cessavit illud metrum incomptum et crevit *grave virus,* i. e. liberales artes adsiduo studio. Sed adhuc vestigia rusticitatis in Latina lingua ma-

dum, ideo, quia fustuarium supplicium constitutum erat in auctorem carminum infamium. [*Ad bene dicendum*] nunc diserte dicendum aut non bene dicendum, sed male dicendum significat, h. e. non lacerandum aut vituperandum. [*Redacti*] bene *redacti,* quia non voluntate correcti, sed edocti malo. [*Graecia capta*] *capta* virtute militari coepit florere munditiis et arte liberalium studiorum. [*Agresti Latio*] non semper, sed tunc *agresti.* [*Defluxit*] aut mollitus est aut cessavit ac desiit fluere et gravitas et severitas deliciis pepulit vestigia rusticitatis. [*Numerus Saturnius*] Saturnio metro usi sunt veteres Latini sub Saturno. Vnde nomen est versui. [*Serus enim Graiis*] nam Romani non expoliverunt pristina rudimenta. [*Et post Punica bella quietus quaerere coepit*] *quietus,* securus metu Punico, scilicet Carthagine iam deleta tentavit Graeco-

Quid Sophocles et Thespis et Aeschylus utile ferrent.
Tentavit quoque rem, si digne vertere posset,
Et placuit sibi, natura sublimis et acer:
Nam spirat tragicum satis et feliciter audet,
Sed turpem putat inscite metuitque lituram.
Creditur, ex medio quia res arcessit, habere
Sudoris minimum, sed habet comoedia tanto
Plus oneris, quanto veniae minus. Adspice, Plautus
Quo pacto partes tutetur amantis ephebi,
Vt patris adtenti, lenonis ut insidiosi;

---

serus hic pro adverbio *sero* esse dictum. Cf. Carm. I, 2, 45. — *Graecis chartis*, i. e. scriptis poetarum Graecorum. — v. 164. *Tentavit* = periculum fecit. Prudens poeta hoc verbum elegit, adhuc nihil statuens de bono malove successu. — v. 165. *Et placuit sibi*, sc. in tragoedia scribenda. — *natura*, ingenio naturali. Comm. Cruq. — *acer* = acutus, perspicax, vel potius idem, quod Graecorum *δεινός*, si de poeta dicitur. — v. 166. *spirat tragicum satis*, cf. Propert. II, 15, 53.: *Qui nunc magnum spiramus.* Sic Graeci *πνέειν* usurpant, quum dicunt, *μέγα*, *πῦρ* vel *φόνον πνεῖν*. Vernacule dicimus: *Lieder athmen.* — *spirare* eodem modo usus est Hor. Carm. IV, 13, 19. — v. 167. *litura* proprie est, si quis scribens in tabulis cera inductis, stilo, quod ad scribendum utebatur, verso, verbum vel locum cera obduceret, ut quod ante scripserat, deleret atque insuper aliud quid stilo enarraret. Videtur tamen talis in tabulis locus semper nosci potuisse, unde *litura* etiam significat, quidquid loco deleto superscriptum erat. Deinde ad chartam aliasque materias translata, etiam quamcunque maculam denotat. Quomodo nostro loco intelligenda sit, intelligitur ex Epist. ad Pis. v. 289 sqq. Epist. II, 2, 109-125. in quibus locis *limae labor* et *allinere atrum transverso calamo signum* et *stilum vertere* idem corrigendi studium significant. — v. 168-170. *Creditur — minus.* Comm. Cruq.: quia vulgares res scribit. Est autem *ὑπέρβατον*. Ordo est: *Comoedia creditur habere minimum sudoris, quia arcessit res ex medio*, i. e. quia de communibus rebus loquitur. — *Sudoris*, laboris s. difficultatis. — *veniae minus*, i. e. minus excusationis, minus conniventes oculos facilesque aures. — v. 171. *Quo pacto εἰρωνικῶς* accipi debet pro:

---

nent. [*Tentavit*] poetae Romani non satis altam audent materiam comprehendere, sed turpem putant longam lituram. Et haec est causa, cur ingenia Latinorum non possunt ad summa pervenire, quia scilicet stulte erubescunt et timent emendare et polire longa litura, quod scripserunt. [*Creditur ex medio*] creditur comoedia minimum habere sudoris, quia res arcessit ex medio. *ὑπέρβατον*. [*Adspice, Plautus Quo pacto*] Ho-

rum poetas imitari. [*Rem*] poema dicit. [*Vertere*] transferre in Latinum stilum. [*Placuit sibi*] per se cognoscere probavit, nam subiicit rationem, cur sibi placuerit. [*Feliciter audet*] quod adgreditur, complet. [*Sed turpem putat*] stulte et erubescit et timet emendare, quod scripserit et haec causa est, cur ingenia bona Latinorum ad perfectum venire non possint. [*Creditur, ex medio quia res arcessit*] creditur, inquit, quia comoedia communia sectatur atque de medio est, minus habere difficultatis. Ex hoc autem *gravis*, quod non minus ignoscitur *μιμητικῷ* charactere peccantibus. [*Quo pacto partes tutetur*] h. e. quam inducat

Quantus sit Dossennus edacibus in parasitis,
Quam non adstricto percurrat pulpita socco:
Gestit enim nummum in loculos demittere, post hoc

---

quam male, quam parum accurate personarumque moribus convenienter *tutetur*, i. e. exhibeat et per fabulam servet. — *partes* in fabulis scenicis ea sunt, quae a quovis actore sunt ediscenda ac recitanda, nos: *Rollen.* — *ephebi.* Apud Athenienses *ephebi* erant adolescentes octodecim annorum. Eadem fere aetate, qua Graeci iuvenes ephebi dici coeperunt, Romani, praetexta deposita, togam virilem sumebant et forum attingere permittebantur. — v. 172. *adtenti*, avari, severi. Comm. Cruq. *Adtentus* sic speciatim dicitur de eo, qui rei augendae et lucro studet, parcus, frugi est. — *lenonis.* Leno apud comicos semper id genus mangonis venalicii erat, qui puellas iuvenibus libidinosis comparabat et vendebat. — *insidiosi*, loculis insidiantis. Comm. Cruq. — v. 173. *Quantus*, ironice, ut mox *quo pacto*, sed simul significat, quantopere iustam normam excedat moduumque superet Dossennus. — *edacibus parasitis*, gulosis adulatoribus. Comm. Cruq. — *Parasiti*, *παράσιτοι*, olim in Graecia erat officium honorarium. Erant enim ministri sacrorum, sub sacerdotibus constituti, qui in templo deligendis annotandisque sacris frumentis praeerant, aliaque munia habebant. Deinde vero illo nomine sensim notari coeperunt, quicunque vili adulatione et scurrili festivitate divites prosequerentur et ab his in conviviis reciperentur, sive quo gulae appetitum lautius quam apud se satiarent sive quo ignavi sine labore victum quaererent. — v. 174. *pulpita. Pulpitum* in theatris erat suggestus sive locus editior in proscenio versus orchestram sive caveam, ubi histriones, demisso aulaeo, partes suas agebant; Graecis *pulpitum* dicebatur *λογεῖον*. *Pulpitum* inde translate de omnis generis suggestu a scriptoribus usurpatur. — *socco. Soccus, ποδεῖον*, erat calceamenti genus apud Graecos tam virile quam muliebre, tenue et humile, quod pedem tegebat usque ad eam partem, qua tibiae pes coniungitur. Vtebantur eo histriones in comoedia: hinc, uti cothurnus, tragoedorum calceamentum, pro ipsa tragoedia, et generatim pro omni stilo gravi et sublimi ponebatur, sic etiam *socco* comoediam et stilum leviorem et humilem denotaverunt veteres. *Adstringere* significat *valde ligare* aut *contrahere:* quia autem socci non vinculis videntur ligati fuisse, *non adstricto* est *non contracto* sive *nimis amplo laxoque. Non adstricto socco percurrere pulpita* proprie igitur est, socco nimis amplo laxoque aut negligenter induto in scenam prodire. Quia deinde veteres nitidissimi erant in pedum tegumentis, praesertim apud Graecos in scena, ubi actores eleganti saltationi et gestui corporis non minus operam dabant quam cantui et voci sonorae; quia praeterea tragoedi et comoedi, quae voces proprie actores denotant, a poetis saepe dicuntur scriptores fabularum, *non adstricto socco percurrere pulpita* hoc loco figurate significat: comoedias docere negligenter ac festinanter compositas. — v. 175. *Gestit. Gestire* est ita vehementer cupere, ut gestibus cupiditatem ostendas. — *loculos. Loculi:* est capsula continendae pecuniae et huiusmodi pretiosis rebus; adhibeturque semper in plurali nu-

---

ratius lectorem monet, ut studiose consideret, quomodo Plautus discurrat per comoediam disputando de pueris ephebis et de patribus et quemadmodum tutetur partes uniuscuiusque. [*In loculos*] magis enim lucrum quaerit, quam laudem adipisci ex sua comoedia et per hoc non honeste, ut de-

in congruendo. Sensus: Et ipse gravior habetur, ut Plautus. [*Gestit enim*] *gestit*, cupit. [*Nummum in loculos dimittere*] magis enim lucrum, quam laudem adipisci gestit. [*Posthac Securus cadat*] non curat, quid postea fiat comoediae

Securus, cadat an recto stet fabula talo.
Quem tulit ad scenam ventoso Gloria curru,
Exanimat lentus spectator, sedulus inflat:
Sic leve, sic parvum est, animum quod laudis avarum
Subruit aut reficit. Valeat res ludicra, si me
Palma negata macrum, donata reducit opimum.
Saepe etiam audacem fugat hoc terretque poetam,
Quod numero plures, virtute et honore minores,

---

mero; fortasse quia huiusmodi capsulae pluribus constabant loculamentis ad varia pecuniarum genera distinguenda. — *post hoc*, post lucrum receptum. Comm. Cruq. — v. 176. *Securus* non sollicitus est. — *cadat. Cadere*, *ἐκπίπτειν*, fabula dicebatur, quae non stetit, i. e. quae displicuit et explosa fuit a spectatoribus. — *stet. Stare* dicuntur fabulae aut histriones, quum spectatoribus placent. — *recto talo stare* est igitur proprie firmiter stare, sicut virum fortem decet, non vacillare in hanc vel illam partem, ruinamque seu casum minari; translatum ad comoediam, denotat: iterum saepiusque exhibitam placere. — v. 177. *ventosus*, i. q. instabilis, mobilis, levis, inconstans: sic etiam fere usurpavit Epist. I, 19, 37. Epist. I, 8, 12. Similiter nos dicere solemus: *luſtig*. — v. 178. *Exanimat*, spiritum subtrahit, cruciat, angit. — *lentus*, piger et negligens: Comm. Cruq. Languidus, fastidiosus: Lambinus. — *sedulus*, diligens, adtentus: Comm. Cruq. Alacer, studiosus et ad audiendum promptus ac paratus: Lambinus. — *inflat*, i. e. superbire facit, non sine vi quadam opponitur ei, qui *exanimat*, spiritum subtrahit. Alii tamen *instat* legunt, quod iusta librorum auctoritate destitutum est. Iahn. — v. 179. *avarum* = vehementer cupidum, avidum. — v. 180. *Subruit*. Lamb.: subvertit, percellit, maerore afficit atque affligit, et, ut supra locutus est, *exanimat*. Vid. Carm. III, 16, 14. — *reficit*, cui hîc respondet *inflat*. — *Valeat*, abeat, pereat. Comm. Cruq. Sic Graeci: *χαιρέτω* et *χαίρειν*. — *res ludicra*, poesis, quae dicitur dramatica. — v. 181. *Palma*, signum victoriae reportatae, cf. ad Carm. I, 1, 5. — *macrum* — *opimum*, i. e. ut Commentator Cruquii interpretatur, tristem — laetum. *Negata* tristem, *donata* (sc. palma) laetum reddit. — *reducit*, cf. Carm. IV, 2, 17.: *Quos Elea domum reducit palma caelestes*. — v. 182. *audacem*. Elegans epi-

---

ceret, multi carmina scribendo non curant, quid de iis fiat, postquam lucrum inde acceperunt. [*Quem tulit ante scenam*] transit ad gloriosum poetam, qui si non laudetur, et animum et artem abiicit. Qui laudari se videns fit temerarius ac tumescit. [*Sic leve, sic parvum est*] i. e. bre-

suae. [*Quem tulit ad scenam ventoso gloria curru*] postquam avari poetae vitia ostendit, nunc transit ad gloriosum poetam, qui si non laudatur, et animum et artem abiicit, sed cum videt se laudari, fit temerarius ac tumescit. [*Lentus spectator*] quem dicta non permovent. [*Sedulus*] qui amat laudis avarum. [*Subruit aut reficit*] levis est suo tractu laus vel praebita vel adempta. [*Valeat res ludicra*] comoedia a ludis dicta. [*Si me Palma negata*] h. e. nihil mihi cum ea sit, si propter palmae folia vivam afflictus. [*Saepe etiam audacem*] a glorioso poeta ad audacem perseveranter digressus dicit, quasi iniurias patiatur, quibus ad postremum fugatur e scena. Fugatur autem seditione, quia saepe imperita multitudo et etiam locuples in perniciem doctorum poetam fabulamque contemnit, in medio actu comoediae vel ferarum vel pugilum spectaculum poscens. [*Numero plures*] ac per hoc plebeii. [*Indocti stoli-*

Indocti stolidique et depugnare parati,
Si discordet eques, media inter carmina poscunt
Aut ursum aut pugiles; his nam plebecula plaudit.
Verum equitis quoque iam migravit ab aure voluptas
Omnis ad incertos oculos et gaudia vana.
Quatuor aut plures aulaea premuntur in horas,

---

theton poetae, qui, periculum a male iudicante populo sibi imminente aspernatus, audeat in scenam prodire. — v. 183. *minores* = inferiores, *ἥττονες*. — v. 184. *Indocti stolidique et depugnare parati*. Vossius: *Ungeschlacht' und Verkehrte, die stracks mit Faeusten bereit sind*. — v. 185. *Si*. Haec coniunctio, quae pariter cum indicativo et coniunctivo construitur, hîc, ubi positum est pro *si quando fiat, ut*, necessario coniunctivum postulat. — *Si discordet eques*. Comm. Cruq.: Si equestris dignitas (ordo equest. in quatuordecim) obmurmurando studium populi sibi displicere ostendat, statim ad arma conclamat populus, carminaque removenda et alios ludos producendos. *Discordare*, i. e. cum aliquo non consentire. — *media inter carmina*. Amplitudo theatrorum Romanorum permisit, ut etiam ferae et gladiatores in scena exhiberentur; quibus ceteroquin in Circo proprius locus erat. Sic tigrim in scena populo exhibuit Augustus, auctore Suetonio, Aug. 43. — v. 186. *pugiles*, *πύκται*, inter se certabant caestibus, quae erant chirothecae, ex loro corii et insuto plumbo compositae. — *his*. i. e. talibus. — v. 187. *Verum* — *voluptas*. Vossius: *Aber dem Ritter sogar verzog sich vom Ohre die Lust schon*. Animus equitis, qui modo adtentus audiebat, iam ad inania adtendi ac deflecti coeptus est. — v. 188. *oculi incerti* sunt inconstantes, qui nullibi consistunt; pro rerum spectandarum copia tanta et tanto singula spectandi studio, ut voti sui incerti sint; neque constanter unam aliquam speciem, qua fruantur, probant. — v. 189-194. Describuntur *gaudia vana*, equiti iam non minus atque plebeculae gratissima. — *aulaea premuntur*. Ea aulaea significantur, quae erant ante proscenium et preme-

---

vis et parva est laus subtracta vel adhibita. [*Si discordet eques*] i. e. equestris dignitas, cum inter se murmurando carmina sibi displicere dicit, statim ipsa et omnis ordinis minoris dignitas, cum plebe illa removeri proclamans et alios ludos introduci. [*Iam migravit ab aure voluptas*] ab nobilium virorum auribus recessit delectatio audiendorum carminum. [*Omnis ad incertos*] ostendit, dum poetae carmina recitant in scena, ad tres vel ad quatuor populus intentus erat. Post vero vulgaris populus, qui potius delectabatur ludis, quam carminibus, exorabat magistros bestiarum, ut adducerent in theatrum aut ursum aut leonem. Insuper omnes meliores antiqui ad eosdem ludos se convertebant. Sicque praecipiebatur recitatio carminum cessari, quae res non parum turbabat poetas, dum illo-

dique et depugnare parati] miro *χαρακτηρισμῷ* imperitam multitudinem ostendit. [*Si discordet eques*] si equester ordo, h. e. honestorum aliud quam plebeii velit. [*Media inter carmina*] recte, quia adhuc amphitheatri usus non erat et in eadem cavea etiam ferarum gladiatorumque munera spectabantur. [*Verum equitis quoque*] quia dixerat, quod his gaudeat plebecula, adtulit per querelam etiam locupletes et honestos iam vulgarem musicum spernere. [*Incertos oculos*] secundum Academicos, qui contendunt oculos nostros in multis falli et ideo visibus quoque non esse credendum, cum sit in pluribus rebus certius, quod audiatur. [*Aulaea*] per *aulaea* Comoediam significat. Tropus *μετωνυμία*. [*Premuntur*] non cessant, impediuntur. [*Dum fugiunt*] i. e. fabulam, ne agatur,

Dum fugiunt equitum turmae peditumque catervae;
Mox trahitur manibus regum fortuna retortis,
Esseda festinant, pilenta, petorrita, naves,
Captivum portatur ebur, captiva Corinthus.
Si foret in terris, rideret Democritus, seu
Diversum confusa genus panthera camelo,

---

bantur, i. e. ex alto demittebantur, ita ut, quamdiu in scena ageretur, humi iacerent; tollebantur autem aulaea, i. e. in altum trahebantur, ut scenam obducerent, actu sive fabula finita. — *fugiunt* = celeriter per scenam praeterferuntur. — *turmae*, propria vox de equitatu, ut *catervae* de peditibus. — *trahitur*, elegans vocabulum de captivis regibus tardo incessu triumphum invitis comitantibus. Cf. Carm. IV, 2, 33-36. — *regum fortuna*. Est periphrasis eius generis, qua poetae praesertim aliquod substantivum duobus circumloquuntur, natura et conditione ipsius simul expressa. Subiectum orationis per genitivum aut adiectivum possessivum ita cum attributo sive praedicato iungitur, ut quum haec subiecti vicem teneat, tamen de proprio subiecto sit cogitandum, sed nonnisi quatenus praeditum sit ea proprietate, quae altero substantivo designatur. Sic hoc loco vocibus *regum fortuna* denotantur *reges* tanquam subiectum orationis, sed tali conditione, ut fortunae inconstantiae praestent exemplum, quum iidem, qui nuper regia gaudebant potestate et regiis fruebantur opibus, nunc manibus post tergum ligatis ducem triumphantem sequi et mox in carcere mortem ignominiosam oppetere coacti esse fingantur. Frequens talis periphraseos usus apud Graecos, indeque multus etiam apud poetas Romanos. Horatius ea usus est Carm. I, 3, 36.: *Herculeus labor*. III, 5, 13.: *Mens provida Reguli*. III, 12, 6.: *Liparei nitor Hebri*. III, 21, 11.: *Prisci Catonis virtus*. Serm. I, 2, 32.: *Sententia dia Catonis*. II, 1, 72.: *Virtus Scipiadae et mitis sapientia Laeli*. — *Esseda* erant vehicula in Belgis primum reperta, quibus ceteri Galli atque Britanni in bellis usi sunt. Duabus rotis imposita fuisse videtur sella aperta (*δίφρον*), in qua miles et auriga sedebant, qui inde eadem fere ratione pugnabant atque Homeri heroes in bello Troiano. Quum levia essent et celeritati apta, transierunt deinde in usus Romanorum, praesertim ubi iter faciebant. Cf. Caesar. de B. G. IV, 24. 33. — *pilenta*. *Pilentum* erat vehiculi genus, quo matronae ferebantur, ita libratum duabus rotis, ut considentes in pulvinis in aëre suspensae agitari viderentur. Differebat a petorrito,

---

rum carmina contemnerentur. [*Regum fortuna*] omnia, quae in praeliis actu non falso fecere, in ludis imitabantur. [*Retortis*] intermissa comoedia adducuntur captivi, qui sunt gloria regum, i. e. fortuna quasi regum. [*Esseda*] *esseda* Gallorum vehicula sunt, quibus vehuntur reginae captae. [*Petorrita*] vehicula famularum captivarum, quae omnia ad spectandum adducebantur. [*Naves*] quidem vectas per Tiberim, qui non longe aberat a theatro. [*Captivum portatur ebur*] *ebur captivum* et vasa captiva Co-

dum spectantur invidiosa, h. e. dum populo bellorum simulacrum monstratur et ad postremum pompa ducitur triumphalis. [*Mox trahitur manibus*] hic pugna ostenditur, mox agitur hic triumphus. [*Esseda*] Gallorum vehicula, quibus tantum victi reges vehuntur. [*Pilenta*] quibus regina capta. [*Petorrita*] quibus familia regum. [*Naves*] quibus in navali bello victi. [*Captiva*] *Μελοστομία*. (sic.) [*Corinthus*] Corinthum ponit pro vasis Corinthiis aut quia imagines eius oppidi fabricantur, ut in pompa triumphali transire possent. [*Si foret in terris*] cum processissent in publicum Democritus et Heraclitus, diversa faciebant. [*Rideret Democritus*]

Sive elephas albus vulgi converteret ora;
Spectaret populum ludis adtentius ipsis
Vt sibi praebentem mimo spectacula plura,
Scriptores autem narrare putaret asello
Fabellam surdo. Nam quae pervincere voces
Evaluere sonum, referunt quem nostra theatra?
Garganum mugire putes nemus aut mare Tuscum,

---

quod quatuor rotis constabat: *pilentum* fuit inventum Hispanorum, *petorritum* Gallorum. Alii tamen dicunt pilentum a Tuscis esse. Festus: *Pilentis et carpentis per urbem vehi matronis concessum est, quod, quum aurum non reperiretur, ex voto, quod Camillus voverat Apollini Delphico, contulerunt.* Livius de eadem collatione V, 25.: *Honorem ob eam munificentiam ferunt matronis habitum, ut pilento ad sacra ludosque, carpentis festo profestoque uterentur.* — *naves.* Intelligenda sunt aut navium captarum simulacra aut ipsarum rostra vehiculis imposita, quae iam Punicis bellis tanquam victoriae navalis signa Romam mittebantur, vel etiam, quod tamen minime vero videtur simile, ipsae naves machinis in scenam ductae. — *portatur*. Res pretiosae a militibus plerumque humeris portabantur in triumphis. — *ebur*, pro omni genere vasorum ornamentorumque ex ebore aliisve pretiosis materiis fabricatorum. — *captiva Corinthus*. Secundum Wielandi interpretationem explicatur *captiva Corinthus* de tanta vi signorum statuarumque aenearum marmorearumque, quanta olim Corintho, opulentissima atque ornatissima civitate, Romam fuit advecta. — v. 195-196. Haud aliter, quam hodie, tum temporis Romae artis dramaticae opera detrudebant spectacula, quae animalium ope, ut ita dicam, effici solebant, quaeque Romani tragoediis praeferebant. — Periphrasis est camelopardaleos. Vossius: *Eines Pantherkameels Zweifoermigkeit*. — *confusa*. *Confusus* proprie est fundendo permixtus, *συγκεχυμένος*. — *elephas albus*, maximum et rarissimum est elephantorum genus. Tanto honore habetur in iis regionibus, ubi aliorum elephantorum magna est copia, ut plures Indiae reges, imprimis ultra Gangem, inter titulos, quibus gaudent plurimis et superbissimis, non ultimum ducant dominum dici elephanti albi. — *vulgi converteret ora*, sc. in se. — v. 197. *Spectaret — ludis*, i. e. quam ipsos ludos. — v. 198. *Vt sibi* (Democrito) *praeb. mim. spect. plura*. Vossius: *weil diess mehr, denn der Mime, Belustigung boete den Augen*. — *mimo*. *Mimus*, i. e. histrio. Comm. Cruq. Mimus hic usurpatum est sensu generaliori pro quovis actore. *Mimus* autem proprie dicitur mimorum actor. — v. 199. Proverbialis locutio similis Graecorum fabellae: *ὄνῳ τις ἔλεγε μῦθον, ὁ δὲ τὰ ὦτα ἐκίνει*. — v. 200-202. *Scriptores* = poetas. — *asello Fabellam*. Haec deminutiva loci festivitatem multum augent. — *surdo* translate ac-

---

rinthia. In Corintho multa simulacra erant, quorum metalla in unum sunt redacta, dum eam Romani incendio cremassent, ex quo postea multa vasa

Democritus namque rideret, si stupere vidisset populum adspectu pantherae cameli. [*Sive elephas albus*] non tam ludis scenicis populus delectaretur, quam ipsius populi vanitate, in qua omnino et suavius et maius sibi spectaculum reperiret. [*Scriptores autem*] magis, inquit, rideret Democritus a vultu vana mirantes, cum oculos ad petasos scenicos vertisset, pronuntiatis comoediam spectatores, quorum nullus adtendat, ut audiat. [*Narrare putaret*] nunc dixit. [*Asello Fabellam surdo*] et surdum vincentem strepitus de iambico tragico. [*Garganum mugire*] tantus populi fragor est in deposcendis rerum novarum spectaculis, ut Apu-

Tanto cum strepitu ludi spectantur et artes
Divitiaeque peregrinae, quibus oblitus actor
Quum stetit in scena, concurrit dextera laevae.
Dixit adhuc aliquid? „Nil sane.“ *Quid placet ergo?*
„Lana Tarentino violas imitata veneno.“
Ac ne forte putes me, quae facere ipse recusem,
Quum recte tractent alii, laudare maligne:

---

cipiendum pro stupido, qui non flectitur, non animadvertit. — *voces.* Vox fortis et sonora veteribus ab antiquissimis inde temporibus magno pretio habebatur, ut de Homeri heroibus constat, quorum plures et praesertim Menelaus semper audit *βοὴν ἀγαθός.* — Gesnerus: *theatra* s. spectacula hominibus inquietis et turbulentis plena, verbo, ipsi spectatores ‚reddunt‘ (*referunt*) sonum ita turbulentum, quem vincere scenicorum voces non possunt. — v. 203. *ludi.* Ludus est vox generalior, qua proprie significatur, quidquid publice ad populi oblectamentum exhibebatur, seu in circo sive in theatris sive etiam in compitis. — *et artes. Et* hîc explicationi inservit et fere idem valet quod *scilicet;* poeta enim significare vult, opera artificiosa et splendorem externum populo in ludis unice placere plausuque ingenti excipi. — *artes,* ut Graecorum *τέχναι,* dicuntur quaecunque opera artificiosa. *Artes* hîc significare videntur, quidquid ad ornatum et apparatum scenicum pertinebat. — v. 204. *Divitiae peregrinae* sunt, quum iam de actoris cultu externo sermo sit, vestimenta splendida, a Romana simplicitate et gravitate aliena; quas si adeo mirarentur, indicio hoc quoque erat, fore ut, quod etiam eius temporis historia docet, Romani ipsi mox simili ornatu incedere cuperent atque nunc in actore stupebant. — *quibus oblitus actor* significat, hoc tam exquisito apparatu non ornari actorem neque commendari et commaculari. Lambinus. — v. 205. *concurrit dextera laevae,* plausus datur, priusquam aliquid dicatur, quemadmodum etiam in Germanorum theatris fieri solet. — v. 206. *Nil sane,* i. e. plane nihil, *οὐ μάλα, οὐ πάνυ.* — v. 207. *violas,* quarum colorem tum temporis in purpura amasse videntur Romani. — *venenum,* ut Graecum *φάρμακον,* quanquam noxii notio pauliatim praevaluit, de quocumque succo acriore et amariore dicebatur, imprimis, qui ad medicinam et tincturam pertinebat. — v. 208. *recusem. Recusare* proprie est causam afferre, cur aliquid facere nolis; quae significatio hîc optime convenit. — v. 209. *maligne laudare,* parce, frigide laudare, ut invidi solent, vel potius ita,

---

fabricata sunt, ut possent transire in pompam triumphi. [*Quibus oblitus actor*] i. e. undique somno profusus et tumultu et admiratione bestiarum. [*Lana*] solum hoc placet, vestis scilicet actoris. Quoniam populus verba contemnit. [*Ac ne forte putes*] Sensus: ne forte putes me vituperare, quod alii faciunt comoediam et tragoediam, quod ipse recuso facere. [*Ille*

liae montis Gargani silvas mugire vel undas fremere Tusci maris, non auram vel naufragia credas. [*Spectantur et artes Divitiaeq.*] non igitur comoediae. [*Oblitus*] i. e. perfusus, perunctus. [*Concurrit dextera laevae*] populi, ut ipsum, inquit, proscenium pene occurrente sibi dextra laevaque populo, histrionibus auferatur. [*Dixit adhuc aliquid*] bono stomacho quasi dicat, huc enim processit, ut si diceret, non videretur tantum. [*Nil sane*] respondentis est et iterum Horatius dixit. [*Lana Tarentino*] non ergo, inquit, in scenicis ars sola, sed vestis placet. [*Ac ne forte putes*] alii recte facientibus, quod ego non faciam, laudi velle detrahere. Ego et miror et praefero poetam tragicum vel comicum, etsi

Ille per extentum funem mihi posse videtur
Ire poeta, meum qui pectus inaniter angit,
Irritat, mulcet, falsis terroribus implet,
Vt magus, et modo me Thebis, modo ponit Athenis.
Verum age et his, qui se lectori credere malunt
Quam spectatoris fastidia ferre superbi,
Curam redde brevem, si munus Apolline dignum
Vis complere libris et vatibus addere calcar,
Vt studio maiore petant Helicona virentem.
Multa quidem nobis facimus mala saepe poetae, —

---

ut quae laudes videantur, re vera irrisio sit. — v. 210. Proverbiali figura dixit Horatius *ire per extentum funem,* pro eo, quod est, rem factu perquam difficilem praestare neque vel tantillum aberrare. Sumptum a funambulis. — v. 211. *inaniter angit,* i. e. angit rebus, quae non sunt, sed finguntur. — v. 212. *Irritat = ἐρεθίζει,* ad iram provocat vel potius graviores animi affectus ciet. — *mulcet* = permulcet, mitigat placatque iratum vel vehementius commotum: ut Carm. III, 11, 23.: *Dum grato Danai puellas carmine mulces.* — *falsis. Falsi* terrores dicuntur, qui terrores esse putantur, sed revera non sunt. — v. 213. *Thebis—Athenis.* Cum delectu poeta ea memorat loca, ubi pleraeque Graecorum tragoediae agi fingebantur, uti etiam Romanorum, Graecorum exemplaria vel simpliciter interpretantium vel saltem presse imitantium. — v. 215. *fastidia* sunt nausea mentis ex pravo iudicio orta, cui, quamvis nitare, difficillimum est satisfacere. — v. 216. *Curam redde,* vicissim tribue. — *brevem,* modicam, exiguam. — *munus Apolline dignum,* i. e. templum Apollini dedicatum, eique additas porticus, in quibus bibliothecam colligendam curavit Augustus, quae porticus, tanquam templi pars, eidem Apollini sacrae habebantur. — v. 219. *Multa — poetae.* Vossius: *Zwar viel*

---

per extentum funem] Sensus est: Ille poeta videtur mihi bonus esse et rem difficilem aggredi posse et quasi per funem discurrere, qui potestate carminis de inani re moderatur affectus animi mei, ut aliquid scribens nunc constringat animum ad dolorem, nunc provocet ad fortia, mulceat iterum, nunc terreat et quasi magus promittat se agere magica, videlicet describens locum ad Thebas vel Athenas, me statim huc transfert. [*Apolline dignum*] potest hoc intelligi: Quique pii vates et Phoebo digna locuti. [*Calcar*] i. e. stimulum ad incitamentum carminis. [*Multa quidem nobis facimus mala*] ostendit culpam, quare illorum carmina efficiantur vilia, videlicet quia Augusto in aliis occupato importune offerunt vel quia reprehensione amicorum irascuntur. [*Poetae*] satirice dicit, nec sibi par-

haec poemata ipse non facio. [*Ille per extentum funem*] rem difficillimam facere et est ordo: Poetam eum, qui pectus meum movet, qui potestate carminis moderatur affectibus meis. [*Vt Magus*] recte *magus,* quia faciunt poetae boni, quod Magi promittunt, carmine ut convertant sensus animosque cunctorum. [*Modo me Thebis*] in tragoedia. [*Modo ponit Athenis*] in comoedia. [*Verum age*] ex his transit ad poetas, ex quibus Horatius quoque est, qui non *δράματα,* h. e. fabulas scribant, sed eiusmodi, quae legantur. Et hortatur Augustum, ut diligentius existimet poetas dignos bibliotheca, quam in templo Apollinis ipse fecit. [*Vt studio maiore petant*] est *ἀλληγορία* pro eo, quod est, ut studiosa carmina scribant. [*Multa quidem nobis*] nobis poetis et auditoribus. Dicit non-

Vt vineta egomet caedam mea, — quum tibi librum
Sollicito damus aut fesso; quum laedimur, unum
Si quis amicorum est ausus reprehendere versum;
Quum loca iam recitata revolvimus irrevocati;
Quum lamentamur, non apparere labores
Nostros et tenui deducta poemata filo;
Quum speramus eo rem venturam, ut, simul atque
Carmina rescieris nos fingere, commodus ultro
Arcessas et egere vetes et scribere cogas.

Uebeles thun oft gegen uns selbst wir Poeten. — v. 220. *Vt vineta egomet caedam mea.* Vt de me ipse loquar, ut mihi non parcam. Proverbium in eos dicitur, qui sibi volentes nocent. Comm. Cruq. Torrentius: Ductum a re rustica proverbium in eos, qui ipsi desides aliorum desidiam reprehendunt. — v. 220-221. *quum tibi librum Sollicito damus aut fesso.* Enumerat culpas, ob quas poetarum carmina licet bona, tamen habeantur tanquam vilia; quarum haec est prima, importunitas oblationis. Comm. Cruq. Quanquam se ipsum cum ceteris huius culpae criminari vult videri, satis tamen ex lepida epistola ad Vinium Asellam apparet, ipsum loci temporisque prudentiorem fuisse, quam ut importunus foret in obtrudendis Augusto poematibus. — *quum laedimur*, offendimur, graviter ferimus. — v. 223. *revolvimus.* Vti *evolvere* dicitur pro *legere*, ductum a veterum voluminibus, quae legi non poterant nisi evolverentur, sic *revolvere* est pro *iterum legere.* — *irrevocati*, iniussi, quae nemo petit, ut repetamus. Comm. Cruq. — v. 224. *non apparere.* Comm. Cruq. interpretatur: non vulgari, non laudari. Sed, ut Graecum *οὐ φαίνεσθαι*, significat, non ita in oculos incurrere, et mente sive lectoris sive auditoris perspici, ut rite suo pretio aestimentur. — v. 225. *tenui deducta poemata filo.* Ars lanifica veteribus diutissime magno fuit honore, quippe quae ab heroicis temporibus per multa secula matronis puellisque praecipua fuerit cura atque optimis quibusque celebratissimum opus. Quo factum est, ut plurima verba dictionesque ab illa arte petitae ad alias res et imprimis ad opera ingenii translatae sint. — v. 227. *fingere* propria vox est artis plasticae, et inde, ut etiam *formare*, ad varias res transfertur. — *commodus* proprie est, qui facile se accommodat, *εὐάρμοστος*. Sic distincte hoc vocabulum usurpavit Horatius Epist. ad Pis. v. 257. Hinc facile derivabis significationes: *humanus, facilis, comis, liberalis.* — *ultro* = nemine rogante. — v. 228. *Arcessas*, voces, adesse iubeas. Comm. Cruq. — *egere*, in paupertate vivere. Permulti in Augusti gratiam per-

---

cit, affirmans se agere, quod in aliis culpat, h. e, ipse mihi detraham. Proverbium enim in eos sumptum est tale, qui ipsi sibi volentes nocent. [*Accersas*] inter *arcesso* et *accerso* hoc interest: *Accerso*, i. e. voco et venit a verbo *Accio, accis*, quod est quartae coniugationis. *Arcesso* autem idem significat, quod et primitivum eius, a quo derivatur, i. e. *arceo.* Sed secundum Priscianum *arcesso* venit ab *arceo*, quod nunc dicimus *adcio* et compositum ex *ad* praepositione et *cio* verbo, quod est voco, quia antiqui dicebant *at* pro *ad.* [*Est operae pretium cognoscere*] dignum est, ut cognoscamus, quis poetarum dignus sit scribere tua facta, quae non

nunquam in poetis culpam esse, propter quam carmina ipsorum patiantur iniuriam. [*Vt vineta egomet caedam mea*] h. e. ut ipse me laedam et ipse mihi detraham. [*Cum tibi librum Sollicito damus*] incipit enumerare, quod multa mala faciant poetae, sed tamen non usque quaque poe-

Sed tamen est operae pretium cognoscere, quales
Aedituos habeat belli spectata domique
Virtus, indigno non committenda poetae.
Gratus Alexandro regi Magno fuit ille
Choerilus, incultis qui versibus et male natis
Retulit acceptos, regale nomisma, Philippos.
Sed veluti tractata notam labemque remittunt
Atramenta, fere scriptores carmine foedo
Splendida facta linunt. Idem rex ille, poema

---

venire studebant, ut eadem sorte, qua Horatius, fruerentur. — v. 230. *Aedituos* = *ἱεροφύλακας, νεωκόρους*. *Aeditui* sunt templorum custodes et sacerdotes, dicti ab aede et sacris tuendis. Hîc poetae sunt et vates, qui decantant virtutem Caesaris pro meritis. Comm. Cruq. — *spectata.* *Spectare* est experimentis cognoscere, perspicere. — v. 231. *indigno non committenda poetae.* Causam, quare virtutis praeclarae praeconium non committendum sit poetis ineptis poetarumque nomine indignis, mox v. 235-237. et 260-270. fusius ostendet Horatius. — v. 233. *male natis*, male compositis, non ingeniosis. Non dicit *male factis*, sed *male natis*, ut ostendat, invita, ut dicitur, Minerva, id est, repugnante natura esse factos. — v. 234. *Retulit acceptos. Acceptum referre* vel *in acceptum referre* proprie est scribere in tabulis, te accepisse, quemadmodum *expensum ferre* est scribere te dedisse vel expendisse. — *retulit acceptos*, gloriatus est vel gloriari ei licuit, se ab Alexandro Philippos, quod erat regale nomisma, opera vel beneficio versuum suorum abstulisse. — *nomisma, νόμισμα*, a *νομίζω*, lege sancio, moribus instituo. — v. 235-237. *Obbarius*, Vir doctissimus, in *Th. Schmidii* Horatii epistolarum editione sensum horum versuum ita constituit: *So wie man sich beim Gebrauche der Schreib-* [*oder Maler-*] *Schwaerze leicht besudelt, so befleckt auch das Geschreibsel schlechter Dichter den Glanz der besungenen Heldenthaten, d. h. durch ein schlechtes Gedicht faellt immer ein Schatten*

---

sunt committenda turpi poetae. [*Gratus Alexandro*] Alexandrum notat, qui sine iudicio poetam dilexit. [*Philippos*] nummos, qui Philippi vultu

tis favendum, nisi praeclaris egregiisque, quibus solis permittendum, ut res gestas Caesaris scribant. [*Aedituos*] narratores atque indices. *Aeditui* enim templorum ac numinum, quibus inserviunt, sacrorum originem advenis et ignorantibus narrant. Alii *aedituos* pro clientibus ac familiaribus dici putant, ac per hoc laudatores poetasque significat. [*Belli spectataque domi Virtus*] h. e. ingens ac praeclara, significat autem Augusti res gestas. [*Gratus Alexandro*] praeclare; significat enim Caesarem poetis bonis debere favere; quandoquidem Alexander Macedo Cherilum magni fecit, malum poetam. [*Incultis qui versibus*] neque arte neque natura versus facientem; et deest pro, ut sit: pro incultis versibus. [*Retulit acceptos regale nomisma Philippos*] quid Philippos? *ἐξήγησις*, *regale nomisma*, aureos, et mire *Retulit acceptos*, tanquam diceret legitime vendidit. Acceperat autem pro singulis versibus singulos Philippeos. [*Sed veluti tractata*] Sensus est: Quemadmodum atramenta polluunt, quodcunque contigerint, ita mali poetae res splendidissimas obscurant sordibus ingenii sui. [*Notam labemq. remittunt*] commaculant, quidquid adtigerint. [*Idem rex*] Ordo est: *Idem rex ille edicto vetuit.* Dicit autem in poetis tantummodo errasse regem, cum in pictoribus et

Vt vineta egomet caedam mea, — quum tibi librum
Sollicito damus aut fesso; quum laedimur, unum
Si quis amicorum est ausus reprehendere versum;
Quum loca iam recitata revolvimus irrevocati;
Quum lamentamur, non apparere labores
Nostros et tenui deducta poemata filo;
Quum speramus eo rem venturam, ut, simul atque
Carmina rescieris nos fingere, commodus ultro
Arcessas et egere vetes et scribere cogas.

Uebeles thun oft gegen uns selbst wir Poeten. — v. 220. *Vt vineta egomet caedam mea.* Vt de me ipse loquar, ut mihi non parcam. Proverbium in eos dicitur, qui sibi volentes nocent. Comm. Cruq. Torrentius: Ductum a re rustica proverbium in eos, qui ipsi desides aliorum desidiam reprehendunt. — v. 220-221. *quum tibi librum Sollicito damus aut fesso.* Enumerat culpas, ob quas poetarum carmina licet bona, tamen habeantur tanquam vilia; quarum haec est prima, importunitas oblationis. Comm. Cruq. Quanquam se ipsum cum ceteris huius culpae criminari vult videri, satis tamen ex lepida epistola ad Vinium Asellam apparet, ipsum loci temporisque prudentiorem fuisse, quam ut importunus foret in obtrudendis Augusto poematibus. — *quum laedimur*, offendimur, graviter ferimus. — v. 223. *revolvimus.* Vti *evolvere* dicitur pro *legere*, ductum a veterum voluminibus, quae legi non poterant nisi evolverentur, sic *revolvere* est pro *iterum legere.* — *irrevocati*, iniussi, quae nemo petit, ut repetamus. Comm. Cruq. — v. 224. *non apparere.* Comm. Cruq. interpretatur: non vulgari, non laudari. Sed, ut Graecum *οὐ φαίνεσθαι*, significat, non ita in oculos incurrere, et mente sive lectoris sive auditoris perspici, ut rite suo pretio aestimentur. — v. 225. *tenui deducta poemata filo.* Ars lanifica veteribus diutissime magno fuit honore, quippe quae ab heroicis temporibus per multa secula matronis puellisque praecipua fuerit cura atque optimis quibusque celebratissimum opus. Quo factum est, ut plurima verba dictionesque ab illa arte petitae ad alias res et imprimis ad opera ingenii translatae sint. — v. 227. *fingere* propria vox est artis plasticae, et inde, ut etiam *formare*, ad varias res transfertur. — *commodus* proprie est, qui facile se accommodat, *εὐάρμοστος.* Sic distincte hoc vocabulum usurpavit Horatius Epist. ad Pis. v. 257. Hinc facile derivabis significationes: *humanus, facilis, comis, liberalis.* — *ultro* = nemine rogante. — v. 228. *Arcessas*, voces, adesse iubeas. Comm. Cruq. — *egere*, in paupertate vivere. Permulti in Augusti gratiam per-

---

cit, affirmans se agere, quod in aliis culpat, h. e, ipse mihi detraham. Proverbium enim in eos sumptum est tale, qui ipsi sibi volentes nocent. [*Accersas*] inter *arcesso* et *accerso* hoc interest: *Accerso*, i. e. voco et venit a verbo *Accio, accis*, quod est quartae coniugationis. *Arcesso* autem idem significat, quod et primitivum eius, a quo derivatur, i. e. *arceo.* Sed secundum Priscianum *arcesso* venit ab *arceo*, quod nunc dicimus *adcio* et compositum ex *ad* praepositione et *cio* verbo, quod est voco, quia antiqui dicebant *at* pro *ad.* [*Est operae pretium cognoscere*] dignum est, ut cognoscamus, quis poetarum dignus sit scribere tua facta, quae non

nunquam in poetis culpam esse, propter quam carmina ipsorum patiantur iniuriam. [*Vt vineta egomet caedam mea*] h. e. ut ipse me laedam et ipse mihi detraham. [*Cum tibi librum Sollicito damus*] incipit enumerare, quod multa mala faciant poetae, sed tamen non usque quaque poe-

Sed tamen est operae pretium cognoscere, quales
Aedituos habeat belli spectata domique
Virtus, indigno non committenda poetae.
Gratus Alexandro regi Magno fuit ille
Choerilus, incultis qui versibus et male natis
Retulit acceptos, regale nomisma, Philippos.
Sed veluti tractata notam labemque remittunt
Atramenta, fere scriptores carmine foedo
Splendida facta linunt. Idem rex ille, poema

---

venire studebant, ut eadem sorte, qua Horatius, fruerentur. — v. 230. *Aedituos* = *ἱεροφύλακας, νεωκόρους.* *Aeditui* sunt templorum custodes et sacerdotes, dicti ab aede et sacris tuendis. Hîc poetae sunt et vates, qui decantant virtutem Caesaris pro meritis. Comm. Cruq. — *spectata. Spectare* est experimentis cognoscere, perspicere. — v. 231. *indigno non committenda poetae.* Causam, quare virtutis praeclarae praeconium non committendum sit poetis ineptis poetarumque nomine indignis, mox v. 235-237. et 260-270. fusius ostendet Horatius. — v. 233. *male natis*, male compositis, non ingeniosis. Non dicit *male factis*, sed *male natis*, ut ostendat, invita, ut dicitur, Minerva, id est, repugnante natura esse factos. — v. 234. *Retulit acceptos. Acceptum referre* vel *in acceptum referre* proprie est scribere in tabulis, te accepisse, quemadmodum *expensum ferre* est scribere te dedisse vel expendisse. — *retulit acceptos*, gloriatus est vel gloriari ei licuit, se ab Alexandro Philippos, quod erat regale nomisma, opera vel beneficio versuum suorum abstulisse. — *nomisma, νόμισμα*, a *νομίζω*, lege sancio, moribus instituo. — v. 235-237. *Obbarius*, Vir doctissimus, in *Th. Schmidii* Horatii epistolarum editione sensum horum versuum ita constituit: *So wie man sich beim Gebrauche der Schreib- [oder Maler-] Schwaerze leicht besudelt, so befleckt auch das Geschreibsel schlechter Dichter den Glanz der besungenen Heldenthaten, d. h. durch ein schlechtes Gedicht faellt immer ein Schatten*

---

sunt committenda turpi poetae. [*Gratus Alexandro*] Alexandrum notat, qui sine iudicio poetam dilexit. [*Philippos*] nummos, qui Philippi vultu

tis favendum, nisi praeclaris egregiisque, quibus solis permittendum, ut res gestas Caesaris scribant. [*Aedituos*] narratores atque iudices. *Aeditui* enim templorum ac numinum, quibus inserviunt, sacrorum originem advenis et ignorantibus narrant. Alii *aedituos* pro clientibus ac familiaribus dici putant, ac per hoc laudatores poetasque significat. [*Belli spectataque domi Virtus*] h. e. ingens ac praeclara, significat autem Augusti res gestas. [*Gratus Alexandro*] praeclare; significat enim Caesarem poetis bonis debere favere; quandoquidem Alexander Macedo Cherilum magni fecit, malum poetam. [*Incultis qui versibus*] neque arte neque natura versus facientem; et deest pro, ut sit: pro incultis versibus. [*Retulit acceptos regale nomisma Philippos*] quid Philippos? *ἐξήγησις*, *regale nomisma*, aureos, et mire *Retulit acceptos*, tanquam diceret legitime vendidit. Acceperat autem pro singulis versibus singulos Philippeos. [*Sed veluti tractata*] Sensus est: Quemadmodum atramenta polluunt, quodcunque contigerint, ita mali poetae res splendidissimas obscurant sordibus ingenii sui. [*Notam labemq. remittunt*] commaculant, quidquid adtigerint. [*Idem rex*] Ordo est: *Idem rex ille edicto vetuit.* Dicit autem in poetis tantummodo errasse regem, cum in pictoribus et

Qui tam ridiculum tam care prodigus emit,
Edicto vetuit, ne quis se praeter Apellem
Pingeret aut alius Lysippo duceret aera
Fortis Alexandri vultum simulantia. Quod si
Iudicium subtile videndis artibus illud
Ad libros et ad haec Musarum dona vocares,
Boeotûm in crasso iurares aëre natum.
At neque dedecorant tua de se iudicia atque

---

auf den gefeierten Helden zurück. — Darum wolle sich kein des Gesanges Würdiger mit einem elenden Dichter, wie Alexander that, einlassen. — *tractata*, contrectata, contactu maculant et polluunt. Comm. Cruq. *Tractare* hic convenit cum Graecorum χειρίζειν. — *remittunt*. *Remittere* proprie de iis dicitur, quae quum premuntur vel tanguntur, humorem emittunt vel etiam sudorem exprimunt. — *Atramenta*. Triplex fuit atramentorum genus, librarium sive scriptorium, tectorium et sutorium. Atramentum sutorium est, quo sutores utuntur in coriis tingendis. Tectorium, quod et pictorium dici potest, adhibetur parietibus illinendis et incrustandis. Atramentum scriptorium, quanquam etiam ex excremento nigro sive glutinoso humore in vesica vel membrana sepiae piscis latente, apud Afros saltem, conficiebatur; apud Graecos et Romanos tam pictorium quam scriptorium fiebat, ut refert Plin. H. N. XXXV, 6. Non certo definiri potest, utrum Horatius peculialiter atramentum scriptorium significaverit, an vero magis universe de omni atramento cogitaverit; et ad comparationis vim parum refert. — *fere*, supp. *sic*. Comm. Cruq. — *carmine foedo Splendida facta linunt*. Cf. Carm. I, 6, 9-12.: *Pudor imbellisque lyrae Musa potens vetat Laudes egregii Caesaris et tuas Culpa deterere ingeni*. — *linunt*, obscurant, perdunt, deturbant. Comm. Cruq. — v. 238. *care*, caro pretio. Comm. Cruq. — v. 240. *alius Lysippo*, ut Graeci ἄλλος et ἕτερος comparativorum instar cum genitivo construunt, sic Latini nonnunquam *alius* cum ablativo. Cf. Epist. I, 16, 20. — *aera* generatim dicitur de omnibus, quae ex aere fabricantur, ut Forcellini Lexicon luculenter docet. Licuit igitur poetae dicere: *ducere aera vultum Alexandri simulantia* pro *ducere ex aere Alexandri effigiem*. — v. 241-244. Sensus: Quodsi iudicium illud Alexandri, acutum sane et subtile, quod adtinet ad inspicienda et diiudicanda artificum opera, transferres ad virorum doctorum scripta et poetarum carmina, iurares, iudicium illud in crasso aëre Boetorum prolatum esse, h. e. diceres, iudicium illud esse durissimum. Vid. *Doer*. — *simulantia*, exprimentia, reddentia. Comm. Cruq. Cf. Epist. I, 19, 12. 13. — *Quod si* sequentia cum antecedentibus arcte coniungit. — *subtile*, cf. Serm. II, 7, 101.: *Subtilis veterum iudex et callidus*. — *videndis*, i. e. diiudicandis. — *haec* magis peculialiter ea Musarum dona designat, de quibus toto hoc loco disserit

---

essent signati. [*Alius Lysippo*] i. e. alius quam Lysippus et est nota locutio. [*Boeotûm*] Boeoti hebetes sunt habiti et qui inde exorti sunt.

plastis diligentissimus fuerit. [*Tam care*] utpote nummis aureis. [*Praeter Apellem*] Apelles pictor inclytus fuit. [*Lysippus*] statuarius. Alexander autem eius solas statuas admirabatur. [*Quod si Iudicium subtile*] quod si, inquit, hunc regem subtilis iudicii ipse vocares, ad examinandum poetarum carmina, veracissime invenires hominem ita stultum, ut eum diceres natum in Boeotia. [*In Crasso iurares aëre*] crassos et hebetes facientc. Hoc autem dicit ad Caesaris laudem, de cuius iudicio singulari circa per-

Munera, quae multa dantis cum laude tulerunt,
Dilecti tibi Virgilius Variusque poetae;
Nec magis expressi vultus per ahenea signa,
Quam per vatis opus mores animique virorum
Clarorum apparent. Nec sermones ego mallem
Repentes per humum, quam res componere gestas,
Terrarumque situs et flumina dicere et arces
Montibus impositas et barbara regna tuisque
Auspiciis totum confecta duella per orbem,

Horatius, i. e. heroici et lyrici carminis. — *Musarum dona*, δῶρα Μουσῶν, sunt carmina. — Boeoti hebetes sunt habiti, quasi βοῶν ὦτα ἔχοντες. Comm. Cruq. — v. 246. *Munera*. Quia iam his singulis donaverat Augustus decies sestertiûm. Comm. Cruq. — *tulerunt*, acceperunt. Comm. Cruq. *Ferre* saepe significat reportare, consequi, accipere, plerumque tamen addita notione remunerationis sive in bonam sive in malam partem. Cf. Carm. IV, 8, 5. Serm. II, 3, 185. Epist. I, 3, 25. I, 6, 15. I, 17, 44. II, 2, 17. — v. 247. *Dilecti*. Differunt *amare* et *diligere*, quod *amare* est ex appetitu, *diligere* ex ratione. Hinc *amare* dicuntur etiam bruta animalia, *diligere* soli homines. Hinc etiam *amare* plus est quam *diligere*: quia appetitus amans ardentius vehementiusque fertur in rem amatam, quam ratio, quae cautius, ut ita dicam, et lentius. Contra alia ratione plus est *diligere*, quam *amare*, hoc est, aestimabilius. Nam *diligimus* propter virtutem; *amamus* propter voluptatem: *diligimus* ratione, ut dictum est, et quasi delectu adhibito, unum prae alio amplectimur; *amamus* impetu quodam et cupiditate. Ceterum haec discrimina non semper servantur a scriptoribus. Forcellinus in Lex. — v. 248. *exprimere* quanquam proprie ad rem plasticam pertinet, saepe, ut hic etiam, ad poetarum scriptorumque descriptiones transfertur. — *ahenea*, i. q. aenea. — v. 249. *mores animique*, i. e. indoles mentisque facultates et virtutes. — v. 251. *Repentes per humum*, humili stilo scriptos. Comm. Cruq. — *res gestae* sunt facinora insigniora, qualia quinque sequentibus describuntur versibus, tanquam carminis epici praesertim materia. — v. 252. *Terrarum situs et flumina*, descriptiones regionum imprimis longinquarum earumque fluminum, ubi res gestae essent: quibus descriptionibus epici solebant incipere insignem aliquam narrationem. — v. 253. *barbara regna*. Vox *barbarus*, βάρβαρος, neque Graecam neque Latinam, sed barbaram ipsam originem habuisse videtur, et iam apud Aegyptios denotavisse, quicunque peregrino loquerentur sermone, teste Herodoto II, 158.: Βαρβάρους δὲ

[*Repentes per humum*] satiram dicit, quae humili stilo debet enarrari. [*Montibus impositas*] h. e. quod, quamvis montibus impositae essent, ta-

cipiendos poetas statim dicturus sit. [*At neque dedecorant*] ut Cherilus Alexandri et est sensus: Eiusmodi poetas esse Varum et Virgilium, ut quod de illis bene iudicat Caesar, quod is legit plurima, non stulte videtur hoc facere. [*Nec magis*] nec magis vultus exprimuntur in statuis clarorum virorum, quem in poemate mores eorum atque animi. [*Nec sermones ego mallem*] nunc Horatius tanquam aliquis sibi dixisset, respondit. Cur igitur non res gestas Caesaris scribis? dicit se potius velle, si posset. Non enim mallet sermones, h. e. satiram scribere, si alto cothurno par habuisset ingenium. [*Repentes per humum*] et per hoc humiles. [*Quam res componere*] h. e. quam scribere poema rerum sublime gestarum. [*Arces*] con-

Claustraque custodem pacis cohibentia Ianum
Et formidatam Parthis te principe Romam;
Si, quantum cuperem, possem quoque: sed neque parvum
Carmen maiestas recipit tua, nec meus audet
Rem tentare pudor, quam vires ferre recusent.
Sedulitas autem, stulte quem diligit, urget,
Praecipue quum se numeris commendat et arte:
Discit enim citius meminitque libentius illud,
Quod quis deridet, quam quod probat et veneratur.

πάντας οἱ Αἰγύπτιοι καλέουσι τοὺς μὴ σφίσι ὁμογλώσσους. — v. 254. *Auspicium* est avium observatio et ex earum volatu, cantu, pastu etc. praedictio futurorum. Credebant enim voluntatem deorum per huiusmodi signa hominibus manifestari. Est quasi *avispicium* a spiciendis seu adspiciendis avibus. Ab *augurio* ita videtur differre *auspicium*, ut hoc sit specialius, illud generalius de omnibus rebus, unde augures futura divinare consueverant: differentia autem non certo definiri potest. — *confecta. Conficere* saepe est finire, terminare. — v. 255. *Claustra.* Claustrum, κλεῖθρον, κλεῖστρον, est vectis, sera vel repagulum, quo ianua clauditur. — v. 257-258. *parvum Carmen*, i. e. carmen parvi pretii sive sermo repens per humum. In his, *parvum carmen*, *maiestas*, inest ἀντίθεσις. Lamb. — *maiestas recipit tua. Maiestas*, σεμνότης, magnitudo, decus, dignitas populi dominatoris, vel senatus vel principis, imperatorisve aut etiam privati magni viri: ob quam honos illi et reverentia debetur. — *recipit* = admittit. — v. 259. *pudor*, αἰσχύνη, αἰδώς, metus ignominiae, φόβος ἀδοξίας. — v. 260. *Sedulitas. Sedulum* appellant Latini, qui diligentiam adhibet in re aliqua interdum nimiam, aut nimis opportunam, minusque utilem; sed tamen bona fide et sine dolo. — *urget* = gravat, molesta fit. — v. 261. *Praecipue* = ἐξαιρέτως, imprimis, maxime, potissimum. Iungendum autem est cum antecedentibus, ut sit pro, hoc autem

---

men arte captae sunt. [*Sedulitas*] sensus: Imperitus laudator dum nimium studiose laudat, magis vulnerat et interimit gloriam, praesertim si mali poetae versus laudet. Plus autem quod ridiculum legerit, quam quod fuerit miratus, ut malus pictor magis deformat pingendo prave, quam ornet opus, sicut Alexander laudatur a Cherilo pravis versibus. [*Discit enim citius*] significat maiore studio ridiculosos versus disci et memoria teneri, quam admirabiles. Ergo in aeternam memoriam foedatus est, quem tale

ditas a Caesare civitates dixit. [*Claustraq.*] Iani Gemini templum ac portas belli, pacato orbe terrarum, solus clauserat Caesar Augustus; de qua re Virg.: *Dirae ferro et compagibus arctis Claudentur belli portae.* Et: *Mos erat Hesperio in Latio.* [*Si, quantum cuperem, possem quoque*] dicit se magis iudicio, quam ingenio paratum et hoc vetus esse dictum Aristarchi ferunt, qui cum multa reprehenderet in Homero, aiebat: *Nec se posse scribere, quemadmodum vellet; neque velle, quemadmodum posset.* [*Sedulitas autem*] haec sententia generalis est. [*Stulte quem diligit*] ut qui pravo obsequio laedunt, quos amant: ut si te amet medicus imperitus et nolit tibi alterius imponi medicamina, nisi sua. Sed translatio est facta ab his, qui complexu nimio, quem amant, praefocant, ut satius sit a stulto minus diligi. [*Vrguet*] laedit, significat. [*Praecipue cum se numeris commendat*] omnium quidem, inquit, aestimatio odiosa est, sed maxime poetarum malorum et subiicit causam.

Nil moror officium, quod me gravat ac neque ficto
In peius vultu proponi cereus usquam,
Nec prave factis decorari versibus opto,
Ne rubeam pingui donatus munere, et una
Cum scriptore meo capsa porrectus aperta
Deferar in vicum vendentem thus et odores
Et piper et quidquid chartis amicitur ineptis.

---

fit praecipue, maxime sive potissimum. — *numeris*, i. e. carminibus, uti saepe. — *arte* coniungendum est cum *numeris;* nam intelligitur ars poetae. — v. 264. *Nil moror* = nihili facio, sperno. — *officium* est hoc loco effectum sedulitatis. — v. 264-265. Non magis ego carminibus malis celebrari cupio, quam deformiore vultu, quam natura sum, ex cera effingi et ita omnium risui exponi. Weichert. — v. 265. *proponi cereus*, in publico poni fictus ex cera. Comm. Cruq. *Cereum ponere aliquem*, ut Graec. τιθέναι sive ἱστάναι χαλκοῦν τινα, pro efformare, effingere sive erigere: ut Carm. IV, 8, 8.: *Quas aut Parrhasius protulit aut Scopas, hic saxo, liquidis ille coloribus sollers nunc hominem ponere, nunc deum.* — v. 266. *decorari*, ironice. — v. 267. *rubeam*, erubeam, pudore afficiar, ἐρυθριῶμαι. Lamb. — *pingui donatus munere.* Cruq.: crasso insulsoque, i. e. versibus descriptus ineptis. — v. 268. *capsa.* Capsae erant arculae sive cistae, quibus imprimis manuscriptorum volumina servabantur, quaeque, si maiores erant, scrinia dicebantur. — *porrectus* = προτεταμένος, in longum extensus, saepius de mortuis dicitur. — *aperta.* Vulgata lectio, quam tuitus est Fea. *Aperta*, pro quo alii minus recte legunt *operta*, significat, libros pretii vilioris capsis non clausis fuisse adservatos. — v. 269. *Deferar. Deferre* proprie est accipiendum, quia vicus Tuscus in loco inferiore urbis erat; domus autem elegantiorum hominum in collibus plerumque exaedificatae erant. — *odores* sunt liquores odorati et unguenta, res odoriferae. — v. 270. Significanter, inquit *Doer.*, *chartae* dicuntur *ineptae*, quae, quia ineptias suas iis mandavit malus poeta, mercibus amiciendis inserviunt. Sunt igitur *chartae ineptae*, quod nos vocamus: *Maculatur.* Vti ceteri urbaniores Romani ineptias omnes fugiebant, sic praesertim nemo unquam fortasse ita prorsus inepti crimine vacavit atque Horatius, ut recte ad hunc locum animadvertit *Riedelius*, cuius commentario, hanc epistolam interpretantes, maximam partem usi sumus, ita quidem ut, longioribus expositionibus consulto omissis, rem tribus quatuorve verbis saepius absolveremus.

---

carmen polluerit. [*Nil miror officium, quod me gravat*] quantum ad me, inquit, pertinet, nolo mihi fieri obsequium, quo graver, h. e. in dedecus premar. [*Ac neque ficto In peius vultu*] et nolo ab imperito de cera fieri turpior. [*Proponi cereus*] *cereus*, pictus, nove dixit. [*Nec rubeam pingui*] ne erubescam muneris accepta foeditate et pingui, non subtili scilicet. [*Et una cum scriptore meo*] ideo, quia in eodem libro et scriptoris nomen est et eius, de quo scribitur, ut Virgilii Aen. et Homeri Odyssea. [*Capsa porrectus operta Deferar in vicum*] bene *porrectus* et in *capsa opertus*, quasi mortuus in feretro deferar in vicum Thurarium. [*Amicitur*] induitur.

Claustraque custodem pacis cohibentia Ianum
Et formidatam Parthis te principe Romam;
Si, quantum cuperem, possem quoque: sed neque parvum
Carmen maiestas recipit tua, nec meus audet
Rem tentare pudor, quam vires ferre recusent.
Sedulitas autem, stulte quem diligit, urget,
Praecipue quum se numeris commendat et arte:
Discit enim citius meminitque libentius illud,
Quod quis deridet, quam quod probat et veneratur.

πάντας οἱ Αἰγύπτιοι καλέουσι τοὺς μὴ σφίσι ὁμογλώσσους. — v. 254. *Auspicium* est avium observatio et ex earum volatu, cantu, pastu etc. praedictio futurorum. Credebant enim voluntatem deorum per huiusmodi signa hominibus manifestari. Est quasi *avispicium* a spiciendis seu adspiciendis avibus. Ab *augurio* ita videtur differre *auspicium*, ut hoc sit specialius, illud generalius de omnibus rebus, unde augures futura divinare consueverant: differentia autem non certo definiri potest. — *confecta. Conficere* saepe est finire, terminare. — v. 255. *Claustra.* Claustrum, *κλεῖθρον, κλεῖστρον,* est vectis, sera vel repagulum, quo ianua clauditur. — v. 257-258. *parvum Carmen*, i. e. carmen parvi pretii sive sermo repens per humum. In his, *parvum carmen*, *maiestas*, inest ἀντίθεσις. Lamb. — *maiestas recipit tua. Maiestas*, σεμνότης, magnitudo, decus, dignitas populi dominatoris, vel senatus vel principis, imperatorisve aut etiam privati magni viri: ob quam honos illi et reverentia debetur. — *recipit* = admittit. — v. 259. *pudor, αἰσχύνη, αἰδώς,* metus ignominiae, *φόβος ἀδοξίας.* — v. 260. *Sedulitas. Sedulum* appellant Latini, qui diligentiam adhibet in re aliqua interdum nimiam, aut nimis opportunam, minusque utilem; sed tamen bona fide et sine dolo. — *urget* = gravat, molesta fit. — v. 261. *Praecipue* = *ἐξαιρέτως,* imprimis, maxime, potissimum. Iungendum autem est cum antecedentibus, ut sit pro, hoc autem

---

men arte captae sunt. [*Sedulitas*] sensus: Imperitus laudator dum nimium studiose laudat, magis vulnerat et interimit gloriam, praesertim si mali poetae versus laudet. Plus autem quod ridiculum legerit, quam quod fuerit miratus, ut malus pictor magis deformat pingendo prave, quam ornet opus, sicut Alexander laudatur a Cherilo pravis versibus. [*Discit enim citius*] significat maiore studio ridiculosos versus disci et memoria teneri, quam admirabiles. Ergo in aeternam memoriam foedatus est, quem tale

ditas a Caesare civitates dixit. [*Claustraq.*] Iani Gemini templum ac portas belli, pacato orbe terrarum, solus clauserat Caesar Augustus; de qua re Virg.: *Dirae ferro et compagibus arctis Claudentur belli portae.* Et: *Mos erat Hesperio in Latio.* [*Si, quantum cuperem, possem quoque*] dicit se magis iudicio, quam ingenio paratum et hoc vetus esse dictum Aristarchi ferunt, qui cum multa reprehenderet in Homero, aiebat: *Nec se posse scribere, quemadmodum vellet; neque velle, quemadmodum posset.* [*Sedulitas autem*] haec sententia generalis est. [*Stulte quem diligit*] ut qui pravo obsequio laedunt, quos amant: ut si te amet medicus imperitus et nolit tibi alterius imponi medicamina, nisi sua. Sed translatio est facta ab his, qui complexu nimio, quem amant, praefocant, ut satius sit a stulto minus diligi. [*Vrguet*] laedit, significat. [*Praecipue cum se numeris commendat*] omnium quidem, inquit, aestimatio odiosa est, sed maxime poetarum malorum et subiicit causam.

Nil moror officium, quod me gravat ac neque ficto
In peius vultu proponi cereus usquam,
Nec prave factis decorari versibus opto,
Ne rubeam pingui donatus munere, et una
Cum scriptore meo capsa porrectus aperta
Deferar in vicum vendentem thus et odores
Et piper et quidquid chartis amicitur ineptis.

---

fit praecipue, maxime sive potissimum. — *numeris*, i. e. carminibus, uti saepe. — *arte* coniungendum est cum *numeris;* nam intelligitur ars poetae. — v. 264. *Nil moror* = nihili facio, sperno. — *officium* est hoc loco effectum sedulitatis. — v. 264-265. Non magis ego carminibus malis celebrari cupio, quam deformiore vultu, quam natura sum, ex cera effingi et ita omnium risui exponi. Weichert. — v. 265. *proponi cereus*, in publico poni fictus ex cera. Comm. Cruq. *Cereum ponere aliquem*, ut Graec. *τιθέναι* sive *ἱστάναι χαλκοῦν τινα*, pro efformare, effingere sive erigere: ut Carm. IV, 8, 8.: *Quas aut Parrhasius protulit aut Scopas, hic saxo, liquidis ille coloribus sollers nunc hominem ponere, nunc deum.* — v. 266. *decorari*, ironice. — v. 267. *rubeam*, erubeam, pudore afficiar, *ἐρυθριῶμι.* Lamb. — *pingui donatus munere.* Cruq.: crasso insulsoque, i. e. versibus descriptus ineptis. — v. 268. *capsa.* Capsae erant arculae sive cistae, quibus imprimis manuscriptorum volumina servabantur, quaeque, si maiores erant, scrinia dicebantur. — *porrectus* = *προτεταμένος*, in longum extensus, saepius de mortuis dicitur. — *aperta.* Vulgata lectio, quam tuitus est Fea. *Aperta*, pro quo alii minus recte legunt *operta*, significat, libros pretii vilioris capsis non clausis fuisse adservatos. — v. 269. *Deferar. Deferre* proprie est accipiendum, quia vicus Tuscus in loco inferiore urbis erat; domus autem elegantiorum hominum in collibus plerumque exaedificatae erant. — *odores* sunt liquores odorati et unguenta, res odoriferae. — v. 270. Significanter, inquit *Doer.*, *chartae* dicuntur *ineptae*, quae, quia ineptias suas iis mandavit malus poeta, mercibus amiciendis inserviunt. Sunt igitur *chartae ineptae*, quod nos vocamus: *Maculatur.* Vti ceteri urbaniores Romani ineptias omnes fugiebant, sic praesertim nemo unquam fortasse ita prorsus inepti crimine vacavit atque Horatius, ut recte ad hunc locum animadvertit *Riedelius*, cuius commentario, hanc epistolam interpretantes, maximam partem usi sumus, ita quidem ut, longioribus expositionibus consulto omissis, rem tribus quatuorve verbis saepius absolveremus.

---

carmen polluerit. [*Nil miror officium, quod me gravat*] quantum ad me, inquit, pertinet, nolo mihi fieri obsequium, quo graver, h. e. in dedecus premar. [*Ac neque ficto In peius vultu*] et nolo ab imperito de cera fieri turpior. [*Proponi cereus*] *cereus*, pictus, nove dixit. [*Nec rubeam pingui*] ne erubescam muneris accepta foeditate et pingui, non subtili scilicet. [*Et una cum scriptore meo*] ideo, quia in eodem libro et scriptoris nomen est et eius, de quo scribitur, ut Virgilii Aen. et Homeri Odyssea. [*Capsa porrectus operta Deferar in vicum*] bene *porrectus* et in *capsa opertus*, quasi mortuus in feretro deferar in vicum Thurarium. [*Amicitur*] induitur.

EPISTOLA II.

ARGUM. *De Iulio Floro, ad quem libri primi epistola tertia scripta est, quique tum temporis una cum Tiberio Nerone in Asia erat, vid.* INDEX. *Epistola procul dubio* a. u. *DCCXXXIV. scripta est, quemadmodum plurimi iique optimi Horatii interpretes comprobatum iverunt, neque est, quod huiusmodi computationi recte obiiei possit. Argumentum pariter ac nexum sententiarum optime exposuit Th. Shmidius in sua Horatii epistolarum editione; unde, quae sequuntur, huc transscribere inque lectoris gratiam breviter repetere per Viri doctissimi, nobisque amicissimi veniam liceat: — „Ich habe dir schon bei deiner Abreise offen gestanden, dass Gemaechlichkeit und daraus hervorgehende Saumseligkeit im Schreiben zu meinen Fehlern gehoeren, dass du jetzt über mein Stillschweigen mit Grund nicht klagen darfst v.* 1-24. *Ueberdiess lasse ich mir bei meinen dichterischen Arbeiten keinen Zwang auflegen. Denn wenn gleich einst Mangel mich zum Dichten noethigte, so müsste ich doch ein Thor seyn, wenn ich jetzt in günstigeren Verhaeltnissen und bei herannahendem Alter durch abgenoethigtes Versmachen meine Unabhaengigkeit verscherzte v.* 25-57. *Dazu kommt der launenhafte Geschmack der Lesewelt, der es Niemand recht machen kann v.* 58-64. *Wollte ich mich aber auch darüber hinwegsetzen, so ist doch mein Aufenthalt in der gewühlvollen Hauptstadt den Musen, die nur in laendlicher Stille gedeihen, nichts weniger als foerderlich v.* 65-86. *Und wozu sollte ich dichten? Der gewoehnliche feile Beifall, den zu Rom die mit sich selbst zufriedenen Kunstgenossen sich wechselseitig zollen, ist mir veraechtlich, und glücklich muss man sich preisen, wenn man von diesen Leuten, deren laecherlicher Eitelkeit man huldigen muss, so lange man ihr College ist, sich zurückziehen kann v.* 87-108. *Endlich habe ich zu hohe Begriffe von einem dichterischen Kunstwerke, als dass ich mich daran wagen sollte; denn gerade die erlangte Einsicht in die zahlreichen Schwierigkeiten noethigt mich, wenn ich mich selbst befriedigen will, zu Anstrengungen, deren Genuss denselben nicht entsprechend ist. Weit glücklicher sind in dieser Hinsicht die selbstzufriedenen Kunstjünger in ihrer angenehmen Taeuschung, denen jene hohen Anforderungen nicht bekannt sind v.* 109-140. *Darum ist's besser, das Spielwerk der Dichtkunst bei Zeiten aus der Hand zu legen und „statt für den Takt und Rhythmus der Verse nach Worten zu suchen, den besseren Rhythmus in sich, und, was Plato die innere Musik nennt, auszubilden." — So knüpft Horaz an das Bekenntniss über seine Ansicht der Dichtkunst die Darlegung seines ethischen Glaubensbekenntnisses in einem Selbstgespraeche, welches, ungeachtet es die Philosophie aller seiner Episteln enthaelt, durch die darüber verbreitete Grazie den Reiz der Neuheit gewinnt."*

AD IVLIVM FLORVM.

Flore, bono claroque fidelis amice Neroni,
Si quis forte velit puerum tibi vendere natum

v. 1. Cf. Argum. ad Epist. I, 3. — v. 2. *natum Tibure vel Gabiis*, i. e. externum, tibi incognitum. — v. 3. *et tecum sic agat*, his verbis

ACR. [*Flore, bono*] Florus irascebatur Horatio, quia eius non acciperet epistolam; excusat se apud eum Horatius, quoniam non promisit et

POR. [*Flore, bono*] apparet, hunc Florum comitem et familiarem

Tibure vel Gabiis et tecum sic agat: Hic, et
Candidus et talos a vertice pulcher ad imos,
Fiet eritque tuus nummorum millibus octo,
Verna ministeriis ad nutus aptus heriles,
Literulis Graecis imbutus, idoneus arti
Cuilibet, argilla quidvis imitaberis uda;
Quin etiam canet indoctum, sed dulce bibenti.

tecum contractet. — v. 4. *Candidus* de corporis colore splendido intellige, ut recte interpretatur Vossius: *Lilienweiss.* Corporis enim color candidus sanitatis signum est. — *a vertice talos ad imos* proverbialiter dictum, ut apud nos: *von Kopf bis zu Fuss.* — v. 5. *nummorum*, sestertiorum. — v. 6. *Verna ministeriis ad nutus aptus heriles.* Lamb.: Servus ex ancilla mea natus, aptus ministeriis ad nutus domini, i. e. qui quum ex nutu domini voluntatem intelligat, tum omnia ministeria usitata apte et concinne obire possit; *aptus* refer ad *ministeriis*, quibus *aptus*, idoneus est. — *ad* (κατά, πρός) *nutus = auf den Wink.* — v. 7. *Literulis Graecis imbutus.* Grammaticam enim, ut ait Lambinus, et similes artes docebantur pueri etiam servi et venales, ut carius venderentur et ut dominis essent utiliores. Huiusmodi servi appellabantur *literatores*, non literati, quasi non perfecti literis, sed *imbuti.* Vir *literatus* autem literis bene excultus ac perfectus dicitur. — Per deminutivum *literulis* exprimit, quod nos vernacule dicere solemus: *etwas, ein wenig.* Wielandius: *Versteht sein Bischen Griechisch.* Vossius: *Auch vom Griechischen lernt' er ein weniges.* — v. 8. Lectio vulgata *imitabitur* praebet, quam tamen contemnit Lambinus, qui *imitaberis*, quod recepit, ita interpretatur: aetatem puerilem et teneram ad quamlibet artem flecti ac torqueri posse, quemadmodum ex argilla molli et uda quaevis figura conformari ac fingi potest. — *Th. Schmidius* vulgatam tueri conatur; sed rationes, quibus utitur, nos convincere non poterunt. Secunda persona in ore mangonis per se optime commendatur. Comparat enim isto puerum cum *argilla*, ex qua figulus, quodcunque sibi placuerit, fingit. Mango autem emptorem adloquitur, dicens: puer omni rei idoneus, quibuslibet, quae iusseris, adeo idoneus est, iisque tam dextre se applicat, ut eius ope, quodcunque volueris, efficere poteris, quemadmodum ex uda argilla quaecunque formari vel fingi possunt. — v. 9. *canet indoctum*,

iniuste eum irasci, qui exigat non promissa carmina aut ideo se non mittere, quia philosophari coepit. [*Imitaberis*] quidam *imitabitur* legunt, sed est a puero alienum. Melius ergo legimus *imitaberis*, i. e. tanti ingenii es, ut flectas eum, quo velis tanquam argillam udam. Et in vete-

Neronis fuisse et efflagitasse ab Horatio carmina et non mittentem increpuisse; cui per allegoriam respondens hoc significat, tam illum iniuste irasci sibi, quem ab initio pigrum ad scribendum sciat, quam iniustam venditori litem dat, qui fugitivum servum sciens emerit et tota fere haec epistola sub hac sententia est: Carmina se Romae non fiducia ingenii, sed penuria rei familiaris scripsisse, quae scripserit, praesertim cum in turba multis occupationibus poemata componi non possunt: quae ut bona sint, cum scriptoris magno cruciatu sunt emendata. Ad postremum dicit philosophandum esse potius quam carmina facienda. [*Si quis forte velit*] argumentum a comparatione minorum ad maiores, h. e. servorum ad amicos. [*Natum Tibure vel Gabiis*] bene *Tibure*, ut significet eum rusticum. [*Sic agat*] sic loquatur. [*Hic et Candidus*] verba sunt venditoris. [*Argilla*] deest ,quasi', ut sit quasi argilla. [*Vda*] i. e. molli.

Multa fidem promissa levant, ubi plenius aequo
Laudat venales, qui vult extrudere, merces.
Res urget me nulla: meo sum pauper in aere.
Nemo hoc mangonum faceret tibi; non temere a me
Quivis ferret idem. Semel hic cessavit et, ut fit,
In scalis latuit metuens pendentis habenae —:

ᾄσει ἀπαίδευτόν τι. Cruq.: carmen indoctum, quale rustici canere solent, natura duce, non arte periti, poculis aptius et ebrietati, quam suis numeris absolutius. — De more in conviviis canendi vid. Cic. Quaest. Tusc. I, 2.: *Quamquam est in originibus, solitos esse in epulis canere convivas ad tibicinem de clarorum hominum virtutibus.* — v. 10. *levant.* Comm. Cruq.: minuunt, leviorem faciunt. — v. 11. *extrudere*, pro quo Cruq. aliique plures legunt *excludere*, Lambinus bene defendens explicat: qui vult quam primum merces vendere. Plaut. Trucul. I, 1, 68.: *Peperisse simulat sese, ut me extrudat foras.* Extrudimus autem, quae haud amplius possidere volumus. — v. 12. *Res urget me nulla*, nulla vendendi necessitas premit. — *meo sum pauper in aere*, pauper ita, ut nulli quidquam debeam vel quamvis pauper sim, nullo tamen aere alieno premor, nihil cuiquam debeo. — v. 13. *Màngones* sunt proprie, qui homines vendunt, a manu et agendo nominati. — *hoc faceret tibi*, i. e. ut tibi quoque vitia servi palam profiteretur. — *non temere*, non tam facile aliquis a me tale quid impetraret. Ex natura mercatoris s. mangonis pronunciatum, qui semel tantum id facere se simulat, quod nunc quidem pro temporis momento in emptoris gratiam se facere ait. — v. 14. *Cessare*, officium relinquere, languidum esse, quod servum semel fecisse ait. Talis autem servus, qualis hîc describitur, supra Serm. II, 7, 100. *cessator* nuncupatur. — v. 15. *In scalis — habenae.* Comm. Cruq.: non *latuit in scalis*, sed ordo est: *metuens habenae pendentis in scalis*, *latuit*, secundum morem Romanum, qui servos suos ad gradus habenis, i. e. loris ligatos flagellabant, idcirco in media domo a gradibus ad timorem servis incutiendum habenae pendebant. Sed quamquam negare nolumus, quod aliunde constat, habenas in scalis pependisse, tamen verborum structura vetare videtur, quominus Commentatoris Cruquii explicationem sequamur. Omnino servus sub scalis latere poterat, eumque revera in (sub) scalis latuisse, propterea verisimillimum est, quod cessaverat domum redire, quamobrem dominus ei irascebatur. Neque habenis s. loris ligabantur, sed

---

ribus libris et in exemplaribus *imitaberis* invenitur. [*Res urget me nulla*] competenti locatur exemplo, quasi ipse paupertate compulsus scripserit carmina. [*Res urget*] verba iterum haec sunt venditorum. [*Meo sum pauper in aere*] i. e. nihil habeo alicui dare pro fenore. [*Quivis*] hoc solent mangones dicere. [*Cessavit*] simpliciter et lenissime confitetur fugitivum. [*In scalis latuit metuens pendentis habenae*] non latuit

[*Multa fidem promissa levant*] hîc Horatius ostendit, multa promittentibus non haberi fidem et maxime cum promittit, qui pretio et lucro studet, h. e. venditor. [*Merces*] i. e. servos. [*Res urget me nulla*] deest ‚sed' aut tale quid, ut sit: Sed me nulla res urget, ut laudem. [*Meo sum pauper in aere*] pauper quidem sum, inquit, sed tamen in meo aere, non in alieno constitutus, i. e. nulli quidquam debeo. [*Nemo hoc mangon. faceret tibi*] neque quisquam mango tibi haec faceret, i. e. tam simpliciter loquitur, nec a me ipso quis alius hoc auferret, i. e. hoc audiret. *Mango* dicitur quasi mancipi *ango* vel *ago*. [*Semel hic cessavit*] iam nunc verba sunt, quibus mango utitur, ut monstret cessatorem esse, quem vendidit, h. e. fugitivum. Et bene nemo, quod enim levius dictum est.

Des nummos, excepta nihil te si fuga laedat;
Ille ferat pretium poenae securus, opinor.
Prudens emisti vitiosum, dicta tibi est lex:
Insequeris tamen hunc et lite moraris iniqua?
Dixi me pigrum proficiscenti tibi, dixi
Talibus officiis prope mancum, ne mea saevus
Iurgares ad te quod epistola nulla rediret.
Quid tum profeci, mecum facientia iura
Si tamen adtentas? Quereris super hoc etiam, quod

---

potius flagellabantur servi. — v. 16-17. Sensus: si quis servum venalem his verbis, quae vss. 3-15. leguntur, tibi commendet, tu, opinor, siquidem te fuga excepta non offendat, nummos des, ille (ex mea opinione) poenae securus esse potest. His quidem sensum verborum constituit *Iahn.* Audiamus quoque *Th. Schmidium* sensum horum verborum bene constituentem: „Man muss mit v. 16. den Nachsatz beginnen, so dass der Sinn waere: Wenn Jemand mit dir so handelte: dieser hier ist u. s. w. —: *so moechtest du wol* (ohne Bedenken) die Summe zahlen (denn der Verkaeufer ist redlich mit dir verfahren); *er aber* ohne Besorgniss vor Strafe sein Geld einstreichen." — Quemadmodum igitur mangonem, qui servi vitia te non celavit, in ius vocare non poteris, ita quoque non habes, cur mecum, quem lentum epistolarum scriptorem esse scis, de eo, quod tibi non scripserim, expostules. — v. 17. *poenae securus.* Marcilius: non curans actionem redhibitoriam, quam emptor instituere poterat, si mango quaedam servi vitia consulto tacuisset. — v. 18. *lex*, i. e. conditio, sub qua servum vitiosum emesti. — v. 19. *Insequeris*, venditorem persequeris iudicio, cum venditore litigas. — *morari*, de iure idem, quod retardare, ex more advocatorum causam iniustam defendentium, qui hanc ob rem *moratores* appellantur. — *lis iniqua*, causa iniusta. — v. 20. *pigrum*, sc. in scribendo. — v. 21. Dixi, me esse hominem manibus quasi ad obeunda talia officia destitutum. Praedixerat igitur Horatius Floro, se non multa sive potius nihil scribere posse. — *ne mea saev. Iurgares.* Verborum ordo: *ne saevus iurgares, quod nulla mea* (a me) *epistola ad te rediret.* — *saevus* = ira saeviens, nimium irascens, χαλεπός. Lectionem *rediret*, pro qua *Doer.* in textum recepit *veniret*, Lambinus tuetur, nec non *Th. Schmid.* Quid erat enim, inquit Lambinus, cur Lollius de Horatio quereretur, quod non mitteret ad se litteras, si ipse nullas ad eum miserat? Recte, inquam, tale quid ab Horatio exspectare non poterat; unde apparet lectionem *rediret* sensui pariter ac rei naturae optime respondere. — v. 23. *Quid tum profeci*, quid mihi profuit, *mecum facientia iura*, quae me adiuvant, defensioni meae suffragantur, *adtentas*, oppugnare et labefactare conaris? — v. 24. *super hoc*, πρὸς τούτῳ,.

---

in scalis, sed metuens habenae pendentis in scalis, secundum morem Romanorum, qui servos suos suspensos ad trabem flagellabant et in media domo ad timorem incutiendum habena pendebat. [*Quid tum profeci*] exclamative, dum me expurgarem tibi conscientia. [*Mecum facientia iura*]

[*Ille ferat pretium*] ille, inquit, qui emptori ante proposuerit et pretium acceperit, nullam subibit poenam, si fugerit venditus. [*Prudens*] cum non in fraudem inductus es. [*Dicta tibi est lex*] i. e. cum conditione emisti. [*Insequeris tamen hunc*] venditorem scilicet hîc per se significat. [*Dixi me pigrum*] h. e. ad scribendum debilem et pene mancum, quod vitium manus est. [*Quid tum profeci*] praedicendo vitium meum. [*Mecum fa-*

Exspectata tibi non mittam carmina mendax.
Luculli miles collecta viatica multis
Aerumnis, lassus dum noctu stertit, ad assem
Perdiderat; post hoc vehemens lupus et sibi et hosti
Iratus pariter, ieiunis dentibus acer,
Praesidium regale loco deiecit, ut aiunt,
Summe munito et multarum divite rerum.
Clarus ob id factum donis ornatur honestis,

überdiess. — v. 25. *non mittam carmina mendax.* Lamb.: in eo sim
mendax, quod non mittam carmina, quae tu exspectas ut a me promissa;
non mittam tibi carmina, quae tu exspectas atque in eo sim mendax. —
v. 26. *Luculli miles.* Comm. Cruq.: Hoc accidit eo bello, quod gessit
Lucullus cum Mithridate, rege Ponti; cuius milites primum necessitate
compulsi coeperunt praedari et viatica parare; sed ea, nocte quadam dor-
mientes lassi, omnia perdiderunt: quare velut furibundi expugnarunt quod-
dam praesidium, ubi erant thesauri Mithridatis. Sed cave, *miles* cum
Commentatore Cruquii sensu collectivo capias. — Horatius se cum quo-
dam Luculli milite comparat, significans, se paupertate atque inopia rei
familiaris coactum versus olim facere coepisse, nempe victis Bruto et
Cassio; nunc autem mediocres facultates consecutum videri sibi parum
sanum futurum, nisi satius esse putet dormire, quam versus scribere. —
viatica, ἐφόδια, proprie idem significat, quod nos dicere solemus: *Reise-
geld*; deinde in universum bona, quibus fruimur, designat. — *collecta*,
tam ex acceptis stipendiis, quam ex praeda facta. — *multis Aerumnis*,
laboribus ac difficultatibus cuiusque generis, nos: *Strapazen, Mühselig-
keiten.* — v. 27. *Stertere, schnarchen*, dicitur is, qui alto somno obrutus
iacet. Talem somnum, qualis hîc describitur, descripsit etiam Aristopha-
nes in Nubibus v. 5.: οἱ δ' οἰκέται ῥέγκουσιν. — *ad assem*, ita ut vix
as unus ei restiterit. — v. 28. Translatio de luporum nota feritate de-
sumpta, quae quidem optime quadrat in militem de salute sua desperan-
tem. — v. 29. *ieiunis dentibus acer*, amplificat imaginem inchoatam. —
v. 30. *Praesidium regale* = *koenigliche Besatzung*, *loco deiecit*, i. e. e
loco munito, quem defendere debebat, depulit. Hic locus erat, ut Cru-
quius putat, *Tigranocerta.* — v. 32. *donis ornatur honestis.* Lamb.:

---

h. e. pro me facientia. [*Luculli miles*] hoc exemplo ostendit, se primum
dispendio rei familiaris coactum, post invitatum donis ad scribendum.
Actum est bello, quod gessit Lucullus, consul, cum Mithridate, rege Pon-
tico, cuius milites primum necessitate compulsi coeperunt praedari, po-
stea vero donis et muneribus sunt provocati. Qui dum quadam nocte
dormirent, sarcinas eorum et viatica perdidere, tunc coacti viriliter ex-
pugnarunt quoddam praesidium, ubi erant thesauri Mithridatis. [*Ad assem*]
non quod usque *ad assem* sterterat, sed usque *ad assem* perdiderat. [*Et
sibi*] quia perdiderat per negligentiam. [*Et hosti iratus*] qui rapuit per

cientia] i. e. pro me et est quasi exclamatio. [*Si tamen adtentas*] si
modo adhuc sollicitas, ut scribam tibi. [*Luculli miles*] huius ex narra-
tione ostendere vult vendentem stultum, quem res non deceat, quid sit
utile. [*Dum noctu stertit*] hoc factum est, inquit, bello, quod populus
Romanus duce scilicet Lucullo cum Mithridate rege Pontico gessit et Lu-
culli miles, Valerianus Servilianus, praefectus exercitus. [*Ad assem*] us-
que *ad assem*, h. e. totâ viatica. [*Vehemens lupus*] bene *lupus* miles Ro-
manus, quod in tutela Martis est lupus. [*Sibi et hosti*] quia quasi potuit per-

Accipit et bis dena super sestertia nummûm.
Forte sub hoc tempus castellum evertere praetor
Nescio quod cupiens, hortari coepit eundem
Verbis, quae timido quoque possent addere mentem:
*I, bone, quo virtus tua te vocat, i pede fausto,
Grandia laturus meritorum praemia! Quid stas?*
Post haec ille catus, quantumvis rusticus, *Ibit,
Ibit eo, quo vis, qui zonam perdidit*, inquit.
Romae nutriri mihi contigit atque doceri,
Iratus Graiis quantum nocuisset Achilles.

---

donis ornatur, quae honorifica sint potius quam utilia aut fructuosa, qua-
les sunt coronae murales, obsidionales, vallares, civicae, etiamsi argen-
teae aut aureae sint. — v. 34. *sub hoc tempus*, paulo post hoc tempus,
brevi post tempore. — *praetor*, dux, imperator, στρατηγός. — v. 36. *ad-
dere mentem*, θυμόν, animos adiicere, *Muth machen.* — v. 37. *I, bone,
i, pede fausto*, h. e. *i, secundo omine*, ut Carm. III, 11, 50. dixit. —
v. 38. *laturus*, accepturus. — *Quid stas*, haeres, ut Serm. I, 1, 19.:
Quid statis? — v. 39. *ille*, sc. miles Luculli, *catus*, doctus, expertus et
prudens. Carm. I, 10, 2. — v. 40. *qui zonam perdidit.* Lamb.: pro-
verbium convenit in hominem pecuniae inanem et exhaustum, natumque
est a veteri militum consuetudine, qui nummos in zona portabant. —
v. 41. *Romae nutriri mihi contigit atque doceri*, cf. Serm. I, 6, 71 sqq.
— v. 42. Ira Achillis abiit in proverbium; quum vero Romae pueri pri-
mum Homeri Iliaden vel Odysseam legere inciperent, de hominibus lite-
rarum rudibus dici solitum erat: οὐδὲ τὴν Ἀχιλλέως μῆνιν ἴσασι. —
Horatius Athenas se contulit eadem fere condicione, qua hodie nostri viri
iuvenes literarum universitates frequentare solent, ad ingenii facultates
animique dotes bene excolendas. — *bonae Athenae*, quarum gratus re-

---

violentiam. [*Donis ornatur honestis*] scilicet militaribus ornamentis et
nihilominus pecuniae bonis. [*Quo virtus*] haec sunt verba Luculli ad mi-
lites suos. [*Quantumvis*] responsio militis Luculli haec est. [*Rusticus*]
qui iactura rerum suarum dolet, ut haec restituantur, causa praedae quocun-
que iusseris ibit, nos iam satis habemus et ornate comparat se militi satis ha-
benti et nolle se propter lucrum carmina alicui divitum afferre. Rusticum au-
tem pauperi poetae adsimulat, qui cum suis carminibus multa adquirebat erga
divites, sibi hoc opus non esse. [*Zonam perdidit*] ex fabula Graeca ductum
athletae, qui zonam perdiderat. [*Romae nutriri*] hoc fuit non Venusinus aut
Appulus, sed ad tempus Romae instructus est. Deinde vero perrexit Athenas,

dere raptorem hostem. [*Praesidium regale loco deiecit*] hoc praesi-
dium a Mithridate super thesauros eius positum miles deiecit atque donis
ornatus a Lucullo imperatore. [*Castellum evertere praetor*] significat
olim duces imperatores dictos, praefectos, praetores. [*I, bone*] verba
Luculli militem hortantis. [*Posthaec ille catus*] posthaec ille doctus, in-
quit, exemplo, ut sit stultus, tamen ibit eo, quo vis, quia perdendo zonam
didicit, unde illud sit lucro. *Catus* autem expertus et doctus, ut: *Confi-
dens, catus.* [*Qui zonam perdidit*] sumptum vel viaticum, quod in zona fere
milites portant. His omnibus Horatius vult ostendere, primo dispendio
rei familiaris se coactum, post invitatum donis ac lucro, ab Augusto sive
Maecenate ad scribenda carmina devenisse. [*Quantum nocuisset Achilles*]
notum est, Achillis iracundia quantum obfuerit Graecis omnibus et figurate

Adiecere bonae paullo plus artis Athenae,
Scilicet ut possem curvo dignoscere rectum,
Atque inter silvas Academi quaerere verum.
Dura sed emovere loco me tempora grato,
Civilisque rudem belli tulit aestus in arma
Caesaris Augusti non responsura lacertis.
Vnde simul primum me dimisere Philippi,
Decisis humilem pennis inopemque paterni

---

cordatur. — v. 44. *curvo dignoscere rectum*, i. e. verum a falso discernere. Translate a geometria, quod ad virtutis praecepta recte fit, *rectum* (ὀρθόν), quod a virtutis praeceptis recedit, *curvum* dixisse videtur. — v. 45. *Academi*. Lamb.: scribit M. T. Cicero Academ. lib. I. Academicos philosophos, qui erant cum Aristotele, Peripateticos esse dictos, quia disputabant inambulantes in Lyceo, eos autem, qui Platonis instituto in Academia, quod est alterum gymnasium, coetus erant et sermones habere soliti, ex loci vocabulo nomen habuisse. Academicorum novorum est de omni quaestione proposita disputare in utramque partem, nulli rei adsentiri et cohibere adsensum, quod illi appellant ἐπέχειν. — *Doer.: Academia* enim s. *Gymnasium*, in quo scholas habuit Plato, fuit in amoeno nemore urbi vicino. — Comm. Cruq.: iucunde *Academicos* dicit in *silva* quaerere *verum*, qui ita quaerunt, ut id negent inveniri posse. — v. 46. Per *dura tempora* significat bella civilia, quae eum Athenas, quas *locum* sibi *gratum* hic dicit, derelinquere coegere. — v. 47-49. Et (*civilis aestus*) civium furor et impetus (*rudem belli*) me, artis bellicae adhuc imperitum, (*tulit*) abstulit et protrusit in arma, (*non responsura*) non paria futura Caesaris Augusti (*lacertis*) robori et viribus. Haec explicatio, quae sententiam horum duorum versuum bene illustrat, legitur apud *Doer.* — Comm. Cruq.: *rudem*, tironem et belli imperitum. Athenis enim evocatus est a Bruto, qui tunc Achaiam et Athenas tenebat, Bruto cognitus a studiis philosophiae, in qua tunc erat celebri nomine. Cf. Serm. I, 6, 48. — v. 49. *Vnde*, ab armis, *simul primum*, simul ac, ubi primum, *me dimisere Philippi*, in fuga salutem petere me coegere, vid. Carm. II, 7, 9-10.: *Tecum Philippos et celerem fugam Sensi, relicta non bene parmula.* — v. 50. *Decisis pennis*, translatio ab avibus, h. e. bonis amissis.

---

matrem literarum, ubi ἠθικήν, i. e. philosophiam moralem didicit, revolvens Platonis libros. Ab illo studio secutus est partes Bruti, quo fugato, ab Augusto cum aliis proscriptus est ac necessitate compulsus contulit se ad pristinum studium. [*Inter silvas Academi*] Academus apud Athenas porticus construxit, unde porticus *Academia* dictus est et extra, unde Academici quoque Silvani. [*Quaerere verum*] iucunde dixit *verum*, quia quaerunt *verum*, ut negent idem inveniri posse. [*Rudem belli*] tironem et ignarum. Evocatus est enim a Bruto per potentiam, qui tunc Achaiam et Athenas tenebat, etiam similitudinem studiorum esse celebri nomine in philosophia. [*Philippi*]

saevitiam Caesaris Augusti videtur ostendere. [*Athenae*] se etiam significat Athenis philosophiae operam dedisse. [*Curvo dignoscere rectum*] i. e. didicisse per ethicen, partem philosophiae, quid sit vitium, quid sit virtus. [*Atq. inter silvas Academi*] quia contra omnium sectam Academici disputant, qui dicunt latere veritatem et ideo semper esse quaerendum. [*Rudem belli tulit aestus*] excusatio, quod contra Augustum pro Bruto militavit et bene *aestus*, non voluntas. [*In arma*] imperium Bruti per arma significat. [*Philippi*] Thessaliae campi, ubi victus

Et laris et fundi paupertas impulit audax,
Vt versus facerem; sed, quod non desit, habentem
Quae poterunt umquam satis expurgare cicutae,
Ni melius dormire putem, quam scribere versus?
Singula de nobis anni praedantur euntes:
Eripuere iocos, Venerem, convivia, ludum;
Tendunt extorquere poemata. Quid faciam vis?
Denique non omnes eadem mirantur amantque:
Carmine tu gaudes, hic delectatur iambis,

Comm. Cruq.: amissa dignitate et opibus, quibus antea sublimis ferebar. Similiter loquitur Cicero ad Attic. IV, 2.: *qui mihi pennas inciderunt, nolunt easdem renasci.* — v. 51. *paupertas audax* ea est, quae hominem efficit audacem; vid. notat. ad Carm. III, 24, 42. — Horatius in paupertate constitutus tam audax erat, ut versus faceret. — *quod non desit, habentem*, i. e. τὰ ἀρκοῦντα, vid. Carm. III, 1, 25.: *Desiderantem, quod satis est.* — v. 53-54. *Quae — cicutae, Ni melius — scribere versus?* h. e. stultissimus certe fuero, si tanto ardeam studio scribendi versus, ut hoc putem melius esse, quam dormire: quem quidem ardorem et cacoëthes nulla cicutae exstinguere poterunt. Quidam interpretum putant, *cicutam* hoc loco significare helleborum nigrum, nam κώνειον hoc sensu ab Avicenna quoque adhibitum fuisse. Alii aliter, minime tamen Lambinus audiendus est, qui locum ipsum frustra sollicitat. *Vossius* hos versus sic interpretatus est: *Welch ein Trunk doch genügte von glutaustreibendem Schierling, Wenn nicht besser zu schlafen ich hielt', als Verse zu schreiben?* Ceterum satis notum est, cicutam ut medicinam a medicis adhiberi. Cicutae autem vis omnis, propter quam venenum est, frigore constat, quo vitalem in nobis calorem exstinguit: quae ratio est, cur vinum, in quo calor inest, ei medeatur. Horatius igitur facete se tam vehementer scribendi studio ardere ait, ut vix cicutae sibi mederi possint. — *expurgare*, i. e. liberare, verbum sollenne de corpore sanando. Vid. Serm. II, 3, 27. Ovid. ex Pont. IV, 3, 53. — v. 55. *euntes anni*, cf. Ovid. de Art. Amand. III, 62. 63.: *eunt anni more fluentis aquae: Nec quae praeteriit, iterum revocabitur unda.* — *Singula*, unum post alterum, sensim sensimque omnia *praedantur*, quasi praedando ra-

---

campi Thessaliae, ubi contra Brutum pugnavit Augustus. [*Decisis humilem pennis*] h. e. amissa dignitate, qua ante sublimis ferebatur. [*Extorquere poemata*] h. e. alacritatem scribendi vel commoditatem extorquere tentant. [*Quid faciam vis?*] alia excusatio, quod scilicet nesciat, quid

est Brutus. [*Decisis humilem pennis*] saepe hac translatione utitur Horatius, ut: *Maiores pennas nudo.* Significat etiam se proscriptum fuisse. [*Paupertas impulit audax*] carmina, inquit, quae ex me expetis, Flore, nunquam scriberem, nisi egestate compulsus essem. Nunc itaque postquam habeo, quod mihi satis sit, si non praepono somnum versibus, insanio et nullo helleboro curari possum. [*Quae poterunt unquam satis expurgare cicutae?*] quod tantum helleborum, inquit, satis erit, ut expurger insanus? *Cicutam* autem posuit pro helleboro. [*Ni*] pro, si non. [*Melius*] legunt *melius*, sed inversum est, quod non desit, quod satis sit. [*Singula de nobis anni praedantur euntes*] Virg.: *Omnia fert aetas, animum quoque.* Et est alia causa excusationis in aetate, cur iam non scribit. [*Quid faciam*] nunc deest mihi aetas, ut conscribam poemata. [*Denique non omnis*] alia ratio non scribendi, quia, quid scribam potissi-

Ille Bioneis sermonibus et sale nigro.
Tres mihi convivae prope dissentire videntur,
Poscentes vario multum diversa palato.
Quid dem? quid non dem? renuis tu, quod iubet alter;
Quod petis, id sane est invisum acidumque duobus.
Praeter cetera, me Romaene poemata censes
Scribere posse inter tot curas totque labores?
Hic sponsum vocat, hic auditum scripta relictis
Omnibus officiis; cubat hic in colle Quirini,

---

piunt. — v. 56. *ioci, Venus, convivia, ludus* Epist. I, 1, 10. *cetera ludicra* appellantur. — v. 57. *Quid faciam vis? τί γὰρ πάθω* vel *πείσομαι;* — v. 58. Eandem sententiam pronuntiat Homer. Odyss. XIV, 228.: *ἄλλος γάρ τ' ἄλλοισιν ἀνὴρ ἐπιτέρπεται ἔργοις.* — *Carmine*, verbi causa lyrico. — *iambis*, quales ironiam continent. — *sal niger* de maledicentia recte intelligitur. Serm. I, 10, 3.: *quod sale multo Vrbem defricuit.* — v. 61. Tres convivae prope dissentire mihi videntur, nam alius alia re ducitur, quod Franco-Galli dicunt: *chacun a son goût.* — v. 62. *multum diversa*, i. e. hic sibi expetit hunc, ille sibi dari cupit illum cibum. — v. 63. Ita fit, ut quid dare cuique debeam plane nesciam; nam tu *renuis*, non vis tibi dari, accipere negas, quod alter sibi dari iubet, habere vult. — v. 64. *sane*, profecto. — *invisum acidumque*, quamobrem id respuunt. — Hoc vult dicere: Nescio igitur, quid scribere debeam, dum omnibus neque satisfacere neque placere possum. — v. 65. *Praeter cetera* huc accedit, quod Romae curis aliisque molestiis distractus animum ad carmina componenda advertere plane nequeo. — v. 67. Huiusmodi molestias ac negotia sibi invisa, quorum fecit mentionem, versibus sequentibus describit. — *Hic sponsum vocat*, ut Serm. II, 6, 23.: *Romae sponsorem me rapis.* — *hic auditum.* Horatius saepe rogari solebat, ut de aliorum operibus, v. c. versibus cuiuscunque generis, tanquam criticus iudicaret, ita ut cetera officia plane negligeret, dummodo hominibus impudenter ex se quaerentibus satisfaceret. — Sed non solum ut iudex carminum officia cetera relinquere debebat, aegrotantes quoque, sese visitatum iret, rogabant. In hac re autem saepe fiebat, ut alter in hac urbis regione, alter in illa aeger iaceret, ita ut longum intervallum Horatio es-

---

potissimum scribat, cum omnes non una eademque re delectentur. [*Bioneis sermonibus*] lividis iocis, i. e. satira. Sunt autem disputationes Bionis philosophi, quibus stultitiam arguit vulgi, cui pene consentiunt carmina Luciliana. Hic autem Bion, qui sophistes cognominatus est, in libro, quem edidit, mordacissimis salibus ea, quae apud poetas sunt, ita laceravit, ut ne Homero quidem parceret. [*Sale nigro*] i. e. vetere tragoedia vel amara iocularitate. [*Praeter cetera*] omissis aliis rebus, credis Romae posse carmina scribi inter tot curas occupationesque? [*Cubat hic*] i. e.

mum, nescio, propterea quod non idem omnibus placet. [*Ille Bioneis sermonibus*] Bion Aristophanis comici pater dicitur fuisse magnae dicacitatis, quem vult intelligi de nigro sale. An *nigrum* malum intelligimus et salsum aut facetum et iocularium. [*Renuis tu, quod iubet alter*] mire *δραματικῷ* charactere, tanquam ad ipsos convivas loquitur, unumquemque eorum appellans id poscentem, quod ceteris displicet? [*Praeter cetera*] alia causa non scribendi, quod Romae in occupationibus nihil condignum memoria scribi potest inter tot curas totque labores. [*Sponsum*] h. e. ut pro se spondeam. [*Cubat*] aegrotat. [*Intervalla vides*] ironia, per quam osten-

Hic extremo in Aventino, visendus uterque:
Intervalla vides humane commoda. — Verum
Purae sunt plateae, nihil ut meditantibus obstet? —
Festinat calidus mulis gerulisque redemptor,
Torquet nunc lapidem, nunc ingens machina tignum,
Tristia robustis luctantur funera plaustris,

---

set percurrendum, si utrumque visere vellet. — v. 70. *Intervalla vides humane commoda.* Hic locus interpretibus ansam rixae crudelis praebuit, eique fortasse centum quadraginta coniecturis succurrere studuere. Sed frustra. In *specimine* de *Q. Horatio Flacco* primo (quod Lipsiae prodiit a. 1829.) coniecturarum multitudinem ipse auxi, quod quidem sane non infelicius aliis Viris doctis, v. c. Grasero, Wissio, Doeringio etc. me fecisse affirmare possum. Conieci nempe: *humano*, ita ut sensus sit: *Du siehst eine dem Gefaelligen erwünschte Entfernung.* Quae sententia scilicet per ironiam expressa omni ratione habita perbelle in hunc locum quadrare videtur, h. e. olim mihi videbatur. Sed *Godofredus Hermannus*, cui tam multa eaque praeclara refero, ut singula enumerare plane non possim, meliora me docuit. Nihil mutandum est, vid. *Leipz. Lit. Zeit.* 1828. *No.* 51. Poeta voc. *humane* pariter utitur atque Herodot. V, 20.: *καλῶς ἔχοντας*, neque aliter Franco-Galli *joli, joliment* usurpant. Sensus vernacule expressus hic est: *Du siehst: das ist eine hübsch bequeme Entfernung.* Vossius haec interpretatus est: *Zwischenraum, wie du siehst, von hübscher Gemaechlichkeit.* Ceterum cf. *Th. Schmidius* ad hunc locum. — v. 71. Florum sibi obiicere fingit, quod in plateis nihil sit impedimenti, quo minus meditari possit. — *Purae*, i. e. vacuae obstaculis. — *plateae*, penultima brevi, ut etiam apud Catull. 15, 7. Ceterum penultima longa est: *πλατεῖαι*, sc. *ὁδοί.* — *meditari*, *μελετᾶν*, ut Carm. III, 25, 5.: *Aeternum meditans decus.* — Sensum verborum recte cepisse videtur *Th. Schmid.*: „*Du siehst da verteufelt bequeme Zwischenraeume.*“ Florum sibi respondere fingit: „*Wohl wahr, indess sind ja die Strassen rein, dass du dich dreist in deine Gedanken vertiefen und Gedichte auf solchen Gaengen entwerfen kannst.*“ — v. 72. *redemptor*, *ἐργόλαβος*, vid. quae ad Carm. III, 1, 35. adnotavimus. — *calidus*, studio laboris incensus. — v. 73. *Torquet*, torquendo attollit. — *machina*, cuiusmodi mentio fieri videtur Carm. III, 10, 10. ibiq. not. — v. 74. *plaustra robusta*, firmiora, validiora, nos: *Lastwagen.* — *luctantur*, ut Serm. II, 6, 28.: *Luctandum in turba et facienda iniuria tardis.* — v. 75. *Hac rabiosa fugit canis, hac lutulenta ruit sus.* Lectionem *fugit*, quae nobis nunc unice recta veraque esse videtur, *Mitscherlichius*

---

aegrotat, ut superius: *Trans Tiberim longe cubat.* [*Humane*] i. e. probe. [*Commoda*] brevia. Sed contraria ostendit, quod magna sint. [*Gerulis*] *geruli* sunt, qui portant necessaria ad fabricam. [*Tu me inter strepitus*] i. e. tu vis me aliena dicere? Nam cunctis proditis et divulgatis, dixit:

dit, quam vehementer. [*Humane commoda*] i. e. mediocriter magna. Nam antiqui pro magno *commodum* dicebant. [*Verum plures sunt plateae*] interrogative pronunciandum. [*Festinat calidus mulis gerulisque redemptor*] festinat, inquit, properus redemptor et mulos agens sarcinarius ad rhedam. *Redemptorem* aut currus publici significat aut animalium praebendorum. Sallust.: *Et per pennam forte cognoscit mulio redemptoris.* [*Torquet*] *torquet*, movet, trahit vel sustinet. [*Luctantur funera plaustris*] hinc *plaustrum*, hinc *funus* venit et obvia utraque neutro transeunte luctantur. *Funera* autem dicit pompam ipsam et exsequias.

Hac rabiosa fugit canis, hac lutulenta ruit sus.
I nunc, et versus tecum meditare canoros.
Scriptorum chorus omnis amat nemus et fugit urbes,
Rite cliens Bacchi somno gaudentis et umbra:
Tu me inter strepitus nocturnos atque diurnos
Vis canere et contracta sequi vestigia vatum?
Ingenium, sibi quod vacuas desumpsit Athenas

---

bene defendit in Racem. Venus. Fasc. I. pag. 9.: *Fea*, canes rabiosos *fugere* vix dici posse contendens (causam vero, cur hoc dici non possit, quod in rerum natura fieri satis notum est, nemo intelligit), et, si fugiant, verum timorem non incutere (quod quidem pariter ineptum esse videtur, nam omnes canes rabiosos timemus et fugientes et non fugientes), Codd. quorundam lectionem *furit* praetulit textuique immisit, quod *furere* canum rabidorum proprium sit et hoc furore verum timorem iniiciant. Sanadonus etiam hac fugae mentione offensus rem ita expedit, ut canem rabiosum, concursu hominum facto, fustibus in fugam coniectum intelligat (quod quidem rectius habet, quam quae Fea contendit). Sed veram canum rabidorum indolem ac mores repraesentavit hoc verbo poeta, relicto consueto cubili cursum fugae simillimum quaquaversum instituentium. Iam Galenus, notante Marcilio, inter notas canis rabiosae posuit *τὸ ἀλόγως τρέχειν*, et Gratius in Cyneg. v. 390. idem tradit: *ille ubi salsa siti praecepit viscera longa, aestivos vibrans accensis febribus ignes, moliturque fugas et sedem spernit amatam.* In alia tamen omnia (scilicet in loci sententiam minime quadrantia) abit *Doeringius*, de cane rabido proprie sic dicto sermonem esse negans, cuius pestifero morsu raro admodum in via homines expositi sint, et acrem et mordacem hominem designari putat, qui cum latratu in praetereuntes ruat et ab iisdem fustibus repulsus fugiat; sed vel adiecta: *lutulenta ruit sus*, commentum istud respuit et poeta de industria gravioribus meditationis impedimentis longius arcessita interponit, quae ipsi Floro risum excutiant. — *lutulenta sus*, ut Epist. I, 2, 26.: *amica luto sus.* — v. 76. *versus canori* sunt bene modulati. — v. 77. *Scriptorum*, i. e. poetarum, ut saepius. — *chorus*, quia in silvis Satyri et Nymphae, Bacchi chorus, saltant, cuius in clientela sunt poetae. — v. 78. *Rite*, merito, iure. — *cliens*, nam, ut modo vidimus, poetae sub Bacchi clientela sunt. — *somno*, otio. — *umbra*, ob nemus silvamque. — v. 80. *contracta vestigia* recte interpretatus est *Mitsch.* l. c. „*Vates*“, ille inquit, „sunt poetae Graeci lyrici; horum *vestigia sequitur*, qui eos imitatur; eaque vestigia sunt adhuc *contracta*, arta, angusta, h. e. nondum imitatorum turba protrita ac dilatata, quia primus Horatius eius institit vestigiis.“ Vid. quae *Schmidius* in sua editione adtulit: *contracta vestigia* bezeichnet, wie *Jacobs* im Rhein. Mus. bemerkt, den *schmalen Pfad*, der zu dem Ziele der Kunst führt, und von nachahmungswürdigen Vorgaengern betreten worden ist. — v. 81. *Athenae vacuae*, otiosae, quietae, vid. nota ad Epist.

[*Hac rabiosa fugit canis*] haec sunt, quibus ostendit puras plateas non esse, in quibus cogitans poeta velut securus incedat. Nunc opportune *κατ' ἐπιτροπήν* ostendit, fieri carmina Romae non posse. [*Scriptorum chorus*] ad superius argumentum hoc pertinet, quod probat, in frequentia urbis poetam scribere non posse. [*Rite cliens Bacchi*] non mirum, inquit, si poeta nemus amat, quod eadem amat Liber, Musicus Deus, in cuius tutela poetae omnes sunt constituti. [*Et contracta sequi*] legitur et *contracta*, caute impressa, ut ea sequendo contigerit imitator. [*Inge-*

Et studiis annos septem dedit insenuitque
Libris et curis, statua taciturnius exit
Plerumque et risu populum quatit: hic ego rerum
Fluctibus in mediis et tempestatibus Vrbis
Verba lyrae motura sonum connectere digner?
Frater erat Romae consulti rhetor, ut alter
Alterius sermone meros audiret honores,
Gracchus ut hic illi foret, huic ut Mucius ille.
Quî minus argutos vexat furor iste poetas?

I, 7, 45. — *desumere*, i. e. deligere, ut apud Liv.: *quos tibi hostes desumpseras.* — Totius loci sententia haec est: si, qui Athenis in urbe tranquillissima et quietissima septem annos in studio literarum et philosophiae versati sunt seniumque propemodum ex adsidua lectione et cura contraxerunt, ita plerumque hebetes atque infantes evadunt, ut populo risum moveant, quî fieri potest, ut ego in urbe negotiosissima, tot occupationibus et curis distractus, versus lyricos scribam? — v. 83. *curis*, *μελέταις*, studiis. — *statua taciturnius* proverbialiter dictum de iis, qui, quod didicere, in usum publicum convertere nesciunt. — v. 85. *Fluctibus in mediis et tempestatibus.* Huiusmodi comparationes apud Horatium saepius occurrunt, vid. not. ad Epist. I, 1, 16. — v. 86. *Verba connectere*, carmina componere. Comm. Cruq.: dignum arbitrer me scribere carmina ad lyram cantanda. — *digner*, velim, *ἀξιώσομαι*. — v. 87. *Frater* eodem sensu hic usurpatur, quo supra Epist. I, 3, 35. *foedus fraternum* dixit. Vernacule: *brüderliche Gesinnung.* — *consulti*, nempe iurisconsulti, ut Serm. I, 1, 17. — v. 88. *meros honores.* Comm. Cruq.: puras laudes; nam se laudabant invicem. — v. 89. Quis hic Gracchus et ille Mucius fuerit, non liquet. Sed vero non absimile est, Horatium utriusque familiam in animo habuisse neque de persona certa cogitasse. — v. 90. *Quî*,

---

Et ita vis me scribere, ut ad vates antiquos maxime accedam. [*Frater erat Romae consulti rhetor*] ad haec causam duorum fratrum inducit, ut ostendat se invicem laudare debere. Vnus enim istorum duorum Mucius videlicet Scaevola, amicus Ciceronis, qui primus iuris consultus apud veteres scripsit, cum illud officium ageret, fratrem suum Gracchum oratorem ipse et rhetorem laudare studebat. Contra Gracchus omni studio fratrem

nium, sibi quod vacuas desumpsit Athenas] qui Athenis, inquit, multo tempore studuerunt et muti et ridiculi evadunt. Nec enim si velis, Romae aliquid disserere potes, ubi nullum otium est. *Vacuas* autem *Athenas*, utrum otiosas an *καθ' ὑπαλλαγὴν* ipse vacuus, ut Sallust. ait: *At Sertorius vacuus hieme copias augere.* [*Insenuitque*] *insenuit* legitur et *insonuit*; sed si *insenuit*, impalluit et immoratus est significat. Si *insonuit*, instrepuit atque exercuit vocem, intelligitur curis. [*Statua taciturnius*] ingenium scilicet an statuam pro re qualibet dixit, an ideo cum duplex sit plumbeum, nam Turrius ob severitatem taciturnus fuit. [*Risu populum quatit*] ac per hoc irridetur. [*Digner*] condignum arbitrer, i. e. velim. [*Frater erat Romae*] hanc fabulam ad hoc inducit, ut ostendat poetas se ipsos invicem laudare, non puro vero, sed mutua adsentatione. Fratres miras honoris electiones praeferebant, cum alter iurisconsultum Mucium Scaevolam diceret, alter oratorem Tiberium Gracchum nominaret, nam apud veteres tam primus iurisconsultus Mucius Scaevola exstitit, quam orator Tiberius Gracchus. [*Qui minus*] in qua re minus

Carmina compono, hic elegos. *Mirabile visu*
Caelatumque novem Musis opus! Adspice primum,
Quanto cum fastu, quanto molimine circum-
spectemus vacuam Romanis vatibus aedem;
Mox etiam, si forte vacas, sequere et procul audi,
Quid ferat et quare sibi nectat uterque coronam.
Caedimur et totidem plagis consumimus hostem
Lento Samnites ad lumina prima duello.

---

in qua re = *in welcher Hinsicht.* — *arguti*, i. e. canori, argute canentes. Carm. IV, 6, 25.: *Thalia arguta.* — *furor*, sc. se mutuo laudandi. — v. 91. *Carmina*, sc. lyrica. — Opus, quod novem Musae caelaverant, mirabile visu esse debebat. — *novem Musis*, a novem Musis. — v. 93. *fastu*, superbia. — *molimine*, difficultatibus. — v. 94. *vacuam aedem* recte interpretatur Porphyr. — v. 95. *si forte vacas*, si fortasse vacuus es, nihil habes, quod agas. — *sequere*, sc. in aedem. — *procul audi.* Cruq.: ne propius accedas, sed quasi ex insidiis sectare, ut aliud agere te cogitent. — v. 96. *Quid ferat*, i. e. proferat, recitet. — v. 97. *Caedimur — hostem.* Comm. Cruq.: falsis laudibus nos deludimus et otiose fallimus, mala carmina praedicantes, in quo quasi cum hostibus Samnitibus (ut olim Romani) pugnamus usque ad noctem, nosque consumimus. — *Samnites*, gladiatores, quorum originem narrat Liv. IX, 40.: *Et Romani quidem ad honorem Deûm insignibus armis hostium usi sunt: Campani, ab superbia et odio Samnitium, gladiatores (quod spectaculum inter epulas erat) eo ornatu armarunt, Samnitiumque nomine compellarunt.* — Lamb.: aures nostras praebemus scriptis alienis audiendis,

---

suum Mucium laudabat. Dicit ergo suo tempore duos poetas Romae fuisse ita se amantes, ut unus illorum esset alteri quasi Gracchus et per hoc frater et alter alteri quasi Mucius affectu laudis et per hoc frater. [*Carmina compono*] dum ego, inquit, bonum carmen compono et ille alius similiter, aestimamus nullum alium poetam, nisi nos, et quasi theatrum evacuatum est nobis, ut sint digni recitatores in eo. Nota, inquit, quod superbi incedamus, quasi non omnis aedes poetis plena sit. [*Quanto molimine*] adspice, quanto molimine requiramus locum recitandi, quasi vix inveniatur aedes, in qua non illi recitent, quasi indigna nostris carminibus. [*Romanis vatibus*] i. e. negemus in templo Apollinis ullos poetas habere carmina. [*Quid ferat et quare*] nota etiam hoc, ob quod meritum invicem laudent et dignos corona poetica iudicent. [*Lento Samnites ad praemia* (sic) *prima duello*] sensus est: Invicem odiosi sumus fallendo nos et insani poetae sunt, cum se quoque invicem laudarent. [*Argutos*] canoros. [*Caelatumq. novem Musis opus*] *ἐνέϱγεια Caelatum*, variatum et quasi pictum. *Novem Musis* omni genere metrorum; principalia enim novem sunt. [*Quanto cum fastu*] et sic nobis placemus incedentes. [*Circumspectemus*] una pars orationis est, divisa in duos versus, Lucilii more antiquo. [*Vacuam Romanis vatibus aedem*] i. e. Latinis poetis vacantem. Significat autem aedem Musarum, in qua poetae recitabant, et hoc recte. Nam Graeci poetae in Athenaeo consueverant et ideo additum *vacuam Romanis vatibus.* [*Si forte vacat*] bene additum *si forte vacat*, tanquam et hoc ipsum facere supervacuum iudicandum sit. [*Quid ferat*] quid de se praebeat tollere, vel quid offerat. [*Samnites*] tanquam Samnites, quorum pugna stataria est. Videtur autem haec metaphora vel a Samniticis gladiatoribus vel a bello acerrimo Samnitum adversus Romanos esse translata. [*Ad lumina prima*] usque ad vesperam. [*Lento duello*] i. e.

Discedo Alcaeus puncto illius; ille meo quis?
Quis, nisi Callimachus? si plus adposcere visus,
Fit Mimnermus, et optivo cognomine crescit.
Multa fero, ut placem genus irritabile vatum,
Quum scribo et supplex populi suffragia capto;
Idem finitis studiis et mente recepta
Obturem patulas impune legentibus aures.

---

nos vicissim alienas aures nostris poematis recitandis obtundimus atque enecamus. Ducta est similitudo a *Samnitibus*, i. e. gladiatoribus sic appellatis a Samnitibus illis, qui diu ancipiti Marte cum Romanis bella gesserunt. Hi gladiatores erant lenti et componebantur cum provocatoribus. Quemadmodum igitur gladiatores, quum interdum totum diem digladiati fuerint, discedunt ad extremum incolumes atque integri, sic, quum ego illius scripta audierim et laudarim, vel leviter et dicis causa reprehenderim et ille vicissim mea, recitatione usque ad vesperam producta atque extracta, discedimus uterque, alter alterius iudicio ac suffragio magni ac praestantes poetae declarati. — *Lumina prima* tempus vespertinum significant, quod quoque *prima fax* dicitur. — v. 99. *puncto illius*, iudicio, suffragio, iuxta legem tabellariam. Lata nempe in comitiis a singulis suffragia notabantur in tabulis *puncto*; unde *punctum* ponitur pro suffragio, cf. Epist. ad Pis.: *Omne tulit punctum, qui miscuit utile dulci.* — v. 100. *Quis, nisi Callimachus?* Vossius: *Wer? ein Kallimachos traun!* — v. 101. *Fit Mimnermus.* De nominibus propriis notanda notata invenies in *indice*, quem vide. — *optivo*, quod ipse sibi optaverit. — v. 102. Quum scribo, inquit Horatius, et quum versus meos necesse habeo recitare populique benevolentiam ac suffragium aucupari, multas molestias exsorbeo, multasque poetarum ineptias devoro, ne eos irritem atque offendam, quum idem ad me redii quumque insanire, h. e. versus scribere desii, liberum est mihi, meas aures poetis sua scripta recitantibus obturare. Lamb. — Poetae autem sunt *genus irritabile*, i. e. homines, qui ad iram facile provocantur, iracundi, *ὀξύθυμοι.* — *Quum scribo*, versus compono. — *supplex populi suffragia capto*, ut Epist. I, 19. 37.: *Non ego ventosae plebis suffragia venor.* — v. 104. *finitis studiis*, sc. poeticis. — *mente recepta.* Comm. Cruq.: ad me rediens, quia vates, dum scribunt, insanire feruntur. — v. 105. *Obturem*, obturare ausim, liceat

---

mala carmina praedicantes et hoc sine fine facientes, ut Romani quondam pugnaverunt cum hostibus Samnitibus usque ad noctem, unde et Ennius inquit: *Bellum aequis manibus nox intempesta diremit.* [*Obturem patulas impune legentibus aures*] non solum, inquit, non laudo . . . . .

* * *

DEEST FINIS

bello diuturno. [*Discedo Alcaeus puncto illius*] illius iudicio, inquit, Alcaeo lyrico comparor et fio alter Alcaeus, functus suffragio humili ac plebeio. [*Ille meo quis? Quis?*] sigillatim pronuncianda sunt haec pronomina. Voco enim eum Callimachum, ut me ille Alcaeum nominet. [*Si plus*] si hoc illi parum fuerit et plus a me exegerit laudis. Et hic ostenditur non pro merito poetas, sed pro voluntate laudari. [*Optivo*] adoptivo et adscititio. Alcaeus autem lyrici carminis, Callimachus elegiaci auctor est. Mimnermus vero duos libros luculentos scripsit. [*Multa fero*] *multa*, inquit, patior, ne mihi poetae irascantur, sed tamdiu quam ipse scribens laudari me exspecto. [*Irritabile*] iracundum ac litigiosum. [*Finitis studiis et mente recepta*] *finitis*, inquit, carminibus et bene rece-

Ridentur mala qui componunt carmina; verum
Gaudent scribentes et se venerantur, et ultro,
Si taceas, laudant quidquid scripsere, — beati.
At qui legitimum cupiet fecisse poema,
Cum tabulis animum censoris sumet honesti;
Audebit, quaecumque parum splendoris habebunt
Et sine pondere erunt et honore indigna ferentur,
Verba movere loco, quamvis invita recedant
Et versentur adhuc intra penetralia Vestae;

---

mihi obturare impune. — Plerumque *impune* cum *obturem* coniungi solet; sed fortasse iungere praestat: *impune legentibus*, quos ego quidem haud amplius carpo, quique igitur impune carmina legere poterunt. Iuven. Sat. I, 1-4.: *Semper ego auditor tantum? numquamne reponam, Vexatus toties* etc. *Impune ergo mihi recitaverit ille togatas, Hic elegos? impune diem consumpserit ingens Telephus?* — v. 107. *ultro*, non exspectantes, dum ab aliis laudentur. — v. 108. Acerbissima ironia, qua istis placere ait, qualiacunque scripsere. Semet ipsos laudant ac venerantur neque curant, quid alii de se iudicent. — *beati*, propterea scilicet, quod propriam stultitiam ignorant. — v. 109. *legitimum poema*, i. e. legibus et numeris suis expolitum et perfectum. — *scripsisse*, ἀοριστῶς, quemadmodum saepius infinitivi temporis perfecti adhibentur. — v. 110. Ipse sese in sua scripta censorem praebebit suaque obliviscetur, sua scripta notabit tanquam censor. — v. 111. *quaecunq. parum splendoris habebunt*, i. e. verba humilia, sordida, parum illustria. — v. 112. *sine pondere*, levia, sine gravitate. — *ferentur*, venient, procedent, ut Vossius interpretatus est: *Wo der Ehr' unwürdig sie wandeln.* — v. 113. *Verba movere loco.* Comm. Cruq.: delere, eximere; nam Censores, quos notabant, loco movebant. — *quamvis invita recedant*, quamvis ei ita placeant et cara sint, ut ea aegre gravateque suo loco moveat. — v. 114. *versentur adhuc intra penetralia Vestae*, i. e. quamvis sint adhuc domi,

---

Quae desunt, ex *Landini* commentariis supplere, nobis consentaneum esse videtur. Vid. LANDIN. edit. Basil. MDLV. pag. 1034. [*Gaudent scribentes*] stulti poetae gaudent invicem se laudantes. Sed qui cupit rectum scribere poema, exhibebit censorem suis scriptis et audebit *movere loco*, i. e. mutare, quaecunque aut ornatu aut gravitate carebunt. [*Invita recedant*] quia nescio, quo pacto ita placent tibi, ut vix sustineas illa removere. [*Et versentur inter penetralia Vestae*] i. e. penitus haereant intimo animo et translatio a dea Vesta, cuius sacra recondita essent. [*Obscurata*

pta mente tanquam ex insania poeticae professionis ad me rediens. [*Obturem patulas*] non solum non laudabo, sed etiam occludam aures, ne quem audiam recitantem. [*Ridentur*] Sensus est: Ridentur quidem, sed tamen delectantur versibus suis. Ostendit autem, quam laboriosum sit emendatissime scribere. [*Et se venerantur*] admirantur ac divos poetas se vocant. [*Laudant, quidquid scripsere beati*] stulti enim dicturus intulit ad intelligentis et cum iudicio scribentis tormenta respiciens. [*At qui legitimum*] bonus scilicet poeta. *Audebit*, ut ostendat magnam rem etiam hoc facere. Virgilius: *Aude, hospes, contemnere opes.* [*Movere loco*] tollere atque mutare. [*Invita recedant*] plerumque ita sunt verba, quae prima posuerimus, ut etiam cum prava sint, tamen bene nobis posita videantur. [*Et versentur adhuc intra penetralia Vestae*] i. e. domi, per quam metaphoram ostendit, quae in animo nostro fixa versen-

Obscurata diu populo bonus eruet, atque
Proferet in lucem speciosa vocabula rerum,
Quae priscis memorata Catonibus atque Cethegis
Nunc situs informis premit et deserta vetustas;
Adsciscet nova, quae genitor produxerit usus;
Vehemens et liquidus puroque simillimus amni
Fundet opes Latiumque beabit divite lingua;
Luxuriantia compescet, nimis aspera sano

---

penitus abdita, neque dum in lucem prolata, neque divulgata. In templo Vestae, Ἑστίας, servabatur ignis aeternus Romae. Iam quum Vesta praesit focis et quum suum quaeque domus focum habeat, sequitur, ut suam quisque domi suae Vestam habeat, i. e. Larem. Notum Graecorum proverbium: ἀφ' ἑστίας ἄρχεσθαι, i. e. a Vestâ s. a Lare incipere. Lamb. — v. 115-118. Verborum structura haec est: *Bonus* (censor, poeta) *speciosa rerum vocabula, quae, priscis Catonibus atque Cethegis memorata, informis situs et deserta vetustas nunc premit, populo (cui illa) diu obscurata (sunt) eruet atque in lucem proferet.* — *Obscurata*, prisca, antiqua et idcirco inusitata atque ab usu quotidiani sermonis iam diu intermissa. — *speciosa vocabula rerum* = *glanzvolle* Namen der Dinge. — *situs* = *Schmuz, Moder, Rost.* — *informis* active intelligendum, quia deformitatem inducit. — *deserta vetustas*, i. e. neglecta ab hominibus. — v. 119. *Adsciscet nova.* Epist. ad Pis. v. 52.: *Et nova fictaque nuper habebunt verba fidem, si Graeco fonte cadant, parce detorta.* — *quae genitor produxerit usus*, i. e. quae genuerit et in publicum produxerit usus. Frustra enim nova vocabula cuduntur, nisi usus comprobarit. — v. 120. *Vehemens* duabus syllabis pronunciandum est: *vemens.* Vid. Epist. I, 2, 70. 12, 24. Serm. II, 8, 1. — *liquidus*, non lutulentus. — *puroque simillimus amni.* Similis comparatio reperitur Carm. IV, 2, 5. — v. 121. *Fundet opes*, verborum sententiarumque copiam atque ubertatem; similiter Epist. ad Pis. v. 317.: *nil scribens ipse, docebo, Vnde parentur opes.* — v. 122. *Luxuriantia compescet*, retundantia coercebit, ut Epist. ad Pis. v. 448.: *ambitiosa recidet Ornamenta.* Translatio est de arboribus *luxuriantibus* desumpta. — Quemad-

---

diu] revocabit quaedam prisca verba, quae quamvis pulchra sint, tamen exoluerant et in oblivione iacent. [*Situs*] vetustas. *Situs* est humescens quaedam lanugo et mucor exoriens in locis, qui non frequentantur. Virg.: *Per loca senta situ cogunt noctemque profundam.* Sed capitur pro senio et pro his, quae ab usu remota sunt, Virg.: *En ego victa situ.* [*Adsciscet nova*] formabit et ipse nova quaedam, quae splendorem habeant. [*Genitor usus*] nam usus verborum parens est. Vnde in arte poetica dixit: *Multa renascentur, quae iam cecidere, cadentque, Quae nunc sunt in honore, vocabula, si volet usus, Quem penes arbitrium est et ius et norma loquendi.* [*Vehemens*] erit vehemens et copiosus et similis fluvio, qui tamen non fit turbulentus, ut nihil obscurum et non defecatum adsit in illa vehementia. [*Beabit*] beatum faciet. [*Divite lingua*] i. e. propterea quod linguam Latinam adinveniendis novis verbis ditiorem reddet. [*Luxuriantia*] nam ut bonus agricola ea, quae in arboribus nimis luxuriant aut in segetibus compescit, sic et bonus poeta, quae nimia sunt,

tur, tamen excludenda esse. [*Obscurata diu populo*] antiqua et obsoleta senio in consuetudinem revocabit. Et utrum *obscurata populo* an populus bonus? [*Adsciscet nova*] utetur novis verbis, de usu nascenti-

Levabit cultu, virtute carentia tollet,
Ludentis speciem dabit et torquebitur, ut qui
Nunc Satyrum, nunc agrestem Cyclopa movetur.
Praetulerim scriptor delirus inersque videri,
Dum mea delectent mala me vel denique fallant,

modum autem hîc *compescere* usurpatur, ita *coercere* Epist. ad Pis. v. 293. — *nimis aspera tollet*, i. e. inculta et horrida. — v. 123. *Levabit*, nitida et plana efficiet. Comm. Cruq. Neque aliter Lambinus *sano cultu* interpretatur: ut tamen hic cultus eave perpolitio non detrahat eis nervos et sanitatem; nam, ut idem ait Epist. ad Pis. v. 26.: *sectantem levia nervi Deficiunt animique.* — *virtute carentia*, sunt *versus*, quos poeta ipse (Epist. ad Pis. v. 445.) *inertes* dixit. — *tollet*, delebit, ut Serm. I, 4, 11. — v. 124. *Ludentis speciem dabit* etc. speciem prae se feret hominis parum laboriose scribentis, ita ut, qui legat, speret se eodem modo scripturum, verum tamen et ille multum in scribendo studii atque operae ponet et, quisquis eum aemulabitur, quum experiri coeperit, inanem operam sumet. Ab his non discrepant illa, quae sunt in Epist. ad Pis. v. 240.: *Ex noto fictum carmen sequar, ut sibi quivis Speret idem, studet multum, frustraque laboret Ausus idem.* — v. 125. *moveri*, saltare, ut infr. in Epist. ad Pis. v. 232.: *Vt festis matrona moveri iussa diebus.* Vid. Serm. I, 5, 63. Vossius at Virg. Ecl. V, 73. qui *saltationem satyricam* interpretatur rhythmicam imitationem gestuum eorum et saltatuum ad Bacchi cultum pertinentem. *Wielandius* ad hunc locum haecce notatu digna adscripsit: „Das Tertium comparationis liegt, denke ich, bloss in der *Leichtigkeit*, womit ein Pantomime, wie *Pylades*, bald einen Satyr, bald einen Kyklopen — zwei einander sehr entgegengesetzte Charaktere — durch seine Bewegungen darzustellen weiss. Der plumpe, bäurische, ungelenksame Kyklop scheint ihm eben so leicht zu werden, als der naiv schalkhafte, muthwillige, leichtfüssige Satyr, wiewol ihm jener ungleich mühsamer wird.“ — v. 126-128. *Praetulerim — ringi.* Quae verba *Mitsch.* bene explicat in Racem. Venus. Fasc. IV. pag. 4.: Poetae *deliro*, h. e. ingenio destituto eidemque *inerti*, cuius versus nulla arte sunt compositi (fere ut *inculti* et *male nati* Choerili Epist. II, 1, 233.) opponitur *sapiens* et ingenio et arte praecellens; tum ille delectatur malis suis versibus, hic autem bonis suis *ringitur*, offenditur iis tanquam parum probis. Ceterum omnia ista non ab insulso aliquo poeta dici, sed ex ipsius Horatii sensu, quamquam non serio, proferri, manifestum est. — Vossius: *Moeg' ich scheinen vielmehr ein verrückter und alberner Schriftling, Wenn nur mich mein Schofel belustiget oder doch*

tollet et ut inculta rura cultu mitiora redduntur, sic asperiora, quae sunt in versu, artificio lenientur. [*Ludentis speciem dabit*] nam ut ille, qui ludit, varios affert motus, sic poeta, ut servet decorum, accomodat verba et sententias personis, quas inducit. [*Movetur satyrum*] veluti per συνεκδοχήν, ut si dicas *movetur caput.* Sententia est: Veluti mimus alio motu utitur, cum agit Satyrum lascivum et levem, et alio, cum agit Cyclopa vastum et agrestem, sic et poeta alio modo hunc, illum describit, ut utriusque naturae decorum servet. [*Praetulerim*] ex persona sua stultitiam nonnullorum arguit, qui malunt haberi stulti et deliri, dum ita hebeti ingenio

bus. [*Beabit*] ornabit. [*Levabit*] tollet aut amputabit aut extollet. [*Ludentis speciem dabit*] ita me carmen afficiet, ut auditor lusisse, non laborasse videatur. [*Et torquebitur*] ita *torquebitur* et fatigabitur, ut Pantomimus, qui nunc tonsus Satyri, nunc Polyphemi Cyclopis conatur imitari personam. [*Praetulerim scriptor*] mallem, inquit, stultus esse et

Quam sapere et ringi. Fuit haud ignobilis Argis,
Qui se credebat miros audire tragoedos
In vacuo laetus sessor plausorque theatro;
Cetera qui vitae servaret munia recto
More, bonus sane vicinus, amabilis hospes,
Comis in uxorem, posset qui ignoscere servis
Et signo laeso non insanire lagenae,
Posset qui rupem et puteum vitare patentem.
Hic ubi cognatorum opibus curisque refectus

taeuschet. — *fallant*, lateant scilicet me ignarum. — v. 128. Verbo *ringi* Iahnius signum interrogationis apposuit. — *Fuit haud ignobilis Argis.* Idem, quod hîc Horatius narrat, de cive Abydeno refert Aristoteles de *Mirabilibus: λέγεται δέ τινα ἐν Ἀβύδῳ παρακόψαντα τῇ διανοίᾳ καὶ εἰς τὸ θέατρον ἐρχόμενον ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας θεωρεῖν, ὡς ὑποκρινομένων τινῶν, καὶ ἐπισημαίνεσθαι· καὶ ὡς κατέστη παρακοπῆς, ἔφησεν ἐκεῖνον αὐτῷ χρόνον ἥδιστα βεβιῶσθαι.* Lucianus in libr., cui inscriptum est: *πῶς δεῖ ἱστορίαν συγγράφειν*, Abderitis huiusmodi fere morbum quondam accidisse scribit. Athenaeus lib. XII. narrat, Thrasylaum quemdam Axoneum ab atra bili ita fuisse affectum, ut existimaret, naves omnes, quae in Pyraeeum appellerentur, suas esse, quamdiuque eo morbo laborarit, iucundissime vixisse, posteaquam autem opera medici sanus factus fuerit, dixisse, nunquam sibi in tota vita melius fuisse, quam quum insanus esset. Ita Horatius significat, errorem mentis nobis iucundum esse. — v. 132. *bonus vicinus*, qualis apud antiquos magno in honore erat. — *amabilis* = suavis. — v. 133. *posset qui ignoscere servis*, nam qui hoc potest, mitis ac lenis est, qui non potest, durus: Serm. I, 3, 80. — v. 134. *Et signo laeso non insanire lagenae*, i. e. (ut Lamb. plurimique vett. intpp. explicant) qui furenter non irasceretur, quum lagenam a se obsignatam comperisset a servis esse resignatam. Solebant veteres (et hucusque solent recentiores) lagenas plenas obsignare, ne a servis furtim exhaurirentur. — *insanire*, usque ad insaniam irasci. — v. 136.

sint, ut non advertentes sua errata delectentur suo poemate et decepti putent illud rectum, quam ita sapere et cognoscere errores, ut corrodantur ira et anxietate, dum illos considerant et emendare posse desperent. Cupiunt denique esse similes cuidam Argivo, qui quidem cum in reliquis rebus agendis non esset insipiens, tamen in hoc uno desipiebat. Veniens enim in theatrum, ubi nulli ludi, nulli spectatores essent, putabat se videre ludos et histriones illos agentes. [*Cetera munia*] i. e. munera. Nam in vita degenda poterat servare officia, si non illa recta, quae Stoici catorthoma appellant, saltem mediocria. [*Non insanire*] non minus irasci servis, si, ut vinum educerent ad potandum, signum in lagena ab eo impres-

meis carminibus malis delectari quam legendo sapiendoque cruciari. [*Fuit haud ignobilis Argis*] vetuste pro Argivis. Et facete simul accommodat exemplum, quo ostendit, quam sit secura dementia. [*Qui se credebat*] bene *credebat.* Non enim audiebat et pulchre additum. Mireris, ut non in eo tantum errore sit, quod se audire credebat, sed etiam quid videre. [*Cetera qui vitae servaret munia*] hoc dicit in aliis rebus illum non fuisse dementem. [*Bonus sane vicinus*] commoda occasione percurrit officia boni patrisfamilias. [*Et signo laeso*] satirice, tanquam hoc multi faciant. [*Posset qui rupem*] superius quasi sanum describebat, hîc

Levabit cultu, virtute carentia tollet,
Ludentis speciem dabit et torquebitur, ut qui
Nunc Satyrum, nunc agrestem Cyclopa movetur.
Praetulerim scriptor delirus inersque videri,
Dum mea delectent mala me vel denique fallant,

---

modum autem hîc *compescere* usurpatur, ita *coercere* Epist. ad Pis. v. 293. — *nimis aspera tollet*, i. e. inculta et horrida. — v. 123. *Levabit*, nitida et plana efficiet. Comm. Cruq. Neque aliter Lambinus *sano cultu* interpretatur: ut tamen hic cultus eave perpolitio non detrahat eis nervos et sanitatem; nam, ut idem ait Epist. ad Pis. v. 26.: *sectantem levia nervi Deficiunt animique.* — *virtute carentia*, sunt *versus*, quos poeta ipse (Epist. ad Pis. v. 445.) *inertes* dixit. — *tollet*, delebit, ut Serm. I, 4, 11. — v. 124. *Ludentis speciem dabit* etc. speciem prae se feret hominis parum laboriose scribentis, ita ut, qui legat, speret se eodem modo scripturum, verum tamen et ille multum in scribendo studii atque operae ponet et, quisquis eum aemulabitur, quum experiri coeperit, inanem operam sumet. Ab his non discrepant illa, quae sunt in Epist. ad Pis. v. 240.: *Ex noto fictum carmen sequar, ut sibi quivis Speret idem, studet multum, frustraque laboret Ausus idem.* — v. 125. *moveri*, saltare, ut infr. in Epist. ad Pis. v. 232.: *Vt festis matrona moveri iussa diebus.* Vid. Serm. I, 5, 63. Vossius ad Virg. Ecl. V, 73. qui *saltationem satyricam* interpretatur rhythmicam imitationem gestuum eorum et saltatuum ad Bacchi cultum pertinentem. *Wielandius* ad hunc locum haecce notatu digna adscripsit: „Das Tertium comparationis liegt, denke ich, bloss in der *Leichtigkeit*, womit ein Pantomime, wie *Pylades*, bald einen Satyr, bald einen Kyklopen — zwei einander sehr entgegengesetzte Charaktere — durch seine Bewegungen darzustellen weiss. Der plumpe, bäurische, ungelenksame Kyklop scheint ihm eben so leicht zu werden, als der naiv schalkhafte, muthwillige, leichtfüssige Satyr, wiewol ihm jener ungleich mühsamer wird.“ — v. 126-128. *Praetulerim — ringi.* Quae verba *Mitsch.* bene explicat in Racem. Venus. Fasc. IV. pag. 4.: Poetae *deliro*, h. e. ingenio destituto eidemque *inerti*, cuius versus nulla arte sunt compositi (fere ut *inculti* et *male nati* Choerili Epist. II, 1, 233.) opponitur *sapiens* et ingenio et arte praecellens; tum ille delectatur malis suis versibus, hic autem bonis suis *ringitur*, offenditur iis tanquam parum probis. Ceterum omnia ista non ab insulso aliquo poeta dici, sed ex ipsius Horatii sensu, quamquam non serio, proferri, manifestum est. — Vossius: *Moeg' ich scheinen vielmehr ein verrückter und alberner Schriftling, Wenn nur mich mein Schofel belustiget oder doch*

---

tollet et ut inculta rura cultu mitiora redduntur, sic asperiora, quae sunt in versu, artificio lenientur. [*Ludentis speciem dabit*] nam ut ille, qui ludit, varios affert motus, sic poeta, ut servet decorum, accomodat verba et sententias personis, quas inducit. [*Movetur satyrum*] veluti per συνεκδοχήν, ut si dicas *movetur caput.* Sententia est: Veluti mimus alio motu utitur, cum agit Satyrum lascivum et levem, et alio, cum agit Cyclopa vastum et agrestem, sic et poeta alio modo hunc, illum describit, ut utriusque naturae decorum servet. [*Praetulerim*] ex persona sua stultitiam nonnullorum arguit, qui malunt haberi stulti et deliri, dum ita hebeti ingenio

bus. [*Beabit*] ornabit. [*Levabit*] tollet aut amputabit aut extollet. [*Ludentis speciem dabit*] ita me carmen afficiet, ut auditor lusisse, non laborasse videatur. [*Et torquebitur*] ita *torquebitur* et fatigabitur, ut Pantomimus, qui nunc tonsus Satyri, nunc Polyphemi Cyclopis conatur imitari personam. [*Praetulerim scriptor*] mallem, inquit, stultus esse et

Quam sapere et ringi. Fuit haud ignobilis Argis,
Qui se credebat miros audire tragoedos
In vacuo laetus sessor plausorque theatro;
Cetera qui vitae servaret munia recto
More, bonus sane vicinus, amabilis hospes,
Comis in uxorem, posset qui ignoscere servis
Et signo laeso non insanire lagenae,
Posset qui rupem et puteum vitare patentem.
Hic ubi cognatorum opibus curisque refectus

---

taeuschet. — *fallant*, lateant scilicet me ignarum. — v. 128. Verbo *ringi* Iahnius signum interrogationis apposuit. — *Fuit haud ignobilis Argis.* Idem, quod hîc Horatius narrat, de cive Abydeno refert Aristoteles de *Mirabilibus: λέγεται δέ τινα ἐν Ἀβύδῳ παρακόψαντα τῇ διανοίᾳ καὶ εἰς τὸ θέατρον ἐρχόμενον ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας θεωρεῖν, ὡς ὑποκρινομένων τινῶν, καὶ ἐπισημαίνεσθαι· καὶ ὡς κατέστη παρακοπῆς, ἔφησεν ἐκεῖνον αὐτῷ χρόνον ἥδιστα βεβιῶσθαι.* Lucianus in libr., cui inscriptum est: *πῶς δεῖ ἱστορίαν συγγράφειν*, Abderitis huiusmodi fere morbum quondam accidisse scribit. Athenaeus lib. XII. narrat, Thrasylaum quemdam Axoneum ab atra bili ita fuisse affectum, ut existimaret, naves omnes, quae in Pyraeeum appellerentur, suas esse, quamdiuque eo morbo laborarit, iucundissime vixisse, posteaquam autem opera medici sanus factus fuerit, dixisse, nunquam sibi in tota vita melius fuisse, quam quum insanus esset. Ita Horatius significat, errorem mentis nobis iucundum esse. — v. 132. *bonus vicinus*, qualis apud antiquos magno in honore erat. — *amabilis* = suavis. — v. 133. *posset qui ignoscere servis*, nam qui hoc potest, mitis ac lenis est, qui non potest, durus: Serm. I, 3, 80. — v. 134. *Et signo laeso non insanire lagenae*, i. e. (ut Lamb. plurimique vett. intpp. explicant) qui furenter non irasceretur, quum lagenam a se obsignatam comperisset a servis esse resignatam. Solebant veteres (et hucusque solent recentiores) lagenas plenas obsignare, ne a servis furtim exhaurirentur. — *insanire*, usque ad insaniam irasci. — v. 136.

---

sint, ut non advertentes sua errata delectentur suo poemate et decepti putent illud rectum, quam ita sapere et cognoscere errores, ut corrodantur ira et anxietate, dum illos considerant et emendare posse desperent. Cupiunt denique esse similes cuidam Argivo, qui quidem cum in reliquis rebus agendis non esset insipiens, tamen in hoc uno desipiebat. Veniens enim in theatrum, ubi nulli ludi, nulli spectatores essent, putabat se videre ludos et histriones illos agentes. [*Cetera munia*] i. e. munera. Nam in vita degenda poterat servare officia, si non illa recta, quae Stoici catorthoma appellant, saltem mediocria. [*Non insanire*] non minus irasci servis, si, ut vinum educerent ad potandum, signum in lagena ab eo impres-

meis carminibus malis delectari quam legendo sapiendoque cruciari. [*Fuit haud ignobilis Argis*] vetuste pro Argivis. Et facete simul accommodat exemplum, quo ostendit, quam sit secura dementia. [*Qui se credebat*] bene *credebat.* Non enim audiebat et pulchre additum. Mireris, ut non in eo tantum errore sit, quod se audire credebat, sed etiam quid videre. [*Cetera qui vitae servaret munia*] hoc dicit in aliis rebus illum non fuisse dementem. [*Bonus sane vicinus*] commoda occasione percurrit officia boni patrisfamilias. [*Et signo laeso*] satirice, tanquam hoc multi faciant. [*Posset qui rupem*] superius quasi sanum describebat, hîc

Expulit helleboro morbum bilemque meraco,
Et redit ad sese, Pol! me occidistis, amici,
Non servastis, ait, cui sic extorta voluptas
Et demptus per vim mentis gratissimus error.
Nimirum sapere est abiectis utile nugis
Et tempestivum pueris concedere ludum,
Ac non verba sequi fidibus modulanda Latinis,
Sed verae numerosque modosque ediscere vitae.
Quocirca mecum loquor haec tacitusque recordor:

---

refectus, recreatus, ad sanitatem iterum reductus. — v. 137. *Helleborum*, Veratrum = *Niesewurz.* Helleborus albus ad vomendum, niger ad corpus purgandum dabatur. Vid. Cels. lib. II. cap. 13. *de Vomitu*, ubi praescribitur helleboro ad insaniam curandam utendum esse. — *meraco*, i. e. puro et solo. Eodem fere sensu Serm. II, 3, 82. dixit: *hellebori multo pars maxima.* — v. 138. *Et redit ad sese*, recipit mentem, ut nos dicere solemus: *wieder zu sich kommen*, Gr. *εἰς ἑαυτὸν ἐλθών.* — *occidistis*, infelicissimum reddidistis, quemadmodum comici *occidere* et *enecare* dicunt. Vid. Epist. ad Pis. v. 467.: *Invitum qui servat, idem facit occidenti.* — v. 140. *mentis gratissimus error.* Sic Sophocl. in Aiace v. 552 sq.: *ἐν τῷ φρονεῖν γὰρ μηδὲν ἥδιστος βίος. Τὸ μὴ φρονεῖν γὰρ κάρτ᾽ ἀνώδυνον κακόν.* — v. 141-142. Verborum structura haec est: *Nimirum utile* (satius) *est sapere et concedere pueris tempestivum ludum abiectis nugis.* De *nugis* cf. ad Epist. I, 19, 42. significat *res ludicras*, vid. Epist. I, 1, 10. — v. 143. *verba sequi* = sectari, quaerere, petere aliquid tanquam finem, operam dare alicui rei. — v. 144. *verae numeri modique vitae* idem est, quod Serm. II, 4, 95. *vitae praecepta beata* dixit. — v. 146. Duabus similitudinibus docet, nimium pecuniae studium eo esse fugiendum, quia, aucta pecunia, non minuatur eius cupiditas, sed propagetur potius et amplificetur. Vid. Plutarch. *de cupiditate divitiarum: Ἀρίστιππος γὰρ εἰώθει λέγειν, ὅτι πολλὰ μέν τις ἐσθίων, πολλὰ δὲ πίνων, πληρούμενος δὲ μηδέποτε, πρὸς τοὺς ἰατροὺς βαδίζει*

---

sum aperiendo laesissent. Dixit autem non insanire, satirice, tanquam si dicat esse multos, qui ab huiuscemodi ira non facile possint abstinere. [*Meraco*] i. e. mero quasi valido et potenti. [*Nimirum sapere est*] sententia est, sapientem enim esse, qui carmina et haec puerilia concedant iuniori aetati, ipse autem quaerat, non quo pacto moduletur carmina, sed moduletur actiones verae vitae, ut nihil nobis in ea dissonet, sed omnia secundum decorum corre-

ergo quasi leviter insanum. [*Meraco*] multo et crasso, utpote contra tantam dementiam. [*Redit ad sese*] sanus factus est. [*Pol! me occidistis, amici*] adeo securius est insanire, quam sapere. [*Cui sic extorta voluptas*] mire non morbus, sed voluptas. [*Mentis gratissimus error*] illo scilicet pertinet, quod malis suis homines non solum non dolent, sed etiam delectantur. Vnde illud Graecum . . . . . (Signum * lacunae hic reperitur in Edit. Basil. ā. MDLV.) [*Nimirum sapere est abiectis utile nugis*] commemoratis omnibus incommodis in arte poetica constitutis, illud concludit, esse melius studere sapientiae, i. e. philosophiae. Ordo est: *Nimirum abiectis nugis utile est sapere et concedere pueris tempestivum ludum*, i. e. artem poeticam. [*Tempestivum pueris*] opportunum, congruum. *Pueris* autem aetate pueris. [*Ac non verba sequi fidibus modulanda Latinis*] ac non eam partem musicae, cuius cantilena et

Si tibi nulla sitim finiret copia lymphae,
Narrares medicis: quod, quanto plura parasti,
Tanto plura cupis, nulline faterier audes?
Si vulnus tibi monstrata radice vel herba
Non fieret levius, fugeres radice vel herba
Proficiente nihil curarier: audieras, cui
Rem Dî donarent, illi decedere pravam
Stultitiam; et quum sis nihilo sapientior, ex quo
Plenior es, tamen uteris monitoribus îsdem?

καὶ πυνθάνεται, τί τὸ πάθος καὶ τίς ἡ διάθεσις καὶ πῶς ἂν ἀπαλλαγείη; εἰ δέ τις ἔχων πέντε κλίνας, δέκα ζητεῖ· καὶ κεκτημένος δύο τραπέζας, ἑτέρας συνωνεῖται τοσαύτας καὶ χωρίων πολλῶν παρόντων καὶ ἀργυρίου οὐ γίνεται μεστός, ἀλλὰ ἐπ᾽ ἄλλα συντέταται καὶ ἀγρυπνεῖ καὶ ἀπλήρωτός ἐστι πάντων, οὗτος οὐκ οἴεται δεῖσθαι τοῦ θεραπεύσοντος καὶ δείξοντος, ὑφ᾽ ἧς αἰτίας τοῦτο πέπονθεν. — v. 147-148. *quanto — Tanto.* Exprimit avaritiam, de qua vid. not. ad Carm. II, 2, 13 sqq. III, 16, 17-18. 28. 42. 24, 62. Serm. I, 1, 39. II, 3, 142. Epist. I, 6, 34. — v. 149-154. Comm. Cruq.: Sensus est: Si herba tibi monstrata aut radix non sit utilis curando vulneri, eam despicis et fugis: cur divitias et opes similiter non fugis, quando eas sentis non modo non pellere, sed etiam augmentare curas animi nihilque conferre ad bene et beate vivendum. — *Non fieret levius*, sanius, ut Epod. XI, 17.: *fomenta vulnus nil levantia.* — *fugeres curarier*, i. e. nolles, recusares, ut saepius eadem structura Carm. I, 9, 13.: *Quid sit futurum cras, fuge quaerere.* Carm. II, 4, 22.: *fuge suspicari.* — *donarent*, lectio vulgata, pro qua in nonnullis mss. legitur: *donarant, donarunt*; quod Bentl. corrigens scripsit: *donarint.* Lectionem vulgarem bene hisce defendit *Hunterus:* si sententia per tempus praesens efferatur, oratio recte procedet, sive *donent* sive *donarint* adhibeamus. Vbi vero, ut hîc, effertur per praeteritum, recta et consueta temporum consecutio vel *donarent* vel *donassent* postulat. „*Audisti, cui Rem Dî* { *donent* / *donarint* }, *illi decedere pravam stultitiam. Audieras, cui Rem Dî* { *donarent* / *donassent* }, *illi decedere pravam stultitiam.*“ His verbis una eademque sententia continetur, nec minima quidem differentia inter exemplum prius et posterius est, nisi quod priore

---

spondeant. [*Si tibi*] quemadmodum a medico remedium peteres, si nullis poculis sitim sedare posses, sic cum nimis cupiditatibus et reliquis animi per-

modi nunquam vitae concordant, in his enim altior quaedam scientia musicae disciplinae. [*Si tibi nulla sitim*] haec verba Horatii secum loquentis, quasi cum alio. Si tibi, inquit, gratior sitis bibendo fieret, referres ad medicos et indicares, sic alibi: *Crescit indulgens sibi dirus hydrops.* [*Si vulnus tibi*] si quis tibi, inquit, herbam aut radicem ostendisset, tanquam utilem vulneri tuo, tuque eam expertus inutilem comperisses, non utique utereris. Cur igitur divitias cupis, quas adquirendo didicisti nihil conferre ad sapienter beateque vivendum? Quando quod dives factus, nihilominus stultus es, quam antea cum pauper esses. [*Audieras, cui Rem dî donarent*] hoc dicit, ideo divitias appetisti, quod audieras te stultitia cariturum, cum dives esses. Postquam dives ad sapientiam nihil promovisti, ne copias facultatesque secteris, sed adhuc audis opulentiae lauda-

At si divitiae prudentem reddere possent,
Si cupidum, timidumque minus te; nempe ruberes,
Viveret in terris te si quis avarior uno.
Si proprium est, quod quis libra mercatur et aere,
Quaedam, si credis consultis, mancipat usus;
Qui te pascit ager, tuus est, et villicus Orbi,
Quum segetes occat tibi mox frumenta daturas,
Te dominum sentit. Das nummos, accipis uvam,
Pullos, ova, cadum temeti: nempe modo isto
Paullatim mercaris agrum, fortasse trecentis
Aut etiam supra nummorum millibus emptum.

---

oratio ad tempus *praesens* accommodata est, in posteriore ad tempus
praeteritum. Pro lectione vulgata stat ipse poetarum princeps, Virg.
Aen. I, 20.: *Audierat, Tyrias olim quae verteret arces.* — *Plenior*,
sc. divitiarum, locupletior. — v. 156. *nempe*, de qua particula vid. nos
in prodromo ad Serm. I, 10. pag. 112. — *ruberes = du müsstest dich
schaemen.* — v. 159. *consultis*, i. e. iuris consultis. — *mancipat usus*,
i. e. manu tradit, in alterius dominium transfert. — *usus*, usucapio. —
v. 161. *occare*, i. e. comminuere, ne sit gleba, quod ita occidunt, *occare*
dicunt, quemadmodum Varro de R. R. I, 19. hoc verbum interpretatur. —

---

turbationibus labores, medicinam debes a philosophia petere. [*Libra et
aere*] verba iuris consultica. Venditio enim firmatur, cum per libram ex-
pensa pecunia penes ipsum pretium esse ostenditur. Vnde libripens huius-
cemodi testificationibus adhiberi solet. De qua consuetudine latius apud
Plinium invenies. [*Mancipat usus*] quem ipsi iurisconsulti usucapionem
appellant. [*Qui te pascit ager*] ostendit nihil interesse, utrum emas tibi
in dies, quae pertinent ad victum, an ex agris tuis proveniant; nam etiam
ea, quae ex agris tuis percipis, a te emuntur. Sed datum est pretium
olim, cum agrum emisti. [*Occat*] iactum semen in agro matris opperit.
[*Te dominum sentit*] nam si Orbius ille, cuius est ager, vendet tibi fru-

tores, quibus iam semel credendo deceptus es. [*At si divitiae pruden-
tem reddere possent*] Si, inquit, divitiae reddere te prudentem possent,
te a quovis quaestuoso vinci, pudore afficereris et avarior te nullus es-
set, quippe cum praesertim et minus cupidos et minus timidos homines
faciant, si modo id verum esset. [*Viveret in terris te si quis avarior
uno*] erubesceres, ait, si te quisquam esset avarior, ideo sapientior, si
quidem opes sapientiam daturae essent. [*Si proprium est, quod quis
libra mercatur et aere*] dicit quidquam proprium, quod quis libra merca-
tur. Quasi possideant nihil praeter usum fructum, quem nos capere de-
bemus, mireque ait inter nos et nihil possidentes nihil distare, nisi quod
illi sine cura alantur. [*Si credis consultis*] deest, ut sit ordo et sensus:
Si proprium, quod quis libra mercatur et aere. Verba sunt iuris, qui-
bus omnis emptio confirmatur, cum per libram expensa pecunia, per aes
ipsum pretium demonstratur. Vnde et libripens huiusmodi testificationis
adhiberi solet. [*Mancipat usus*] h. e. usus possessorem facit. [*Qui te
pascit ager, tuus est, et villicus Orbi*] cuius non tu, sed Orbius videa-
tur esse possessor. [*Das nummos*] ut ille, cuius ager est, pro toto de-
dit, ita tu pro eius usu fructu. [*Temeti*] vini, quod temperet mentem.
Vnde temulenti dicuntur prima syllaba producta. [*Paulatim mercaris
agrum*] *paulatim*, quia per partes, pretio fortasse trecentorum aut etiam

Quid refert, vivas numerato nuper an olim?
Emptor Aricini quondam Veientis et arvi
Emptum cenat olus, quamvis aliter putat; emptis
Sub noctem gelidam lignis calefactat ahenum;
Sed vocat usque suum, qua populus adsita certis
Limitibus vicina refugit iurgia: tamquam
Sit proprium quidquam, puncto quod mobilis horae
Nunc prece, nunc pretio, nunc vi, nunc morte suprema

---

v. 166-174. Sensum et nexum horum versuum *Doer.* ita constituit: Quid
refert, utrum pro frugibus, quibus vesceris, nuper an olim pecuniam nu-
meraveris? Is enim, qui non nuper, sed (*quondam*) olim agrum vel
prope Ariciam (oppidum trans montem Albanum) vel prope Veios (oppi-
dum Etruriae) situm emit, pariter ac tu emptum olus, quamvis rem ali-
ter sibi fingit, coenat, et empto ligno abenum calefactat; at idem tamen,
in agrum suum usque ad arborem terminalem prospiciens, *haec mea sunt*,
ait, tanquam quidquam proprium et perpetuum sit etc. — *Vossius* versum
centesimum sexagesimum sextum ita interpretatur: *Was macht's, lebst
du von neulich Bezahletem oder von ehemals?* — v. 167. *Emptor Ari-
cini quondam*, i. e. is, qui emit *quondam* arvum Aricinum etc. — v. 168.
quamvis aliter (se non emisse) *putat*. Hor. Epod. II, 45.: *Dapes in-
emptas apparet.* Virg. Georg. IV, 132.: *seraque revertens nocte do-
mum dapibus mensas onerabat inemptis.* — v. 169. *ahenum*, olla. —
v. 170. *Sed vocat usque suum.* Comm. Cruq.: usque ad eum locum,
ubi populus arbor sita etc. — Non raro, inquit *Doer.*, pro lapidibus ter-
minalibus arbores terminos agri definire et constituere solebant. Virg.
Ecl. IX, 9.: *Vsque ad aquam et veteres, iam fracta cacumina, fagos.*
— *refugit*, ἀοριστῶς, ut Grammatici dicunt, = evitavit, evitare fecit,
prohibuit. — *iurgia* = lites = *Streitigkeiten*, quales saepe existere
solent, si de meo ac tuo agitur. — v. 172. *proprium*, perenne, perpetuum,
aeternum. Serm. II, 6, 5.: *nisi ut propria haec mihi munera faxis.*
— *puncto horae*, ut Serm. I, 1, 7-8.: *horae Momento cita mors venit
aut victoria laeta.* — v. 173. *prece*, donatione; *pretio*, venditione; *vi*,

---

mentum, iam ille ager tuus esse videtur; nam si das nummos villico et
accipis ex agro pullos, ova, vinum, uvam, tu paulatim mercaris illum.
[*Paulatim*] quasi dicat maiori tuo commodo. [*Emptum coenat olus*]
Is enim, qui olera et reliqua ex agro, quem olim emit, cenat, emit ille
olus, quamvis non ita putet. [*Sed vocat*] stultitia nostra facit, ut illa,

commodius tu emis, quam illi emptus esset, qui possidet; nam ille se-
mel pretium solvit, trecenta millia vel quadringenta, tu minutatim et pro
arbitrio tuo. [*Quid refert vivas numerato*] quid interest, inquit, utrum
paulo ante, an olim numeravit pretium, dum vivas eodem modo, quo ille,
qui comparavit? Si emptio facit dominum, emisti: si usus, frueris; si
tempus, nihil iure distat, olim an nuper emas, dum emendi potestas sit.
[*Emptum cenat olus*] licet se putet inemptis oleribus et lignis posses-
sor uti, emptis tamen utitur, sed falsum putat. [*Sed vocat usque suum*]
ad limitem certum, quasi quidquam semper nostrum sit, quod multis do-
minis possessorem commutat. [*Qua populus adsita*] ad eam partem,
qua populus arbor sit, quae vitatione talis certaminis indicat fines certos
et cum vicino iurgia vitare facit. Sic Virg.: *Vsque ad aquam et vete-
ris iam fracta cacumina fagi.* Et ordo et sensus: *Vsque ad eum lo-
cum, prope quem populus adsita certis limitibus iurgia vicina refugit.*
[*Puncto quod mobilis horae*] i. e. perfacili et cito. [*Nunc prece, nunc*

Permutet dominos et cedat in altera iura.
Sic, quia perpetuus nulli datur usus, et heres
Heredem alterius velut unda supervenit undam,
Quid vici prosunt aut horrea, quidve Calabris
Saltibus adiecti Lucani, si metit Orcus
Grandia cum parvis, non exorabilis auro?
Gemmas, marmor, ebur, Tyrrhena sigilla, tabellas,
Argentum, vestes Gaetulo murice tinctas
Sunt, qui non habeant, est qui non curat habere.
Cur alter fratrum cessare et ludere et ungi
Praeferat Herodis palmetis pinguibus, alter

---

iniuria; *morte*, hereditate. — v. 174. *cedat*, abeat, transeat; *in altera iura*, alterius iura. — v. 175-77. *vici* = *Landgüter*. — v. 178. *Saltibus*, pascuis. — *adiecti*, continuati. — v. 179. *non exorabilis auro*, qui nullo auro soluto exorari potest. Pariter dixit Carm. II, 3, 24.: *nil miserans Orcus*. Carm. II, 18, 34.: *nec satelles Orci Callidum Promethea Revexit auro captus*. Carm. II, 14, 6.: *illacrymabilis Pluto*. — v. 180. De *gemmis*, *marmore*, *ebore*, *sigillis Tyrrhenis* fusius in *Lexico Horatiano* suo tempore a nobis edendo dicturi sumus. — *tabellae*, tabulae pictae = *Gemaelde*. — v. 181. *Argentum*, cf. *Lex. Hor.* sub h. v. — Quod *vestes Gaetulo murice tinctas* adtinet, cf. not. ad Carm. II, 16, 35. — v. 183. *cessare*. Comm. Cruq.: otiari et iucunde vivere. — *ludere* = lascivire, iocari, ut Carm. IV, 13, 4. — *ungi*. Cf. Carm. II, 11, 15-16.

---

quae sunt adtributa nobis certis terminis, qui lites inter nos et vicinum prohibent, nostra esse credamus. Sed nihil alicuius proprium esse potest, quod illi vel precibus vel pretio vel vi vel morte auferri potest. *Proprium* enim definiunt id esse, quod uni soli et semper competit. [*Sic quia perpetuus*] stultitiam summam esse concludit, cum nihil nobis perpetuum esse possit, velle multa possidere. [*Orcus*] pro morte posuit, quae inexorabilis est. [*Tyrrhena sigilla*] statuas in Tyrrhenia, i. e. Etruria fabrefacta. [*Sigillum*] parvum signum. Plinius autem signa Tuscanica ponit, quae in Etruria factitata sunt. [*Tabellas*] picturas. [*Herodis pal-*

pretio] collegit, quot modis dominia adquirantur. [*In altera iura*] in alterius potestatem. [*Sic quia perpetuus*] est ex iure, sententiae tenor; iamdudum hic etiam et hoc significat. Si emptio vel usucapio ad legitimam possessionem neminem inducere potest, quis non hoc iure omnem agrum suum esse possit credere? Si vero nullus perpetuus possit haberi fructus de rebus quaesitis, sed temporalis vicissitudo servetur inter homines, nihil prodesse vineis aut horreis aut saltibus plurimis dominum fieri hominem, scilicet quod moriturus sit dives eadem sorte, qua pauper. [*Velut unda supervenit undam*] ut fluctus super se invicem veniunt, cum ex immenso volvuntur mari. [*Calabris*] fructuosis. Est enim Calabria praeter ceteros reditus, etiam rei pecuariae et lanarum mollium ferax, item Lucania. [*Saltibus*] latifundiis porrectis per plurimos montes. [*Si metit Orcus*] amputat et est translatio a segete. [*Tyrrhena sigilla*] Tuscana. Apud veteres Tusci primo in Italia signa de marmore posuerunt. [*Gaetulo murice tinctas*] Afro ac per hoc Mauro. Significat enim purpuram Girbitanam. [*Sunt, qui non habeant*] ac per hoc desiderent. [*Est, qui non curat habere*] sed prior ille inops videtur, quem cupiditas torquet. [*Cur alter fratrum*] Ordo est: *Cur alter fratrum cessare et lu-*

Dives et importunus ad umbram lucis ab ortu
Silvestrem flammis et ferro mitiget agrum,
Scit Genius, natale comes qui temperat astrum,
Naturae Deus humanae, mortalis in unum-
quodque caput, vultu mutabilis, albus et ater.
Vtar et ex modico, quantum res poscet, acervo

Epod. XIII, 9. Carm. II, 3, 13. 7, 21. III, 1, 44. — v. 184. *Palmetum* locus palmis consitus, quemadmodum *myrtetum* myrtis, *quercetum* quercubus, *salictum* s. *salicetum* salicibus etc. *Herodes Magnus*, rex Iudaeae, qui, uti pater eius Antipater, primum procuratoris nomine a Iulio Caesare adiunctus erat Hyrcano II., Iudaeorum principi, ita postea ab Antonio, ā. 41 ante Chr. Nat., tetrarchae titulo et dignitate ornatus cum fratre Phasaëlo sic, ut hic Hierosolymis, Herodes Galilaeae praeficeretur. Regno autem depulsus Romam aufugit. Pugna ad Actium commissa ad Octavianum transiit, a quo regnum Herodi confirmatum est. Historiam illius breviter narrat *Chr. Abr. Wahl* in Clave Novi Testamenti philologica. — v. 185. *importunus*, i. e. nulla opportunitate servata, irrequietus, dum voti compos fiat. — *ad umbram — ab ortu*, ab solis ortu usque ad eius occasum, per diem solidum. — v. 186. *agrum mitigare*, agricultura enim agrum ferum efficit mitem ac frugiferum. — *ferro*, aratro. — v. 188. *mortalis in unumquodque caput*. Vossius: *absterbend für jedes Einzelne Haupt*. — v. 189. *albus et ater*, i. e. prosper et adversus, ira-

---

metis] Herodes Iudaeorum rex fuit. Verum, ut ait Plinius, palmae gloria Iudaea inclita est. [*Flammis*] nam, ut ait Maro, *saepe etiam steriles incendere profuit agros*. [*Genius*] naturae deus est. Platonici enim (ut ait Apul. de daemonio Socratis) Daemonas, quos Genios et Lares possumus appellare, ministros deorum arbitrantur, custodesque hominum et interpretes, si quid a diis velint. Ergo qui melioris meriti in corpore sunt nostro, Genii dicuntur. Corpori renunciantes *lemures*. Tum si domos incursionibus infestarent, *larvae* appellabantur. Contra, si boni fuerint, *Lares* familiares. Sententia ergo sit, ut diversitatem ingenii duorum fratrum inter se cognoscat ipse Genius comes ipsius hominis. [*Qui temperat*] i. e. regit. [*Astrum naturae*] i. e. influxum provenientem ab astro, quod nobis nascentibus praefuit. [*Mutabilis vultu quodq. caput*] quia quot homines, tot ingenia. [*Vultu*] ipsis animi affectibus, qui in vultu apparent. [*Albus*] propter virtutes. [*Et ater*] propter vitia. [*Vtar*] ex

dere praeferat pinguibus palmetis Herodis: alter dives silvestrem agrum flammis et ferro mitiget, scit Genius, natale comes qui temperat astrum. [*Genius natale astrum temperat*] et est naturae deus humanae. Hoc autem dicit: Cur diversi sint homines voluntate, non curo equidem; scit enim hoc Genius, qui fortis naturae deus habetur. Verum ut parcam rebus partis, non me defraudabo metuens, quid de me heres sentiat et utrum me mortuum vituperet. Et hic *heredem* captatorem significat, non agnatum. [*Alter fratrum*] bene *fratrum*. Haec res enim facit, ut mirum sit, dissimiles esse. [*Herodis palmetis pinguibus*] Herodes in Syria Phoenice, rex Iudaeorum, per cuius *palmeta* magnas divitias significat. [*Importunus*] sine portu ac requie, h. e. avarus, quod significat dicendo. [*Ad umbram lucis ab ortu*] h. e. a mane usque ad vesperam. [*Silvestrem flammis et ferro mitiget agrum*] officium est agricolae non quiescentis et avare spem in futuros redditus intenti. [*Scit Genius, natale comes qui temperat astrum, nat.*] hoc secundum id quidem, propter quod putant homines vel εὐδαίμονας vel κακοδαίμονας dici, quia daemon Genius intelligitur. [*Vultu mutabilis*] et tam dispar, quam sunt inter se homi-

Tollam, nec metuam, quid de me iudicet heres,
Quod non plura datis invenerit; et tamen idem
Scire volam, quantum simplex hilarisque nepoti
Discrepet et quantum discordet parcus avaro.
Distat enim, spargas tua prodigus, an neque sumptum
Invitus facias neque plura parare labores,
Ac potius, puer ut festis quinquatribus olim,
Exiguo gratoque fruaris tempore raptim.
Pauperies immunda domus procul absit: ego, utrum

---

tus et mitis. — v. 192. *non plura datis*, i. e. a me relictis heredi. — *simplex hilarisque* Vossius optime interpretatur: *der Einfachfrohe*, — v. 195. Interest, utrum tua perdas ac profundas luxuriosorum ac nepotum in morem, an libenter sumptum facias neque te quaerendi studio excrucies, sed potius, dum licet, iucunde vivas. Lamb. — v. 196. *plura*, sc. quam res poscit, quam necesse est, quam satis est, ut Epist. I, 10, 46.: *ubi plura Cogere quam satis est ac non cessare videbor.* — v. 197. *puer ut festis quinquatribus olim*, quondam. *Quinquatrus, uum* (quinque), dies festi in honorem Minervae, dicti ab eo, quod Galli hostes quinque dies Romam tenuerunt: Minervae ideo dicati, quia ingenio usi sunt Romani, nam clavis ornati senatores ante domos suas sederunt. Commentator Cruquii putat *quinquatres* (quae tamen forma dubitari potest) dictos quasi *quinque atros dies.* Sed vid. Gell. II, 21. Varro de L. L. Lib. V. pag. 55. ed. Bip. Festus pag. 1196-97. ed. Ald.: *Minervae dicatum eum diem existimant, quod eo die aedes eius Aventino consecrata est. Quinquatrus festivus dies dictus, quod post diem quintum Iduum celebraretur, ut triatrus et sexatrus* etc. Ceterum conf. Cic. ad Attic. IX, 12. Ovid. Fast. III, 810. Ibd. VI, 651. 694. Sueton. Vit. Aug. c. 71. Tacit. Ann. XIV, 4. Plaut. Mil. III, 1, 97. Cic. ad Div. XII, 25. Iuven. X, 115. — v. 198. *Exiguo — raptim.* ut Epod. XIII, 4.: *rapiamus, amici, occasionem de die.* — v. 199. *Pauperies*, vid. not. ad Carm.

---

persona sua describit, quo genere vitae utendum sit. Et inprimis iubet pellendam avaritiam et ambitionem. [*Plura datis*] scilicet mihi a parente, i. e. non relinquam plura, quam parens mihi reliquerit. [*Simplex et hilaris*] pro liberali posuit. *Simplex* igitur, a quo absit nimius luxus. [*Hilaris*] a quo absit tristitia avaritiae. [*Distat enim*] ita fugienda avaritia, ut non tamen admittatur prodigalitas. [*Quinquatribus*] sacra Minervae,

num vultus. [*Albus et ater*] proverbialiter, h. e. bonus et malus. Et *album* aut ad liberalem aut ad laetum redit, *atrum* ad sordidum et aerumnosum. Figura συνεκδοχή. [*Quod non plura datis invenerit*] quod non plus consequutus fuit ex meis, quam ipse in me impendit et congrue Horatius de se loquitur. Hic autem *heres* non legitimus, sed heredipeta. [*Et tamen idem Scire volam*] redit ad mediocritatem Peripateticorum et dicit ita se usurum bonis, ut non obliviscatur medium servandum esse, cum intersit inter hilarem et nepotem, parcum et avarum, quamvis parum considerantibus similes esse videantur. [*Distat enim spargas*] ostendit, quid distet inter supradictos. [*Festis Quinquatribus*] quinquatres a quinque diebus, qui dies ad ferias Minervae pertinent, propterea quod festae sollennitates eius deae per hoc spatium temporis celebrantur. Vt igitur pueri ludo intenti incessabiliter utuntur his feriis, ita tu, inquit, moriturus exiguo vitae tempore, raptim voluptatibus plurimis fruaris. [*Olim*] nunc, pro semper. [*Pauperies*] i. e. in pauperie egestas; nam paupertas etiam hone-

Nave ferar magna an parva, ferar unus et idem.
Non agimur tumidis velis Aquilone secundo:
Non tamen adversis aetatem ducimus Austris;
Viribus, ingenio, specie, virtute, loco, re
Extremi primorum, extremis usque priores.
Non es avarus: abi. Quid? cetera iam simul isto
Cum vitio fugere? Caret tibi pectus inani
Ambitione, caret mortis formidine et ira,

I, 1, 18. — *domus* casus genitivus esse videtur, nam *pauperiem domus immundam abesse* vult. — v. 200. *ego, utrum Nave ferar magna an parva.* Comm. Cruq.: Allegoria, h. e. utrum ex magnis reditibus vivam an parvis. Similiter paupertatem ac divitias descripsit Epist. I, 1, 92-93. Eandem sententiam pronuntiat Serm. I, 1, 49-50. — v. 201. *Aquilone secundo agi* = ventis navigare secundis. — *tumidis velis* rem s. imaginem auget. Persimili imagine utitur supr. Carm. II, 10, 23.: *sapienter idem Contrahes vento nimium secundo Turgida vela.* — v. 202. *aetatem ducere.* Ad hunc locum *Th. Schmidius* adnotavit, quae sequuntur: „steht nicht, wie Herr *Doering* meint, für *agere vitam*, so wenig als Virg. Aen. II, 641.: *Me si caelicolae voluissent ducere vitam*, sondern es bildet hier den Gegensatz von *agimur*. Wie das Schiff mit stark aufgeschwellten Segeln mehr der Willkür des Windes, als der Leitung des Steuermannes überlassen ist, so wird auch der durch die Gunst des Glükkes übermüthige Mensch mehr ein Spielball aeusserer Umstaende, von der tyrannischen Fortuna gegaengelt und getrieben (*agitur*), waehrend der in maessigen Glücksumstaenden Lebende meist Herr über sich selbst bleibt, der übermüthigen Fortuna die Spitze bietet, sein Lebensschiff selbst *lenkt*, und das Vorhandene ruhig geniesst." — v. 203. *loco*, statu, quo fungimur cum sodalibus viventes. — *re*, sc. familiari, ut sexcenties pro eo, quod nos dicere solemus: *Vermoegen.* — v. 204. Translationem a ludis gymnicis desumptam, quam supr. Serm. I, 1, 113-116. copiosius descripsit, hic versus denotat. — v. 205. *abi*, felix es, macte virtute = *bravo.* — *Quid? cetera iam simul isto Cum vitio fugere?* Vossius: *Doch was? auch die übrigen Fehler, sind sie mit jenem entflohn?* — v. 207. *Ambitio* nihil aliud est, quam immoderata cupiditas honorum et gloriae. Apte dicitur *inanis*, quod homo ambitiosus inaniter studet sibi satisfacere, nunquam suae vitae conditione contentus. — *caret mortis formidine et ira.* In laudem poetae *Doering.* hoc loco fere haecce adnotavit, quibus-

---

quae quinto die post Idus et quinque diebus celebrabantur. [*Vtrum nave*] idem enim ero vectus sive magna sive parva nave. Laudat autem mediocritatem eaque se contentum demonstrat. [*Viribus*] valetudine corporis. [*Specie*] adspectu. [*Loco*] dignitate. [*Somnia*] per haec omnia intelligit superstitiosam ac anxiam et sollicitam vitam. [*Terrores magicos*] nam

stae parsimoniae nomen est et usurpatur pro fortuna mediocri. [*Non agimur*] adhuc de bono mediocrium fortunarum loquitur. [*Tumidis velis Aquilone secundo*] i. e. nimia felicitate. [*Non tamen adversis*] infelicitate vehementi et bene in allegoria perseveravit, quia supra *navem* dixerat. [*Viribus, ingenio, specie, virtute, loco, re*] ingeniose descripsit, quid sit homo mediocris, dicens mediocrem esse, qui sit a summis minor, ab infimis maior. [*Non es avarus*] πρὸς ὑποφορὰν respondens more satyricorum intulit, quasi dicat, scimus avarum te non esse, si in ceteris non haeres vitiis ac teneris. [*Quid cetera?*] iam simul sic pronunciandum est, ut intelligatur non fuisse alia vitia. [*Caret tibi pectus inani Ambitione*] quae populari-

Somnia, terrores magicos, miracula, sagas,
Nocturnos Lemures portentaque Thessala rides,
Natales grate numeras, ignoscis amicis,
Lenior et melior fis accedente senecta?
Quid te exempta levat spinis de pluribus una?
Vivere si recte nescis, decede peritis.

---

cum quemque facile consentire posse apparet: „nemo, puto,“ ille inquit, „cui inest animus erectior, hunc locum legere potest, quin Horatium ut sapientissimum virtutum, quae in morum doctrina tractantur, magistrum et admiretur et veneretur.“ — Ceterum vid. Epist. I, 16, 79. Serm. II, 3, 281-286. — v. 209. *Nocturnos Lemures*, nocturnas animarum species falsas. Apuleius de deo Socrat. pag. 227. ed. Bip.: *Ex hisce ergo Lemuribus, qui posterorum suorum curam sortibus placato et quieto numine domum possidet, Lar dicitur familiaris; qui vero ob adversa vitae merita, nullis bonis sedibus, incerta vagatione ceu quodam exsilio punitur, inane terriculamentum bonis hominibus, ceterum noxium malis, id genus plerique Larvas perhibent.* — *Thessala.* In Thessalia fuit quasi officina venenorum et herbarum, quibus utebantur venefici ad ludendos homines superstitiosos. — *rides*, vid. not. ad Epist. II, 1, 121. — v. 212. Quid *spinae* significent, supra ad Epist. I, 14, 4. adnotatum est. — Sensum huius versus bene interpretatus est *Th. Schmidius* hisce verbis: „So wenig du vom Schmerz befreiet bist, wenn *eine* von vielen Dornen, die dich stechen, herausgezogen ist: eben so wenig bist du weise und glücklich, wenn du von vielen quaelenden Leidenschaften *eine* (z. B. den Geiz) verbannt hast.“ — v. 213. *recte vivere* = virtuti convenienter vivere. — *decede peritis* = da locum praestan-

---

si vera sunt, quae de magica arte traduntur, res horrendas faciunt magici. [*Sagas*] veneficas, ut sit idem, quod paulo post addit. [*Portentaque*] nam Thessalia multas tulit veneficas. [*Quid te*] iure *spinas* animi perturbationes ac vitia appellat. Illis enim adsiduo pungitur transverberaturque animus. Non ergo satis est exemisse unam spinam de multis, i. e. unum vitium, sed omnia exstirpanda ex animo sunt. [*Quod si nescis vi-*

bus auris dedita est. [*Somnia, terrores magicos, miracula, sagas*] haec omnia ad superstitionem referuntur. Mire dicit *sagas* mulieres magicarum rerum et carminum scientes, tanquam *satis agas* et multum agentes, ut *magos* dicimus quasi magnos a magnis rebus, quas se perficere posse iactant. [*Nocturnos lemures*] umbras vagantes hominum ante diem mortis et ideo metuendas. Et putant *lemures* esse dictos, quasi *remures* a *Remo*, cuius occisi umbras frater Romulus cum placare vellet, *lemuria* instituit, i. e. parentalia, quae mense Maio per triduum celebrari solebant, ante additum anno mensem Februarium, ob quam rem Maio mense religio est nubere et item Martio, in quo de nuptiis habito carmine a Minerva Mars victus est, obtenta virginitate. Minerva Nerine est appellata. [*Portentaque Thessala*] Thessalorum promissiones incantatorum, de quibus ait Virgilius: *Haec se carminibus promittit solvere mentes, Quas velit?* Et: *His ego saepe lupum fieri et se condere silvis Moerim* et quod sequitur. [*Rides*] contemnis. [*Natales grate numeras, ignoscis amicis, Lenior et melior fis accedente senecta*] quod non faciunt nimium timidi senectutis et mortis, quia ex natalibus multis mortem iam proximam perhorrescunt. [*Quid te exempta iuvat*] ἀλληγορία. Quid prodest, inquit, uno te carere vitio et a tam multis possessum esse? [*Vivere si recte nescis*] da locum, inquit, melioribus, qui vivere sciunt atque

Lusisti satis, edisti satis atque bibisti;
Tempus abire tibi est, ne potum largius aequo
Rideat et pulset lasciva decentius aetas.

---

tioribus et doctioribus. — v. 214-215. Poeta increpat eos, qui provecti aetate voluptatibus indulgeant, nec iis modum figant, convivis similes, qui cibo et potu exsaturari nequeant. *Decedere* et *abire* de coena intelligimus. Neque aliter hunc locum intellexit *Mitsch. Th. Schmid.* aliique plures. — *ne potum largius aequo.* Comm. Cruq.: ebrium. *Potus* sensu activo is est, qui potavit, ut Carm. IV, 13, 5. Serm. II, 3, 255. et alibi. — v. 216. *lasciva decentius aetas*, adolescentia vel iuventus, quam magis decet delicias facere et voluptatibus indulgere. — *lasciva*, petulans; sic Serm. I, 3, 133.: *Vellunt tibi barbam Lascivi pueri.* — Eandem sententiam iisdem fere verbis eloquutus est supr. Epod. XIII, 3-5.: *dumque virent genua Et decet, obducta solvatur fronte senectus.* Cf. Carm. III, 15, 7-9.

---

vere] si nescis uti virtute, quae propria vita hominis est, ut latius ostendimus in nostris Camaldulensibus disputationibus. [*Decede peritis*] illis, qui vivere sciunt. Vive ergo recte et relinque ludum et comessationes et potationes, quae vita nostra non est, sed pecudis. [*Aetas decentius lasciva*] aetas iuvenilis, quam magis lascivire decet quam senilem. Probe enim monet Iuvenal.: *Quaedam cum prima resecentur carmina barba.*

tibi succedunt. [*Lusisti satis*] hoc apud philosophos frequentatum est, de vita sapientem abire oportere aequo animo, ut e convivio pastum saturumque convivam. Et moraliter positum satis, quod acclamationis est. [*Tempus abire tibi*] utrum quis deus iam te vocat, an quia diu multumque vixisti et mire in fine operis de fine disputat vitae. [*Ne potum largius aequo*] ne iusto plus vivens et ob hoc delirus senex a iuvene ludificetur habeaturque derisui, et vide perseveratum esse in allegoria de conviva facta. Nam non minus senes quam iuvenes poti plerumque decipiuntur. [*Rideat et pulset*] bene adiectum *pulset* id, quod peius est. [*Lasciva decentius aetas*] quam lascivam esse magis deceat quam te, qui es maturus senex.

Q. Horatii Flacci simul cum *Acronis* tum *Porphyrionis* commentariorum *finis.*

BASILEAE APVD HENRICVM PETRI, MENSE SEPTEMBRI, ANNO MDLV.

Q. HORATII FLACCI

EPISTOLA AD PISONES

SIVE

DE ARTE POETICA

LIBER

Argum. *Pisonum familia, Lucius Calpurnius Piso, pater, cum filiis, Cneio et Lucio Pisone, quorum maiorem natu non sine laude adloquitur poeta, originem suae stirpis ab Numa Pompilio (vid. v. 292.) deducebat. Pater, anno urbis* 730/31 *consul suffectus, [colleg. August.] — sive, ut scholiastae testantur,* ā. u. *DCCXXXVIII. una cum Marco Druso Livio Libone — [sed vid. Dio Cass.* 53, 30. *T.* 3. *pag.* 169. *ed. Tauchnitz.: „ὁ δ' Αὔγουστος, ἑνδέκατον μετὰ Καλπουρνίου Πείσωνος ἄρξας" etc.] — sub Tiberii auspiciis munere urbis praefecti fungebatur, pariter Augusti ac Tiberii favore laetatus. Lectorem de Lucio Calpurnio Pisone Taciti Annales (VI,* 10.) *conferre iubemus, ubi tamen pro falsa lectione, ex qua pontifex perhibetur, praefectus legi debet, quod quidem F. V. Fritzschius, Vir doctissimus, quocum Lipsiae vinculis amicitiae coniunctus iuventutis aetatem sane felicissimam egi, in praelectionibus, quas tum temporis de Horatii epistola ad Pisones habuit, animadvertere nequaquam omisit. — Epistolam autem revera ad Pisones fuisse scriptam, ex vv.* 5. 24. 153. 235. 268. 272. 292. 366. 385. 426. 436. *recte colligi potest. — Quod tamen Horatius v.* 304-8. *se ipsum nil scribere ait, id rectissime intelligere poteris, si tecum bene reputaveris, Horatium plane nihil scripsisse, quod ad poesin dramaticam referri posset. — Argumentum huius epistolae quod adtinet, primum scholiastarum testimonia, deinde praecepta, quae scripsit Doeringius, in gratiam lectoris referre volumus.*

A. Praecepta ex commentariis Acronis et Porphyrionis enotata.

Praeceptum	I.	v. 1.	De consequentia vel convenientia.
— —	II.	v. 12.	De servando themate seu de vitandis inanibus et affectatis episodiis.

Praeceptum	III.	v. 24.	De vitandis vitiis in charactere stili.
— —	IV.	v. 32.	Materiam esse deligendam, quam possimus implere.
— —	V.	v. 41.	Quid sit dispositio.
— —	VI.	v. 45.	De verbis veteribus et novis.
— —	VII.	v. 73.	Quibus metris res singulae tractandae sint.
— —	VIII.	v. 86.	Quem characterem stili singula requirant.
— —	IX.	v. 99.	Admiscendum esse pathos.
— —	X.	v. 113.	De formandis personarum characteribus.
— —	XI.	v. 125.	De veterum imitatione.
— —	XII.	v. 136.	De ponendo principio.
— —	XIII.	v. 153.	De servando ethos.
— —	XIV.	v. 179.	De non proferendis in scenam sive de nuntiis.
— —	XV.	v. 189.	De numero actuum et de personis.
— —	XVI.	v. 193.	De choro.
— —	XVII.	v. 220.	De musica.
— —	XVIII.	v. 220.	De dramate satyrico.
— —	XIX.	v. 251.	De pedibus iambicis.
— —	XX.	v. 275.	Saepius corrigenda esse, quae scripseris.
— —	XXI.	v. 295.	De legendis philosophorum scriptis.
— —	XXII.	v. 333.	De fine poeticae.
— —	XXIII.	v. 347.	Ob modica delicta non esse erubescendum.
— —	XXIV.	v. 347.	Nil valere poema, quod non est optimum.
— —	XXV.	v. 385.	De adhibendo idoneo iudice.

B. Summarium carminis.

I. De inventione et convenientia in genere v. 1—135.

1. Conveniant *partes inter se* ad efficiendum totum v. 1—9.

Cui rei obtrectant:

a) nimia poetarum in componendo licentia 9—13.
b) ineptae digressiones 13—19.
c) ostentationis studium 19—23.
d) nimia variandi cupiditas 23—31.
e) defectus ingenii 31—38.

2. Conveniant *vires cum materia* 38—44.

a) quod *facultatem eloquendi* adtinet 45—60.
 α) de novitate,
 β) de iunctura,
 γ) de conformatione,
 δ) de mutatione vocabulorum.

* Subnectitur brevis historia vocabulorum in genere 60—72.

b) quod accuratam exercitationem et cognitionem *artis metricae* adtinet 73—85.

c) de facultate *stilum ad rem ipsam accommodandi* 86—119.

Conveniat scribendi genus:
 α) cum poematis specie 86—98.
 β) cum fine poetae 99—104.
 γ) cum personarum vicibus 105—119.

3. Vnde materia petenda sit 119—135.

a) ex antiquitate 120—124.
b) ex ingenio 125—130.
c) ex imitatione 131—135.

II. De elaboratione v. 136—294.

1. modestia in promittendo 136—142.
2. prudentia in disponendo ⎫
3. temperantia in deligendo ⎬ 142—152.
4. celeritas in exsequendo ⎭
5. veritas in depingendo 153—178.
6. de omittendis 179—188.
7. de legitima ratione dramatum 188—193.
8. de choro 193—201.

* Subnectitur historia rei dramaticae 202—289.

a) quoad musicam 202—219.
b) quoad satyros 220—250.
c) quoad tragoediam 275—289.

9. de corrigendi et limandi industria 280—294.

III. Cur Romani in arte poetica tam parum profecerint v. 295—452.

a) quia omnia ipso ingenio effici existimantes studium et exercitationem negligunt 259—308.
b) quia philosophiae operam non dant 308—324.
c) quia male educantur et ad avaritiam potius quam ad artem erudiuntur 324—332.
d) quia verum poeticae finem negligunt 333—347.
e) quia nimium sibi ignoverunt 347—365.
f) quia pudor quidam, qui mediocres esse non sinat, abest 365—385.
g) quia nimis festinanter carmina edunt 385—390.
h) quia nil magni atque ampli de arte cogitant 390—407.
i) quia adsentationi aures praebent 407—452.

Descriptio poetastrae 452—476.

I. *Doeringius de consilio, quo Horatius hoc carmen scripserit, literis fere haecce mandavit:* Cum magna tum temporis malorum poetarum turba vesparum more circumvolitare et oblatos sibi quosque venenato aculeo laedere vel quovis alio modo Musarum honorem contaminare coepisset, Horatius, non tam eorum ictus, quibus iam saepius petitus fuerat, curans, quam timens potius, ne pravo istorum exemplo alii quoque depravarentur, tam virtutes ad poeseos studium afferendas describere, easque illis, qui poetae nomine se dignos praestare cuperent, propinare, quam vitia et errores poetis fugiendos ante oculos ponere voluit. Noluit autem praecepta, quae de poeseos et de omnis doctrinae studio daturus erat, ad certum ordinem redacta, accuratius, subtilius et doctius exponere, vel libellum *artis poeticae* titulo insignitum scribere, sed, quae sibi de virtutibus et vitiis poeseos succurrerent, *sine arte*, h. e. haud ad certam normam exacta, in epistola cum amico quodam communicare. Ad familiares Horatii *L. Calpurnium Pisonem*, ex nobilissima gente ortum, pertinuisse, ex hac ipsa ad eum scripta epistola patet. Iam vero cum *L. Calp. Piso* non ipse solum poeseos et bonarum literarum amans et studiosus esset, sed etiam filii natu maioris (duos habuit filios, quibus simul dicata est haec epistola), studia poetica moderaretur; (v. 366.: *O maior iuvenum, quamvis et voce paterna Fingeris ad rectum et per te sapis, hoc tibi dictum Tolle memor*); causa, cur Horatius Pisonibus potissimum praecepta ad poeseos studium spectantia impertire voluerit, satis apparet. Fortasse autem Hor. his praeceptis praecipue filio Pisonis natu maiori, ne is vano malorum poetarum strepitu in fraudem se induci pateretur, cautum ivit. — Ceterum eidem L. Calpurnio Pisoni, ut poetarum fautori, aliquot Epigrammata misit Antipater, poeta Thessalonicensis, Anthol. Graec. Tom. II. p. 97. num. X sqq. edit. *Iacobs.* — Argumentum huius epistolae ipse Horatius constituit his tribus versibus (v. 306-308.): *Munus et officium, nil scribens ipse, docebo: Vnde parentur opes, quid alat firmetque poetam, Quid deceat, quid non, quo virtus, quo ferat error.* — Recte igitur, puto, dici potest haec epistola *didactico-satirica.* In scribendis autem epistolis non certum quendam ordinem sequi, sed, quae succurrunt, liberius et incuriosius addere et inter se iungere so-

lemus: Quod si reputassent secum nonnulli interpretes, non operam in huius carminis sententiis praeceptisque ad certum ordinem artificiose et severa grammaticorum subtilitate inter se conciliandis perdidissent. Titulus, qui vulgo huic carmini praefigitur, *Ars poetica*, est Grammaticorum inventum. Separatim sine dubio hanc Epist. edidit Horatius; potest igitur illa vel ad *Librum Secundum Epistolarum* referri vel simpliciter *Epistola ad Pisones* vocari.

II. *Praecepta secundum Doeringium.* — v. 1-11. *Primum Praeceptum:* Rei, quam describit poeta, omnes ac singulae partes respondere et accommodatae esse debent. — v. 12-23. *Secundum Praeceptum:* Poeta non debet secum repugnantia coniungere, non liberius evagari et pannos purpureos, aliunde petitos, carmini suo assuere, sed id tantum, quod simplex et unum est, sectari. — v. 24-37. *Tertium Praeceptum:* Poetae, ne, dum vitium aliquod vitare student, decepti specie recti in aliud vitium incidant, virtutum, quas sequantur, naturam perspectam habere debent. Huc accedat necesse est studium non in singulis alicuius rei partibus, sed in tota re ponendum. — v. 38-44. *Quartum Praeceptum:* Carmina, quae tam facundia, quam lucido ordine se commendent, scripturus, rem, virium modulo accommodatam, deligere debet. — v. 45-72. *Quintum Praeceptum:* In vocabulis et locutionibus tam deligendis, quam repudiandis, prudenter loquendi usus, penes quem et ius et norma et arbitrium est, in consilium vocetur: verba nota apta iunctura noventur; verba ad nova inventa designanda efficta recipiantur; verba ex fonte graeco hausta et paululum ad latinae linguae formam inflexa probentur; et, cum verba modo floreant, modo flaccescant, modo nascantur, modo, ut regum splendidissima opera, intereant, suus cuique verbo honor tribuatur. — v. 73-85. *Sextum Praeceptum:* Res diversae diversa postulant versuum genera. Res gestae et bella, praeeunte Homero, celebrantur hexametris; carmine elegiaco non dolor tantum, ut prima elegiarum origine, de rebus tristibus, sed etiam sensus laetior de iis, quae ex voto cesserunt, exprimitur; versus vel pes iambicus, quo Archilochus primus composuit carmina maledica, cum aptus esset sermonibus miscendis et rebus agendis, locum, ubi se moveret, in comoediis et tragoediis invenit; carmina lyrica tam in hymnis deorum heroumque et in Epiniciis Hieronicarum, quam in rebus ad amores et laetas compotationes spectantibus versantur. — v. 86-98. *Septimum Praeceptum:* Qui diversas in diverso carminum genere sustinendas partes non perspectas habet; qui suam cuique carmini naturam et formam induere non didicit; qui in re sublimi serpit humi, in re humili altiora affectat; qui tragica et comica permiscet etc., is abstinere debet a scribendis carminibus. — v. 99-118. *Octavum Praeceptum:* Non sufficit, carmina pulchre et eleganter esse scripta, sed ea simul vis et virtus iis insita sit necesse est, ut, quocunque velis, animos flectas, eosque aut dolore et tristitia oppleas et confundas, aut dulci de rebus laetis sensu perfundas atque delenias. Verbis respondere debet vultus ad omnia, quae verbis exprimuntur, compositus. Poetae porro est, ut personas, quas producit, plane ad earum naturam, ingenium et mores loqui, agere et se gerere iubeat. — v. 119-152. *Nonum Praeceptum:* Poeta, qui res memoriae proditas tractat, diligentissime eas describere et ingenia moresque eorum, quos producit, iisdem, quibus expressi sunt, coloribus de integro solertissime adumbrare debet; at qui res fingit et res fictas primum scenae committit, novasque personas formare audet, is et sibi convenientia fingere et omnia ac singula ad rei fictae naturam ab initio usque ad finem scitissime accommodare debet. Idem, cum difficile sit, tractare velle, quae a nemine adhuc tractata sunt, materiam scribendi petat ab iis, qui divini ingenii specimina ediderunt, et doctrinae copias publice exposuerunt, ita tamen, ut neque verbis nimium inhaereat, neque serviliter illos imitetur, neque pro magnis, quae iactabundus promisit, pusilla

edat, neque fulgentia obscuret, sed obscura illustret, neque rem ab alta origine repetat, sed auditorem in mediam rem rapiat et ad eventum festinet, neque quidquam, cui impar sit, moliatur. — v. 153-178. *Decimum Praeceptum:* Scriptor, qui sibi conciliare cupit auditorum vel spectatorum animos, quomodo homines pro sua quisque aetate agant sentiantque, penitus perspectum habeat, necesse est. Sic enim, quod pueris, iuvenibus et senibus tribuendum est, unicuique tribuet, et, si eos tales, quales vere sunt, egregie descriptos expressosque in scenam produxerit, plausum feret. — v. 179-188. *Vndecimum Praeceptum:* Cum ea, quae oculis conspiciuntur, multo gravius animos spectatorum afficiant, quam illa, quae audiuntur, horroris plena non oculis in scena subiici, sed tanquam intus acta narrari debent. — v. 189-201. *Duodecimum Praeceptum:* Cavendum est, ne fabula ultra quinque actus producta fastidium tandem creet spectatoribus; ne repentino dei alicuius interventu rei implicitae nodus importuno tempore solvatur; ne quarta persona sermocinantibus in scena sese immisceat; ne quid chorus intercinat, quod a re, quae agitur, alienum sit. — v. 202-219. *Praeceptum decimum tertium:* Cum ad ea, quae prolatis imperii Romani finibus et aucto populi numero in civitatem immigrarunt, pertineat quoque maior licentia, quae modis numerisque chori cantum temperantibus accessit; poeta versus ad mutatam artis musicae disciplinam, ad mutatos mores, et in universum ad aetatis ingenium moderari, conformare et componere debet. — v. 220-250. *Praeceptum decimum quartum:* Postquam ad Musam tragicam accessit Satyrus sive drama satyricum, licebit quidem poetae tragico in gratiam eorum, qui animi recreandi et exhilarandi causa spectatum veniunt, sales satyricos et dicteria adspergere, sed hac lege, ut gravitatem servet incolumem; ut suam cuique, quae inducitur, personae tribuat dignitatem; ut sermo neque nubes et inania captet, neque ad humilitatem et sordem deprimatur; ut rei de medio sumtae orationis serie et iunctura honor accedat; ut immunda et ignominiosa dicta exterminentur. — v. 251-274. *Praeceptum decimum quintum:* Cum multum intersit, utrum poemata modulata an immodulata sint, utrum versuum numeri et pedes leniter et molliter decurrant, an ponderibus quasi gravati et impediti moleste incedant; versus non ad indignam illam, quae Romanis poetis data est, licentiam, sed ad exempla Graecorum componendi atque concinnandi sunt. — v. 275-294. *Praeceptum decimum sextum:* Cum scriptores Romani, qui summo studio Graecos, tragoediae inventores, imitati iam res domesticas in scena celebrare coeperant, inciderent in vitium incuriae, negligentiae et festinationis; Horatius omnes, qui boni scriptoris laudem ad posteros propagare velint, vitium illud fugere et, quidquid scribant, intentissima cura et summa diligentia emendare, expolire et elimare iubet. — v. 295-308. *Praeceptum decimum septimum:* Horatius, alienissimus ab eorum stultitia, qui poesin non arte et doctrina, sed solo ingenio et furore poetico metiuntur, mavult docere, quibus praesidiis futurus poeta instructus ad poesin accedere debeat, quam insanire cum insanientibus. Breviter igitur agit de virtutibus, quae ab eo, qui poetae nomine se dignum reddere vult, exiguntur. — v. 309-332. *Praeceptum duodevigesimum:* Qui homines, quales sunt, recte describere et rem, de qua acturus est, veris coloribus adumbrare vult, eius animo, quae cuiusque aetatis, loci et ordinis homini conveniunt, obversari, et quae cuiusque rei conditioni, sorti et naturae propria sunt, informata esse debent. Exemplo in hac quoque re esse possunt Graeci, verae laudis avari. Nam Romani in numeranda potius, quam avide cumulant, pecunia, quam in fingendis, quae aetatem ferant, carminibus occupati tenentur. — v. 333-365. *Praeceptum undevigesimum:* Horatius poetae recte et prudenter in poesi versaturo, sive ei carmina didactica sive ludicra et iocosa scribere placeat, primum commendat 1) studium brevitatis, ne lectoris animus verborum multo strepitu et magna vi cadentium copia obruatur atque

oneretur, sed dicta cito percipiat et facile teneat; 2) studium probabilitatis, ne res, quae omnem fidem superant, fingendo contra πιϑανόν peccet; 3) studium eius curae, qua utilia et iucunda scite inter se iungi et bene temperari debeant. Deinde monet poetas, ut in aliorum carminibus, ubi plura nitent, imbecillitatis humanae memores paucas maculas, praecipue in longo opere, quale sit Homeri, leni aequoque animo ferant, et ea tantum, ubi plura obscura, absurda et ridicula sint, risu et contemtu digna habeant. Denique poesin cum duabus picturis, quarum altera, si propius stat, magis capit, altera, si longius remota conspicitur, egregie ad rem comparat. — v. 366-390. *Praeceptum vigesimum:* Ne poeta in mediocritate adquiescat. Ferri quidem potest et locum habet in certis quibusdam disciplinis mediocritas, exempli causa in iurisprudentia; potest enim aliquis esse bonus et laudatus iurisconsultus, quamvis in iuris scientia haud excellat et multo inferior sit iis, qui summa laude in iurisprudentia exsplendescunt; non ita in poesi: *mediocribus esse poetis Non homines, non di, non concessere columnae.* — His de mediocritate, in poesi haud ferenda, praemissis, Horatius Pisonis filium, natu maiorem, qui minari videbatur carmina, ima mente recondere iubet haec: ut nihil dicat faciatque invita Minerva; ut, si quando ad carmina scribenda animum appulerit, se scribentem et Tarpae et Horatii consiliis regi patiatur: ut carmina, quae semel emissa revocari et immutari nequeant, in scrinio reposita in nonum annum premat. — v. 391-418. *Praeceptum vigesimum primum:* Postquam Horatius praecepta, ad quae dirigendum sit poeseos studium, in medium protulit sapientissima, nunc, quid ab antiquissimis inde temporibus effectum sit carminibus, enarrat et breviter, sed mira suavitate, poeseos laudes (ut supr. Epist. II, 1, 118 sqq.) celebrat. — Orpheus feros et rudes homines, avertendo eos a caedibus et foedo victu, mites reddidit; Amphion homines consociatos, ut muris Thebanis exstruendis manus admoverent, dulcissimo testudinis sono permovit; alii deinde, sapienter carminum ad animos deleniendos vi usi, multum ad condenda oppida et ad civitates morum disciplina et legibus temperandas contulerunt; post hos Homerus et Tyrtaeus pectora hominum fortitudinis sensu inflammarunt: carminibus denique oracula edita, regum gratia captata et fabulae dramaticae compositae sunt. — Dum Hor. de honore et laude poetarum agit, saepe quaesitum esse addit, utrum ingenio an arte hic honor et haec laus adquiri possit. Horatius respondet: neutrum per se sufficere, sed ad artem ingenium et ad ingenium artem accedere, sive artem cum ingenio et ingenium cum arte amice conspirare debere, nec quemquam, licet bono ingenio instructus sit, nisi illud a puerili inde aetate studiosissime exercuerit, acuerit et larga doctrinae copia locupletaverit, boni poetae laudem et honorem consequi posse. — v. 419-476. *Praeceptum ultimum:* Vltima huius epistolae pars versatur in descriptione cum assentatorum, qui carmina scribentibus vel maxime fugiendi, tum virorum vere doctorum et prudentium, qui ab iis, qui carmina evulgaturi sint, adeundi et, ut vitia in illis animadversa benevole secum communicent, decenter rogandi sunt. Monet imprimis Horatius divites poetas, ne in fraudem se induci patiantur ab assentatoribus, lucri faciendi causa se obtrudentibus et simulanter quaevis, tanquam ab ipsis Musis dictata, ad caelum usque extollentibus. Assentatorum imaginem, vivis coloribus ab Horatio expressam, excipit descriptio severi carminum iudicis, qualem Quinctilium fuisse ait Horatius. Ex ore igitur Quinctilii (v. 445-476.) audimus plurima, quibus scriptores obnoxii sunt, vitia, omnibus, qui illa fugere cupiunt, tanquam speculum, in medio posita.

III. *Neque tacere placet, quae Hurdius, qui poetam in dramate Romano exponendo occupatum dicit, de huius epistolae argumento prodidit, quamquam illius sententiam approbare non possumus:* v. 1-89. *Allgemeine Regeln und Betrachtungen über Poesie überhaupt, mit besonderer Rücksicht auf den Hauptzweck, als Einleitung.* — v. 89-295. *Hauptheil. Regeln für das roemische Theater, vorzüglich für die Tragoedie.* — v. 295-476. *Regeln über Korrektheit, besonders für die dramatische Gattung, mit Bezug auf Wegraeumung der Hindernisse, die ihr im Wege stehen, und Anleitung zum Gebrauche der Mittel, die sie befoerdern.*

Ceterum de epistola ad Pisones s. de arte poetica explicanda bene meruit Hochederus in libro, cui est titulus: Des Q. Horatius Flaccus BUCH UEBER DIE DICHTKUNST *oder Brief an die Pisonen.*

Nunc iam in eo sumus, ut commentationem ipsam aggrediamur deque sententiis singulis explicandis nostram feramus sententiam. Quod consilium quo felicius ad finem perducamus, aliorum observationibus vel refutandis vel comprobandis pariter atque in ceterorum carminum interpretatione usuri sumus.

Humano capiti cervicem pictor equinam
Iungere si velit et varias inducere plumas
Vndique collatis membris, ut turpiter atrum
Desinat in piscem mulier formosa superne:
Spectatum admissi risum teneatis, amici?
Credite, Pisones, isti tabulae fore librum

ACR. [*Humano capiti*] de inaequalitate operis loquitur et dat praeceptum scribendi poema. Et primum praeceptum est de dispositione et convenientia carminis. Scribit autem ad Pisones, viros nobiles et disertos, ad patrem et filium, vel, ut alii dicunt, *ad fratres.* Capiti autem comparat poema, quod sine oeconomia sit picturae eiusmodi simile, quae habeat cervicem equinam cum forma humana et diversorum animalium membra et pennas, quae persona desinat in piscem. [*Et varias inducere plumas*] imponere plumas, i. e. inducere pennas, variis coloribus natura floridas vel varios diversarum avium colores. [*Vndique*] ex diversis scilicet et multis animalibus. Praecipit poetae convenientiam servari debere. [*Collatis membris, ut turpiter*] coniunctis ad superiorem et descriptam formam, ut habeat humanum caput et collum equi et caudam piscis. [*Atrum*] fecundum, magnum. [*Desinat*] finiatur. [*In piscem*] h. e. in belluam marinam, i. e. in pistricem. [*Formosa superne*] ut facie sit formosa mulier, inferius autem monstris variis deturpetur. [*Superne*] superiore parte, i. e. vultu et cervice. [*Spectatum admiss. risum teneat. amici?*] si fueritis admissi ad spectaculum, o Pisones, num risum poteritis tenere; vel *spectatum admissi*, i. e. quasi ad spectandum missi. Et

POR. [*Humano capiti*] hunc librum, qui inscribitur DE ARTE POETICA, ad L. Pisonem, qui postea urbis custos fuit, (eiusque liberos) misit. Nam et ipse Piso poeta fuit et studiorum liberalium antistes. In quem librum congessit praecepta Neoptolemi *De Arte Poetica*, non quidem omnia, sed eminentissima. Primum praeceptum est περὶ τῆς ἀκολουθίας. Nam ut pictor, si *humano capiti* equi dederit cervicem eamque voluerit decorare pennis et inferiorem partem membrorum exprimere piscis effigie, superiorem vero mulieris exornare specie, valde errare videbitur, [valde ridebitur] quod contra naturam omnia faciat: ita poeticen ornatus causa, si plus, quam exigit materiae institutum, ornetur, contemni. [*Risum teneatis, amici*] percontantis* est haec vox et praecipientis utique rideri opor-

---

* *percunctantis*

Persimilem, cuius, velut aegri somnia, vanae
Fingentur species, ut nec pes, nec caput uni
Reddatur formae. Pictoribus atque poetis
Quidlibet audendi semper fuit aequa potestas.
Scimus, et hanc veniam petimusque damusque vicissim:
Sed non ut placidis coeant immitia, non ut
Serpentes avibus geminentur, tigribus agni.
Inceptis gravibus plerumque et magna professis
Purpureus, late qui splendeat, unus et alter
Adsuitur pannus, quum lucus et ara Dianae

---

v. 12. *Sed non* etc. Sed illa licentia, quam damus pariter ac petimus, neque pictoribus nec poetis permittit, ut, quae natura sibi oppugnant, coniungant. De serpentibus avibus infestis vid. Epod. I, 19 - 20. — Carm. I, 37, 26-27. I, 23, 9. — Graeci simili utuntur proverbio ὄϊς λύκῳ. — v. 13. *geminari* Vossius bene interpretatur: *verzwillingen.* — v. 14. *Inceptis*

---

est sensus: Si admissi fueritis introire ad spectandum tale animal pictum, potestis risum tenere, o Pisones? [*Cuius, velut aegri somnia, vanae Finguntur species*] qui non habet ordinem, eius ita vanae sunt species, quemadmodum aegrotantium somnia, quae videntur habere imagines varias. [*Pes*] finis. [*Caput*] principium. [*Vni Reddatur formae*] uni corpori ut neque finis neque principium conveniat. [*Aequa potestas*] aequalis, quasi per obiectionem, ita ut alter respondeat. Est, inquit, potestas, sed non usque adeo, ut inepta fingantur. [*Scimus*] hoc ita esse. [*Et hanc ven. petimusq. damusq. vicissim*] sicut nos licentiam concedimus aliis scribere, ita nobis petimus licere. *Petimus* quasi poetae, *damus* quasi critici. [*Sed non ut plac. coeant immitia, non ut Serpentes avibus*] ita debemus habere licentiam fingendi et sic debent esse artificiosa poemata, ut non mitia adiungantur asperis immoderate. [*Geminentur*] iungantur. [*Inceptis gravibus*] aliud praeceptum. Docet non importune inducendam esse parabolen aut descriptionem, sed aut parabola aut descriptio apte debent adiungi bene incepto poemati. Qui enim incipit granditer et leviter finit, vituperandus est. [*Professis*] aut his, qui conantur aliquid magnum scribere. Aut respexit ad naturam quorundam poetarum, qui incipiant describere grandia et in communes exeant locos, qui tametsi boni sint, tamen superflui habentur et plerumque ridentur. In magno poemate excessus debemus adspergere quasi ad reficiendas aures. Patimini ergo pro bono colore excessus dici. [*Purpureus*] bonum additamentum, quod dicit *purpureus.* [*Adsuitur pannus*] de his dicit, qui cum severam et subtilem materiam coeperint scribere, flosculos quosdam interponunt. Ordo est: *Pannus adsuitur, qui splendeat*, ut bona sit quidem oeconomia, sed incongrua. [*Cum lucus et ara Dianae*] *describitur* supple. Ζεῦγμα ab inferioribus. [*Per amoenos*] rivos per campos

tere. [*Pictoribus atque poetis Quidlibet audendi semper fuit aequa potestas*] sequens praeceptum est, omnes quidem poetas potestatem habere fingendi ita, ut aliquid faciant, non ut velint cum avibus serpentes vel cum agnis tigres iungere. [*Inceptis gravibus pler. et magna professis*] Praeceptum tertium. Est natura quorumdam poetarum pessima, qui incipiunt grandia describere, deinde in locos communes exeunt, qui licet boni sint, tamen ridentur ac supervacui habentur, nisi loco positi sint. [*Purpureus, late qui splendeat, unus et alter adsuitur pannus*] per hoc lo-

Et properantis aquae per amoenos ambitus agros
Aut flumen Rhenum aut pluvius describitur arcus.
Sed nunc non erat his locus. Et fortasse cupressum
Scis simulare: quid hoc, si fractis enatat exspes
Navibus, aere dato qui pingitur? Amphora coepit
Institui, currente rota cur urceus exit?
Denique sit quodvis simplex duntaxat et unum.
Maxima pars vatum, pater et iuvenes patre digni,

---

gravibus = *erhabenem Eingang, magna professis*, qualia magna (*Grossartiges*) profitentur. Poetae gravitatis et sublimitatis ostentandae gratia utuntur externis ornamentis, quibus splendorem carminibus suis conciliare student. — v. 17. Ad hunc versum cf. Carm. II, 3, 12. ibiq. not. — v. 20. *simulare*, penicillo exprimere, pingere. — Qui omnibus bonis exuti fuerant naufragio, portantes tabulam, in qua expressa fuit infortunii imago, mendicare solebant. — *exspes*, non *expes*, est, qui in alto

---

discurrentes. [*Ambitus*] circuitus. *Ambitus* properantis aquae dixit rivos. [*Aut flumen Rhenum*] notandum flumen Rhenum genere neutro. Sallustius in historiis: *Nomenque Danubium habet.* [*Pluvius arcus*] pluvialis, quia pluvias concitat. [*Sed nunc non erat his locus*] ut de his posses scribere. Quasi ad aliquem responderit, non erat locus, ut hoc describeres, sed quoniam bene scribis, ideo introduxisti. [*Et fortasse cupressum*] irrisio pictoris cuiusdam, qui nihil aliud quam cupressum noverat depingere. Proverbium est in malum pictorem, qui nesciebat aliud pingere, quam cupressum. Ab hoc naufragus quidam petivit, ut vultum suum exprimeret, ille interrogavit, num ex cupresso vellet adiici aliquid? Quod proverbium Graecis in usu est, nam naufragi ad misericordiam commovendam, casus suos in tabula depingunt, ut Iuven.: *Picta se tempestate tuetur.* [*Simulare*] Graeco proverbio usus est, quasi scribere. [*Quid hoc*] quid ad naufragum, qui dat pecuniam, ut describatur, cupressus pertinet? Itaque ergo qui scribit, nisi opportune scripserit, non sibi comparat gloriam, sicut ille male pingit, qui cupressum depingit. [*Amphora coepit*] hic quidam dicunt praeceptum aliud esse, alii eum de oeconomia adhuc loqui. [*Currente rota*] i. e. carmine procedente. *Rotam* autem dicit, quae cum volvitur, vasa finguntur. [*Cur urceus exit*] i. e. cur vile fit opus tuum? Quare incipis magnum opus et desinis in minore? Proverbiale, cum a magnis incipias, in minora desinis. [*Deniq. sit quidv.*] quidquid vis scribere, simplex sit et verisimile, i. e. coeptae materiae et nondum finitae non debes aliam adiungere. [*Maxima pars vatum*] ἀποστροφὴν facit ad Pisones, i. e. pars poetarum decipimur studio virtutis et imagine boni, dum praeferimus veritati imaginem delabentes in vitia. [*Pater et iuvenes*] et magister et discipuli. [*Bro-*

cos communes significat. [*Aut flumen Rhenum*] non dixit genere masculino Rhenus, sed neutro hoc *Rhenum*, quia est hoc flumen. [*Et fortasse cupressum Scis simulare*] hoc proverbium est in malum pictorem, qui nesciebat aliud bene pingere quam cupressum; ab hoc naufragus quidam petit, ut fatum suum exprimeret, ille interrogavit: Num ex cupresso vellet aliquid adiici? quod proverbium Graecis in usu est: μή τι καὶ κυπαρίσσου θέλεις; [*Amphora coepit institui, currente rota, cur urceus exit*] hoc dicit: quare, cum aliam materiam institueris scribere, aliam efficis, quomodo ridendus est figulus, qui cum destinaverit amphoram fingere, urceum efficiat. [*Maxima pars vatum, pater et iuvenes patre digni, De-*

Decipimur specie recti. Brevis esse laboro,
Obscurus fio; sectantem levia nervi
Deficiunt animique; professus grandia turget;
Serpit humi tutus nimium timidusque procellae.
Qui variare cupit rem prodigialiter unam,
Delphinum silvis adpingit, fluctibus aprum.
In vitium ducit culpae fuga, si caret arte.
Aemilium circa ludum faber imus et ungues

mari natat, qui sine spe est, qui omnia sua perdidit naufragio. — Haec vox, inquit Iahnius, graviter arguit pictorem, qui nihilominus in tali naufragii pictura cupressum in vicino quodam litore appingit. — Figulo, qui formare instituit *amphoram, currente rota* quid fieri putatis, amici? *amphoram?* Minime, nam *urceus exit*. Hoc vult dicere: poema amplum et grande instituisti s. incepisti, cur progrediente operis scriptione extrema non respondent primis, sed sunt multo humiliora et minutiora. — v. 25. *Decipimur specie recti*, sc. falsa. — *Brevis*, h. e. breviter s. perpaucis verbis rem absolvere volens, *obscurus fio*, obscure scribo, in obscuritatem incido, ita ut, quae scripserim, nemo intelligat. — v. 26. *sectantem levia* = *Sucht recht fliessend zu schreiben*, quemadmodum *Güntherus* haec verba interpretatus est. — *nervi animique*, vires animi. — v. 27. *professus grandia turget*, qui videri vult grandiloquus, turgidus atque inflatus evadit. — v. 28. *Serpit humi*, nimis humilis est. Sic supr. Epist. II, 1, 250. *Sermones per humum repentes* dixit. — v. 29. *prodigialiter*, prodigiosis imaginibus, supra omnium hominum fidem. — v. 30. Qui tamen hoc facit, ut delphinum silvis, aprum fluctibus appingat, stultus sane esse debet, nam homo sanae mentis tale quid nequaquam facere audebit. — v. 31. *In vitium ducit culpae fuga*, ut supr. Serm. I, 2, 24.: *Dum vitant stulti vitia, in contraria currunt*. — v. 32. *faber imus*, quam lectionem recte defendit *Hochederus*, faber quidam, cuius

vis esse laboro] quasi diceret, volo scribere breviter. Laus est enim breviter narrare, sed dum vult aliquis breviter narrare, fit obscurus. [*Sectantem levia nervi Deficiunt animique*] saepe enervatos versus scribet, qui dat operam, ut scribat delicatos. [*Levia*] splendentia, bene currentia, ut: *Pars leves ocreas lento ducunt argento.* [*Nervi Deficiunt*] vires deserunt, ut: *Noctes non deficit humor.* [*Serpit humi tutus nim. timidusq. procellae*] it per terram, scilicet, dicendo, vilia ille scribit, qui tute vult scribere et non audet se magnis imponere rebus. Sensus est: Dum quidam inflatos versus vitant, fiunt viles, terraeque fit proximus, qui timet inflate dicere. [*Tutus*] i. e. qui se tueri vult. [*Qui variare cupit*] qui vult varium opus scribere, saepe inepta scribit mirabiliter et monstrose. [*In vitium ducit*] i. e. dum vult fugere culpam, cadit in vitium. Docet hic non esse indulgendum eloquentiae, ne quis incidat in opinionem inepti et superflui. Sensus est: Culpae fuga ducit in vitium, si nescit aliquis culpam vitare, ut ipse alibi: *Dum vitant stulti vitia, in contraria currunt. Fuga* autem nominativi casus est. [*Aemilium circa lu-*

cipimur specie recti] hoc tale παράγγελμα est. Erramus, inquit, et dum conamur veram virtutem sequi, in vicina virtuti vitia incidimus, nam breviter scribentem sequitur obscuritas. Levia componentem nervi inhibent, diserta profitentem vitiat spreta rerum conspectio. [*Qui variare cupit rem prodigialiter unam*] aliud hoc praeceptum est, non esse fabulis indulgendum, nec extenuandam usque in vitia materiam. [*Aemilium circa ludum fa-*

Exprimet et molles imitabitur aere capillos,
Infelix operis summa, quia ponere totum
Nesciet. Hunc ego me, si quid componere curem,
Non magis esse velim, quam naso vivere pravo,
Spectandum nigris oculis nigroque capillo.
Sumite materiam vestris, qui scribitis, aequam
Viribus et versate diu, quid ferre recusent,
Quid valeant humeri. Cui lecta potenter erit res,

taberna est omnium infima et postrema. — v. 34. *Infelix operis summa*, infelix in universo opere componendo. — *ponere*, τιθέναι, de artificibus, ut Carm. IV, 8, 8. — v. 35. Lamb.: Talem me scriptorem esse, si quod opus scribere in animo haberem, nihilo magis cupiam, quam bellis quidem oculis et pulchro capillo praeditum esse, sed naso distorto ac deformi. — v. 39. *versate*, vobiscum reputate. — v. 40. Lamb.: Qui rem sumpserit non maiorem suis viribus, sed quam ingenio et doctrina sustinere possit,

dum] ab Aemilio inventum, qui faciebat statuas, quae ponebantur in arena, ubi ludi celebrantur. *Aemilius ludus* dicebatur locus, in quo quidam Aemilius gladiatores suos habuit. Circa hunc ludum *Imus* erat quidam statuarius. Alii dicunt *imum* brevem, alii in extrema parte ludi positum, qui cum ungues et capillos et multa alia membra bene formaret, in perfectione statuae deficiebat. Hic ergo dicit, nihil oportere deesse poetae. [*Exprimet et imitabitur*] futurum pro praesenti. [*Infelix*] indoctus aut in perfectione operis infelix, quia deficiebat. [*Ponere*] finire. [*Totum*] i. e. finem aut venustatem consummationis. Interdum enim videmus singula membra artificiose facta et totius operis formam minime placituram. [*Hunc*] talem, ut: *Hic Priami finis, fatorum hic exitus illum Sorte tulit.* [*Si quid componere curem*] nolo me parte quadam corporis foedissimum esse et reliquis splendidum, sed magis opto una integra esse specie. Ita enitor omni parte poeta videri, nulla in parte ab alia discrepans. [*Non magis esse velim*] si me, inquit, huic fabro conferre voluero, ero dimidia corporis parte ridendus, ut partem ridendam habeam, quamvis laudandus spectandusque sim in alia, hunc esse nolo, i. e. huic similis esse recuso, qui perfectus non est. [*Quam naso vivere pravo*] marcido, turpi. Si velim, inquit, aliquid scribere, nolim huic esse similis, sed magis volo esse pulchrum, nigris capillis et oculis et cum torto naso, quam scribere poema, cui aliquid desit. [*Spectandum*] laudandum, i. e. videndum, ut una pars pulchra, alia deformis sit, quod dedecet. [*Sumite mater.*] praecipit poetis, ut eam materiam eligant, quae vires eorum non excedat, i. e. antequam materiam incipias scribere, vide, si materiam, quam adgrederis, possis implere. [*Versate*] considerate. [*Cui lecta potenter erit res*] qui possibilia eliget, possibiliter implebit. Notandum *potenter* dictum, secundum quod potest, i. e. qui eligit materiam, quam possit implere, huic nec inventio nec eloquentia deesse potest. [*Nec*

ber imus] Aemilii Lepidi ludus gladiatorius fuit, quod nunc Polycleti balneum est. Hic demonstrat aerarium fuisse fabrum *imum*, h. e. in angulo ludi tabernam habentem. Hoc autem praecepto: *Sumite materiam vestris, qui scribitis, aequam:* praecipit [nunc] eis, qui sunt poetae, ut eam materiam eligant, [in] qua possint placere. [*Cui lecta potenter erit res*] i. e. qui legerit id, quod praestare possit; *potenter* figuravit ὡς δυνατῶς. [*Ordinis haec virtus erit et Venus aut ego fallor*] loquitur nunc περὶ τῆς εὐταξίας. Quo ordine servandam a poetis *Venerem* aut decorem

Nec facundia deseret hunc, nec lucidus ordo.
Ordinis haec virtus erit et Venus, aut ego fallor,
Vt iam nunc dicat iam nunc debentia dici,
Pleraque differat et praesens in tempus omittat.
In verbis etiam tenuis cautusque serendis,
Hoc amet, hoc spernat promissi carminis auctor.
Dixeris egregie, notum si callida verbum
Reddiderit iunctura novum. Si forte necesse est,

---

ei neque facundia neque dispositio deerit. — *potenter*, κατὰ δύναμιν, quantam rem ferre ac sustinere possit. — v. 42. *virtus*, ἀρετή, praestantia, ut Ciceronis *narrationis virtus*, Aristotelis λέξεως ἀρετή. — *Venus*, venustas, lepos. — v. 44. *Pleraque differat et praesens in tempus omittat*, differat in futurum tempus et in praesentia omittat. — v. 45. *tenuis*, parcus, φειδωλός. — *cautus*, prudens, εὐλαβής. — *serendis*, translate ab arboribus dictum, faciendis, novandis. — v. 46. *Hoc amet, hoc spernat*, aliud probet, aliud improbet. — *promissi carminis auctor*, i. e. is, qui se poetam professus est, is, qui carmen, quod se scripturum pollicitus est, condit. Fea: *auctor promissi carminis* est ipse Horatius, qui ita oblique de se loquitur. — v. 47. *callida iunctura*, quae acute, sollerter, apte est instituta. — v. 48. Si forte necesse est, res ab-

---

facundia deseret hunc, nec lucidus ordo] i. e. dispositio, quia re vera ordo manifestat omne, quod dicitur. *Ordo lucidus* ἐπίθετον, quia ordo facit lucidam orationem. [*Ordin. haec*] ordo enim pulchram facit orationem. Docet, quid sit dispositio. [*Virtus*] i. e. ars, perfectio. [*Venus*] venustas, gratia. [*Aut ego fallor*] aut ego fallor aut ista est ars, quam docturus sum, ut quaedam dicat, quaedam reservet in aliam partem, ut quae debent dici, sine dilatione dicantur; quae non debent, pro tempore differantur. [*Iam nunc*] quae debet dicere in praesenti. [*Iam nunc debentia dici*] quae debet dicere in futuro. [*Pleraq. differat et praesens in tempus omittat*] ut Virgilius in nono narrat, in Italia iam posito Aenea, quomodo fabricatae sunt naves, quibus de Ilio navigavit Aeneas, cum in tertio non dicat. [*Hoc amet, hoc spernat*] i. e. hoc eligat, hoc praetermittat poeta, ut non omnia, quae veniunt illi in mentem, dicat. [*Promissi carminis auctor*] *promissi*, magni. Vt: *Sergestum Aeneas promisso munere donat.* Aut *auctor promissi carminis*, qui vult auctor fieri magni carminis aut certe *auctor*, optimus poeta. [*In verbis etiam tenuis*] si facienda sunt tibi nova verba, observa, ut ea dicas, quae placeant et habeant auctoritatem. [*Dixeris egregie*] cum laude dices verbum vulgare, si illud bene composueris. Aristotelis libros quidam transtulit, sed volens transferre τὸ ὄν, cum non inveniret, quomodo diceret, finxit *ens* et laudem quaesivit. Exponit de verbis veteribus et novis, quomodo poetica licentia fiant. Nam aliqua licet vulgaria sint, dicit tamen cum aliqua compositione posse splendescere. Egregie etiam notum dices verbum, si non sit asperum. [*Reddiderit iunctura novum*]

carminis significat. [*Dixeris egregie, notum si callida verb.*] exponit nunc de verbis veteribus ac novis, quomodo poetica sint. Nam licet aliqua vulgaria sint, attamen* illa cum aliqua compositione splendescere. Verbi gratia: *Curculio* sordida vox est, ornatu accedente vulgaritas eius

---

* *ait tamen*

Indiciis monstrare recentibus abdita rerum,
Fingere cinctutis non exaudita Cethegis
Continget, dabiturque licentia sumpta pudenter.
Et nova fictaque nuper habebunt verba fidem, si
Graeco fonte cadant parce detorta. Quid autem

---

ditas et occultas novis vocabulis declarare et nomina fingere veteribus inaudita, licebit hoc facere dabiturque licentia pudenter et modeste sumpta. — v. 49. *Indiciis monstrare recentibus*, i. e. novis vocabulis; nam vocabula sunt indicia s. notae rerum, σύμβολα et σημεῖα. — *monstrare*, designare. — *abdita rerum*, ut *ficta rerum* Serm. II, 8, 83. — v. 50. *non exaudita Cethegis*, i. e. inaudita veteribus. — v. 51. *Continget*, ἐνδέξεται, licebit. — *pudenter*, αἰδημόνως, verecunde, cum pudore. — v. 52. *fidem*, auctoritatem. — v. 53. *si Graeco fonte cad.*, i. e. si erunt

---

callida iunctura, i. e. elegans et nova elocutio et cohaerens sermo. Optimum enim dicendi genus est: si nova verba opportune et proprie ponantur. [*Si forte necesse est*] novum verbum bene facis, si fuerit necessitas. [*Indiciis monstr. recentibus*] proferre res novas, i. e. ne facias verbum novum, quando necessitas non est. Mire autem dixit; indicia enim animi verba sunt. *Indiciis* ergo *recentibus*, rudi inventione verborum; quia indicia rerum verba sunt, secundum philosophos, qui aiunt: *ἔλεγχον τῶν τρόπων εἶναι τὸν λόγον.* [*Abd. rerum*] i. e. res novas. [*Cinctutis*] antique dixit, i. e. militaribus viris et ad militiam paratis. Vnde per contrarium dixit poeta: *Discinctos Mulciber Afros*, i. e. imbelles ad militiam. [*Non exaudit. Cethegis*] non ante comperta, nondum cognita, pro eo, quod est, antiquis incognita. Sensus est: Si necessitas fuerit, uti verbis recentibus, quae non audiverunt Cethegi, antiqui oratores, licet tibi uti, sed moderate, unde ait: *Dabiturque licentia sumpta pudenter.* [*Sumpta pudenter*] *pudenter*, i. e. cum verecundia, cum causa, i. e. non nimia fingendi licentia. Si enim necessitas fuerit, fingis cum laude; sed sine necessitate, rideris. [*Parce detorta*] verecunde et moderate translata. [*Verba fidem*] nova verba ficta habebunt fidem, i. e. probabuntur, si de Graecis translata fuerint non absurde. Vt quod Graeci κάλυκα dicunt, nos *calycem*. [*Quid autem Caecilio Plautoque*] quare negaverint Romani Virgilio et Vario, quod concesserunt antiquis poetis,

absconditur, hoc modo: *Populatque ingentem farris acervum curculio. Curculio* apud Homerum est, qui faba* libenter vescitur. [*Si forte necesse est, Indiciis monstrare recentibus*] quod si idem**, inquit, ad rem, ad quam explicandam verba antiqua non suffecerint, permittitur poetae nova fingere; *indicia* verba appellavit; philosophi enim dicunt indicandarum rerum causa inveniendas*** esse voces. [*Fingere cinctutis non exaudita Cethegis*] omnes enim Cethegi morem servaverunt eundem Romae, inter cetera discerptam**** comam retulerunt; nunquam enim tunica usi sunt, ideo *cinctutos* eos dixit, quoniam cinctum est genus tunicae infra pectus aptatae; eis ergo *non exaudita* verba, tanquam [solvant et inter caesarem] insolita intercisa nemo dixit. Est autem intestinum pusillum, et deinde verbi gratia, sic alapam cum uno digito imam ferimus auriculam. [*Et nova fictaque nuper habeb. verba fidem, si Graeco fonte cadant parce*] et magis, inquit, auctoritatem mereri possunt nova verba, si a Graeco fuerint in Latinum derivata, ut transtulimus *triclinium*, quod antea *cenaculum* vocabamus, quia ibi cenabatur et ab οἶνος, *vinum*, et a

---

* *fabam* ** *id iam* *** *inventas* **** *descriptam*

Caecilio Plautoque dabit Romanus ademptum
Virgilio Varioque? Ego cur, acquirere pauca
Si possum, invideor, quum lingua Catonis et Enni
Sermonem patrium ditaverit et nova rerum
Nomina protulerit? Licuit semperque licebit
Signatum praesente nota procudere nomen.
Vt silvae foliis pronos mutantur in annos,
Prima cadunt; ita verborum vetus interit aetas,
Et iuvenum ritu florent modo nata vigentque.
Debemur morti nos nostraque. Sive receptus

e Graeca lingua in usum Latini sermonis deflexa. — *parce detorta*, parce deflexa s. derivata s. deducta a Graeca lingua. — v. 59. *Signatum praesente nota procudere nomen.* Vossius: *Auszugeben ein Wort, vom heutigen Stempel gemünzet.* — v. 60. *Vt silvae foliis.* Hom. Il. VI, 146.: *οἵη περ φύλλων γενεή, τοιήδε καὶ ἀνδρῶν.* — *anni* dicuntur *proni*, tanquam celeriter labentes. — v. 63-64. Sive portus Iulius, immisso in Lucrinum et Avernum lacum mari refectus, navibus tutam stationem praebeat (quod ab Augusto effectum est) sive Pomtina palus siccata vomere subigatur nunc et frugibus vicinas urbes alat (quod a Iulio Caesare fuerat cogitatum) sive Tiberis a priore suo alveo in aliam partem aversus

i. e. nova verba facere? Et hoc dicit, non quod negavere, sed quasi causam quaerens, quaenam esset ratio, si voluissent negare. Nam si hos prohibet, nec illis licuisse demonstrat. [*Virgilio Varioque*] Caecilius ante Virgilium et Varium fuit. Ideo dicit Virgilium et Varium nihil posse dicere, quod illi non dixissent. Ergo oportet illos quaerere nova verba. [*Si possum, invideor*] si possum nova verba bene facere, cur prohibeor? Quae ex Graeca lingua in Latinam fuerint derivata, non cum ingenti licentia transferenda sunt. Mire autem, dum de fingendis verbis loqueretur, secundum Graecos ipse effinxit *invideor*, i. e. invidiam patior. *Invideor* enim negatur posse dici: aut *invideor*, prohibeor. [*Cum lingua Catonis et Enni*] M. Porcius, qui et Censorius dictus est, Cato et Ennius, quod priores patres dixerunt, illi in suis carminibus posuerunt et super hoc nova verba invenerunt. [*Ditaverit*] locupletaverit, auxerit novis verbis. [*Signatum*] hoc tractum est a nummis. [*Praesente nota*] notamine praesentis temporis praeter vetustatem. Verbi gratia: *Fruitus* ante dicebatur, modo *fructus;* ante *punxit*, modo *pupugit* dicitur. Vel *praesente nota*, verbo noviter invento, ut hoc nomen inventum est tempore principis illius. [*Producere*] ad notitiam hominum deducere. [*Nomen*] novum verbum ex veterum significatione. [*Pronos mutantur in annos*] *pronos*, volubiles, declivos et cito labentes et instabiles. Nec asperneutur nova verba, comparatione novorum foliorum docet ea posse placere. *In annos* autem per annos; ut silvarum mutantur folia per annos pronos et est Homerica comparatio. [*Debemur morti*] argumentis probat perire omnia, perire

κάλυξ calicem et a *κόκκυξ cuculum.* [*Ego cur, adquirere pauca Si possum, invideor*] cum Plauto Caecilioque permissum sit verba fingere, cur mihi minus liceat Latinum ampliare sermonem et novis uti verbis? *Invideor* posuit pro invidetur mihi. [*Debemur morti nos nostraque*] comprobat nunc morti universa esse destinata, etiam verba interire cum opere* ho-

* *opera*

Terra Neptunus classes Aquilonibus arcet,
Regis opus, sterilisque diu palus aptaque remis
Vicinas urbes alit et grave sentit aratrum;
Seu cursum mutavit iniquum frugibus amnis,
Doctus iter melius: mortalia facta peribunt:
Nedum sermonum stet honos et gratia vivax.
Multa renascentur, quae iam cecidere, cadentque,

desierit agris et urbi nocere. — v. 64. *classes Aquilonibus arcet*, i. e. aquilones a classibus arcet, classibus tutus ac munitus portus est. — v. 65. *aptaque remis*, navigabilis. — *Regis opus.* Similiter Carm. II, 15, 1. *regiae moles* dicuntur. — In *palus* ultima correpta notetur; idem etiam

homines, perire verba, siquidem recipitur in terram fluctus et quae ante terra arabatur, modo fit locus navibus. Si ergo mutatur natura maris et terrae, quanto magis debemus credere perire homines et verba eorum. Perimus ergo nos et nostra, siquidem etiam natura ipsa mutatur: ubi terra in mare ducitur, paludes vertuntur in segetes, flumina suum mutant cursum. [*Sive recept. Terra Neptunus*] mare in terram recipitur, quando portus componitur. [*Recept. autem terra*] pro intra terram. [*Classes Aquilonibus arcet*] *ὑπαλλαγή*, pro classibus aquilones arcet, i. e. tuetur, defendit, continet. [*Regis opus*] nam regis opus est, admittere terrae mare; paludes derivatae intra portus. Significat autem portum Lucrinum et alios, qui manufacti sunt ab Augusto et alia regum opera. Hoc est enim regium opus, quod nullus facere nisi rex potest. [*Sterilisq. diu palus*] Augustum dicit, qui siccavit Pontinam paludem. Divus Augustus duas res divinas fecit, nam Pontinam paludem siccavit, ut ad mare meatum habere cogeret, ut post et arari posset; et portum Lucrinum munivit, de quo Maro: *An memorem portus Lucrinoque addita claustra Atque indignatum magnis stridoribus aequor, Iulia qua Ponto longe sonat unda refuso?* [*Seu curs. mutavit*] *ἀπὸ κοινοῦ* sive generaliter, ut quidam accipere volunt, quando campos aptos agriculturae liberant, avertentes flumina, quae sunt eis infesta. [*Amnis*] Tiberim intelligimus. Hunc enim derivavit Augustus, qua nunc incedit, ante enim per Velabrum fluebat, unde et Velabrum dictum, quod velis transiretur. [*Doctus iter melius*] inductus meliori via, quae non noceat scilicet. [*Mortalia facta perib.*] *ζεῦγμα* a superioribus. Si mutavit cursum suum fluvius, credas posse fieri, item perire nostra. Si quidem fluvius, qui nocebat frugibus, cursu suo mutatus est ad aliud iter, ne aestate nocere posset. [*Nedum serm. stet honos*] i. e. si haec omnia mutantur, verborum genera perennia manere quomodo possunt? [*Honos*] pulchritudo? [*Vivax*] perpetua. [*Multa renascentur*] vocabula scilicet commercio sermonum. [*Quae iam cecidere*] i. e. quae sunt sublata de usu. [*Si volet usus*] i. e. consuetudo sive ratio loquendi. Ratio enim usu et consuetudine vincitur. *Vsus* enim facit auctoritatem, interdum et consuetudo vincit regulam.

minum. [*Sterilisq. diu palus*] Divus Caesar duas instituerat res facere: portum Ostiensem munire et Pomptinam paludem, quae est in Campania, ad quadragesimum milliarium emittere in mare; hanc ergo significat in hoc recidisse,* ut iam aretur. [*Seu cursum mutavit iniquum frugibus amnis Doctus iter melius*] Tiberim intelligamus. Hunc enim Agrippa derivavit, qua nunc vadit, antea per Velabrum fluebat. [*Ca-*

* *recepisse*

Quae nunc sunt in honore vocabula, si volet usus,
Quem penes arbitrium est et ius et norma loquendi.
  Res gestae regumque ducumque et tristia bella
Quo scribi possent numero, monstravit Homerus.
Versibus impariter iunctis querimonia primum,
Post etiam inclusa est voti sententia compos.
Quis tamen exiguos elegos emiserit auctor,
Grammatici certant et adhuc sub iudice lis est.
Archilochum proprio rabies armavit iambo;
Hunc socci cepere pedem grandesque cothurni,
Alternis aptum sermonibus et populares

---

fit in *tellus* et *senectus*, ut docent *Servius* et *Priscianus*. — v. 74. *Quo — numero*, quo metro, quo carminis genere. — v. 75. *Versibus impariter iunctis*, elegis, versibus elegiacis, hexametris et pentametris. — v. 76. Vossius: *Bald auch toente darin das Gefühl des beseligten Wunsches.* — v. 80. *Hunc pedem*, iambum. — v. 81. *Alternos sermones* in-

---

Modiorum dicimus secundum regulam, sed frequenter Ciceroni *modiúm* pro modiorum et *liberúm* pro liberorum hoc usu dicitur. [*Quem penes*] conversio est, i. e. penes quem, i. e. apud quem arbitrium et iudicium in potestate usus est, i. e. sermo et vis loquendi. [*Res gestae*] docet, quomodo singulae res et quibus metris scribendae sunt. [*Numero*] metro, ut: *Numeros memini, si verba tenerem.* [*Versibus impariter iunctis*] Elegiacum significat, quia elegiacum metrum minus habet syllabarum, quam versus heroicus, qui praecedit. Elegiacum metrum constat ex pentemimeri, i. e. ex duobus dactylis et syllaba. Quis tamen invenerit elegiacum, incertum est. Vel *versibus impariter iunctis*, i. e. alterno metro. Vnus enim hexameter versus est, alter pentameter. Hoc, inquit, metro primo tristia, post etiam coepere laeta describi. [*Post etiam inclusa est*] res tristes et lugubres primo elegiaco carmine scribebantur, post etiam prosperae et laetae. [*Exiguos elegos*] exiguos comparatione heroici. [*Archilochum propr. rabies armavit iambo*] iambicum metrum primum Archilochus invenit, quo usus est in Lycamben, quem persecutus est, quod ei Neobulen desponsatam iam filiam denegavit, in tantum, ut Lycambes iambos voluerit morte vitare, nam ad laqueum confugit. [*Hunc socci cepere pedem*] *soccis* comoediam intelligimus, *cothurnis* tragoediam. [*Grandesq. cothurni*] magnae laudes clamantium exceperunt hunc pedem aut grandes cothurni tragoediae. Ideo autem in dubio posuimus, quia difficile hoc metro tragoediographi utuntur. Nam spondaico pene metro semper videntur scribere. [*Alternis apt. sermonib.*] illi et illi, i. e. co-

dentque, *Quae nunc sunt in honore*, *vocabula*, *si volet usus*] h. e. ratio loquendi; *usus* enim nihil aliud quam regula sermonis Latini. [*Res gestae regumq. ducumq.*] incipit nunc loqui de omnibus metris: de epico, elegiaco et iambico. [*Versib. impar. iunctis*] elegiacis imparibus, nam hexametro priore, sequenti pentametro scribuntur. [*Archilochum propria rabies armavit iambo*] primus Archilochus *iambos* scripsit in Lycamben, generum suum. [*Hunc socci cepere pedem grandesque cothurni*] quomodo comoediae et tragoediae ornantur eo numero, qui iambicus appellatur. Nam hoc distat iambicus a iambo, quod *iambus* ex iambis constat et maledictis armatur; *iambicus* autem metro magis quam ratione similis est iambo. [*Alternis aptum sermonibus*] nihil enim poeta

Vincentem strepitus et natum rebus agendis.
Musa dedit fidibus Divos puerosque Deorum
Et pugilem victorem et equum certamine primum
Et iuvenum curas et libera vina referre.
  Descriptas servare vices operumque colores
Cur ego, si nequeo ignoroque, poeta salutor?
Cur nescire pudens prave quam discere malo?

---

tellige, qui alternatim habentur, h. e. non semper, neque continenter ab uno, sed nunc ab hoc, nunc ab illo, sive nunc ab uno, nunc ab altero vicissim. — v. 82. *pop. Vincent. strepitus*, quia spectatores vociferari et strepere desinunt, versibus iambicis delectati. — *natum rebus agendis*, i. e. fabulis, quae appellantur δράματα. — v. 83. *fidibus*, versibus lyricis. — Versus 83-85. Vossius bene interpretatus est: *Goetter verlieh der Guitarr' und Goettersoehne die Muse, Siegende Kaempfer der Faust, und den Gaul, der gewonnen im Wettlauf, Auch der Jünglinge Sorg', und entfesselnden Wein, zu besingen.* — *libera vina* pariter ac *verax Liber* Serm. I, 4, 89. — v. 86-87. Lamb.: Qui suas cuiusque poematis partes et munera ab ipsa natura adtributa servare nescit, et, qui ad operum formas, quae sunt variae et multiplices, versus accommodare pro cuiusque dignitate ac natura non potest, indignus est nomine poetae. Vossius: *Jedes verschiednen Gedichts Tonart und Farbe zu treffen, Was, wenn ich nicht weiss noch vermag, werd' ich Dichter gegrüsset?* — v. 88. *Doeringius:* Cur ob importunum pudorem, me aliquid ignorare,

---

moediae et tragoediae aut personarum responsionibus aut tantum comoediae, quia in comoedia multae personae invicem sibi succedunt. [*Et popul. Vincent. strepit.*] altius sonantem in scena, quam clamor populi. Tales enim strepitus excitat iste pes, ut vincat etiam populi clamores, quia iambus vincit clamores spectantium, h. e. plus meretur laudari, quam laudetur. [*Et natum*] i. e. iuventum more hominum dixit. *Natum pedem*, propter Comoediam. [*Rebus agendis*] tragoediis et comoediis. [*Musa dedit fidib.*] lyrico carmine laudari deos et heroas Olympiacos. [*Puerosq. deorum*] filios deorum, more Graeco. Vel pueros deorum appellat heroas. [*Et pugilem victorem*] ὀλυμπιονίκην, ut Pollucem. [*Et equum cert. primum*] i. e. Castorem. Licet alii dicant Pindarum et Amphimum, qui ante omnes ad palmam venerunt. [*Et iuven. curas*] amores. [*Et libera vina*] convivia et liberas commessationes, quia liberius faciunt vina homines loqui, ut Anacreon. [*Descriptas servare vices*] dispositum ordinem per species et expositas varietates si nescio persequi ac non possum, quare appellor poeta? i. e. si ea, quae praecepi, nescio servare, ut meis carminibus inseram pulchras res vicissim ad decorandum opus, cur poeta appellor? [*Operumq. colores*] varietates, οἰκονομίαν. [*Poeta salutor*] hoc secundum Graecos, qui nomine officii salutant: χαῖρε, ποιητής! [*Cur nescire pudens prave*] ordo est: *Cur prave pudens malo nescire*

in tragoedia dicit [elegit], sed plures personae: itaque heroicum heroum solet res referre; quid actum sit, tragoedia agit. [*Et populares Vincent. strepitus*] ipsum altius in scena sonantem quam populi clamor est. [*Musa dedit fidibus divos puerosque deorum*] nunc de lyrico carmine loquitur, quo metro scribuntur aut heroum laudes aut olympionicarum. *Pueros* autem *deorum* heroas dicit. [*Et iuven. curas*] h. e. amores, quos lyrici celebrant. [*Libera vina referre*] qualia sunt Anacreontis carmina. [*Descriptas servare vices*] h. e. ordinem positum per species

Versibus exponi tragicis res comica non vult;
Indignatur item privatis ac prope socco
Dignis carminibus narrari coena Thyestae.
Singula quaeque locum teneant sortita decenter.
Interdum tamen et vocem comoedia tollit,
Iratusque Chremes tumido delitigat ore;
Et tragicus plerumque dolet sermone pedestri

---

in hac ignorantia perstare et me turpiter dare, quam, quod ignoro, discere malo? — v. 90. *carmina privata* sunt, in quibus vitae *privatae* homines describuntur. — v. 92. *Singula quaeque* sive in universum dictum sive potius, ad tragoediam et comoediam relatum, utraque teneat *decenter*, ut decet, locum, quem sortita est. — v. 93. *vocem tollit*, i. e. sublimiori dicendi genere utitur. — v. 94. *tumido ore*, buccis inflatis, vid.

---

quam discere? quare prave magis nolo discere, quam turpiter ignorare? *Pudens* praepostere erubescens. *Pudens prave* est, qui turpiter ignorat vel erubescit. Si nescio, quare magis erubesco discere? Si nescis, non turpiter discis: sed si interrogatus fueris, turpiter nescis, si tacueris. Nam prave verecundus est ille, qui erubescit discere, quod sibi commodum est. Sunt quaedam doctrinae, quae duplici scientia concipiuntur. Versum facere discis, si audieris sex pedibus constare hexametrum sive heroicum metrum dactylo et spondeo. Ecce habes veram peritiam. Debes etiam alteram percipere, ut scias, quomodo fiat spondeus et quomodo dactylus. O Horati, si dedisti praecepta, quare nescis? possum scire quidem, verbi gratia, quia iambico metro comoedia scribitur, sed quomodo fiat iambicus, nescio. [*Versibus exponi tragicis*] aut spondaicis aut altis sensibus et verbis. Et hoc exsequitur, quod superius praemiserat: *Descriptas servare vices.* [*Res comica non vult*] res, inquit, parva et comica non debet alte tractari et difficulter, ut tragica. Tragoedia enim alto stylo describi, comica vero humili gaudet. [*Privatis*] communibus, iacentibus, quasi enim *privata* sunt verba, quibus utuntur hi, qui prosa oratione dicunt. [*Ac prope socco*] *soccis* comoediam intelligimus, *cothurnis* tragoediam. [*Dignis carminibus*] humilibus verbis. Tragoedia enim altos sortita est sensus et verba, Comoedia vero humiles. [*Narrari coena Thyestae*] humilibus verbis tragoedia exponi non vult et communibus sensibus, i. e. comico stylo. [*Singula quaeque locum teneant sortita decenter*] unaquaeque res quomodo decenter invenerit sibi locum, ita teneat. [*Interd. tamen et vocem comoedia tollit*] ut Terent.: *O caelum, o terra, o maria Neptuni.* Item: *Pro summe Iupiter!* [*Iratusq. Chremes*] comoedia de Chremete. [*Delitigat*] i. e. valde litigat. [*Tumido ore*] elato sermone. [*Et tragicus plerumq. dolet*] qui tragoedia semper dolores exponit. [*Sermone pedestri*] humili, communi. [*Telephus et Peleus*] hi ambo divites fuerunt et omnibus suis bonis consumptis ad tantam inopiam devenerunt, ut exsules facti mendicando sibi undecunque victum conquirerent. Mendicantes autem non humiliter, sed proterve et quasi imperando petebant: *Misce, fer nobis panem.* Aliter. Hi quondam divites fuerunt et loqui grandia verba et tumida semper con-

signorum, quare poeta dicitur. [*Cur nescire pudens prave quam discere malo*] huius versus sensus talis est: Cur malo nescire prave pudens, i. e. erubescens, ne videar ignorasse, quam malo discere? [*Indignatur item privatis*] h. e. humilibus verbis non vult tragoedia impleri. [*Et tragicus plerumq. dolet sermone pedestri*] exigit saepe [et] tragoedia, ut pedestribus scribatur verbis, [ut] cum Peleus et Telephus, exsules, regio habitu mutato, loquantur. Neque enim debet in humili habitu [men-

Telephus et Peleus, quum, pauper et exsul uterque,
Proiicit ampullas et sesquipedalia verba,
Si curat cor spectantis tetigisse querela.
Non satis est pulchra esse poemata: dulcia sunto,
Et quocunque volent, animum auditoris agunto.
Vt ridentibus arrident, ita flentibus adsunt
Humani vultus. Si vis me flere, dolendum est
Primum ipsi tibi; tunc tua me infortunia laedent,

Serm. I, 1, 20, 21. — v. 97. Quo sensu *ampullas* dixerit, iam supr. Epist. I, 3, 14. notatum est; translate enim *ampullae* significant verba turgida et inflata. — *sesquipedalia verba* = *achthalbzollige Worte.* Voss. Wahrscheinlich, inquit Hochederus, deutet der Dichter auf übermaessige Zusammensetzungen hin, wie sie im Aeschylus so haeufig vorkommen. Huiusmodi vocabulum vid. in Arist. Nub. v. 330.: σφραγιδονυχαργοκομήτας. — v. 101. *Vt ridentibus — Humani vultus.* Vossius: *Wie mit den Lachenden lacht, also auch den Weinenden folget Gern des Menschen Gesicht.* — v. 103. *infortunia*, δυστυχίαι. — v. 104. *male si mandata loqueris*, si autem partes tibi datas indecenter et inepte ages = *wenn*

---

sueverunt, tandem inopia compellente exsules facti sunt et mendicantes. Ideo alta et severa verba, quibus usi fuerant, dimiserunt et humilibus verbis et blandis animos spectantium mulcere coeperunt. Ideo dixit: *Et tragicus plerumque dolet sermone pedestri.* Telephus ab Achille vulneratus et curatus est. Peleus dicitur occidisse matrem suam aut Phocum, fratrem, ob hanc causam exsul factus est a civibus suis. [*Exsul uterq.*] aut quia vagabatur passim dolore perculsus, aut *exsul*, i. e. tristis. [*Proiicit ampullas*] i. e. irata verba et superba. Adhuc enim *ampullas* vocamus, quasi inflata vasa. *Proiicit ampullas*, i. e. omittit orationem tumidam et inflatam. Cum enim reges essent et in aerumna versarentur, alte loqui non poterant, summis calamitatibus mersi. [*Et sesquipedalia verba*] *sesquipedalia verba* proprie sesquipedem habentia. Vterque autem magna et grandia verba proiicit et utuntur communibus, ut exsul. [*Si curat cor spectantis tetigisse querela*] si id agit, ut spectatorem flere cogat, hic versus et sequentibus iungi potest. Si me vult flectere ad misericordiam, deponat elata verba. *Cor* enim spectantis tangimus, quando idonea verba dolore proferimus, i. e. istae personae proiiciunt elata verba, si volunt auditores ad misericordiam flectere. [*Non satis est, pulchra esse poemata*] sunt quaedam poemata per oeconomiam composita et probata verba habentia, sed interdum venustate carent. Habeant ergo haec, quae sunt probata, etiam venustatem et quocunque volunt auditorem sive ad misericordiam sive ad indignationem trahant. [*Vt ridentibus arrident*] i. e. affectus omnes in animis nostris habemus ex natura

dici] auxilium petens regaliter loqui. [*Proiicit ampullas*] hoc a Callimacho sustulit, quod dixit. [*Si curat cor spectantis tetigisse querela*] h. e. si id agit, ut adtente spectantem flere cogat. [*Dulcia sunto*] nunc quasi legem ponit et praecipit. *Sunto* enim et *agunto*, sint et agant significat, sed leges antiquae his fere plenae sunt, quae dicuntur significanter verbis. [*Si vis me flere, dolendum est Primum ipsi tibi*] hoc Demosthenicum est. Nam cum ad illum is, qui vapulaverat, accessisset, peteretque submisse, ut causam suam ageret eo, quod caesus esset, negavit se facturum, quia ille non vapulasset. Illo adfirmante factum esse eique supervacuas dicente querelas, tunc tertio cum indignari videret et toto adfirmante cum lacrymis adfectu, dixit: nunc se illi credere, capiebat enim dicendi impetum ex irascente. [*Tunc tua me infortunia laedent*]

Versibus exponi tragicis res comica non vult:
Indignatur item privatis ac prope socco
Dignis carminibus narrari coena Thyestae.
Singula quaeque locum teneant sortita decenter.
Interdum tamen et vocem comoedia tollit,
Iratusque Chremes tumido delitigat ore;
Et tragicus plerumque dolet sermone pedestri

---

in hac ignorantia perstare et me turpiter dare, quam, quod ignoro, discere malo? — v. 90. *carmina privata* sunt, in quibus vitae *privatae* homines describuntur. — v. 92. *Singula quaeque* sive in universum dictum sive potius, ad tragoediam et comoediam relatum, utraque teneat *decenter*, ut decet, locum, quem sortita est. — v. 93. *vocem tollit*, i. e. sublimiori dicendi genere utitur. — v. 94. *tumido ore*, buccis inflatis, vid.

---

quam discere? quare prave magis nolo discere, quam turpiter ignorare? *Pudens* praepostere erubescens. *Pudens prave* est, qui turpiter ignorat vel erubescit. Si nescio, quare magis erubesco discere? Si nescis, non turpiter discis: sed si interrogatus fueris, turpiter nescis, si tacueris. Nam prave verecundus est ille, qui erubescit discere, quod sibi commodum est. Sunt quaedam doctrinae, quae duplici scientia concipiuntur. Versum facere discis, si audieris sex pedibus constare hexametrum sive heroicum metrum dactylo et spondeo. Ecce habes veram peritiam. Debes etiam alteram percipere, ut scias, quomodo fiat spondeus et quomodo dactylus. O Horati, si dedisti praecepta, quare nescis? possum scire quidem, verbi gratia, quia iambico metro comoedia scribitur, sed quomodo fiat iambicus, nescio. [*Versibus exponi tragicis*] aut spondaicis aut altis sensibus et verbis. Et hoc exsequitur, quod superius praemiserat: *Descriptas servare vices.* [*Res comica non vult*] res, inquit, parva et comica non debet alte tractari et difficulter, ut tragica. Tragoedia enim alto stylo describi, comica vero humili gaudet. [*Privatis*] communibus, iacentibus, quasi enim *privata* sunt verba, quibus utuntur hi, qui prosa oratione dicunt. [*Ac prope socco*] *soccis* comoediam intelligimus, *cothurnis* tragoediam. [*Dignis carminibus*] humilibus verbis. Tragoedia enim altos sortita est sensus et verba, Comoedia vero humiles. [*Narrari coena Thyestae*] humilibus verbis tragoedia exponi non vult et communibus sensibus, i. e. comico stylo. [*Singula quaeque locum teneant sortita decenter*] unaquaeque res quomodo decenter invenerit sibi locum, ita teneat. [*Interd. tamen et vocem comoedia tollit*] ut Terent.: *O caelum, o terra, o maria Neptuni.* Item: *Pro summe Iupiter!* [*Iratusq. Chremes*] comoedia de Chremete. [*Delitigat*] i. e. valde litigat. [*Tumido ore*] elato sermone. [*Et tragicus plerumq. dolet*] qui tragoedia semper dolores exponit. [*Sermone pedestri*] humili, communi. [*Telephus et Peleus*] hi ambo divites fuerunt et omnibus suis bonis consumptis ad tantam inopiam devenerunt, ut exsules facti mendicando sibi undecunque victum conquirerent. Mendicantes autem non humiliter, sed proterve et quasi imperando petebant: *Misce, fer nobis panem.* Aliter. Hi quondam divites fuerunt et loqui grandia verba et tumida semper con-

signorum, quare poeta dicitur. [*Cur nescire pudens prave quam discere malo*] huius versus sensus talis est: Cur malo nescire prave pudens, i. e. erubescens, ne videar ignorasse, quam malo discere? [*Indignatur item privatis*] h. e. humilibus verbis non vult tragoedia impleri. [*Et tragicus plerumq. dolet sermone pedestri*] exigit saepe [et] tragoedia, ut pedestribus scribatur verbis, [ut] cum Peleus et Telephus, exsules, regio habitu mutato, loquantur. Neque enim debet in humili habitu [men-

Telephus et Peleus, quum, pauper et exsul uterque,
Proiicit ampullas et sesquipedalia verba,
Si curat cor spectantis tetigisse querela.
Non satis est pulchra esse poemata: dulcia sunto,
Et quocunque volent, animum auditoris agunto.
Vt ridentibus arrident, ita flentibus adsunt
Humani vultus. Si vis me flere, dolendum est
Primum ipsi tibi; tunc tua me infortunia laedent,

Serm. I, 1, 20, 21. — v. 97. Quo sensu *ampullas* dixerit, iam supr. Epist. I, 3, 14. notatum est; translate enim *ampullae* significant verba turgida et inflata. — *sesquipedalia verba* = *achthalbzollige Worte.* Voss. Wahrscheinlich, inquit Hochederus, deutet der Dichter auf übermaessige Zusammensetzungen hin, wie sie im Aeschylus so haeufig vorkommen. Huiusmodi vocabulum vid. in Arist. Nub. v. 330.: σφραγιδονυχαργοκομήτας. — v. 101. *Vt ridentibus — Humani vultus.* Vossius: *Wie mit den Lachenden lacht, also auch den Weinenden folget Gern des Menschen Gesicht.* — v. 103. *infortunia*, δυστυχίαι. — v. 104. *male si mandata loqueris*, si autem partes tibi datas indecenter et inepte ages = *wenn*

---

sueverunt, tandem inopia compellente exsules facti sunt et mendicantes. Ideo alta et severa verba, quibus usi fuerant, dimiserunt et humilibus verbis et blandis animos spectantium mulcere coeperunt. Ideo dixit: *Et tragicus plerumque dolet sermone pedestri.* Telephus ab Achille vulneratus et curatus est. Peleus dicitur occidisse matrem suam aut Phocum, fratrem, ob hanc causam exsul factus est a civibus suis. [*Exsul uterq.*] aut quia vagabatur passim dolore perculsus, aut *exsul*, i. e. tristis. [*Proiicit ampullas*] i. e. irata verba et superba. Adhuc enim *ampullas* vocamus, quasi inflata vasa. *Proiicit ampullas*, i. e. omittit orationem tumidam et inflatam. Cum enim reges essent et in aerumna versarentur, alte loqui non poterant, summis calamitatibus mersi. [*Et sesquipedalia verba*] *sesquipedalia verba* proprie sesquipedem habentia. Vterque autem magna et grandia verba proiicit et utuntur communibus, ut exsul. [*Si curat cor spectantis tetigisse querela*] si id agit, ut spectatorem flere cogat, hic versus et sequentibus iungi potest. Si me vult flectere ad misericordiam, deponat elata verba. *Cor* enim spectantis tangimus, quando idonea verba dolore proferimus, i. e. istae personae proiiciunt elata verba, si volunt auditores ad misericordiam flectere. [*Non satis est, pulchra esse poemata*] sunt quaedam poemata per oeconomiam composita et probata verba habentia, sed interdum venustate carent. Habeant ergo haec, quae sunt probata, etiam venustatem et quocunque volunt auditorem sive ad misericordiam sive ad indignationem trahant. [*Vt ridentibus arrident*] i. e. affectus omnes in animis nostris habemus ex natura

dici] auxilium petens regaliter loqui. [*Proiicit ampullas*] hoc a Callimacho sustulit, quod dixit. [*Si curat cor spectantis tetigisse querela*] h. e. si id agit, ut adtente spectantem flere cogat. [*Dulcia sunto*] nunc quasi legem ponit et praecipit. *Sunto* enim et *agunto*, sint et agant significat, sed leges antiquae his fere plenae sunt, quae dicûntur significanter verbis. [*Si vis me flere, dolendum est Primum ipsi tibi*] hoc Demosthenicum est. Nam cum ad illum is, qui vapulaverat, accessisset, peteretque submisse, ut causam suam ageret eo, quod caesus esset, negavit se facturum, quia ille non vapulasset. Illo adfirmante factum esse eique supervacuas dicente querelas, tunc tertio cum indignari videret eü toto adfirmante cum lacrymis adfectu, dixit: nunc se illi credere, capiebat enim dicendi impetum ex irascente. [*Tunc tua me infortunia laedent*]

Telephe vel Peleu: male si mandata loqueris,
Aut dormitabo aut ridebo. Tristia maestum
Vultum verba decent, iratum plena minarum;
Ludentem lasciva, severum seria dictu.
Format enim natura prius nos intus ad omnem
Fortunarum habitum: iuvat aut impellit ad iram,
Aut ad humum maerore gravi deducit et angit;
Post effert animi motus interprete lingua.
Si dicentis erunt fortunis absona dicta,
Romani tollent equites peditesque cachinnum.
  Intererit multum, Davusne loquatur an heros,
Maturusne senex an adhuc florente iuventa
Fervidus, an matrona potens an sedula nutrix,

---

schlecht du bestellest den Auftrag. — v. 108. *Format enim natura* etc. Proverbialiter dictum: πρὸς γὰρ τύχας τὰς φρένας κεκτήμεθα. — v.109. *iuvat*, sensus suaviter afficit = *belustiget.* — v. 110. *ad humum dedu- cit = beugt zur Erde*, affligit. — v. 111. *Post* respondet particulae *pri- us* v. 108. — v. 112. Si loquentis oratio, inquit Horatius, erit ab eius fortuna aliena, ridebunt equites et reliqui spectatores. — v. 113. *equites peditesq.* omnes ac singuli. — Ceterum *Davo*, cuivis servo, opponitur *heros*; *seni* (morti) maturo *iuvenis* animi fervore insignis, *matronae* po- tenti *sedula* (officiosa) nutrix, mercatori *vago* (vaganti in itineribus) *cul-*

---

et singuli moventur, cum imagines suas viderint in aliis. [*Flentibus ad- sunt*] praesto sunt, quia flent et ipsi. [*Male si mandata loqueris*] quasi mandata, non quasi tua, sed secus quam aut dolor mandat aut laetitia. [*Aut dormitabo*] hoc gravius est quam *ridebo.* Alterutrum enim faciunt auditores, si sine affectu sit dictio. [*Tristia maestum*] non solum ad personarum dignitatem, sed etiam ad conditionem, aetatemque aptanda sunt verba et unicuique personae quod est proprium, debet servari. [*La- sciva*] delicata et mollia. [*Seria*] gravia, necessaria, aspera. [*Format enim natura*] sensus est: Poeta debet formare intra se personam aptam his rebus, natura quippe delectat, cum delicata videmus. Natura enim irascimur, delectamur, miseremur, quia substantiae harum rerum sunt formatae in animis nostris a natura, unde illud Ciceronis: *Ardeat orator, si vult iudicem incendere.* [*Post effert animi mot. interpr. lingua*] i. e. extollit, sublimat, i. e. natura, quae me deiecit rerum miseratione, ex- tollit prosperitate et modo deducit ad humanitatem, modo extollit ad ira- cundiam. [*Si dicentis erunt fortun. absona dicta*] si non conveniunt verba loquentis fortunae, ridebunt Romani. [*Intererit multum*] in per- sonis formandis dicit, non solum ad personarum dignitatem, sed etiam ad conditionem et aetatem aptanda esse verba. [*Davusne loquatur an he- ros*] unicuique personae proprius actus aptandus est. [*Sedula*] studiosa,

i. e. tunc tuae me calamitates movebunt. *Infortunia*, quae Graeci ἀτυχήματα vocant. [*Romani tollent equites peditesque cachinnum*] ridebit equester ordo et plebeius. *Cachinnum* autem verbum secundum ὀνοματοποιίαν fictum a sono risus. [*Intererit multum, Davusne loquatur an heros*] h. e. unicuique personae actus proprius aptandus est; tanquam apud Menandrum servus inducitur liber loquens. Hoc ille indulgenter et inconsulto, ut omnia

Mercatorne vagus, cultorne virentis agelli,
Colchus an Assyrius, Thebis nutritus an Argis.
  Aut famam sequere aut sibi convenientia finge.
Scriptor honoratum si forte reponis Achillem:
Impiger, iracundus, inexorabilis, acer
Iura neget sibi nata, nihil non adroget armis.
Sit Medea ferox invictaque, flebilis Ino,

---

tor agelli (rusticus). — v. 119. *sibi convenientia*, sibi constantia et in quibus extrema conveniant cum primis, utraque cum mediis. — v. 120. *honoratum*, fama s. carminibus celebratum. — *reponis*, describis, adum- bras. — v. 121. *Impiger*, ποδωκύς, qualem illum descripsit Homerus. Cf. Carm. IV, 8, 30. IV, 14, 22. — *inexorabilis*, sic Achilles Carm. I, 6, 6. *cedere nescius.* — v. 122. *Iura nata.* Hochederus ad hunc locum *Goe- thii* dicterium, quod in Fausti tragoedia pronuntiatur, laudat: „Vom Rechte, das mit uns geboren ist, ist leider nicht die Rede.“ — v. 124. *Perfidus*, quod cum conviva Iovis esset, Iunonem de stupro est ausus

---

officiosa, ad obtemperandum parata. [*Vagus*] qui passim navigat, ut: *Im- piger extremos currit mercator ad Indos.* [*Colchus an Assyrius, The- bis nutritus an Argis*] nam Colchus nonnisi saevus inducendus est. As- syrius astutus et callidus et divitiis affluens. Nec inducas Argis natum timidum aut Thebis facias peritum; nam Thebani infelices sunt, Argivi victores atque felices. [*Aut famam sequere aut sibi convenientia fin- ge*] omnis poeta aut certam historiam tangit aut fingit. Si ergo certam scribis, famam sequere: aut si fingis, habeat artem et verisimilitudinem figmentum tuum. [*Si forte reponis Achill.*] si scriptis tuis recondis et quasi iterum reducis ac reddis vivum carmine tuo. Vel etiam *reponis*, scribis aut transfers, quod alii dixerunt de ipso. Apud commentatorem sic inveni relatum. Apud antiquos tragoediarum comoediarumque scri- ptores cum primum in scenam prodirent, favorabiliter excipiebantur, et- iam si male agerent, ut illorum ad scribendum iterum allicerentur animi et praetore cogente totam necesse erat peragi fabulam. Si vero iterum male egissent, incipiebant derideri; et ideo dixit *reponis*, quasi iterum profers. Alii sic exponunt: *Poni* dicitur agi vel scribi, *reponis* igitur iti- dem scribis. Si ergo Achillem, quo semel Homerus scripsit, velis scri- bere, talem debes facere, qualem Homerus ostendit. Aut *reponis* ad imi- tationem Homeri describis. [*Impiger*] velox sit in tuo carmine, ut mi- les: qualis ab Homero inducitur, talis a te scribatur. [*Acer*] superbus et contemptor. [*Iura neget sibi nata*] neget se legibus constringi, sine lege omnia faciat et sic eum scribe, ut non curet de lege prae poten- tia sua, non propter ignorantiam. [*Nihil non arroget armis*] nihil sit, quod non speret perpetrari per arma, quantum ad se spectet. Quia unus- quisque fiduciam suam privatam credit, non aestimans esse communem. Vt sit praesumptor, ut habeat fiduciam vincendi, ut omnia armis devindi- cet. [*Sit Medea ferox invictaque*] Medea, dum alii in sua haberent, hospitium, dumque nil carius haberet, filios suos ad comedendum adpo- suit, ideo ferox et crudelis est. *Invicta* autem pervicax. [*Flebilis Ino*]

domino simpliciter fateatur. Itaque aliquo modo illum excusat. [*Aut fa- mam sequere aut sibi convenientia finge*] hoc aliud praeceptum est. Nam poeta scripturus aut secundum hominum consensum debet aliquid describere aut si historiam tanquam tritam non vult adtingere, debet con- venienter notam inducere. [*Script. honoratum si forte reponis Achil- lem*] apud antiquos tragoediarum comoediarumque scriptores, cum pri-

Perfidus Ixion, Io vaga, tristis Orestes.
Si quid inexpertum scenae committis et audes
Personam formare novam: servetur ad imum,
Qualis ab incepto processerit et sibi constet.
Difficile est proprie communia dicere, tuque

---

appellare. — *Io*, Inachi filia, cum ab Iove ob iram et odium, quo Iuno eam ut Iovis pellicem vexabat et huc illuc agitabat, mutata esset in vaccam, post multos errores in Aegyptum venisse, Osiridi ibi nupsisse et post mortem *Isis* facta esse in fabulis traditur. — v. 125. *Si quid inexpertum* etc. Lamb.: si quam tragoediam scribere cogitas, in qua personae sint novae, neque dum ab ullo poeta tractatae, vide, ut tales sint usque ad extremum, quales statim ab initio abs te productae sunt. — v. 128. *proprie communia dicere.* Lamb.: *communia* hoc loco appellat Horatius argumenta fabularum a nullo adhuc tractata, et ita, quae cuivis exposita sunt et in medio quodammodo posita, quasi vacua et a nemine occupata; talia igitur argumenta difficile est abs te nunc primum occupata et suscepta ita tractare, ut proprie tua iure dici possint. — Gesnerus: *proprie dicere* est ita undique describere ac finire, ut iam non com-

---

propter amissionem filiorum. Athamas enim, maritus eius, unum persecutus occidit, alterum dum sequitur, fecit in mare desilire, quorum mater luget interitum. Alii sic: Ino uxor Athamantis dementis fuit, quae furorem mariti fugiens se praecipitavit in mare cum filio et ipsa dicta est Leucothea et filius eius Palaemon, qui Melicertes antea dicebatur. [*Perfidus Ixion*] moris erat apud antiquos, ut ante ductas uxores nuptialia munera ultro generi soceris darent. Ixion ergo, cum filiam Deïonei accepisset uxorem et dotem daret invitus, scrobem fecit ingentem, quam igne replevit ac summam leviter cinere contexit. In hanc socerum, quem simulans ad coenam invitaverat, mersit ac sic passus est illum vivum exuri; ob hoc *perfidus* dictus est. Sive dum conviva Iovis esset, Iunonem de stupro temulentus ausus est appellare. Alii dicunt, quod ideo *perfidus* dictus sit, quia concedente Iove cum Iunone concubuit et postea patefecit. [*Io vaga*] quod secreta sibi commendata in vaccam mutata publicavit. [*Tristis Orestes*] propter conscientiam, quia matrem demens interfecit. [*Si quid inexpert.*] novum. Si quid, inquit, probatum vis recitare et novum poema scribens novam personam fingere, cave, ut sit constans usque ad extremum. [*Novam personam*] novam materiam. [*Et sibi constet*] in se finiatur materia, nec aliud transeat. [*Difficile est*] satis difficile est dicere *communia verba*, ita ut auditor cogitet esse propria dicentis. [*Proprie communia dicere*] i. e. dicere intacta. Nam quando intactum est aliquid, *commune* est; cum semel dictum ab aliquo, fit *proprium.* Item *communia*, i. e. non ante dicta, quia si quid dietum

mum in scenam prodirent, favorabiliter excipiebantur, etiamsi male agerent, ut illorum ad scribendum iterum adlicerentur animi, praetore cogente totam necesse erat peragi fabulam. Sin vero [etiam] iterum male egissent, incipiebant derideri. Ideo dixit *reponis*, quasi iterum profers. [*Perfidus Ixion*] moris erat apud antiquos, ut ducturi uxores nuptialia munera et dotem ultro soceris darent. *Ixion* ergo, cum Deïonei filiam accepisset uxorem [et iniquum coniugium] et dotem daret invitus, scrobem fecit ingentem, quam igne replevit et in summo leviter cinere contexit. In hanc Deïonea, quem simulans ad coenam invitaverat, mersit ac sic passus est vivum illum exuri; ob hoc *perfidus* dictus est *Ixion.* [*Difficile est proprie communia dicere, tuque*] aliud καθολικὸν et quasi interrogans; at enim, inquiunt, difficile est communes res propriis explicare ver-

Rectius Iliacum carmen diducis in actus,
Quam si proferres ignota indictaque primus.
Publica materies privati iuris erit, si
Non circa vilem patulumque moraberis orbem,
Nec verbum verbo curabis reddere fidus
Interpres, nec desilies imitator in arctum,

---

mune quidquam aut generale videatur, sed individuum, in quo omnia sunt determinata, ut loquuntur philosophi. Picturae ut proprie talis, sic poeticae, maior laus, si rem singularem pingat. — Hochederus: „*communia* bezeichnet hier wol nur das *Ideale*, das keiner Nachahmung unterliegt, weil es nie nach Zeit und Raum war, dasjenige, was noch unter keiner Form der Wirklichkeit bestanden hat. *Proprie* heisst dann, einer solchen Allgemeinheit die Form der Wirklichkeit, die in's Einzelne gehende, consequente Bezeichnung geben. *Dicere* statt *facere*, weil eben von einem Dichterwerke, das auf Vortrag beruht, die Rede ist.“ — Ego cum *Vossio* interpretor: *Schwer ist's, eigene Wesen aus Allgemeinem zu bilden.* — v. 129. *Rectius*, consultius, cum minore aberrandi periculo. — *diducere*, corpus aliquod in partes separare. — v. 131. *Doe-*

---

ante sit, est proprium; quod si quis dixerit, iam tuum est proprium. *Communia* autem dixit, quia quamdiu a nullo sunt acta vel dicta, singulis aeque patent ad dicendum. Verbi gratia, quemadmodum domus vel ager sine domino communis est, occupatus vero iam proprius fit, ita et res a nullo dicta, est communis. [*Tuque Rect. Iliac. carmen*] hoc interrogative. At enim dicunt, difficile esse, communia propriis explicare verbis. Sed tu melius dices usitata, ex fabulis neque solum facilius, sed honestius. [*Deducis in actus*] comoediam aut tragoediam scribens. Tutius dicuntur usitata, quam ignota. [*Publica materies*] docet, quomodo adgrediatur aliquis carmen iam ab aliquo scriptum. Materia iam dicta, ab aliquo descripta. Sensus est: Nota, inquit, materia nunc videbitur quasi propria uniuscuiusque esse, si novo et non usitato genere elocutionis ornetur. Id etiam dicit: *Materies publica privati iuris erit*, si eam cum arte fueris interpretatus, si non eam totam velis persequi et singula communi fide imitari, nam quaedam praemittere debes. Et poetica licentia pro materia *materies* dixit; *materies* enim lignum est. *Publica materies* est, ut bellum Troianum proprie tuum fiat et quasi a te inventum, si non vilissimis verbis explicetur. [*Privati iuris erit*] fiet quasi tua. [*Si non circa vilem*] si non feceris carmen tuum spatiosum et amplum ex alieno sensu, licet enim quaedam sumere et non multa. [*Vilem*] i. e. vacuum, inanem, quia vilem te facit totus orbis ad finem ductus, i. e. totum carmen, tota materia. Poema tuum vilem te facit, si volueris totum orbem circumire, i. e. si totum poema mutare volueris alienum. [*Patulumq.*] qui tibi patet ad dicendum, i. e. si non in iisdem sensibus verbisque verseris, quae ab aliis dicta sunt, ac magis interpres fias, quam verus dictor. [*Orbem*] cyclon (κύκλον) dicit, orbem namque κύκλον dicunt Graeci. [*Nec verb. curabis reddere*] i. e. noli curare singula verba interpretari, ne facias poema tuum vile, interdum enim inveniuntur, quae in latinitatem converti non possunt. Ideo non debes persequi omnia, quia sunt, quae implere non possis aut quae conversa in latinum placere non possint. Sensus est: Si quid transfers, non erit, inquit, fideliter interpretandum, i. e. verbum ex verbo, nec in has angustias descendendum. [*Nec*

bis. [*Si non circa vilem patulumque moraberis orbem*] in eos dicit, qui ad finem Iliados Homeri scripserunt. Ideo et *patulum orbem* dixit. [*Nec verbo verbum curabis reddere*] h. e. si non quaesieris, ut ad ver-

Vnde pedem proferre pudor vetet aut operis lex.
Nec sic incipies, ut scriptor cyclicus olim:
Fortunam Priami cantabo et nobile bellum.
Quid dignum tanto feret hic promissor hiatu?
Parturient montes, nascetur ridiculus mus.
Quanto rectius hic, qui nil molitur inepte:
Dic mihi, Musa, virum, captae post tempora Troiae
Qui mores hominum multorum vidit et urbes.
Non fumum ex fulgore, sed ex fumo dare lucem
Cogitat, ut speciosa dehinc miracula promat,
Antiphaten, Scyllamque et cum Cyclope Charybdin.

---

ring.: materiem iam ab aliis publicatam et in medio positam poteris tibi propriam facere et in usum privatum convertere, si neque rebus tritis et vulgaribus putide immoraberis, neque, sicuti fidus interpres, verbum verbo reddere curabis, neque servili imitatione te praecipitem dabis in eiusmodi angustias, unde pudor et aberratio ab iis, quae bono scriptori servanda sunt, pedem expedire te prohibeat. — Per *vilem et patulum orbem* idem significat, quod nos dicere solemus: *ein Gemeinplatz.* Huiusmodi autem vilibus patulisque orbibus uti, stulti sane ac stolidi poetae s. scriptoris est. — v. 136. *scriptor cyclicus.* Fea: Disserit Proclus de Epico, quem vocant, Cyclo, qui ex Caeli et Terrae, quam poetae fabulantur, commixtione originem duxit. Terminatur Epicus Cyclus, ex variis poetis perfectus, ad exscensionem usque Vlyssis in Ithacam, in qua et a filio Telegono, ignaro, quod pater esset, interficitur. Hinc *poetae Cyclici* illi, qui ab eo Cyclo, et praecipue ab Homeri Iliade et Odyssea operum suorum argumenta desumebant. — v. 138. *Quid — hiatu?* Vossius: *Was bringt Würdiges wol so offenes Munds der Verheisser?* — v. 141-142. Hom. Od. α', 1-3.: *Ἄνδρα μοι ἔννεπε, Μοῦσα, πολύτροπον, ὃς μάλα πολλὰ πλάγχθη, ἐπεὶ Τροίης ἱερὸν πτολίεθρον ἔπερσεν· πολλῶν δ' ἀνθρώπων ἴδεν ἄστεα καὶ νόον ἔγνω.* — v. 145. *Antiphates,* rex

---

desil. imitat. in arct.] i. e. noli adgredi locum difficilem, unde te explicare non poteris, nec te imitatione sive aemulatione obstringas, ut procedere vel progredi longius erubescas. Nam pudor vetat nos a maioribus incipere et in exiguum desinere, quia pudendum est inchoata deserere. [*Aut operis lex*] operis lex est, ut coepta perficiantur. [*Nec sic incip. ut scriptor Cyclicus olim*] aliud praeceptum et hoc est, quod praecepit: Noli a gravibus et ab elatis verbis incipere. Nam omnis poeta debet paulatim crescere. Cyclicus poeta est, qui ordinem variare nescit vel qui carmina sua circumfert quasi circumforaneus. Aut nomen proprium *Cyclicus* et significat Antimachum poetam. Aliter Cyclici dicuntur, qui circum civitates eunt recitantes. [*Fortun. Priami cantabo*] inquit ille Antimachus. [*Quid dign. tanto feret hic promiss. hiatu*] i. e. hoc cothurno. Quid dignum tanto prooemio et tanto ore possit afferre? [*Parturient montes*] qui a maioribus partibus incipit et in processu vilescit, dignus est risu. [*Quanto rectius hic*] Homerus, qui nihil incipit inepte. [*Molitur*] conatur scribere. [*Non fum. ex fulgore*] fumum ex fulgore facere dicuntur hi, qui a maiore incipiunt. [*Antiphaten*] Lamî filium di-

bum commutes, nec exprimas carmen, sed magis sensum, alioquin si quid transtuleris, et pusillum erit et ineptum. [*Parturient montes, nascetur ridiculus mus*] Graecum hoc proverbium est: *ὤδινεν οὖρος, τίκτεται μῦς*

Nec reditum Diomedis ab interitu Meleagri,
Nec gemino bellum Troianum orditur ab ovo.
Semper ad eventum festinat et in medias res
Non secus ac notas auditorem rapit et, quae
Desperat tractata nitescere posse, relinquit:
Atque ita mentitur, sic veris falsa remiscet,

Laestrygonum, a quibus Vlysses eiusque socii ad unum discerpti essent, nisi funibus ancorarum praecisis quam primum e portu solvissent seseque in altum recepissent, quo ex periculo tamen non omnes naves servatae sunt, sed aliquot cum vectoribus perierunt; vid. Hom. Odyss. X, 82-132. — Quod adtinet *Scyllam* atque *Charybdin* vid. Hom. Odyss. Lib. XII, 85. ibd. 104 sqq. — *Cyclops, κατ' ἐξοχὴν* Polyphemus. — v. 146. Nec reditum Diomedis a bello Troiano aut aliam narrationem nimis longe repetit. Tale quid non Homerus, neque alius verus poeta, sed stolidus facere solet. — v. 148. Per *medias res* idem exprimit, quod nos dicere solemus: *Mitten in die Handlung.* Non per ambages spectatores moratur, sed secum mediam ad rem, de qua agit, ducit, ita quidem, ut spectator s. auditor omnia sibi nota esse putet. — v. 149-150. Quae tamen nullum ora-

---

cit, qui Formiarum oppidum condidit. Laestrygones sunt dicti saevi homines, ex quibus fuit Antiphates. Dicit autem ipsos Laestrygones, ad quos Vlysses delatus est, qui humana carne vescebatur. [*Nec redit. Diomedis ab interit. Meleagri*] Meleager et Tydeus fratres fuerunt. Antimachus poeta reditum Diomedis narrans, ab exordio coepit primae originis, i. e. ab interitu Meleagri. Hic vero praecipit longo prooemio non utendum esse. Superfluum itaque vitium declinans, Maro ita inchoavit: *Vix e conspectu Siculae telluris in altum Vela dabant laeti.* [*Nec gemin. bellum Troi.*] i. e. a Castore et Polluce. *Gemino* autem utriusque sexus aut magno aut pro trigemino. Id est, nec Troianum bellum coepit ab ovo, ex quo geniti sunt Castor et Pollux. Et est *ὑπαλλαγή*, gemino principio vel a gemino ovo, quia Pollux quidem erat filius Iovis et Ledae, Castor vero Tyndari et Ledae. [*Ab ovo*] a nativitate geminorum Pollucis et Castoris. Qui ovo nati creduntur ab Iove, qui in forma cygni compressit matrem eorum. Bonus poeta, inquit, qui vult describere reditum Diomedis, principis Graecorum, a Troia in Graeciam, non ex eo tempore incipit narrare facta eius, quo rediit victor, interfecto gigante Meleagro, sed potius ab incendio Troiae. Similiter qui bellum Troianum narrat, ex illo tempore non incipit, quo Iupiter sub specie cygni cum Leda, Helenae matre, concubuit, sed quo Paris Helenam rapuit. [*Semper ad eventum*] ita aperte principia dicit, ut ex iis facile exitus cognoscantur. *Ad eventum,* i. e. ad id, unde ordiendum est, quod Graeci dicunt, *πρὸς τὸ προκείμενον,* aut semper ad finem festinat, i. e. odit longa prooemia. [*Festinat*] cogitans fastidium lectoris ad exitum operis properat. Ideoque non est longius ab origine inchoandum. Sic Ilias Homerica a precibus Chrysae, sacerdotis, incipit et Odyssea a concilio Deorum. [*Et in medias res*] abducit poeta bonus auditorem suum, quasi ad nota, h. e. ita a medietate incipit, quasi superiora nota sint. [*Et quae Desper. tractat. nitesc. posse, relinquit*] i. e. bonus poeta relinquit ea, quae placere non possunt, h. e. praeterit ea, quae in tractatu ingrata sunt. [*Atque ita mentitur*] ut omnia congrua videantur. Docet, quemadmodum falsa confingas. Nec ad vituperationem Homeri refert, nec enim veritatem poetae pollicentur, sed discrepantiam in eo, quod fingunt, vitare debent. [*Sic veris falsa remiscet*] pro commiscet, mutata praepositione,

Primo ne medium, medio ne discrepet imum.
Tu, quid ego et populus mecum desideret, audi:
Si plausoris eges aulaea manentis et usque
Sessuri, donec cantor: *Vos plaudite!* dicat:
Aetatis cuiusque notandi sunt tibi mores,
Mobilibusque decor naturis dandus et annis.
Reddere qui voces iam scit puer et pede certo

---

tionis nitorem neque ornatum capere videt, si a se tractentur, ea consulto praetermittit. — v. 154. *plausoris*, spectatoris, auditoris. — *aulaea*. Pro forma et constructione theatrorum apud veteres, aulaeum picturis ornatum vel intextum, ut scena aperiretur, non tollebatur in altum, sed sub pulpitis demittebatur sensim involutum cylindro. Finito actu vel integro spectaculo, in altum tollebatur. — *aulaea manere*, i. e. usque ad finem operis exspectare. — v. 155. *Sessuri*, sc. audiendi vel spectandi causa. — v. 157. Pro *naturis* Bentl. ex coniectura dedit *maturis*, quod comprobat Fea. Sed dubitari potest, utrum *anni* recte dici possint *maturi*; nam quod de senibus saepe praedicari solet, id in annos minime quadrare videtur. *Naturis* et *annis* per ἓν διὰ δυοῖν intelligendum esse censemus, i. e. naturis mobilium annorum. Vossius: *Gieb der*

---

ut: *Vteroque recusso*, pro concusso, et apud poetam: *Sin veris falsa remisces*, pro: commisces. [*Quid ego et populus mecum desideret*] i. e. quid libenter audiant omnes, percipe, o scriptor! Id est, quod quisque usque eo exspectet, donec tollantur aulaea ad finem peractae Comoediae. Si vis, inquit, exspectare populum usque ad finem fabulae tuae, donec dicat actor: *Vos valete et plaudite*. Et si vis, inquit, exspectare plausorem, donec tollantur aulaea, mores uniuscuiusque aetatis observa. [*Plausoris*] fautoris. Legitur et *Plosoris*, nam et *plodere* veteres et *plaudere* dicebant, ut: *Claudere* et *cludere*. [*Aulaea*] qui ludos dabant, *aulaea* suspendebant, quae in fine ludorum deponebantur. *Aulaea* autem dicta eo, quod in aula Attali regis, devicto eo, inventa sunt. [*Manentis*] exspectantis. [*Donec cantor*] i. e. actor, i. e. donec finita fabula tollantur aulaea. *Cantorem* voluit appellare eum, qui hoc in imo dicit. [*Plaudite*] haec erat consuetudo in consummatione tragoediarum. [*Aetatis cuiusq. notandi sunt tibi mores*] ac si diceret: Si debes loqui de iuvenibus, non de eis proprietatem senum aliusve aetatis. [*Mobilibus*] i. e. currentibus, quia semper labuntur anni. [*Naturis*] quae certis temporibus mutantur, annis scilicet accedentibus et est magnum epitheton. Quid enim natura mobilius puero adolescente et maturo sene? τὸ πρέπον, i. e. decorum cuique proprium tribuendum est. [*Decor naturis dandus*] ad aetatem retulit *naturis*. Docet enim, quemadmodum deberet vir loqui et quemadmodum mulier. [*Reddere qui voces iam scit puer*] qui iam potest fari, ut Maro: *Ac veras audire et reddere voces*, i. e. puer, qui iam potest loqui. Sunt enim pueri, qui quamvis agnoscant quaedam, tamen non loquuntur, quale est illud apud poetam: *Incipe, parve puer, risu cognoscere matrem*. [*Et pede certo*] qui incedere potest iam firmo vestigio et incessu. Nam infantes certum pedem non habent, quia tremunt

sive *εἶτα μῦν ἀπέτεκε*. [*Nec reditum Diomedis ab interitu Meleagri*] Antimachus fuit cyclicus poeta; hic adgressus est materiam, quam sic extendit, ut viginti quatuor volumina impleverit, antequam septem duces usque ad Thebas produceret. [*Si plausoris eges aulaea manentis*] i. e. si vis te ad-tante [adsectantem] audiri, donec aulaeum levetur et donec

Signat humum, gestit paribus colludere et iram
Colligit ac ponit temere et mutatur in horas.
Imberbis iuvenis, tandem custode remoto,
Gaudet equis canibusque et aprici gramine campi,
Cereus in vitium flecti, monitoribus asper,
Vtilium tardus provisor, prodigus aeris,
Sublimis cupidusque et amata relinquere pernix.
Conversis studiis aetas animusque virilis
Quaerit opes et amicitias, inservit honori,
Commisisse cavet, quod mox mutare laboret.
Multa senem circumveniunt incommoda, vel quod

---

beweglichen Jahr' unstaeter Natur, was geziemet. — *decor*, sua proprietas, τὸ πρεπόν. — v. 158. *Reddere voces*, loqui. — v. 159. *Signat humum*, i. e vestigia imprimit. — *colludere*, συμπαίζειν τινί. — *iram Colligit ac ponit temere*, sine causa irascitur ac placatur. — *mutatur in horas*, ut Serm. II, 7, 10.: *clavum ut mutaret in horas*. — v. 161. *custos* = paedagogus. — v. 162. *aprici gramine campi*, vid. not. ad Carm. Lib. I, 8, 3-4. — v. 163. *Cereus*, instar cerae flexibilis, mollis. — *monitoribus asper*, contemptor paedagogorum, ratione aspera atque inhumana in paedagogos se gerens. — v. 164. *Vtilium tardus provisor*, in rebus utilibus, quibus vitae futurae providere debet, tardus. — v. 165. *Sublimis*, superbus, ὑπέροχος. — *cupidus*, ardens ad omnia. — *pernix*, velox ad fastidienda, quae cupiverat, levis, inconstans cito, quae antea amaverat, contemnit. — v. 166. *Conversis studiis*, mutatis, ut intpp. ad unum fere omnes interpretantur, excepto *Hochedero*, qui *conversis* per ,in unum versis' explicat. — v. 168. *mutare*, infectum reddere. — v. 169.

---

membra eorum. [*Signat humum*] imprimit vestigiis suis. [*Paribus colludere*] cum aetatis suae aequalibus ludere. Sic scribendus est atque formandus, ut cum paribus ludat, non cum sene. [*Et iram colligit ac ponit temere*] sine ratione. Nam pueri et sine causa irascuntur et temere illos decet iram deponere. [*Imberbis iuvenis*] *imberbus* et *imberbis*, sicut *inermus* et *inermis* invenitur. [*Custode*] paedagogo. [*Gaudet equis canibusq.*] ut Terentius: *Aut equos alere aut canes*. [*Aprici*] calidi, patentis loci. [*Cereus in vitium flecti*] facilis comparatio, i. e. pronus est adolescens ad vitium. Aut quasi *cereus*, ita flectitur in vitium aut flectit, deest *se*. [*Monitoribus asper*] odit monentes contemptor paedagogorum. [*Vtil. tardus provisor*] tarde videt utilia, quae prosunt sibi. [*Prodigus aeris*] sumptuosus. [*Sublimis*] superbus, erectus. [*Cupidusq.*] ardens ad omnia. [*Et amata relinquere pernix*] h. e. velox ad fastidium cupidorum, i. e. levis, inconstans, cito, quae ante amaverat, contemnens. *Imberbes* enim quae amant, aliquando cito demittunt. [*Conversis studiis*] mutata voluntate, i. e. iam vir factus non est prodigus aeris, sed cupidus reponendi. [*Inser. honor.*] ambitiosus efficitur, dat operam, ut honorem accipiat. [*Commisisse cavet, quod mox mutare laboret*] poenitenda cavet committere, i. e. timet hoc facere, quod postea laborabit mutare. [*Multa senem circumveniunt incommoda*] *circumveniunt*, opprimunt. Docet, quae sunt incommoda senectutis et quae la-

is, qui agit, dicat: *Vos valete et plaudite!* quae consummatio et comoediae et tragoediae est; haec intuenda sunt, quae omnia subiicit.

Quaerit et inventis miser abstinet ac timet uti,
Vel quod res omnes timide gelideque ministrat,
Dilator, spe longus, iners, avidusque futuri,
Difficilis, querulus, laudator temporis acti
Se puero, castigator censorque minorum.
Multa ferunt anni venientes commoda secum,
Multa recedentes adimunt. Ne forte seniles
Mandentur iuveni partes, pueroque viriles,
Semper in adiunctis aevoque morabimur aptis.
Aut agitur res in scenis aut acta refertur.

circumveniunt, premunt. — v. 170. *Quaerit*, sc. habere plura. — v.171. *gelide*, pigre, segniter. — v. 172. *Dilator*, procrastinator. — *spe longus*, *μακρὸς ἐλπίδι*, qui longioris vitae spem alit, ipse dicitur *spe longus*. — *avidusque futuri*, cupidus sciendi, *quid sit futurum cras* Carm. I, 9, 13. — v. 173. *Difficilis*, intractabilis, morosus, *δύσκολος*, *querulus*, adsidue de sorte sua querens, ita ut alios fatiget. — v. 176. *recedentes*, ut Epist.

borant quaerere et quaesita aliquando non tangunt. [*Inventis miser*] ex sua sententia Horatius *miser* inquit. [*Abstinet*] deest *se*. [*Ac timet uti*] quia nescit, quamdiu vivat. [*Timide*] nimium caute. [*Gelide*] i. e. segniter et enervate. Quia omnis conatus senum imbecillis est. [*Ministrat*] agit, gubernat. [*Dilator*] quia per pigritiam senes semper differunt, quae facienda sunt aut spem longiorem habent vivendi, hac de causa parata non tangunt. [*Spe longus*] i. e. cum sit proximus morti, attamen sperat, quae longe sunt posita. [*Iners*] timidus. [*Avidusq. futuri*] cupidus futuri, quia semper senes timore mortis vivere desiderant. Nam timor mortis desiderium vitae est. [*Difficilis*] durus ad praestandum. [*Querulus*] iracundus. [*Laudator temporis acti*] laudat tempora pristina ad vituperationem praesentium. [*Se puero*] h. e. in pueritia. [*Castigator*] increpator. [*Censorque*] iudex, obiurgator. [*Ferunt*] i. e. afferunt, ut Maro: *Omnia fert aetas, animum quoque.* [*Anni venientes*] usque ad quadragesimum venire dicuntur anni. Inde iam abire, i. e. recedere. Omnes *anni venientes* dici possunt, etiam qui senibus accedunt, sed illi praecipue, qui accessu suo et corporis et animi augent virtutem. [*Reced.*] per mediam aetatem. [*Ne forte seniles Mandentur iuveni part. pueroque viriles*] ne forte des verba senum adolescentibus aut adolescentium senibus. [*Semper in adiunct. aevoq. morab. aptis*] h. e. quae haereant et congruant et apta sint aetati et est iste ordo: *Semper in adiunctis et aptis aevo morabimur*, i. e. moribus semper utendum est, ut puero adiuncta sit levitas, adolescenti fervor, seni maturitas. [*Aut agitur res in scenis*] ut in Andria de puero aut in Eunucho de Thaide: *Dorias verbi gratia irascitur ante populum*. Medea ingressa occidit filios suos, postea refert hoc ad populum. Vel agitur res in scenis, quando ostenditur Medea fugiens et iratus Orestes refertur, quando Medea docetur filios peremisse neque enim praesens exhiberi potest Medeae parricidium. Vel sic intelligendum est. Quaedam in scenis aguntur, ut puer expositus. Vel acta referuntur, ut servus e pistrino liberatus. Magis autem ad animos nostros perveniunt, quae fieri videmus quam quae audivimus. Non tamen om-

[*Aut agitur res in scenis aut acta refertur*] in tale transit *καθολικόν*, duo sunt genera nuntiorum: Alter est, qui extra scenam acta nuntiat, puta, si filios Medea occidit, nuntiatur statim Iasoni, neque enim decet hoc in ipsa scena fieri, alioquin incipit verus actus fieri, non fabula. Al-

Segnius irritant animos demissa per aurem,
Quam quae sunt oculis subiecta fidelibus et quae
Ipse sibi tradit spectator. Non tamen intus
Digna geri promes in scenam multaque tolles
Ex oculis, quae mox narret facundia praesens.
Ne pueros coram populo Medea trucidet,
Aut humana palam coquat exta nefarius Atreus,
Aut in avem Progne vertatur, Cadmus in anguem.
Quodcunque ostendis mihi sic, incredulus odi.
Neve minor neu sit quinto productior actu
Fabula, quae posci vult et spectata reponi.
Nec Deus intersit, nisi dignus vindice nodus
Inciderit, nec quarta loqui persona laboret.

II, 1, 47.: *recurrentes*, abeuntes. — v. 184. *quae mox narret facundia praesens*, quae mox persona in scenam prodiens (*praesens*) facunde edisserat, nisi *praesens* explicare malis (malumus, ego inquam) de persona, quae rei intus factae praesens adfuerit. *Doer.* — v. 190. *Fabula — reponi* = *Welches (Schauspiel) verlangt seyn will und geschaut und von neuem geschauet.* — v. 191. *Nec deus intersit*, quod ad deum ex machina, *θεὸν ἀπὸ μηχανῆς*, referendum est, qualem in Sophoclis tragoe-

nia in scena agi debent, sed aliqua referri. [*Segnius*] tardius, difficilius. [*Irritant*] excitant, delectant. [*Animos demissa per aurem*] citius movent spectatores ea, quae aguntur in scena, quam quae referuntur ad scenam, i. e. aliquis celerius potest discere videndo et dare animum rei, quam audiendo. [*Quam quae sunt oculis subiecta fidelibus*] quae audimus, saepe falsa, quae autem videmus, vera sunt, secundum Stoicos. [*Ipse sibi tradit spectator*] quia ipse mihi trado, quae video et alter mihi tradit, quod narrat. [*Non tamen intus*] *tamen* aut abundat aut quamvis magis delectant, quae videntur, quam quae audiuntur, tamen dignam rem intus geri, ne facias geri ante conspectum populi, i. e. quamvis populus delectetur, facta tamen non proferas in scenam, quae debent intus agi. [*Multaq. tolles*] i. e. illa, quae secreta sunt, ne dicas, i. e. noli multa describere, tantum loquenda dic. [*Nec pueros coram populo Medea trucidet*] noli ita describere fabulas coram populo, ut ipsa crudelitas sit praesens. *Pueros* autem filios, more Graecorum. [*Quorum nomina*] Medus et Mermerus. [*Nefarius Atreus*] fabula ante exposita. [*Cadmus in anguem*] Cadmus et Hermione in angues conversi sunt. Nam Hermione filia Martis et Veneris dicitur fuisse. Dicuntur autem in angues conversi propter occisum draconem, qui erat Marti consecratus, ex cuius seminatis dentibus dicitur acies armatorum nata esse. [*Incredulus odi*] i. e. non credens sic debere fieri ac per hoc sperno atque contemno. [*Neve minor quinto neu sit productior actu*] i. e. non loquantur in fabula plures quinque personis. [*Fabula, quae posci vult et spectata reponi*] i. e. quae vult posci a populo et reponi spectanda, ut denuo agatur, i. e. quae vult in auctoritatem venire. [*Nec Deus intersit, nisi dignus vindice nodus Inciderit*] non debes in-

ter est, qui in scena commissa profert extra scenam; puta si adulterium Clytemnestra commiserit, ut hic quidem appellatur. [*Neu sit quinto productior actu Fabula*] neve incipiat tragoedia plus quam quinque partibus impleri. [*Quae posci vult et spectata reponi*] illud dixit: *Si forte reponis Achillem*, h. e. quae placere vult et iterum proferri. [*Nec deus*

Actoris partes chorus officiumque virile
Defendat, neu quid medios intercinat actus,
Quod non proposito conducat et haereat apte.
Ille bonis faveatque et consilietur amice,
Et regat iratos et amet peccare timentes;
Ille dapes laudet mensae brevis, ille salubrem
Iustitiam legesque et apertis otia portis.

---

dia, cui inscribitur *Philoctetes*, partes videmus agentem. Locutio proverbialis *deus ex machina* de rebus adhiberi solet, quae, nisi vis quaedam divina ex improviso accedat, expediri nequeunt. — *dignus vindice*, sc. tanto, i. e. deo ex machina, qui solvat nodum. — v. 194. Quod verbum *defendere* adtinet, vid. not. ad Serm. I, 10, 12. — v. 195. *haereat apte*,

---

ducere deum in scenam in tua fabula, nisi causa sit subveniendi aut puniendi. Aliter. Tum demum, inquit, inseri debet Deus, cum digna res interventu eius exponitur. Alioquin male ponitur inter eos, si quis servum suum vult occidere; sed magis cum filius patrem aut pater filium occidit. Item: Tunc, inquit, persona numinis debet interseri, quoties adeo difficilis res est, ut non nisi interventu numinis explicari possit. Vt habemus apud poetam, ingressum fuisse Turnum castra Troiana, illicque multas caedes impune fecisse, incredibile est, solum ista sine numine implere potuisse. Vidit hoc poeta nimis arduum et subiunxit: *Huic Iuno vires animumque ministrat.* [*Nec quarta loqui persona laboret*] quartam personam quando inducimus, aut non omnino loqui debet aut pauca. Non dixit: taceat, sed non laboret loquendo, quo apertior sit dictio. Inducitur autem quarta persona aut ut annuat aut ut ei aliquid imperetur. [*Actoris partes chorus officiumq. virile Defendat*] sic debet unusquisque recitare fabulas, ut audientes laudent eum, suumque officium laudando protegant ab accusatoribus. Quando autem vir agit, virorum chorus debet induci. Chorus, inquit, non multarum personarum actus defendat, sed unus suscipiat. Non ideo multarum personarum partes suscipiat, quia in choro multi sunt, sed virilem partem tueatur, h. e. unius viri. *Virile* autem non aliqua re astuta, sed quod unicuique contingit. Est autem ordo: *Chorus defendat partes actoris et officium virile.* Alii sic exponunt: Etiam si mulierum sit chorus, eodem nomine appellatur, nec interest aliquid, an mulierum sit chorus an virorum, dummodo verba conveniant. [*Defendat*] tueatur. [*Neu quid medios intercinat actus*] mire dixit: Neve, inquit, ipse chorus inter medios actus aliquam rem cantet incongruam, i. e. id canat, quod ad praesentem rem aptum non sit, ne chorus aliquid discrepet ab argumento, neque aliquid inter medios actus debet absurde cani, i. e. inter actus viri ne inducas chorum mulierum. [*Et regat iratos*] i. e. compescat, mitiget. Docet, qua de causa chorus debet induci, ut faveat bonis et consilietur, i. e. consilium det amicis. [*Peccare timentes*] innocentes. [*Ille dapes laudet mensae brevis*] laudet epulas moderatas et frugalitatem. [*Salubrem Iustit.*] quia semper incolumis salus est, ubi est iustitia. [*Et apertis otia portis*] i. e. pacem,

intersit, nisi dignus vindice nodus inciderit] tunc demum, inquit, inferri debet deus, cum digna res interventu eius exprimitur, alioquin male ponetur, ut [in eos] si quis servum suum voluerit occidere; sed magis, cum aut filius patrem aut pater filium occidit. [*Nec quarta loqui persona laboret*] tres enim personae tragoediam itemque comoediam peragunt. Si tamen quarta interponitur, non loqui debet, sed adnuere statimque dimitti. [*Actoris partes chorus officiumque virile Defendat*] i. e. nec vi-

Ille tegat commissa, Deosque precetur et oret,
Vt redeat miseris, abeat fortuna superbis.
Tibia non, ut nunc, orichalco iuncta tubaeque
Aemula, sed tenuis simplexque foramine pauco
Adspirare et adesse choris erat utilis atque
Nondum spissa nimis complere sedilia flatu,

---

cohaereat. — v. 202. *Tibia.* Fea ad hunc locum haecce adnotavit. Horatius tibiam tenuem et simplicem comparat longae, tubae aemulae. Initio facta fuit tibia vel ex arundine, Plin. H. N. XVI, 36. sect. 66. vel buxo cavato Ovid. Fast. 697. vel ex cervorum aut asinorum cruribus, ut ait Philostratus de Vita Apollon. Lib. V. cap. 7. unde tibia dicta. Hac ex arundine vel buxo etiamnum utuntur rustici, pastores, vicani et milites; italice vulgo dicitur: *ciuffolo, zuffolo.* Progressu temporis amplior et longior facta est, ut sonum graviorem redderet: *quod tibiae incremento longitudinis fiunt graviores*, ut inquit Censorinus c. X. Haec, ut facilius portaretur, in partes secabatur; quarum orae internae vel auro vel orichalco circumdabantur, ut ad opus committi et iungi possent et postea disiungi et loculo servari. Hoc fieri hodieque videmus in tibiis longis, vulgo *flauti*, quae tribus constant, et orichalco imitari videntur arundinum internodia. — *iuncta* in textum receperunt Lamb. Fea, Bentl. Hoched. qui dicit: *iuncta* hat die Mehrzahl der Handschriften, besonders der aeltesten, gegen *vincta*, wiewol die Gleichheit der alten Schriftform in beiden Worten — uiucta — die Lesung sehr unsicher macht. Der Unterschied der Bedeutung scheint mir dieser zu seyn: *vincta* deutet auf Beschlaege und Mundstücke in einem *untheilbaren* Blasinstrumente, *iuncta* auf dasselbe an einem in Stücke *zerlegbaren*, quod quidem in tibiam quadrare videtur. — De *orichalco*, non *aurichalco*, vid. *Lex. Virg.* ed. *Braunhard*, pag. 257. — v. 204. *Adspirare*, quia chorus ad tibiam partes suas vel recitabat vel omnino saltabat; similiter Virg. Aen. IX, 525.: *Vos, o Calliope, precor, adspirate canenti.* — v. 205. *Nondum spissa*

---

quia in pace portae patent, ut: *Panduntur portae.* Et e contrario: *Quae moenia clausis Ferrum acuant portis.* [*Ille tegat commissa*] celet credita sibi, i. e. non palam faciat credita consilia. [*Miseris*] ad miseros. [*Fortuna superbis*] bona, nam est et mala, ut: *Hac Troiana tenus fuerat fortuna.* [*Tibia non, ut nunc, orichalco*] docet procedente tempore multa mutari. Tibia enim ante non erat neque ita ornata neque tam multis foraminibus. Modo vero et ornata est et tam multa habet foramina, ut sonet, quemadmodum tuba. Ostendit autem luxuriam et ambitionem recenter natam esse, antiquitatem vero severam fuisse. Nam prius tibia non erat ambitiosa, nec multis distincta foraminibus. Varro ait in tertio Disciplinarum et ad Marcellum de Lingua Latina: quatuor foraminum fuisse tibias apud antiquos. Et se ipsum ait in templo Marsiae vidisse tibias quatuor foraminum. Quare quaterna tantum foramina antiquae tibiae habuerunt, alii dicunt non plus quam tria. [*Adspirare et adesse choris erat utilis*] i. e. paucis spectantibus sufficiebat, inquit, brevis tibia, ad sedilia populi complenda, quae eo tempore adhuc non erant spissa atque densa. [*Atque Nond. spissa nimis complere sedil. flatu*] nondum

ris agentibus feminarum inducatur chorus, neque feminis virilis, sed agentes ex usu has partes custodient. [*Tibia non, ut nunc, orichalco vincta* tubaeque Aemula, sed tenuis*] colligit priore tempore, certiore lege scriptas

---

* *iuncta*

Actoris partes chorus officiumque virile
Defendat, neu quid medios intercinat actus,
Quod non proposito conducat et haereat apte.
Ille bonis faveatque et consilietur amice,
Et regat iratos et amet peccare timentes;
Ille dapes laudet mensae brevis, ille salubrem
Iustitiam legesque et apertis otia portis.

---

dia, cui inscribitur *Philoctetes*, partes videmus agentem. Locutio proverbialis *deus ex machina* de rebus adhiberi solet, quae, nisi vis quaedam divina ex improviso accedat, expediri nequeunt. — *dignus vindice*, sc. tanto, i. e. deo ex machina, qui solvat nodum. — v. 194. Quod verbum *defendere* adtinet, vid. not. ad Serm. I, 10, 12. — v. 195. *haereat apte*,

---

ducere deum in scenam in tua fabula, nisi causa sit subveniendi aut puniendi. Aliter. Tum demum, inquit, inseri debet Deus, cum digna res interventu eius exponitur. Alioquin male ponitur inter eos, si quis servum suum vult occidere; sed magis cum filius patrem aut pater filium occidit. Item: Tunc, inquit, persona numinis debet interseri, quoties adeo difficilis res est, ut non nisi interventu numinis explicari possit. Vt habemus apud poetam, ingressum fuisse Turnum castra Troiana, illicque multas caedes impune fecisse, incredibile est, solum ista sine numine implere potuisse. Vidit hoc poeta nimis arduum et subiunxit: *Huic Iuno vires animumque ministrat.* [*Nec quarta loqui persona laboret*] quartam personam quando inducimus, aut non omnino loqui debet aut pauca. Non dixit: taceat, sed non laboret loquendo, quo apertior sit dictio. Inducitur autem quarta persona aut ut annuat aut ut ei aliquid imperetur. [*Actoris partes chorus officiumq, virile Defendat*] sic debet unusquisque recitare fabulas, ut audientes laudent eum, suumque officium laudando protegant ab accusatoribus. Quando autem vir agit, virorum chorus debet induci. Chorus, inquit, non multarum personarum actus defendat, sed unus suscipiat. Non ideo multarum personarum partes suscipiat, quia in choro multi sunt, sed virilem partem tueatur, h. e. unius viri. *Virile* autem non aliqua re astuta, sed quod unicuique contingit. Est autem ordo: *Chorus defendat partes actoris et officium virile.* Alii sic exponunt: Etiam si mulierum sit chorus, eodem nomine appellatur, nec interest aliquid, an mulierum sit chorus an virorum, dummodo verba conveniant. [*Defendat*] tueatur. [*Neu quid medios intercinat actus*] mire dixit: Neve, inquit, ipse chorus inter medios actus aliquam rem cantet incongruam, i. e. id canat, quod ad praesentem rem aptum non sit, ne chorus aliquid discrepet ab argumento, neque aliquid inter medios actus debet absurde cani, i. e. inter actus viri ne inducas chorum mulierum. [*Et regat iratos*] i. e, compescat, mitiget. Docet, qua de causa chorus debet induci, ut faveat bonis et consilietur, i. e. consilium det amicis. [*Peccare timentes*] innocentes. [*Ille dapes laudet mensae brevis*] laudet epulas moderatas et frugalitatem. [*Salubrem Iustit.*] quia semper incolumis salus est, ubi est iustitia. [*Et apertis otia portis*] i. e. pacem,

intersit, nisi dignus vindice nodus inciderit] tunc demum, inquit, inferri debet deus, cum digna res interventu eius exprimitur, alioquin male ponetur, ut [in eos] si quis servum suum voluerit occidere; sed magis, cum aut filius patrem aut pater filium occidit. [*Nec quarta loqui persona laboret*] tres enim personae tragoediam itemque comoediam peragunt. Si tamen quarta interponitur, non loqui debet, sed adnuere statimque dimitti. [*Actoris partes chorus officiumque virile Defendat*] i. e. nec vi-

Ille tegat commissa, Deosque precetur et oret,
Vt redeat miseris, abeat fortuna superbis.
Tibia non, ut nunc, orichalco iuncta tubaeque
Aemula, sed tenuis simplexque foramine pauco
Adspirare et adesse choris erat utilis atque
Nondum spissa nimis complere sedilia flatu,

---

cohaereat. — v. 202. *Tibia.* Fea ad hunc locum haecce adnotavit. Horatius tibiam tenuem et simplicem comparat longae, tubae aemulae. Initio facta fuit tibia vel ex arundine, Plin. H. N. XVI, 36. sect. 66. vel buxo cavato Ovid. Fast. 697. vel ex cervorum aut asinorum cruribus, ut ait Philostratus de Vita Apollon. Lib. V. cap. 7. unde tibia dicta. Hac ex arundine vel buxo etiamnum utuntur rustici, pastores, vicani et milites; italice vulgo dicitur: *ciuffolo, zuffolo.* Progressu temporis amplior et longior facta est, ut sonum graviorem redderet: *quod tibiae incremento longitudinis fiunt graviores*, ut inquit Censorinus c. X. Haec, ut facilius portaretur, in partes secabatur; quarum orae internae vel auro vel orichalco circumdabantur, ut ad opus committi et iungi possent et postea disiungi et loculo servari. Hoc fieri hodieque videmus in tibiis longis, vulgo *flauti*, quae tribus constant, et orichalco imitari videntur arundinum internodia. — *iuncta* in textum receperant Lamb. Fea, Bentl. Hoched. qui dicit: *iuncta* hat die Mehrzahl der Handschriften, besonders der aeltesten, gegen *vincta*, wiewol die Gleichheit der alten Schriftform in beiden Worten — uiucta — die Lesung sehr unsicher macht. Der Unterschied der Bedeutung scheint mir dieser zu seyn: *vincta* deutet auf Beschlaege und Mundstücke in einem *untheilbaren* Blasinstrumente, *iuncta* auf dasselbe an einem in Stücke *zerlegbaren*, quod quidem in tibiam quadrare videtur. — De *orichalco*, non *aurichalco*, vid. *Lex. Virg.* ed. *Braunhard*, pag. 257. — v. 204. *Adspirare*, quia chorus ad tibiam partes suas vel recitabat vel omnino saltabat; similiter Virg. Aen. IX, 525.: *Vos, o Calliope, precor, adspirate canenti.* — v. 205. *Nondum spissa*

---

quia in pace portae patent, ut: *Panduntur portae.* Et e contrario: *Quae moenia clausis Ferrum acuant portis.* [*Ille tegat commissa*] celet credita sibi, i. e. non palam faciat credita consilia. [*Miseris*] ad miseros. [*Fortuna superbis*] bona, nam est et mala, ut: *Hac Troiana tenus fuerat fortuna.* [*Tibia non, ut nunc, orichalco*] docet procedente tempore multa mutari. Tibia enim ante non erat neque ita ornata neque tam multis foraminibus. Modo vero et ornata est et tam multa habet foramina, ut sonet, quemadmodum tuba. Ostendit autem luxuriam et ambitionem recenter natam esse, antiquitatem vero severam fuisse. Nam prius tibia non erat ambitiosa, nec multis distincta foraminibus. Varro ait in tertio Disciplinarum et ad Marcellum de Lingua Latina: quatuor foraminum fuisse tibias apud antiquos. Et se ipsum ait in templo Marsiae vidisse tibias quatuor foraminum. Quare quaterna tantum foramina antiquae tibiae habuerunt, alii dicunt non plus quam tria. [*Adspirare et adesse choris erat utilis*] i. e. paucis spectantibus sufficiebat, inquit, brevis tibia, ad sedilia populi complenda, quae eo tempore adhuc non erant spissa atque densa. [*Atque Nond. spissa nimis complere sedil. flatu*] nondum

ris agentibus feminarum inducatur chorus, neque feminis virilis, sed agentes ex usu has partes custodient. [*Tibia non, ut nunc, orichalco vincta* * *tubaeque Aemula, sed tenuis*] colligit priore tempore, certiore lege scriptas

---

* *iuncta*

Quo sane populus numerabilis, utpote parvus
Et frugi castusque verecundusque coibat.
Postquam coepit agros extendere victor et urbem
Latior amplecti murus vinoque diurno
Placari Genius festis impune diebus,
Accessit numerisque modisque licentia maior.
Indoctus quid enim saperet liberque laborum,
Rusticus urbano confusus, turpis honesto?
Sic priscae motumque et luxuriem addidit arti

nimis, non admodum referta. — *spissa sedilia*, supr. Epist. I, 19, 41.: *Spissis indigna theatris Scripta pudet recitare.* Epist. II, 1, 60.: *arcto stipata theatro Spectat Roma potens.* — v. 206. *sane populus numerabilis*, explicatio verborum est: *Nondum spissa nimis.* — *numerabilis*, qui numerari potest. — v. 208. Pro *urbem* Iahnius cum Fea dedit *urbes*, quia, ut putat, de quavis urbe sermo sit. Sed unde hoc vel sciri vel comprobari possit, non liquet. Totius loci sensus bene docet, Horatium κατ᾽ ἐξοχὴν Romam in mente habuisse, deque Roma tantum, dum haec scriberet, cogitasse. — v. 209. *vino diurno*, conviviis vel compotationibus *de die*, ante tempus solitum, incipientibus; Gr. ἀφ᾽ ἡμέρας πίνειν. — v. 210. *Placari Genius*, vid. ad Epist. II, 1, 144. Carm. III, 17, 15. — *impune*, nulla lege prohibiti; supr. Epist. I, 5, 10.: *impune licebit Aestivam sermone benigno tendere noctem.* — v. 211. *numerisque modisque* = *Tonmass und Musik.* Voss. — v. 212-213. *Indoctus — honesto?* quomodo enim confusa hominum turba, ubi rusticus (*indoctus*), homo rudis, post peractos labores genio suo indulgens, urbano, (*turpis honesto*) purus impuro vel incultus exculto immiscebatur, recte de hac re sentire et subtiliter iudicare poterat? *Doer.* — v. 214. *priscus*, veneran-

erat utilis tibia ad sedilia populi complenda, i. e. complere flatu suo spissa theatra vel aures omnium spectatorum, adeo erat tenuis et sonus eius vix audiebatur per totam scenam. [*Quo*] i. e. ad sedilia explenda, i. e. ad theatrum pauci spectatum conveniebant. [*Numerabilis*] qui numerari poterat. [*Postquam coepit agros extendere victor et urbem Latior amplecti murus*] i. e. postquam victoria occupavit multas civitates, nata est luxuria. [*Vinoq. diurno*] quia diurno uti consueverunt vino, quod nocti et coenis magis conveniret. Id est: Postquam coeperunt homines ita epulari, veluti in festis diebus et postquam coeperunt impune uti conviviis, quasi sacris coenis, crevit luxuria. [*Placari Genius*] deest *coepit.* Postquam coeperunt natali Deo sacrificare. [*Festis*] quasi festis. [*Impune*] i. e. non contradicente aut lege aut moribus. [*Accessit numer.*] quia ante tres erant chordae, post septem factae sunt, deinde decem. [*Modisq.*] modulationibus. Ac si diceret: Vt omnia creverunt pro magnitudine civitatum et populorum, ita etiam auctae tibiae sunt. [*Indoctus*] imperitus rerum, scilicet populus. [*Liberque laborum*] post operas finitas. Seu tam a civili bello quam ab extraneo liber. [*Rust. urbano confusus*] i. e. postquam coepit esse indoctus populus, sine differentia coeperunt esse omnia et hac de causa ad delicias invenerunt tibicines, ut populus voluptatibus teneretur. *Confusus* autem est mixtus. Dicit autem causam, per quam crevit licentia propter imperitiam populi

esse fabulas quam hoc seculo. Nam nec tibia, quae interiit, tam pretiosa erat neque tam magna, quam nunc est, quae orichalco ornatur, quod simillimum braccae aureae est. [*Simplexq. foramine pauco*] terna enim

Tibicen, traxitque vagus per pulpita vestem.
Sic etiam fidibus voces crevere severis,
Et tulit eloquium insolitum facundia praeceps,
Vtiliumque sagax rerum et divina futuri
Sortilegis non discrepuit sententia Delphis.

dus = *ehrwürdig, schlicht, einfach.* — *motus*, saltatio. — *luxuries* = *Ueppigkeit*, sive, ut Vossius hoc voc. interpretatus est: *üppiger Zierrat.* — v. 215. *traxitque vagus per pulpita vestem* = *und schleppt' auf der Bühne sein Prachtkleid.* — v. 216. Sic etiam factum est, ut lyra, auctis fidibus, plures sonos ederet; lyra *severa*, austerius ac sublimius canens. — v. 217. *Et tulit — facundia praeceps*, facundia poetae lyrici protulit etc. = *Und es erhub ungewoehnlich den Laut das stürmische Chorlied.* — v. 218-219. *Doer.* explicat: Et sententia, res utiles,

et quia nulla erat differentia inter bonos et malos. [*Sic*] taliter. Postquam crevit populus et superstitio eius. [*Motumq. et luxuriam addid. arti*] gestum corporis et voluptatem. Propter multitudinem foraminum ideo et tibiarum supra modum aucta est magnitudo. [*Traxitq. vagus*] propter gestum *vagus*, quia non in uno loco, neque iam uno modo tibicen, sed varie huc atque illuc sese circumfert. [*Per pulpita*] per tabulas scenae. [*Sic etiam fidibus voces crevere severis*] voces, i. e. soni, modi insolentiores sive numeri; nam prius tetrachordi erant citharoedi. Antea lyra septem chordas habuit tantum, postea excogitata est cithara. Sive aliter *crevere.* Cithara primum monochordos fuit, deinde paulatim dextra laevaque addentes ponebant. In tragoediis satyrica dramata, in quibus salva maiestate gravitatis iocos exercebant, secundum Cratini institutionem. Is enim primus, Athenis Dionysia dum essent, Satyricam fabulam induxit. Alia autem satyra est illa mordax, ut Lucilii, Persii, Iuvenalis. Hae autem fabulae satyrae dicuntur, ut tragicae et comicae. *Fidibus* autem *severis*, probatis, ad sacra necessariis; nam quae sacris adhibebantur, non erant fluxo, ut nunc sunt, sono, sed, ut antea, austero et simplici. [*Tulit*] protulit, adtulit. [*Eloquium insolitum*] insolitum eloquium, i. e. novam eloquentiam, h. e. inflatam et non propriam. Sic et facundia elapsa est in loquacitatem et facta viciosa. Tunc enim coeperunt facunde eloqui et amplius solito. Facundia praeceps est iucunda eloquentia. Vnde *facundus*, fatu iucundus. Sed facundia praeceps est, quae cum ingenti impetu fertur. Eloquentia quoque, quae antea necessaria erat et utilis, coepit furibundae et Delphicae similis esse, amissa moderatione. [*Vtiliumq. sagax*] i. e. perspicax inventrix utilium rerum philosophia, propter provisionem futurorum. [*Divina futuri*] i. e. gnara. Prudentiam sive philosophiam dicit enituisse studio; quae ita futura praevidet sicut divinatio. [*Sortilegis*] sortes dantibus, per quas futura noscuntur. [*Non discrep. sententia Delphis*] i. e. quae antea vilis erat, talia coepit dicere, qualia in templo Apollinis dicuntur. [*Carmine qui tragico*] docet, quomodo mutata est disciplina poetarum, nam primus Thespis tragoediam scripsit. [*Vilem certav. ob hirc.*] hircus fuit praemium tragoedo, unde et tragoedia dicta est. *Τράγος* enim Graece hircus appellatur. Ille, qui propter hircum scripsit tragica carmina, ipse

tantummodo foramina habuit antiqua tibia. [*Sic priscae motumque et luxuriam addidit arti*] *motum* nunc gestum dicit. [*Sic etiam fidibus voces crevere severis*] ante enim [lyra] septem chordas habebat, excogitata postea cithara est. [*Et tulit eloquium insolitum facundia praeceps*] i. e. visus est dicere, quae praecipit eloquentia. [*Vtiliumque sagax rerum et divina futuri Sortilegis non discrepuit sententia Delphis*]

Carmine qui tragico vilem certavit ob hircum,
Mox etiam agrestes Satyros nudavit et asper
Incolumi gravitate iocum tentavit, eo quod
Illecebris erat et grata novitate morandus
Spectator functusque sacris et potus et exlex.
Verum ita risores, ita commendare dicaces
Conveniet Satyros, ita vertere seria ludo,
Ne, quicunque Deus, quicunque adhibebitur heros,

---

sagaciter pervestigatas complectens, et divinitus praedicens futura, non discrepuit ab oraculis et vaticiniis, quae Delphis edebantur. — v. 221. *nudavit*, revelavit, invenit. Ostendit satiram ex tragoediis natam esse. *Nudavit* autem dicit, quod liberius in ea pleraque et dicantur et fiant. Comm. Cruq. — *asper*, mordax, supr. Epod. VI, 11.: *in malos asperrimus.* — v. 222. *Incolumi gravitate.* Comm. Cruq.: ita admiscuit iocum tragoediae, ut severitatem honestatemque servaret integram et intactam. — *eo, quod.* Comm. Cruq.: ideo tragoediae admiscuit satyros, ut illiceret spectatorem; antea namque non voluptatis causa ludi sunt inventi, sed religionis, et post sacrificia spectator nunc pransus, nunc potus erat in officio grata novitate tenendus, et risu et ioco. — v. 224. *exlex*, legi-

---

descripsit, qualiter se habent agrestes satyri. [*Mox etiam*] non multo post ille aliquos carmine satyros induxit, qui nudi pergunt; nam docet, unde nata sit satyra, ex tragoediis scilicet. [*Agrestes*] severos, quia vitia carpant, propterea etiam satyram adiunxit tragoediae. [*Satyros nudavit*] *nudavit* autem, quod liberius in ea dicantur et fiant pleraque. [*Et asper Incol. gravitat. iocum tentavit*] carminis scilicet et asper Tragoedus ita admiscuit iocum tragoediae, ut severitatem servaret incolumem. Id est, quamvis esset asper, sic iocatus est tragoedus per satyram, ut non amitteret gravitatem, *Asper* autem severus et hoc ad habitum retulit, quia proterva quaedam in satyris dicuntur et fiunt, [*Eo quod Illecebris erat*] ideo admiscuit tragoediae satyram, ut per illecebras teneret spectatorem, Antea non voluptatis causa inventi sunt ludi, sed religionis, i. e. ideo satyram admiscuit tragoediae, quia spectator grata erat novitate retinendus, qui spectator veniebat post sacrificia iam pransus, iam potus. *Illecebris* autem, quia habet satyra illecebras, quae iocum continet et risum movet et auditor volebat delectationes noviter factas audire. [*Morandus*] admiratione satyrae retinendus. [*Spectator*] populus videlicet. [*Functusq. sacris*] aut observantia a sacris feriatus aut omnia negligenter accipiens. [*Et exlex*] secum et sine lege, [*Verum ita risores*] debet admisceri satyra tragoediae, ut personis suum decus servetur. *Risores*, satyri, aut quia risum movent aut quia res rident humanas. [*Commendare*] scilicet spectatoribus. Nam omnia, quae dicimus, desideramus placere ac per hoc videmur commendare auribus auditorum. Alias. Omnia enim, quae dicuntur a poetis, ita debent dici, ut commendari videantur, i. e. libenter accipiantur. *Dicaces* autem iocosos, liberos, ad dicendum mordaces. [*Ita vertere seria ludo*] videlicet

ante, inquit, sapienter loquebantur et [illorum] τῶν ἑπτὰ praeceptum pro responso erat et multa, quae in templo Delphici Apollinis scripta sunt, septem sapientum praecepta et sententiam dixit, ut apud Graecos. [*Carmine qui tragico vilem certavit ob hircum*] circa hunc enim tragoediarum scriptores apud antiquos contendebant et tragoedia inde appellata est. [*Mox etiam agrestes Satyros nudavit*] h. e. satyrica coeperunt scribere,

Regali conspectus in auro nuper et ostro,
Migret in obscuras humili sermone tabernas,
Aut, dum vitat humum, nubes et inania captet.
Effutire leves indigna tragoedia versus,
Vt festis matrona moveri iussa diebus,
Intererit Satyris paullum pudibunda protervis.
Non ego inornata et dominantia nomina solum

---

bus solutus. — v. 229. Lamb.: ita humili et abiecto sermone utatur, ut tabernariorum et opificum orationem imitari videatur. — v. 230. Lamb.: aut dum nimium se adtollit dumque nimis elato et grandi oratione utitur, in aere versari videatur. — v. 231. *Effutire indigna*, οὐκ ἄξια ἐκλαλεῖν, non digna, quae effutiat. — v. 232. *moveri*, saltare, *iussa*, nos: *aufgefordert.* — v. 233. *Intererit Satyris*, i. e. iis immiscebitur. — v. 234. Posteaquam satiram in tragoedia quoque locum certis finibus circumscriptum habere docuit, sibi ut poetae satirico partes exsequendas proponit. Lamb.: Non est satis, in satiricis fabulis nullum verborum ornatum adhiberi, nullum nomen translatum poni omniaque proprie et simpliciter dici,

---

cum satyra tragoediam, i. e. cum ludo res tristes. [*Ne, quicunque Deus*] subaudi in carmine tuo, o poeta. Ac si diceret: Ille, qui debet scribere de diis vel regibus, non debet eos vili carmine scribere. [*Conspectus*] conspicuus. [*Migret in obscuras humili sermone tabernas*] hoc docet, ut consonantia dicamus. In *obscuras* autem *tabernas*, i. e. in humilem modum, i. e. non humiliter loquatur. *Tabernas* autem humilia cubilia sive casas. [*Aut, dum vitat humum*] i. e. aut, dum facis illum humilitatem vitantem, facias inter nubem caelumque versari. [*Effutire*] hic emittere. Proprie autem *effutire* est inepte loqui. Ille autem tragoedus poeta, quem non decent levia, raro satyrica scribere debet et si scribit, temperare debet et satyrorum procacitati satisfacere. [*Vt festis matrona*] ut matrona festis diebus iussa saltare, cum quadam verecundia moveri iubetur: ita satyra paululum erubescere debet usurpata auctoritate. [*Moveri iussa*] sunt enim quaedam sacra, in quibus saltant matronae, sicut in sacris Matris deûm. Hoc dicit: Vt matronae ingressus est in sacris sine motu, ita expedit satyram moveri in tragoediis. [*Intererit Satyris paulum pudibunda*] *paulum pudibunda*, i. e. non satis erubescens, videlicet, non integrum pudorem habens neque aliena a pudore. Vel: Intererit paulum, i. e. non paulum pudibunda. [*Protervis*] aut quia vitia notant aut student risui. Nam et ipsa tragoedia paululum pudibunda debet esse, quae miscetur satyris. [*Non ego inornata*] non tantummodo rustica et propria verba quaero in satyris, sed etiam decus personarum. *Inornata* autem et rustica et vilia, ut est dicere pestilitatem usurpata auctoritate. Graeci vocant ἄκυρα. [*Et dominant. nomin.*] propria, significantia. *Dominantia* enim *nomina* sunt aut quae Graeci κύρια vocant aut quae reges loqui solent, i. e. tumida. Aut quae propriis vocabulis nuncupantur, ut *lubricosa pagina*. Haec autem non adeo propria sunt, ut: *Virtus me fregit Aeneae*, quid est, nisi ipse Aeneas? Sensus est: Ego, inquit, non sola verba amo, quando Satyras scribo, quae sunt *inornata*, i. e. paulo sordidiora et ipsis satyris congrua et dominantia, quae novitate inflationis adsumpta, sua tantum auctoritate nitantur, sed etiam iis, quae habeant ornatum aliquem et non omnino sua auctoritate excusent rudem

ut Pomponius Atalantem vel Sisyphon vel Ariadnen. [*Non ego inornata et dominantia nomina solum*] *Inornata* propria significant, *dominantia nomina* sunt, quae propriis vocabulis nuncupantur, ut *libri*, *capsa*, *pagi-*

Verbaque, Pisones, Satyrorum scriptor amabo,
Nec sic enitar tragico differre colori,
Vt nihil intersit, Davusne loquatur et audax
Pythias, emuncto lucrata Simone talentum,
An custos famulusque Dei Silenus alumni.
Ex noto fictum carmen sequar, ut sibi quivis
Speret idem, sudet multum frustraque laboret
Ausus idem: tantum series iuncturaque pollet,
Tantum de medio sumptis accedit honoris.
Silvis deducti caveant, me iudice, Fauni,

---

sed alia sunt praestanda. — v. 238. *Pythias.* Comm. Cruq.: persona comica in comoedia Lucilii, quae inducitur per astutias accipere argentum a Simone, domino suo, in dotem suae filiae. — *emuncto*, decepto, deluso. — v. 239. *Dei*, Bacchi. — v. 240-242. in quibus versibus totius artis poeticae summa, ut ita dicam, posita est; ita enim poeta scribere debet, ut quivis se idem facere posse credat. — v. 244—247. Vid. *Mitsch.*

---

sermonem: aut omnino sine auctoritate sint, ut regum sermo est. [*Satyror.*] pro satyrographorum. [*Nec sic enitar*] non tantum tentabo prolongari a tragico metro, ut in meis scriptis non discrete interponam personas loquentes. Satyricam fabulam sic ait scribi oportere, ut sit inter severitatem tragoediae et lenitatem comoediae medio temperamento figurata. Id est, non sic volo esse differentiam inter satyricum et tragicum, ut in moribus nulla sit differentia, ut eodem modo servet aetates satyricus, quemadmodum tragicus, i. e. nec sic volo discrepare satyram a tragoedia, ut persona non habeat decus suum. [*Davus*] induxit hic comicam personam, cum de satyris loqueretur. [*Aud. Pythias*] quae est ausa eludere dominum suum. Non dicit de Pythia Terentiana, sed quae apud Lucilium, tragoediographum, inducitur ancilla per astutias accipere argentum a domino. Nam fefellit dominum et accepit ab eo argenti talentum, fuit enim haec eadem meretricula rapax, ut Thais, quae lucrum facit. [*Emuncto*] deriso, eluso, decepto, ut: *Emunxi argento senes.* [*An custos*] dicendo *custos* graviorem personam ostendit. [*Dei*] Liberi, quem ipse nutrivit. [*Ex noto*] i. e. communi; nam docet communibus verbis et sensibus uti debere comoediographum. [*Fictum carmen seq.*] argumenta satyrica ex tragoediis notis confingam, i. e. fingam carmen, quod ex nota possit esse materia, i. e. ita fingam carmen et ita comoediam componam ex notis rebus, uti quivis existimet se imitari posse. [*Laboret*] cum adgressus fuerit, nam virtutis est, ita scribere comoediam, ut imitationi facilis videatur et exsecutioni difficilis. Quis enim nescit modum litigandi, quomodo obiurgat pater filium, adolescens irascitur meretrici et alia huiuscemodi? [*Tantum series iuncturaq. pollet*] ordo rerum, divisio operis, ordo verborum, oeconomia, compositio verborum. Id est, tantum valet ordo et compositio, ut eas difficile sit imitari. [*Tantum*] ut nemo imitetur. [*De medio sumptis*] i. e. de noto excerptis. [*Accedit honoris*] i. e. rebus, quae aptae sunt comoediae. Nam de medio, h. e. de noto sumptae scribuntur; aut sumptis de medio i. e. de his, quae nota sunt sensibus sive verbis, aut ex serie et iunctura verborum. [*Silvis deducti*] i. e. aut iudicium nostrum caveant aut iudice me, i. e. poeta, deducti silvis timebunt iudicium nostrum, ita sum optimus iudex. *Deducti* autem *silvis* ideo dixit, quia solent poetae dici in silvis agere, h. e. in Helicone et in aliis similibus lucis. Timebunt

Ne velut innati triviis ac pene forenses
Aut nimium teneris iuvenentur versibus unquam
Aut immunda crepent ignominiosaque dicta.
Offenduntur enim, quibus est equus et pater et res,
Nec, si quid fricti ciceris probat et nucis emptor,
Aequis accipiunt animis donantve corona.

---

in Racem. Venus. Fasc. IV. pag. 5.: „Monet Horatius, ne Satyris in dramate satyrico tribuatur sermo urbanus, quippe diis silvestribus, quos adeo deceat rustice et incomte loqui. Itaque rusticus sermo urbano opponitur, qui quidem et vulgaris est, qualis in *triviis* plebeiorum hominum est, et politior, qualis hominum in *foro* versantium et causas agentium. Satyros agrestes dedecere ait urbanum sermonem etc. *Innati triviis* non de sentina plebis homines, sed omnino de civili turba intelligendi sunt, qui quidem non tam concinne atque ornate loquuntur quam oratores in foro; quorum loquendi consuetudinem Satyris tanto magis vitandam esse poeta ait, quo magis illa ab eorum natura discrepet. Horatius igitur hoc vult: silvestres Satyri ne utantur sermone urbano, nedum forensi. Iam forensem sermonem designat poeta a nimia concinnitatis affectatione, quae iuvenilem quandam lasciviam prodit atque redundantiam, unde hoc *iuvenari teneris versibus* dixit, quod Graeci itidem *νεανιεύεσθαι* et *μειρακιεύεσθαι*. Itaque *innati triviis* non opponuntur *forensibus*, neque respiciunt verba: *Aut immunda crepent ignominiosaque dicta.* Sed Satyri natura sua sunt *risores* et *dicaces*, quorum sales et iocos ita temperandos esse poeta monet, ne nimiam rusticitatem redoleant.“ — Vossius: *Hüten sich wohl, urtheil' ich, dem Wald' entstiegene Faune, Dass sie nicht, wie Geborne der Weg' und beinahe des Marktes, Bald in zu artigen Versen der staedtischen Flatterer taendeln, Bald Unsauberes toenen und ehrenkraenkende Schmaehung.* — v. 248. De equitibus hic versus intelligendus est, quibus opponuntur homines plebeculae, pauperes et egentes, qui cicere et nucibus vescuntur. — v. 250. *Aeq. accip. animis*, patienter audiunt. — *corona*, sc. laurea, tanquam praemium. — v. 251-253. Iambi descriptio. — *pes citus*, similiter supr. Carm. I, 16, 24.: *in celeres*

---

ergo, ne videantur non uti poeticis verbis, ne illos vituperem, quasi utentes forensi oratione. [*Ne velut*] aliud praeceptum, i. e. non debent iocari in poemate, ut nati in triviis vel in foro videantur. Hoc est, habeat modum iocus eorum, i. e. ne sint nimium delicati, sed habeat severitatis aliquid carmen illorum. [*Ac pene forenses*] ne vulgares videantur. [*Nimium*] ultra modum. [*Teneris*] levibus. [*Iuvenentur*] velut luxuria quadam protervi sint et lascivi. [*Aut immunda crepent, ignominiosaq. dicta*] non propria, non Latina, sed immunda et ignominiosa, *κατὰ τὸ αὐτόν*. Necesse est enim, ut immunda ignominiam trahant, i. e. dicant obscena et turpia esse magis apta Mimis, quam Satyris. Observent, ne turpiter loquantur et timeant, ne videantur lasciva carmina auribus. [*Quibus est equus et pater et res*] equestris ordinis et dignitatis senatoriae, unde patres conscripti sunt. *Res* autem aut census et patrimonium aut per hoc honestiores et docti, quos offendunt eiusmodi carmina, quippe homines severos. [*Nec si quid fracti ciceris probat*] non probant homines graves, si quid laudatum fuerit a vulgaribus, qui ciceres et nuces emunt. [*Dona*; haec autem non adeo propria sunt, ut: *virtus me fregit Aeneae*, id est, *Aeneas.* [*Offenduntur enim, quibus est equus et pater et res*] i. e. equites Romani, quibus honestus census* est, proprietate verborum dele-

---

* *sensus*

Syllaba longa brevi subiecta vocatur iambus,
Pes citus, unde etiam trimetris adcrescere iussit
Nomen iambeis, quum senos redderet ictus;
Primus ad extremum similis sibi. Non ita pridem;
Tardior ut paullo graviorque veniret ad aures,
Spondeos stabiles in iura paterna recepit
Commodus et patiens, non ut de sede secunda
Cederet aut quarta socialiter. Hic et in Accî
Nobilibus trimetris apparet rarus et Ennî

---

iambos Misit furentem. — *unde*, propter quam volubilitatem. — *adcrescere* = creari. — v. 254. Versus iambicus a prima iamborum inventione puris iambis componi solebat. — v. 256. *iura paterna* = metrum suum, iura sua, ut spondeis locus esset in versibus iambicis. — *recepit*, ἐδέξατο. — v. 257. *Commodus*, facilis, sese accommodans. — *non ut de sede secunda Cederet aut quarta*, iambus, inquit, recepit spondeos in iura paterna, sed non ut e secunda aut quarta sede depelli se facile pateretur, quales sunt trimetri Horatiani. — v. 258. *Hic*, sc. in sede secunda et

---

nantve corona] probant. [*Iambus, pes citus*] i. e. pes currens, cito enim promitur. [*Vnde etiam trimetr.*] ex sex iambis tres diiambi facti. Sensus hic est: Iambus citus voluit sex pedum versus trimeter vocari, cum soleant poetae metrum pedem unum vocare. Iambus voluit duos iambos metrum vocari propter suam celeritatem. Quaeritur autem, cur trimetri appellantur, cum senos accipiant pedes? quoniam tanta est brevitas eorum, ut iunctura pedes binos accipiat. [*Primus ad extrem. similis sibi*] scilicet uno tempore dicendi a principio usque ad finem similes sibi erant, i. e. omnes erant iambi. [*Non ita pridem*] deest *nunc*, i. e. non multo ante, h. e. ante parvum tempus. Ordo est: *Hic primus similis sibi pridem, nunc autem non.* Sensus autem hic est: Primus Iambus aliquando usque ad extremum erat similis sibi, i. e. antea totum Iambicum metrum ex Iambis constabat, nunc adhibentur etiam nothi. [*Tardior ut paulo graviorq. veniret ad aures*] iambicum metrum ut paulo tardius resonaret, imparibus locis suscepit spondeum, nam ante soli Iambi ponebantur. [*Spond. stabil.*] tardos, ad comparationem Iambi tardiores et cunctatiores. [*In iura paterna*] i. e. in suum metrum, in ius proprium, quasi ad domicilium suum suscepit. [*Commodus*] bonus, citus. [*Et patiens*] qui patitur alienos pedes sibi coniungi. [*Non ut de sede secunda Cederet aut quarta*] ita suscepit novos pedes, ut secundo et quarto et sexto loco necessario ponas iambum. [*Socialiter*] i. e. mutuo pariter. [*In Acci Nobilib. trimetr. apparet rarus et Enni*] Accius et Ennius legem metri in fabulis minime servaverunt. Nam quesdam versus longio-

ctantur. [*Syllaba longa brevi subiecta vocatur iambus*] his enim syllabis constat. [*Vnde etiam trimetris accedere iussit Nomen iambeis*] omnes versus tragici *iambi trimetri* appellantur. Quaeri autem solet, cur trimetri appellentur, cum senos accipiant pedes? Quoniam scilicet tanta brevitas est pedum, ut iunctura* binos complectatur** pedes. [*Non ita pridem Tardior ut paulo graviorque veniret ad aures*] apud omnes enim antiquos velox est et raro spondeum recipit, nunc hoc tempore inseritur. [*Non ut de sede secunda Cederet aut quarta*] potest sine dubio vel primo loco vel tertio vel quinto interseri spondeus, sed utique secundo

---

* *iuncturae* ** *complectantur*

In scenam missos cum magno pondere versus
Aut operae celeris nimium curaque carentis
Aut ignoratae premit artis crimine turpi.
Non quivis videt immodulata poemata iudex,
Et data Romanis venia est indigna poetis.
Idcircone vager scribamque licenter? ut omnes
Visuros peccata putem mea tutus et intra
Spem veniae cautus? Vitavi denique culpam,
Non laudem merui. Vos exemplaria Graeca

---

quarta. — Horatius, ut recte h. l. adnotavit *Doering.*, poetam latinum tragicum Accium et Ennium carpit, quod neuter eorum Iambi in secunda aut quarta sede ponendi rationem habuerit. — v. 260. *cum magno pondere*, graves quidem et dignitatis plenos, sed qui numeros suos non habent. — Vossius: *Hier auch, wie sparsam Zeigt ihn des Accius Vers, und des Ennius, jener berühmte! Wenn ein Trimeter só lustvoll herschreitet im Schauspiel; Hastige Eil' entweder, und zu nachlaessige Arbeit, Strafet er, oder der Kunst Unwissenheit, schmaehlich mit Vorwurf.* — v. 263-268. Cum *Doeringio* hic locus, quem interpretes pervarie interpretati sunt, sic nobis videtur explicandus: Non quivis quidem iudex, ut probe scio, immodulatorum poematum asperitatem et vitia sentit et vere haec licentia, quae non dari debebat, data est Romanis poetis; sed egone ideo solutius et licentius scribam, quia, licet sciam, omnes peccata mea visuros esse, a reprehensione tutus et intra huius veniae spem quietus et securus sum? Quid tandem effeci? Reprehensionem vitavi, laudem non merui. — Similiter *Hochederus:* Tantum abest, ut pro-

---

res habent. [*In scen. miss. magno cum pondere versus*] cum magno pondere, tragoediae scilicet. Vult autem ostendere, quod admittatur etiam ad tragoediam spondeus. Saepe versus, quamvis magnum sonantes, reprehendit iudex, aut quasi sine cura factos aut sine arte, quia non sufficit, si magnum sones; sed debes etiam cum arte scribere et cura. Monet, ne aut tragoedia negligenter scribatur aut imperite. Multi, inquit, vituperant versus missos in scenam aut celeres aut imperitos. [*Aut operae celeris nim.*] *operae celeris* versus sunt, qui sine cura scribuntur, i. e. negligenter. Celeritas caret cura propter negligentiam. Negligentia et imperitia vituperantur in tragoediis. [*Aut ignoratae premit artis*] premit, arguit, reprehendit. [*Crimine turpi*] quia turpe est ignorare artem, quae aut negligentia spondeos non admiscet aut imperitia incongruis locis ponit. Dicit spondeos Ennii versus crimine premi. [*Non quivis videt*] i. e. non quivis facile potest reprehendere poema. [*Et data Romanis venia est indigna poetis*] quia quemvis facit pronum licentia peccandi. [*Idcircone vager scribamq. licenter*] i. e. non servem legem carminum, si non iudicatur de erroribus poetarum. Ideo ergo scribam, non servans poematis legem neque ordinem, quia venia datur? Videtur autem Ennium carpere, quia Romanus poeta non debet petere veniam, nam debet summus esse. [*An omnes Visur. peccata putem*] an debeo securus esse data venia, quamvis palam erunt peccata mea? An, cum putavero omnes visuros peccata mea, *tutus*, i. e. securus et cautus ero? [*Cautus*] i. e. providus. [*Vitavi denique culpam*] quod si culpa careant versus, numquid et laudem mereri possunt? Data, inquit, venia culpam

et quarto excludatur; his enim locis iambus interponitur. [*In scen. miss. cum magn. pond. vers. Aut op. cel. nim cur. carent.*] eos significat, qui tragoedias

Syllaba longa brevi subiecta vocatur iambus,
Pes citus, unde etiam trimetris adcrescere iussit
Nomen iambeis, quum senos redderet ictus;
Primus ad extremum similis sibi. Non ita pridem;
Tardior ut paullo graviorque veniret ad aures,
Spondeos stabiles in iura paterna recepit
Commodus et patiens, non ut de sede secunda
Cederet aut quarta socialiter. Hic et in Accî
Nobilibus trimetris apparet rarus et Ennî

---

iambos Misit furentem. — *unde*, propter quam volubilitatem. — *adcrescere* = creari. — v. 254. Versus iambicus a prima iamborum inventione puris iambis componi solebat. — v. 256. *iura paterna* = metrum suum, iura sua, ut spondeis locus esset in versibus iambicis. — *recepit*, ἐδέξατο. — v. 257. *Commodus*, facilis, sese accommodans. — *non ut de sede secunda Cederet aut quarta*, iambus, inquit, recepit spondeos in iura paterna, sed non ut e secunda aut quarta sede depelli se facile pateretur, quales sunt trimetri Horatiani. — v. 258. *Hic*, sc. in sede secunda et

---

nantve corona] probant. [*Iambus, pes citus*] i. e. pes currens, cito enim promitur. [*Vnde etiam trimetr.*] ex sex iambis tres diiambi facti. Sensus hic est: Iambus citus voluit sex pedum versus trimeter vocari, cum soleant poetae metrum pedem unum vocare. Iambus voluit duos iambos metrum vocari propter suam celeritatem. Quaeritur autem, cur trimetri appellantur, cum senos accipiant pedes? quoniam tanta est brevitas eorum, ut iunctura pedes binos accipiat. [*Primus ad extrem. similis sibi*] scilicet uno tempore dicendi a principio usque ad finem similes sibi erant, i. e. omnes erant iambi. [*Non ita pridem*] deest *nunc*, i. e. non multo ante, h. e. ante parvum tempus. Ordo est: *Hic primus similis sibi pridem, nunc autem non.* Sensus autem hic est: Primus Iambus aliquando usque ad extremum erat similis sibi, i. e. antea totum Iambicum metrum ex Iambis constabat, nunc adhibentur etiam nothi. [*Tardior ut paulo graviorq. veniret ad aures*] iambicum metrum ut paulo tardius resonaret, imparibus locis suscepit spondeum, nam ante soli Iambi ponebantur. [*Spond. stabil.*] tardos, ad comparationem iambi tardiores et cunctatiores. [*In iura paterna*] i. e. in suum metrum, in ius proprium, quasi ad domicilium suum suscepit. [*Commodus*] bonus, citus. [*Et patiens*] qui patitur alienos pedes sibi coniungi. [*Non ut de sede secunda Cederet aut quarta*] ita suscepit novos pedes, ut secundo et quarto et sexto loco necessario ponas iambum. [*Socialiter*] i. e. mutuo pariter. [*In Accî Nobilib. trimetr. apparet rarus et Ennî*] Accius et Ennius legem metri in fabulis minime servaverunt. Nam quesdam versus longio-

ctantur. [*Syllaba longa brevi subiecta vocatur iambus*] his enim syllabis constat. [*Vnde etiam trimetris accedere iussit Nomen iambeis*] omnes versus tragici *iambi trimetri* appellantur. Quaeri autem solet, cur trimetri appellentur, cum senos accipiant pedes? Quoniam scilicet tanta brevitas est pedum, ut iunctura* binos complectatur** pedes. [*Non ita pridem Tardior ut paulo graviorque veniret ad aures*] apud omnes enim antiquos velox est et raro spondeum recipit, nunc hoc tempore inseritur. [*Non ut de sede secunda Cederet aut quarta*] potest sine dubio vel primo loco vel tertio vel quinto interseri spondeus, sed utique secundo

---

* *iuncturae* ** *complectantur*

In scenam missos cum magno pondere versus
Aut operae celeris nimium curaque carentis
Aut ignoratae premit artis crimine turpi.
Non quivis videt immodulata poemata iudex,
Et data Romanis venia est indigna poetis.
Idcircone vager scribamque licenter? ut omnes
Visuros peccata putem mea tutus et intra
Spem veniae cautus? Vitavi denique culpam,
Non laudem merui. Vos exemplaria Graeca

---

quarta. — Horatius, ut recte h. l. adnotavit *Doering.*, poetam latinum tragicum Accium et Ennium carpit, quod neuter eorum iambi in secunda aut quarta sede ponendi rationem habuerit. — v. 260. *cum magno pondere*, graves quidem et dignitatis plenos, sed qui numeros suos non habent. — Vossius: *Hier auch, wie sparsam Zeigt ihn des Accius Vers, und des Ennius, jener berühmte! Wenn ein Trimeter só lustvoll herschreitet im Schauspiel; Hastige Eil' entweder, und zu nachlaessige Arbeit, Strufet er, oder der Kunst Unwissenheit, schmaehlich mit Vorwurf.* — v. 263-268. Cum *Doeringio* hic locus, quem interpretes pervarie interpretati sunt, sic nobis videtur explicandus: Non quivis quidem iudex, ut probe scio, immodulatorum poematum asperitatem et vitia sentit et vere haec licentia, quae non dari debebat, data est Romanis poetis; sed egone ideo solutius et licentius scribam, quia, licet sciam, omnes peccata mea visuros esse, a reprehensione tutus et intra huius veniae spem quietus et securus sum? Quid tandem effeci? Reprehensionem vitavi, laudem non merui. — Similiter *Hochederus:* Tantum abest, ut pro-

---

res habent. [*In scen. miss. magno cum pondere versus*] cum magno pondere, tragoediae scilicet. Vult autem ostendere, quod admittatur etiam ad tragoediam spondeus. Saepe versus, quamvis magnum sonantes, reprehendit iudex, aut quasi sine cura factos aut sine arte, quia non sufficit, si magnum sones; sed debes etiam cum arte scribere et cura. Monet, ne aut tragoedia negligenter scribatur aut imperite. Multi, inquit, vituperant versus missos in scenam aut celeres aut imperitos. [*Aut operae celeris nim.*] *operae celeris* versus sunt, qui sine cura scribuntur, i. e. negligenter. Celeritas caret cura propter negligentiam. Negligentia et imperitia vituperantur in tragoediis. [*Aut ignoratae premit artis*] premit, arguit, reprehendit. [*Crimine turpi*] quia turpe est ignorare artem, quae aut negligentia spondeos non admiscet aut imperitia incongruis locis ponit. Dicit spondeos Ennii versus crimine premi. [*Non quivis videt*] i. e. non quivis facile potest reprehendere poema. [*Et data Romanis venia est indigna poetis*] quia quemvis facit pronum licentia peccandi. [*Idcircone vager scribamq. licenter*] i. e. non servem legem carminum, si non iudicatur de erroribus poetarum. Ideo ergo scribam, non servans poematis legem neque ordinem, quia venia datur? Videtur autem Ennium carpere, quia Romanus poeta non debet petere veniam, nam debet summus esse. [*An omnes Visur. peccata putem*] an debeo securus esse data venia, quamvis palam erunt peccata mea? An, cum putavero omnes visuros peccata mea, *tutus*, i. e. securus et cautus ero? [*Cautus*] i. e. providus. [*Vitavi denique culpam*] quod si culpa careant versus, numquid et laudem mereri possunt? Data, inquit, venia culpam

et quarto excludatur; his enim locis iambus interponitur. [*In scen. miss. cum magn. pond. vers. Aut op. cel. nim cur. carent.*] eos significat, qui tragoedias

Nocturna versate manu, versate diurna.
At vestri proavi Plautinos et numeros et
Laudavere sales; nimium patienter utrumque,
Ne dicam stulte, mirati, si modo ego et vos
Scimus inurbanum lepido seponere dicto,
Legitimumque sonum digitis callemus et aure.
Ignotum tragicae genus invenisse Camenae
Dicitur et plaustris vexisse poemata Thespis,

---

pter istam nimiam veniam vagandum et licenter scribendum censeam, ut potius id, quod ab omni vituperatione tutum me reddat, nequaquam ad laudem sufficere mihi videatur. — *intra spem.* Gesnerus: Vt intra legem coenat, qui minus impendit, quam lex permittit, ita *intra spem veniae cautus* est, qui non omnia sibi indulget, quae sperari potest sibi condonatum iri. — *cautus* est, qui sibi cavit, φυλαξάμενος, ut *Hoched.* putat, sive, ex *Doeringii* interpretatione, cui cautum est. — v. 271. *nim. pat. utrumq.* Lamb.: nimium patienter ac, pene dicam, stulte utrumque mirati sunt in Plauto, numeros et sales, quia neque eius versus satis numerose scripti sunt et sales nonnulli sunt scurriles, alii leves et frigidi, alii obsceni. — v. 274. *Legitimumq. sonum*, legitimos numeros ac pedes, versum ad artis leges confectum. — *digitis.* Lamb.: solemus enim digitis versuum syllabas et numeros metiri, quamquam, qui sunt in hoc genere exercitati, digitos adhibere ad cognitionem iudiciumque huius rei necesse non habent, quum aures doctae ac tritae hoc facile per se praestare possint. (Praestat omnino aures in hac re consulere.) — v. 276.

---

vito, non laudem promereor. [*Vos exempl. Graeca*] Graeci enim optime et caute scripserunt, eos legite et ipsos sequimini; nam Latini immoderati sunt. [*At nostri proavi*] quasi anthypophorae modo respondet. [*Plautinos et numeros et Miravere sales*] Plautum dicit frustra probatum ab antiquis, cui et sales et metri scientia defuit. Vtrumque autem laudaverunt, ne dicam temere, sed stulte, quem non debuerunt tam patienter laudare, quia immoderatus est et in metris et in iocis. Ostendit autem non recte in omnibus antiquos poetas fuisse laudatos. Per *numeros* autem metra, per *sales* iocos et venustatem intelligit. [*Si modo ego et vos*] siquidem nos scimus discernere mala a bonis. Hoc dicit, si auditores sciunt audire, non debet poeta immoderatus esse. [*Inurbanum lepido seponere dicto*] *inurbanum* a ioculari dictum acrimonia, i. e. prudentia et urbanitate sensuum. [*Digitis callemus et aure*] *callemus*, i. e. scimus, novimus. Duobus modis metrum assequimur, aut digitis aut aure. Digitis autem parte rythmica et numeris Lesbium servare pedem et nixi pollicis ictum. *Digitis* et *aure*, quia sonus metri pollicis strepitu et auris perceptione probari solet, unde et dactyli pedes quidam dicti sunt et ipsi pedes inde appellati sunt, quoniam sonum metrorum pulsu pedis nostri adiuvamus. [*Et plaustris vexisse poemata Thespis*] tam multa scri-

actitant. [*Scimus inurb. lepido sepon. dicto*] h. e. discernere, quid inurbane dictum sit, quid lepide*. *Lepidum* est venustum et suave. [*Legitimumque sonum digitis callemus et aure*] i. e. metra digitis et aure sentimus, probantes, an consonent. [*Ignotum tragicae genus invenisse Camenae*] Thespis primum tragoedias scripsit, genere Atheniensis, ad quas agendas plaustro circa civitates egregias** Graeciae vehebatur.

---

* Quod scholion deest in Editione Basileana. ** *egregie*

Quae canerent agerentque peruncti faecibus ora.
Post hunc personae pallaeque repertor honestae
Aeschylus et modicis instravit pulpita tignis,
Et docuit magnumque loqui nitique cothurno.
Successit vetus his comoedia, non sine multa
Laude; sed in vitium libertas excidit et vim
Dignam lege regi: lex est accepta chorusque

Horatius hîc sequitur eos, qui Thespin tragoediae primum fuisse auctorem tradunt. — *plaustris vexisse*, antequam scena esset inventa, Thespis in plaustris tragoedias docebat idemque agebat. — v. 277. *Quae canerent.* Lamb.: canebant et agebant ipsi poetae sua poemata, nullis aliis adhibitis histrionibus s. *actoribus*. — v. 278. *personae*, larvae. — *palla honesta*, decora, dum illa syrmata per pulpita trahens regiam vel heroicam dignitatem quasi expandebat. — *pulpita* ex Hochederi explicatione = das über die Bloecke — *tigna* — gelegte Bretterwerk, sonst überhaupt = λογεῖον. — *nitique cothurno*, Carm. II, 1, 12.: *Cecropio repetes cothurno*, ibiq. vid. notat. — v. 282. Sed dicendi libertas modum superavit et extra fines suos egressa in maledicentiam non ferendam erupit. — v. 283. *lex est accepta* etc. Vossius: *das Gesetz ward gültig, und siehe, Schmaehlich verstummte der Chor, nach genommenem Rechte zu schaden.* Mit dem Verstummen des Chores, inquit *Hochederus*, begann die mittlere auch neue Komoedie, welche Cruq. auf folgende Weise von der alten unterscheidet: A *nova* differebat *vetus* comoedia tempore, argu-

---

psisse quae posset plaustris advehere. Ante enim chori in plaustris constituti circa vicos tragoedias dicebant. [*Quae canerent*] hoc ad chorum retulit, quoniam tragoediae choros habebant. [*Agerentque*] hoc retulit ad actores. [*Peruncti faecib. orā*] nondum enim usus erat personarum. [*Pallaeq. repertor honestae*] *honestae*, i. e. pulchrae, decorae, quoniam palla non nisi honestis personis datur. [*Et modicis*] modum habentibus, sufficientibus. [*Instit. pulpit. tign.*] ostendit scenas antea non fuisse grandes. [*Loqui*] sonare. [*Niti*] incedere. [*Non sine multa laude*] quamvis aperte maledicebat vetus comoedia, tamen meruit laudem; quia nominatim appellabantur principes civitatis a comoediographis, alii in honorem, alii in iniuriam. [*Sed in vitium libertas excidit*] licentiam habebant satyrici, mores cuiuscunque scribere, antequam lex a senatu lata fuisset. Ergo in vituperationem chorus erupit, qui libertate sublata vituperare desiit. Vel: Postea vituperari coepit ipsa comoedia, quia libere maledicebat mores hominum et hac de causa lege prohibitum est ὀνοματοποιεῖν, quae nominatim male loquebatur, i. e. maledicebat. *Vetus* autem dixit ad comparationem eius, quae postea inventa est; vel *vetus* ideo, quoniam priusquam iudicium incurrit et amisit choros, νεωτερικὴ appellata est, licet primum inventa et post tragoedias. [*Et vim Dignam lege regi*] *vim*, i. e. violentiam et iniquitatem, dum enim in comoediis suis aliquos carpunt, vitium incurrunt. Ante vero in comoediis libere licebat lacerare, quod postea lege prohibitum est, quod factum est sub Augusto.

[*Quae canerent agerentque peruncti faecibus ora*] ex hoc etiam putant quidam tragoediam appellatam esse quasi *trygodiam*, quia faecem τρύγα Graeci appellant. [*Post hunc personae pallaeque repertor honestae Aeschylus*] primus tragoediis cothurnos et pallam et personas dedit; horum enim trium auctor est. [*Honestae*] pretiosae. [*Successit vetus his comoedia*] quae appellatur ἀρχαῖα. Est autem genus maledicacissimum et

Turpiter obticuit, sublato iure nocendi.
Nil intentatum nostri liquere poetae:
Nec minimum meruere decus, vestigia Graeca
Ausi deserere et celebrare domestica facta,
Vel qui praetextas vel qui docuere togatas.
Nec virtute foret clarisve potentius armis
Quam lingua Latium, si non offenderet unum-
quemque poetarum limae labor et mora. Vos, o

---

mento, apparatu et metro. *Vetus* fuit belli Peloponnesiaci tempore, *no-*
va exorta est exstincta populi libertate, cum iam Philippus et post eum
Alexander rerum potirentur. In *veteri* magistratus, duces, philosophi at-
que adeo dii ipsi proscindebantur. In *nova* nihil invenies praeter paren-
tum suspiciones, amores adolescentum, servorum calliditates etc. *Vetus*
adsurgit ad tragicum stylum heroicumque, *nova* popularis est. In *veteri*
omnia prope sunt metrorum genera, in *nova* semper iambicum genus ob-
vium est, admixtis paucis aliis. In *veteri* mirus erat apparatus et chori
luxuries, in *nova* nulla est. In *veteri* personae effingebantur ad vivum,
nova nihil habuit tale. — v. 285. *Nil intentatum, οὐδὲν ἀπείρατον.* —
v. 288. *praetextas.* Vestis nobilium *praetexta*, communiter omnium *to-*
ga. *Pallium* vestis, qua Athenienses utebantur. Omnis autem fabula
aut *praetextata*, quae est de gestis nobilium Romanorum, aut *togata* de
communibus gestis, aut *palliata* de Graeco in Latinum translata. Cruq.:
Fabula fuit aut togata et palliata, ab habitu hic Graeco, illic Latino: aut
tabernaria et praetextata, ab argumenti genere; aut motoria et stataria,
a turba et actionis quiete. Tabernariae latinae respondet comoedia nova
Graecorum. Praetextata cum tragoedia Graeca consentit: in hoc tamen
ab ea dissentit, quod illic Romani duces, in tragoedia heroes introducan-
tur etc. — v. 289. *Nec foret = οὐκ ἂν ἦν, εἰ μὴ* etc. — v. 290. *si*
non = εἰ δ᾽ οὐ, vid. Vig. pag. 833. Ramshorn. Gr. Lat. §. 190. Anm. 4.

[*Chorus*] grex actorum intelligendus est nunc. [*Turpiter*] quia repre-
hensus et invitus. [*Obticuit*] prohibitus lege. [*Sublato iure nocendi*]
lacerandi, quoniam sublata est auctoribus loquendi libertas. [*Nil inten-*
tatum] h. e. Et Latini scripserunt huiusmodi comoedias, in quibus nomi-
natim maledicebant. [*Nostri liquere poetae*] omnia secuti sunt, omnia
tentarunt. [*Vestigia Graeca Ausi deserere*] cum voluissent istiusmodi
comoedias scribere, in quibus nominatim maledicerent. [*Et celebr. do-*
mestica facta] i. e. priusquam voluerunt uti suis et cum coepissent poe-
tae nostri Graecos imitari et Latinas historias scribere, laudati sunt.
[*Vel qui praetext. vel qui scripsere Togatas*] h. e. genus fabularum a
Graecis non tractum, i. e. et qui praetextatas fabulas fecerunt vel togatas,
meruerunt nec minimum decus. Praetextatam quidam dicunt tragoediam, co-
moediam autem togatam. Alii autem dicunt praetextatam et togatam co-
moedias esse, sed togatas, in quibus sunt Graeca argumenta, praetexta-
tas, in quibus Latina. Et togatas Aelius Lamia, Antonius Rufus, Cn. Me-
lissus, Afranius, Pomponius scripserunt. Comoediarum genera sunt sex:
Stataria, motoria, praetextata, tabernaria, togata, palliata. [*Nec virtute*
foret clarisve potentius armis, Quam lingua Latium] non minorem con-
secuti fuissent Latini gloriam ex eloquentia, quam ex armis, si in corri-
gendis carminibus laborare voluissent. *Virtute* ad ingenium pertinet, *ar-*
mis ad vires. [*Si non offenderet unum*] si non eos impediret una res,
quod nolunt carmina sua corrigere et premere. [*Limae labor et mora*]

Pompilius sanguis, carmen reprehendite, quod non
Multa dies et multa litura coërcuit atque
Praesectum decies non castigavit ad unguem.
Ingenium misera quia fortunatius arte
Credit et excludit sanos Helicone poetas
Democritus, bona pars non ungues ponere curat,

— v. 292. Vos, Pisones, qui a Numa Pompilio originem ducitis. — v.
294. *atque Praesectum*, pro quo Fea dedit *Perfectum*, ex nonnullis mss.
Nobis *perfectum* interpretatio esse videtur vocabuli *praesectum*, translate
dictum a statuariis, qui opus, quod laevigant et expoliunt, ne quid aspe-
ritatis in eo remaneat, unguibus percurrunt, perpoliunt atq. sim. Cete-
rum lectionem *Praesectum* ob *unguem*, in quem optime quadrat, praetu-
lerim. Si vero *Perfectum* legere vis, cum *Hochedero* id explicare debe-
bis: castigavit, ut perfectum sit, vel, ut perficiatur, quemadmodum Graeci
adiectivis verbalibus in τὸς καὶ τέος desinentibus utuntur. — v. 295. De-
ridet eos, qui, quod poetas natura, non arte valere furoreque quodam ex-
citari putet Democritus, idcirco immunditia, illuvie, squallore feritatem
quandam et inhumanitatem prae se ferunt, solitudinem sequuntur, cele-
britatem fugiunt. Idem, quod Horatius, de Democrito scribit M. Tull.
Cicero de Divin. I, 37.: *negat enim, sine furore, Democritus, quem-*
quam magnum poetam esse posse. Idem de Orat. II, 46.: *Saepe enim*
audivi, poetam bonum neminem (id quod a Democrito et Platone in
scriptis relictum esse dicunt) sine inflammatione animorum exsistere

---

expolitionis et emendationis. *Lima* enim nitidius facit, quod fuerat sca-
brum. *Limam* ergo pro correctione posuit translative, h. e. si carmen
suum unusquisque emendare non fastidiret. [*Vos, o Pompilius sanguis*]
i. e. Pisones. Ab ipso enim originem trahebant. Calphus filius est Nu-
mae Pompilii, a quo Calphurnii (*sic*) Pisones traxerunt nomen. [*Multa*
litura] frequens emendatio. [*Perfect. decies*] finitum, ut cum iam per-
fectum videretur, non decies emendavit. [*Non castigavit*] versavit, con-
sideravit, probavit. [*Ad unguem*] tractum a marmorariis, qui iuncturas
marmorum ungue pertentant. Alibi: *Ad unguem factus homo.* Ad per-
fectionem, ad examen, h. e. ad perfectum iudicium. Hoc ergo dicit: Re-
prehendite, o Pisones, illud carmen, quod neque multum tempus, neque
litura correxit. [*Ingen. misera quia fortunatius arte*] quia Democritus
dicit plus valere ingenium quam peritiam. Et quia dicit non esse bonos
poetas, nisi qui insaniant, hoc idem et Plato vel Democritus ait, poetam
non arte fieri, sed natura nasci. Ergo quia Democritus ingenium debi-
lius putat arte, ideo *miseram* eam dicit et propterea multi fingunt furo-
rem, ut poetae videantur. *Misera* autem *ars* est, siquidem non meretur
poetae nomen accipere, qui habet artem, nisi qui habuerit ingenium. *In-*
genium autem non solum sufficit ad poeticen, nec ars. Verbi gratia:
Quatuor sunt genera poetarum. Est altus, est medius, est tenuis, est
grandiloquus. Tenuis et medius arte fiunt, magnus et grandiloquus na-
tura. Iste vero Democritus est, a quo secta exorta est Epicurea, qui
multa physica scripsit. [*Fortunatius*] beatius, melius, ut: *Fortunate se-*
nex. [*Arte*] studio. Democritus ait plus valere ingenium quam peritiam.
[*Excludit*] repellit a numero poetarum, negat esse poetas, nisi qui insa-
niunt. [*Bona pars non ungues ponere curat*] poetas non vult more phi-

multum distans ab hac nova. [*Vos, o Pompilius sanguis*] quia Calphus
filius est Numae, a quo Calphurnii Pisones traxerunt nomen. [*Ingenium*
misera quia fortunatius arte] ait enim Democritus, poeticem natura ma-

Non barbam, secreta petit loca, balnea vitat.
Nanciscetur enim pretium nomenque poetae,
Si tribus Anticyris caput insanabile nunquam
Tonsori Licino commiserit. O ego laevus,
Qui purgor bilem sub verni temporis horam!
Non alius faceret meliora poemata. Verum
Nil tanti est. Ergo fungar vice cotis, acutum
Reddere quae ferrum valet, exsors ipsa secandi.

---

posse et sine quodam afflatu quasi furoris. Cf. Aristot. Poet. c. 16. — De *Helicone* vid. Epist. II, 1, 218. — v. 299-300. *Doer.:* Horatius insanum poetam vocat *caput,* cui sanando vix helleborum vel in tribus insulis, si tres essent, (sed duae tantum erant) Anticyris natum sufficeret, qui caput vero nunquam tonderi patitur, (qui barbam promittit) facete illud *nunquam tonsori committere* dicitur; obiter simul carpere Horatius videtur tonsorem quemdam *Licinium, qui,* ut narrat Comm. Cruq., *quod odisset Pompeium, a Caesare senator factus dicitur.* — v. 302. *hora,* anni aetas, ut Carm. I, 12, 16.: *variisque mundum Temperat horis.* — v. 303. *Non alius* etc. nisi enim causas furoris ex corpore pellerem, nemo meliora poemata faceret. — *verum Nil tanti est,* sc. mihi, qui malo sanae, quam insanae mentis esse homo. — v. 304. Lamb.: ego igitur locum cotis obtinebo, ego cotis munus obibo, quae ferrum acuere potest, quum vim secandi ipsa non habet. Quod quidem translate de semet ipso dicit, dum se iudicem, qui ipse nil scribere possit, profitetur. — Horatius in modum *cotis secandi exsortis* ferrumque acuentis, poetas acuere (acu-

---

losophorum incedere. Notat hîc imperitos, qui putant poetas optimos esse eos, qui sunt demisso capillo vel barba. *Barbam* in singulari numero hominum, in plurali *hircinas* dicimus. [*Nanciscetur enim*] obtinebit nomen poetae, si insano similis fiat. [*Protium*] dignitatem. [*Si tribus Anticyris*] *Anticyra* dicitur insula, in qua multum nascitur hellebori et cicutae. Hoc ergo *διασυρτικῶς* dicit Horatius. Si non totonderit caput, nanciscetur nomen poetae, quod caput non sanatur tribus datis helleboris. [*Tonsori Lycino*] Lycinus dicebatur tonsor opulentissimus, quem postea dicunt factum senatorem a Caesare, quia dicebatur nimium odisse Pompeium. Et est sensus: Si non commiserit tondendum caput Lycino, quem tres Anticyrae non possunt curare, adeo insanum. *Tribus* autem *Anticyris* accipiamus pro multo helleboro. [*O ego laevus*] perversus, stultus, sinister, dignus culpa, indignus nomine poetae. [*Qui purgor bilem*] qui propter purgandam bilem rado caput meum, qui catharticum accipio ad purgandum me, vel qui purgor bilem pro bilibus, i. e. qui curo sanus esse, cum sciam a Democrito eos veros poetas iudicatos, qui sunt insani, vel purgor bilem, choleram reicio potionibus. [*Non alius faceret meliora poemata*] i. e. nemo esset magis in opinione poeta, si demisso essem capillo. [*Verum Nil tanti est*] i. e. nullius momenti sum, quoniam non sum demisso capillo et quod per singulos annos cholera purgor. Dicebatur enim melancholicus fuisse Horatius. Vel: *Verum Nil tanti est,* i. e. non curo, sed contemno dici poeta. Ac si diceret: Non possum poeta esse, ut contemnam curam corporis mei. [*Exsors ipsa secandi*] i. e.

gis quam arte constare et eos solos poetas esse veros, qui insaniant; in qua persuasione Plato est. [*Si tribus Anticyris caput insanabile*] locus est in Achaia Anticyra, ubi helleborum nascitur, quo sumpto dementes sanantur [hoc etiam sumpto dolor capitis sanatur]. [*Qui purgor bilem sub verni temporis horam*] omnes enim verno tempore purgationem

Munus et officium, nil scribens ipse, docebo:
Vnde parentur opes, quid alat formetque poetam,
Quid deceat, quid non; quo virtus, quo ferat error.
Scribendi recte sapere est et principium et fons.
Rem tibi Socraticae poterunt ostendere chartae,
Verbaque provisam rem non invita sequentur.
Qui didicit, patriae quid debeat et quid amicis,
Quo sit amore parens, quo frater amandus et hospes,
Quod sit conscripti, quod iudicis officium, quae
Partes in bellum missi ducis: ille profecto
Reddere personae scit convenientia cuique.
Respicere exemplar vitae morumque iubebo

---

te docere, quae scire debeant) tantum vult, non ipse carmina s. versus scribere. — v. 306. *Munus et officium,* sc. recte scribendi. — v. 307. *opes,* res et facultas poetica. — *formet,* expoliat. — v. 308. *error,* artis ignorantia. — v. 309. *sapere,* scire, quid deceat, quid non. — v. 310. *Socraticae chartae.* Per chartas Socraticas, inquit Lambinus, non significat libros a Socrate scriptos, quum ille nihil scripserit, sed a Platone, Aeschine, Xenophonte et ceteris eius auditoribus ac discipulis et qui ab eis orti sunt. — *ostendere,* ob *os tendere, ἐπιτείνειν.* — *chartae* = scripta, supr. Epist. II, 1, 161.: *chartae Graecae.* Carm. IV, 8, 21.: *Si chartae sileant.* — v. 311. *provisam,* antea exploratam. — v. 315. *Partes* = of-

---

quae non habet munus et officium secandi a natura tributum, ut: *Exsortem ducere honorem.* [*Opes*] copia scribendi. [*Scribendi recte*] facere, quod promisit, docet. Id est, ut recte scribas, sapientia opus est. [*Princip. et fons*] i. e. copia verborum, quae debet sequi principia. Contra illos, qui dicunt poetam insanire debere, hîc ait, ut possis recte scribere, principio opus est sapere. [*Rem*] i. e. praecepta, h. e. sapientiam. [*Socraticae chartae*] i. e. libri. Et hoc dicit, non debere poetam expertem esse philosophiae. Item aliter. Poema constat ex re et oratione. *Res* ex philosophia originem trahit, ut praecepta contineat. Dicit ergo hoc, quod inventa re verba etiam non invita sequuntur, i. e. tunc verba non desunt, cum habueris, quod dicas. Et Pollio idem dixit: *Male hercule eveniat verbis, nisi rem sequantur.* [*Verbaque provis. rem non invita sequentur*] *provisam rem,* i. e. intellectam sapienter. Id est, non laborat poeta loqui rem sapienter inventam. Menander cum fabulam disposuisset, etiamsi nondum versibus adornasset, dicebat se tamen iam complesse. [*Qui didicit, patriae quid debeat et quid amicis*] i. e. qui legit libros de officiis, i. e. *περὶ καθήκοντος,* et ostendit poetas imbui debere philosophia. Dicit autem hoc: Ille optimus poeta est, qui didicit, quid singulis debeat, i. e. quo amore debeat unusquisque circa patriam esse, aut parentes sive amicos. [*Respicere exemplar*] exemplum, *παράδειγμα,* exemplar, *ἀντίτυπον.* Hoc dicit: Consuetudinem vitae iubeo respicere eum,

sumunt, quod vocatur *καθαρτικὸν* s. *κάθαρσις.* [*Scribendi recte sapere est et principium et fons*] i.e. scire, quid scribas, hoc enim sapere [est]. [*Rem tibi Socraticae poterunt ostendere chartae*] poema constat ex re et oratione. Res ex philosophia originem trahit, id est, ut praecepta contineat. Has dicit *Socraticas chartas* esse, deinde comitabuntur [verba]. [*Verbaq. provisam rem non invita sequentur*] hoc tale est: Dice-

Doctum imitatorem et veras hinc ducere voces.
Interdum speciosa locis morataque recte
Fabula, nullius Veneris, sine pondere et arte,
Valdius oblectat populum meliusque moratur,
Quam versus inopes rerum nugaeque canorae.

ficia. — v. 316. *Reddere,* dare, ut saepius verbum compositum pro non composito poni solet. — v. 317. *exemplar vitae morumque,* veram et perfectam speciem vitae humanae morumque intueri, quam imitando exprimere et simulare conetur. — v. 318. *imitatorem, μιμητήν,* poetam. — *et veras hinc ducere voces; hinc,* i. e. ex vita communi et moribus hominum veras voces elicere. — v. 319. *Interdum speciosa locis* etc. i. e. interdum fabula, quae adspersa et ornata est sententiis e philosophia petitis et locis communibus et quae habet ἦθος, quae scite mores exprimit, talis igitur fabula magis delectat populum, etiamsi non sit admodum venusta nec polita nec gravis nec artificiosa, quam politissimi et cultissimi versus nulla sententia subiecta neque personarum decoro servato neque hominum moribus expressis. Lamb. — Si *opportunae fuerint inductae personae,* et argumentis locisque communibus non absurde munitae, cum consideratione consuetudinis et expressione morum, quamvis sit sine arte, sine venustate et eloquentia, plus placet, quam versus quidam bene sonantes, sed observatione morum carentes: quia *res* sine ornatu, quam ornata verba sine rebus magis delectare possunt. Comm. Cruq. — *morataque recte. Doer.:* in qua recte et vere expressi sunt mores hominum, recte ad mores hominum composita. Epist. II, 2, 116.: *speciosa vocabula rerum.* — v. 321. *moratur,* quia *oblectat* spectatores. Epist. I, 13,

qui vult recte imitari, ut cum inducat adolescentem, debeat scire, quemadmodum iuvenes solent vivere. Quid enim est Comoedia, nisi imago vitae quotidianae? [*Doctum imitat.*] i. e. eum, qui vult esse optimus Comicus poeta. [*Veras*] vivas. [*Hinc*] i. e. a vita quotidiana, a moribus communibus. [*Speciosa locis*] i. e. si opportune fuerint inductae personae aut locis, i. e. argumentis, ut non sit argumentum absurdum. [*Morataq. recte*] *morosa* fabula malis moribus, *morata* bonis dicitur. *Morata* autem bene instituta, unde et in consuetudine est, bene moratum dici, qui bonos mores habet. *Moratam fabulam,* in qua mores singularum personarum optime exprimuntur. [*Nullius Veneris*] i. e. venustatis et ingenii, quae ad artem spectant. Ostendit modo, quantum prodest consideratio consuetudinis, dicens, quod interdum fabula opportunitate personarum inductarum et expressione morum, quamvis sit sine arte, sine venustate, sine gravitate sententiarum, plus placeat quam versus quidem bene sonantes, sed morum observatione carentes. Magis possunt delectare res sine ornatu, quam ornata poemata, versus sine rebus. [*Sine pondere*] scilicet, magnis sensibus, sine gravitate verborum. [*Et arte*] sine gratia. [*Valdius*] pro validius, ut alibi: *Novit me valdius ipso.* [*Meliusq. moratur*] fortius retinet auditorem. [*Inopes rerum*] inanes, in quibus

re, inquit, tunc poteris, quum habueris, quod dicas. Et Asinius Pollio idem dixit: *Male hercule eveniat verbis, nisi rem sequantur.* [*Interdum speciosa locis morataque recte Fabula*] colligit saepe magis placuisse fabulam, quae nudis narretur verbis, quoniam res spectatorem delectarent, quam quae locis communibus explicaretur. Sic verbi gratia: Circulator referat de Regulo, quomodo captus sit aut punitus verbis sordidis, quae* si non

* *verba sordida quae*

Graiis ingenium, Graiis dedit ore rotundo
Musa loqui, praeter laudem nullius avaris.
Romani pueri longis rationibus assem
Discunt in partes centum diducere. Dicat
Filius Albini: Si de quincunce remota est
Vncia, quid superat? Poteras dixisse: Triens. Eu!
Rem poteris servare tuam. Redit uncia, quid fit?
Semis. At haec animos aerugo et cura peculî
Quum semel imbuerit, speramus carmina fingi
Posse linenda cedro et levi servanda cupresso?
Aut prodesse volunt aut delectare poetae,
Aut simul et iucunda et idonea dicere vitae.

17.: *Carmina, quae possint oculos auresque morari Caesaris.* — v. 324. *nullius,* sc. alius rei. — v. 325–330. Vossius: *Aber der Roemische Knabe, geübt in unendlicher Rechnung, Kann durch Brüch' ein Ganzes zerstreun in die Hunderte. „Sag' uns Doch das Soehnchen Albins: man hat fünf Unzen, und hebet Eine davon; was bleibt? Nur heraus! du weisst es.“ — Ein Drittel. — „Bravo! du sollst wohl bergen dein Gut! und die eine dazu, was Wird es?“ — Ein Halb.* — *Albinus* fenerator erat praedives. — *Eu, εὖ, εὖγε,* bene. — v. 330. *Aeruginem* per translationem dicit immodicum pecuniae et lucri studium. —

nullae sunt res, qui sola arte sunt boni. [*Nugaeque canorae*] nullius momenti verba, bene tantum sonantia. [*Ore rotundo*] polito, erudito, perfecto. [*Praeter laudem nullius avaris*] *nullius,* deest *rei.* Ideo solius laudis cupidi Graeci, quia ideo scribebant, ut gloriam, non ut pecuniam adquirerent. [*Romani pueri*] Romani, inquit, pueri a prima aetate calculum discunt, h. e. computationibus dant operam. [*Longis rationibus*] multis modis, longa computatione. [*Assem Discunt in partes centum diducere*] *diducere,* i. e. partiri. *Assis* est totum patrimonium. Sextans, quadrans, triens, quincunx, semis, dodrans, deunx partes assis sunt. [*Filius Albini*] feneratoris cuiusdam divitis. [*De quincunce*] de quinque unciis. [*Triens*] tertia pars librae, quae facit uncias quatuor, cum sit libra unciarum duodecim. [*Eu*] εὖ, i. e. bene. Vel *Eu* pro euge. Hoc ille dixit, qui interrogatus fuerat. [*Redit uncia*] quincunci additur uncia, i. e. (ad) alias quinque accedit alia uncia. [*Semis*] media pars librae. [*Aerugo et cura peculi*] *aerugo,* i. e. avaritia. *Aeruginem* appellat avaritiam, quasi maculam. Id est, avaritia cum occupaverit a prima infantia animos hominum Romanorum, sperandum non est, posse scribere carmina recipienda in auctoritatem. *Cura* autem *peculi,* i. e. cupiditas pecuniarum. [*Linendo cedro et levi servanda cupresso*] i. e. armario bene composito. Dixit autem *linenda cedro* et *servanda cupresso,* quia in perpetuum maneant unctis in circuitu chartis cedro; utraque enim res odore

delectant, attamen res evocat auditu digna. [*Morataq. recte*] fabula bene instituta*, unde in consuetudine dicere solemus *bene moratum* eum, qui rectos mores ediderit. [*Nullius Veneris*] nullius voluptatis nec decoris. [*Graiis dedit ore rotundo Musa loqui, praeter laudem nullius avaris*] in hac sola cupiditate promereantur laudem, tanquam Protogenes ille, qui

* *instructa*

Quidquid praecipies, esto brevis, ut cito dicta
Percipiant animi dociles teneantque fideles.
Omne supervacuum pleno de pectore manat.
Ficta voluptatis causa sint proxima veris,
Nec, quodcunque volet, poscat sibi fabula credi,
Neu pransae Lamiae vivum puerum extrahat alvo.
Centuriae seniorum agitant expertia frugis;
Celsi praetereunt austera poemata Rhamnes.

v. 340. Neu fingat, puerum, a Lamia devoratum, vivum eius alvo extractum esse. — *pransus* sensu activo intelligendum, ut Serm. I, 6, 127.: *pransus non avide.* — *Lamia*, *Λαμια*, *Μορμώ*, monstrosa mulier, cui modo haec, modo illa species affingitur; eam venturam et obstinatae mentis infantes devoraturam esse, terroris illis incutiendi causa, aiebant nutrices, ut ad hunc locum apte narrat *Doer.* — v. 341. Lamb.: aetate grandes et senes poemata inutilia et ad solam voluptatem comparata adspernantur ac respuunt. — v. 342. *Celsi Rhamnes.* Lamb.: equites contra

suo summovet tineas. [*Quidquid praecipies, esto brevis*] aliud praece-
ptum. Qui dat praecepta aliis, breviter debet dare, ut cito possit audiri
et cito intelligi, i. e. praecepta debent esse brevia, quia si longa fuerint,
aures deficiunt auditorum. Percipiant ergo animi, ut dociles fiant, quia
quod percipio et intelligo, docet me. Item esto *brevis*, i. e. serva ne-
cessaria. [*Teneantq. fideles*] ut servent, quod accipiunt, ne effluant,
quae audiunt. [*Pleno*] i. e. fastidiente. Et est sensus: Pectus enim, quod
iam varietate satiatum et plenum est, ea, quae supervacua audierit, non
retinet. [*Manat*] effluit. [*Ficta voluptatis causa*] quae fingit poeta
voluptatis causa, verisimilia debent esse. Nec quodcunque velit. Ordo:
Quodcunque velit sibi credi, fabula poscat. Fabula, i. e. comoedia, aut
fabula, i. e. poemata. [*Neu pransae Lamiae*] i. e. ne fingat fabula tale
argumentum, quod devoraverit Lamia puerum, qui de utero eius postea
vivus prolatus sit. [*Extrahat*] i. e. detrahat, eximat. [*Centuriae senio-
rum*] i. e. senes Romani non probant poemata, quae sunt levia; adoles-
centes non delectantur austeris. Quid ergo faciendum est poetae? poe-
ma temperare, ut et voluptati serviat iuniorum et severitati satisfaciat
seniorum. [*Agitant expertia frugis*] i. e. persequuntur, quae utilitatem
non habent. *Expertia frugis*, i. e. inutilia, aliena, maturitate carentia, i.
e. bonitate vel austeritate. [*Celsi praetereunt*] sensus est: Senes gra-
vitate carminis et dictionis pondere delectantur, iuvenes austera et gra-
via non amant. Rhamnes, Luceres, Tatienses, Romanae tribus erant vel,
ut verius, equites. Per Rhamnes iuniores intelligamus, erant enim alii
seniores. [*Omn. tulit punct.*] omnium suffragium, omnium iudicium me-
retur ille, qui et dulcis est et utilis. *Puncta* dicuntur populi suffragia.

lutum finxit decem annis, vel Apelles, qui totidem pinxit annis. Non enim
ut acciperent, festinabant, sed ut placerent, morabantur. [*Et levi ser-
vanda cupresso*] libri enim, qui aut cedro inlinuntur aut arca cupressina
inclusi sunt, a tineis non vexantur. [*Neu pransae Lamiae vivum pue-
rum extrahat alvo*] haec ad infantes terrendos solet nominari. Est ergo
poeticum, quod tantum fingat, ut [etiam] devoratum Lamia puerum [ute-
ro] educat. [*Centuriae senior. agitant expertia frugis*] i. e. ea, quae
nugatoriae dicuntur, exagitant senes. [*Expertia**] [quae experti non

* Scholion asteriscis notatum deest in Editione Basileana.

Omne tulit punctum, qui miscuit utile dulci,
Lectorem delectando pariterque monendo.
Hic meret aera liber Sosiis, hic et mare transit,
Et longum noto scriptori prorogat aevum.
Sunt delicta tamen, quibus ignovisse velimus.
Nam neque chorda sonum reddit, quem vult manus et mens,
Poscentique gravem persaepe remittit acutum,
Nec semper feriet, quodcunque minabitur, arcus.
Verum ubi plura nitent in carmine, non ego paucis
Offendar maculis, quas aut incuria fudit,

vel iuvenes feroces atque elati non admodum adtente nec libenter poemata audiunt, quae nulla voluptate sunt temperata. — *Celsi*, iuvenes animo excelso, superbi atq. sim. — v. 343. *Omne tulit punctum.* Omnibus omnium suffragiis praestantissimus poeta iudicandus est, qui utilitatem cum voluptate coniunxit. — v. 345. De *Sosiis* vid. ad Epist. I, 20, 2. — *mare transit*, cf. Epist. I, 20, 13.: *Aut fugies Vticam aut vinctus mitteris Ilerdam.* — v. 346. *Et longum* etc. = et poetam serae posterorum memoriae commendat. — *longum prorogat aevum*, i. e. ita prorogat aevum, ut longum sit. — *noto*, ita ut omnibus sit notus. — v. 347. *Sunt delicta tamen* = errare humanum est. — v. 349. *remittit*, reddit. — v. 351. Verum ubi plures virtutes pluraque ornamenta insunt in poemate, quam maculae et errata, quae vel imprudenti et aliud agenti vel

Vsus est hoc verbo etiam Cicero in Fundania. Item aliter: „Solus suffra-
gia et iudicium populi tulit, qui et utile et dulce poema scripsit et qui
prodesse et delectare potest.“ *Punctum* ideo dixit, quod sic antea suffra-
gia cereis ferebantur. Hoc ergo dixit: Omnium meruit favorem, iuxta
legem tabellariam, quae caverat non voce, sed puncto debere ferri suf-
fragia. [*Delectando*] dulcedine. [*Monendo*] gravitate. [*Meret aera*]
prostat, i. e. dignus est emi, vel *meret*, mercedem affert. *Mereo, meres*,
mercedem capio et milito. [*Liber*] librum pro poemate posuit. *Liber
hic*, i. e. istius modi, qualem dixi. [*Sosis*] i. e. bibliopolis; alii emenda-
tores et probatores carminum volunt intelligi et duo *ii* debere scribi; sed
propter metrum unum scribitur. Sosii ergo duo fratres fuerunt, biblio-
polae opinatissimi. Est autem sensus: Istiusmodi librum facile Sosii pos-
sunt vendere. [*Et mare transit*] i. e. potest recipi in auctoritatem et
ad omnes regiones quasi optimus portari. [*Noto*] famoso, in opinione
poetae posito. [*Sunt delicta tamen*] inter multa bona si habueris mala
pauca, ignoscendum est. [*Quibus ignovisse velimus*] pro volumus. [*Nam
neque chorda sonum*] si ergo citharoedus errat, multo magis venia tri-
buenda poetis est, si in quibusdam erraverint. Nec semper sagittarii de-
stinata iaculantur. Hoc vult dicere: Merentur poetae veniam, quia pene
omnes in errore versamur. [*Minabitur arcus*] destinabit sagittarius.
[*Verum ubi plura nitent*] si plura carmina facio optima, non est mirum,
si possum offendere in paucis locis. [*Maculis*] viciis, peccatis, delictis.
[*Incuria*] negligentia, qua maculae funduntur. Nam duobus modis fit, ut

sunt, exagitant.] [*Omne tulit punctum, qui miscuit utile dulci*] solus
suffragia iudicum tulit, qui et utile et dulce scripsit, i. e. qui et prodes-
set et delectaret. *Punctum* autem ideo, quod antiqui suffragia non scri-
bebant, sed puncto notabant. [*Hic meret aera liber Sosiis*] Sensus: hunc
bene vendent bibliothecae. Antea *Sosii* erant notissimi, qui commercium
librorum faciebant. [*Quas aut incuria fudit*] *incuria* est negligentia,

Aut humana parum cavit natura. Quid ergo est?
Vt scriptor si peccat idem librarius usque,
Quamvis est monitus, venia caret; et citharoedus
Ridetur, chorda qui semper oberrat eadem:
Sic mihi, qui multum cessat, fit Choerilus ille,
Quem bis terve bonum cum risu miror, et idem
Indignor, quandoque bonus dormitat Homerus.
Verum operi longo fas est obrepere somnum.
Vt pictura, poesis: erit, quae, si propius stes,

---

humanitus exciderint, ignoscere debemus. — v. 354. *Vt scriptor librarius* etc. i. e. si in idem erratum perpetuo incurrit, etiamsi fuerit monitus, indignus est, cui ignoscatur, sic et poeta. — v. 357. *qui multum cessat*, peccat. — v. 358. *Quem — miror.* Vossius: *Den, ist mitunter er gut, ich lachend bewundere.* — v. 359. *quandoque*, quandocunque. Ego *indignor*, indigne fero, quandocunque Homerum lapsum esse animad-

---

aliqua vitia nascantur in poemate aut negligentia aut natura, quae hominibus fragilis est et omnia bene facere non potest. [*Cavit*] praevidit. [*Quid ergo est*] quia moneo, si poeta itidem peccet, ut librarius monitus, caret venia. [*Vt scriptor*] h. e. quemadmodum scriptor aut antiquarius aut pictor. [*Si peccat idem*] si in eodem peccat. [*Scriptor librar.*] i. e. naturalis, ita enim bibliopolas suos veteres dicebant, hoc et Tranquillus affirmat. [*Vsque*] semper, iugiter. [*Quamvis est monitus*] pro eo, quod est: Quam iussit, propter κακέμφατον. Vt Maro: *Quamvis est rustica Musa.* [*Fit Choerilus ille*] Choerilus poeta fuit, qui Alexandrum Magnum secutus bella eiusdem descripsit, cui Alexander dixisse fertur, malle se Thersitem Homeri esse, quam huius Achillem. Choerilus Alexandri poeta depactus est cum eo, ut si versum bonum faceret, aureo numismate donaretur; sin malum, colaphis feriretur, qui saepe maledicendo colaphis enectus est. [*Bis terque*] i. e. in paucis versibus si unum aut duos versus bene dixerit, admiror, quasi bonum poetam praeter solitum. Non enim dixit, laudo. [*Et idem*] ego, qui veniam tribuo. [*Quandoq. bonus dormitat Homerus*] h. e. negligenter scribit, i. e. quandoque errat bonus poeta. [*Verum opere in longo*] in magno poemate. [*Fas est obrepere somnum*] in peccatum incidere, errare, crimen negligentiae incurrere. [*Vt pictura poesis erit*] hic *erit* pro est ponitur, i. e. poema ita sese habet, ut pictura. Hoc ergo dicit, quemadmodum pictura quaedam de proximo vult videri, alia autem eminus, ut vitia celentur. Ita et poema aliud semel lectum placet; probum autem poema placet, etiam saepe repetitum. Aliter. Vt pictura, ita poema aliud dum recitatur, in praesens placet; aliud postea saepe repetitum. Vel, quaedam in picturis spectanda sunt propius, quaedam longius; ita poetices quaedam statim adspicienda sunt, quaedam postea. Quae dilucida erunt, mox cognoscuntur; quae vero obscura, longius remotis et ab ignotis.

quae curam non habet. [*Sic mihi, qui multum cessat, fit Choerilus ille*] poeta pessimus fuit Choerilus, qui Alexandrum secutus opera eius descripsit; huius omnino septem versus laudabantur, ut Alexander dixisse fertur: „multum malle se Thersiten Homeri esse quam Choerili Achillem." [*Verum operi longo fas est obrepere somnum*] sed excusationem, inquit, Homerus mereri potest, si aliquid in tanto opere non respondeat magnitudini carminis sui. [*Vt pictura poesis erit*] non erit dissimilis poetica picturae; nam quomodo in hac propius quaedam spectanda sunt,

Te capiat magis et quaedam, si longius abstes:
Haec amat obscurum, volet haec sub luce videri,
Iudicis argutum quae non formidat acumen;
Haec placuit semel, haec decies repetita placebit.
O maior iuvenum, quamvis et voce paterna
Fingeris ad rectum et per te sapis, hoc tibi dictum
Tolle memor: certis medium et tolerabile rebus
Recte concedi. Consultus iuris et actor
Causarum mediocris abest virtute diserti

---

verto. — v. 361. Alia reperietur pictura, quae primis ac rudibus lineamentis tantum constet, pictura adumbrata, non expressa, quam Graeci σκιαγραφίαν appellant. Haec procul spectata laudari potest. Alia, quae suis coloribus expressa et exquisitis accuratisque pigmentis illustrata sit, haec propius spectari debet. Idem de poesi valet. Alia est enim, quae quasdam umbras et recessus habet tantum neque admodum illustribus coloribus vestita est, alia est accurata et exquisito artificio elaborata. — v. 368. *certis — rebus*, i. e. certas res esse, in quibus medium locum obtinere conceditur et in quibusdam rebus mediocritatem esse laudabilem

---

[*Te capiat*] i. e. delectet; sunt enim poetae, qui semper leguntur; sunt, qui semel lecti contemnuntur. [*Haec amat obscurum*] i. e. mala, quia fuco, i. e. coloribus magis potest placere quam arte. [*Acumen*] velox ingenium. [*O maior iuvenum*] L. Piso, quasi diceret: o maior Piso, maiorem enim fratrem alloquitur. [*Fingeris*] formaris, institueris, erudiris. [*Ad rectum*] ad iustum et bonum iter vitae. [*Hoc tibi dictum Tolle memor*] i. e. audi sententiam meam et esto eius memor. [*Medium*] non ex toto perfectum. [*Certis rebus*] ac si diceret, non omnibus, i. e. paucis. Id est: recte conceditur, quarundam rerum mediocritatem. Vt si iuris peritus non fuerit aliquis, quomodo Cassellius? aut orator, quomodo Messala? attamen vituperandi non sunt, si fuerint mediocres, quod in poetis non idem est. [*In pretio est*] in honore. Plautus in Asin.: *Tu primus sentis, nos tamen in pretio sumus.* Illi, qui non sunt peritissimi, ut Cassellius et Messala, si modo mediocres sunt, tamen in honore sunt; sed non debent poetae mediocres esse, sed summi. Messala orator, Cassellius iurisconsultus fuit. [*Non concessere columnae*] ὑπερβολικῶς ait, nec enim saxa concedunt aliquid poetis de mediocritate. *Columnas* autem dicit, ubi ponebant poetae epitaphia. [*Vt gratas inter mensas*] quemadmodum inter mensas iucundas offendit aut malus cantor aut malum unguentum aut papaver cum amaro melle, cum poterat prandium confici sine his. Ita poema, quod inventum est propter amicos delectandos, si paululum recesserit a perfectione, non placet, sine quo poemate res hominum poterant explicari. [*Symphon. discors*] mali cantores, συμφωνία est concentus cantorum. [*Crassum*] mali odoris. Nam ut levem odorem dicimus suavem, ita et *crassum* malum. [*Sardo*] Sardaico.

[quaedam statim adspicienda] quaedam longius: ita poetices quaedam statim adspicienda sunt, quae lucida erunt, prope cognoscentur, quae vero obscura, longius remota. [*Hoc tibi dictum Tolle memor*] i. e. hoc verbum in mente habe. [*Certis medium et tolerabile rebus Recte concedi*] quarundam rerum esse medietatem. [*Consultus iuris et actor*] consultus iuris aliquis si nescit, quantum Cassellius Aulus, iurisconsultus tunc optimus, attamen potest esse mediocris. Nec si quis orator idem scire potest, quod Messala, sciat attamen, non esse [non] contemnendum.

Aut humana parum cavit natura. Quid ergo est?
Vt scriptor si peccat idem librarius usque,
Quamvis est monitus, venia caret; et citharoedus
Ridetur, chorda qui semper oberrat eadem:
Sic mihi, qui multum cessat, fit Choerilus ille,
Quem bis terve bonum cum risu miror, et idem
Indignor, quandoque bonus dormitat Homerus.
Verum operi longo fas est obrepere somnum.
Vt pictura, poesis: erit, quae, si propius stes,

humanitus exciderint, ignoscere debemus. — v. 354. *Vt scriptor librarius* etc. i. e. si in idem erratum perpetuo incurrit, etiamsi fuerit monitus, indignus est, cui ignoscatur, sic et poeta. — v. 357. *qui multum cessat*, peccat. — v. 358. *Quem — miror.* Vossius: *Den, ist mitunter er gut, ich lachend bewundere.* — v. 359. *quandoque*, quandocunque. Ego *indignor*, indigne fero, quandocunque Homerum lapsum esse animad-

aliqua vitia nascantur in poemate aut negligentia aut natura, quae hominibus fragilis est et omnia bene facere non potest. [*Cavit*] praevidit. [*Quid ergo est*] quia moneo, si poeta itidem peccet, ut librarius monitus, caret venia. [*Vt scriptor*] h. e. quemadmodum scriptor aut antiquarius aut pictor. [*Si peccat idem*] si in eodem peccat. [*Scriptor librar.*] i. e. naturalis, ita enim bibliopolas suos veteres dicebant, hoc et Tranquillus affirmat. [*Vsque*] semper, iugiter. [*Quamvis est monitus*] pro eo, quod est: Quam iussit, propter *κακέμφατον*. Vt Maro: *Quamvis est rustica Musa.* [*Fit Choerilus ille*] Choerilus poeta fuit, qui Alexandrum Magnum secutus bella eiusdem descripsit, cui Alexander dixisse fertur, malle se Thersitem Homeri esse, quam huius Achillem. Choerilus Alexandri poeta depactus est cum eo, ut si versum bonum faceret, aureo numismate donaretur; sin malum, colaphis feriretur, qui saepe maledicendo colaphis enectus est. [*Bis terque*] i. e. in paucis versibus si unum aut duos versus bene dixerit, admiror, quasi bonum poetam praeter solitum. Non enim dixit, laudo. [*Et idem*] ego, qui veniam tribuo. [*Quandoq. bonus dormitat Homerus*] h. e. negligenter scribit, i. e. quandoque errat bonus poeta. [*Verum opere in longo*] in magno poemate. [*Fas est obrepere somnum*] in peccatum incidere, errare, crimen negligentiae incurrere. [*Vt pictura poesis erit*] hic *erit* pro est ponitur, i. e. poema ita sese habet, ut pictura. Hoc ergo dicit, quemadmodum pictura quaedam de proximo vult videri, alia autem eminus, ut vitia celentur. Ita et poema aliud semel lectum placet; probum autem poema placet, etiam saepe repetitum. Aliter. Vt pictura, ita poema aliud dum recitatur, in praesens placet; aliud postea saepe repetitum. Vel, quaedam in picturis spectanda sunt propius, quaedam longius; ita poetices quaedam statim adspicienda sunt, quaedam postea. Quae dilucida erunt, mox cognoscuntur; quae vero obscura, longius remotis et ab ignotis.

quae curam non habet. [*Sic mihi, qui multum cessat, fit Choerilus ille*] poeta pessimus fuit Choerilus, qui Alexandrum secutus opera eius descripsit; huius omnino septem versus laudabantur, ut Alexander dixisse fertur: „multum malle se Thersiten Homeri esse quam Choerili Achillem." [*Verum operi longo fas est obrepere somnum*] sed excusationem, inquit, Homerus mereri potest, si aliquid in tanto opere non respondeat magnitudini carminis sui. [*Vt pictura poesis erit*] non erit dissimilis poetica picturae; nam quomodo in hac propius quaedam spectanda sunt,

Te capiat magis et quaedam, si longius abstes:
Haec amat obscurum, volet haec sub luce videri,
Iudicis argutum quae non formidat acumen;
Haec placuit semel, haec decies repetita placebit.
O maior iuvenum, quamvis et voce paterna
Fingeris ad rectum et per te sapis, hoc tibi dictum
Tolle memor: certis medium et tolerabile rebus
Recte concedi. Consultus iuris et actor
Causarum mediocris abest virtute diserti

verto. — v. 361. Alia reperietur pictura, quae primis ac rudibus lineamentis tantum constet, pictura adumbrata, non expressa, quam Graeci *σκιαγραφίαν* appellant. Haec procul spectata laudari potest. Alia, quae suis coloribus expressa et exquisitis accuratisque pigmentis illustrata sit, haec propius spectari debet. Idem de poesi valet. Alia est enim, quae quasdam umbras et recessus habet tantum neque admodum illustribus coloribus vestita est, alia est accurata et exquisito artificio elaborata. — v. 368. *certis — rebus*, i. e. certas res esse, in quibus medium locum obtinere conceditur et in quibusdam rebus mediocritatem esse laudabilem

[*Te capiat*] i. e. delectet; sunt enim poetae, qui semper leguntur; sunt, qui semel lecti contemnuntur. [*Haec amat obscurum*] i. e. mala, quia fuco, i. e. coloribus magis potest placere quam arte. [*Acumen*] velox ingenium. [*O maior iuvenum*] L. Piso, quasi diceret: o maior Piso, maiorem enim fratrem alloquitur. [*Fingeris*] formaris, institueris, erudiris. [*Ad rectum*] ad iustum et bonum iter vitae. [*Hoc tibi dictum Tolle memor*] i. e. audi sententiam meam et esto eius memor. [*Medium*] non ex toto perfectum. [*Certis rebus*] ac si diceret, non omnibus, i. e. paucis. Id est: recte conceditur, quarundam rerum mediocritatem. Vt si iuris peritus non fuerit aliquis, quomodo Cassellius? aut orator, quomodo Messala? attamen vituperandi non sunt, si fuerint mediocres, quod in poetis non idem est. [*In pretio est*] in honore. Plautus in Asin.: *Tu primus sentis, nos tamen in pretio sumus.* Illi, qui non sunt peritissimi, ut Cassellius et Messala, si modo mediocres sunt, tamen in honore sunt; sed non debent poetae mediocres esse, sed summi. Messala orator, Cassellius iurisconsultus fuit. [*Non concessere columnae*] ὑπερβολικῶς ait, nec enim saxa concedunt aliquid poetis de mediocritate. *Columnas* autem dicit, ubi ponebant poetae epitaphia. [*Vt gratas inter mensas*] quemadmodum inter mensas iucundas offendit aut malus cantor aut malum unguentum aut papaver cum amaro melle, cum poterat prandium confici sine his. Ita poema, quod inventum est propter amicos delectandos, si paululum recesserit a perfectione, non placet, sine quo poemate res hominum poterant explicari. [*Symphon. discors*] mali cantores, *συμφωνία* est concentus cantorum. [*Crassum*] mali odoris. Nam ut levem odorem dicimus suavem, ita et *crassum* malum. [*Sardo*] Sardaico.

[quaedam statim adspicienda] quaedam longius: ita poetices quaedam statim adspicienda sunt, quae lucida erunt, prope cognoscentur, quae vero obscura, longius remota. [*Hoc tibi dictum Tolle memor*] i. e. hoc verbum in mente habe. [*Certis medium et tolerabile rebus Recte concedi*] quarundam rerum esse medietatem. [*Consultus iuris et actor*] consultus iuris aliquis si nescit, quantum Cassellius Aulus, iurisconsultus tunc optimus, attamen potest esse mediocris. Nec si quis orator idem scire potest, quod Messala, sciat attamen, non esse [non] contemnendum.

Messalae, nec scit, quantum Cascellius Aulus,
Sed tamen in pretio est. Mediocribus esse poetis
Non homines, non Dî, non concessere columnae.
Vt gratas inter mensas symphonia discors
Et crassum unguentum et Sardo cum melle papaver
Offendunt, poterat duci quia coena sine istis:
Sic animis natum inventumque poema iuvandis,
Si paullum summo decessit, vergit ad imum.
Ludere qui nescit, campestribus abstinet armis,
Indoctusque pilae discive trochive quiescit,
Ne spissae risum tollant impune coronae:
Qui nescit, versus tamen audet fingere! Quidni?
Liber et ingenuus, praesertim census equestrem
Summam nummorum vitioque remotus ab omni!

---

et ferri posse, sed mediocritatem in poeta neque esse laudabilem neque condonari solere. — v. 373. *columnae*, ad quas Romae prostabant bibliopolae, supr. Serm. I, 4, 71.: *Nulla taberna meos habeat neque pila libellos.* — v. 374. *Vt gratas inter mensas* etc. Lamb.: Quomodo, inquit, si quis in convivio symphoniam aliquam inconditam, immodulatam, ineptam, discordem adhibeat, si unguentum ingrati odoris nulliusque pretii, si papaver cum amaro et deterrimo melle offendat convivas, quia his poterant carere neque haec magnopere requirebant: sic poema, quum sit ad delectationem comparatum maxime, secundo loco ad utilitatem, si paullum modo absit a perfecto, deterrimum est. — v. 379. *Ludere*, luctari, hastam iacere, currere, salire atq. sim. — v. 381. Ne spectatores, in corona circumstantes, irrideant ludendi imperitum, idque impune. — v. 382. *Qui nescit*, sc. versus fingere, nihilominus versus fingere audet! — v. 383. *census equestrem Summam*, structura Graeca, pro: secundum summam equestrem. — v. 384. *vitioq. remotus ab omni* — *purus et insons*

Sardum autem mel amarum est. *Papaver* posuit pro placentia. [*Sine istis*] sine concordi symphonia et sine crasso unguento et papavere. [*Iuvandis*] delectandis. [*Si paulum summo decessit*] si modicum a perfectione recesserit, fit poema pessimum. Si exiguum recesserit a summitate, vergit in vitium. [*Vergit*] perit, displicet. [*Ludere qui nescit*] quilibet imperitus verecundus est magis quam poeta. [*Trochi*] trochi, i. e. rotae, quam currendo pueri scutica vel virga regunt. [*Ne spissae risum tollant*] ne rideat coetus spectantium, qui in similitudinem coronae ludentibus circumdatur. [*Impune*] pro merito. Populus is *impune* ridet, qui recte movetur ad risum. [*Quidni*] i. e. cur non audeant versus fingere, qui nesciunt? Quid restat, nisi permutato ordine, ingenuus quilibet, liber a tributo, persolvat summam nummorum equestrem, i. e. equestri ordini distributam? Nam consuetudo erat Romanorum, ut liberi tributa non solverent, ceteri vero stipendia ad opus militum solvebant. [*Liber et ingenuus*] cum stomacho pronunciandum quasi *ἀνθυποφορά*, i. e. si homo bene natus est, licet versus illi facere. Et est aliud *liber*, aliud *ingenuus*. [*Praesertim census*] *ἀποτετραμμένος*. ,Vsque ad' subaudiendum est. In censum equestrem receptus aut qui sit professus se habere tantam pecuniam, quantam deberet habere eques. Non enim licebat ante

[*Et Sardo cum melle papaver*] Corsicum et Sardum mel pessimi saporis

Tu nihil invita dices faciesve Minerva:
Id tibi iudicium est, ea mens: si quid tamen olim
Scripseris, in Metii descendat iudicis aures
Et patris et nostras nonumque prematur in annum,
Membranis intus positis. Delere licebit,
Quod non edideris; nescit vox missa reverti.
Silvestres homines sacer interpresque Deorum
Caedibus et victu foedo deterruit Orpheus,
Dictus ob hoc lenire tigres rabidosque leones;
Dictus et Amphion, Thebanae conditor urbis,
Saxa movere sono testudinis et prece blanda
Ducere, quo vellet. Fuit haec sapientia quondam,

— ut Horatius Serm. I, 6, 69. loquitur. — v. 385. *invita Minerva.* Cic. Off. I, 31.: *quia nihil decet invita (ut aiunt) Minerva, id est, adversante et repugnante natura.* — v. 387. *Metii*, vid. ad Serm. I, 10, 38. — v. 390. *nescit vox missa reverti*, Epist. I, 18, 71.: *Et semel emissum volat irrevocabile verbum.* — v. 394. *Amphion*, de quo vid. Carm. III, 11, 2.:

---

equitem Romanum fieri, nisi habuisset summam pecuniae, h. e. quadringentorum sestertiorum; lege Roscia, qua certo summa patrimonii equitibus Romanis fuerat adtributa, scilicet quadringenta sestertia. [*Vitioq. remotus*] secundum suam aestimationem. [*Tu nihil invita dices faciesve Minerva*] a superioribus pendet: O Piso, nihil dicas aut facias invita Minerva, i. e. sapientia. *Invita* autem *Minerva* facimus, quod est stultitiae. Est autem proverbium artificum: *invita Minerva*, quia ipsa Minerva inter ceteras artes et poetis praeest. [*Si quid tamen olim Scrips.*] *olim*, i. e. quandoque, quoniam Piso tragoedias scripsit. [*In Metii descendat iudicis aures*] Metius doctus et severus auditor, qui illis temporibus summus criticus fuit. Sensus est: Aut iudicio Metii aut nostro aut patris laudentur aut culpentur carmina. [*Nonumque prematur in ann.*] Cinna librum scripsit, qui inscribitur *Smyrna*, quem non edidit nisi nono anno, dum saepius corrigit. *Prematur* autem coerceatur, teneatur. Carmina usque ad nonum annum limentur et corrigantur studiosius. [*Membranis*] dicimus haec membrana et hae membranae. [*Vox missa*] ore emissa. [*Reverti*] *emissum volat irrevocabile verbum.* [*Silv. homines*] primos homines, silvas habitantes. [*Sacer interpresq.*] i. e. sacerdos. Vt poeta: *Nec non Threicius longa cum veste sacerdos Obloquitur numeris.* Ergo quia libentius maior Pisonum versus scribebat, dicit ad quam dignitatem poetae pervenerint. [*Caedibus*] rixis, ne se invicem trucidarent. [*Et victu foedo*] quia interficiebant bestias et manducabant, ipse eos fecit congregari simulque habitare. [*Deterruit*] prohibuit. [*Orpheus*] qui de diis canendo *ὁ θεόλογος* dictus est. [*Et Amphion, Thebanae conditor urbis*] Cadmus Thebas constituit; eas muro cinxit Amphion. [*Sono testudinis*] i. e. lyrae. [*Fuit haec sapientia quondam*] olim poetae sapientia et eruditione incultorum hominum feritatem prohibebant. Id est; aliquando fuit haec sapientia in poetis; ut docerent, quomodo vivendum

est. [*Metii iudicis*] *Metius* perdiligens carminum fuit aestimator. [*Nonumque prematur in annum*] exemplo Cinnae poterit uti, ut carmen suum, si malum est, novem annis dissimulet. [*Silvestres homines sacer interpresque deorum Caedibus et victu foedo deterruit Orpheus*] Orpheus primus poeticen illustravit et ob hoc dicitur lenisse tigres et leones, qui

Publica privatis secernere, sacra profanis,
Concubitu prohibere vago, dare iura maritis,
Oppida moliri, leges incidere ligno.
Sic honor et nomen divinis vatibus atque
Carminibus venit. Post hos insignis Homerus,
Tyrtaeusque mares animos in Martia bella
Versibus exacuit; dictae per carmina sortes,
Et vitae monstrata via est, et gratia regum
Pieriis tentata modis, ludusque repertus

Movit Amphion lapides canendo. — v. 402. *mares*, vid. Epist. I, 1, 64. ubi Curius et Camillus dicuntur *mares*, viriliter fortiterque sentientes. — v. 403. *dictae per carmina sortes*, oracula, responsa data ab Apolline. —

sit privatim vel publice. [*Vago*] meretricio, licentioso. Dicit, quomodo poetae docendo carminibus suis hominum, qui modo ferarum vivebant, mitigassent animos. [*Iura*] praecepta. [*Moliri*] facere. [*Leges incidere ligno*] primum leges ligno incidebantur, cum propter inopiam aenearum tabularum apud antiquos usus non erat. [*Sic*] i. e. propter sapientiam et praecepta, cum haec monerent poetae. [*Divinis vatibus*] sacerdotibus adaequavit poetas. Hoc etiam Maro: *Quique sacerdotes casti, dum vita manebat, Quique pii vates et Phoebo digna locuti.* [*Post hos*] Orpheum et Amphionem. [*Tyrtaeusq. mares animos*] *mares*, i. e. fortes. [*In Martia bella Versib. exacuit*] Lacedaemoniis diu adversum Messenios certantibus oracula responderunt, non aliter victoriam esse perventuram, nisi Atheniensem ducem habuissent. Missi legati, qui hoc ab Atheniensibus postularent. Athenienses in contumeliam ipsis Tyrtaeum quemdam claudum dederunt, dicentes iuxta ignaviam ipsorum, hunc eis ducem posse sufficere; sed oracula, quae promiserunt, non frustrata sunt. Nam Tyrtaeus licet corpore esset debilis, scripsit tamen carmen heroicum, quo accensi Lacedaemonii in aciem processerunt, sicque consecuti sunt victoriam. Aliter. Tyrtaeus fuit genere Atheniensis poeta, omni deformis parte membrorum. Is primus tubam invenit, quo etiam Lacedaemonii usi duce vicerunt Messenios. Nam cum diuturno tempore inter Lacedaemonios et Messenios bellum traheretur, consuluerunt Lacedaemonii Apollinem, quibus responsum est, non aliter eos posse vincere, nisi duce Atheniensi pugnarent. Quibus Athenienses Tyrtaeum dederunt et ita Lacedaemonii vicerunt, cum hostes novus tubae sonitus terruisset. [*Sortes*] responsa Apollinis. Dii carminibus responsa dederunt. [*Via*] ratio. Hoc est, etiam philosophia monstrata est versibus. [*Et gratia regum*] carminibus sunt descripti reges. Carmina meruerunt amicitias regum. [*Ludusq. repert.*] h. e. oblectatio, ut relaxarent se homines carminibus. *Ludis* et *longorum operum finis* *κατὰ τὸ αὐτὸ* dicit, quod, quando vult aliquis post laborem requiescere, utitur lyra et carminibus et est perpe-

et efferatos hominum animos placaverit carmine. [*Leges incidere ligno*] aereis enim tabulis antiqui non sunt usi, sed roboreis. In has incidebant leges, unde adhuc Athenis legum tabulae *axones* vocantur; licet abusive omnes tabulae similiter. [*Tyrtaeusque*] fuit hic genere Atheniensis, poeta omni parte membrorum deformis; primus hic tubae moderationes dedit ex hac causa. Nam cum Lacedaemonii bellum adversus Messenios gererent, diuque traherent dubium Martis eventum, responsum acceperunt ab Apolline, si vellent vincere, Atheniensi duce uterentur; a quibus rogati Athenienses miserunt Tyrtaeum, claudum et luscum, quem

Et longorum operum finis: ne forte pudori
Sit tibi Musa lyrae sollers et cantor Apollo!
  Natura fieret laudabile carmen an arte,
Quaesitum est. Ego nec studium sine divite vena,
Nec rude quid possit video ingenium; alterius sic
Altera poscit opem res et coniurat amice.
Qui studet optatam cursu contingere metam,
Multa tulit fecitque puer, sudavit et alsit,
Abstinuit venere et vino; qui Pythia cantat
Tibicen, didicit prius extimuitque magistrum.
Nec satis est dixisse: „Ego mira poemata pango;
Occupet extremum scabies, mihi turpe relinqui est,

v. 417. *Occupet extremum scabies.* Lamb.: natum esse dicunt ex lusu quodam puerorum, in quo se mutuo ad currendum cohortantes ei scabiem

tuum epitheton *longorum laborum*, i. e. laborum molestorum. [*Et long. oper. finis*] h. e. ut carmen libenter operarentur et cum delectatione opus ad finem perducerent. [*Finis*] laudatio. [*Ne forte pudori Sit tibi*] ideo, inquit, enumeravi haec, ne erubescas referri in numerum poetarum. Id est, ideo dixi multa commoda nasci de carmine, ne forte, o Piso, tibi poema sordere videatur. [*Musa lyrae solers*] ingeniosa et vivax, efficax et perfecta. *Solers* enim proprie dicitur, qui habet peritiam rerum difficilium solvendarum. [*Cantor Apollo*] inventor citharae, qui praeest Musis. [*Natura fieret laudabile carmen an arte, Quaesitum est*] multi quaerunt, utrum poeta nascatur an fiat. Ego utrumque dico habere poetam debere, i. e. artem et ingenium. [*Sine divit. vena*] h. e. sine ingenio bono et sine natura. [*Rude*] stultum, sine studio et arte imperitum. [*Alterius sic Altera poscit opem*] ut illud Sallustianum: *Alter alterius auxilii eget.* [*Coniurat amice*] convenit amicabiliter, consentit congrue. [*Qui stud. optat.*] qui studet ad gloriam venire, multa debet perferre et facere, i. e. sudare, algere, vigilare, abstinere a Venere et Libero. *Optatam* ergo *metam* dicit gloriam sempiternam. [*Cursu*] labore et opere. Cursu qui primus vult esse. [*Contingere metam*] propositi finem, gloriam, i. e. qui vult ad perfectum venire. [*Sudavit*] per aestatem scilicet. [*Alsit*] per hiemem frigus sustinuit. [*Venere et vino*] libidine et luxuria. [*Qui Pythia cant.*] i. e. carmen in Pythonem serpentem ab Apolline compositum. [*Nunc*] istis temporibus, i. e. in hac copia imperitorum sufficit alicui sese iactare et dicere: optimus poeta sum, cum non sit. [*Pango*] compono, facio, i. e. ego possum mira poemata componere. Hoc dicit malus poeta. [*Occup. extrem. scabies*] ille patiatur sca-

deformem crederent. Vsi sunt auxilio eius Lacedaemonii, quibus ille cantum monstravit tubarum, quarum inaudito territi sono Messenii fugerunt adeptique sunt victoriam Lacones. [*Dictae per carmina sortes*] per versus hexametros reddidit responsa Phaemonoe Pyrrho Epirotae petenti: *Aio te, Aeacida, Romanos vincere posse.* [*Et vitae monstrata via est*] sententiis sapientum, quibus instructa vita est. [*Qui studet optatam*] sicut, inquit, multo studio et multa assiduitate agonotheta quilibet praeparat se ad diversa certamina, abstinet a multis, sudat, laborat, alget: ita etiam poetae prius necesse est, ut studio solerti exercitetur, quatenus postea digne carmina possit scribere. [*Occupet extremum scabies*] hoc ex lusu puerorum sustulit, qui ludentes solent dicere: *Quisquis ad me*

Et, quod non didici, sane nescire fateri."
Vt praeco, ad merces turbam qui cogit emendas,
Adsentatores iubet ad lucrum ire poeta
Dives agris, dives positis in foenore nummis.
Si vero est, unctum qui recte ponere possit,
Et spondere levi pro paupere et eripere atris
Litibus implicitum, mirabor, si sciet inter-
noscere mendacem verumque beatus amicum.
Tu seu donaris, seu quid donare voles cui,
Nolito ad versus tibi factos ducere plenum

---

exoptant, qui tardissime omnium cucurrerit quique ultimus ad calcem pervenerit. — v. 419. Lamb.: divitem poetam cum praecone comparat, merces commendante et turbam ad emendum invitante. Nam, ut ille voce et praeconio emptores, sic poeta locuples divitiis suis mutis ac tacitis adsentatores vocat. — v. 422-425. Vossius: *Ist er aber ein Mann, der brav dem Gelagerten auftischt, Der sich bürgt für den armen Kompan, der dem leidigen Handel Vor dem Gericht ihn entreisst; dann wett' ich alles, ob unter-Scheiden den lügenden Freund und den redlichen koenne der Grosse.* — *unctus*, conviva, quales unguentis delibuti splendidis conviviis interesse solebant. — *ponere*, quia ponuntur vel collocantur convivae in lecto triclinari. — v. 427. *plenum Laetitiae*. Lamb.: laetitia af-

---

biem, qui extremus componet versus. *Μεταφορικῶς* autem locutus est a ludo puerorum. Ita enim pueri currentes aiunt: *Occupet scabies in extremo remanentem*, i. e. ego poeta sum, habeat scabiem, qui non est poeta. Hoc ergo ex persona illorum dixit, qui dicendo, carmina scimus facere, nihil sciunt, volunt tamen se existimari poetas. *Scabies* ludus puerorum est, ut habes in Suetonio Tranquillo. [*Mihi turpe relinqui est*] in cursu scilicet. Turpe mihi est, non referri in numerum poetarum. [*Sane nescire fateri*] Ordo est: *Mihi sane turpe est, nescire et fateri, quod nesciam.* [*Vt praeco, ad merces turbam qui cogit emendas*] quemadmodum praeco voce hortatur populum accedere ad emendas res proscriptas, ita et poeta dives hortatur multos adsentiri sibi in carmine per dona et largitatem. [*Adsentatores*] blandos, falsos auditores. [*Ad lucrum*] ad dona, ad laudandum. [*Dives agris, dives pos. in fenore nummis*] qui multos agros et nummos habet positos in fenore. [*Si vero est, unctum qui recte ponere possit*] i. e. qui bene pascat. *Vnctum* autem lautum convivium et tersum. Vnde in alio loco: *Accedes siccus ad unctum.* Persius: *Calidum scis ponere summum. Vnctum* igitur appellat pulmentarium bene coctum et est satyrice dictum, i. e. si vero sit poeta, qui bene pascat, h. e. si habet eum, qui coenam praeparet bene, mirabor, si istius modi homo possit falsum amicum a vero discernere. [*Spondere*] intervenire et fidem dicere, vadem fieri, promittere pecuniam, quia debet *levis*, pauper. [*Levi*] tenui et egenti vel vili. [*Atris litib.*] noxiis et tristibus. [*Implicitum*] irretitum. [*Si sciet inter-Noscere*] nam cum falsus amicus eodem modo illum laudet ac verus, non in usura poterit largus poeta inter malos bonosque habere iudicium. [*Mendacem verumq.*] i. e. cum ab adsentatoribus fallatur, verum amicum poterit ignorare. Item quod nemo diviti verus amicus est, a quo beneficiis redimitur. [*Tu seu donaris*] i. e. o Piso, seu donasti alicui seu donaturus es, hoc auditore carminum tuorum ne utaris. [*Tibi factos*] i. e. a te factos. [*Plen.*

novissimus venerit, habeat scabiem! [*Si vero est, unctum qui recte po-*

Laetitiae; clamabit enim: *pulchre! bene! recte!*
Pallescet super his, etiam stillabit amicis
Ex oculis rorem, saliet, tundet pede terram.
Vt qui conducti plorant in funere, dicunt
Et faciunt prope plura dolentibus ex animo, sic
Derisor vero plus laudatore movetur.
Reges dicuntur multis urgere culullis
Et torquere mero, quem perspexisse laborant,
An sit amicitia dignus: si carmina condes,
Nunquam te fallant animi sub vulpe latentes.

---

fectum vel ob munera abs te accepta vel ob spem utilitatis. Significat eos, qui a poeta emolumentum aliquod vel sperant vel iam consecuti sunt, non esse illius poematum iudices incorruptos neque unquam caste integreque iudicaturos. — v. 430. *rorem* = lacrymas. *Hochederus* ad hunc locum haecce adnotavit: Man denke aber das Erquickende eines solchen „*Rührungs-Thaues*" für eine Autor-Seele, und man begreift, warum Horaz diese Metapher waehlte. — v. 434-436. Vossius: *Oft hat ein Maechtiger den mit gewaltigen Humpen genoethigt, Und wie gefoltert mit Wein, wen durchzuschauen ihm Ernst war, Ob er werth des Vertrauens sich zeigete.* — *Reges*, vid. supr. Carm. I, 4, 14. — *torquere mero*, aliquem vino explorare; Carm. III, 21, 13. vinum vocatur *tormentum*. — v. 437. *sub vulpe latentes*, animi fallaces ac dolosi, quod

---

laetitiae] i. e. gaudentem donis tuis, ut pro donis laetetur; nolito pretio aliquem laudatorem tuis versibus locare, ne tuo munere laetus fictas tibi laudes persolvat. [*Pulchre, bene, recte*] esse compositos versus. [*Pallescet*] pallidus fiet, cum coeperit te falsum laudare, quasi prae nimia admiratione. [*Super his*] i. e. super haec, quae dixit bene, pulchre. [*Stillabit amicis Ex oculis rorem*] ficte laudando et prae gaudio flendo. [*Amicis*] i. e. adsentatoribus. [*Vt qui conducti plorant in funere*] h. e. qui conducuntur ad funera, sicut saepe graviora faciunt vere dolentibus, ita et adsentatores plus laudant quam amicus verus. Item antiqui praeficas dicebant mulieres, quae mortuos alienos conductae plorabant, quod fit in quibusdam provinciis. [*Reges dicuntur multis urgere culullis*] reges enim, quos volunt recipere in amicitiam, multo mero inebriant tentantes, an per potum, [quae] habeant secreta, prodant. Docet autem hoc loco, multa cura et multo studio adsciscendos amicos esse. *Culullis* autem, i. e. calicibus et est deminutivum a *culeo*, ut alibi ipse: *Dives ut aureis Mercator exsiccet culullis Vina Syra reparata merce.* [*Et torquere mero*] i. e. examinare et protrahere ad confessionem, i. e. vino explorare ingenia dignorum amicorum. [*Perspexisse*] praevidere, perspicere, probare. [*Condes*] compones, ut respondere paras seu condis amabile carmen. [*Nunquam te fallant animi*] ingeniosi homines laudant

nere possit] h. e. si habeas eum, qui coenam praeparet. [*Vt qui conducti plorant in funere*] Alexandriae obolis conducuntur, qui mortuos fleant. Et hoc tam valde faciunt, ut ab ignorantibus illorum fuisse credantur, qui efferuntur; hi ergo vocantur *θρηνῳδοί*. [*Reges dicuntur multis urgere culullis*] reges enim, quos volunt recipere in amicitiam, multo mero inebriant, tentantes, an per potionem, quae habeant secreta, prodant. [*Et torquere mero*] h. e. protrahere ad confessionem. [*Animi sub vulpe latentes*] *sannatores* et *εἴρωνας* appellamus, qui benigne irri-

Quinctilio si quid recitares: *Corrige, sodes,*
Hoc, aiebat, *et hoc:* melius te posse negares,
Bis terque expertum frustra, delere iubebat
Et male tornatos incudi reddere versus.
Si defendere delictum quam vertere malles,
Nullum ultra verbum aut operam insumebat inanem,
Quin sine rivali teque et tua solus amares.
Vir bonus et prudens versus reprehendet inertes,
Culpabit duros, incomptis adlinet atrum
Transverso calamo signum, ambitiosa recidet
Ornamenta, parum claris lucem dare coget,

---

abiit in proverbium de vulpis calliditate atque astutia in homines translatum. — v. 441. *male tornati versus* sunt male compositi, non satis teretes neque rotundi = imperfecti. — *incudi reddere,* ex eadem ab artificibus desumpta imagine translate dicitur, pro: emendare. Vid. Epist. II, 2, 91. Carm. I, 35, 39-40. — v. 442. *vertere,* mutare et emendare. — v. 444. *sine rivali,* sine ullius invidia. Verbum non amplius addere solebat, cum istum ita se gerentem despiceret. — v. 446. *incomptis,* negligenter factis s. compositis. — v. 447. *ambitiosa Ornamenta,* qualia vanae gloriae captandae causa parari solent. Epist. II, 2, 122. huiusmodi *ornamenta* dicuntur *luxuriantia.* — v. 448. *coget,* nempe scriptorem. — v.

---

multa carmina, ideo vide, ne te fallant astuti animi, qui cum sint vafri et subdoli, innocentem praeferunt vultum, quasi vulpes in Aesopi fabula contra corvum. [*Sub vulpe*] sub imposturis adulantium, sub dolo. Vulpes enim dolosum animal est, ut in Aesopi fabula, sic et qui versus facit ex fictione adulantium, potest facile subdolos animos praevidere. [*Quinctilio si quid recitares*] hic erat Quinctilius Varus poeta Cremonensis, amicus Virgilii. [*Hoc aiebat et hoc*] male dictum dicebat malo poetae, ut corrigeret malos versus. [*Melius te posse negares*] deest *si*, i. e. si negasses, te meliora carmina posse facere. [*Delere iubebat*] i. e. iubebat, ut denuo versus corrigerentur, quemadmodum ferramentum male ductum redditur incudi et bene ibi formatur. [*Male tornatos*] male compositos. [*Vertere*] corrigere, mutare. [*Nullum ultra verbum*] deest *faciebat.* [*Operam*] studium monendi, quo nihil profecisset. [*Quin sine rivali teque et tua solus amares*] sine rivali amantur carmina, quando ab eo solo amantur, qui facit ea. *Rivalem* autem pro aemulo posuit. *Rivales* enim sunt unius meretricis amatores; hoc tractum est ab antiquis. *Rivales* enim dicebantur, qui in agris rivum haberent communem et propter eum saepe disceptarent. [*Inertes*] sine gravitate factos. [*Duros*] male sonantes. [*Incomptis*] i. e. non bene currentibus, sine oeconomia scriptis. [*Allinet*] i. e. apponet. [*Sign.*] notam culpae significat, nam notari versum male formatum dicimus. [*Transverso calamo*] transversum ducta penna vitia carminum maculabis. Non autem *transverso calamo*, sed transverso apice. [*Ambitiosa*] superflua. [*Parum claris*] obscuris. [*Lucem dare*] apertiora ea facere. [*Arguet ambigue dictum*]

dent. [*Quinctilio si quid recitares*] hic erat Quinctilius Varus, Cremonensis, amicus Virgilii, eques Romanus. [*Et male tornatos incudi reddere versus*] h. e. denuo versus scribere, quomodo ferramentum male formatum [productum] redditur incudi, ut ibi formetur. [*Quin sine rivali*] aemulum *rivalem* dixit. [*Incomptis adlinet atrum Transverso*

Arguet ambigue dictum, mutanda notabit,
Fiet Aristarchus, nec dicet: *Cur ego amicum*
Offendam in nugis? Hae nugae seria ducent
In mala derisum semel exceptumque sinistre.
Vt mala quem scabies aut morbus regius urget,
Aut fanaticus error et iracunda Diana;
Vesanum tetigisse timent fugiuntque poetam,
Qui sapiunt; agitant pueri, incautique sequuntur.
Hic, dum sublimis versus ructatur et errat,
Si veluti merulis intentus decidit auceps
In puteum foveamve; licet „*Succurrite*"! longum

---

449. *Arguet,* indicabit. — v. 450. *Aristarchus,* castigator et iudex severus alienorum scriptorum, fuit grammaticus clarissimus, qui ad aliquot Homeri versus, quos quidem improbabat, apposuit notam, asteriscum vel simile signum. — v. 450-452. Vossius: *Nicht saget er: Soll ich dem Freunde Weh um die Kleinigkeit thun? Die Kleinigkeit führet in ernstes Unglück ihn, der einmal verlacht und schnoede begrüsst ward.* — v. 453. *morbus regius,* arquatus, aurugo, ἴκτερος, nos: *Gelbsucht.* Celsus III, 24. sub fin. nomen *regii morbi* repetit a remediis, quorum usus regum imprimis et ditiorum opibus patet. — v. 454. *fanaticus error,* insania, furor, nos: *Wahnsinn.* — *iracunda Diana.* Hochederus: Nach der Urmythe ist *Diana* ein und dasselbe Wesen mit der *Luna,* deren Einflüssen man das Ab- und Zunehmen der Mondsucht und Raserei zuschrieb; daher *lunatici,* σεληνιακοί, σεληνόβλητοι. — v. 457. *Hic — errat.* Vossius: *Wenn er, das Haupt in der Luft, nun Vers' aufstossend einher-*

ἀμφιβολογίας vituperabit. [*Mutanda notabit*] designabit, certa faciet, quae mutari debeant. [*Fiet Aristarchus*] nomen Graeci grammatici, qui Homeri carmina adnotavit. Ille ergo iudex etiam optimi poetae fiet, quod Aristarchus Homerum emendans, hoc signo notavit versus, quos iudicavit Homeri non esse. [*Nec dicet, cur ego amicum Offendam in nugis*] sicut multi dicunt, cur ego debeo corrigere amicum in suo errore? [*Seria ducent in mala*] in malas necessitates. Si non fuerit emendatus, irrisio laudatorum in aliis moribus ipsum docebit errare. [*Sinistre*] contrarie, quia, ut superius dixit: *Nescit vox missa reverti.* Et ideo postquam mali poetae carmina publicant contraria, ab omnibus excipiuntur et irrecuperabiliter deridentur, sicut scabies et regius morbus, ceterique morbi, quos ipse dicit, sunt incurabiles, adeo ut vix aut nunquam possint curari. [*Regius*] quem quidam δαιμονιακόν, alii comitialem, alii arquatum vocant, quem Graeci ἴκτερον dicunt, quibus oculi viridescunt. [*Aut fanaticus error*] *fanaticum errorem* pati dicuntur, qui a Fanis percutiuntur, i. e. qui lymphatico agitantur, sicut lunaticum aut morbosum, ita insanum poetam fugiunt sapientes. [*Iracunda*] laesione offensa. [*Tetigisse*] pro *tangere.* [*Agitant*] persequuntur. Nam pueri praetereuntibus illudere soliti, quos insectantur, in dementiam compellunt. [*Incauti*] quia possunt ludi ab insano poeta. [*Ructatur*] pro *ructat*, ut Cicero: *Eructant sermonibus caedem.* [*Si veluti merulis intentus decidit auceps*] sensus est: Nec semel insanos versus faciet, nec carebit cupiditate, ut assidue tanquam in foveam cadat. [*Longum*] diu, valde.

calamo signum] significat ac notat versum male formatum. [*Fiet Aristarchus*] qui Homeri carmina adnotavit. Ille ergo iudex etiam optimi poetae Aristarchus fiet. [*Aut fanaticus error*] i. e. qui lymphatico agitatur.

Clamet „*Io cives*"! non sit qui tollere curet.
Si quis curet opem ferre et demittere funem,
Quî scîs, an prudens huc se proiecerit atque
Servari nolit? dicam Siculique poetae
Narrabo interitum: Deus immortalis haberi
Dum cupit Empedocles, ardentem frigidus Aetnam
Insiluit. Sit ius liceatque perire poetis:
Invitum qui servat, idem facit occidenti.
Nec semel hoc fecit, nec, si retractus erit, iam
Fiet homo et ponet famosae mortis amorem.
Nec satis apparet, cur versus factitet; utrum

tobt. — v. 463. Et ut omnes intelligant, id fieri posse, exemplum adiungam poetae alicuius, qui simili ratione vim sibi intulerit. *Empedocles*, philosophus et physicus Agrigentinus, egregium carmen de rebus physicis scripsit, Cic. de Orat. I, 50. unde iam dicitur *poeta Siculus.* Fabula de eius interitu circumferebatur haec: Cum immortalis haberi cuperet, eum, aiunt, clam in montem Aetnam enixum eo consilio ibi in ardentem craterem se praecipitem dedisse, ut, si repente evanuisset, ex homine deus factus esse crederetur; rem autem ferreis eius crepidis ex cratere cum massa ardente eiectis patefactam esse. — v. 467. *idem facit occidenti*, *ταὐτὸ ποιεῖ τῷ κτείνοντι*, — v. 468. *Nec semel hoc fecit*, sc. ut prudens se proiecerit in foveam, perire studuerit. — v. 470. *Nec satis apparet*, non satis perspicuum est, utrius sceleris poenam luat, dum versus factitat, sepulchrine violati an sublati locoque moti bidentalis. — *utrum Minxerit.* Quum neque in loco sacro neque in religioso cuiquam meiere fas esset, tum multo habebatur sceleratissimum, filium in patrium sepulcrum immeiere, eumque, qui id fecisset, existimabant Furiarum taedis ardentibus perterreri atque agitari. — Hoc etiam inscriptionibus in tumulis mortuorum positis veteres Romani testantur: **HOSPES AD HVNC TVMVLVM NE MEIAS, OSSA PRECANTVR TECTA HOMINIS** sive **QVI HIC MIN-**

[*Qui scis, an prud.*] quasi alius hunc versum dicat, qui probibeat poetae subveniri. [*Dicam*] scilicet illi, qui illum vult liberari. Vnde scis, an ultro sese abiecerit in puteum? [*Deus immortal. haberi*] i. e. dum opinione hominum se collectum divinitatem putavit, si nunquam comparuisset. [*Dum cupit Empedocles*] Empedocles fuit Agrigentinus Pythagoricus, qui se in flammas Aetnae montis iniecit, immortalitatem affectans, quod eius crepidulae prodiderunt, quas flamma eructavit, aereis enim usus fuerat. [*Ardentem frigidus Aetnam*] Empedocles enim dicebat ingenia frigido circa praecordia sanguine impediri. [*Invitum*] cadentem in foveam. [*Id. facit occidenti*] in eodem delicto est, si homicidae parcatur. [*Hoc fecit*] ut se demitteret in puteum. [*Famosae*] in opinione positae, i. e. nec desunt, qui velint gloriose mori. [*Nec satis apparet, cur versus factitet*] nescitur poena, propter quam faciat versus malos insanus poeta,

[*Agitant pueri incautique sequuntur*] nam pueri praetereuntibus inludere soliti et quos insectantur, in dementiam compellunt. [*Hic dum sublimis versus ructatur et errat*] *ructatur* pro *ructat.* Antiqui enim et *ructo* et *ructor* dixerunt. Hic genere patiendi extulit *ructatur*, ut: *venatur, lavatur.* [*Siculique poetae Narrabo interitum*] Empedocles fuit Agrigentinus physicus, qui se in craterem praecipitem dedit Aetnae, immortalitatem adfectans. [*Ardentem frigidus Aetnam Insiluit*] dum se credit ex opinione hominum col-

Minxerit in patrios cineres, an triste bidental
Moverit incestus: certe furit, ac velut ursus
Obiectos caveae valuit si frangere clathros,
Indoctum doctumque fugat recitator acerbus;
Quem vero arripuit, tenet occiditque legendo,
Non missura cutem, nisi plena cruoris, hirudo.

XERIT CACAVERITQVE, DEOS DEASQVE IRATOS HABEAT. — v. 471. *bidental*, locus fulmine tactus ideoque sollenni more expiatus atque consecratus. Ita *Doer.* Pariter *Baxterus* contendit: der Blitzschlag habe für den Tod eines Daemons gegolten. Ein solcher Ort wurde geweiht und durch Umzaeunung dem Zutritte der Menschen entzogen. — v. 472. *Moverit*, violaverit, supr. Epod. XVII, 3.: *Per et Dianae non movenda numina.* — v. 473. *clathros*, cancellos. — v. 474. *acerbus*, molestus. — v. 476. *Non missura* etc. sicut hirudo, quae tenaciter inhaeret cuti, nec eam, nisi plena exsucti sanguinis, ex ore demittit. — Versus 464-476. Vossius vernacule interpretatus est:

— Ein unsterblicher Gott zu erscheinen
Wünscht' Empedocles einst, und kalt in den brennenden Aetna
Sprang er hinab. Frei sey's, nach Belieb umkommen, den Dichtern.
Wer Unwillige rettet, der thut, wie der Moerder, Gewaltthat.
Nicht ja das erstemal sprang er, und wird nicht, kommt er heraus, gleich
Wieder ein Mensch, ablegend die Sucht des berüchtigten Todes.
Auch nicht sehen wir klar, warum er mit Versen sich abgiebt:
Ob er des Vaters Asche gelaugt, ob entweihend des Donners
Schreckliche Stelle geregt. Toll raset er; und wie ein Brummbaer,
Der zu durchbrechen vermocht die sperrenden Latten des Kaefigs,
Scheucht er, ein grimmiger Leser, wer ungelehrt und gelehrt ist.
Wen er aber gepackt, den haelt er, und liest ihn zu Tode;
Wie nicht laesst von der Haut, bis Blut ihn schwellte, der Egel.

an quia laeserit bidental, an quia violaverit patris sepulcrum. [*An triste bidental*] *bidental*, locus, in quo fulmen conditum erat cum magna reverentia a sacerdotibus. *Triste* autem, quoniam praeter lapsum constituitur fulmen. Et *bidental* a bidentibus dictum, nam reliquias fulminis pontifices cum sacrificio sepeliebant. Aliter. Quod bis fulmine percussum est, *bidental* appellatur. Hoc expiari non potest. Errant autem, qui dicunt ab *agna* dictum *bidental. Triste bidental*, quia tristes fiunt homines, videntes locum, (in) quem ceciderit fulmen. [*Moverit incestus*] *incestus* dicitur homo pollutus, qui flagitium commiserit aut in sororem aut in sacerdotem aut in affinem. [*Clathros*] oppositiones ostiorum. [*Indoct. doctumq. fugat*] i. e. omnibus dicit: audite me, cum ab omnibus fugiatur. [*Arripuit*] nactus fuerit. [*Non missura*] cum comprehenderit corpus, non dimissura. [*Hirudo*] sanguisuga. Alii *sanguisugam* et alii *sanguisugiam* dixerunt. Distat autem inter *harundinem*, *hirundinem* et *hirudinem.* *Harundo* canna est, *hirundo* avicula, *hirudo* sanguisuga.

lecturum divinitatem, si nunquam comparuisset. [*An triste bidental*] id, quod Iovis fulmine percussum est, *bidental* appellatur; hoc expiari non potest. Sunt [errant] autem, qui putant ab *agna* dictum *bidental.* [*Hirudo*] haec sanguisuga appellatur.

ADDENDA*

SERMONVM LIBER PRIMVS.

SATIRA I.

v. 4. Scripturam *armis* defend. *Censor Ienens.* (Allg. Lit. Zeit. 1817. No. 19.) *Beier* (Paedagog. Philolog. Literaturbl. z. allg. Schulz. 1825. No. 7.) *Lange* Comment. de Hor. Serm. I, 1. Hal. 1828. *Peldamus* Observ. ad Prop. c. III. p. 259. *Annis* defend. Kirchner, Iahn Iahrbb. 1830. Bd. II. Hft. IV. p. 408.

☞ v. 8. *aut* priore loco positum cum Wolfio damnavit Th. Schmid in Seebod. Bibl. Crit. 1830. No. 81. cf. Hand. Tursellin. I. p. 536.

v. 9. *iuris legumque peritus.* Cf. Burmann ad Petron. p. 248. Nulla in his verbis inest tautologia; iura enim non solum legibus, sed etiam edictis magistratuum, responsis prudentum, sematusconsultis etc. fundata erant.

v. 14. *Ne te morer*, cf. Serm. I, 3, 137. II, 1, 57.

v. 22. Propert. II, 21, 15.: *Ah, nimium faciles aurem praebere puellae.*

v. 25. Senecae Epist. 99.: *consolamur crustulo pueros.*

v. 26. *velint discere* non positum est pro simpl. *discant*, sed est: *dass sie Lust haben zu lernen.* Cf. Epist. ad Pis. v. 2. ibiq. Hoched.

☞ v. 29. Omnino legendum *campo.* Vid. quae adnotavi in Seebod. Bibl. crit. 1830. No. 81.

v. 35. Cf. Liv. XXIII, 36, 2.: Nec eum *provida futuri* fefellit *opinio.*

v. 36. *contristare* de eadem re ap. Virg. Aen. X, 275. III, 279. Cf. Georg. IV, 304.

v. 46. *hoc* a Lambino male intellectum significat *darum, aus diesem Grunde.* Cf. Serm. I, 6, 87. I, 3, 93.

v. 55. *ex — de.* Vid. quae adnot. in Seebod. Bibl. crit. 1830. No. 82.

v. 68. Eadem comparatio Tantali cum avaro est ap. Plutarch. de non fenerando.

v. 70. Cf. Virg. Georg. II, 507.: *Condit opes alius defossoque incubat auro.* Senec. Herc. fur. 166.: *hic — componit opes, gazis inhians* et *congesto pauper in auro est.*

v. 81. Corte ad Lucan. Pharsal. I, 137. ed. Web. p. 46. legendum censet: *alius lecto casus.* — De commutatione vv. *affixit* et *afflixit* vid. Oudendorp. ad Lucan. II, 31. Drakenb. ad Sil. Ital. I, 625. Broukh. ad Tibull. I, 541.

v. 95. Vid. Seebod. Bibl. crit. 1830. No. 81.

☞ v. 101. Fortasse rectius legitur in duobus Lambini codd. scr.: *Quidne igitur* etc. — Nusquam enim ap. Hor. vocabulum *mi*, quippe quod e *mihi* sit contractum, ante syllabam brevem elisum invenitur. Cf. I, 2, 57. 4, 108. 9, 50. II, 6, 27. — *Frenzel.* specim. crit. in scriptt. Rom. restituendum censet *Naevius.* Vid. Obbar. in Seebod. Archiv. 1830. No. 59.

v. 102. 3. Cf. Ovid. Met. IX, 45. Verbum *componere* sumptum de gladiatoribus, cf. Serm. I, 7, 20.

v. 108. leg.: *qui? nemo ut avarus* ex cod. Blandin. antiquissimo. Vid. quae adnotavi in Seebod. Bibl. crit. 1830.

v. 109. leg.: *ac potius.* Vid. Heusinger ad Cic. Off. III, 6, 16.

v. 113. *Sic* arcte coniungendum est cum verbo *festinanti.*

B.

* Quae ab *Th. Schmidio*, Viro doctissimo, accepimus.

SATIRA II.

v. 104. Cortio ad Lucan. Pharsal. VI, 585. legendum placuit *avertier* pro *avellier.*

v. 109. Corte ad Lucan. Pharsal. II, 317. probat cum Cuningamio *dolorem.*

v. 121. De *Gallis* saepe vett. loquuntur tamquam de feminis, vid. Heins. ad Ovid. Herold. IV, 48. D'Orville ad Chariton. lib. VIII. c. 8. p. 667. ed. Lips.

v. 134. *Deprehendi* dicuntur moechi Serm. I, 4, 114.

SATIRA III.

v. 17. *Nil erat, ἦν ἂν, waere gewesen.*

v. 43. Lege *Ac.*

v. 55. 56 sqq. Vide, quae adnotavimus in Allg. Schulzeit. 1829. No. 38.

v. 60. Scrib. *versemur* e cod. Blandin. Recte. Sed *versetur* haud falso legitur in textu, quamquam nos quoque *versemur* (quae quidem lectio aptior ac suavior esse videtur) praeferendum esse censemus. *B.*

v. 91. Vid. Thiersch über die Epochen der bildenden Kunst. 2te Aufl. 1829. pag. 304.

v. 96. *fere* iunge cum *quis*, non cum *paria: Die groessten Theils, welche* etc.

v. 97. *sensus moresque, menschliches Gefühl und Sittlichkeit.*

v. 139. *et mihi — Inque.* Vid. Wunderl. ad Tibull. I, 1, 35. p. 9. et in Observatt. critt. I, 2, 30. p. 36. 37.

SATIRA IV.

v. 3. *quod malus ac (aut) fur.* Vid. Allg. Schulz. 1828. No. 146.

v. 11. In Thesibus, quas 1829 in Gymnasio Rintel. defendit *Fuldner*, verbum *tollere* explicatur *laudare.*

v. 19. *hircinis follibus auras*, cf. Virg. Georg. IV, 171.

☞ v. 26. Lege *ob avaritiam*, vid. quae adnotavimus in Seebod. Bibl. crit. l. c. Cf. Allg. Schulz. 1828. No. 146.

v. 39. *Primum* non sequente *deinde.* Vid. Corte ad Cic. Ep. ad Divv. II, 9, 1. Donat. ad Terent. Andr. III, 3. Goerenz ad Cic. de Legg. III, c. 9. Euripid. Bacch. v. 695 sq.

v. 34. *Foenum h. in cornu.* Brisson. de Formul. p. 715. Plutarch. Probl. c. 71.

v. 40. *Excerpam*, i. e. licet me excerpere, ich *kann* mich ausschliessen.

v. 48. Vid. quae adnot. in Allg. Schulzeit. 1828. No. 146. De re cf. Cic. Orat. c. 20. §. 67.

v. 62. *etiam disiecti, sogar.* Vid. Allg. Schulzeit. 1828. No. 146.

v. 124. Ordo verbb.: *An addubites, hoc inhonestum sit necne, oder* kannst du *etwa* zweifeln. Vid. quae adnotav. in Allg. Schulzeit. 1828. No. 146. Cf. Seebod. Bibl. crit. 1830. No. 82.

v. 141. Lege *veniet* (et sic corrige h. l. in nostra editione. *B.*)

SATIRA V.

v. 3. *linguae doct.* repugnat linguae legibus, siquidem Augusti aevo *doctus* cum genitivo non iungatur.

v. 17. *viator* non est, qui mulam moderatur, neque esse potest; sed qui iter facit, der *Passagier;* nam fessus itinere viator postquam dormire incepit, tum demum mula pastum mittitur.

v. 35. *praemia scribae.* De ultima correpta ante *scr* vid. Scheider Gramm. Lat. I. p. 694 sqq. Cf. Priscian. II, 2. §. 13. (p. 572. P.) Lucret. IV, 850. *mollia strata.*

v. 37. *manere.* Vid. Drakenb. ad Liv. III, 45, 7.

v. 80. Vid. Auson. Epist. IV, 7.: *Et tingit piceo lacrymosa colonica fumo.*

EPISTOLARVM LIBER PRIMVS.

EPISTOLA I.

v. 5. *abdere* = seiungere, secludere a publico conspectu. Terent. Hecyr. I, 2, 100. Cic. pro Arch. VI. Hor. Carm. III, 16, 5. III, 4, 37.

v. 10. *pono*, verbum, quod alibi dedicationis vocabulum est, h. l. pro *depono, omitto, bei Seite legen, setzen.*

v. 13. *Ac, und zwar. Ast*, quod in uno Feae Cod. est, et sententiarum nexui repugnat et ab August. aevi poetis, nisi in carmine epico, non admittitur.

☞ v. 32. *qua — tenus. Tenus* est nomen substantiv. (Plaut. Bacch. IV, 6, 23.) *etwas Ausgedehntes*, das *gezogene Seil*, die *Grenzlinie*, das *Ende.*

v. 55. *Prodocere*, *προδιδάσκειν*, Aristoph. Nub. 472. *προμανθάνειν*. Stallb. ad Plat. Gorg. p. 154. et Addend. ad h. l.

v. 67. *lacrymosa* = lacrymas moventia, ut Ovid. Met. X, 6.: *fumus lacrymosus.*

v. 68. Lambin. ad Aemilium Probum Pausan. Not. 40. p. 346. ed. Francof. 1608. *superbe*, non super*bae*, legendum censet.

v. 73. Vid. Quintilian. Inst. V, 11, 20.

v. 94. *inaequalis tonsor.* Ita *inaequales procellae* Carm. II, 9, 3. = quae mare *inaequale* reddunt.

EPISTOLA III.

v. 4. Lucanus (Pharsal. IX, 955.) memorat *Heroas* lacrymoso litore *turres.*

v. 26. *frigida fomenta*, cf. Plin. Epist. VI, 7, 2.: Gratum est, quod nos requiris, *gratum*, quod *his fomentis* acquiescis, i. e. solatiis.

EPISTOLA V.

v. 9. Intellexerim *Caesaris Augusti* diem natalem. Nihil enim repugnat *aestiva nox* (*eine warme Septembernacht*), meliusque huic anni tempori respondet significatum ab Horatio coenandi tempus (*supremo sole*).

v. 25. Distingue: — *eliminet. Vt coeat par Iungaturque pari, Butram tibi Septiciumque — adsumam.*

EPISTOLA VII.

v. 12. *Contractus.* Senec. Consol. ad Helv. c. 5.: At ille, qui se laetis rebus non inflavit, nec mutatis *contrahit.*

v. 39. *reponere* proprie est *rependere.* Senec. de ira I, 3.: Aristoteles — ait: iram esse cupiditatem doloris *reponendi*, pro quo Lactantius (de ira dei c. 17.), eandem Aristotelis finitionem proferens, *reponendi* habet.

v. 57. *notum properare.* Ita iam iungendum censebat Heinrich in Wolf. Anal. I. p. 510. Manil. Astron. I, 32.: iam sidera *nota* sublimis *aperire* vias. Sil. Ital. XII, 330.: Delius — Troianos *notus* semper *meminisse* [sic *Th. Schmid.* alii: *minuisse*] labores.

CORRIGENDA

SECT. I.

pag. 119. in textu v. 7. pro *Quincunque* lege: *Quicumque.*
pag. 164. lin. 27. in notis pro ὑδροπικῶν lege: ὑδρωπικῶν.

SECT. II.

pag. 566. lin. 5. in notis pro I, 19, 20. lege: I, 19, 14.

SECT. III.

pag. 71. in textu v. 48. comma ponendum est post: *Maecenas.*
pag. 76. in textu v. 2. pro *Iocoluit* lege: *Incoluit.*
pag. 253. in not. lin. 11. pro ἔκτοπον lege: ἔκτυπον.

HILPERTOHVSAE: TYPIS *FRID. GVIL. GADOVII* ET *FILII.*